



John Adams
Library.




IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF NO.
ADAMS
31.1
V.1





ROBERTI STEPHANI
T H E S A U R U S
L I N G U Æ L A T I N Æ.
IV. TOM.

Издательство
литературы и
художественных
изданий
София

John Adams.

ROBERTI STEPHANI
LEXICOGRAPHORUM PRINCIPIS
THESAURUS
LINGUÆ LATINÆ
IN IV. TOMOS DIVISUS,

CUI

POST NOVISSIMAM LONDINENSEM EDITIONEM,
COMPLURIUM ERUDITORUM VIRORUM COLLECTIS CURIS
IN SIGNITER AUCTAM;

Accesserunt nunc primum

HENRICI STEPHANI Rob. F.
ANNOTATIONES AUTOGRAPHÆ
EX CODICE BIBLIOTH. P. CIVIT. GENEV.

Nova cura recensuit, digessit, ab Auctorum citationibus atque
Interpretationibus falsis, Interpolationibus supervacuis, Mendisque
quamplurimis repurgavit,

Suasque passim ANIMA DVERSIONES adjecit

ANTONIUS BIRRIUS PHILIATER BASIL.

*Cum Sacrae Cæsareæ ac Catbol. Majestatis
PRIVILEGIO.*



Typis & Impensis E. & J. R. THURNISIORUM Fratr.

M DCC X L.

XX
ADAMS

317

0.1

VIRO MAXIMO

ANDREÆ HERCULI
DE FLEURY,

EMINENTISSIMO

S. R. E. CARDINALI,
REGNI FRANCIÆ ADMINISTRO,
ETC. ETC. ETC.

S. P. D.

ANTONIUS BIRRIUS.

T Ametsi causæ mihi multæ atque magnæ sunt, cur novum hunc *Roberti Stephani Latinæ linguae Thesaurum*, qui ante quadriennium REGII AUSPICIIS in Anglia prodiit, auctiorem aliquanto, multisque modis (si tantum mihi de impensis operi curis prædicare licet) emendatiorem factum TIBI potissimum dicare debeam, Tuoque Illustrissimo per terrarum orbem & amabilissimo populis nomine præfulgente vhementer cupiam, VIRORUM EMINENTISSIME, haud injuria tamen reluctatur animus, & jam conantem, scribendi causâ, calamus sumere retrahit & interpellat, pusilli ac tenuioribus curis assueti animi comes, pudor. Neque enim is sum, qui faciem unquam per-

* fricuc-

D E D I C A T I O.

fricuerim, aut perficere omnino queam. Non quod equidem neficius sim, quam illu-
stri affabilitate, humanitateque, etiam humillimi cujusque adeuntium Te desideria exci-
pere consueveris. Exulat enimvero amplitudo fortunæ tuæ ex animo tuo & ore & vul-
tu, neque aliter unquam sublime illud Dignitatis tuæ fastigium exseris, nisi quo efficac-
cias universis & singulis, quos cura tuæ Numinis providentia propius admovet, profis.
Quicquid Tibi REGUM florentissimi terrarum regni opibus MAXIMUS, amore
& cura populi sui OPTIMUS, benevolentia tribuit: Tribuit autem meritorum ergo
tantum, ut nihil supra possit: id tantum abest, ut Tibi præcipue arroges, ut solidum
populo cum fœnore impertias. Nec soli tamen cives tui, regnique Franciæ alumni, isto
facilitatis tuæ bono fruuntur, tantum non pariter omnia, quum civibus nihil deroges,
& exteris prætas. Cum enim Tibi Justitia, qua Regum Majestas & populorum salus
nititur, nihil carius sit, cuius & Antistitem Te REX CHRISTIANISSIMUS, ut
desideriorum populi suæque voluntatis internuntium atque interpretem proximum, con-
stituit, abesse quì possit, quin ad ejusdem Reginæ virtutum sacrarium, quod in animo
tuo constitutum habet, molles & faciles aditus peræque omnibus dares? Quod quum
ita sit, audaculus tamen, atque adeo plusquam audaculus esse, ac supra fastigium meum
eniti mihi videor, quod pusillus adeo & ignotissimus Tibi homuncio, ex obscuri, pul-
verulentique Musæ latebris, ad splendida illa, sublimiaque Regiæ aulæ, quæ diu velut
domestica teris, limina adspirare, Teque, tantum Virum, longeque gravissimis assidue
invigilantem curis, tam tenui & inopi scriptio[n]is genere, interpellare in animum indu-
xerim.

Poteram equidem, quæ mihi accessum moliant, fiduciæque dubitanti tribuant,
ad Te litteras allegare, quibus propagandis laboris huc quicquid atque operæ insumptum
fuit, dicatum est. Litteræ enimvero quin Tibi in primis cordi sint, ecquì dubitare nos
sineret sapientia tua, quæ omnibus bonis rebus pretium suum statuere novit, si minus
alioqui constaret omnibus, quam multæ illæ & reconditæ in Te ipso sint, Viro a pue-
ritia omni genere doctrinæ studiorumque exculto, perfectissimeque expolito? Quam-
obrem ineptus videar, si apud Te liberalium disciplinarum patrocinium suscipiam, eas-
demque commendatione mea majorem apud Te in gratiam ponere allaborem, quum ni-
hil ignores eorum, quæ in commendationem earum afferri possent, præclusasque jam
olim aures obtrectatoribus earundem habeas. Nemo Te enimvero, præclarius novit, Hu-
maniores litteræ, quibus hæ curæ, quas ad pedes tuos ponere, si pateris, cupio, potis-
simum consecratae sunt, quantum in se boni habeant. Quæ præterquam, quod ceteris
omnibus, divinis juxta humanis, disciplinis clarissimam faciem præferunt, vel hoc
solo nomine commendatissimæ esse debent, quod nemo mediocri & perfunctoria earum
cognitione contentus esse potest, qui ad rerum humanarum penitorem cognitionem &
amœnum illud præcipueque frugiferum Historiarum studium animum intendit, quo ni-
hil neque ad rerum agendarum delectum, ac civilis communisque vita prudentiam uti-
lius, neque ad Principum institutionem aptius comparatum est. Cum enim rerum hu-
manarum ea conditio sit, ut vix ac ne vix quidem quicquam geratur, quod non item
prius gestum sit, perspicuum est, quantum intersit eorum, qui rempublicam admini-
strant, omnis exempli documenta, in illustribus monumentis, velut in speculo, propo-
sita intueri: Inde bonas, malasve artes imperantium cognoscere, earumque proinde op-
tabiles aut fœdos exitus providere. Quinadeo aut me vehementer fallit opinio, aut hoc
demum studium est, quod rectis ingeniis, ad veram laudem inflammatis, invictum il-
lud animi robur ingenerat, quo in recte factis rumores adversos, Livorisque judicium
spernunt, & in omni temporum, fortunæque varietate sibi constant. Quantum vero
eorum industriae faveas, qui cum bonis quibuslibet artibus, tum hisce in primis lit-
teris propagandis, quæ pulcherrimum istuc ab Humanitate nomen eruditissimi fæculi
judicio

D E D I C A T I O.

judicio invenerunt, operam suam dicant, florentes laude ingenii cives tui ignorare exterorū non sinunt.

Enimvero quamvis Te eminentissima Dignitas tua ad summum gradum Amplissimi Ministerii evectum, & REGIS CHRISTIANISSIMI consiliis intimis adjunctum, longe a tenuioribus hisce rei litterariæ curis removisse videatur, gravissima quæque consilia, concordiam Europæ capitum, salutem populorum, gloriam ac decus regni Franciæ, aliaque talia quotidie animo agitante, tamen nec nostra istæ omnino cura tua de dignatus es. Siquidem, non Regiæ solum trigeminæ illæ fulgentes gloria Academiæ partem sibi vigilantiæ tuæ vindicarunt; verum publicas scholas Franciæ universas quodammodo communī patrocinio complexus es, nec Te piguit ad humiles etiam classes cogitatione descendere, ne non hac quoque parte civibus tuis præclarissime consuleres. Atque haud scio, an hanc infimam curarum Regum & Principum virorum reputare liceat, seminario reipublicæ prospicere, etiam nascentium adhuc civitatum rationibus consulere; excitandis, alendis, formandisque ad virtutis habitum civium ingeniis inde a teneris subsidia providere. In quo si qui dissentient, næ illi non reputant, præstantes & idoneos reipublicæ cives non nasci, sed fieri, neque quicquam mortalium ingeniis disciplina opportunius esse. Quod tuum de ea re judicium sit, declarasti olim, quum in primis studiis juventutis causam apud OPTIMUM PRINCIPEM suscepisti, qui vixdum pueritiam egressus, gratuito scholarum publicarum usu in perpetuum præbito, tirocinium istuc pulcherrimum regnandi artis posuit, ac liberalitate vere Regia Proavi sui, cuius in litteras merita nulla unquam delebit oblivio, LUDOVICI MAGNI vestigia premens, genere ipso beneficij SALUBREM juxta ac MUNIFICUM PRINCIPEM exseruit, qualem se deinceps quotidianis pæne documentis præstítit. Ita fortunatissima natio partam majorum industria in litteris gloriam, non modo fartam tectam, ut ajunt, sed magis magisque indies amplificatam, cumulatioremque posteris tradet; tuamque in re tam publice privatimque salubri suffragationem, una cum AUGUSTI sui PROVIDENTIA, sempiterna memoria celebrabit.

Hic e re nata subit animum jucundissima recordatio tot illustrium ingeniorum, que inde a Francisci Primi Regis temporibus, quibus operam suam Robertus litterarum studiosis commodabat, in Francia exsisterunt. Sistunt se in primis animo, velut præsentes, Viri illi Celeberrimi, quorum vel lucubrationibus doctissimis, vel opera, consilioque se adjutum in Thesauro suo elaborando grato animo prædicat: *Guilielmus Budæus, Lazarus Baifius, Andreas Tiraquellus, Adrianus Turnebus, Jacobus Tusanus, Johannes Ruellius, Jacobus Goupylus, Egidius Perrinus, Johannes Theodoricus*: partim summis in republica honoribus, ac splendidissimis ministeriis functi, partim Regii Professores, omnes insigniter de litteris meriti. Jungunt se his ipsi *Pater & Filius Stephani*, artis, quam profesi sunt, facile omnium præstantissimæ, tantum gloria eminentes, ut qui palmam ipsis in hoc industriæ genere dubiam facere posset, adhuc nemo fuerit, nemo unquam futurus videatur. Hi, si reviviscerent, Tecum pro me agerent, ut destinatas quondam litteratæ Franciæ potissimum curas suas, extensa rubigine, quam ab imperitorum hominum manibus contraxerant, denuo expolitas, iisdem nunc primum Favore nominis tui commendatores restituere liceat: Utque ab eodem tam *Illustri tuo nomine ipsorum nominibus novum splendorem accedere patiere*. Quibus Tu quidem, pro tuo erga litteras amore, pro studio civium tuorum gloriam tuendi, studiosæque juventutis commodis consulendi, certo scio, non negares.

Non eo tamen Te intrepidus adeo, gravissimum ingenii tui judicium subiturus. Ut ut enim Te ceteroquin civilem, comem, facilem omnibus, qui Te adeunt, prebeas, ingenii tui fascibus (ut antiqui ritus vocabulis utar) submotò incidis. Scio enim Te, quum istuc jam ætatis sis, tamen pro incredibili vigore ingenii tui, in mediis occupatio-

D E D I C A T I O.

nibus tuis, quæ omni pondere graviores sunt, quicquid fere istius generis scriptionis est, (quod tibi litterati homines, sèpius forsan, quam otii tui ratio patitur, ferunt) non leviter, ut assolent, inspicere, sed impense consideranteque legere & estimare consuesse. Quidni igitur vereri debeam, ne forte a Te in promiscuam interpellatorum turbam coniiciar, qui occupationibus tuis abutuntur?

Vicit tamen omnia, quæcunque mihi silentium imperare poterant, præstantissimorum virtutum tuarum admiratio: Quarum mihi diutius veneratione duntaxat tacita defungi citra piaculum non videor. Non quod equidem tantum mihi sumam, ut in amplissimum laudum tuarum campum mea se committere oratio audeat. Scio quid ingenii mei modulus complecti nequeat: Scio quid harum pagellarum ambitus capiat: Occurrit animo & quid Ipsemet, qui, pro gravissimo judicio tuo, mereri quotidie novas laudes, quam audire aut legere meritissimas mavis, tacite suspicere nos forsan, quam voce ac litteris prædicare malis. Quin etiam ineptus mihi videar, quem tot jam, tantaque laudum tuarum præconia exstent, si istum veluti pannum prædicationis meæ fulgentissimæ purpuræ tuæ attexere cupiam.

Habes enimvero buccinanter merita tua totum Orbem Christianum, qui quodammodo cum civibus tuis caritate, venerationeque tui certare videtur, pæneque omnium gentium litteris atque linguis laudes tuas celebrat.

Habes plausus & fausta omina, votaque pro salute tua quotidie iterata totius regni Franciæ incolarum.

Habes tot eminentium inter populares tuos ingeniorum illustria monumenta, quibus olim Francicæ facundiæ præstantia Atticam illam veterem elegantiam provocant. Hæc enimvero sibi Clarissima ingenia, jure suo, hanc celebrandarum laudum tuarum provinciam proprie vindicant. Memorabitque omni ævo Francia erudita, & hoc semper maximum Annalium suorum ornamentum reputabit, IN COMPARABILEM illum CIVEM suum, cui soli contigit REGI, Regnique subditis præclarissimum in modum juxta consulere, & comparem utrinque bene merendo gratiam inire. Testabitur omnium seculorum posteritati tam plenam & solidam, tam invidendam & pæne incredibilem TEMPORUM sub LUDOVICO XV rege FELICITATEM. Commendabit æternis litterarum monumentis, tradetque memoriarum sempiternæ voces illas, quas meritorum tuorum jucunda recordatio jam diu populo expressit, Cum sèpius in aula Francica Cardinalitia purpura splendide fulserit, nunquam tamen Mansuetudinis, Clementiæ, Justitiæ splendore, quam hodierno die fulget, clarius fulsisse.

Habes Regni Procerum omnium, cedente invidia magnitudini gloriæ, perpetuum ac sincerissimum studium.

Habes denique, quod omnibus omnium præconiis merito anteponis, estimatorem justissimum, eundemque laudatorem ac testem meritorum tuorum omni exceptione majorem REGEM ipsum CHRISTIANISSIMUM, qui quanti Te tuaque in regnum suum merita faciat jam multum ac sèpius, testante in Actis suis Europa, non dictis modo, sed palam factis declaravit. Agnoscit enimvero OPTIMUS PRINCEPS, Te Sibi illa ætate, quæ majorum natu consilio indiget, præsidio Avi, Patris, Preavi erepto, Administrum Regni, talem prudentia, fide, integritate, industria Virum, cuius omnia coepta, consiliaque prosperet ac fortunet Numen, velut divinitus obtigisse. Videt per Te non custoditas solum fideleriter, sed magnis etiam accessionibus auctas, firmatasque opes regni. Agnoscit denique, per Te regnum suum, non illa invisa multis nominibus, quæque plerumque cum innocentium lacrimis conjuncta est, sed vera, sola que se Princeps digna, hoc est incruenta, innoxia, atque ab omni humani erroris contagione intaminata gloria decoratum esse. Multum absum ab ea felicitate ingenii, ut omnes gloriosissimæ Administrationis tuæ partes oratione complecti me possem. Quicquid

D E D I C A T I O.

quid ejus attigerō, merito verear ne magnitudinem rerum ingenii culpa deteram, plurimaque indulgentia tua mihi opus esse sentio. Unum modo quasi actum novissimi temporis, paucorumque annorum curriculum, quæsō, mecum recognoscas. Quod nunquam mihi ante oculos ponere soleo, quin ita animum meum novitate casuum & eventuum percellat, ut vix ac ne vix quidem humanis consiliis omnia gesta esse persuadere mihi queam.

Vix a diurno, multisque populis luctuoso bello, inde a paucis ante excessum LUDOVICI MAGNI annis, Europa requieverat, rursusque, desueta olim, pacis atque otii bona noverat, cum subito novi bellorum incendii ingruit terror, cuius hoc loco causas attingere nihil attinet. Horrebat Europa initium longinqui fortassis & plurimi sanguinis belli. Nec abesse potuit, quin, pro tua sapientia, tuoque omnibus optime semper consulendi studio, horribes Ipse met quoque necessario bellum comitantia mala, Christiani sanguinis confusione, cultissimarum Europæ regionum vastitatem, eversiones opulentarum civitatum, tum innocentis plebis innumerabiles miseras & calamitates. Itaque quum nemini, quam Tibi, perspectius esset, quanto REX CHRISTIANISSIMUS, quem ad id bellum pietatis respectus armaverat, adversantibus terrore Nominis sui, copiarum numero, sociorum auxiliis superior, quanto commeatibus, ceterisque, quæ ad bellum necessaria sunt, rebus instructior, paratiorque; quam pene certa denique, explorataque victoria in id bellum descenderit: Quum nemo Te causa ejusdem belli sincerius, constantiusque faveret; nemo fidelius, honestiusque Franciæ consultum vellet, tamen tanta gravitas tua in capessendis belli consiliis fuit, tantum conservandæ pacis studium apparuit, ut omnibus constaret, invito & repugnanti, atque adeo, si me ipsam populi vocem apponere pateris, flenti Tibi bellum denique adversariorum pertinacia extortum esse. Coepit id bellum est eo successu armorum Franciæ, quem prævidere facile licuit. Quæ deinceps consecuta sunt, ea vero nunquam nisi admiratione obstupefactus recordor. Omnia esse in manu supremi belli, pacisque mortalium arbitri, rerum omnium Opificis, posita, omnibus, qui mentem notione numinis imbutam habent, persuasum esse debet. Quem in finem vero, & quando, & quatenus, & quomodo, mortalium consiliis & rebus coepitis se interponat Numen, id, quia captum humani ingenii superat, temere quenquam pro certo statuere arbitror. Est tamen, ubi divinæ providentiae pene ipsa vestigia cernere licet. Gliscerat belli incendium, & latius usque fundebat flammarum, cum subito, salvis, atque adeo recenti victoria ovantibus exercitibus, duo illa *belli fulmina*, quæ cum maxime armorum Franciæ terrorem hostibus intulerant, casu inaudito, & pene incredibili, extincta sunt: Duxitque Francia uno tempore duorum Principum Virorum, quorum alteri Transalpinas, alteri Germanicas legiones parere jussérat, acerbas & luctuosas nimis exsequias. Non deerant quidem Franciæ Viri virtute, reique militaris usu ac scientia præstantes, qui in locum defunctorum succedere, eorumque desiderium cumulate explere poterant. Sed non indigebat defensoribus istis, quantumvis egregiis, res Francica. Neque enim opus erat armis aut militaribus viris. *Cedant arma togæ.* Aderat consiliis tuis, cum pietate REGIS CHRISTIANISSIMI & votis totius Orbis Christiani consentientibus, Numen. Victoria arma pari gloria Francia posuit, ac moverat, habuitque exitum tam formidatum illud plerisque terrarum gentibus bellum, non temere dixerim, optabiliorem Franciæ, gratiorem Europæ, quam ulla unquam bella habuerunt.

Videt AUGUSTA REGINA restitutum sibi incolumem, & illibato bis virtute meriti regni decore insignem, cumulatumque felicitate & gloria, PARENTEM AUGUSTUM, de cuius salute prius crudeles cum spe minime dubia vitrictum armorum timores miscuerat: Eumque tanto majori gratulatione ac lætitia una cum CONJUGE AUGUSTO gestiens reducem amplectitur, quod in sinu Galliæ suæ potius, quam in turbarum bellorumque altrice Polonia, poscentibus annis, laborum quietem capturum cernit. Pacatis ex omni parte finibus, dives triumphis, provinciis auctior, potentior opibus, & cumulatior gloria, felix

D E D I C A T I O.

in primis REGE suo, REGIOQUE omni consummatæ laudis MINISTERIO Francia, fortunatissimi in terris regni faciem, nunquam pulchriorem, lætioremque induit. Gratulatur sibi Europa restitutæ pacis bona, biennali bello, timore magis periculi, quam insigni ulla clade defuncta, eandemque in posteritatem quoque, pacificantis Franciæ fiducia, certius, quam unquam fuerat, firmatum iri sperat. Audiet, (sperare fas est,) piorum preces Numen, perpetuoque stabilem faciet, amabilissimam rerum, quæ desiderata diu, frustraque toties populorum votis expetita, nunc demum, conciliante Francia, cœpit, viget, regnatque, Europæ Procerum concordiam.

Sed ut illuc tandem veniam, ubi jam dudum animo sum, ne, quæso Te, VIR MAXIME, indulgentia tua abuti videar, qui patriæ amorem præclarissimum in modum illustri exemplo tuo & civibus & exteris juxta commendas, si Te diutius detineo. Patere adhuc, ut occasionem hanc cupide amplectar de immortalibus tuis in patriam quoque meam, Basiliensem civitatem, meritis prædicatione mea, quæ eadem bonorum omnium est, justissimas Tibi, pro mea virili parte, gratias agendi. Enimvero quum se jam diu merita tua intra Franciæ limites non continerent, quum, sideris instar benigni ac salutiferi, virtutum tuarum radios per Orbem terrarum spargeres, pleræque Europæ civitates pro tua, non fecus ac principum suorum, parentumque patriæ salute vota facere instituerant, iisdemque Basilia nostra non ultima sua junxerat, cum fatalis ille casus intervenit, quem, fama ac litteris toto orbe celebratum, narrare Tibi minime convenit, qui ut omnia, quæ eò pertinent, penitus introspiceres, magnam partem curarum tuarum eodem contulisti.

Illud dixisse satis habeo, (expromam enim quæ candor ingenuus, qui nemini unquam apud Te fraudi fuit, animo dictat) ex re parvi in speciem momenti, cœpta impetu imperiæ multitudinis, suspicionibus dein magis, ut assulet, quam certis rebus aggravata, non seriam modo controversiam exstissee, sed tantum non hostilium irarum, ac prope funestum eidem civitati, incendium exarsisse. Horret animus cum fatalis illius temporis imago subit. Præcius omnis urbi, velut hostilia merita, Archistrategi Alusatiæ provinciæ jussu, terra ac flumine, a Franciæ confinio commeatus, commercia cujusquemodi cum civibus nostris interdicto sublata, ac, si qui forte finibus egressi fuerant, in custodiadati. Civitas, improvisa re attonita, quid in ea veri aut vani sit, juratis testibus, certisque argumentis satis comperto, purgandi sui, pro consuetudine in sociis Franciæ, copiam postulare. Sed plenæ gravissimarum criminationum litteræ, ad REGEM & Aulicum consilium continuo missæ, facile causam ejus invidia cumularunt. Jam vero miserabilem urbis ipsius, nec pace nec bello utentis, faciem describere supersedeo.

Crimen ejusmodi, quod ipsum sibi magnitudine sua fidem abrogaret, Civitatem per se humilem, inopem, quæque REGIS CHRISTIANISSIMI gratia nihil carius, otio nihil antiquius unquam habuit, nihili de re, aliquot nempe piscatorum rixæ gratia, inconsultis sociis, tempore alienissimo, adversus vastam illam, & formidatam omnibus regnis ac populis, Franciæ potentiam, novo more, hostilia ausam. Sed error tam varius ac multiplex rei gestæ implicitus fuerat, ut nisi ad aures æquioris judicis pervenisset, vix ac ne vix quidem quamvis justa defensio civitatis locum habitura fuisset. Interea Præfeti Regii, & quicunque subinde negotio intervenerant, omnia, ut acceperant, ita gesta esse rati, simul quod rei dominicæ intercessæ crederent, eo suarum partium esse ducere, ne quid reliquum facerent, quod ad probandam fidem ac diligentiam suam pertineret, extendere postulata, criminari apud socios, terrere torvis responsis, terrere minacibus litteris civitatem, obstinato consilio prorsus æqui bonive nihil impertire. Ne in sociis quidem, quod nunquam antea evenit, ut in tali consternatione discordantibus, lentisque consilii, præsidii satis fuit.

In hac tam trepida re, cordatoribus civium, qui, usu aliquo aut doctrina adjuti, rerum

D E D I C A T I O.

rerum momenta æstimare norant, spes una supererat, ne juxta cum multitudine animo labascerent. Ea nimurum haud obscura in spectata olim & cognita rerum tractandarum consuetudine tua, & REGIS CHRISTIANISSIMI æquitate affulgebat. Facere non possum, quin eorum unius, quantulocunque in numero eximii, verba ipsa apponam: nec difficulter, spero, feres, tribuere me istuc venerandæ mihi meritissimo memorie Viri, cui quicquid meorum in litteris progressum est, acceptum refero. Is fuit *Jacobus Christopherus Iselius*, Vir cum inclytis in litteras meritis, ceterisque laudibus suis, tum Franciæ quoque eruditæ, Primiorumque Regni Virorum, qui ipsum amicitia & benevolentia sua dignati fuerunt, judicio, dum vixit, ornatusissimus. Hic in eodem lectulo decubans, ubi paucis interjectis diebus extreum spiritum traxit, Mihi crede, inquit, (sicut assueverat) mi consobrine, posteaquam mihi, omnibus, quæ ad hoc fatale dissidium pertinent, explorare cognitis, satisque ponderatis, omnino liquet, nihil a nostris publice commissum esse, quamnobrem merito REGIS CHRISTIANISSIMI offenditum animum timere debeant, causa non est, cur dubitem, quin jam jam res nostræ ex hoc periculi pleno vado emersuræ sint, modo ut per eum, quem decet, Virum plena certaque rei cognitio ad REGIS aures perveniat. Commemorabat insuper, cum alia multa & illustria facta ac decreta, quæ hodiernæ Aulæ Francicæ æternum decus pepererunt, tum unum illustrissimum, & exultantis gaudio, non Franciæ solum, sed totius Europæ incredibili plausu exceptum, triumphantis innocentiae, restitutæque justitiae recens documentum. Qui quam vere judicaverit, brevi apparuit.

Vidimus enimvero & ingenti bono nostro experti sumus, admirabilem illam animi tui altitudinem, & abhorrentem a præmaturis consiliis gravitatem, cuius beneficio omnibus semper causam suam apud Te fine præjudicij metu defendere licuit. Nihil in animo tuo potuit invidiosa criminatio, quin integra omnia causæ cognitioni civitatis reservares.

Vidimus incredibilem illam mentis tuæ sagacitatem, & explorandæ veritatis singularem scientiam, qua fit, ut statim Tibi suboleat quicquid quacunque in re, vel fraudis occultæ, vel erroris humani implicitum est. Cum enim, pro acerrimo judicio tuo, omnes ingeniorum recessus perspectos habeas, eorumque ad labendum proclivitatem tanto melius noris, quanto Te longius ab eadem imbecillitate, natura, doctrina, ætas tua removit, fugere Te non potuit, quam facile homines, in re præsertim subita, ubi vel studium suum in consilio habent, vel alia causa subest, quæ mentis judicium præcipitet, opinata pro exploratis, non visa pro visis, arripiant: ubi dein velut alea judicij jacta est, quam difficulter ab ea, quam semel imbiberunt, opinione deducantur.

Ergo Basiliensis civitas, simul ac purum atque integerimum illud animi tui judicium subiit, confidere vehementer causæ, atque adeo innocentiae suæ debuit. Videbat enim fore, ut dispulsis tætris illis turbulenti erroris tenebris, discussaque calumnia, si quæ forsan ex occulta instigatione, unde minime debuit, accesserat, (nam is quoque rumor plurimus fuit) certum denique veritatis fontem reperires.

Peropportune huic adhuc dubio temporis ejus supervenit, insperatus omnino, & quasi divinitus Patriæ oblatus Sospitator, civis ejus Splendore Ordinis, quem sua quondam virtute meruit, Amplissimus. * Is, olim sublevare auxiliis indigentes, erigere afflictos, ope consilioque circumventis & oppressis subvenire pene instar quotidianaæ operæ habens, quum patriam, ex longo intervallo, latus latam, ut speraverat, revisum advenisset, insolita ac miserabili facie ejus attonitus, &, pro eo ac par erat, affectus animo, usus est ea facultate, quam, negotiorum maximi momenti frequenti tractatione exercitus, promptissimam habuit, consilioque salubri nodum, ut ajunt, Herculeum expedivit. Enimvero cognita jam olim, atque adeo perspecta Tibi hujus Præclarri Viri, in

maxi-

* LUCAS SCHAUBIUS, Eques Auratus, & REGUM AUGG. Angliae GEORGII I. antehac, nunc GEORGII II. Aulæ familiaris, sœpeque sub iisdem Augg. Regis splendidissimi ministeriis extra ordinem functus.

D E D I C A T I O.

maximis rebus administrandis, integritas, dexteritas, felicitas fuerat. Itaque roganti Te per litteras, Placeretne Tibi, ei viro, qui maxime in ea causa criminibus dubiis onerabatur, *purgandi sui coram copiam facere? Continuo hanc ei, ex voluntate REGIS CHRISTIANISSIMI, potestatem factum iri, dignissimis illis gravitate tua litteris rescribis. Ille vero conscientia fretus ad satisfaciendum per Te REGI advolat, aditum sine mora impetrat, innocentiam candoremque viri, pro ea qua polles perspicientia rerum, pñne primo aspectu in ore & vultu ejus cernis, totaque re accuratius per Te cognita, & ad REGIS, Regiique Consilii cognitionem relata, non absolutum modo, sed honorarium quoque Illustri Testimonio tuo in patriam remittis.

Ergo ex tali consternatione veluti renata Civitas, primum omnium gratulatur sibi, ut debuit, inenarrabili lætitia gestiens, redditum in REGIS CHRISTIANISSIMI inæstimabilem gratiam, quam &c dehinc sperat, atque adeo confidit, æternam fore. Gratulatur restitutam urbi, agroque pristinam pacis faciem, redintegrata inter finitos populos, æque salutari, æque proficia, æque exoptata ambobus semper, quandiu læva mens non fuit, concordia, mutuaque benevolentia. Gratulatur sopitum nunc demum in perpetuum discordiarum furem, sublatis, quæ fuerant, simultatum causis, extirpatisque omnino, repullulantibus per intervalla, mali feminibus: posteaquam, agnito tandem, probatoque utrinque limite, controversiæ de finibus finis impositus est. Non timet amplius, ne ullo tempore a quoquam mortalium impugnantur jura, quæ justis ac legitimis titulis parta, inde ab antiquis temporibus in Rheno flumine obtinuit, quæ jam utriusque REGIS MAXIMI LUDOVICI XIV & XV perpetua concessione in posteritatem corroborata videt.

In primis vero triumphat gaudio civitas, ob restitutum sibi, salva existimatione ac dignitate civem, reipublicæ utilem cognitum, quem exanimata timore pñne Fortunæ inclemencia circumventum viderat, eundemque lætitia gestiens gratulatione & honoribus cumulat: Alterumque illum, Sospitatem suum, immortalibus meritis incidentem, gemina corona civica, altera ob civem patriæ servatum, altera ob ipsam patriam periculo erexit, grato animo decorare properat. Sed ante omnia incomparabiles laudes ac virtutes tuas, quibus otium suum acceptum refert, ad cælum fert.

Nulla mihi dubitatio afferri potest, quin Te singularis doctrina ac sapientia tua supra delinimenta qualiscunque terrenæ gloriæ constituerit: quippe qui nudam semper virtutem amasti, omniaque, propter quæ multi mortales virtutis amorem simulant, quasi vilia & frivola, nullo in numero posuisti. Verumtamen abesse nequit, quin animum tuum voluptate incredibili perfundi sentias, quoties eum cogitatio subit, Hoc Te immortalibus meritis tuis consecutum esse, ut jam angulus in Europæ Orbe nullus sit, ubi non boni, quot sunt, venerabili capiti tuo bene precentur. Ita est profecto, VIRORUM MAXIME, non tantum Franciæ universæ, quæ in Te parentis unici imaginem reperit, sed populorum omnium vota huc eodem tendunt, ut quemadmodum Homericum illum Nestorem Principibus juxta ac populis salutari prudentia longe multumque superasti, ita & annis superes. Faxit OPTIMUM MAXIMUM NUMEN, ut quam diutissime porro, fôspes, valens, vegetus, Gloriosissimæ Administrationis curis Regno Franciæ, totique Orbi profis, cui exemplo certe semper profuturus es.

Quod si audaciæ meæ, qua Te tam longo, & forsan tñdioso Tibi, sermone detinere sustinui, veniam, & huic Thesauro patrocinium tuum imperties, quod mihi consuetudo tua in fovendis litteris spondet, tum vero mihi suminæ votorum meorum compos factus, studiorumque meorum inæstimabilem fructum consecutus videbor, ovansque gaudio

Sublimi feriam sidera vertice.

Vale etiam atque etiam, universæ Europæ, juxta atque AUGUSTO DOMINO tuo, carissimum caput, & seculi tui absolutissimum decus.

Basilia KAL. DECEMBER.
CIO 10CC XXXIX.

* Is erat JACOBUS CHRISTOPHORUS FREIGIUS, eo tempore Senator, & Praefectus Huningæ trans Rhenum, nunc XIII Vir & Scholarcha.



ANTONIUS - BIRRIUS

LECTORI S.



Ihil unquam minus fore pustavi, quam ut in eorum albo nomen meum adscribi paterer, qui rem Lexicographicam vel uno dígito attigerunt. Quanvis enim humaniores litteras, quæ hujus Lexici, quod jam typis restitutum tibi exhibetur, materiam efficiunt, a pueritia magnopere adamaverim, studioseque semper coluerim, amoenitates tamen magis hujus studii quafdam, in quibus ingenii oblectatio cum fructu conjuncta est, fœtatus sum, quam ut ad tam inacnenam, laboriosamque provinciam, in qua molestiarum plurimum, emolumenti perparum, delectationis nihil est, animum applicarem. Quid queris? Dicam quod plerisque mirum, nonnullis forsan incredibile videbitur: Siquidem hæc publice recepta perfusio est, ut nemo vivere sine offula potest, ita neminem litteris fine Lexico Latino studium atque operam navare, & litterati hominis nomen existimationemque tueri posse: Totum hoc genus usque eo posthabui, ut inde ex quo litterario ludo egressus sum, & triviale illud, quod puerilibus studiis accommodatum est, abjeci, supra annum quadragesimum etatis Lexicon Latinum nullum mihi comparaverim. Si quid forte legenti incidebat, quod Lexici ulrum posceret, auctorum classicorum indices inspiciebam, aut ipsos auctores saepius voluntabam, indicante utcunque, quo quidque loco extaret, memoria, aut denique adnotasse satis habebam, alio tempore, quomodo cuncte licuerit, inquisitus. Neque vero ea parcimonia fuit, quam semper bonorum librorum prope supra, quam fortunarum mearum tenuitas pati posse videbatur, studiosus fuerim: Verum magis in eo genere quid non probarem, quam quid omnino probarem inveniebam. Calepini maciem & scabiem non injuria aspernabar, iis, qui Trebelliani Promptuarii inconditam farraginem pluris facerent, nihil videbam, eandem in Foro Romano & Ærario Latinae linguae sub alio nomine recoctam crambem fastidiebam, Fabriani Thesauri, qui alioqui palmam ferret, in pœnam lectoris exquisitum ordinem cruce pejus oderam, Stephanum nunquam videram, & si forte ex Gallia nancisci vellem, ære non mediocri ex vinculis redimendus erat. Interea suspensum me expectatione consummatæ opera Lexici Latini, annos jam circiter xx tenebant, ex Germania, ex Belgio, ex Gallia, ex Italia, ex Anglia promissiores. Quorum omnium tamen promissa in sumum abierunt, nisi quod Britannia demum hoc, quod oculistis iteratum typis subjicimus, triennio, ut Cl. editores prædicant, (papæ, pro mole ejus quam celeriter!) elaboratum opus extrusit. Sunt autem, qui id curarunt, ut ex ipso-

rum Dicatoria ad GEORGIUM II. M. B. R. epistola constat, IV Viri Clarissimi, EDMUNDUS LAW, JOHANNES TAYLOR, THOMAS JOHNSON, SANDYS HUTCHINSON. Eius qui primus, & solus, quod sciam, in hac urbe exemplar sibi comparavit, Vir est, cum omnibus ingenii, animique bonis, tum eruditiois ac doctrinæ laude ornatusimus, JOHANNES GRYNÆUS, tunc quidem adhuc Lingg. Ot. Professoris vice in patria Academia fungens, nuper, magno suo merito, SS.Th.D.ac Locc. Comm. & Controv. Professor, Patribus Conscriptis ejusdem aggregatus. Is quem mihi, pro benevolentia, qua me semper prolequutus est, conjunctione, domi sue inspiciendi libri copiam fecisset, ac simil non usquequaque probari sibi declarasset, auctor suasorque mihi fuit, ut ejus recensendi, einendandique curam suscipere, promittentibus operam & typos suis in recudendo THURNISIS FRATRIBUS. Ita, quod ne somnianti quidem unquam in mentem venerat, velut Ascriptitus, in Glossulariorum classem accensus sum. Igitur cupide, eoque raptim, ut affloret, primo volumine pervolutato, non unum locum animadverti, ut in Admonitario, quod tum bibliopolie publicarunt, schedio jam declaravi, qui emendatione opus haberet. Ceterum, seu charta nitor, typorumque politissima elegancia oculis, ingenioque juxta imposuit, sive potius animus, vanitatis insolens, & ex suo candore aliorum promissa astimans, *αὐθιωπίας* quandam ac hebetudinem ad id examen attulerat, paulo mollius de opere ipso judicium feci, quam sine cuiusquam injurya facere potuisse. Nam posteaquam me operi accinxii, ac singulas paginas, uti convenit, paulo intentiore cura perlegere coepi, ibi vero, (ut istuc, quod res est, dicam,) pene *pro thesauro carbones* reperi. Quid ipsimet IV Viri Clarissimi in nova ac splendidissima editione sua præstiterint, quid in eadem adhuc desiderant, non dissimilanter quidem in præfatione sua, quæ hanc protinus excipiet, expromperunt. Sed paulo tamen amplius, quod pace ipsorum dixerim, quam exspectandum fuerat, in laboriosa hac provincia alienæ diligentiae reliquum fecisse, ex his, quæ de meis, quas in hoc opus contuli, curis vere predicare possum, cordatus lector facile intelliget.

Primum in eadem illa, quam dixi, præfatione, quia quædam minus explicite scripta, atque adeo δυνόντα occurserunt, ne forsitan lectori molestiam crearent, verbum unum alterumque in ima pagina declarandi causâ adjicere coactus sum. Quibus deinde, dum inter relegendum alia atque alia minus recte, ut arbitror, posita animadverto, notula insuper quædam monitoria accesserunt, quas ab his, quæ jam ab auctore præfationis adjectæ fuerant, interposita linea, & hoc signum † distinguit. Poteram quidem de Lexicis Latinis plura adjicere, si de singulis accuratius inquirere lubuisset, sed vela contrahere satius visum est, ne editioni operis moram afferrem. Alioqui enim eorum potius obsecutus essem voluntati, qui me, ut novam plane hanc telam orfis, alias Lexicorum Lat. historiam denuo conixerem adhortabantur, quam genus scribendi, quod Vir Clarissimus,

cui eam præfationem acceptam referimus, fecutus est, ob novam & insolitam verborum constructionem, in his superioris Germaniae partibus haud sane cuiquam se probaverit. Quod cujusmodi sit vel ex prima dimidia pagina nostræ editionis curiosus lector facile cognoscet. Sed quum nihil difficilius sit, quam in scribendo omnium judicio satisfacere, quum sere aliud alii eloquendi genus arrireat, multique passim etiam emendatissime, castigatissimeque scripta, pro captu ingenii, varie carpant, suum cuique de ea re judicium relinquimus; Quicquid denique a stilo vitii est, id ceteris recte curatis condonari æquum puto.

Priusquam vero de eo labore, qui mihi necessario, post Clarissimorum virorum curas, in eodem opere reconcinnando exantlandus fuit, verbum faciam, necesse habeo paulo altius repeterem, ut & quid præstandum mihi fuerit & quid omnino præstiterim clarius constet. Queruntur nimurum vehementer in præfatione sua iidem Clarissimi Viri, nec sine stomacho, quod cum ipsi ultimam hujus Thesauri editionem Stephanicam Parisiensem sequi constituerint, ex bibliopolæ tamen obstinato consilio editionem potius Lugdunensem Anni 1573. a Philippo Tinghyo curatam exhibere coacti sint, quam minime omnium probent. Est quidem deplorandum plane ac miserandum, rem librariam sæculo nostro non doctorum judicio, sed bibliopolarum arbitratu regi, administrarique. Quorum multos esse quis neget,

— qui neque ius neque bonum atque æquum sciant:

Melius, peius, prosi, obſit, nil vident, niſi quod lubet?

At illi se suum negotium agere dicunt, aliena non curare, librum alium, niſi qui ſibi æra meriturus fit, in quem ſumptus erogent, non querere. Ceterum utilis, inutilis, emendatus an mendosus, albus denique an ater fit, id populus viderit, ex cuius opinione, æſtimationeque res ſpecie omnis ipſorum fuſpenſa eſt.

Est autem Lugdunensis illa editio primum tempore posterior, quod ſolum apud plerosque maximæ inſtar commendationis eſt: Eſt eadem mole grandior, ita ut & utili incremento auctior appareat, quo nihil ad illiciendos & attrahendos emptores, lucellumque venditoris accommodatius eſt. Sed cujusmodi illa revera fit, a quo principio profecta, unde incrementa ceperit, & tantum corporis, ut ita dicam, fecerit, age paulo accuratius diſpiciamus, ut aliquanto plenius, quam ex Londinensi præfatione, cognolcat lector, unde tanta moles iſtius Lexici conflata fit. Baſin & quaſi fundamentum ejus, cui dein reliqua, velut navis carinæ latera, attexta fuerunt, *Thesaurus L. L. Roberti Stephani, ed. secunda Anni 1536.* ut ipſem typographus in præfatione ſua indicat, efficit. Quamvis enim jam tum tertia editio, Anni nempe 1543. exſtaret, tamen, quod in prioris illius marginem jani nova editionis, quam parabat, hylen & copiam omnem ſuam congeſſerat, eam, quali ignorans, silentio diſſimulavit. Sed ne hanc quidem, ſecundam nempe Stephanicam editionem, Tinghyum, integrum exhibuſſe, ſi quibus otium eſt utramque editionem conferendi, facile deprehendent. Non enim contraxit modo perperam & mutilavit plurima, verum etiam non pauca, & minime quidem ſupervacua, ut infra demonſtrabitur, omiſſit. At bene multis videlicet accessionibus, ſi quid in hoc damni factum eſt, uti quidem prædicat, abunde compenſavit. Age cujusmodi hæ ſint, propius videamus. Primum *Theodosii Trebellii Promptuarium*, quod Anno 1545. ex Stephano item compilato potiſſimum conflatum, Baſilea prodiit, tam ſcī compilavit, ut ne unam quidem voculam præteriſſe videatur. Apparet enim hic primum, nescio unde deſcripta, de Elementorum, ſeu Litterarum ſingularum vi & uſu traſtatio, leviusculis tamen quibusdam adjectis auctior: Apparet Notarum Vett. ex Valerii Probi de Litteris antiquis opuſculo, declaratio: Apparet item Rhetorum Tropologia & Schematicia, quæque alla Trebellius ille, ſive Trebellio, cujus ipſa verba in præfatione Anglicana adducuntur, ſeſe in Promptuarium ſuo exhibuſſe magnifice gloriatur. Apparet ingens denique Epithetorum & Phrasium farrago. In qua corradenda, diſponendaque adeo parce homo meus delectum, judiciumque adhibuit, ut non injuria dubitaveris, annon forſan, politis ante ſe classicis auctioribus, temereque apertis, ex ſingulis, quod primum forte ipſi occurrit excerptum protinus in codicem ſuum

retulerit. Ceterum quum eadem omnis copia, cum per tenui acceſſione, veluti quod Greca interpretatio ſingulis diſcriptionibus addita, auctorumque locis non libri tantum, ſed & capitū &c. notatio, (vellem & Fideliter adjicere li-cret,) ſubjecta eſt, etiam in *Foro Romano* exſtet, quod, *Calio Secundo Curione* curante, primum Ao. 1561. ibidem Frobenianis typis, (non, ut in Anglicana præfatione exſtat, 1576. quum Cælius jam in Elyſiis campis eſſet,) prodiit: Quum eadem rufus & in *Æario Latina Lingua*, quod *Nizoliano Thesauro Ludovicus Lucius* Ao. 1613. pro tomo altero ſubjunxit, illa tamen, quam dixi, de Litteris & ea rum notis subtracta tracſatione, occurrat, appetat eos, qui tali copia delectantur, illibatam eam in hoc Lugdunensi prius, jam vero Londinensi Lexico inventuros. Quod ita eſt, collato quovis in his iu Lexicis vocabulo, cognoscere promptum eſt. Eſto e. g. diſcio AXIS. Sed alia ingens accessio eſt in *Lugdunensi Thesauro*, quæ neque in *Promptuario*, neque in *Foro Ro.* neque in *Æario* illo compa ret, de qua paucis accipe. Primum eſt ingens numerus nominum propriorum, quibus Geographica, Historica & Mythologica continentur. Quæ editor quidem omnia ex iſipsis fontibus derivata, h. e. ex antiquis ſcriptoribus ex cerpta jaſtat. Sed ego multum ac ſaepre conſerendo didici omnia ad verbum delcripta eſſe ex *Dictionario Historico*, quod quidam, falſo, opinor, *Carolo Stephano*, Roberti fratri auctori adſcribunt, quod olim Paſiſis, deinde auctius & locupletius, ut titulus præfert, ſeipius alibi prodiit. Utor editione Genevensi Anni 1590. Id vero eſt pulchre & diligenter inſtructum turpissimorum errorum armamentarium quoddam, quibus tamen de ſuo quoque nonnullos Lugdunensis Thesauri collector, dum multa ſaepre male contraxit in diſcribingendo, addidit. His acceſſerunt ejusdem, vel ſimilis argumenti quam plurima ex *Celii Rhodigini Antiquarum lectionum* ſpiſſo volumine & *Alexandri ab Alexandro Genialium dierum* libris. Scio in Cælianis lectionibus quam plurima eſte, præſertim quæ ad Antiquitatis notitiam pertinent, docte, ingenioſeque animadverſa, quæque lector non fatui palati appoſita ſibi non fastidiat: Sed eadem hæc potiſſimum, non alieniſſima potius pleraque huc delcripta fuſſe, equidem dejerare nolim. Quod ad Genialium die rum ſcriptorem attinet, ſaepre mecum miratus sum, auctorem tam ſecurum de judicio lectoris, non lectores ſolum & admiratores, verum etiam Commentatores, eosdemque non de ſece eruditorum, inveniſſe. Pleraque, quæ omni no ſupervacua in hoc opere leguntur, & ubi triviale illud non injuria objicias, *Dic, cur hic?* ejus diligentia ac cepta referimus. Qualia ſunt e. g. que in dictionibus CALASIRIES, COGEONUS, CYNOSURCI in primo tomo le guntur; quæ tamen, quam brevia ſint, in opere non meo, reſecare ad vivum non auiſus ſum. Adagia quoque veterum adjecta fuerunt, partim ex eodem *Celiano opere*, partim ex *Chiliadibus Erasmi*. Quod nemo cordatus facile reprehenderit, modo ne & minime necessaria quamplurima ex iſi dem fontibus huc derivata eſſent. Acceſſerunt insuper Historica & Geographica quamplurima, & in his quædam etiam, quæ ad Medii ac Junioris ævi tempora pertinent, ac proinde hoc loco aliena ſunt, ex *Raphaeli Volaterrani Commentarii Urbanorum* libris, ſeipſus ne recte quidem deſcripta. Meliora ſunt quæ ex *Aconio Pediano*, *Budei* item & *Manutii* lucubrationibus petita fuerunt, ad Antiquitatis cognitio nem potiſſimum ſpectantia, ſed prolixiora paululum, quam in Latinæ lingua Lexico exſpectares. Alius inſuper, ex *Medicorum*, opinor, *familia*, conductus ſuit, qui artis ſue vocabula eodem omnia infarciret. Id quod ſi vel mediocri judicio feciſſet, gratiam apud ejus diſciplinae alumnos inire poterat. Non ſolum vero eas, quæ apud *Plinium* ex ſtant, ſtirpium deſcriptions, ſed & morborum pæne omnium ex eodem *Plinio* remedia, totum pæne *Galen de ſimpli medic*, libellum, totum pæne quoque *Ruellum de Nat. Stirp.* totas item ex *Diſcoride* & ſi diſ placet, ex *Matthioli* quoque in eundem *Commentarii* plantarum deſcriptions huc eodem deſcribere, id erat, mea quidem ſententia, hominis malo morbo laborantis. Alius denique, qui *Juridicum Lexicon Hotomani*, ut in voce ACTIO indicatum eſt, huc propemodiū totum deſcriberet, conductus item ſuit. Quod tanta ſocordia fecit, ut in quibusdam dictionibus superiora, vel in ſta frequentia provocet, quæ tamen omiſſa fuerunt,

suerunt, ut cognoscere lector ex iis, quæ in voce INTERDICTUM annotavimus, poterit. Atque hic fere conspectus est Thesauri Stephanici Lugdunensis, sicut eum Cl. Viri, qui Londinensem editionem curarunt, acceperunt. Quem quod illi quidem vehementer vituperant, eo minus excusandi videntur, quod omissa ejus emendatione, quæ necessario præcedere debuit, de augendo solum solliciti fuerunt. Nam quod culpam omnem in Bibliopolam rejiciunt, a quo prohibiti fuerunt, ne ultimam Parisiensem potius editionem exprimerent, ea viderint illi, justane defensio sit. Quasi videlicet non animadverterint, injuriam immerito, ridente illo, in litterarum cultores devolvi, quibus pro thesauro carbones vendiderit. Quod autem tertiam illam, quam dixi, Stephanicam editionem tantopere extollunt, erat illis probandum, eam vel numero vocabulorum & phrasium deletu, vel reliqua operis ordinatione, secundam illam multum praestare, quam si modo Tinghyus fideliter fecutus esset, tantum lexici ipsius emptores dannum fecisse non putem, ac persuadere velle nobis Viri Clarissimi videntur. Nec eorum opinioni accedere possum, qui eandem tertiam editionem propemodum auro contra æstmant: Siquidem ipsum Stephanum pene pueriliter saepè lapsum esse conferendo didici, ut paulo infra, subiectis exemplis, demonstrabo. Porro nec omnes Lugdunensis operis accessiones spernendas puto, quicquid iidem Clarissimi IV Viri dicunt. Insunt quidem plurima, non tam supervacua, ut mihi quidem videtur, quam non suo loco posita. Id vero commune vitium omnium Lexicographorum esse video, ut quo quidque loco collocandum sit nesciant, & pleraque prorsus alieno, h. e. ubi nemo unquam lector quæstiturus est, ponant. Robertus Stephanus in eadem opinione fuit, ac Fabriani Thesauri, de quo paulo post dicetur, concinnatores, ut nihil magnopere nempe in Lexico Latino requiri putaret, præter singula vocabula, eorundemque variæ significacionis exempla. Quotus quisque vero lectorum est, ex eorum numero, quorunq[ue] potissimum usui Lexica Latina destinantur, qui hoc ipsum, quot nempe, vel quæ cujusque vocabuli apud classicos auctores existent significations ac translationes, inquirere unquam cogitet? Ne dicam laborem infinitum subiturum eum, qui omnes annotare velit, & multum etiam cuivis nostrum in eo generere licere. Quis enim in Metaphora e. g. modo ne inepta sit & longius petita, auctoritatem semper classici auctoris exigat? Nisi me prorsus omnia fallunt, longe alia causa est, quamobrem plerique, docti, indoctique Lexica Latina volunt. Raro de voce quapiam, an Latina sit, vel de Forma casuum vel temporum, dubitatio subit, verum multo frequentius, vel Synonymum vocabulum, quod alii substituant, vel quod addant Epitheton, vel Autitheton, vel verbo Adjunctum, vel Syntaxeos, seu constructionis exempla querunt, Phrasiumque & formularum apparatum desiderant, quo vel de ipsa significacione usque cujusque vocis certius cognoscant, vel unde quod aptissimum judicant ad usum suum libi deligant. Hac parte certe *Lugdunensis* ille *Thesaurus* Parisiensis, ut & *Lipsiensis* *Fabriano* præstat, in quibus copiæ itius ratio nulla habita fuit. Dolendum tamen indigestam hanc adhuc copiam esse, & cum aliqua lectoris molestia, utilia, quæ sola, & meliori quidem ordine proponi debuissent, ex supervacuis eligenda esse. Cui quidem incommodo mederi cum cuperem, & bonam quoque partem eorum, quæ supervacula inesse dixi, in locum suum, h. e. ad carbones amandaturus essem, obstitit mihi judicium, acre & limatulum scilicet, quorundam, qui pecuniam ad operis impressionem representarunt. Hi enim, quantum poterant, usque eò vociferabant, se sibi *Londinensem Stephanici Thesauri editionem integrum & immutatum*, h. e. ne uno quidem carbone detraho, exhibari velle, (credo parum diligentia judicioque ignoti hominis confisi) haec tenus parendum ut fuerit, ne in alieno opere ordinando ubique judicio meo uterer. Mihi enim parendi provincia data est, jubendi illis.

Verum quid facias? ut homo est, ita morem geras.

Temperare tamen mihi non potui, quin manifeste redundantia, queque onerare potius, quam ornare opus videbantur, ut sunt Diggessions, vel Descriptiones aliena prorsus atque tædiosæ, vel Explications ineptæ & fatuæ, reciderem & abjecerem. Id quod in multis dictio-

nibus factum, hi, quibus utriusque editionis conferenda copia atque otium erit, cognoscant. Vid. e. g. in ANTIMACHUS, ARMENIA, BACTRA, BALNEÆ, BELLIS, BOBION, BRACHIMANES, BRUTUS, BUCENTES, CALAMITAS, CALEDONES, CANO, CAPPARIS, CARDUUS, CATHEA, CUCURBITA. Quod si qui sunt, quibus hanc diligentiam nostram audacia nomine appellare lubebit, quique truncatum opus conquerentur, næ illi, ut indemnes abeant, (quantum qualibuscunque meis curis in hanc editionem collatis confido) facile quempiam invenient, qui *Londinensem* editionem quadruplo carius emptam, Basiliensi nostra permittare cupiat. Sunt vero etiam complures dictiones, ubi in magna licet copia exemplorum nihil tamen supervacuum reperias, ut fere in Particulis, quæ vocantur, & Verbis usus frequentioris. Sic in voce *ÆTAS*, primo tomo, per pauca, meo quidem judicio, fustulerim, in *INSIDIE* e. g. in secundo tomo, non video quid sanus lector detractum velle possit.

Quod ad ea attinet, quæ vel ad Geographiam, vel Historiarum, vel Antiquitatis, vel Fabularum poëticarum cognitionem, ut sunt & Ethnica & Patronymica nomina, quæcumque item ad Jus Civile, vel Medicinam, aliasve artes, scientiasque pertinent, quamvis ea commodius in peculiaribus lexicis pertractari soleant, (quandoquidem jam eodem scriptio[n]is genere tantum non omnia, quæcumque humanum ingenium communisci potuit, tradi coepert) non possunt tamen in Latino Lexico, quod omnium, & proinde eorum quoque studiis servire debet, qui pretiosioribus & numerosis voluminibus aliis non instructi sunt, omnino prætermitti: Præfertim quum multa generis ejusdem tam arcta cum notitia lingua ipsius implicita sint, ut omnino ab ea separari nequeant. Sed ea manu erant ferenda, non finu patente effundenda, nec ex illis, quas dixi, turbulenta lacuhs, verum ex ipsi purissimis antiquitatibus fontibus haurienda. Qualiacunque autem in *Lugdunensi* operæ leguntur, denuo politiori seculo paulo inconsultius a Viris Clarissimis obtrusa puto. Qui si maxime in ceteris partibus nihil ad summam diligentiam reliquum fecissent, tamen mirari convenit, cur hac parte tot, tamque pudens erroribus fœdatum opus, alioqui politum & elegans, exire possi sint. Ut tute, Lector, quanta sœditas in historiæ argumenti locis relicta sit videoas, age dictio[n]em unicam, quæ forte nunc animo occurrit, sicut in *Londinensi* codice legitur, *huc describam.*

„ADRIANUS, [A'DRIANVS] Decimus quintus Rom. Imperator fuit, & successor Trajan[i], qui Hierosolyma a Tito Vespasiano solo æquata, muro cincta, & a prænomine suo *Æliam* appellavit.
 „In numis constanter cum aspiratione IMP. CAES. TRAIANUS
 „HADRIANUS AUG. ET HADRIANUS AUGUSTUS. Nec alter in Sabiniæ uxoris numis, ubi mariti mentio facta est. V. Gruter. & M. nutium, qui copiosior utique est in lapidibus excrescendis, qui Hadrianus non Adriani nomen habent incisum, quales inumeros etiam Gruterus ostendit, in quibus est HADRIANO AUG. Quod in coloniis quas deduxit nominibus observatur. Salisburgensis Inscriptio apud Gruter. p. 265. n. 4. IMP. CÆS. L. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS AUG. ARAB. ADIAB. PARTHIC. MAXIMI COL.
 „HADR. IVVAV. D. D. Ejus vitam descripsit Spartanus, excerpit Xiphilinus, Victor, Eutropius. Fuit *Ælii* Adrian fil. successor Trajan[i], qui eum adoptaverat, ius Rom. Imp. Hierosolymam a Tito Vesp. folo æquata munibus cincta & a prænomine suo *Æliam* appellavit. Vanus & curiosus Princeps, eruditus tamen, quod testantur verius qui extant Graci juxta ac Latinis.

Ubi oblitus sum in ista editione lin. 5. & pro ET, reponere. Scias autem licet, tres tantum priores lineas in *Lugdunensi* *Thesauro* extare, reliqua partim ex *Thesauro Lipsiensis*, partim de suo addiderunt *Londinenses*. At quæ monstræ & portenta errorum ex *Lugdunensi* opere in *Londinense* recepta fuerint, paulo infra commodius demonstrabitur, ubi de emendationibus nostris agendum erit. Quare satis opinor, apparet, non aliam causam subesse, cur eam partem se noluisse attingere Viri Clariss. professi sint, nisi quia laboris difficultate absterriti fuerunt. Similiter enim, quod præcipuum ipsorum pensum fuit, etiam ea, quæ ex opere *Lipsiensis* descripsérunt, non usquam, quoad quidem mihi animadvertere licuit, eniendarunt. In quo tamen quam plurima emendanda superesse, ne ipse quidem CEL. GESNERUS, qui novissime recensuit, dissimulavit. Itaque quicquid adhuc in eodem illo opere vitii ac nœvorum est, id etiam in *Londinensi* comparet. Quin tanta securitas & festinatio descriptorum fuit, ut non pauca vocabula, auctorrumque loca, quæ jam in *Lugdunensi* codice extabant,

rursus ex Lipsiensi, & quidem continuo, ac pñne unctim apponenter, voculanque *Idem*, quæ toties in illo opere repetitur, quoties sequens vox a precedentis significatione non abit, mutato licet verborum ordine, pariter repone- rent, ut e. g. videre licet in ACUTULE, DECRETIO, &c. &c. Sic *AERUSCO* & *AERUSCATOR*, primum suo loco ex Lugd. iterum in *Æs* ex Lipsiensi inferebatur, & ARGUMENTUM in AGO ex eodem, item & suo loco ex Lugd. Sic ALBUMEN in eadem columna bis positum, sic CALEDONIUS, CANARIA, CANARIÆ, CAPITO, CAPREÆ, & alia quamplurima. In ABEO idem Plinii locus, *Abiit oppidum in villas*, sine ex- plicatione bis occurrebat, in ACCIDENTIA duo Quintili- ni loca bis adducebantur, primum ex *Ægro Redempto*, deinde ex Decl. 5. Cujusmodi error in Livianis locis quamplurimis, ob citandi diversam rationem scilicet, quum Stephanus Decadum, Faber ab Urbe condita Libros denotaret, mihi occurrit. In ACCOMMODATUS idem Cic. locus continuo repetebatur, in ADDICO idem Livii locus, ubi de usu hujus verbis in Augurali disciplina, primum ex lib. 27. deinde paulo post ex 7. bell. Pun. afterrebatur, si- militerque plane in v. ADMITTO ejusdem disciplinæ, erratum fuit. In AMAZONICUS Plinii, in AMBACTUS Cæsar, in AMBITUS Senecæ Tragici locus idem, perpaucis interje- ctis lineis, occurrebat. In ARBOR, veteres & Arbois in nom. sing. dixisse, a principio pariter & ad finem dictiōnis ejusdem inculcabantur. In BELLUS idem Cic. locus, in BUCCINA Propertii, in CAPITALIS rursus Cic. in CAUPONIUS Jutini, in CIVITAS Cic. in CLASSIS & CONFERO Quintil. In CO- MITIUM Varronis, in COMPETENTER idem Ulpiani locus, sed primo corruptus, in CONSTITUO Liv. in CONTERMINUS Plin. in CONTERO Ciceronis pñne junctim eadem loca re- petebantur. Scio inconcinnas ejusmodi repetitiones etiam in Lugdunensi codice quamplurimas exstare, sed erant illæ tollendæ, non augendæ, novam editionem curantibus. Præter Fabri Thesaurum etiam Sam. Pitisci Antiquitatum Renu. Lexicon diligenter admodum contulisse, ut inde quæ ad or- nandam novam hanc editionem pertinere judicabant, ex- ciperent, iidem Viri Clariss. citra vanitatem sane prædi- cant. Mirari vero convenit, quina talia in ipso Stephani opere ferenda esse ingenti stomacho negent, cur quædam plane nova vocabula, & recens ab auctoribus ipsis ex vernacula copia conficta, lectori pro Antiquis ex eodem Pitisco obtru- dent, ut sunt e.g. mensurarum nomina BARILIS & BROCHUS; nec ipsos adeo animadvertisse, hosce esse illius, alioqui elaboratissimi, operis nœvos. Ceteræ, cujusmodi sint, quas præterea in opus idem contulerint, curæ, cum ipsorum ver- bis cognoscere liceat, mea commendatione nihil opus esse puto. Hoc uno mihi optime lectoris commido studuisse videntur, quod *Ciceronis* locis *Alexandri Scot* sectionum nu- meros, sicut *Verburgiana* editionis marginis adscripti sunt, subjecerunt. Quos ipsi quidem falso, ut suo loco dictum est, *Aldinarum* paginarum esse putarunt. Tametsi has quo- que paginas, quas similiter Verburgius adscriptis, eorum- dem numerorum beneficio invenire promptum sit. Ceterum in hac quoque ipsorum opera sentinatio nonnulla ap- paret, de qua admonere lectorem necesse habeo. Comperi enim ipsorum numeros editioni Verburg. Amstelod. in 8vo. Anni 1724. qua utebar, sèpissime non respondere, nec raro etiam alia loca, pro his, quæ adscripta sunt, allegari, nonnusquam, velut animi gratia, temere prorius numeros falsos adscriptos esse. Quod, si studio factum est, quo consilio fecerint non intelligo. Nec hoc quoque fa- cile quisquam laudabit, quod in iis, quæ ex *Lipfienti* The- sauro excerpterunt, auctorum loca ziphris designare satis habuerint, omisis ipsorum verbis. Quo factum est, ut, errato in numeris admisso, quamplurima frusta apposita sint, ne quid addam de molesta inquirendi.

Sed ut ad meam tandem opellam accedam, primum ve- lim in animum revoces tibi, B. L. id quod supra ingenue fassus sum, planissime data esse verba mihi in principio primi & secundi voluminis, ita ut, propter ingentem, optimamque, quam protinus de opere conceperam, opinio- nem, minus intento animo, nonnihil in multis quasi con- niverem, donec quam mendosum ac vitiosum opus esset in ipso progresu laboris clarius perspexi. Ibi vero pri- mum omnium *Erros typographicos*, quotquot offendit, dili- genter expurgavi. Tametsi enim non negem, me Lon-

dinemsem codicem admodum diligenter hac parte curatum comperisse, abesse tamen non potuit, quin *opere in longo* mendarum quidpiam irreperet,

— *quas aut incuria fudit,*

Aut humana parum cavis natura.

Sed hæc levia errata intelligo, quæque unius alteriusve lit- terula adjectione, vel detractione, vel permutatione, vel transpositione, facile lector, non omnino indoctissimus, per se emendabit. Veluti quum *Gel.* pro *Gal.* lectum est, Grammaticos pro *Grammaticos*, *Bæt.* pro *Præt.* *Saculari* pro *Jacu- lari*, *Voluerunt* pro *Vetuerunt*, *Aggerati* pro *Aggregati*, *Mul- lis* pro *Mullus*, *Palam* pro *Pallam*, *Tubercinum* pro *Tubicinum*, *Hic* pro *Hinc*, *Principum* pro *Principium*, *Quic- que* pro *Quinque*, *Sit* pro *Fit*, *Cive* pro *Cibo*, *Matri- monii* pro *Patrimonii*, & *Casfra* pro *Claustra*, *Eurina* pro *Furina*, *Mentu* pro *Meritu*, *Régum* pro *Rerum*, *Utrius- que* pro *Virtusque*, *Tunc* pro *Nunc*, *Convexarunt* pro *Convexavit*, &c. Erant vero etiam graviora & insignia, atque, ut ita dicam, Majorum gentium quædam, in quibus errare etiam doctiores, ac certe hærente poterant, ut in ABHINC *Plautus* pro *Flavius*, in ACORNA, *Acanacea- rum* pro *Aculeatarum*, in ACCUBO *Inclinare* pro *Triclinia- re*, in ACCIPITRO *Jacere* pro *Lacerare*, in ACTUTUM *Ca- tera* pro *Extra*, in ADIPATUM *Veluti* pro *Videlicet*, in ACIES Externa pro *Ex tertia*, in ALCEUS *Omitres* pro *Ma- tri*, in AMBIENS *Mibi* pro *Multi*, in ALGEO *Concretus* pro *Conjectus*, in AGER *Tertio* in *Ter*, pro *Itero* in *Iter*, in AGO *Pilum* pro *Clivum*, in ALBIS pro *Elæstra* *Ortella*, in AMILCAR *Atheniensium* pro *Carthaginensium*, in AMO- *eno* pro *Acme*, in ANCEPS *Frugibus* pro *Fungis*, in ANIMUS *Animi* pro *Affelibus*, in APPELLO *Tomentorum* pro *Telorum*, in CALLIDUS *Verbum* pro *Novum*, in COMPLEO *Luna* pro *Sol*, in CONJUNCTIO *Dissipatio* pro *Dissipatio*, in CONVELO *Confirmat* pro *Convelat*, in CRISPANS *Capillos* pro *Cachinos*, in CURATOR *Mutuos* pro *Nuntios*, in CURRICULUM *Rare* pro *Ratione* &c. Huc pertinet quod in quibusdam vocabulis, nescio quomodo, perpetuo aberratum fuit, ut e. g. Decius pro Decimus, prænomine Brutorum, Dionysius, pro Dionysus, Testitudo pro Testudo, scriberetur. Majorem compilatoris vel negligentiam, vel imperitiam indicat, quod plerumque scribendi compendiis deceptus fuit. Cum in ANTONIUS scriptum reperisset, *Triumvir R. P. C.* in *quinquennium cum Cesare & Lepido constitutus*, i. e. *Triumvir reipublica constitutus* &c. repositus, *Triumvir R. P. creatus in &c.* Cum in DECARNO *Veget. de Re Veter.* i. e. *Vegetius de Re Veterinaria* citatum offendisset, vocula interposita *Veget. de Re Milit. Vet.* exhibuit, i. e. *Vegetius de Re militari veterum*. In DEVESTIO, cum allegatum reperisset. *Feudum tit. 7. de N. F. i. e. de Natura feudi*, repositus, *de Nautico feuore*, in DIVISIBILIS cum offendisset *Quin & Tertull. de Anima*, exhibuit, *Quintil. & Tertull.* quasi nempe & Quintilianus eadem voce uteretur. Nam quod passim *Gloss. Lat. Grac.* pro *Græco Lat.* & vicissim hoc pro illo ponit, quasi nimis unum idemque *Glossarium* fit, & nihil interfit utro modo ponas, quod pro *Lucano Lucretium* & pro *Lucretio* vicissim *Lucanum*, ut e. g. in CEREUS & CONSISTO, pro *Valerio Flacco*, *Valerium Maximum*, ubi *Valer.* scriptum invenit, ut in CERTUS cum Ablativo; pro *Barthio Barthol.* i. e. *Bartholinum*, vel *Bartholum*, opinor in ARIES, pro *Macro Macrobius* in BATUS, pro *Papinius Papinius* in COUS adducti, ex eadem compendia scripturae explendi solertia ipsius profectam videtur. In ALEMANNI primum *Absurdum autem est*, inquit, *quod putat Quadratus apud Agathium &c.* dein paucis interjectis, *Non minus absurdum vi- detur, quod scribit Asinus Italus &c.* Manifesto errore ex uno scriptore *Asinio Quadrato*, quem Agathias Scholasticus de origine Germanorum testem allegat, duos faciens. Accessit alter, non minus turpis, quod eidem Quadrato sententiam de origine nominis *Allemannorum*, a *Lacu Lemano*, tribuit, cum auctor ejus sit Otho Frisingensis, qui tamen non *Lacum*, sed *Fluvium Lemannum* ponit. Sed de his alias disquirendum. Quoties vero sententiam auctorum, quos exscripsit, non asscutus sit, vel omnino perverterit, propemodum pedet referre. In DICELLA ex male intellecto *Celio Dicellam & Macellam* in *Ensius* genere posuit, in DISAPPHUS *Stramam* in tergo, *Gibbum* in pectori collocavit. in AGROTERA pro *Iliso* Attice fluvio *Nef-*

sum Thracia amnem substituit. Sed his similibusque immorari, quum in ipso exemplari correcta sint, nihil attinet. Similiter ingens mihi sentina exhaurienda fuit fallarum, ut vocant, citationum, de quibus & paulo supra dictum fuit, quas passim restitui. Ex plurimis paucissimas, & quidem ex primo duntaxat tomo, ut institui, e. g. apponam, in ACCIPPIO Accipere omnes verba Cic. de Div. 1. 103. Livio tribuebantur. ADDUCERE ad intelligendum ex Cic. 3. Off. 79. cum sit 1. Acad. 6. ALIUS nemo affertur ex Terentio, cum fuerit Nemo quisquam ponendum, ALLEGARE, pro Afferre, &c. affertur ex Plin. in Epist. 3. 15. ubi exemplum subjectum non appetat, sed id quod apposui. In AMBAGES affertur ex Liv. lib. 19. cap. 8. locus, qui est Plinii l. c. IN ANIMA Interclusi anima &c. affertur ex Curt. lib. 5. cum sit Taciti Ann. lib. 6. cap. 50. APPLICARE se aliquis ex Cic. 5. Tusc. 77. cum sit 3. Tusc. 44. ASTRICTIUS Adv. affertur ex Tac. 4. Ann. 62. cum verba ipsa Plinii Junioris sint, cuius & locus ibidem indicatur. ASTYNONOMICI tribuitur Papiniano, cum sit Ulpiani Rhetoris V. not. ibid. in ATILIA citatur Cic. 2. de Nat. Deor. pro 2. de Fin. 116. in ATROX *injuria* verba Ulpiani 1. 7. §. 7. D. de Inj. & Fam. lib. tribuebantur Imperatori Institut. eod. tit. AUDERE *pugnam* affertur ex Tacit. 13. Ann. 36. cum verba apposita sint ex 4. 49. In BALO versus Ciceronis Silio tribuebantur, in BISALTICA Tacito ex 5. Ann. verba Livii ex 45. 29. In BOTRYIS affertur Celsi locus, qui pertinet ad BOTRYTIS. BRACHIA Curvare ex Hor. 3. Carm. 9. 2. cum ascribendum esset *Dare*. CÆDERE frondem affertur ex Plauti Aulularia, cum sit Catonis de R. R. ex loco adscripto. In CASILINI Festus falso citatus. In CASTELLANUS locus adscriptus Sallustii tribuebatur Livo. in CAUCHI locus Ptolemaei Plinio, in CENTURIO Caesaris Suetonio, in CERVIX Depellere a cervicibus ex Cic. 3. Verr. pro 3. Philipp. In CINÆDULUS Macrob. pro A. Gellio, V. not. in CIRCUMTEXTUM Fefstus pro Varro. In CITRA Cic. 16. Fam. 4. pro 16. Att. 7. in CIVIS Ciceronis verba ex 6. Verr. 130. aliter longe atque apud ipsum leguntur posita, quod & alias sèpius factum. in CLARUS *virtus clara & insignis* ex Cic. de Senect. cum sit de Amic. 102. in CODRUS versus Juvenalis falso citatus V. not. COENA *Cereralis* ex Plaut. Men. 4. 2. 5. pro 1. 1. 25. ibid. *Recta cana* ex Suet. Aug. 74. cum locus adscriptus sit ex Vesp. 19. in COETUS, Teneri dicendo &c. ex Cic. 2. de Orat. 33. cum sit ex 1. 30. in COGNATUS locus Donati alienissimum in sensum trahebatur hoc modo allatus: *Uxorū, cognati sunt: Affines mariti.* COMEDERE *beneficia* ex Cic. 13. Philipp. pro 11. V. not. COMMISERATIO ex Cic. 3. de Orat. 217. pro 2. 125. in CONCIDO Cic. 1. Tusc. pro Somni. Scip. 20. in CONDALUS Aristot. in Polit. pro Oecon. lib. 2. CONDONATUM *judicium* ex Cic. 2. Att. pro 5. Fam. 18. in CONFIDO *Præteritum Confidi* ex Liv. 4 pro 44. V. loc. In CONSANGUINEUS Plaut. Poen. 3. 1. 70. pro 5. 2. 77. in CONSUO Plaut. Pseud. 1. 5. 126. pro Stich. 2. 2. 54. CONVINCERE *falsum refutatu* *ancipiisti* ex Cic. 2. de Nat. Deor. pro Lucret. 3. 524. in COPIA, *Pro copia* ex Plaut. Cift. 1. 1. 14. pro Merc. 3. 1. 8. in COPREA Suet. Tib. 61. pro Claud. 8. in CORAM Ter. Adel. pro And. CORRECTURA afferrebatur falso ex Rufino. V. loc. in CURIO Jul. Capit. pro Trebell. Poll. CYMATILIS afferebatur ex Ovid. tanquam ipsa hac voce uteretur. Ubique fere *Lactant.* Epist. pro *Epit.* citatur. Cum Stephanus in Plinii Epitolis unum duntaxat numerum apposuerit, hic, relieto illo numero, apponebatur nihilominus sèpissime liber, ut videre est in CIRCUMLINO, ita ut necessario lector incertus hæreat. In quibusdam vocibus vix unus alterque locus recte notatus fuit, qua nunc quidem se non offerunt. In GENTILITIUS pauca, in CONSENTES *Dii* nullus locus ita indicatus fuerat, ut facile lector inveniret. Sèpissime vero Plauti loca falso notata comperi. Quod inde prolectum arbitror, quia is cui inquirendi provincia obvenerat, semper primum quemque locum, quem in Parisina editionis ad usum Delphini curatae indice sub quoque voce reperit, temere, nec inspecto auctore apposuit. Quod si quem locum falso indicatum invenire mihi non licuit, malui notationem omnino expungere, quam, falso indice relieto, lectorum irrito labore frustrari ac decipere. Poteram quidem alia loca recte notata substituere, verum cum Stephanum in his, quæ adducit, exemplis fidum fere deprehenderim, malui plerumque ipsius exempla retinere. Nonnullum fatis habui *Suspectum* mihi locum esse adscribere; quod in compluribus ex Lipsiensi Thesauro excerptis faciendum fuit.

Locus quamplurimis ne Auctor quidem appositus fuit, quem mihi tamen, felicitate non sperata, plerunque conjectura asseque licuit. Factum id. e. g. in ABSTERGO, ADORSUS, AMPULLA, APPOSITUS, CALCEATUS, CLAZOMENIUS, CUNILA, aliisque paliis locis, ut conferentibus, ubi lubuerit, hanc editionem cum Londineni cognoscere licebit. In omnibus, qui in capita divisi sunt auctoriibus, ubi defuit, etiam caput apposui, aut aliis generis tmemata, ut & verbi poëtarum, nec raro in Quinziiliani locis edit. *Burmanna* paginas, in Appulejanis Elmenhorfianae, nonnunquam & Stevvechii aut Pricei. Unius Ciceronii citra vanitatem prædicare possum me multa millia loca accurati, quam inveneram, indicasse, quorum bona pars apud Nizolum non existat. Similiter *Cæsarius*, *Sallustii*, *Seneca Philosopbi*, *Cornelii Celsi*, *Valerii Maximi*, *Historia Augusta* scriptorum, *Ammiani Marcellini*, aliorumque auctorum, in quos adhuc nulli, quod sciam, verborum Indices exstant, maxime vero *T. Livii*, sola conjectura ductus, tot loca invenitgavi, apposuisse, ut pene instar Indicis verborum in hunc Scriptorem Principem hoc Lexicon esse posset. Ubi vero Indices extabant, de industria, nisi quid necessario inquirendum fuit, reliqui pleraque, sicut inventi indicata, ut *Seneca Tragici*, e. g. loca, quæ luculentus Schrederi index fideliter indicabit. Contra veterum Grammaticorum, quæ rarius recte indicata fuerant, *Varroni*, *Festi*, *A. Gellii*, *Prisciani*, *Nonii*, *Istdori*, *Afconii Pediani* in Ciceronem, *Servii in Virgilium*, *Donati in Terentium* non ipsa tantum loca diligentius indicavi, sed & auctorum, quos adducunt, quoad fieri potuit, apposui. In juniorum quoque auctorum, *Calii Rhodigini*, *Pauli Manutii*, *Turnebi* &c. adductis passim verbis, ubi ad antiquiores auctores remittunt, horum loca indicavi. Sic e. g. in prolixa Manutii de Judiciis disputatione, quæ in IUDICIO ad finem exstat, ad XL loca accurate notata reperies.

Multa offendit in hoc Lexico perperam divulsa atque distracta inter se, quæ in locum suum restituenda fuerunt. Id factum. e. g. in *Festi* & *Nonii* locis in ACCENSUS, Lucretii locus in ACCENTIUNCULA legebatur, qui legi debuit in ACCENTUS, Cic. locus ex Att. 2. 19. in ACCOMMODATUS quatuor interjectis lineis post citationem sequebatur, ut & alter ex or. pro Planc. 42. in ACERBITAS, in A ONITUM locus Plinii interjecta falsa citatione male distractus fuit, in AMO a pr. ubi differentia hujus v. & Diligo propontitur, foeda trajectio sublata, ea quæ ad AMPLUS pertinent, in male divulsa voce AMPLISSIMUS legebantur, in ANTELUCANUS Varronis verba male a citatione loci divulsa, & Ovidii novem lineis interjectis in ANXIUS. in ARMILLA & ARMILLATUS Budæi verba male divulsa, turbatum scœde in AMBIDEXTER, BARRITUS & BARRUS, ut & in BOMBIX, & in BOTRYS & BOTRYTIS, BOTULUS & BOTULARIUS, BUCCA, in CLEARCHUS ponebantur, quæ in CLEANTHES ponenda erant, in COMITER verba Cic. Pro Corn. Balbo perperam divulsa.

Alia vicissim perperam conjuncta, confusaque separavimus, ut factum in ACOLUTHUS & ACOLYTUS, in Æ&EA, Æ&E, Æ&EUS, BACA & BACAR, aliisque locis, quæ brevitatis studio prætermitto. Sepe ex una dictione per imprimatam plures compilator confinxerat, ut cum ACIDAMURIA ab ACIDUS fejunxit, ACIDULAMA ab ACIDULUS, ACOPA ab ACOPUM, ACRONYCTÆ ab ACRONYCTUS, AGRIA Scabies & AGRION Nardum & AGRUM Nitrum ab AGRIUS, ANTIA LEX ab ANTIUS, ARMENIACUM ab ARMENIACUS, BARBATA, a BARBATUS, BARDI a BARDUS, BELICA Columella a BELLICUS, BILIA a BILIUS, BRUTIUM a BRUTIUS, BRYLLION a BRYLLUM, BURRA a BURRM, CARDINALES a CARBINALIS, CARIDES a CARIS, CHORDI a CHORDUS, CLIBANARIJ a CLIBANARIUS, COTTIÆ a COTTIUS, CORACESIUS a CORACEIUM. Non nihil molestiarum sustinui in revocandis in locum suum, decentemque ordinem vocabulis, quæ prorsus alienum in locum reiecta fuerant. Quis enim e. g. ALLAPUS, us. subst. inter ALLAMBO & ALLANTE, ARRHEGONON, ARRHETOS, ARRHOSTEMA post ARROGO, CONCINNICUS post CANONISATIO, quæqueret? Cum viderem porro, ordine non inconcinnio alias, Derivata primivis, modo ab eadem syllaba incipient, subjici pretinus in hoc Lexico, non dubitavi ea quoque, quæ male distracta sunt, in locum suum revocare, quo melius saltem in ordine sibi opus constat non neglegere tamen in loco, unde quid subtraham fuit indice, qui lectorem duceret, præterquam ubi ne vox quidem

quidem Latina fuit. Sic ANTIATES in ANTUM, ASSIPONDUM & ASSIS in AS, BARRITUS in BARRUS, BATTIADES in BATTUS, BATTIDOSCOPI in BATIS rejectum, BEL & BELIS in BELENUS, BELLIOCUS & BELOCULUS in BELUS, BIBLIA in BIBLION, BUCCONES in BUCCA, BUBONA in BOS, CÆLESTUS in CÆLUM, CERETES in CÆRE, CIRCELLUS in CIRCULUS, CIRCENSES in CIRCUS, COA in COOS, COETARIE in CETUS, COLLECTA & COLLECTANEUS in COLLIGO, COLLINA in COLLIS, COLUM morbus in COLON, COLUMELLA in COLUMNA, CONGIARIUM in CONGIUS, CONJECTARIUM in CONECTO, CONNATO in CONNO, CONSUALIA in CONSUS, CONTIFEX, CONTIFICIUM, CONTOPHORI, in CONTUS, CONTRALICEOR, CONTRARIUS &c. in CONTRA, CORIAGO in CORIUM, CORNICULARIUS in CORNU, CORVINUS in CORVUS, CORINUS vel CAURINUS in CORUS, CREPUSCULUM in CREPERUS, CURIA CALABRA in CALO.

Scio esse multos, qui mallent in Lexicis Indicem ordinem servari ad ductum litterarum in singulis vocabulis. Verum si his obsequi voluisse, omnium pene mihi verborum ordo & politus ingenti & casso labore mutandus fuisset. Nec sane eorum fententiae accedo, quum ordini illi is, quem fecuti sumus, si minus alius multis de causis, certe propter commoditatem in Diminutivis, Ethnicis & Patronymicis nominibus, ac verbis Frequentativis, Inchoativis, &c. promptius cognoscendis præferendus esset.

Occurrabant præterea quam plurimæ sine causa geminatae dictiones, vel propter diversam scribendi rationem ut ADPREMO AFFREMO, ADNAVIGO ANNAVIGO, ADNATO ANNATO, ADNASCOR ANNASCOR, ADNITOR ANNITOR, ADNUTO ANNUTO, &c. ALCEA ALCEA, ARCUATUS ARQUATUS, AREMORICA ARMORICA, ANTESTOR ATTESTOR, ATTES ATTIS ATYS, ATTILA ATTILA, AUGA AUGE, AURIGO AURUGO, BADIUS BAUS, BALINEÆ BALNEÆ, BALINEUM BALNFUM, BATALUS BATTALUS, BÆTERRÆ BETERRÆ BLITERRE, BRENNI BREUNI, BUZERES BYZERES, BYZIA BYZYE, CALARIS, CARALIS, CÆLIA CELIA, CÆLIUS COELIUS, CALCEARIUM CALCIARIUM, CAMARA CAMERA, CAPRARIA CAPRASIA, CASSITERIDES CATTITERIDES, CAUPA COPA, CAUPO COPO, CAUPONA COPONA, CAURUS CORUS, CERAUNIA CERONIA, CLAUDIO CLUDO, CLAUSTRUM CLOSTRUM, COERULEUS CÆRULEUS, COLLIQUIÆ COLLICIE, COLES COLIS CAULIS, COMPLAUDO COMPLODO, CONTOR CUNCTOR, CONTUEOR CONTUOR, CREDO CREDUO, quas fere, relictis suo loco indicibus, in unam contraxi, veriorem, quod fieri potuit, scribendi rationem fecutus. Non enim in omnibus id fieri potuisse facile intelligent, qui meminerint sudentibus prelis omnia hæc curanda fuisse. Ubi duplex scribendi ejusdem vocabuli ratio veterum auctoritate nititur, satius visum est alteram alteri protinus subjicere, quam alio loco queri. Ubi vero mundum scripturæ manifestum fuit, in his non visum est ubique indicem relinquare. Sic e. g. legebatur *Albus* pro *Alvæ*, *Alum* pro *Halu*, *Amithaon* pro *Amyntho*, *Amphydion* pro *Amphydion*, *Anchyle* pro *Anacyla*, *Antipophora* pro *Anthypophora*, *Antismos* pro *Asteios*, *Antistia* pro *Antifista*, *Arapenni* pro *Arepenni*, *Argiripa* pro *Argyripa*, *Asvesti* pro *Asbesti*, *Astolycus* pro *Autolycus*, *Automedon* pro *Automedon*, *Ballanoti* pro *Ballonoti*, *Barcenis* pro *Bacemis*, *Baria* pro *Varia*, *Barutus* pro *Brytus*, *Bafilia* pro *Baltia*, *Belocasses* pro *Velocasses*, *Bera* pro *Bera*, *Betulo* pro *Bætulo*, *Biblia* pro *Biblio*, *Biblis* pro *Byblis*, *Blemnites* pro *Bleminites*, *Bætus* pro *Bætis*, *Bubalus* pro *Bupalus*, *Byzon* pro *Bizone*, *Cea* &c. pro *Cea*, *Cædus* pro *Ceadas*, *Cæliculum* pro *Cælios*, *Cæfa* pro *Cæsum*, *Cæfrum* pro *Cestrum*, *Calais* pro *Callais*, *Calapus* pro *Colapus*, *Calazophylaces* pro *Chalazophylaces*, *Calcæcum* pro *Chalcæcum*, *Calciope* pro *Chalciope*, *Capilolis* pro *Callipolis*, *Callitrix* pro *Callithrix*, *Carbilis* pro *Carvilis*, *Cardax* pro *Cordax*, *Carenum* pro *Carenum*, *Cartheia* pro *Carthæa*, *Carytu* pro *Caryites*, *Cathmæa* pro *Cadmae*, *Ceditus* pro *Cedicius*, *Cepio* pro *Cepio*, *Cerathus* pro *Ceratus*, *Cercior* pro *Cercyon*, *Charra* pro *Carra*, *Cia* pro *Cea*, *Cimiata* pro *Cinata*, *Circerus* pro *Cercurus*, *Circi* pro *Crisi*, *Citæa* pro *Cyæa*, *Cleans* pro *Clavis*, *Cleou* pro *Clæon*, *Clusinus* pro *Clusivus*, *Cœchia* & *Cotia*, pro *Cottia*, *Comiagena* pro *Comagenæ*, *Comotria* pro *Comotria*, *Comun* pro *Comunum*, *Conificus* pro *Conificus*, *Cyniphis* pro *Cyniphæ*, *Cynæ* pro *Cynos*. Quæ plera-

que bis legebantur, aut certe non suo loco, ut orthographia postulabat. Quædam etiam fustuli, quod in alio vocabulo plenius exposita sunt. Sic in ACHOR ad MYAGRUS, in ALEXANDRINA laurus ad DAPHNITIS, in BATRACHION ad RANUNCULUS, in BROCHON ad BDELLIUM, in CALAMOCHNUS ad ADARCA, in CANTURIO ad DACNADES, in CHONDROS XIPHOIDES ad XIPHOIDES, lectore remisi.

Eodem consilio paulum etiam ordinem in ipsis Derivatis, prout Primitivis, vel potius, ut aliis vocare placuit, Dominantibus verbis subjiciuntur, nonnusquam immutavi, ita ut e. g. Nominibus & Adverbis ab his derivatis Verba postponerem, & post hæc demum Participia & Verbalia nomina ab iisdem derivata, præmissis semper his, quæ frequentiore in usu sunt. Quod tamen pari ubique diligentia iis, quas jam attigi, de causis præfare non potui, lectoris eo faciliorem sperans veniam, quod idem video omnibus, qui in eodem mecum stadio fudarunt, usu venisse.

Syllabarum quantitatem singulis vocibus multo diligenter, quam in Britannica editione factum est, adscripsi, nec raro etiam perperam notatam correi, nonnunquam & dubium afferui, ut in ACROAMA, COUS &c.

Huc pertinet quod, ad lectoris attentionem excitandum, Majusculas litteras, ubicunque necesse visum est, adposui: Quod versus etiam cujuscunque generis, numeris suis restitutos, a reliquo contextu orationis sejunxi, quum prius in solis fere hexametris & pentametris id instittutum servaretur, quod Germanam Orthographiam, quo ad licuit, secutus sum, eandemque saepius ignoratam demonstravi, ut in AMARANTUS, ANABATHRUM, ANABOLAGIUM, ANTEZEUGMENON APHTHIPHUS, APPION, APIRES, BOCCHYRIS, CARMADAS, CHARILLUS, CHAMÆDIOSMOS, COMOTRIÆ, CYNETHUS. Sed minuta hæc sunt, ad paucum majora transeo. In Græca interpretatione corrigenda, addiutavi aliquandiu, an omnino opera pretium facturus essem. Adeo temere ac sine delectu, usitata juxta atque obsoleta ac desita, aut folis poëtis usurpata, germana & spuria interpolator apposuit, quam plurimaque, ut alter Prometheus, plerumque, analogia & significatio poshabita, ipsem confinxit. Correi tamen quamplurimæ, in quibus foedius erratum videbatur, ut Aborior, ἀβρων, Acciso, γράφω, Accursus, ἐπιτροχία, Aceſco ἄστυν, Acidulus ἄστεδος, Adactio βιάζων, Adjuto ἀμνάθω, Adjutor ἀμνάθωμα, &c. Admisceo προσφύρω, Admurmuratio προσμύρμυσις, Affingo ἐπικυῆτα, Agninus ἀμναῖος, Annales ἑνίστοι, Anniculus ἔτος, Appellator ἐπικεκλητός, Augurato διαιρούμενος, Cautela, βαδισηρία, Cereus subl. κηρύς, Clementia ἀνεγνωκία, cohiceo ἀνακατίζω, condoleo συνάχθομαι. Ceterum, quod multo magis mirandum est, qui in Latinis verbis & singulis participiis eorum, Lectori Græca ad naufragum inculcaret, ea tamen in ipsis origine Græcis vocabulis, ubi maxime adscribenda erant, perraro apposuit. Quia nempe unde describeret triviale lexicon in promptu non habuit. Hic vero accurate cum propriis, tum appellativis nominibus, & verbis &c. adjecta reperies.

Quum non dubitarem fore lectors, qui ei quoque confusioni, quæ in permitti variis singularum vobum significationibus apparere, occursum vellet: siquidem alioqui nec propria a translati, nec hæc inter se discernere dicunt voluntates lexica studiosi adolescentes: quod fieri potuit, varias vocabulorum significationes accuratius ordinando distinxi, ut cognoscere, collata maxime editione nostra cum Londinenfi, licebit e. g. in Nominibus Substantiis ACADEMIA, ÆRARIUM, ALBUM, APEX, ARGUMENTUM, BACCHUS, BRACHIUM, BRYON, BUXUS, CADUS, CALAMUS, CAMPUS, CAPUT, CAUSA, CERVIX, CINIS, CLASSIS, COLLEGIUM, COLOR, COMA, CONCHA, CONSILIJUM, CONSUELUDO, CONTENTIO, CONVITIUM, COPIA, CORNU, CORONA, CORPUS, COSTA, CRATER, CUPIDO: servato nihilo mintis in Epithetis & phrasibus ordine litterarum. In Adjectivis AERIUS, ÆRARIUS, ARGUTUS, ARMIGER, BONUS, BREVIS, CALDARIUS, CRASSUS, In Verbis ACCIPIO, CADO, CEO, CLAUDIO, COGNOSCO, COLO, COMPREHENDO, COMPRIMO, CONFERO, CONSCENDO, CONTURBO, CORRIPIO, CREDO, CREO. In nonnullis, ne cum labore nimio mora editionis extenderetur, coactus sum, ineptum fane illum, quicquid dicitur,

Lugdunensi farragini in eo patrocinantes, novissimæ editio-
nis auctores, ordinem mere Alphabeticum retinere.

Formam, genus, flexionem cuiusque vocis uti debuit, ubique restitui. Interpretationes & Exegeles vocabulorum ac phraseon, quarum plerisque, non inspectis auctorum locis, a sciolis compilatoribus adjecte videntur, manifeste falsas & absurdas, verioribus subtilitatis, indubitanter quamplurimas sustuli: Alias innumeris pene locis, ubi desiderabantur, novas apposui. Ubi vero vel dubia erat aliquius loci expositio, vel alioqui mutandi causa visa non est, fatis habui Animadversione brevi subjecta sententiam meam expromere, quæ hac nota interjecta [facile a reliquo textu discernitur. Quam, (rarissime tamen) ubi in medio textu adnotandum quidpiam fuit hoc modo [] geminavi. Quo primum illud confectus sum, ne nimis multis lituris operas fatigarem, deinde ne in alieno opere licentius graffatus viderer, postremo ne ab aliis recte, vel perperam animadversa falso mihi, vel mei errores vicissim illis tribuerentur. Et quoniā adhuc prolati exemplis lectori insumpta operæ fidem fecimus, age etiam hujus generis Sphalma-
ta aliquot primi tomii sublata proferamus, & primo quidem ipsius Roberti Stephani. BAPHIA, æ. f. ex Lampridio profert, cum sine dubio a neutro BAPHON dativum pl. Baphiis posuerit. CÆSTRUM & CESTRUM pro Instrumento, n. g. profert, cum sit m. g. CESTRUS ex Gr. κίστης. CETUS m. g. falso Plinio tribuit, cum Cetus apud hunc non Accus. pl. a recto sing. Cetus, sed rectus ipse casus sing. n. g. Græcus sit. sic CHOA in recto pro CHUS ponit non debuit. V. in ipsa voce. COSMETA ut com. g. posuit, cum sit perpetuo maf. CREBRO apud Cic. de Senect. Adv. esse putavit, cum sine dubio Adj. nomen sit. ALBATUS apud Varr. male distingendo, Minoris Magistratus nomen esse putavit. Jam vero quoties corruptissimas lectiones fecutus sit, ne memorem, quis illa ferat, Ararius scriba apud Cic. pro Cluent. exponi, Hoc est, qui rationes scribebat expensi lati & accepti relati? Male distinguens apud Livium Aglaüs Légionis Romanæ nomen esse putavit. In AGO proponit Phrasin ex Columella, Agere circum caput, subiecto notissimo isto Virgilii verlu Et quocunque Deus circum caput egit honestum. Hæsit autem sere ubincunque vel Tmesis aliqua vel Anatrophe poëtica occurrit. In ALUMNUS, Terram omnium terrarum alumnam apud Plin. exponit de ea, quæ aleret, cum manifestum sit apud hunc auctorem contrario sensu ponit. Amantrices aquas apud Martialem exponit Quasi iucundas, quæ videlicet ad eum locum anundum aliciunt, cum alludat poëta ad Nymphas, a quibus Hylas puer amatus raptusque fuit. Amplius pronuntiare reum ex male confusis Cic. verbis afferit, cum id semper absolute dicatur. Arriare naves apud Cæs. exponit Arrius, & rebus ad bellum necessariis instruire. Quod apud eundem legitur, Cum Lusitanus, reliquaque Barbarus genere quodam pugnae assuefacti, inde Novæ constructionis hujus verbi exemplum proposuit Assuefactus cum. Non animadvertiscet prepositionem ad vocem Pugna referri. In COLLOCO, cum Collocare beneficium apud. ex Cic. protulisset subiungit Plautus Trinum. 4. 8. dixit. Collocare conditionem in aliquem. Ejus verba autem V. in edit. nostra, ad finem, quam longe abeant. COMMEARE ab aliquo confirmat his Cæsaris verbis 7. B. G. 36. Ut tuto ab repentina hostium incursum etiam singuli commeare possent. Crocodiles apud Plinium, Animal simile crocodilo exponit, cum sit Stercus crocodili. Huc pertinet frequens, vel potius perpetuus ipsius error, quod quoties Præteritum a Verbo in secunda conjugatione Inchoativa Grammatici vocant, offendit, aliud inde verbum secundæ vel tertiae conjugationis commentus est, ut Concaleo, pro Concaleco, Coaleo pro Coaleco, Conticeo, pro Conticeco. Sic & Contreno, pro Contremisco, & Confedeo pro Confido spuriū puto. In compositis a Vello Prat. Vulsi ubique proponit, quod Latinum non esse in EVELLO dictum est, & pro Futuris vel Præteritis Subjunctivi modi per Syncopen contractis sere verba sui generis posuit ABJURASSO, ADASSO &c. Adde quod spuriis seu suppositis Plautinis pro germanis passim utitur.

Sed multo saepius & gravius impegerunt, qui Stephani Lexicon augendum sulcuperunt deinceps interpolatores, quicunque demum fuerint, disquirere enim de singulis non vacat. In ALTISSIME Adverbio affertur ex Claudiiano Epigr. 22. quod aliis 12.

As tibi diversis, Princeps altissime, certant &c.

AMBIGA, æ. f. ex Cælio Apicio & Aureliano item afferuntur, quum ibi Accus. pl. Ambigas a nominativo sing. Ambix haud dubie sit. Quod apud Ovid. legitur Amyclei abenis, hinc in AMYCLEUS ponitur Amyclei Abeni. pl. nomin. ANTIME-
NIS, idos, pro Antimenides, æ. BACTRIANUM, i. n. subft. ex Tacito, quum sit Bactriano abl. a nomin. Bactriani. BI-
COXUM, i. n. quod in Gloss. occurrit, sine causa in Adj. BICOXUS, a, um. transformatur. BISALTA per-
peram ex Val. Flacco tanquam feminini gen. re-
gionis nomen afferunt, quum sit Gentile masculini.
BUPÆDA, æ. m. Ex Feste afferebatur, pro BUPÆS, ados. CA-
CULATUS, a, um. Adj. ex eodem, cum apud hunc Caculatum
Accus. sing. sit a subft. Caculatus, is. m. ita enim sapen-
mero proponit vocabula, ut alii Glossularii. CANDYBA, æ. f.
pro n. pl. ibdemque CANDYS, yos. f. pro m. CAPNIA, æ. f.
ex Plin. pro CAPNIAS, ädis. CAVA, æ. f. ex Senec. Ep. 90.
Cum neutrum fine dubio pl. sit. CELEBRATA, n. pl. subft. pro
Justis funebris afferunt ex Martiali, cum sit Celebrata Chlœ. Adj. f.
CHORDAPSON, n. pro CHORDAPSOS, m. CONCITO Adv. ex
Apul. cum sit Participium. CONSEQUIE, arum. f. ex eodem,
pro n. pl. CONSEQUIA, CONZYOS ex Plin. pro Conzyoides,
COPEUS, i. m. ex Suet. pro Coprea, vel Copreas, æ. CRINALIS,
is. m. subft. ex Ulpiano, cum sit Adj. CYPHANTA, æ. f.
ex Plin. cum sit n. pl. BONUS cum gen. construi afferuntur
ex istis Claudiani

Judicibus notis regimur, fruimurque quietis
Militiaeque bonis.

Quasi nimirus ordo sit Judicibus notis, & bonis (scil. Judicib.) quietis ac militiae, regimur & fruimur, cum vel pueri videant rō Bonū neutr. esse pl. & Bona quietis, militiaeque, Pacis commoda & Defensionem finium intelligi. Miror & Vechnerum hic lapsum. ACIES Conversa apud Virg. In bellum coacti exponitur, in ACER ex his ejusd. Aut acres ien-
dunt arcus profertur Acer arcus, pro Forti, cum manifeste epitheton ad perfonas referatur, in ACUTUS, Naribus acutis ri-
deri. i. e. In rugam contractis, ex Hor. 1. Serm. 3. 29. Quam
inepte exponit illud Virg.

Ter centum adjiciunt, mens omnibus una sequendi.
in ADJICIO ad finem? In AGRESTIS Frigidus agrestis ex mani-
festate falsa Ovidii lectione, pro Frigidus Argestes, & ex falsa
Columella lectione Professor agrorum pro Posseffore. Flere clas-
sica ex Propert. pro Flare in CLASSICUM, & BACCANTIA
übera ex Ovid. pro LACTANTIA. AGERE cum Tribunis plebis
quam inepte expositum sit, in ipsa Lugd. vel Lond. edit.
videant quibus otium & copia est. In ALIUS extr. Alia
etiam Adversa, mala, aspera dici probatur, si diis placet, ex
istis Statii 7. Theb. 806. — ensque recondit

Mors alia. & ex nota formula In alia omnia ire vel Dis-
cedere. Quis ferat in ALIENUS istuc Livii, Non alienus san-
guine regibus, exponi, Non alienus a sanguine regum, vel Non
alienus sanguine a regibus? Qualia sexcenta afferre licet. Ex male
distinctis Catonis verbis, afferunt ALVUS Superior, pro
Ventriculo, cuius tamen verba paulo post recte apponuntur
in Dejicere alvum. Ibidem similis error in Subtrahere alvum ex
Ceflo occurrit. In AMPLECTOR afferunt Phrasis Amplexus est
circum ex versu Virg.

Et molli circum est ansa amplexus acantho. Sic in CIRCUM
Adv. aliquoties ad eundem lapidem, ignorata figura dictio-
nis impegit, ut & in CLAUDIO ad finem in Varr. uno &
duobus Virg. locis. In AMPLIUS Amplius aridus color, ex
Lucret. cuius locum V. in Ne amplius. ex versu hoc Proper-
tii 2. 18. 25. ed. Broekh.

Jupiter Alcmenæ geminas requieverat artos. statuit AR-
CTOS geminas, pro Duabus noctibus ponit. Ex istis Virg. 4. Georg.

Jam rapidus, torrens sientes Sirius Indos
Ardebat. afferunt ARDERE, etiam Activa significatione
pro Adure poni. Ex istis Cic. pro Sull. Quid quisque voluerit
&c. non ex crinine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponde-
randum, afferunt phrasis Ex moribus aliquem ARGUERE. Ex istis
Ovid. 3. Met.

— Nymphaeum tradidit uni
Armigerae cum. eruit Diana ARMIGERA. in ARS
ex istis Claudiani

Non sine Pieris exercuit artibus arma, hæc propone-
bantur, Exercere arma Pieris artibus, est Bellis rebus humanitatis
studia conjungere. In AVARUS ex ejusdem poëta hoc versu
Et vigil elapsas querit avarus oper. Non Aviro Vigiliū
epithe-

epitheton, sed *Vigili Avari* apponitur. Ex versu notissimo
Juvenalis

Bebriaci in campo spolium affecare Palati. afferit *Bebriacum palatiū & Adj. BEBRIACUS*, a, um. Ex istis Ovidii

Ut quas pampinea tetigisse Bicorniger hafsa

Creditur &c. Affertur Adj. *BICORNIGER*, a, um. ut e. g. *Bicorniger hafsa*. In *BOS* ex notissimis istis Virg. 2. Æn.

— sternit sata leta, bounque labores,

Principitesque trahit silvas. eruitur phrasis *Labores boun trahere*. Additur insper. *De ventis*, cum tamen de Torrente loquatur poëta. Æque suave est, quod præmittitur, *Labores boun experiri* Virg. 1. Georg. 119.

— hac quanq; sunt hominumque bounque labores

Versando terram experti.

BRUTIUS, Adj. & *Brutia signa* apud *Silium male in BRUTUS* ponebatur, quum sint *Signa Brutiorum*. Sic & verbum *CONTINGO* a *Tinguo* falso deductum, & *ANNOTINUS* Adj. ab *Aunona* formatum. Quod *Hirtius ait Pilorum cacumina sua* *sponte arserunt*, id de *Capiis pilis* exponitur in *CACUMEN*, quum notum apud scriptores prodigium sit ad *Pila militaria* pertinens. In *CÆLUM* ex *Lucano* affertur *Prælati regia cæli*, i.e. *Valde lati*, quasi non Participium sit a *Præsero*, *Prælati*. Ibidem *Tatsum celum* in *Epithetis* ex illo Virg.

De cœlo tacitas memini prædicere querens. & ex hisce

Ovidii 6. Met.

Stamina barbarica suspendit callida tela. *Stamina callida*, si diis placet. Jam in *CALCO* quam puerilia & inepta illa erant, sicut in *Londinensi* adhuc leguntur?

Ad plenum calcari. Virg. 2. Georg. 244.

In pectora calcare. Stat. 8. Theb. 541.

Acervos ense calcare. Ovid. 4. de Pont. 7. 47.

Telum cum lumine calcare. Lucan. lib. 6. 219.

In *CAMINUS* *Anhelans caminus* ex Pers. 5. Sat. 10. V. nosf. ed. in *CAMPUS Pabula campi* ex Ovid. in Ibin. 139. & in *CANDOR* ex ejusdem 4. Met. 332. *Rubeus candor*, in *CAPUT Purpureum caput* ex Sen. Thyest. 686. & *Agreste* ex Virg. 10. Ecl. 24.

Venit & agresti capitū Silvanus honore.

CARERE luce apud Cic. exponebatur Honoribus privari, pro Vita. *CARINE* *Æsquilia* afferebantur ex hisce *Livii*, *Media urbe per Carinas* *Æsquilia contendit*. *CENTENARIÆ fistula* apud Vitruv. exponuntur *Centum passibus longa*. *CERTAMEN ludicrum* apud Sen. Agam. 935. exponebatur *Joculare & puerile*, cum sit *Ludorum solemnium*. *Ponere militibus certamina apud Virg. 5. Æn. 66. Collocare aciem, Infruere ordines militum*, cum sit de *Ludicro* item *proposito certamine dictum*. In *CERTUS*, *Nominibus certis expendere numinos exponitur Certa de causa*, pro *Debitoriis qui solvendo sint*. in *CINGO*, *Aonium nemus Marte cingere apud Propert. Literis & militia simul operam dare*, pro *Bella canere*. In *CIRCULATOR Equestris Circulator* affertur ex Apul. quum is de *Spatha equestris* loquatur. in *CLADES* ex *Silio Turbo* *sævis venientium cladum*, pro *Turbine sævo venientes clades*. *Clementissim ab innocentia ex Cic. in CLEMENS* exponuntur *Erga innocentes*, prorsus sensu contrario. *COLLIGERE* *hostem per vulnera*, ex *Silio* exp. *In angustum cogere*, cum sit *In ferrum hostile ruere*. *Quam inepte illud Stati Tholo coli in COLO expoſtum?* Ex his Taciti, 6. Ann. 37. *Columnam partium Abdageses, gazam & paratus regios adjicit*, affertur *COLUMEN partium gaza*. Vide porro quoties offenditer in *COMA*. Quod in *CONSIDERO* ex Cic. Parad. 4. affertur hoc ita exprimitur, *Circumspicere se & quid fiat aut loquatur considerare*. In *CONTERMINUS* afferebatur ex Ovid. *Mensis Phrygia contermina Mari*. Similis elegancia in *CONTINGO*, *Continere alicui rei ex Cæfare*, &c. &c.

Loca Veterum auctorum, quæ prius mutilata ac decurta, vel varie interpolata, corruptaque legebantur, operari dedi, ut ubique integra, incorruptaque lectori exhiberem. Quibus utraque editio ad manum est conferre poterunt e. g. in *ABSORBEO*, *ACCIPERE satisfactionem*, *ALTANUS*, *AMPHICYRTOS*, *AMYCLÆ*, *CAMBIO*, *DAMA* &c.

Ceterum quum nemo ignoret quanta in auctorum codicibus varietas lectionum sit, passimque *Stephanus & Interpolatores* ejus non optimas fecuti sint, necesse habui in dubiis, vel suspectis locis aliorum codicum, emendationumque præcipue, lectiones adscribere, nec piguit nonnusquam antiquiorum ex editis plures excutere. Exempla in *ÆQUE*, *AGGER*, *ALIPHÆNE*, *ALVUS*, *ANCREUM*, *CALASTER*. *CONCILIARE*, *CONFRACTUS* lector inveniet. Ingens hic ac multiplex in conferendis & exdendendis veterum auctorum

locis labor occasionem mihi præbuit, curas etiam aliquot criticas in hoc Lexicon conferendi. Earum quoque, ex primo duntaxat tomo, Syllogen subjiciam. Dividam autem eas, ut mos est Criticis, in tres classes, *Explicatorum* nempe *locorum*, *Emendatorum* & *Tentatorum*. En igit ordo Elementorum Auctores, quorum obscuriora loca explicata, affertamque simul veram lectionem, sententiamque reperies. *Annianum Marcellinum* in *CALCARIA*, *Calium Apicum* in *AVICULARIUS*, & *Calium* item *Aurelianum* in *CADIALIS*, *Cæsarem Julium* in *ÆQUE*, *ANNOTINUS*, *CLASSICUM*. *CUPA*, *Capitolinum Julianum* in *BUCOLICUS*, *COACTILIA*, *Celsus Cornelium* in *CAPTO*, *Ciceronem* in *ABSONUS*, *ARO*, *ARTHriticus*, *ATRAMENTUM*, *AXIS*, *BARBATULUS*, *CALAMISTER*, *CANNENSIS*, *CAPSIS* ad finem *ÆQUE* *CAPIO*, *CINNUS*, *COMEDO*, *COMPITALITIA*, *CONATORS*, *CRATERRA*, ubi errorem typothetæ loco pro loca B. L. emendet velim. *Digeſtorum leges* in *ASSIGNO*, *CAMELASIA*, *CAPSARIUS*, *Festum* in *ARGUS*, *CANTATUS*, *CILIUM*, *CLASSICUS*, *A. Gelium* in *ARGENTUM*, *Glossaria* in *CALDARIUS*, *Hirtium* in *CATASCOPUS*, *Horatianum* in *ABSTERGO*, *ÆS*, *AMPULLOR*, *ANORMIS*, *AURA*, *CÆLESTIS*, *CAMPANUS*, *CARMEN*, *CLAVUS* ad fin. *CULINA*, *CUPA*, *CURRICULUM*, *Juslinum* in *AMBITIOSUS*, *Juvenalem* in *ALGEO*, *CALDARIUS*, *ii. m. Livium* in *ADJURO*, *CARPENTUM*, *Lucanum* in *CHARTA*, *Lucretium* in *CONSERO*, *Martiale* in *CORRUMPO*, *Nepotem Cornelium* in *COMITIUM*, *Nonium* in *CONJECTARIUM*, *Ovidium* in *CÆNE*, *CELER*, *Perſum* in *ARISTA*, *CAMPUS*, *Petronium* in *APOCALO*, *Phædrum* in *ABJICIO*, *AGGERO*, *ALAPA*, *Plautum* in *AFFECTO*, *ATTONDEO*, *AURICHALCUM*, *CANTHARUS*, *CAPTUS*, *Plinium Majorem* in *ÆRARIA*, *AMITINNES*, *ATLANTIUS*, *BATUO*, *CANEPHORUS*, *CILIUM*, *CLINICE*, *CONVEXUS*, *Plinium Junorem* in *CEDO* ad finem, *Plutarchum* in *CANDIDATUS*, *Priscianum* in *CAMPSO*, *Proprietum* in *ARCANUS*, *CLASSICUM*, *Quintilianum* in *CAUSARI*, *Senecam Tragicum* in *AMOREM* desigere, & *Philosophum* in *ANCILLARIOLUS*, *ARRISOR*, *Suetonium* in *CONSIDERO*, *CONSTO*, *CORINTHIARIUS*, *Terentium* in *ABJICIO*, *ADIGO*, *AMBULO*, *AMOLIOR*, *BONUS* ad finem, *CADAVEROSUS*, *CALX*, *CONCILIATUS*, *Virgilium* & a Servii inepti vindicatum, in *ACER*, *ADJICIO* ad finem, *AFFLIGO*, *AGGER*, *APEX*, *ARDEO*, *ARISTA*, *ATER*, *AUREUS*, *CÆRULEUS*, *CLARUS*, *COMPLEO*, *CONCILIO*, *CONGRESSUS*, *Varronem* in *BIMARGUS*.

En loca, ut equidem arbitrer, conjectura verisimili *Emendata*, *Ammoni* in *CAMELASIA*, *Appuleji* in *COTIFICO*, *Athenaei* in *CLYMENOS*, *Aurelianum* in *CONSUL* ad fin. *Cæfarum* in *CONFICIO*, *Capitolini* in *CONSECRANUS*, *Catonis* in *CRATICULUS*, *Celsi* in *ALVUS*, *CARPUS*, *CONFRACTUS*, *CONQUIESCO*, *Ciceronis* in *AFFECTUS*, *Adj. BELLIGERO*, *BRAUCHIUM*, *CALX* ad fin. *CANDIDATUS*, *CANO*, *CAUTES*, *CILO*, *COLONARIUS* ad fin. *CONSCIUS*, *CONSUL* ad fin. *CUNCTOR*, *Codicis Theodorei* in *AQUELIBATOR*, *Columella* in *ACUS*, *CENTO*, *Claudiiani Mamertini* in *COLUCERNATIO*, *Curtii* in *AULEA*, *Digeſtorum* in *CALPURNIUS*, *Festi* in *ACERATUS*, *CENTENARIUS*, *CEREMONIA*, *COLLUS*, *CUM* ad fin. *CYPARIS-SIÆ*, *ÆNULUM*, *ÆQUILANIUM*, *ÆSTIMOR*, *BLATEAS*, *COMPLETIO*, *Firmiti Juli* in *COLOCIBUS*, *Flori* in *CALLAICUS*, *A. Gellii* in *CONCUBIUM*, *CANNABUM*, *Glossarium* in *AGGER*, *ANCILLOR*, *CHREOCOPIDÆ*, *COLLEGO*, *CRESPULUS*, *CUNILA*, *Hirtii* in *CONFIDO*, *Horatii* in *ACRITER*, *ADIGO*, *CANIS*, *CHORDA*, *COENA*, *COLOR* ad fin. *CULULLUS*, *Hygini* in *AMPYCUS*, *Istdori* in *BIRRUS*, *Juvenalis* in *CHIRONOMUS*, *Livii* in *CASTIGO*, *COPULO*, *Ejusdem Epitomes* in *CALLIACUS*, *Lucretii* in *CONTRADO*, *Macrobius* in *CLARIUM*, *Martialis* in *CYPARISSUS*, *Nonii* in *ACERATUS*, *AMPLEXOR*, *ANCHORA*, *Boo*, *CAXO*, *Ovidii* in *COEPTUM*, *COMA*, *Paladii* in *CÆCO*, *CANNABUM*, *Perſi* in *BILIS*, *Petronii* in *ARGUS*, *CILLUS*, *CALCO*, *Plauti* in *CAPITALIS*, *CAPITO*, *Plini Majoris* in *AU-LULA*, *CALYPSO*, *CANEPHORUS*, *CARCASUM*, *CAUSTUM*, *COLOSSINUS*, *Plinii Valerianii* in *CONQUILIATUS*, *Quintilianii* in *ARTIFEX*, *Scholia Horatii* in *ANORMIS*, *Senece Philosophi* in *CHASMA*, *Servii* in *ANTAPODYSIS*, *ATRIVUM*, *AURA*, *Sili* in *CREDITUS*, *Statii* in *CHORDA*, *Stephani Byzant.* in *BULII*, *Suidæ* in *CALLIAS*, *CORVINUS*, *Taciti* in *ADVERSOR*, *Tessamenti Iudicri* *Grunni Corocotta* in *BUBULARIUS*, *Varroni de Ling. Lat.* in *ARMIUSTRUM*, *CLASSICINES*, *CORNUS*, *COROLLARIUM*, *Varroni de Re Rustica* in *BUGONES*, *CORRODO*, *Velleji* in *CALLAICI*, *Virgilii* in *CARMEN*, *CLAUDIO* ad fin. *Vitruvii* in *ANDRON*, *Vulcanii Gallicani* in *ÆRARIUM*.

En alia, ubi qualescumque conjecturas in medium proposui, Lectoris melius conjecturi judicium meum facturus. Sic *Appalens Tentatus* in ARMILLUM, CLASSIARIUS, *Celsus* in ALVUS, *Cicero* in CERARIUM, COLLOCO, COMMITTERE s̄e in sevatum, CONCRETUS, *Digesorum* textus in COSMETA, *Dioscorides* in BATTO, *Festus* in ALGEO, AUXILLA, BUCHIANOS, CALCES, CALPAR, CANEPHORA, CANNENSIS, CURIA ad fin. *Firminus* in CYPAPHAPI, *Gellius* in CATASCOPIUM, COARCTE, CONJECTIO, *Glossularius* in CANUTUS, COXIGO, CURCULIO, *Higinus* in ANTIPHUS, *Iridorus* in BIOTHANATOS, *Lampridius* in CAPI, *Livius* in ARRECTUS, CONFIDO, *Lucanus* in CARMANI, *Martialis* in BIPINNA, CELEBRATA, CHERSOS, *Messala Corvinus*, in CIRCUMEIO, *Nomius* in CUJATIS, ARETINUS, CALPAR, COMITASSET, CONTENTURUS, CONVITIUM, *Petronius* in APOCALO, CLUNARIUS, *Plantus* in CATENA, *Plinius Major* in ADUNATUS, ALTANUS, AMBRO, ANAPAUOMENE, AULANIUS, CANNENSIS, CARTHEGON, CATAGUSA, CERVISA, COENA, COMPUTO, CUNILA, *Quintilianus* in AGO multum, APPELLO, ATTRACTIO, CARMEN, *Rutilius Lupus* in ANACLASIS, *Seneca Philof.* in AFFECTATIO, *Servius* in APOLLO, *Suetonius* in ADHAMO, ASTICI, CUBICULARIS, TERENTIUS in BABYLO, CONSUMO, ubi omissa nota [*Tertullianus* in COLATUS, *Theodorus Priscianus* in CALASTICUS, *Trebulus Pollio* in ANCILLA, *Aurelius Victor* in AVERSATUS, *Vitrinus* in COLUMNARIUM, *Varro de Lingua Latina* in COENACULUM, *Velleius Paterculus* in AUCTORAMENTUM. Hæc, ut inter volutandum forte s̄e obtulerunt, e. g. apponere lubuit.

Plura accumulare operæ pretium non visum est. Non enim ingenii ostendandi causa haec expromsi: aliqui fastidiose delectu optima queque ex utroque volumine excerpserunt. Multa sunt tenuia valde, eoque minus dubitationis habent. Quod si non in omnibus rem acu, ut ajunt, tetigi, aliorum exemplo, eorumque non de fece ingenitorum, me consoler licebit. Illud etiam atque etiam deprecor, si quis hic quicquam invenerit, quod alii jam occuparunt, ne furto surreptum clamet. Non hæc artes meæ sunt, neque fuerunt, neque erunt unquam. Quis vero omnes omnium Criticorum libros vidi aut excusifit? Quæ nec vidi, nec audi vi in vita ignorare, puto, licuit. Contra de nostris si quis tanti quid fecerit, ut, tollere pro suo velit, non recuso, modo ne & illa adjiciat, que assolent, Sic olim sagaciter conjectavi, multo post vidi idem Birrio placuisse. Eos nihil moror, qui totum hoc genus conjecturarum alto supercilio despiciunt, & vituperant. Næ illi sunt, qui vel prorsus, quomodo vetera litterarum monumenta comparata sint ignorant, vel insita malignitate quadam abrepti, ingenio ad meliora nato abutuntur, ut qui nuper Artem hanc conjectandi Criticonem scriptis pâne puerilibus infamare conati sunt. Quorum si imitari recordiam, tam insulso ac fatuo joci, cavillationisque genere vellem, nullo negotio artes ac scientias omnes & singulas, ne sanctissimis quidem & gravissimis exceptis, ut meras ineptias mortalium exagitarem atque traducarem.

Illud insuper occurrit, fore, qui de brevitate, quam adhibui, forsan conquerentur, verbis enim plerumque perpaucis, s̄epius verbo rem expedivi. Id fatis fore intelligentibus putavi, ceteris ne prolixa quidem disquisitione satisfactum iri. Adde quod ad confirmanda singula, adductis complurium auctorum locis, & otium mihi & charta desuit. Quæ verisimilia sunt facile doctis sese probabunt, cetera eò minus opus aggravare poterunt, quo brevius asperfa fuerunt.

In Conjecturarum classem referre licebit etiam *Etymologias*, quas proposui, verborum quorundam, quæ ut non extra omnem dubitationis aleam posita sunt, minus tamen ineptas visum iri confido; quam pleræque sunt, quas vel ex ipsis met antiquis, vel ex junioribus Grammaticis passim Stephanus proponit. Vide e.g. in ACATUM, ACCENDO, ALESKO, AMBOLAGIUM, ANNOTINUS, APOCOPUS, ASSENTOR, ATAVUS, ATTONITUS, BACCHÆUS, BATHYCLES, BUCERIÆ, CAR-MADAS, CARNIFEX, COELLO, COENOBITA, COERCEO.

Sæpe fuit & de Latinitate Ætateve dubia quorundam Vocab & Phrasium disquirendum, quod eadem brevitate feci, productus & excussis alias veterum auctorum locis, alias rationibus, ut in ejusmodi quæstionibus, idoneis, i. e. ab Analogia petitis, veriorem

fententiam vel expromsi, vel confirmavi. Factum id in ACCUBITUS, ADVOCATUS, ÆGRITUDO ad finem, ÆRARIUM publicum, AFFLIGERE s̄e & AFFLICTUS, ALICEFACIO, ALLO-QUOR cum aliquo, ALLUCEO, ALUMNUS ad finem, AMASIO, AMPULESCO, ANIMALCULUM, APOTHECA, ARMA ad fin. BRACHIUM de Mari & Fluminibus, BREVIS ad fin. BRUTUM, CALUMNIA ad fin. CAUSATRIX, COÆQUUS, COGNOSCO de re venerea, COMMILES, COMMITIUM, CONCÆDES, CONCURRO ad aliquem, CONDITION ad fin. CONSCISSUS, CONSPICILUM & CONSPICILLUM, CONTINGO ad fin. CONTRA ad fin. CONTUSIO, CONVERSUS, CONVEXUS, CORRADO &c.

Non raro etiam *Differentiae vocabulorum* indicandæ, vel declarandæ fuerunt, in quarum cognitione non minima pars Latinitatis notitia constitit, veluti factum est in AC-CUBO & Accubo, AFFLIGO & Projicio, AGGERERE & Age-re, ALIQUANDO & Unquam, AMBO & Utterque, AMANS & AMATOR, ARGOUS & Argolicus, AUGURIUM & Auspicium, AUSCULTO & Audio, BUCCINA & Tuba, CIRCUMSIDO & Circumsideo, CONFIDO & Credo, &c. ut & in Græcis nonnullis e.g. αναπλινομαι & αναπεινω, κατακλινομαι & καταπεινω, in ACCUBO, ἀπάλαισθαι & ἀπάλαισθαι in APALESTRI, ἀρθρός & ἀρθρίτις in ARTHRITICUS.

Utinam vero, ut huc quoque veniam, tantum mihi otii fuisset, quantum res postulabat, ut ea quæ ad Antiquitatis notitiam pertinent paulo diligentius pertractarem, nunc vero vix digito attingere licuit, quibus manus medica item ac s̄epius adhibenda fuisset. Non omnino tamen me hanc quoque partem incuratam reliquam Lector perspiciet, collatis cum Londinensi, exemplari e. g. dictionibus ACROAMA, ADUMBRO, ÆDILIS, ÆLURUS, ACTA, AGONOTHESIA, ALTICINCTUS, AMPHITHEATRUM, ANABOLAGIUM, ANAGLYPHA & ANAGLYPTA, ANDRON, APOTHECA, AQUA, ARMAMENTA, ARMILUSTRIUM, ARTOPTA, ARYTENA, ASI-ARCHÆ, ATHENÆUM, ATHLETA, ATHLOTHETA, BALATIO, CADAVER, CÆSTUS, CALATHUS, CANCELLARIUS, CANDIDATUS, CANDYS, CANTHARUS, CARPENTUM, CENTURIA, CENTURIO, CERVUS, CERYX, CIRCUS, CIRCENSIS, CLAVUS, CLOACINA & CLUACINA, COMITIUM, COMMODUM, COMO-TRIAE, COROLLARIUM, COSMETA, CUNEUS.

Sunt in primis Phrases & Formulæ quædam, quæ necessaria ex antiquitatibus notitia explicandæ fuerant, quibus vel nulla omnino, vel falsa expositione adjecta fuerat, ut *Appellus servus*, in A, *Abstergere renos* in ABSTERGO, *Alia omnia censere* &c. in ALIUS, *Appellare regem* in APPELLO, *Ascendere in concionem* in ASCENDO, *In beneficio ad ærarium deferri* in BE-NEFICUM, *Deducere classem* in CLASSIS, *Canere classicum* in CLASSICUM, *Cogere in ordinem* in COGO, *Comparare provincias inter se in COMPARO, Confitare judicium in CONSTITUO, In contubernio esse aliquus* in CONTUBERNIUM, *Corpus curare in CORPUS* &c. Ubi vero auctores Juniores, qui singulis accuratius pertractarunt indicandi fuerunt, non tantum ad *Pisici Lexicon Lectorem* remisi, quod in *Londinensi edisi* paginam utramque facit, sed ad cognitos, voluntatique mihi olim auctores. In his, quæ ad Rem Militarem e. g. Ludos, Theatra &c. pertinent ad LIPSIUM, in Re Vefstaria ad FERRARIUM, vel RIBENIUM, in Re Cibaria ad LUDOVICUM Non-nium, in Re Navalii aut Vehiculari ad Schefferum, in Re Gymnaftica ad Hier. Mercuriale, in his quæ ad Sacrificia & Lustrationes pertinent ad LOMEJERUM, in multis ad BARTHOLINIUM, RYCEQUIUM, CIACCONIUM, FULVIANU MURINUM, nec raro etiam ad NUMIMOS antiquos, ab eodem, aut OISIO, Patino, Ocone, VAILANTIO, SPANHEMIO, exhibitos, in Græcis antiquitatibus saepe ad VANDALIUM & CASAUBONUM, vel HEURICUM STEPHANUM, in Ecclæstasticis ad Sacerdi THESAURUM.

Longe tamen maximus labor exantlandus mihi fuit in his quæ Geographico, Historico, aut Mythologico argumenti fuit in hoc Lexico, de quorum scđitate supra dictum est. Eorum alia fuerunt omnino inducenda, ut ex manifesto errore nata, ut prioris generis ACMODES & ACMODÆ Insulae ex eodem Plinii loco, ACUENUM oppidum pro AQUINO ex Strabone, ALBII Montes & Populi, ALCHIPPE, pro ARCHIPPE, BUTRA pro BUTO, CASNINUM pro CASILINO, CHIMÆRII pro CIMERII, aliaque, quæ magno numero supra indicavi, ubi de geminis dictionibus sublatius dictum est. Reliqua, quantumvis suspecta & falsa plausula, notula adjecta rei qui: per pauca vero sunt, quæ non multis modis ex ipsis antiquis & ido-

& idoneis auctoribus emendavi, ut lector e. g. si cum Londonensi nostram editionem contulerit, facile in his cognoscet: ABARIM, ADIABENE, AEGOS, AGNICIS, ALBA, ALBIUS, ALEMANNIA & ALEMANNI, ALTILIA, AMASTRIS, ANICIA, ANIUS, ANONYMI, APENNINUS, AQUIÆ, ARBELA, ARGENUSA, ASTYRA, BACENIS, BACTRA, BÆTULLO, BELGÆ, BELGIUM, BERENICE, BEROEA, BREUNI, BUBASUS, BUBIASMUM, BYCUS, CÆCUBUM, CÆRE, CALATIA, CALLIPOLIS, CALLIÆCI, CAMELANI, CANE, CARCASUM, CARDIA, CARPINEITES, CARTHÆA, CARYA, CASILINI, CEA, CELENÆ, CHRYSOCERAS, CHYDORUS, CIRCIUS, CLARIUM, CLAZOMENÆ, CLITERNIA, COTONE, COTTAS, COTTIUS.

Pari cura Historica tractata esse, quin etiam multa de novo, inductis prioribus, inserta, cognoscet lector collatis dictionibus ABAGARUS, ubi pro *αιαθαιος αιμοβαιος* reponendum, ÄLIUS, ÄMILIUS, AETIUS, AGESILAUS, AGRIPPA, AGRIPINA, ALBINUS, ALBIUS, ALCAMENES, ALEXANDER, AMPHILOCHUS, ANTIAS, ANTIGONUS, ANTONIUS, APPION, AQUILA, ARCESILAS, ARCHIDAMUS, ARISTIDES, ARISTIPPUS, ARISTOTELES, ARRIA, ARRIANUS, ARSINOE, ARTABANUS, ARTABASDES, ARTABAZUS, ARTAXERES, ASDRUBAL, ASPASIUS, ATILIA, AUGUSTA, AURELIANUS, AUREOLUS, BALA, BISILIUS, BELLIENUS, BERENICE, BILIUS, BOCCCHAR, BRUTUS, CÆCILIA, CÆDICIUS, CÆPIO, CÆSAR, CALIGULA, CALPURNA, CANIDIUS, CASSIUS, CERAUNUS, CHARILLUS, CINNA, CLAUDIUS, &c.

Nam manifeste falsa & corrupta delere quid vetuit, ut ACILAS Philosophus ex Suida, cum AQUILAM intelligi vellat, AGESIAS pro HEGESIA, AGON pro AGNON, ALYNOMUS pro ABDOLOMINO, sive ABDOLONIMO, ANCHIALOS pro ARCHELAO, ANIA, pro ANNIA, BALIEMUS & BALLIENUS pro BELLJENO. DECIUS pro DECIMUS, aliaque talia. Ubi qui Indicem relictum vellent, delirare mihi videntur. Quasi nempe singula typotetarum, aut librariorum, aut ineptorum compilatorum aberrationes locum sibi in Lexico Latino vindicent.

Nec in *Mythologicis* quoque indiligentius actum apparet in ACANTHUS, ÄGISTHUS, ÄNEAS, AGATHO, ÄGAVI, ALPHESIBOEA, ANACES, ANGUPEDES, ASTYCHIA, ATALANTA, ATTYS, BACCHUS, BROTHEUS, CÆNOTROPÆ, CALISTO, CANDIOPE, aliisque quam plurimis.

Atque hic fere est opellæ, quam huic operi impendere mihi licuit, conspectus, quæ omnis in emendando atque expoliendo eo consumpta fuit. Ita enim hunc fundum colendum sulcaperam, non ut nova fruge confitus, sed a malis herbis duntaxat purgatus, runcatusque opera mea nitesceret. Quicquid meum accessit, id e re nata, *αυτορχεδιν*, atque de subito adspersum, non ex paginarum marginibus, longoque tempore collectis observationibus descriptum fuisse, cuius generis adhuc plerique fuerunt, quæ Virorum Doctissimorum nomen in *Calepino*, *Fabro* præferunt curæ, facile lector cognoscet; eoque, spero, facilius inelaborato labori veniam impertiet, si quæ forte minus eruditio palato ipsius sapient. Alter enim necesse est elaborata prodeant ea, quæ otiose, meditateque scribimus, aliter quæ raptim, & singulas pæne chartas calamo subtrahentibus operis, tumultuaria scriptione typographio approparamus.

Nonnusquam etiam fero venit emendatio, quum jam surda prelae meas respuerent: Sæpe & margine jam pleno charta mihi defuit, ita ut necessario animadversio in angustum arctundu fuerit. Sunt & de quibus Amplius pronuntiare tutissimum visum est, utpote quæ majus otium ad disquirendum, quam mihi concessum fuit, postulabant; alia ubi liber ipse, qui inspiciebatur erat, ad manum non fuit. Ecquis enim omnibus instructus esse potest, ubi in operare tam variis argumenti inspecco opus est?

Poteram quidem labore excerptendi exempla, quæ supra posui, supercedere ac breviore via lectori, quid in nova hac ecdosi prælittum sit monstrare, si modo ipsum, ut aliquot paginas nostræ ac Londonensis editionis conferret atque invicem contendenter rogassem. Sed præterquam, quod eam editionem in paucorū manibus his locis esse sciebam, satius visum est, subiectis continuo exemplis. Lectorem ipsum velut in rem præsentem ducere, ut omnino a vanitate longe abesse prædicationem meam per se cognosceret.

Deinde illud etiam animo intendi, ut hoc quasi specimen quantum mihi laboris, tot ac tam variis, multiplicibus-

que curis, hoc triennio exantlandum fuerit, paulo evidentius demonstrarem: simulque eorum querelis occurrerem, qui quicquid id est operis, citius pæne, quam ceptum fuit, transfigi potuisse putabant, & istuc pensum paulo certe molestius flagitabant, quum probe mihi conscius sim, nihil me jugi labore, qui soli mihi omnis, nullo *ὑπόπτη* assumpto, exhaustiæ necessario fuit, ad maturandum opus reliquum fecisse. Quid queris? ne isthæc quidem insumpti laboris confecta summa est, accessit pensum aliud, quod haud facile dixerim an non difficilius & molestius reliquo omni labore, meus mihi pudor, ne desuisse rei litteraræ commodo viderer, imposuit. Vix dum enimvero aliquatenus impressio primi & secundi voluminis processerat, cum litteræ Geneva allatæ sunt, extare in Civitatis ejus publica Bibliotheca codicem Stephanici Thefauri edit. Lugdun. HENRICI STEPHANI, ROBERTI FILII, pæne in singulis paginis, animadversionibus variis instructum. Quas si ad ornandam editionem nostram conferre luberet, offerebat ultro in describendis iis, suam, alicorūque suorum gratuitam operam *Vir Humanissimus* idem *Clarissimus* GABRIEL CRAMERUS, *Mathefæos in Acad. Genev. P. P. Gaudem* equidem oblatam mihi occasionem, quicquid id est postumæ curæ, Viri tot insignibus, ingeni, studii, industria monumentis præclare quondam de litteris meriti ab interitu vindicandi. Verum quia mea interesse putabam, ut codicem ipsemet inspicierem, auctor bibliopole fui, ut interposita cautione, exhibendum mihi curaret, quod per eundem *Clarissimum Virum* haud difficulter impetratum est, cui, pro eo ac par est, eo nomine quam maximas gratias agimus. Allato codice omnia, quæ in eo scripta comparent, ab una eademque manu exarata fuisse peripexi, scribendi genere adeo difficili ad legendum & intricato, ut molestius nullum viderim. Quod mecum fatebuntur Viri Doctissimi & in legendis MSS. libris exercitatiissimi, qui domi meæ codicem inspicerunt. Nam & unam eademque litteram, sex, septemve, ac pluribus modis ductam videas, & scripturæ compendia, seu syllabarum notas, difficillimas ad intelligendum. Accedit charta multis locis bibula, ita ut, atramento diffuso, vix ac ne vix quidem dignoscere scripturam liceat. Quod quum ita sit, tamen tantum studio profeci, ut præter expectionem meam nihil non legere potuerim. Id quidem dolendum est, incidisse hunc codicem in manus imperiti possessoris, qui dum nova veste ornare eum studet, bonam partem animadversionum Stephanicarum, quæ forte in summum, vel extremum marginin conjecta fuerant, empectæ cultro resecari passus est.

Ipsius autem Henrici Stephani omnes eas observationes esse dubitandi causa nulla est, quum passim in his, modo ad *Patris sui Thesaurum*, modo ad suum item, *Græcum nempe innuens*, modo ad *editiones suas*, aut *Lucubrationes*, *Appendicem* e. g. in *Varronem*, *Schediasmata*, *Pseudo Ciceronem*, *Nizolio didascalum*, *Proodopeian* ad *Senecam*, *Epistolam ad Jac. Dalecampium*, &c. sua omnia vocans, lectorum remittat. Quamvis autem quedam vix digna mihi videntur, quæ in lucem exirent, tamen quia multi ejusmodi studio ducentur, ut omnia, quæcunque nancisci possunt Magnorum virorum industria *λειψά* cupide inspiciant, horum studio in tantum obsequi visum est, ut ad multa egregie animadversa etiam tenuiora, quæ supererant, adjicerem.

Ut de ipsis denique Animadversionibus paucis agam, quas ubique additis primoribus litteris auctoris nominis, hisce nempe H. St. denotavi, primum si que ex *Thefauro Patris sui* temere prætermissa in *Lugdunensi* codice reperit, annotare non neglexit, ut paulo infra ipsius verbis prolati, demonstrabis. Deinde Observationes novas quamplurimas ex *Cicerone præfertim*, *T. Livio* ac *Poëti Latinus*, tum & ex *Suetonio*, *Tacito*, *Historia Augustæ scriptoribus*, *Amianus Marcellino*, *Panegyricis antiqueis*, *Scholiaje Horatii*, *Laetatio*, *Patribusque aliis adscriptis*. Quo factum est, ut in *Nova* quoque *vocabula*, auctornimque loca, non pauca inciderem, quæ jam *Londonensi Thefauro* ex *Lipseensi Fabriano* inserta fuerant, quibus locis Henrici Stephani nomen adscribere, motu lectori, non dubitavi, ut Viro doctissimo præstite diligenter laudem quasi postliminio vindicarem. Afferat præterea & alia nonnulla nova vocabula, quæ etiam in *Londonensi Lexico* desiderabantur, verum mirabuntur lectores in plenissime, non veteres & idoneos auctores, sed *Gazam*, *Vallam*, *Pontinum*,

tanum, Bembum, Sadoleatum, Picum Mirandulanum, Longolium, Politianum, Marsilium Ficinum, Beroldum, Cælum Calcagninum, Erasnum, Vivem, Liphum, nec raro Delfauterium aliasque ejusdem ètatis auctores adduci, quod ipse tamen, ut infra videbimus, in Lugdunensi Thesauro factum, vehementer reprehendit. Sulpicius est nimisrum, Viros illos doctissimos, nec Latinitate feculi sui contentos, non temere quicquam posituros fuisse, nisi auctor existaret, itaque hac, non ut ederet, sed inquirendi consilio appositiis videtur. Talia sunt in primo tomo e. g. ADUNDO, AGRESTITAS, AGRESTITUDO, AMARITIES, APPONITIUS, ARTIUNCULA, AVICELLA, BARBITONSOR, BELLATURIO, BRACHIARIUM, CARENTIA, COACERBO, COAXATOR, COENARIUS, CONSULTARIUS, CONTUBERNALITAS, CONVIVALITAS, CROTALISSO. Nullam vero temere animadversionem ejus apposui, ubi non aliquid vel explicandi, vel confirmandi, vel etiam refellendi causa adpersi. Sæpe autem verba duntaxat adscriptis, auctoris omisla mentione, sepe bona parte cultro reflecta, vix vestigia ipsius animadversionis relicta fuerunt, ita ut plane divinandum fuerit. Cujus rei exempla videre licet in APPELLO, COMPARATIO ad fin. CONCILIABULUM, CONSALUTATIO, CONSCIENTIA. Nonnusquam & falso citavit, ut in AGO ad fin. Martialem pro Priapeis, in AMICITIA Horati verba, in COLO Ovidii, in CONDITOR Plini locum, in CONSUS Græcum vocabulum, in CONTEMPLOR Donatum pro Varrone. In AMICUM est plane cavillatur.

Sæpius orthographiam restituit & etyma feliciter eruit, præsterni in Græcis, ut in ÆTHEREUS, CADAVER, CADUCEUS, CHIUS.

Animadversiones criticas & auctorum emendationes, quod miror, perpaucis interspersit, easdemque fere jam in aliquo opusculorum suorum propositas, quæ causa est, cur eas hic recensere supersederim. Satis constat alioqui summum hunc in Græcis litteris virum, in Latinis non tantundem gloriæ assecutum, & in hujus lingue auctoriis emendandis non eadem felicitate ingenii, atque in Græcis, usum esse.

Si quæ falso posita invenit, satis habuit transversis linæs inducere. Quæ reliqui quidem, sed ipsius judicium lectori indicavi, ut e. g. in AGNOMONES. Aliis etiam quibusdam signis quamplurima, vel subductis lineis tantum notavit, ordinem, opinor, quo posita vellet, ita indicans. Apparet autem ex his ipsum totum opus a capite ad calcem perlegisse. Quod primum eo consilio factum suspicabar, ut Græca inde vocabula, quæ apud Latinos auctores occurunt, ad locupletandum Thesaurum Græcum suum exasperet, qui paulo ante prodiit. Nam pleraque ejus generis in ejusdem Thesauri Indicem, qui sine dubio aliquanto post exit, ab ipso conjecta reperi. Atque illud etiam animadvertisi, quoties fere vocabulum aliquod, ut Spurius, quod in Vulgaribus Latino Græcis Lexicis exstet, reprehendit, id ipsum in hoc Lugdunensi opere existare. Ceterum cum etiam Latinum Thesaurum, ad modum Græci sui concinnatum, Henricus noster in affectis habuerit, eundemque in Epitola ad lectorem eidem praefixa promittere non dubitarit, suspicari licet, in hunc quoque finem Lugdunensi Thesauro usum esse, quemadmodum etiam Observations alias fere in marginem Thesauri paterni conjecuisse passim in his, quæ jam cura nostra prodeunt, memorat, quæ forsan etiam claustra aliquando erumpent, ubi adhuc latuerunt. Inno certius nihil est, ut mox dicemus.

Quo melius autem lector de his, quæ nunc damus, cognoscere possit, subjicere lubet hoc loco ea quæ post coptum jam opus inseri non potuerunt. Primum scias licet, virum hunc Clarissimum bonam partem Observationum suarum, quibus potissimum Lugdunense opus reprehendit, ipsi titulo libri inscripsisse, qui proinde foedum in modum ubique scriptura deformatus est. In ipso umbilico, ubi erecti leonis imago extensa est, adscriptis duobus locis: *Ex vero nomine vocor Robertus Plaut. Sticho, in EX. verum Lexici ejusdem auctorem Patrem suum esse innuens. Cave tamen putes hac ipsa esse Plauti verba, cum Roberti Stephani sint, exempli gratia subjectis Plautinis verbis ex Stich. 1. 3. 88. præposita, quæ quia in Lugdunensi & Londonensi editione omisla sunt, nos quoque, loco solum indicato, exhibere negleximus. In Dedicatione Tinghi & Typographi ad Lectorem præfatione barbarissimos & folœcismos aliquot, nisi partim typothetarum errata*

sunt, reprehendit, quæ hoc apponere non visum est. Ad hæc verba præfationis ejusdem: *Quæ a Stephano edita erant, omnia dannus integriora & emendatoria: quæ desiderari videbantur docti expleverunt, adscriptis Nego, & optima, & valde necessaria prætermissa esse dico: contra, nonnulla, quæ non tanti momenti sunt, adjecta. Confirmat hoc deinde partim iis exemplis, quæ infra posui, partim aliis. Admonitionem quandam utilem, inquit, quæ est in edit. R. Stephani hic esse omnissim in verbo ADJUTARE. Sic & alia multa imprudenter omiserunt, quæ tamen non multum auxifserunt librum. In PROPERE omittit exempla ex Sallustio & Cæsare, quæ sunt in Thesauro Patrii. Observatio, quam memorat, infra in Adendas sequetur. Conferat lector in ALTITUDO, CAPUT, CULUS &c. ipsius annotata.*

In summa & ima pagina tituli aliquot animadversiones, de qua jactura supra questus sum, cultro empeste reflectæ fuerunt. Eas, quæ superfluit, ne, sicut temere posita sunt, subjiciam, in certas classes redigere lubet, his tamen prætermisis, quæ in opere ipso quoque ad marginem apposuit, unde easdem fideliter in nostram editionem descripsiimus.

Vocabula quedam deesse indicat, præter ea quæ supra indicavi, ut ADSIBILIS, pro Responde sibilo Bud. quod ex Lipsiensi Thesauro hic comparat, DESTOMACHOR, EXCORIO, FOETUTINUS, GROSSUS & GROSSITUDO, OSCITANTIA, PROMANARE, VETERAMENTUM. Quæ suo loco jam inserta sunt, aut inferuntur. ADDITIUS, inquit, & ADJECTITIUS non reperi hic. &r. an dicantur?

Reprehendit vitoise quedam posita, ut Favore larem, pro Fodere apud Nonium. V. in FOVEO. Immunis pro Immanis apud Festum. Sed V. in IMMUNIS. Haruspex verus hic citatur, inquit, ex Proprio, sed econtrario Vanus legeendum. Alteram tamen lectionem retinuit Broeckhusius, cui est 3. 6. 17. ac miror, cur follicitaverit Stephanus. Suspecta sibi innuit hæc Livii, Penas alicuius sceleris a se agere in AGO. Sunt autem ex Oratione Marcelli lib. 25. cap. 31. ubi in emendatis jam codicibus legitur, Penas exegisse. In SAGINA, inquit, puto ponit pro Sagena duobus locis. In DIMIDIUM

Dimidium facti qui bene capit habet.
ponitur in loco Horatii: *At in paterno recte sine Bene. Facio mentionem Schediasmate 20. aut 21.* In ista editione correctum leges. In EXPETISCO reprehendit additam correctionem: *Alii rectius legunt scribuntque &c: Satius erat, inquit, alterutrū.* Sed laudanda diligentia est Lexicographi, si in paucum modo dubiis & variis lectiones apponit. Componere & coagentare verba ex Cicerone. Atqui apud Cic. est Quasi coagentare.

Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum. An Paratus? Nescio quo conjecturam hanc in Hor. 1. Ep. 7. 22. reserri voluerit. Nec frequenter Calepini quem in finem apposuerit, intelligo: CUCULUS per. corr. & CUCULLUS per duplex l Avis nota. Martial.

Quamvis perplures cucus cantaverit annos.
Hor. in Sat. —— cui sape viator

Cessisset, magna compellens voce cucullum.

Cucullus etiam genus vestis est. Juven.

Suntre nocturnos meretrices Augusta cucullos.
Unde conflat Fratres nostros Eremitanos male sti hoc vocabulo CUCULLA fem. genere. Calepizus Eremitanus. Sunt qui accipiunt Cucullum pro Nautico aut Refico tegmine ad arcendas pluvias. confutramque suo loco dictionem.

In ILLECEBROSE citatur ex Plauto Illecebrosus, tanquam Adverbium, quoniam tamen sit nomen. V. in loco.

Pertimus ponit a PERTIMEO, Concupiri a CONCUPITO. Puto tamen non dici Pertimeo, nec Concupio, sed tantum PERTIMESCO & CONCUPISCO. Sic Delitui, tanquam a DELITEO. Apud Plinium tamen Delitentia. Sed puto pro Delitescentia. V. etiam in his locis.

Falsas & perquam inodore manus citations exagit, ut quod in CONDITIO legebatur, Cic. pro Milite, pro eo quod nempe pro Mil. i. e. Pro Milone scriptum invenerat inodocissimus compilator. In Londonensi exemplari hoc quidem correctum fuit, in quo tamen similia alia offendit, quæ supra indicavi.

Reprehendit & confusas uniuscujusque vocis significations. In HONOR, inquit, exempli sunt corfusa, in quibus est riu, & in quibus significat Magistratum, seu dignitatem. Qui nostram editionem cum Londonensi in hac voce, aliquis conferat, eandem confusionem non invenient.

Significationes, inquit, unius restringantur in multis, ut Lucubrare, Ad lucernam componere. Melius multo in Latino Gall. Et interdum totus locus scriptoris non ponitur, quum tamen porendum est, ut appareat in loco Cicer. in LUCUBRO. Vide quae ibi notavi.

Omissas esse significationes vocabulorum quorundam, ut in CLAVIS significacionem Partis corporis, item in PALA. V. CLAVICULA. Rationem confidere ex Turnebo didici. Vide in RATIO. ubi tamen nihil adscriptum.

Reprehendit & quod Gallica nonnusquam adjecta interpretatione sit, ut In Calvis crimen expositio Bud. Gallica. Quod tamen non modo a Patre ipsius Roberto passim, verum etiam ab ipso in his, quae in lucem jam prodeunt, hypomnematis similiter factum est.

Πλεονάζειν in illa exempla, ut in VULVA quamplurima ex Plinio, de Remediis vultus quorsum? Sic in quibusdam aliis ex eodem Plinio, & Celsi. Videat lector e. g. in ANGINA, DENS, DEXTRA, DYSENTERIA. Item ex JCts in AGO, ACTIO, APPELLO, APPELLATIO. Quid mihi obsterit, quo minus in his critica falce iterer, supra declaravi.

Sine judicio, inquit, ponuntur etiam hujus nostri temporis nomina propria, ut Calix Rhodigini, in RHODIGINUS, ubi & qui loquitur suum de illo judicium interponit. Hujus generis quia pauca sunt, intacta reliquimus.

Potiori jure reprehendit adduci passim Juniores autores, pro Antiquis, Ramum in ANTONOMASIA. In SAGIMEN, PONDO, COLAPHIZO, PHILTRUM, Calepinum.

In HABENTIA, inquit, citatur Sipontius ex Nonio: cum potius citandus esset ipse Nonius. Est autem hic Sipontius, qui & Perottus, qui citatur in BILANX in BIS, Perottus Sipontius Episcopus.

Quadam afferuntur ex Sipontino duntazat, ut COQUINARIA, & COQUINARIUS. Item in CRUSTA, CÆSPITO, CAUPONARIA. In multis non citatur, quæ tamen ex eo sumpta sunt, ut in RUDITAS, in SCAPULA, Scapularis vestis, Scapularis servii, Interscapulum. In INTERVALLUM Perottus ponit deductionem, quæ ex Varone quoque affertur, licet brevius. Sic in ZELOTYPUS sumpta ex Perotto, sed falsa. Nam dicit τύπον esse formam, intelligens Pulchritudinem. DULCIFLUUS, DULCILOQUUS, DULCISONUS ex Sipontino, sed tamen sunt apud aliquem Clasicum. V. ed. hanc GRATITUDO ex Sabellico & Erasmo allatum, in COMMUNICO positum ex Budaeo exemplum.

Boëtius citatur in CONTEXTIO. Putabat nimurum Stephanus eam vocem apud antiquiores multo extare. Semper enim antiquissimum quemque auctorem apponi voluit. INDUBITARE, inquit, affertur ex Statio. Atqui Virgilius usus est, ex quo Statius sumpsit. Erat citandus Virgil. At ita in Patris tui, Henrice, Thesfauro ineptum istuc Agere circum caput ex Columella afferebatur, prolatu verso Virgilii. REGELARE affertur tautum ex Columella, utuntur tamen eo Martialis quoque & Seneca.

In PARRICIDALIS multa ex Firmico exempla, quæ vix videtur sufficere. Attuli autem & ex Justino, sed cum i Parricidiale. ὥδη μείου Paricidialis aut Parricidialis. [Forte utrumque obtinet, alterum a Parricida, alterum a Parricidium.

Peccatum & in hoc fuit, quod quadam in Præpos. ipsa tantum, ac non in nomine posuerunt, ut E vesigio, tantum in Præpos. E. Hoc ex ipso Roberti patris ipsius Thesfauro peccatum profectum agnosceret Henricus debuit.

De Graeca interpretatione quid censuerit cognoscere ex his, quæ subjiciam, licebit.

In SCUTULA οὐγέσ κοίτα γέρος. Hoc non est interpretari Graece.

ARMIGER male exponitur ὅπλιτης & in Calepino ὅπλοφίς.

In Graecis magnus error in ABSTINEO, ἀπέσχομαι vel αποσχώμαι, in LÆVUS est σκάος pro λάος, in POLLINCTOR a POLLEN quelle faute au Grec! υπερφέρει, qui a été mis sans regarder la signification Latine.

Graeca quadam fidा, ut VIPIONES μειούχανοι, HABENTIA ιχθια, in derivati ex SEMI, ut SEMIANIMIS, ημιθυμός, maluissim ημιψυχός, SEMIREDUCTUS ημιαναρχεῖς, SEMIRUTUS ημιβαλνής, SEMISOMNUS ημινυκός, SEMISUPINUS ημισύπτις. Quibus addi potest & SEMISEPULTUS ημιθαφός per δ, SEMI-SOPITUS ημισοπτής &c. V. & quæ supra posui. Reprehendit & ordinem in Graecis Synonymis, ut TRUTINA πλαστίξ, τρυτάν. Il falloit mettre premierement τρυτάν, puis qu'il vient de la. Hoc in similibus aliis sedulo feci in hac editione.

Potissimum tamen eo curam ipsum intendisse, ut singula vocabula ad etyma sua, seu quas vocant Radices revocaret, appareat ex hisce annotatis.

UNDA, Abundo, Exundo, CAUSA Acciso, Excuso. Acciso dictum exemplo τὸ αἰτιῶμα. AUCEPS, quasi Aviceps, ponendum post AVIS, an AUGURIUM quasi Avigarrum? Conciatio, Discutio, Executo a Tunc. In POSTMODUM sotte etymologie, quæ nullo modo convenire potest voci POSTMODO, quæ tamen sunt Synonyma. COAGMENTO Mur. puto, Coamento. Videtur Mureto hanc etymologiam adscribere. V. AMENTO verbum. Male PIUS post PIETAS ponitur. Item PIO verbum male ab eis disjungitur. PROPINQUUS male separatur a PROPE & PROPITIUS. Sic a SEQUOR male disjungitur SECUNDUM, BLANDIRI male ante BLANDUS, item male LABIUM & LABRUM separantur. Male ponitur OPEROSUS, tanquam ab OPERA derivatum, quoniam sit ab OPUS. Nam Operosum, Quod est magni operis. Sic ἔργῳς ab ἔργον, & factum imitatione Graeci. Quin etiam debuit ponit OPERA post OPUS, non autem separari. Opera potius respondet τῷ ἔργαιᾳ, in quibusdam saltem loquendi generibus. Vere quidem de nonnullis Stephanus, in quibusdam ἔργαις tutius. Multa, de quibus liquebat, in hac editione in locum suum restituta esse supra docui, ubi & causam, cur idem in omnibus non licuerit, subjunxi. Sed accipe reliqua. Analogia in Nomina, quæ alioquin ex diversis Conjugationibus oriuntur, ut REX a REGO, cuius Præteritum REXI, & LEX a LEGO, cuius Præteritum LEGI, NEX a NECO. Lego in quibusdam compositis tamen x asciscit, ut Dilexi, Intellexi, Neglexi. Non eo tamen pro certo statuerim Legem a Legendō dici, licet eadem Ciceronis sententia sit.

Ex PACARE puto factum PLACARE, unius litteræ l. interjectione. ζητ. An alia exempla hec interjectionis. Hinc sit, ut sit eadem significatio, nisi quod de diis dicitur Placare potius.

Galica lingua dubitationes quasdam tollere potest, ut de MARCUS & MARTULUS, dicitur un Marteau. Sic EXCLUDERE dicitur οὐ & EXCLUDERE dicitur Εξολε.

Derivationes multæ sub duabus potissimum rebus latent, sub Literarum permutatione & sub Syncope. Syncope ut PABULUM pro Pasibulum, FOECIALIS pro Federicalis. Atque, ut alio in rebus fit, ex notis exempla sumenda sunt. Sic notum nobis SANGUISUGA, pro Sanguisuga, HOMICIDA pro Homicida, quid ni & FOEDIFRAGUS pro Federifragus, ergo & Facialis pro Federicalis. LAPIDICINA videtur ex errore, pro LAPIDICINA. Immo in posteriori error est, ut ad ipsam vocem dicetur. CESSO ex CEDO. ζητ. simila, multum mutata significatio.

PERCONTOR cum sua etymologia, item PERCUNCTOR pro eodem, cum sua itidem, & quidem utraque ex Donato. ζητ. An sint apud Donatum. Exstant in Comment. ad Hecyr. 1. 2. 2.

ΔΙΤΤΟΧΟΥΣΙΑ, Loquendi genera, quæ dubius modus dicuntur, ubi verbum jungitur Accus. rei, & interdum Accus. persona. non eodem Accus. sed interiecta præpos. ut Lacefere pugnam & Lacefere ad pugnam. Graecam vocem induxit rufus, quia revera huc non conveniebat.

Quædam de quibus dubitavi, propterea quod leguntur dubios modi, ut Delicatam habere & Delicatu habere.

Atque hæc sunt, quæ Vir tanti nominis partim in titulum, partim in marginem Dedicationis & Præfationis eidem subiectæ, conjecterat hypomnemata, sine dubio materiam præfationis inde sumpturus, quam Novo Latinæ Linguæ Thesfauro præmittere destinaverat; quem non tam ex Paterno, quam ex hoc ipso Lugdunensi, correcto, auctoquo concinnatus erat, ut puto ex his verbis apparet, quæ in summa prima pagina adscripta. Nota, que les Expositions, ou il y a Id est, doivent être d'Italique. Idem clarus elucet ex tot lineis passim in toto opere ductis, quibus quæ conjungi, aut sejungi voluerit, indicavit.

Nunc illa etiam subjiciam, quæ in ipso opere inseri, quod seruo venerant, non potuerunt.

Tomo primo pag. 1. col. 2. lin. 10. in A. præpos. adde, Abs pro Ab. Sic Prificianus Obs. vide OBSOLEO. pag. 2. col. 1. lin. 49. Calentes ab recenti pugna Romani. Vide CALEO. & col. 2. lin. 42. Suet. in Domit. cap. 11. Neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere. Ubi Ber. dicit Ab re, Extra propositum, & addit, Hæc duo opponuntur Ex re & Ab re. Sed tamen Ex re non significat Ad propositum pertinens, Proposito conveniens. & lin. 63. de A pro Pra posito. Ut ἄρδ, pro ἄντε, pag. 4. col. 1. lin. 10. Ita ut ab epistolis & a libellis & a memoria semper assisterent. Lampr. in Alex. Severo 224. Videtur intelligi de Libellis supplicibus. Vide num Cujacius aut alius exp. V. LIBELLUS. [Lampridii locus est cap. 31. a pr.] Ibid. lin. 14. Hinc factum a Suetonio

nō Amanuensis, nam existimatur ipsius esse vox. Sic ex illis duabus vocibus A Commentariis factum Commentariensis. [V. utramque s. l. vocem. J. lin. 66. Ab passim apud Livium, sequente consonante. Initio libri primi post præfationem, *Aeneam* ab simili clade domo profugum, pro Profugum a simili, vel Ab simili, ut ille, cum significaret causam, pro Per similem cladem. Livius libro 7. p. 161. edit. Frob. Lingua etiam ab irrisu exerentem, pro Per irrisum. [posterior locus exstat lib. 7. cap. 10.] pag. 7. col. 1. voce *ABDOMEN* extr. Abdomen in corpore foeminarum patiens injuriæ coitus, scitum dictum. Don. in Terentium. || pag. 10. col. 1. voce *ABIGEATOR*. Abigeatores Vide in Collatione legum Moficar. & Rom. sub titulo 11. [Defiderabatur haec vox in edit. Lugd.] pag. ead. col. 2. lin. 12. Id est Demiserunt. Ibid. Abjicere aliquid, pro Curam aliquus rei. Longol. Epist. ad Ant. Flamin. lib. 3. in fine. Itaque reliqua abjice, unius tuae salutis rationem habe. [Est Ep. 13. extr. Videtur autem Longolius, ut affuevit, ipsa Tullii verba posuisse.] pag. & col. ead. sub fin. ad illa *Animi abjetor*, &c. Exemplum hujus Græca figuræ. [V. Vechneri Hellenolexias lib. 1. cap. 18.] pag. 11. col. 1. in *ABJUDICO*. Abjudicare aliquid ab aliquo. Lipsius in Tacitum 408. Quem (Panegyricum) Ovidio ablatum, viri docti tribuunt Lucano, neutri ego. Ab Ovidio etas abjudicat &c. [Verba Lipsi sunt ad 14. Ann. cap. 14. a pr.] pag. ead. col. 2. in *ABLEGO* post mittuntur. Contrarium *ABLEGO* vel *ALLEGIO*. H. St. [Non est vere contrarium. conferat utramque dictionem lector.] pag. 13. col. 1. lin. 2. in *ABOMINOR*, Apud Sueton. in fine Claudii, Quanquam abominantibus qui audiebant. id est, ut explico, dicentibus, Quod dii omen avertant. Vide Ber. [Defiderabatur locus Suet. in ed. Lugd.] pag. 16. col. 7. in *ABISTO*. post *Absiste moveri*, subiungit H. St. Et alibi — absiste precondo Viribus indubitate tuis. inducisti iisdem Virgilii verbis, quæ paulo ante, tanquam cum Gerundi verbo construcio foret, afferrebantur. Idem τὸ *ABSOLEO* induxit, adscriptisque, Pro *OBSOLEO*. Quia revera Latinum istuc verbum non est, sed ex errore natum. Ante hoc idem verbum inseruit *ABSOCER*, Prosofer. Vide in Indice Historico Vitaturum Cæsarum. || pag. ead. col. 2. in *ABSOLUTUS*, Absoluta loquutio dicitur a Servio esse ita, Quod supereft, ut videbis in *SUPERSUM*. Sic Grammatici Absolute poni dicunt, id est, ita ut fine aliqua adjectione sensum absolvat. pag. 17. col. 1. in *ABSQUE* post lin. *bonum*. Vide in Chartrario col. 3. principio, post German. de abusu Lat. & male usurpatum a Xyl. Absque hac essent. [Vide Vorst. Suspect. Latinit. cap. 9. & ex eo Cellar. Cur. poster. pag. 174. & Antibarb. pag. 256.] pag. 18. col. 1. in *ABSTINENS*, post *Homo abstinenſ*, Amm. Marcell. lib. 23. pag. penult. Et ita sunt abstinentes, ut apud se tradentes gigantia, nihil ipsi comparent advechtum. de Seribus. Hor. 4. Carm. ode 8. Magnesiam Hippolyten dum fugit abstinenti. [Exstant Marcell. verba cap. 6. p. 294. Gronov. Horatii lib. 3. odo 7. v. 18. Hic Abstinentis volutatum intelligitur.] Ibid. in *ABSTINENTIA* adfin. Abstinentia & Cupiditas opponuntur a Suet. in Domitiano cap. 10. & alibi. Intelligit autem Cupiditatem pecunie. Videtur subaudiri in Abstinentia idem genitivus Pecunie ex illo Horatii loco. [in *ABSTINENS* nempe ex Carm. 4. 9. 37. adducto. Conf. in *CUPIDITAS* ad fin. forte tamen subauditum τὸ Alieni.] pag. 20. col. 2. in *ABUNDO*, post *Copia frumenti*, Pro Frumento. pag. 25. col. 1. lin. 6. post *oro* Subaudi Potestatem. pag. ead. col. 2. lin. 38. post *argentumque*. Vide in *PRINCIPALITER*. pag. 27. col. 1. in *ACCIDO* pr. post *sibi accideret*. Sic in Claudio, Ad genua sibi accidentem, ubi superiores legunt editiones Accidentem, ut in Bononiensi. [Exstant cap. 10.] Eadem pag. & col. adfin. post *Evenire* & *Accider*, Pro eodem. & post *acciderunt*, Cicero ponit Acciderunt, ne repeatat idem verbum. ead. pag. col. 2. ad fin. in *ACCINGO* lin. 3. Accingere se gladio aut ense proprie. [Vellem exemplo probasset, nam dicitur potius Accingere ensim lateri, & Gladio, vel ense &c. accingi.] pag. 28. lin. 6. Accinctus, pro Accinctus gladio, ut Non accinctum fodere, id est Sine gladio fodere Lipsius in Tacit. L. 4. 295. || pag. 28. col. 1. in *ACCITO* ad fin. Vide de *ADCO* in *ARCESSO* quæ scripta sunt. || Ibid. in *ACCITO* ad fin. Contra *CONCITO* penult. corrept. [Nempe quum est a *CIO* non a *CIO*.] Ibid. in *ACCPIO*, lin. 8. Libens acce-

pit delatum honorem. *Accepta*. Seneca 1. de Benef. cap. 13. pag. 33. col. 1. post lin. 38. *ACCORPORO*, Vide *ADCORPORO*. In *ACCREDO* adscriptis Horatii & Lucretii loca ex Lambino, quæ ex Thef. Lips. huc accesserunt. In *ACCURO* col. 2. extr. Ejus descriptionem accuravi. Lipsius in Tacitum 81. || pag. 34. col. 1. in *ACCURATE*, Vide *CURATE*, *CURATIUS*, in Indice Hist. Francof. edit. || pag. 41. col. 1. v. *ACHRESTUS*, Vide *CHRESTUS*. pag. ead. col. 2. lin. 19. adde *Districta dentium acie stridens*. Vide *DISTRICTUS*. pag. 42. col. 1. post *In aciem audere*, Audere in proœlia Virgil. [ex 2. *AEn.* 374.] pag. 44. col. 2. extr. ad Cic. loca in *Acquiescere in re aliqua*. Sic alibi, Vide Indicem Parif. || pag. 48. col. 1. post lin. 18. *ACULEATE* Adv. Salse, aculeatæque interrogavit. Pontanus 404. || pag. 49. col. 1. extr. in *ACUMINATUS*, Lingue cote Livoris acuminate. Beroald. Præsat. in Sueton. || pag. ead. col. 2. post lin. 40. ad *Acu pingere* Acu piæta. Vide in Indice Hist. Rom. Fulones & veltitores, & pictores & pincernæ. apud Lamprid. in Alex. Severo 227. i. e. Acupictores. [Nisi forte Pittores legendum, iidem, qui vulgo *Pastificari* nempe vocantur. Exstant cap. 41. || pag. 53. col. 2. post *ADCIDO*, *ADCIO*, vide *ACCIO*. ibid. in *ACCORPORO* Marcell. lib. 16. pag. 334. Francof. circa finem, Ea re, ut damnatorum petita bona fuis accorpararent. [Exstant cap. 8. Valef. extr.] pag. 54. col. 2. in *ADDO*, post *Fiduciam alicui*, An pro Indere? pag. 56. col. 1. lin. 10. Sed locus hic suspensus, utdico in Epist. ad Dal. lin. 36. post *Adduci*, *cogi*, Immo Persuaderi. pag. ead. col. 2. post lin. 34. Adeo servit Epiphonemati apud Livium, & in ejus principio ponitur, quod nisi quis sciat, putet alicubi esse pro Tam, ut in exemplo quod infra positum. Liv. lib. 2. pag. 46. Frob. Adeo excellentibus ingenii citius defuerit ars &c. Idem libro 7. p. 129. edit. Feyrab. Adeo in quæ laboramus sola crevimus, divitias, luxuriamque. Vide in Indice illius edit. quæ notavi. [Prior locus est lib. 2. cap. 43. extr. alter. 7. 25. Ceterum ex hoc aliisque locis a Stephano ex Livio adductis appareat, ipsum novam quoque Livii editionem, cum locupletiore rerum & verborum indice edere parasse.] pag. 58. col. 2. in *ADHAMO* ad Cic. locum adscriptis, Lege Adamaverunt. pag. 59. col. 1. post lin. 33. Fidem adhibere item, pro Fidem habere. Cic. 2. de Divin. p. 297. Lambin. Quod si infanorum visis fides non est adhibenda, quod falsa sint, cur credatur somniantium visis. Lambinus tamen putat Latinum haud esse Fidem adhibere. Sic & Franciscus Sanctius. Vide in Indice registrali. [Locus est no. 122. Verburgianæ, quæ Habenda exhibet.] pag. 61. col. 2. post *ADJECTIVUS*, Adjectiva interdum Tria, interdum etiam Quatuor cum uno eodemque nomine Substantivo, & quidem sine copula, neque tamen ita, ut quæ *αὐτοῦ* posita dicuntur, sed ita ut diverso modo adjiciantur. Veluti cum a Livio lib. 25. de L. Bantio Nolano dicitur, Quam multa ejus egregia facinora militaria essent. Facinora militaria pro uno Substantivo habetur, & tanquam Periphrasis unius substantivi, quo Lingua [reliqua cultro refecta sunt. Forte supplendum, *Latina definita est*. ac videtur Græcum κατιθεμα respicere. Est autem locus lib. cit. cap. 15.] Ibid. Attributum pro Adjectivo, vide *SUPPELECTICARIUS*. [conf. ATTRIBUTUM s. l.] Ibid. insere *ADJECTITIUS* etiam dicitur. pag. 63. col. 2. in *ADJUTO* ad fin. In Thefauro Patris mei adjiciunt his, Quam Donatus hic Metonymiam vocat, Cicero a Rhetoribus Hypallagen vocari afferit. Et Quintil. lib. 8. cap. 6. || pag. 64. col. 1. post *ADLECTI* adde *ABLEGO*, vide *ABLEGO*.

Tomo II. pag. 2. col. 2. in *DÆMONICUS* post v. *La&ntiū* adde, Sed & Dæmoniacus legitur apud eundem La&ntiū, in eodem loco, in edit. Plantini. Est autem locus in fine libri quarti, Dæmoniacis fraudibus irretiti. [Exstat cap. 30. circa medium, & in antiquioribus, quos vidi, codicibus Dæmoniacis pariter legitur. In Thef. Lips. dicitur esse vox Novi Testamenti, tametsi nusquam, neque in Græco textu, neque apud interpretem occurrit. Henricus noter in Thefauro Græco suo omnino reprobatur, quem a Δαιμόνιοι potius δαιμονίοις analogia postulet. Ab Α' μηνον tamen deducit Α' μηνον. Quin & a n. substantivo δαιμόνιο recte formabitur.] pag. 7. col. 2. extr. in De Präpos. De ab ignium immixt. Deflagro, Deservio. pag. 8. col. 2. lin. 9. aline in *DEALEATUS*, post *videatis*. Id est Tectorio inductas. Bud. || pag. 9. col. 2. lin. 15. Debetur, ut dicitur μεθοῖ in malapartem. [V. Thef. Græc. ejus in hac voce.] pag. & col. ead. lin. 55. post *Debuit nō se*,

noffe, pro decebat. Hoc Debuit, vide in Debeo pro Possum. lin. 75. | pag. 10. col. 1. in DEBILIS post *Mancus & Debilis*, Truncus & Debilis, pro Imperfecto, Vide TRUNCUS. [At ibi cultro empecta resepta fuit Stephanica obseratio. Intentit autem sine dubio digitum ad hæc Celsi verba, in Procem. pag. 3. ed. Lind. Tanquam sine ea trunca & debilis medicina eset.] pag. ead. col. 2. adfin. post DEC. DECA [δέκα] Græce, Latine deceni dicitur. Ab hoc Deca composite multa habes in sequentibus. [Priora verba sunt ex cod. Lugd. male omissa in Lond. quanquam Græca vox sit, ut & omnia, quæ inde componuntur, vocabula.] pag. 11. col. 1. in DECANTO post Celebrare, Immo idem quod Valde cantare. pag. 12. col. 1. in DECEDO lin. 7. Febris decessit. Cic. ad Atticum. [Sic citat Nizol. Sed est idem locus, qui protinus subjicietur ex vita Attici, quæ Cic. Epistolis iisdem subjicitur in ed. Aldi.] pag. & col. ead. in eodem verbo adfin. post *Valla*, Immo vero tantum duo illa verba De vita deesse putto, & reliqua tubaudienda. Corn. Nepos in Attici vita in fine, Subito febris decessit. & paulo post, Decessit. pro Mortuus est. Eadem pag. & col. DECEMJUGIS, vide in MULTIJUGIS. [Desiderabatur hæc vox in Lugdun.] pag. 13. col. 2. lin. 19. Decernere, pro Pugnare apud Anim. Marcell. lib. 31. p. 516. in fine, Pro loci humilitate sortiter decernebat. pag. 14. col. 2. post lin. 5. Decertare alicui more Græcorum Hor. 1. Carm. ode 3. — nec timuit præcipitem Africum Decertantem Aquilonibus. pag. 15. col. 2. in DECIDO ad fin. Decidere sine adjectione, pro Mori. Hor. Scriptor abhinc annos centum qui decidit. puto esse Ep. 1. lib. 2. [Exstat v. 36. Atque ita quidem & Cruquianus Scholastes, ut & Lambinus exponit. Sed potius videtur Præfens, dictumque, pro Retrocadit, Recedit, Remotus est, Difstat, eleganti metaphora.] Adde præterea pag. 63. col. 2. lin. 25. Desiderata sunt illo proelio tot millia hominum apud historicos. At male Gel. vertens quendam Appiani locum p. 151. in Mithrid. πεντάφια σφῶν κατίλαθον, ὡς ἐπὶ νεροῖς γενέμενα. Quod diu desiderati essent. & pag. 64. col. 1. post lin. 12. Nunc desiderium supererit. Tibull. in versu hexametro. [Exstat 4. 1. 188.

Habes, Lector, specimen, & veluti gustum, Henrici Stephani ίπουηναάτων. In quibus nihil sene, quod lucernam oleat, nihil studio elaboratum, limatumque appetat: αὐτο-εχέδια omnia esse, promissi operis materiam, nisi fata virum prævenissent, præbitura, nemo non videt. Non indigna tamen luce vila sunt, ut velut ex ungue leonem astimare licet, & ea, quæ in Operis ipsius, elaborati, perfectique tandem interitu facta est, jactura, qualicunque modo sarciretur. In quo quidem postumo partu ita me obstetricatum esse confido, ut ipsum Henrico Stephano, si ab inferis exi-


steret, moroso licet, difficilique judici, fidem certe meam me probaturum sperem.

De reliqua vero opera mea, (tantum abest, ut magnifice quicquam polliceri sustineam,) accipe paucis quid fentiam. Impudentis esse hominis arbitrör, & aliena fide improbe abuentis, ejusmodi quicquam operis emendandum in se suscipe, nisi quam absolutissimum reddere, quantum in ipso est, studeat. At cum ejusmodi hic labor sit,

Cui nunquam exhauffi satiis est,
ut ait Virgiliius, nec me totum oculum Argum aliquem aut Lynceum esse putem, cuius aciem nihil, quod usquam animo advertendum esset, fugeret, fatisactum iri æquo lectori putto, si non male lippum ubique me fuisse deprehenderit. Ut paucis complectar, tantundem mihi puto prædicare licere, ac Luciano in Pseudomanti licuit. Tametsi Augia stabulum non totum expurgarim, pro me atamen virili parte me repurgare conatum esse, fini, quot licuit, cophinis egeftis. Reliquum laborem Herculis humeris demandare licebit, cui palmam dubiam facere, in tam luculento præfertim, vel lutulento potius, agone, non equidem mearum virium esse sentio.

Vim ingentem carbonum me ex hoc thesauro amandas, hominem esse non putem, qui serio negaverit. Non ita tamen omnibus numeris absolutum, perfæctumque & ex politum, opus tam laboriosum, tam copiosum & varium exire, ut usquam omnino secundas curas postulet, cordatus nemo mirabitur.

Solent talia facilius reprehendi, quam fieri. Quod si quis sibi ad hanc provinciam obeundam, quam fere prudentes fugitant, multo me aptior videtur, ut scio esse ab ingenio, eruditioneque instruções quam plurimos, lubens ei lampada, ut ajunt, tradam. Sed multum ac vehementer me fallit opinio, aut, si juxta mecum omnia per se curaverit, loca auctorum inquirere, conferre, expendere, interpretari, digerere, non gravatus, neque aliorum qualicunque succedanea opera contentus fuerit, (quod adhuc, non sine magno litterariæ rei detrimento, a plerisque factum deprehendi) næ vereor, ut intra decennium opus ad umbilicum adducturus sit. Quod quum ita sit, tamen, modo ut mihi valetudinem integrum O. M. Numen concederit, remotis jam pluribus, quæ prius obstabant, impedimentis, pro certo polliceri possum, fore, ut duos, qui reliqui sunt, tomos maturius accipias. De Chartæ, typorumque nitore, ceterisque, quæ eodem pertinent, a typographo ad ornandum opus collatis curis, admonere te super vacuum arbitror, quum tute cognoscere, quid rei sit, possis. Vale, ac curis, quas studiis tuis dicamus unice, pro eo ac candore tuo dignum est, benigne favere perge.





P R A E F A T I O,

Quæ præfixa est editioni Londinensi, Anni 1735.

In qua differitur de præcipuis *Lexicis Latinis* eorumque *Auctòribus*:

Peritissimo Viro

JOANNI HOLLINGS, M. D.
MÈDICO REGIO,

Ob ipsius Singulare erga Bonas Literas Studium;

I N S C R I P T A.

Q

Uamvis jam diu omnibus usu venit qui novum opus moluntur, ut in limine paulisper Lectorem morentur; monendum scilicet quanam spe aut confilio usi, quibus auxiliis fretri, otium suum in communem utilitatem produixerint, & qualem ipse commoditatem ex alienis laboribus erit percepturus: nobis contra accedit, ut isto præfandi munere, licet aliquando necessario, ingratu tamen ut plurimum & molesto, recte carere posse videremur. Communis nimur est & vulgatissima expectationis eorum opera, qui *THEESAURUM LATINITATIS* meditantur. Nemo enim est in literis mediocriter versatus, qui non juxta cum eruditissimis postulaverit, ut ea, quæ in Veterum libris Latine & eleganter dicuntur, hic accurate & distincte tradantur. Evolvi Commentarios non semper exquisitissimam lectio- nis jucunditatem præferentes, neque minimæ operæ, & quicquid inde ad publicum usum proferri possit, excerpti: Conferri lectionum varietates, unamque & ceteris potissimum desumi, quæ sola res quanti sit stomachi & sollicitudinis norunt, qui in ea palaestra exercentur, Criticorum filii; hæc omnia cum non sint quotidiane operæ & laboris, adeo tamen communis de iis invalidit opinio, ut etiam taceremus, id omne a nobis perfectum esse claram operis ratio & instituti.

Neque credimus id muneris a nobis exigi, quod vulgaris Editorum facit, ut hujusmodi laborum usus & commoditates præconio nostro commendentur. In eo pene est ea *res*, ut jam non *doceri*, nedum *ornari*, postulaverit. Qui literas norunt, hæc literarum adminicula norunt & fatentur ultra. Quibus subsidiis nunquam fere caruisse Romanam eruditionem, id profecto istarum literarum felicitatis, & hujus rei quam volumus, illustri argumento

esse possit. Nam uti cum nascente fere Latinitate, emicuit una & enata est Glossariorum *servitus*; ita cum vigen- te vigebat, collapsum pariter & deinde renascentem, eadem utrinque fide & fortuna continuo prosequebatur. Græca literaturæ contra accedit, ut, quamvis hodie a non-nullis, paucissimis licet, studiosissime colatur & percipiat exactissime, eam tamen fortunam aliunde acciperet, non ex nostrorum hominum in vocabulis explicandis digerendisque studio. Sero quidem, quantum ex literis accepimus, ad id muneris accessit Græcia antiqua, animo quasi sua lingua fortunas non stantes ornandi, sed sustentandi declinaturas. At ubi in eam operis partem se recepit *Schola Alexandrina*, & exultissima quæque ingenia in eo munere exercuit, mirum est deinde ad quantum incrementum istiusmodi disciplina erat perducta. Ex eo fonte rivuli satis largi ad nostra usque tempora dimana- runt, cum Romana fortuna vix aliquid præter *inanis nomina* nobis reservaverit. Adeo, ut quamvis neutri lingue hodie ex ea parte satis sit consultum, tantum tamen Græci in antiquioribus Lexicis præsent, quantum in hodier- nis Latini.

Horum notitiam cum nemo hacdenus satis accuratam posteris commendavit, præter commentatiunculas quadam, quæ ex BORRICHIO [a], BOECLERO [b], MORHO- RIO [c], BAILLEU [d], & MARTINIO [e] exciderunt, satis duximus Lexicorum Latinorum historiam contere, quam inutiliora prefando, nostro otio & aliena patientia abuti. Ab iis igitur dicendi initium sumemus, quæ prima in luceni sub auspiciis Typographiæ prodire, ut singula perlustrantes, quibus primordiis cooperit res Lexica, quibus rationibus adoleverit, atque ad hanc quasi matritatem pervenerit, aliorum hominum in his literis excolendis studia excitemus, quarum subsidiis invigilare non dedignata est optimorum hominum industria: pauca admodum de *Vocabulariis*, *Glossariis*, ceterisque id genus intertextentes, nisi quantum ad instituti rationem conferre videatur.

a

CA-

[a] In Dissertatione de Lexicis Latinis, in Append. ad *Analecta*.
[b] In *Dissert. de Lexicis*. [c] In *Polyhistorie*.

[d] *Jagement des Seavans Tom. 2. troisième part.*
[e] In *Prefat. ad Lexic. Philolog.*

CATHOLICON Sub ipsis incunabulis Typographia A. JOH. DE JANUA. sc. 1460. fol. prodit Liber qui dicitur **CATHOLICON**, non quidem optimæ aut spectanda eruditio, sed, ut tempora tulere quibus Auctor inclaruit, non infima aut vulgaris famæ; neque (in rebus præferunt Theologicis) magnopere, ut quibusdam olim usum venit, contemnendus [a]. Complectitur præter Grammaticaliam nonnulla, quæ in limine operis occurruunt, *Dictiones* quæ sepe inveniuntur in Biblia & in diuersis Sanctorum & etiam Poetarum secundum ordinem Alphabeti ordinatae subjunctiones. Diu erat quod ex hoc fonte suam in I. L. cognitionem Scholæ derivabant. Adeo non mirum si tot doctorum hominum ingenia in recudendo exercuit, & posteriores Glosographi se aliquantulum laudis comparante existimarent, si **CATHOLICI** auctoritatem in suam sententiam adducere potuerint, vel in Compendia redactum in lucem proferre. Interpretationes præcipue Biblicalas, ut dictum est, continere profitetur, cuiusmodi exempli causa principem vocem in medium proferemus. "Aalma interpretatur Virgo abscondita vel Absconditio virginitatis, sicut dicitur in interpretationibus. Hieronymus vero dicit quod Aalma significat Absconditam virginem & secretam. De hoc dicam in Virgo." Porro autem non tritam aut vulgarem Hominis in studio Theologiae eruditio ostendunt ea quæ habet in voce *Interpres*. "Item nota quod primum scripturas veteris testamenti de hebreo in grecum septuaginta interpres transtulerunt. Secundam editionem aquila. Tertiam & quartam theodocion & symacuus ediderunt, ambo iudei profeliti. Quinta vero & vulgaris illa interpretatio (*ita in posterioribus editionibus recte corrigitur*) cuius autor non appareat, & ob hoc fine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea sextam & septimam editionem origenes miro labore repperit & cum ceteris supradictis editionibus comparavit. Hii sunt itaque qui scripturas sanctas de hebreo in grecum verterunt, quique etiam numerantur. Nam latinorum interpretum quedam de greco in nostrum eloquium transtulerunt ut meminit sanctus Augustinus quorum infinitus est numerus. Si cui enim inquit priniis fidei temporibus ad manus venit codex grecus atque aliquantulum sibi utriusque lingue peritiam sensit, auctor est statim interpretari, atque inde accidit innumerabiles apud latinos extitisse interpres. De hebreo autem in latinum eloquium tantummodo ieronimus presbiter trium linguarum peritus easdem scripturas convertit eloquenterque transfigit, cuius interpretatio merito ceteris antelertur. Nam & est verborum tenacior & in verbis clarius, atque, utpote a christiano interprete, verior." Hunc tamen cuni aliis quamplurimi articulum ex *Papia* transcriptum quem cum *Hugutione* fe in hac re autorem habuisse plurimis in locis non dubitat profiteri. Miramur ergo eorum hominum imperitiam qui *Papiam* ad ætatem *Catholici* detrudunt, qui tamen multis annis præcessit & huic compilationi, ut universa fere vox in *Catholico* explicata clare indicat, originem dedit & argumentum. De *Papia* ætate postea videbimus. Illud interea non tacendum quod Typographie præclarissimæ pariter & utilissima artis Promi vix arbitrati sunt se renascenti jam optimarum artium culturae melius potuisse confidere quam si ab hisce auspiciis initium sumerent, & humanissimis studiis sui inventi primitias quasi consecrarent. Statim enim post unam alteramve in libris gravissimi argumenti tentatam operam, prodiit Moguntiae imensum istud opus, quod vix nascentis artis, sed vegeta potius & ad summam maturitatem perductæ rectius dixeris. Constat foliis 372, nullis quas vocant signaturis paginarum notatione distinctum, rudiori quidem characterum forma quam hodiernæ operæ patiuntur expressum, sed luculentia fatis & pro artis infantia tali quam pene dixeris perpolitam. Unaqueque pagina in duas æquales

[a] "Etsi ERASMUS Roterodamus **CATHOLICON** Januensis infra met & velut de gradu dejectat, qua Latinitas spectatur, ego tamen in rebus Theologicis non contemnendum sentio." *Phil. Boquier.* in *Nous ad Gerson de Laude Script.* "JOANNEM GENOVENSEM co- gnomento **CATHOLICON**—cum suo illo Vocabulario quod licet a plerisque susque deque fiat, tamen illis ad potiora viæ initia sub-

columnas dividitur, quarum utraque lineis 66 constat, margine seu intervallo spatiose fatis distincta: Charta non nitida sed grandior. Legitur ad calcem operis, "Altissimi prefigio cuius nutu infantium lingue fuit diserte. Quique tñ numero fepe parvulus revelat quod sapientibus celat. Hic liber egregius. **catholicon**, dominice incarnationis annis M C C C L X Alma in urbe moguntina nationis inclite germanice. Quam dei clemencia tam alio ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nationibus preferre illustrareque dignatus est. Non calami. stili. aut penne suffragio. sed mira patronarum formarumque concordia proporcione & modulo impressus atque confectus est.

*Hinc tibi sancte pater nato cum flamine sacro
Laus & honor domino trino tribuatur & uno
Ecclæsie laude libro hoc catholice plaudere
Quæ laudare piam semper non lingue mariam.*

Deo gratias.

Quanquam operis colophonem sui nominis præconio ornari noluit Typographus, neque ea sit chartæ nota quæ FAUSTI libros a cæteris distinguat, nos tamen credere non finunt rationes a doctissimis in hac re hominibus al late istud opus ab alio quam a præstantissimo illo artifice exiisse. Majus est quod movet Cl. TRITHEMIUS, vir in antiquitate exploranda versatissimus atque isti ætati vivendo conjunctus: præcessisse nimurum huic editioni de qua verba facimus alteram, & longe venerabiliorum, non, ut nostram, typis fusis & mobilibus excusam, sed quæ erant nascentis artis † rudera, ex ligneis tabellis summo labore excusplitis, perpetuoque tenore in literarum apices effigiatim exprefsam. Credo non erit verendum quidquam a nostræ disciplinæ laudibus detractumiri, si constaret, unam hominum ætatem, imo quæ intra quinquennii spatium continueatur, in opere tanti moliminis & sumptus sese denuo exercuisse. Verum istud nihil est, neque ullo modo verisimile videri potest in tanta MStorum varietate & in arte nondum confirmata opus tantæ molis ad incudem fuisse revocatum; præsertim cum, quod nonnullam auctoritatem secum assert, istud TRITHEMII portentum, quantum literis proditum est, neque continueat conquistissima Bibliotheca, neque usurpavit doctissimorum hominum oculatissima industria. Accedit porro quod hominem, qui unicam editionem tractasse videtur, fallere poterat quæ cæteros etiam fecellit, pervulgata nimis de ea re fama, vel in his rebus judicium non fatis subactum. Sed utcunque in Typographia primordiis ita Editio non adeo præpropere ut quidam volunt suit iterata, idem tamen faculum in vindicandis literis felicissimum fæpius **CATHOLICON** prelo commisit. Prodiit enim quæ diligitissime emendatum atque correctum Venetiis in genio ac impensa Hermanni Liechtenstein Colonienfis. Anno natalis Domini M. C. C. L. XXXIII. octavo Klas Octobris [b]. Proxime autem (nam eodem anno prodiisse Norimbergæ, ut visum est Viro doctissimo vix est verisimile) intra quadriennium Venetiis itidem per eundem *Liechtenstein* An. sc. 1487. 7. Cal. Dec. Quarta deinde Editio procurata erat "Venetiis ingenio BONETI LOCATELLI mandante nobili viro Domino OCTAVIANO SCOTO civi Modoetensi anno natalis Domini 1495. 12 Calendas Decembres." Vertente facculo PET. ÆGIDIUS Vir doctissimus & in utroque Jure Licentiatu *Catholicon* typis iterum commisit, a quo sc. auctum prodiit Ludg. 1506. Ibid. denuo per *Aescensum* 1514. Postremo denique cum hac Rubrica, "Summa quæ **Catholicon** appellatur Fratris Johannis Januensis facri ordinis Fratrum Prædicatorum nuper Parrhisis diligenti castigatio ne emendata per præstantissimum virum magistrum Petrum Egidium in utroque Jure licentiatum, una cum multis additionibus tum castigatis tum plurimorum poetarum sententiis apprime propositis adductis & proba-

"tis.

"ministravit. Facile autem inventis, crediti mihi, addere; difficile vero in itum invenire." *Leand. Aberus de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum lib. 4.* [b] Eadem puto editionem quam indicat *Bibliotheca Sarraziana*, I. 184. Summa quæ vocatur *Catholicon* edita a Johanne de Janua sine loco & tempore editionis, attamen circa 1482. Editio rarissima. Vide Fabricii Biblioth. Lat. Tom. 3. p. 671.

tis. Necnon cum certis annotationibus memoratu dignis quo facilius ea que queruntur investigari posint
CCCCXX fol.

Suam atatem prodit Autor ad *Catholici* finem. "Catholicon (dicitur) ex multis & diversis doctorum texturis elaboratum atque contextum: & per multa annorum curricula in millesimo, ducentesimo, octuagesimo, sexto anno domini nonis martii ad finem usque perditur. Cujus item atatis notam exhibet Cod. *Catholici* MS. in Bibliotheca Regis Christianissimi. Autor erat JOANNES BALBUS nobilis loco natus apud Genuenses, litteris juxta & pietate longe celeberrimus, qui aliter & quidem saepius dicitur JOANNES DE JANUA seu JANUENSIS [a]. Ita enim *Catholicon* in *Janua*. "Item a Janua portata tā dictus est Janua [b] quedam civitas potens, nobilis, pulchra & dives juxta mare sita & est quasi introitus & porta Lombardie, Tuscie, Provincie. Hujus civitatis oriundus fuit compilator presentis libelli qui dicitur prosodia vel *Catholicon*. Compilator siquidem istius operis dictus est frater Johannes Januensis de Balbis de ordine fratrum predicatorum modicus, qui eciam compilavit alium libellum in theologia qui dicitur *dyalogus de questionibus anime ad spiritum*, qui etiam composuit quoddam opus pascale ubi sc. de facili reperitur passa. Sed hoc opus pascale componuit antequam ordinem intraret.". Cui consonant Suppl. Chronic. Jac. Philip. Bergomensis ad A. C. 1290. "Joannes Balbus natione Genuensis ordinis Predicatorum professor, vir bonarum artium & studiis adornatus, per hoc tempus plurima vocabula & ferme omnia accurate diligenterque in volumen collegit, quod quidem opus [c] *Catholicon*, i. e. Universale nominavit. Aliud præterea opusculum in *Dialogi modum quo questionibus animæ ad spiritum* tā edidit. Scripteratque & ante religionis ingressum de ratione pasche, quo completo iam grandævus ad religionem transiens facultates suas satis amplas pauperibus erogavit.

BALBUM autorem nostrum multis praeconiis honestarunt, qui Ligurum res & historias tractant, vel de Ordine Predicatorum quidquam litteris mandarunt [d]. Præster laudes quas ex scriptis undique reportavit, ea erat monorum sanctitate, ut in numerum Sanctorum pene referri videretur. ERASMUS qui sibi in id folum natus esse videbatur ut Barbariem debellaret, ubique fere autorem nostrum milere proscindit. "Deum Immortalem! Quas nennias adducit Author *Catholicon* de hac voce *Tristegon!* O miserum illud sæculum! quum ex hujusmodi libris velut ex adyts petebantur oracula literarum." ad Act. Apost. 20. 9. "Jam quanto insulsius, immo impudentius delirat super hac voce [Melota] quisquis fuit autor operis omnium indoctissimi quod vocant *Catholicon!*" ad Epist. ad Hebr. 11. 37.

Composuit JANUENSIS præter opera superiorius recitata, Postillam in quatuor Evangelia secundum consuetudinem Scholasticam, hodie vilendam Genuæ in Bibliotheca Conventus Fratrum Prædicatorum [d]. Cum autem

CATHOLICON non tam de proprio conficit JANUENSIS quam ex diversis autoribus confarcinavit, maxime autem ex PAPIA & HUGUTIONE, vilum est necessarium paucia de iis JANUENSIS adnecdere, ne vel videremur Vocabulistas istorum temporum proflus negligere, vel cogamur in istam quasi sentinam Barbarismi penitus descendere.

PAPIAS natione Lombardus, quem cum aliis minus inscite uno tantum seculo majore faciunt, inter quos TRITHEMIUS de Scriptor. Eccles. c. 413. PLATINA in vita Innocentis tertii P. M. CORNEL. ABEUGH. in opusculo de incunabulis Typographiae & JAC. PHIL. BERGOMENSIS ad A. C. 1299. Ita enim ille, "Papias natione Lombardus in Latina ac Graeca Lingua egregie doctus per haec tempora floruit, & multa composuit. Et inter cetera præter Latina vocabula que diligenter in ordinem redigit, etiam de ordine dicendi optimè scripsit, atque plures epistolas elegantes doctasque componuit." Ex qua fonte dimanavit & invaluit error, an ex Trithemii *divisognozia*, an aliunde, incertum est; veram tamen atatem diu est quod exploravit Cl. Barth. Advers. 3. 3. his verbis, "Videtur non diu post tempora Henrici II. scripsisse. Nam in vocabulo *etas* ordine omnes retro Principes memorans in hoc definit; Vixit vero Henricus secundus (quo posteriorem ejus nominis si novisset, non minorem hunc diceret) annum Christi post millesimum, non tamen multis annis. Ut antiquior sit hic scriptor quam censes." Contentit Chronic. Alberici MS. "Anno MLIII (male exscripto Du Cangii MLIII ttt. quem etiam errorem propagavit Fabric. Bibl. Lat.) anno decimo tertio Imperatoris Henrici filii Conradi, Papias librum suum, videlicet Elementarium doctrine eruditum edidit, quod probatur per numerum annorum ubi agit de etatibus sæculi in prima litera & numerando pertinet ad hunc annum."

Scripsit PAPIAS, præter Epistolarum librum ad diversos quem memorant TRITHEMIUS & BERGOMENSIS supra laudati, Vocabularium, sive, ut ipse vocat, Elementarium doctrinæ eruditum, quod *futile opus* vocat Scalig. in Excerpt. Puteanis, ab aliis vicissim egregie laudatum ob eruditionem summa cum cura conjunctam, & vetustiora omnia melioris note Glossaria sive comparata sive excerpta. Adeo inter ceteros quibus palam profuit labor iste PAPIAE, plurima ex eo non diffitetur transtulisse in vocabularium suum *Vincentius Bellavacensis* l. 1. Speculi doctrinalis cap. ult. Non gravabit lector, si nonnulla ad istius laudem pertinentia in medium proferamus, quæ impertivit Glossariorum non indiligens investigator, doctissimus BARTHIUS in Adversariis. "Glossariorum veterum quendam cinnum fecit nobis ante annos jam quadringentos Papias Magister. In eo commentario multa bona leguntur que nequam ex aliis quam optime quibusque auctoribus hausta sunt, ab illo an ab alio non intereat. Certe vetera manu exarata glossaria pene a verbo, ut dicitur, ad verbum in illo reperio

a 2

[a] Confusus cum Antonio Januensi Ord. S. Augustini qui interfuit Constantiensi Concilio 1418, a Cl. Jameſo in Ecloga MSS. Codd. Oxon. Cantabrigiens. Cum Jacobo Januensi sive de *Porographe* itidem Fratrum Prædicatorum, Genuensi deinde Archiepiscopo, ab Oudino in supplemento de Scriptoribus Ecclesiasticis a *Pellermanno* omisiti p. 561. quem errorum in plenis commentariis de iisdem Scriptoribus revocat Tom. 3. p. 577. Cautele distinguendus *Sizone Januensi* qui vocabularium quoque compilavit, de quo nos alibi.

Contra male distinguit *Januensem* nostrum a *Johanne de Genua Ambrosio de Alta Mura* Biblioth. Dominican. p. 152. b. & 501. a. Imperite distribuit in quatuor Bibliotheca Simlero-Frisiana, sc. in *Johanne Balbum*, *Johannem Gentensem*, *Johannem de Janua* & *Johannem Januensem*.

[b] Ita posteriores coepere loqui pro *Genua* civitate Ligurum magnifica & superba. Sed cum apud antiquos semper *Genua* proferebatur, futillissima erit Autoris nostri Etymologia. Quanquam neque istius gentis historicis potior adhuc fuit comperta. "Unde hoc nomen habeat ductum (Urbs *Genua*) neque competit quærentibus est, neque cum magno ullo fane opera pretio quæritur. Nam quæ de *Jano Troiano*, & de altero *Jano Genio* Rege Italæ, ac de *Genuo* quodam & *Genuino* nonnulli somniarunt, ea neque ulli certis historiarum monumentis quibus stenus tradidunt, ac ne a veterum quidem Poetarum fabulis narrantur.— Inter cetera igitur vetustate incompta, causa quoque nominis nostræ civitatis erit: quanquam ego facere non possum,

quæ tacita cogitatio sive voluntatis animum, eam in medium proferam. Illud inter omnes auctores constat, *Apennini initium a Genua fieri*, ad eamque urbem Alpes cum Apennino committi, ut ea hujus regionis pars quæ est ultra urbem *Genuam*, Ligures Inalpini vocentur. Cum igitur duo hi celeberrimi orbis montes in angulum ad *Genuam* oppidum conjungantur, ac formam genu efficiant, haud omnino a vero ab simile est, hoc oppidum a forma genu *Genua* non men accepisse." *Ubert. Pollic. Gentens. Hisfor.* lib. 1.

[c] *Catholicon* credo ratione Grammaticalium &c. quæ in opere continentur. Ita scripsit *Probus Grammaticus* antiquus *Catholica* seu præcepta Grammaticalia quibus lucem dederunt *G. Merula* & *Janus Parabolus*.

[d] *Mich. Giustiniani* degli Scrittori Liguri, p. 312. *J. Bræcellius* de claris Genuensibus apud *Grævium* in Thesauro Italiae Tom. 2. *Giov. Mich. Pio* nella progenie di San Domenico in Italia, l. 2. c. 59. *Leand. Albertus* de viris illustribus Ordinis Prædicatorum. *Sixt. Senensis* Biblioth. Sanctæ.

[e] Tabula ista seu Syllabus *Januensis*, in S. S. in quæ plurimis Anglie Bibliothecis delitescens sc. Cantab. Acad. publ. Coll. C. C. & Pet. Coll. Merton. Oxon. non est noster *Januensis* ut nimis remere aferit *Oudinus* l. c. sed *Simonis* quem cum nostro *Johanne toties confundi* in superioribus diximus.

— Non dubito autem Papiam plerisque etiam bonorum auctorum interpretibus usum qui hodie nobis fuerunt. Curiosissime enim omnia corrasit. Neque vero facile genus aliquod vasis, mensuræ, poculi aut instrumenti alterius omisit. Ut suspicer plerosque Glossarum sarcinatores, quibus magnos se fecerunt nostri ævi multi doctissimi viri, hujus minorum gentium Grammatistæ commentaria vel contraxisse vel sublegisse Virgilii, Horatii, Juvenalis, Martiani commentatores laudat nominatim in præfatione. Inter Grammaticos Everium, quem ego nullus novi, & Luctatum Placitum. Ad verl. 3. 3. Ex melioribus Glossariis notat Papias Accubare toto corpore, Accubere Cubito. Idem 35. 11. Glossariorum veterum exscriptor & auctor diligens & copiosus Papias Magister. 35. 16. Sane in illo Grammatico optima quæque non incuriose adnotata sunt. 35. 22. Papias enarrator hoc genus Scriptorum unicus. 36. 7. Comenitiorum in Boethii librum de consolatio ne philosophiae non minima olim fuit auctoritas, quos fecutum se & exscriptisse memorat Papias præfatione sui Glossariorum acervi. 56. 10. Scriptor utilissimus ad Christianum lapsæ latinitatis ævum. 4. 19. Fausti Romani glossæ, Scriptoris adeo probi & erudit ut nullum adhuc viderim quem illi præferre velim, ejus quidem generis. Eum scriptore fere totum, certe maximam partem exscriptis minorum gentium Rhapsodus Magister Papias. 12. ult. Papias multa Latinis patribus non inutilia congesit. 35. 4. Romanum morem paucis omnem enarrat Papias Magister in Dictionario, qui vel ex Persi aliiisque Scholasticis sua exscriptis, vel illi ex ipso, vel ex antiquioribus ambo. 35. 15. Sagax ille & laboriosus Magister, ibid. Quibus luculentis testimoniosis additæ quæ habet *Trithemius* de Scriptoribus Ecclesiasticis; Papias natione Lombardus: vir sacerdotalibus litteris eruditissimus, Grammaticus olim suo tempore clarissimus, græco & latino sermone ad plenum instructus: in diuinis quoque scripturis non mediocriter exercitatus: Scriptis gemino stylo in utraque litteratura quædam egregia opuscula, e quibus pauca ad notitiam meam pervenerunt.

“ De ordine dicendi li. 1. (n.)
“ De lingua latina vocabulis li. 1. Olim in hoc libro inve
“ Epistolaram ad diversos li. 1.

PAPIÆ Vocabularium five Erudimentum, ut vocatur, Elementarium saepius erat prælo commissum, Mediolani sc. 1476. per *Dominicum de Vellolate*. Venet. 1485. per *Andrea Bonelli*. Iterumque ibid. 1487. 1491. & 1496. Ex quo tempore vix credo fuisse impressum, vel in lucem proditæ novam editionem quam molitus est *Johannes Lydius*, ut discimus ex *Iсаaci Pontani* literis ad *Steph. Stephanum* ex part. xi. *Creni Animadvers.* Edidit præterea *Elias Putschius* inter Grammaticos veteres explicationes notarum veterum ex PAPIÆ Glossario. †

HUGUTIO. De HUGUTIONE five UGUTIONE, nam utroque modo scribitur, quem itidem exscriptis *Catholicon* pauca admodum suppetunt dicenda. Fuit ille natione Pisanus, Episcopus autem Ferrarensis. PAPIAM exceptit & similiter exscriptis. Ejus obitum circa A. MCCXII. statuit *Ughell.* Ital. Sac. T. 2. p. 576. qui hæc de homine scripsit. “ Ugo five Uguuccio floruit Anno 1196. in monumentis autem Abbatæ Nonantulanæ Ugo appellatur, anno 1197. anno vero 1199. die octava mensis Septembris in favorem Nonantulanæ Abbatis contra Mutinensem Episcopum tulit sententiam. Fato concessa sit circa annum 1212.” Quibus addenda sunt quæ habet Chron. Nonantulan. MS. “ Per hæc tempora (sc.

[a] *Ugo five Uguuccio Episcopus Ferrarensis A. 1192.* Theobaldi, quem exceptit noster, successor. *Hugo five Hugutio* Romanus Cardinalis SS. Silvestri & Martini in Montibus a P. M. Cœlestino III. creatus A. 1191. humani divinique juris sui temporis peritissimus, aliisque.

[b] “ Quæ ante conditam condendamus urbem, poetis magis de cora f. bulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur,

† Quas negat se in MSS. codd. animadvertisse du Cange.

† Forte Überius.

†† Prodiit hoc titulo, Compendium Alchymiae Joannis Garlandii Angli Philosophi Doctissimi: cum Dictionario ejusdem artis, atque de Metallorum tractura, preparationeque corundem libello, ante annos dxx.

“ c. A. 1192.) Agno Ugutio natione Pisanus, Episcopus Ferrarensis, qui datus a fede Apostolica Coadjutor Abati Monasterii Nonantulanæ prodigo homini ex libro Papæ qui illic est librum Derivationum compositum.” Et accomode nomen suum & patriam prodit in præfatione ad Glossarium, quod nondum ut sciam typis evulgatum hodie delitescit MS. in nonnullis Bibliothecis. “ Si quis querat operis hujus quis auctor (f. auctor) fuerit, dicendum est, Deus. Si querat quod operis hujus fuerit instrumentum, respondendum est, quod patria Pisanus nomine Hugutio.” Vocabulatam nostrum aliquoties laudat Boccatus in libro de genealogia Deorum. An idem sit ille HUGUTIO qui librum scripsit de Animalibus, quem laudat cum Alberto Magno Steuchus cap. 11. Annotationum in Leviticum, non ita facile est dictu cum per hæc tempora plures extitere hujus nominis eruditione celebres. [a].

Atque hæc haec tenus liberius † fortasse recensuimus quam materia vel dignitas vel etiam utilitas postulare videbatur. Restituta certe Latinitas habet ubi honestius se gloriari patiatur. At profecto cum ea conditione uia est res literaria, ut a parvis admodum initii profecta sensim crescat, & robore paulatim confirmato, ad quandam quasi stabilitatem gradum tandem perveniat, solemus ideo balbutientem artem atque omnem ætatis imbecillitatem, cum jucunditate quadam conspicere: contra atque in populorum, urbiuum, gentiumque monumentis accedit, quæcum nihil nisi illufre & augustum in suis primordiis ducunt esse admittendum, mihi videntur præpostera quadam gloriacione posteriorum hominum foecordiam atque ad majora quædam exequenda hebetudinem infeliciter exprobrare [b]. Miremur ergo quid adeo *Erasmus* cæteros que bonos viros extimulavit, ut hujusmodi compilatores non quidem de re literaria præclare meritos, aliqua tamen tenus, tam acriter infectentur, & confidant: Cujusmodi sunt illa quæ ludenti similis evomit in *Conflict. Thalia & Barbarie*: “ TH. Veruntamen vel numerare incipias, si enumerare non sufficias. BA. Præcipuum omnium FLORISTAM qui a Floribus fortitus est non men. TH. Sed non bene olentibus. BA. Deinde PA-PIAM. TH. Doctissimum & quem primum dices. BA. Deinde HUGUTIONEM. TH. Eximum. BA. Deinde MICHAELM MODISTAM. TH. Praeclarum. BA. Deinde JACOBUM GLOSARIUM. TH. Mirabilem. BA. Et quem omnibus merito prætulerim JOANNEM DE GARLANDIA, qui tanta verborum elegancia, tanta sententiarum pollet majestate, ut pauci admodum sint qui eum capiant.” Et quæ lusit Pet. Buberius,

Plinius. Italicus. Celsusque. Apuleius. Aratus.

Et quicunque bonus scriptor, opertus erat.

*Infelix plebeus Papiam Ebrardumque * legebat*

Scriptaque Barbaricæ vix bene nota Getis.

In precio fuerant Ugutio Catholiconque,

Atque Manotrecti semilatina lues.

At nunc aufficibus superis cæloque secundo

Induit antiquam Romula lingua jubar.

Sic post millenos ales reparabilis annos

Abesse renovat omne decus senio.

In hanc classem abjectoris Latinitatis regni potest JOANNES DE GARLANDIA. Anglus, qui floruit sub Haraldo A. circiter 1040. Insignis Grammaticus, Chymicus, Mathematicus & Theologus. Prodierunt in lucem ejus Synonyma & Æquivoca Colon. 1490. Iterumque cum expositione Galfridi per Ricardum Pynson Lond. 1496. 4. & postea. Composuit quoque Dictionarium Alchymisticum, nondum, quod sciam, publici juris factum. ††

S. 1.
“ ea nec affirmare, nec refellere in animo est. Datur hæc venia antiquati, ut miscendo humana divinis, primordia urbiuum augustiora faciat. Liv. I. 1. init.

* “ Ea schola (*Daventria*) tunc erat barbara. Praegebatur *Parer meus*: exigebantur tempora: praegebatur *Ebrardus & Joannes de Garlandia*.” Erasmus de propria vita.

eodem authore conscripto. Baf. 1560. apud Oporinum, ut ex typis colligo, in 8vo. cum præfatione Basili Joh. Heroldi, qui eidem libello vice Garlandii brevem narrationem & opusculorum ipsius indicem, ex Bostoni Burienis magno Catalogo, subjecit.

SIMON JANUENSIS, Prudens prætero **SIMONEM DE MAMMOTHREPTUS,** **JANUA**, de quo pauca supra, Lexi-
GEMMA GEMMARUM: ci Medici auctore; **MAMMOTRE-**
NESTOR DIONYSIUS. **CTUM,** rectius **MAMMOTHREPTUM**,
rectissime tamen **MARCHESINUM** a Regio Lepido, quod
oppidum non longe abest a Mutina, Ordinis Minorum,
qui dictionarium vocabulorum bibliorum & liturgico-
rum concinnavit. Prodiit hoc Lexicon biblium, quod
velut Infantilis mammæ ad instar fugendum *Mammothreptum*
inscripsit (quæ appellatio inde in Auctore recidit) Mo-
gunt. 1470. Venet. 1479. 4. apud *Nic. Jenso* & alibi se-
pius [a]. Prætero quoque **GEMMAM GEMMARUM**,
cæteraque id genus vocabularia, **NESTOREM** item **DIO-**
NYSIUM Novariensem, Ordinis itidem Minorum, qui
vertente literarum fortuna floruit & eousque tantum vigi-
lavit, ut priorum somnia detegere & redarguere potuerit,
posterioribus tamen in plurimis ipse cœcutire videretur.
Prodiit ejus Dictionarium *Ludovico Sforzia* dicatum Anno
1488. recusum Paris. 1496. eodem anno Venet. per
Phil. Pinzium Mantuanum. Argentor. deinde 1502. & 1507.
ex *Johanni T. cuius* recensione.

Jam tot per secula quasi emortuæ & in his sordibus se-
pulta revixerunt literæ Romanae: & five Græca summo
nitore interpretando [b], five rei Latinæ rationem disci-
plina & præceptis commandando, subito ad insperatam
maturitatem non lente aut gradatim, ut rerum humanarum
conditio postulat, erant perductæ. *Hanc* provinciam optimis
scriptis ornarunt inter cæteros, *Erasmus*, *Valla*, *Longo-*
lius & nostras *Linacer*. Ex illa disciplina, quasi ex officina
clarissima, atque optima Latinitatis instauranda palestra,
vel, ut cum Cicerone loquar, *Tanquam ex equo Trojano meri*
principes exierunt. Hujusmodi erant clarissima istius ætatis
lumina, *Leonardus Brarus Aretinus*, *J. Franciscus Poggii Floren-*
tinus, *Fr. Philelphus Licensus*, *Valla*, *Erasmus*, *Angelus Politianus*,
Marsilius Ficinus, *Georgius Trapezuntius*, cæterique. Quorum
laudes cum ubique decantentur, & hospes plane in literis
habeatur, qui eorum merita, virtutes & prædicationes
non audiverit, me continebo intra ea quæ de *Aretino* ele-
ganter scriptis *Johan. Latomus*,

Si quis bene unquam merita est de literis,

Is Leonardus erit

Qui fluctuantes literas Pelasgicas,

Exilioque vogas

Jamjam futuras, scilicet Byzantii

Sceptra premente Deo

Lat: excitatus Barbaru, Quiritum

Primus ad arva vocans

Septena duxit urbis ad palatia:

Unde statim Italianus

Mifsis per omnem plurimis colonias

Tam bene nunc habitant,

Solo ut nequirent in patrio opulentiss.

Prin, Leonarde, tuo

Fruere merito gens Latina literas

Dum colet Argolicas.

Atque hæc obiter quasi parentavinus clarissimis istius Sæ-
culi ingenii, quorum opera Græca pariter ac Latinæ Mu-
ſæ, ad pristinum fastigium atque ad illud quodcumque sit
in literis imperium, quasi ex postliminio erant revocatae.
Non tulit ea ætas in utrisque literis vindicandis & ornandi
felicissima, earum fieri distractionem, quarum consor-
tium tantopere aluit Remp. literariam. His utique tem-
poribus factum est ut revertente Fortuna Græca Romanum
iterum demereretur: & ut hæc a qua olim Rerumpub. in-
stituta, Philosophiæ cultum, humaniorum studiorum or-

natum, Artium disciplinarumque omnium rationem atque
etiam linguam ipsam accepit, jani eidem hæc omnia de-
beret restituta. Nam præter id quod Græci homines pa-
triis sedibus ejecti, his rebus primi quasi signum aliquod
futulere, jacebat id fere omne quod *Saculi genii* vindicandum
esse decreverat, in Græcarum literarum apicibus &
involucris quasi sepulturi & oblivioni consecratum. Sed
excitandum erat & Romanis literis illustrandum. Tum
vero Græca Latinis conferendo, his illa interpretando,
utrorumque porro indolem & naturam penitus fine accu-
rateque explorando, totum illud quod in Græcorum mo-
numentis infusebant operæ, ad Romanam facundiam red-
integrandam, atque ad alteras literas expoliendas, tan-
dem non inutiliter animadvertebant conserri. Quod ad ho-
diernam industriam horumque studiorum felicitatem atti-
net, nialimus honeste tacere quam cum suspicione lauda-
re, & orationem nostram ab omni acerbitate abesse, cum
gratulatio ab exprobatione abesse non potest.

Tulit autem ea ætas præter Grammaticos & Interpre-
tes quos laudavimus, eosque quos laudare erit infinitum,
tum nostræ etiam disciplinæ præstantissimos viros Latinæ
elegantiæ excolendæ & conservandæ natos. Ægre in
Lexicorum classem revocari poterant quæ scriptis *Luar.*
Valla de Lingua Latina, vel quæ de Particulis lingua Latiniæ,
itemque de Modis Latine loquendi compôsuit *Adria-*
na Castellensis Italus, Cardinalis tit. *S. Chrysogoni* [c]. Vici-
niora ea quæ *Tortellius* aliique. De quibus proxime di-
cendum.

JOH. TORTELLIUS. **JOHANNES TORTELLIUS** Areti-
nus [d] Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus sub Pontifice *Eugenio* 4to, deinde *Nicolao* 5to. a Cubi-
culo, Consiliis, & Bibliotheca. Fuit ille *Laurentii Valla*
amicissimus, Grammaticæ puriorisque Latinitatis laudibus
ita cumulatus, ut *Valla* exactissimus & ipse Grammaticus,
quasi summio judice & censore usurpus, libros suos Eleganti-
arium lingua Latinae *Tortellio* inscriberet. *Vir ille non in-*
dächtus, ut clarissimi Viri verbis utar, *pro viribus cum barbarie*
manus conservat, *remque literariam cum qua male agatur promovere* lexico ac aliis scriptioribus conatus est. Scriptis præter cæ-
tera, Commentariorum Grammaticorum opus sive Diction-
arium vocum Latinarum, in quo Orthographiæ ratio po-
tissimum spectatur. Prodiit Tarvis. 1477. Vicent. 1480.
Venet. 1493. Ibid. 1495. Et rursus ibid. 1504. Vicent.
1508. De eo ita *Jac. Phil. Bergomensis* ad Ann. 1439.
“ Joannes Tortelius natione Aretinus Romani Pontificis
“ Subdiaconus & Cubicularius, ac Nicolai postmodo
“ Pontificis Contubernalis & Studiorum fuorum intimus
“ comes; græcis latinisque literis ac theologicis non me-
“ diocriter doctus hac ipsa tempesta floruit: singularissi-
“ ma humanitatis & gravitatis ac reverentia vir, qui in-
“ ter cætera studiorum fuorum monumenta de scribendi
“ ratione opus præclarum edidit, in dialectica etiam com-
“ mentarios composuit, Athanatiisque vitam ad Eugenium
“ Papam in Latinum transtulit & Appianum historicum
“ ad verbum interpretatus est”. Epistolaram quoque li-
“ brum edidit & alia plura, si fides *Gehler*, quem consule
“ atque item *Trithemium*, *Possivnum*, *Vossium* de Historicis La-
“ tinis, *Corn. a Beughem* de Incunabulis Typographiæ, *P. Jo-*
“ vium in Elogiis, *Volaterranum*, *Hier. Magum* Miscell. lib. 2.
cap. 14. *Balum* in Lexico Critico, alioisque.

JUNIANUS MAIUS. A JOHANNE TORTELLIO, ob-
literarum similitudinem & ætatis con-
junctionem, JUNIANUM MAIUM natione Italum, pa-
b tria

ab *Henrico* 7mo erat donatus. Hujus in hortis Romæ peracta erat luctuo-
fissima Tragœdia *Alexanri Sexti* P. M. exhausto veneno, quod *Cesar* Dux
Valentius Papæ filius Cardinali nostro aliisque Purpuratis destinaverat.

[d] Aretium (vulgo Arezzo) Tuscæ oppidum sub hæc tempora mul-
tis præclarisque ingenii ortu dedit. Fuit præter notum *Leonardus*
Græcorum librorum interpres de quo proxime verba fecimus. *Franciscus*
quem *J. Cotorum* fui temporis Principem solebat appellare *J. Cotorum* non
extremus *F. M. Mainus*. *Carolus* post *Leonardum* illustrissimus Florentinæ
Reip. Cancellerius, Græcis Latinisque literis celebrerimus. *Petrus Poeta*
Satyricus & admodum laetus. *Benedictus Accolitus Aretinus Francisci*
frater, Juris item Romani literarumque humaniorum cognitione celebris.
Hi plerique fere omnes cum cognomen ex patria potius quam generi sibi
afsumptere, summis viris maximum errorum anfam dedere.

[a] De scriptore consulendus est *Poffervin.* in Apparatu Sac. Sixti. Se-
nensis Biblioth. sancta. *Wadding* in Annal. Frat. Min. Reiser. Ind. MSS.
Biblioth. Augustan. p. 97.
[b] Postquam enim renata literæ a barbarie vindicatae sunt, hoc
“ interpretandi studium viris doctis sique adeo placuisse scimus, ut quom
“ aliiquid essent in utriusque lingua facultate confessui, ad convertendos
“ statim autores industriam suam conferrent, nec quicquam sibi inter li-
“ teratos laudis viderentur adepti, nisi transferendis Antiquorum scriptis
“ doctrinæ sue specimen edidissent.” *Huet.* de Optimo genere interpre-
“ tandi.

[c] Vide de eo *Pierium Valerianum* de Literator. infelicitate, *Ciacco-*
nium de Vitis Pontificum, & additamenta *Oldoini*. *Polydor*, *Virg.* *Histor.*
Anglic. Episcopatus Herefordiensis in Anglia, deinde Bathonio. Wellensi

tria Neapolitanum non distrahemus, quos neque distraxit *Sabellicus*. " Subjicit his aliquis haud immerito Johanni-
" nem Tortellium Arctinum & Junianum Maium Parthe-
" nopœum. Juverunt illi industria uterque sua nec mul-
" tum inter se diversa verborum utriusque linguae copiam".
Sabellicus de L. L. reparatoribus. Scriptit *Maius* præter
Epistolarum ad diversos librum i & nonnulla alia [a], li-
brum de prisorum proprietate verborum, five Dictiona-
rium quod prodidit Neap. 1475. fol. & mox Tarvis. 1477.
fol. iterumque ibid. 1480. recusum deinde Neapol. 1490.
Ad hoc Lexicon sunt qui arbitrantur digitum intendisse
Volaterranum. " Chalcidius Græcorum non erat ignarus
" nec imperitus Grammaticus, attamen infans & absque
" genio. Dictionibus in primis invigilabat, lexiconque
" considerat quod obitu ipsius superveniente, Jovinia-
" nus ejus discipulus sibi vindicavit". In præfatione Au-
toris ad *Henricum de Lunguardo Siculum*, Archiepiscopum
Acheruntinum & Materanum, *Ferdinando Regi* Neapolita-
no a sacris confessionibus, hæc quæ subjecimus leguntur.
" Vixum est, quæ priſci recentesque Grammatici de vi
" vocabulorum tanquam per divulgâ membra conscripsere,
" ne incompositos & velut congerie quadam congeftos
" jacere ac fordescere pateremur, in unum corpus redi-
" gere. Extabat tamen opus inchoatum de verborum La-
" tinorum interpretatione, cui cum multa adimi, multa
" que addi posse viderentur, alios adhuc quosdam non
" parvo meo labore neque mediocri studio, partim inte-
" gros inferendos, partim ne nimium opus increaseret in
" compendium redactos adjunxi, præcipue Laurentium
" Vallam Tortelliumque, quorum non tam fuerat, ut sic
" dixerim, castiganda luxuria, quam commendanda par-
simonia. Nam horum curiosam censuram cumulum-
" que exemplorum in breviorem usum coercui. Præte-
" rea quæ *Servius Honoratus*, quæ *Donatus* in *Virgilium*
" ac *Terentium* commentati sunt, quæ *Porphyrius* &
" *Acron* in *Horatium*, quæ *Asconius Pedianus*, *Priscianus*,
" *Macrobius*, *A Gellius* breviores tamen quam suis
" congressionibus disputarunt, quæ *Varro*, *Festus Pom-
peius*, *Nomius Marcellus* ac *Jure Consulti*, quæ *Jovia-
nus* *Pontanus* de aspiratione eruditissime scriptit, *Stra-
bonisque* & ex aliis pluribus claris auctoribus nonnulla
" digessit". Et ex epistola in fine operis. " Quorundam
" aviditas opus ut feltinarem coegit, quod maturius ede-
" re cupiebam ut vel luculentiore ordine digerarem, aut
" plura ex *Plinio*, *Vitruvio*, *Columella*, *Strabone*, *Cor-
nelio Celsi* aliisque compluribus annexerem, quæ for-
" tasse per oculum in breve opusculum conferemus. Illud
" etiam in animo est de notis quorundam Grammatico-
" rum opusculum confidere." Autorem nostrum plurimi-
nis laudibus extulere viri eruditii. " Junianus Maius Par-
" thenopœus Neapolitanus, vir certe in secularibus literis
" studiosissimus & egregie doctus, divinarum quoque scri-
" pturarum non ignarus, Philosophus & Rhetor celebre-
" rimus, ingenio præstans & clarus eloquio. Scriptit
" quædam non contempnenda lectionis opuscula quibus
" memoriam sui posteris reliquit." *Trithemius*. " Junia-
" nus Maius conterraneus meus, vir bene literatus, in
" exquirendis adnotandisque verborum & sententiarum
" viribus multi studii fuit." *Alexand. ab Alexandro*. Ex
Maii libro plurimum profecit *Calepinus*, ut viri docti ob-
servarunt. Floruit autem Autor nofer 1480. & vitam ad
proximum seculum existimat continuasse.

Joh. Reuchlinus, *JOANNIS REUCHLINI* Brevi-
loquum seu Dictionarium Latinum,

[a] *Plini Epistolas* quæ typis *Matthia Moravi* prodierunt Neapoli 1476,
recognovit *Junianus Maius*, ut liquet ex colophone. " Millestimus quadrin-
" gentesimo septuagesimo sexto mense Julii. Impressit *Matthias Moravus*
" vir singulari ingenio & arte. Recognovit *Junianus Maius* Parthenopœus,
" rhetor publicus, summa cura summaque diligentia."

[b] *Capnio* vir magnus, sed oratio redolent fuum seculum adhuc hor-
ridius impolitusque. *Erasmi* judicium de *Capnione*.

[c] Vitam *Reuchlini* sive *Capnioni* descripere *Melchior Adamus* in *vitis Ger-
manorum Philosphorum*, & super *q. Henr. Maius*. Ejus Elogium vide in
ter *Elogia P. Jovii*. Mortem, live, ut ipse vocat, ἀνθετων singulari tra-
statu narrat *Erasmus* inter *Colloquia*; *De incomparabilis heroe Johanne Reuch-*

lini in Divorum numerum relata.

† *Iohannem*. † Vel, ut antiquiori dialecto efferebant *Huffschm*. Sic enim
in titulo Responsoris sua posterioris ad *Bilaldum Pyrkamerum* ipse ex-
preflit: " *Joannis Huffschm*, cui ab aequalibus a prima adolescentia *Oco-*
" *lampadio* nomen obvenit."

ordine alphabeticò singulas voces Latinas breviter ex-
plicans, sunt qui impene laudent, inter quos *Christianus*
Daunius cap. 22. libri de causis amissarum radicum.
At cum *REUCHLINUS* nondum stabilita aut bene
confirmata Latinitate dictionarium suum concinnavit,
peregrina multa & pene barbara vocabula pro mo-
re [b] admisicuit. Et idcirco, tum autem quod istiusmo-
di argumenta longe potiora protulit quæ secuta est homi-
num ætas, jam diu desivit vel in pretio, imo pene in com-
memoratione esse. Operi ipsi Grammaticalia nonnulla &
Orthographicæ præmisit, nempe *Guarini Veronensis* de Di-
aphongis scribendis libellum: dialogum de Arte punctandi:
di Accentu tractatum, &c. cujusmodi etiam notæ &
librum ipsum esse comperimus: Profitetur autor in præ-
fatione sub nomine *Typographi*, " hoc in opere tam
" Theologiae universæ quam Juris utriusque cæterarum-
" que facultatum vocabula non sine lucidis interpretatio-
" nibus esse reperienda, observata eorum orthographia &
" diphthongorum ratione & accentuum ratione in penul-
" timis syllabis." Juvenis admodum hoc *Onomasticon*
compofuit, & quasi primitias studiorum orbi eruditio ob-
tulit. " Eodem tempore (sc. 1480.) Fratres Amerbachii
" Officinam Typographicam instaurerunt, qui cum deside-
" rari videnter Latinum *Onomasticum*, *Capnio* librum
" collegit, cui titulus est *Breviloquus*, qui hinc cum non-
" dum meliores libri in hoc genere haberentur & expeti-
" tus est & studiis profuit." *Melchior Adamus* in *vit. Cap-*
nioni. Prodiit hic liber impressus *Basil.* 1480. in fol. non
apud fratres *Amerbachios*, ut *Adamus*, sed patrem † *Amer-*
bachium. Natus [c] est *JOANNES CAPNIO* (five Ger-
manice mavis *Reuchlin* [d] natione Germanus, domo *Phor-*
censis, honestis parentibus, Anno Christi 1454. d. 28.
Decemb. Hebraice, Græce & Latine apprime doctus,
earumque literarum felicissimis auspiciis primus in Ger-
mania instaurator. " Egregius ille trilinguis eruditioinis
" phoenix *Johannes Reuchlinus*." *Erasmi*. l. c. Romam mis-
sus aula Palatina Legatus, *Abdiam Judæum* in *Hebraicis*, *Argyropylum* Græcum in *Gracis* studiose audivit præle-
gentes. Ubi cupidum se profitentem Græca eruditioinis,
interrogat *Argyropylus* cujas fit: narrantem se esse Germa-
num, & Græcarum literarum non omnino expertem, ju-
bet *Thucydidis* portiunculam legit & interpretetur. Quam
cum ille & honesta satis pronuntiatione recitat, & oratione
apta & eleganti reddidit, ibi ††† exterritus *Argyropylus*
exclamat, *Gracia nostra exilio transvolavit Alpes*. Vixit *Reuch-*
linus apud summos viros maxima cum gratia, apud lite-
ratos summa cum laude. Illorum gravissima negotia ex-
peditione obivit, horum famam & existimationem felicissime promovit: In *Jure Doctoratum* meruit & decepit
Professor *Tubingenis*. Notior est paulo, credo, quam
ut hic pluribus commemorem, celebris illa contentio
quam cum *Monachis Colonensisibus* maximeque *Jacobo*
Hochstrato *Inquisitore* exercuit *REUCHLINUS*. Non alia
fuit similitatis origo, quam quod *Judæorum* libros undique
conquistos argutissime & graviter scriptis a flamma
& interneccione vindicavit. Quorum igni tradendorum ne-
bulio vaferimus (nomine *Pfefferkern*) autor erat, ratus, id
quod res erat, fore ut ista gens magno pretio istam jactu-
ram redimeret. *Judaismi* postulatur *CAPNIO*: magna
cum contentione cum scriptorum tum judicij res agitur:
Provocatur ad Romanum, ad Academias per Europam cele-
berrimas. Neque prius utique residebat irarum æstus,
quam *Monachoruim* fulmen in *Lutherum* tunc temporis in-
clarecentem deflecebatur. Multis gravissimis scriptis ea

Cau-
[d] Mos erat isti sæculo, ut pro literarum tum repullulantum amore
vernaculari nomen viri literati Græce vel Latine exprimerent, Ita *Johannes*
Oecolampadius, *vernaculari Hausschein*, *Philippus Melanchthon*, *Germanice*
Schwarzerde; *Johannes Oporinus*, *Hans Herbster*, secundum illud *Martialis*,

Si daret Autumnus inibi nomen, "Otusq[ue] est esse?"

Horrida si Bruma fidera, *Xanthusq[ue]*.
Et *Guilielmus Xylander*, *Holzmann*, *Ita Gerardus*, quia nomen istud *Belgiae*
aliquid habeat necessitudinis cum *Desiderio Latinorum*, poeta literatis in-
notuit sub nomine *Desiderii*, & quod idem Græce sonat, *Erasmi*. *Nofto*
Reuchlinus Græcum nomen in *Italica* peregrinatione suscepit hortat *Herme-*
liai Barbari. †††

†† Quod *Parvum* fumum denotat. Verum non *Capnio*, *ōnis*, sed *Cap-*
" nion", ii, dicendum fuit, quum Græce sit *καπνός* diminutivum *καπνοῦ*,
quod Germanico vocabulo significatione respondet.

††† *Forte Antonius*.

causa argumentum præbuit, qua nunc omnium manibus teruntur, nonnullis etiam facetis & lepidis, veluti inimori tali illi operi quod dicitur *Epiſtola obſcurorum virorum*, ubi Monachorum incitiam probe exagitat, & de petulantissimo hominum grege, si fas sit ita dicere, *ſerio triumphat*, sive sit CAPNIO, sive ex familiaribus, incertum. Vide quid de ea re disputatur apud *Bælium* in Lex. Crit. v. *Hochſiratus*; *Mainu* in vit. *Reuchlini*; *Placcium* de scriptoribus *Annon.* &c. CAPNIO adiudicat inter ceteros *P. Jovius* in Elogiis. Hos adverſarios inuit *Erasme* in Apoth. *Cappionis*. “PO. Sed nullusne comitabatur genius malus? BR. “Imo aliquot, ut Franciscanus ille arbitrabatur. Procul, “inquit, a tergo ſequebantur aves aliquot pennis cætera “nigris, niſi quod explicatu alarum gilvas verius quam “candidas plumas ostenderent. Pica, inquit, videri po-“terant colore, voce, niſi quod ſingulæ fedecim picas “æquarent magnitudine corporis, nihil minores vultu-“ribus, cristam gestantes vertice, rostris & unguibus “aduncis, ventre prominentem, Harpyiæ videri poterant, “ſi tres modo fuissent. PO. Quid moliebantur iſtae Fu-“riæ? BR. Procul, inquit, obſtrepebant heroi Reuch-“lino, & impetituræ videbantur, ſi licuient.”

NICOLAUS PEROTTUS SAXOFERRA-
NUS. PONTIFEX SI-
PONTINUS [a] 1458. 17. O-
ctob. [b] “homo accurato ingenio &

“lectione multa exercitus [c] non immerito post *Tor- tellium* Latinitatis ſtator videri potest. Juvenis ille *Poly- bium* Latio donavit, tanta elegancia tantoque nitore, ut nemo de iſtius ſacculi interpretibus verbum fecerit quin P E- ROTTUM noſtrum omni prædicationis genere cumulatum ad cælum uisque extulerit. “Exinde Romæ Græcas “literas pertinaci ſtudio conſectatus [Perottus] ſretuſque “Befſarione generoſo Mæcenate, adeo exacte feliciter-“que profecit, ut ab eo Polybius gravifimus historiarum “ſcriptor Latinitate donaretur. Non defuere tamen ex “æmulis qui ejus auctoris traductionem antiquissimam “fuſſe furtoque ſurreptam exiſtimarunt, quod Thucydi-“dem, Diodorum, Plutarchum & Appianum clarissimo “ingeniorum certamine conuersos, unus Polybius egre-“gia fide Latinus æquabili & prædulci Romani fermonis “puritate proprius antecedat.” *Paul. Jov.* in Elog. Et ita fere *Caſaubon.* in præfatione ad *Polybiū*; “Nicolaus Pe-“rottus, literarum Latinarum, quas perdiu docuit, exquiſi-“te, ut illa erant tempora, fuit peritus, & cum primis cu-“riosus — Erat præterea in hoc viro non vulgaris in-“duſtria in Græcis ita vertendis, ut nullum perſepe Græ-“ci idiomatis in Latina ejus verione vestigium appareret, “quam interdum eſſe opus aὐτοφὲς dicas, non alieni in-“terpretationem. Quod ſi per fides responderet, inter-“excellentissimos Interpretes poterat fine dubio Perottus “recenſeri. Nemo enim illis temporibus Italorum erat “qui amplius Græce ſciret quam hic Interpretis, pauci qui “tantum quantum ille.” Vide etiam eadem fere apud *Huet. de Clar. Interpret.* pag. 165. Quamvis alibi † longe diuersa ſentire de PEROTTI fama videatur. “Perottus Latine quidem loquitur, ſed longe ab auctore diſcedit.” Epift. 143. “Scis quam non contemnendus Perottus fit. “qui vir, ſi Græcarum literarum cognitionem habuiffet, “in eo genere ſcriptionis pene inhi regnare videretur: “ſed rudem fuſſe τὸ Ἐπικριτικὸν reape deprehendimus, ſic “tamen ut τὸ καλλιχεὶδον Musculum, qui fragmenta ver-

[a] *Archevêque de Manfredonia, ou a été transférée le Siège de Siponto. Menagius ad Baillet.*

[b] Ex Ughellio.

[c] Verba ſunt *Alex. ab Alex.* Genial. Dier. 4. 21.

[d] Summolo Martialis librum primum commentariis hinc expofuit, alterum deinde additurus, in quibus totam R. L. rationem ſibi complexurus videbatur. Ita profitetur Autor in calce operis: “Habes, Federice pñ-“ceps, interpretationem primi libri, quod eſt universi operis & totius ſere-“Latina Lingua dimidium.

[e] “Propteran tem autem me tam expeditum ac diſideratum opus emi-“tere, illud magis ac magis accedit atque inflammat quod necio quem vi-“lissimum pædagogum non puduit nuper, ut eſt omnium impudentiſſimus, “pleras sententias & ſacrario patru mei ſumptas (hunc enim humani-“tate ſemper omnibus expositum adire frequens diſcendi gratia ſolebat)

“tit multis parafangis anteiret.” Epift. 425. “In Poly- bio ſeis me nunc eſſe, cuius versionem ne me po-“niteat uifſe aggrefſum, Perotti interpretis ſatuitas fa-“cit, qui mille amplius locis omiſſo Polybio Livium de-“ſcripſit nobis, quare merito Itali tui Latinitatem homi-“nis ſunt admirati, ſed de fide illius quod prædicat Jo-“vius quis ferat æquo animo? Irascor & vehementer qui-“dem.” Epift. 426. “Multa quidem in ſingulis fere pe-“riodis Perottus perperam interpretatur.” In Com-“mentum ad *Polyb.* “Affirmamus Perottum a fidelis Interpre-“tis laude tantum abeſſe quantum qui longiſſime — Om-“nino prælium nullum, facinus militare nullum a Poly-“bio fuerat paulo diligentius narratum, in quo graviflli-“ma & momenti maximis peccata ab hoc Interpretē non “ſint admifſa.” Pref. ad *Polyb.* “Quis ferat longe adeo “ab auctoris ſui verbis diſcedentem, aut quis neget fla-“gitum eſſe inſigne tot locis verba, periodos atque adeo “pericopas integras e Livio defumſiſſe & lectoribus “Græca lingua imperitis obtrufiſſe pro Polybianis? Ubi “fides? Ubi pudor? In tanta igitū errorum omnis gene-“ris copia ſingula velle perſequi quod petiverunt a nobis “nonnulli, ejus ſit hominis qui (vetus dictum) velit tol-“lere in lente unguentum.” Id. ibid. Attamen non folus erat *Jovius* in præconio hujus Interpretis. Adjungatur *Sa- bellicus* de L. L. reparatione; “Nicolaus vero Perottus Si-“Pontinus antifes post Laurentium, quem velut Home-“ricum illum Achillei ſemper excipiendum duxi, om-“nium quoſ diximus Latinæ elegantiæ longe ſtudioſiſſi-“mus ſemper habetur. Nihil ipſius Polybio candidius, “nihil minus elaboratum, quum elaboratiſſima alioqui “omnia appareant.” Andreas item *Victorellus* in addi-“tionibus ad *Ciaconium*; “Juvenis erat Nicolaus Perottus Sa-“xoferratenſis, claro ortu genere cum Polybiuſ Latini-“tate donavit: fuit is deinde eruditissimi Card. Picani “familiaſis quem veris laudibus celebravit, & cuius vi-“tam, deſideratam tamen, ſufe conſcripſit: alia ex Græ-“cis fontibus ad Latinos idem tranſiſit, quæ ego apud “Torquatum Perottum majorem Urbani VIII. Pontificis “Capellanum & Cubicularium intimum, necnon alia ejus-“dem ſipontini Archiepifcopi, Martialem præcipue ca-“lamo ab ipſo exaratum & eruditis ſcholiis illuſtratum “MS. aspexi.” Et *Franciſcus Floridus Sabinus* in Apolog. L. L. p. 111. Differtiſſimum item virum appellat *Philephus* in Epiftola ad *Albertum Zancarium*. At quod a nobis præ-“dicandum magis, primus erat ille purioris lingua Latini-“collector. Nam ad ſtudiorum puerilium utilitatem *Martia- leum* ampliſſimis ſcholiis, quæ *Cornu-Copiam* appellari vo-“luit, illuſtravit, in quibus lingua Latini rationem expo-“ſuit, verborum uſum & proprietatem indicavit, inde pos-“tremum ſingularum diſtiorum locupletavit, ut præter Commentarii rationem, iuſti quoque Lexici vices præſta-“re poſſent, quas diu etiam præſtitere. Opus hoc aggre-“fus eſt doctiſſimus Præful hortatu maxime *Pomponii Fortu- nati*, ſolutum [d] vero edere noluit propter Autoris quem illuſtrare ſuſcepert ſpurcitem & obſcenitatem. Diu ergo apud ſe domi preſtit, ſed qua erat humanitate, ineditos commentarios multis uſurpandoſ dedit, unde factum eſt, ut quibus [e] PEROTTI fama & exiſtimatio cara erat propter multa ex iis commentariis ſubrepta & ſub alieno nomine jaſtata, SIPONTINI † nostri pothumos labores in lucem ederent. Is erat *Pyrrhus NICOLAI PEROTTI*

b 2

nepos,

“tanquam fuas promere, & tam præclaris inventis impudentiſſime glo-“riari. Nullum enim ultionis geniuſ in hanc belluam accommodatius fore “existimo quam ut omnes hac belluam editione illius ſurta vel potius facile-“gia recognofcant & hominiſ temeritatē, ſcelus ingratiitudinemque con-“demnent.” Deinde paucis interiectis: “Neque enim recubio, ſi ita “res ferat, pœnas lucri ad honestiſſimum factum, & ſubire optimi Pon-“tificis qualamcumque indignationem malo, quam aut hanc injuriam fa-“cere lucubrationibus ejus ut diutius in tenebris jaceant, aut hanc glo-“riam relinqueret ſordidissimo pædagogo, ut aliorum inventa ſibi aſcribat, “aut tot eruditorum hominum preces, deſderia, vota contemnere, ne di-“cam perpetuum poferitari daramu inſerre.” *Pyrrhi* nepotis prefatio ad *Federicuſ ducent.* Ille quem vexat *Pyrrhus* in præfatione erat *Domitius Calderinus* quoque multas & ſeveras inimicitias exercuit NICOLAUS PE-“ROTTUS. Vid. *Bel.* in Lexico Critico.

terum ipſum Sipontinum, pro Archiepifcopo, Pontificem, ut ſupra poſui, in titulo *Cornu copia*, Latinitatis purioris ſtudio, *Pyrrhus* nepos appellari voluit; ne quis temere adjectum puteat.

† Caſaubonus.
† Hoc nomine citabatur per totum hoc Lexicon Perottus. Quod cum nec proprium ipſius, nec patrium nomen ſit, aptius viſum eſt, indicate re quoque Henrico Stephano, verum ipſius nomen ubique ſubſtituere. Ce-

nepos, qui opus clam avunculo exscripsit & ad Federicum Ubaldinum Urbini Ducem, cui & ipse SIPONTINUS inscriperat, mittendum curavit. Defuncto igitur PEROTTO circa A. 1480. & Federico Duce 1482. Guido [a] Ubaldinus, Federici fil. Ludovicum Odaxium ad editionem hortatur, & ab eodem sibi inscriptum recepit. Proxima editio procurata videtur ante elapsum prorsus decennium, Venet. 1492. fol. per Bernardinum de Coris de Cremona. Deinde autem prelo suo subjecit Aldus Manutius Anno 1499. ubi "quam-
“ plurima loca quæ in aliis ante impressis incorrecta le-
“ guntur, emendata esse" profitetur Editor. Tum au-
tem proximo anno 1500. prodiit Paris. per Udalr. Gering
& Berthold. Remboldi socios [b]. Exemplar "ex universis
“ præcedentibus castigatum, & nonnunquam ex origina-
“ libus diligentissime perfectum." Nam, ut id tandem
moneam, jam in eam crevit exsitationem res Lexica, ut præter labores compilandi, aliorum etiam qui Autorem
sequebantur, cura in recudendo, corrigendo & supple-
ndo exerceretur. Neque dignati sunt aliquando viri summi & in literis principes eam limam Recentiorum Lexicis
admoveare, quam gravissimis ex omni antiquitate Autori-
bus summa cum laude admoveere solebant. Neque erat
PEROTTUS in hac laudis parte extremus. Nam ante
editionem Parisiensem, de qua modo, a Joanne Pompeio Cor-
niano Brixiano adornatam, cuius diligentia errores multos
fusculi quibus scatebant Editiones priores, Vir summus
& ultra nostrum præconium positus Polydorus Virgilii "li-
“ brariorum incuriam comprehendens, (hominis verbis utor)
“ ad Perottum integrum ac emendatum lectoribus præ-
“ standum accessit, & ad exemplar in Bibliotheca Ducus
“ Urbini seipsum contulit." A quo proinde prodidit emen-
dator & sibi restitutus. Aldus deinde Manutius, a quo non
semel videtur Cornu-Copia typis describi, in ea editione
quam prodire jussit Venet. 1513. fol. editione longe ca-
teris præferenda, præter Commentarios recognitos atque ex
Archetypo emendatos, Varronem, Festum &c. operi subjecit, &
quod non parum aut utilitas aut nitoris huic editioni
confert, Nonium Marcellum, cui tum primum tertia fere
pars addita erat, & multæ præterea emendationes, quas
in ante impressis frustra quæveris, opera & diligentia ad
eam rem usus Jo. Jucundi [c] Veronensis qui in Gallia No-
nium cum antiquis contulit exemplaribus. Polydori, Cor-
niani & Aldi laboribus succedit vir doctissimus Valentinus Cu-
rio, Basil. 1526. 1532. & alibi, qui præter operam in PE-
ROTTI sumptatam, socios adjunxit Varronem, Festum & Mar-
cellum. Quos Grammaticos, Nonium præcipue, illustravit
& ex Cod. veteri sèpius emendavit Mich. Bentinus. Pro-
diit vero PEROTTI Cornucopiae sèpius, ne in singulis
immorar, Anno sc. 1504. Paris. 1506. per Job. Prusi Argentinum. 1521. Bas. Iterumque ibid. 1536. De his Com-
mentariis istius èstatis homines omnia optima sentire & di-
cere. Siftam tibi, lector, iterum Latomum,

Cornu nobile Copia Perotti
Non quale Olenia puer Capella

[g] Odax. in præfat. "Hoc opus ego proximis mensibus iussi & au-
“ spicio tuo diligentissime lexitavi, &, quoad per me fieri licuit, emen-
“ datissimum reddidi." Hæc igitur princeps erat PROTTI editio,
quam certum est prodisse intra ann. 1482. & 1486. sub eo sc. tempori-
ris intervallo, quo Guido Ubaldinus Urbini Ducatum gesit. Fallitur ergo
Du Cangius, qui in præfat. ad Glossarium, hoc opus Cornu-Copie
sub annum 1470. publicari existimat.

[b] Videbis hanc Editionem descripsi apud Annal. Typograph. viri
præstantissimi Mich. Massaire T. 1. p. 225.

[c] q. Jucundus Veronensis clavat Anno 1518. Præceptorem suum &
omnium bonarum artium veterem novamque bibliothecam appellat Scalig.
in Exercit. 104. V. Pignor. Symbol. Epistol. p. 20.

[d] Alius est Ambrosius Calepinus qui edidit tres tomos Praxis Eccle-
siastica Criminis. Floruit enim post integræ sœculi intervallum & quod
excurrit.

[e] De nihilo est, credo, quod Borrichius in diff. de Lexicis Am-
brosum nostrum Comitis de Calepio ait fuisse filium. Nihil de ea gene-

[†] En verba Donati Calvi, Bergomatis item scriptoris, & inepti valde laudatorum popularis fui, in Scena Letteraria di gli Scrittori Bergamaschi, ed. Bergomi in 4to. 1664. quibus Ghilini narrationem, (qua & Cangio Præf. Glos. §. 111. suspecta fuit,) confirmat: Non si puo fare d' Ambrogio Calepino memoria, che non si rammeni un figlio non meno della Fortuna, que delle Lettere, un Prodigio non meno della Sorte, que del Sapere. Sorte quæ gis in Genitore il Conte Trufardo Calepino Familiare della Valle col mede-

Sanxit Jupiter, intulitque cælo:
Aut quale Hercules manu revulsum,
Ætoli fluvij perenne vulnus,
Thymo & bacche Naiades replerunt:
At doctum variumque multiplexque,
Et cunctis opibus cupediisque,
Quas Mysæ Oenotrides amant, referunt.
Hic ille est liber, ille Martialis
Interpres, Latia illa lingua lingua,
Cornu nobile Copia Perotti.

Adjungamus Gesnerum; "Hæc pars quam habemus plena
“ est Philologia & eruditio variæ, ex optimis quibus
“ que veterum densissima testimonio citans multiplex cum
“ ad rerum tuni ad vocabulorum cognitionem usu." Lu-
dovic. item Virom; "Nic. Perotti Cornu-copie, si vacet
“ legere, non poenitebit collocata in eo opera." Tri-
themi quoque; "Nicolaus Perottus Saxoferratus &
“ Sipontinus Episcopus, vir in divinis scripturis eruditissi-
“ simus & in sæcularibus literis nulli suo tempore secun-
“ dus, egregius Theologus, ac rhetor disertissimus, in-
“ genio acer, & vita præclarus. Scripsit quædam lucu-
“ lenta opuscula, quibus nomen suum posteris notifica-
“ vit. E quibus extat opus insigne duobus voluminibus
“ divisum, in Marcum Valerium Martialem poetam, om-
“ nem Latini sermonis elegantiam, rationem & enuclea-
“ tionem pulcherrime complectens, quod prænotavit
“ Commentariorum lingua Latinæ volumen, five ut vul-
“ go appellatur, Cornu-copiam." Eadem fere ad ver-
“ bum, ut mos est, Jac. Phil. Bergom. Suppl. Chronic. &
Chronica Chronicarum. Recte item P. Jovius; "Com-
“ posuit quoque volumen Commentarii nomine in Mar-
“ tialem, Cornu-copie, usurpatu vetere Græco lemnate
“ nuncupatum, perutile quidem ac ob id fortasse sempi-
“ ternum." Semipaternum profecto, cum ex hoc quasi
stamine perpetuum telam duxerint, quæ secutæ fint Le-
xicographorum opera.

CALEPINUS. Et ecce exortus est CALEPINUS [d], quem
alieni laboris non pudebat, cum Perottum ex-
siceret, quem própe pudebat sui. AMBROSIOU CALEPINUS Bergomensis Ordinis S. Augustini Eremitanus
Calepini nomen a Calepicio [e] Cenomannorum oppido de-
rivavit; multa & pietatis & literarum laude excellens ex-
eunte sœculo 15. & ineunte 16. Videtur nihil posteris
reliquisse præter Dictionarium satis notum. Nam quæ de
Urbis Venetiariam laudibus a nonnullis existimatur con-
cinnasse, nihil aliud est nisi curta notitia istius urbis quam
cum Jac. Philippo Bergomensi tunc temporis Chronicarum
supplementum meditante communicavit. Ita enim ille in
V. "Venetia civitas insignis, — de cuius laude quo-
niam apud Jacobi Philippi Chronicam a nobis late con-
gestum est, duximus ommittendum." Obiit Bergomi
annis cumulatus A. 1510 [f]. & in Ecclesia S. Augstini ibi-
dem sine ulla inscriptione humatur [g]. Diu vigebat fa-

ma
ris claritate memorant qui CALEPINUM atate proxime attigerunt,
Trishemius puta, de Scriptor. Ecclef. Leander Albertus in descriptione Ita-
liae, & qd. Philipp. Bergomensis Calepini & Conterraneus & Iqualis.
Contrarium magis omnes quos vidimus. V. Hier. Magum qui laudatur
infra. Natalium certe splendorem minime confirmant ea quæ habet
ipse in præfat. 1. Editionis. "Et neque declamationibus refragante na-
tura me dedendum putarem, neque percipienda Philosophia illa mi-
hi a patribus facultas daretur." Borrichium procul dubio in fraudem
induxit Ghilini in Teatro d'humorist letterati: La sua nobilissima famiglia
principale in Bergamo hæc origine da Calepicio, del qual villaggio i suoi an-
tenati furono Conti. Tum vero postea. Vefsi il sacro habito l'anno 1468.
& chiamavasi al secolo il Conte Giacomo Calepino figlio del Conte Trufardo.
Calepium oppidum est in Cenomannis ad 14. lapidem a Bergomo Bri-

xianus versus ad colles in sinistra parte positum. †

[f] Errasse puto Konig. Biblioth. Vet. & Nov. qui ad A. 1513. refert.
Quo etiam errore tenetur Bailletus.

[g] In lucem editus fuisse videtur circa Annum 1440. Ejus enim fere
xstatim cognome chiamata, ma il dirlo prole della Gloria sarebbe al suo merito
più adeguato, non r'essendo scrittore, che n'habbi con tanta felicità toccata
la meta, & il pallio conseguito. Idem diem emortuale ejus refert in an-
num 1511. die S. Andreæ, quo facrum viaticum accepit. Quod ad
Comitis dignitatem attinet, sciendum est in Italia eam non esse pari,
atque in ceteris Europæ partibus, fastigio; ita ut nihil repugnet, que
minus Calepinus & Comitem habere patrem potuerit, & pauperem.

ma Lexici Calepiniani, & in magna autoritate habebatur. At natusioribus interea fumum non vendidit. " Sed ubi est interim quod tam magnifice præcipit Calepinus quia dom, — Et tamen sunt qui mihi indignantur quod ab hoc ausim dissentire." *Erasin.* ad Matth. 26. 63. Ex recentioribus Nicolai Perotti *Cornu Copie*, Nestor, Tor tellius. Ex quibus dictionarium suum Ambrosius Calepinus congettis, homo congerendis quidem illis idoneus, explendis vero quæ dearent non idoneus". *Lud. Riv.* l. 3. de tradend. discipl. Autor item *Apologia pro Poetis Latinis* apud *Gifam*. p. 505. Lexicon hoc appellat insulsum & scotidum, additque CALEPINUM omnia ex Perotto *Sipontino* sumptissime, ita ut a se ne yō quidem protulerit. Sententia si non verissima, attamen veræ proxima, nam qui CALEPINUM cum Perotto conferre sataget, vix ab eo latum unguem discedere investigando reperiet. Imo ea est jejunitate Lexicon CALEPINI, ut licet toties incidi redderetur, & magnorum nominum autoritatem in recudendo jaicit, hominum tamen expectationi hodie satisfaceret parum. Plurima in eo deceps etiam post ultimam limam, plurimis etiam barbaris vocibus redundare, nullo monente ut ab iis caverent, plurima etiam superefse in syllabarum quantitatibus errata prater id quod in limine operis profitetur, conqueritur *Borrichius*. Adeo in eum incidit quod non sine sale observaverat vir doctissimus, " Bonus ille Calepinus toties coctus & recodus parum sapit." Ita fere Vir eruditissimus *Gasp. Scipp.* in Consultationibus, " Ambrosini Calepini Lexicon quo vis superiorum est dexterius, etiam illud cui avaritia Typographi nomen Jo. Pasterati cum maxima doctissimi viri injuria præscribere nihil dubitavit." Hieron. tamen Magius, quanquam de CALEPINO id quod res est sentire videatur, de CALEPINI successoribus plane cœcutit. " Ambrosium Divi Augustini fratrem cucullatum ab opido in quo natus est, Calepinum nuncupatum, Græcarum literarum omnino expertem, & humanioribus literis vix tinctum, omnium ictiportorum fortunatissimum dicere soleo, quod cum Latinum Lexicum Græcorum exemplo edidisset, non id quidem quod a doctis legetur, sed ab his qui in Grammaticorum scholis adhuc versarentur, inornatum, aridum & exemplis & facræ scripturæ interpretibus sèpius quam e Cicerone de promptis refertum, doctissimorum postea virorum cura atque opera factum est, ut hoc opus ad immensem magnitudinem excreverit, ut jure Chalepon, id est, gravé dici possit, & copia verborum vocumque non sine eleganti satis expletum, jam non a pueris modo, sed ab omnibus legatur, ut nullus sit qui non Calepino aut palam aut teste hodie utatur. Tandem enim *Gesneri* & *Manutii* additamentis & castigationibus ita auctum atque exornatum prodit in lucem, ut nihil in eo desiderari posse videatur." Hæc ille lib. de *Equuleo*, cap. 6. Calepiniani enim operis five fama five fortuna plurimos ad laboris similitudinem allexit, qui ab his initis exorsitum aliunde Calepino ingesserint, ut si jam ipse in terras redditurus erat, suum opus neutiquam agnolceret. " Id quod Ambrosio Calepino contigisse videmus qui cum Lexicon quoddam Latinarum vocum, plerarumque fortasse non bene intellectarum edidisset, placuit inventum hominibus doctis, & quoniam non esset integrum in il lud invadere, quia prior ille occupasset, reliquo Calepini nomine, tantum unusquisque in illud, quantum poterat, contulit. Itaque jam liber ille tanta rerum copia abundant, ut copia ipsa non æque sit copia ut liber ille est copia, neque quidquam sit Calepini nomine illustrius. Hoc quidem nostra atate, ut de aliis taceam, usu venit Octavio Pancirole Regiensi, & Cathedralis

" ejusdem Ecclesiae Canonico, quanquam fuit Calepino aliquanto felicior. Ille enim suo inventu, hic est clausus alieno." *Jan. Nic. Erythr. Pinacothec.* 3. 53. Editio prima, quam paucis videre contigit, procurata erat ab Autore, & impressa Rheydi Lingobardie 1502. fol. quam Senatui Populoque Bergomensi inscripsit. Ibi cum profitetur se multa contra Laurentium Vallam, contra Priscianum aliosque autores proferre, præstantiorum auctoritate nimis, præstantiores illos & Latinitatis quasi *exortis* infelicitate subjungit. " Plus enim apud me Ambrolii, Hieronymi, vel Augustini gravitas & doctrina valet, & Graecorum, quam Laurentii Vallæ studiofa reprehensio." In fronte hanc allocutionem ad librum præfixit versibus non admodum comptis inclusam,

Mos est putidus: & novus repertus:
Ingens materia ut queat videri:
Præclarusque liber: bonusque totus:
Versus addere nominis probati:
Mentitis titulis: rubore nullo:
Obscurisque viri: rudisque vatis:
Auctori sic quasi tunc: bonusque fiat:
Nullis mobile veritas: fidesque est.
Ius demptis liber excessus aperta
In vulgus facie: favore nullo:
Et graui galeatus: & latinus.
Nam: credas: alii magis: quam ipse
Quarens auxiliun: petas ab illis.
Sed si flatus olet: proba: legasque.

Qui nobilia hæc Trochaica leget, & epistolam ad S. P. Q. Bergomensem, mirabitur qua de homine dicta sunt a Jacobo Philipso toties laudato. " Ambrosius Calepinus conterraneus (sic) & coetaneus meus meique instituti professor, cuius confuetudinis suavitate jugiter fruor, his temporibus nobiscum dulciter cohabitans, innumerorum doctorum elucubrationes sua industria magno labore opus pergrande atque insignissimum de vocabulorum omnium notitia solerti indagatione collegit. Illudque tandem dictum, ut in pluribus spargeretur atque diffunderetur, etiam imprimi curavit, idque docta & eleganti epistola ad Senatum Populumque Bergomensem misit." Supplem. Chronic. Prima hæc Editio nullo paginarum indicio distincta constat quaternionibus quinquaginta quinque, nitidissimo charactere expressa, *industria Presbyteri Dionysii Bertbochi impressaria*. Refertur † usque ad satietatem nominibus propriis &c. que Cl. *Da Cangius* editionum principum a CALEPINO elaboratarum nunquam compos factus, addubitat an ab ipso an a posteris fuerint prolecta. Iterata editio, & Auctori ipsi suprema produxit Venet. 1509. fol. in officina Petri Liechtenstein: quam *Egidio Viterbiensi* totius Augustiniani gregis Eremitarum Pastori nuncupavit. Prima hæc editio quam *Gesnero* contigit videre: Prima item quam *Borricio* sedulo licet investigatori, & Lexicorum notitiam profidenti. Eruditissimus *Da Cangius* tamen editionem principem nunquam proprii oculis † illustratam non inficita conjectura circa A. 1500. statuit prodiisse. Editio uberior multo & castigator [a]. Epistolam nuncupatoriam, quoniam neque ubique obviam, & nonnulla scientia non injucunda continet, visum est subnectere:

Ad clarissimum & sapientissimum Theologum, Dominum magistrum Egidium Viterbiensem totius Augustiniani gregis Eremitarum Patrem dignissimum, Ambrosius Calepinus Bergomas ejusdem religione de Observantia nuncupatae minimus [b], S. P. D.

" Quum hominem senem præsertim, bullam quæ dictatur esse non ignorarem, meque ingratulens xtas collig-

[a] Vedons anco del suo infaticabile ingegno le dichiarazioni delle voci di parole che da lui furono nel giovanile anni pubblicate, e poësia con maggior diligenza corrette, & ampliate mandò nuovamente alla stampa, e le intitolò al Padre Egidio da Viterbo Priore Generale della sua Religione. Ghilini Teatro d'huomini letterati.

[b] Hoc est fortasse quod voluit Job. de Janua, " De ordine fratrum Prædicatorum modicus."

xtatis est Jacobus Philippus Forestus Bergomensis, qui CALEPINUM coetaneum suum appellat. Perfectum est enim opus Chronicorum (uti profitetur ipse *Philippus* in calce Edit. 1492.) anno a natali Christiano 1486. sibi vero a nativitate 52. Natus est ergo *Philippus* A. 1435. & apud suos Bergomenses supremum diem obiens A. 1518. ad octuagendum quartum annum primum ut prorogavit: male septuagendum quintum Frater *Josephus Pamphilus* in Chronic. Ord. Fratrum Eremitarum S. Augustini.

“ ligendas jam esse sarcinas admoneret, dictionum inter-
“ pretamenta olim quidem a me edita proximis vero an-
“ nis incidi redditia & aliquanto diligentius amusitata col-
“ legi, effecique ut castigatoria & uberiora in manus ho-
“ minum exire possent. Hoc vero quicquid est operis,
“ quamvis & ipse nomini tuo dicare exoptarem, idque
“ ipsum religiosi quotquot Bergomi degunt Collegae no-
“ stri pro sua quisque in te pietate a me certatim conten-
“ derent, hærebam tamen, neque ingenii tui judicium
“ præfertim, ut Secundus ait, lacescit subire audebam.
“ Neque enim sic toto, ut dici solet, cælo errabam ut
“ non videreni eum esse te quem quasi Lucillianum il-
“ lum Persum omnium doctissimum metuere etiam eru-
“ di debant. Quis enim, quæso, vel unicam odem
“ tuam Egidi Romani laudes continentem legere potuit,
“ ut te sumnum in Poetica non agnoscet? Quis li-
“ brum de Ecclesiæ incremento a te conscriptum & divi-
“ na Pontificis Maximi voce laudatum non admiratur?
“ Quis eloquentiæ tuae fulmina æquaverit? Quis ad po-
“ pulos te concionantem audivit qui non voces tuas Pau-
“ li esse tonitrua & non existimaverit? Quis tua illius
“ dialecticæ subtletatis ceratinas & foritas effugerit? Quem
“ porro lateat quantum in iis quæ Physica, quæque item
“ Metaphylica nominantur, quantum denique in sacra-
“ rum literarum studiis semper excellueris? Quid plura?
“ te unum intelligebam cui nihil non lectum, nihil non
“ intellectum esset. Sed bene quem summa doctrina for-
“ midabilem effinxerat, eundem vitæ sanctitas amabile
“ reddidit. Neque enim mihi quamvis a te longissime
“ constituto nefcire permittitur quam bonus commissi ti-
“ bi gregis pastor existas, ut languentes soveas, ut demis-
“ fos erigas, ut falubribus medelis aut venienti morbo
“ occurras, aut eundem si forte irroborationi amoveas.
“ Noster ordo, quod diu exoptavimus, te auctore est in-
“ tegratus, te Magistro sibi restitutus, te intercedente
“ summis privilegiis honestatus, quæ cum animo volve-
“ rem facile percipiebam, te qui universos ita dirigeres,
“ singulos non contempnere. Hoc denique quasi addita
“ obrepit audacia, meque illuc impulit ut ad te quasi ad
“ numen aliquod configerem & qualecumque vigilias
“ meas tibi dicarem. Quod factum meum boni consulas
“ obsecro, meminerisque me quasi non postrema nota
“ villicum hac ipsa dicatione rationem otii mei exhibere
“ tibi voluisse, quem tu vel ut diligens paterfamilias in-
“ spicere non gravaberis, vel certe ut bonus pastor ne
“ pusilla quidem ovis foetum tibi contemnendum puta-
“ bis, sed umbra potius tui nominis proteges. Quod si,
“ ut spero, feceris, ad funinam votorum meorum per-
“ venisse mihi videbor, ac tuo quasi Colophonio suffra-
“ gio, ut in veteri verbo est, adjutus, in singulis etiam
“ tribus puncta omnia tulisse me existimabo, nec ætatis
“ tantum nostræ oblatores, sed & celebratum illum
“ veteribus modum contemnam. Vale pater R. & con-
“ gregationem nostram ac præfertim Bergomensem Con-
“ ventum habe commendatissimum. Nam & te, ut de-
“ bent, omnes mirifice amant ac reverentur & me decrepi-
“ tum jam senem atque oculis captum mira pietate comple-
“ Ætuntur. Bergomi Kalendis Octobris MDIX.”

Sublato e vivis CALEPINO studiose quamplurimi in
eius messem suas falces injecere. Oneratur prelum & ad
satiatem usque exercetur, prodiitque Lexicon CALE-
PINI vel saltem *Calepinianum* nomen profens, tot vicibus
ut pene tedium esset enumerare. Quas editiones vel ocu-
lis usurpavimus, vel de iis legendi quidquam accepimus,
subiectemus, plures fortasse addituri, si rei utilitas labo-
rem nostrum commendaret. Prodiit itaque proxime 1510.
apud *Asensi* Parif. & 1516. apud *Wechel*. Parif. 1534. ibid.
1535. & 1539. Basil. 1544. & 1560. Venet. 1545. 1548.

[a] Trecassum † Campaniæ urbs quæ Sequano fluvio interluitur. Vulgo
Troyes.

[b] Hoc Epitaphium inter ultima fere suspiria ipse sibi concinnavit.

[c] *Scaligerum* semper excipio. “ Passerat estois fors ignorant, vix
“ octo legerat libros: bene instituebat juventutem, duo verba latine

& 1592. Lugd. Bat. non femel, 1570. 1581. 1647. 1663.
1681. nec non ex officina Fr. Hackii 4. sine nota ætatis.
Anty. 1572. Genev. 1620. & alibi sepius.

Inter cæteros qui Thesaurum *Calepinianum* auxerunt,
& celebritatem dedere, non postremi loci vel ordinis erat
Johannes Passeratius Trecassinus [a] in Academia Parisiensi Pro-
fessor Regius. Cæteros dixi, quales erant *Jac. Montanus*,
Paul. Mantius, *Laur. Chifletius*, *S. I. J. Lud. de la Cerd*, *Con-
rad. Gesnerus Tigurinus*, *Budæus*, *Ascensius* aliisque, nam quod
hodie legimus, ut obseriavat dudum *Manutius* præsat. ad
Edit. *Calepin.* 1548. vix est CALEPINI, sed aliorum qui
ejus solo inædificarunt: “ Bonum fatum (inquit ille etiam
“ ea ætate quam pene dixeris Calepin pueritiam) Cale-
“ pinus fortius est, cui quotidie fere omnes homines de
“ suo largiantur. Certe enim illius Dictionarium non
“ tam auctoris industria, quam aliorum labore studioque
“ in tantam altitudinem excrevit.” Ad *Passeratium* quod
attinet, iis erat naribus, tanto ingenii acumine, tanta-
que elegantiæ, tam male autem intererit confutare, & tam
impigræ additiones quæ ad CALEPINUM habentur, ut
cujuslibis potius quam *Passeratii* videri debeant. “ Homo
“ enim emunctæ naris & cui aliena vix placarent, ultimo
“ elogio vovit ne manes sui malis carminibus oneraren-
“ tur.” *Thuan.* lib. 127. fin.

*Hic situs in parva Janus Passeratii urna
Afonii doctor regius eloquii;
Discipuli memoriae tumulo date ferta magistri,
Ut vario florum munere verner humus.*

*Hoc culta officio mea moliter ossa quiescent,
Sint modo carminibus non onerata malis [b].*

Vix dici potest quanta animorum contentionem, omnique
prædicationum genere ad *Passeratii* sermonis puritatem,
nitorem elegantiæ, ingeniique felicitatem celebrandam
confluxere ejus ætatis viri doctissimi [c]. Natus erat A.
1534. Lutetiam accedens iis qui auctoritate & gratia plu-
rimum pollebant, inter paucos charus, *Petro Romo* Elo-
quentiæ Professori suffectus, commendatione *Henrici Mem-
mii* Mæcenatis optimi, & stipendiis regiis honorifice sub-
nixus, præcepta eloquentiæ multa cum omnium admiratio-
natione infinitis pene discipulis tradidit. Egregia sunt quæ
de illo polteris commendavit vir ingenii acerrimi [d]. “ Si
“ illum dixero omnibus sermne Grammaticis & Rhetoribus
“ ætatis suæ suisse clariorem, sique addidero ultimum *Ra-
“ manorum* apud nos obiisse, verissime, ut opinor, sensi-
“ se debo videri.” *Casaub.* Epist. ad *Jac. Gillotium* 164.
“ At Passeratium non videbo, cuius nuper audivi obitum.
“ Næ vestra Academia vel præcipuum, nisi fallor, tibici-
“ nem amisi, quo fulciebatur. Nunc autem quis tanti
“ viri locum occupabit. Stephanii etiam nostri obitum,
“ puto, intellexisti. Commelini quoque. An parant
“ Musæ fugam ex Europa?” *Sæv. Sammarth.* Elog. lib. 4.
“ His enim extremis rei literariae temporibus, nisi Scali-
“ geri, Lipsii, Casauboni, Fabri cum aliis paucissimis ad-
“ hoc supersint, quis ultimum politioris literaturæ decus
“ in hujus tanti viri morte concidisse non fateatur?” *Jul.
Cæs. Bulenger.* Histor. sui temporis 12. “ Latine inte-
“ gritatis in eloquendo, si quis alius, retinens, oratione
“ acutus & terfus.” *Fr. Parentius* in Oratione de regia sua
professione, A. 1595. “ In literis humanioribus verbo-
“ rumque proprietate ac significatione evolvenda, rara
“ illa & onini artuum genere excultissima Passeratii do-
“ strina, qua ille velut Phoenix & ut Romanus alter Var-
“ ro, judicio omnium excellit.” Decesit Lutetiae Pari-
“ siorum 68. anno ætatis, 18. Cal. Oct. Anno a partu
Virgineo 1602. inque Dominicanu templo ad Jacobæam
portam sepelitur, cum hoc elogio,

IO.

“ sciebat, omnes reprehendebat, non erat tantus quantus habebatur.
“ Tricassius erat, bonus Pedanus ad initiumdam juventutem.” *Scal-
“ ligerana.* Contra vir doctissimus. “ Il avoit joint à une grande érud-
“ ion, une rare politesse & il n'avoit rien de pedant que la robe &
“ le bonnet.”

[d] *P. Massenus* in Elogiis.

† Sic in Londineni codice. Error videtur descriptoris, ut & quod
paolo post pro Tribubus, Tabus legitur.

†† Trecæ, vel Trecasses.

IO. IAC. MEMMIUS. ERRICI. FIL. IOAN. IAC. NEPOS.
SUPP. LIBELL. IN. REG. MAG. DISCIP. PRÆCEPT. CARISS.
HOC. MONUM. DE. SUO. FIERI. CUR.
OBIIT. XVIII. KAL. OCTOBR. DIE. S. CRUCIS. c/o Io cl.
D. O. M. S.

IANO PASSERATIO TRECENSI.

VIRO INTER ERUDITISS. MODESTISS. INTER MODESTISS. ERUDITISS. ACADEMIE, IN QUA SOLI BARBARI ET IGNAVI PERGRINANTUR, ASSERTORI PRÆCIPUO: QUEM LICET SONTICUS MORBUS PER PLURES [-] ANNO LECTO POSTRATUM [-] AFFLIXERIT, TAMEN VEL HOC IUVIT STANTE MORI UT TRIUMPHALEM REGIE CATHEDRAE SESSIONEM EGREGIO PRAE-
TERMINANS, MOXQUE INDIGES FUTURUS LITERATIS PRAE-
SENTIUS NUMEN IN POSTERUM AFFULGERET.

ACAD. MOER. P.

Scripta ejus recenset V. Cl. *Heningus Witte* in *Memor. Philosoph.* p. 18. itemque in *Diario Biographicum Ann. 1602.* Opus autem quo se magnopere extulit concinnavit de Literarum permutatione ac cognitione, impressum Paris. 1606. 8. V. *Coloniensis* Biblioth. Choisie, & *Scaligerum* de eo opere ibi adductum. Existant varia ejus poemata niro lepore confecta, in tomo tertio *Delitiarum Gallicarum* p. 1. Quod vero nihil in palæstra *Calepiniana* se exercuit lubentissime adsentimur viris oculatissimis [c]. Commentum hoc fuit Bibliopolarum & aucupium vaserrimum.

Quid *Conradus Gesnerus* Tigurinus ὁ πολυμαθέστατος de CALEPINO meruit, nam de omnibus singulatis scribere infinitum foret, placuit ipsius hominis verbis lectori sistere: " Ambrosii Calepini Dictionarium quod hoc anno 1544. mense Septembri impressum est Basileæ apud Leonhartum Hospinianum innumeris locis castigavimus & ex postrema editione Venetiis excusa ad insigne Sirenis, quæ supra quatuor mille vocabulorum ex probatissimis auctoribus accessisse gloriatur, omnia in nostrum exemplar transtulimus, & profodiæ, id est, quantitatis syllabarum notas novo labore singulis dictionibus quæ ordine alphabeti explicantur, inlapisimus. Cæterum nominis propria, ex quibus maxima pars Venetiis accessio- nis constabat, seorsim a Latinis vocabulis in peculiare alphabetum partim proprio labore, partim juvantibus amicis digesta sunt, additis omnibus illis quæ in postremis dictionariis poeticis continebantur; nam & Veneti pleraque sua ex eisdem decerpserunt. Si cui lubet prolixius cognoscere quantum nostra editio cæteras omnes antecellat, is præfationem nostram dictionario præfixam legat [d]."

NIZOLIUS. His succedit **MARIUS NIZOLIUS** Brixel-lensis, Ciceronianos omnes labore summo maximaque industria sibi devincens. Edidit ille *Thesaurum Ciceronianum*, sive "Observations in Cicerone ordiné literarum digestas, quibus omnis vere Latine loquendi ratio & quot quibusmodis unaquaque vox distingui variarique posset per Exempla Ciceronis plane demonstratur" Excusas Basil. 1530. & deinde Ven. 1535. fol. & rursus 1541. adjectis illis vocabulis quæ Basilius Zanchius (de

quo modo) post NIZOLIUM ex *Cicerone* collegerat. Auxerunt plurimi atque edidit demum *Hervagius* 1548. cum magna accessione verborum per *Calum Secundum Curionem*, iterumque Franc. 1568. fol. †^t *Marcellus* deinde *Squarcialupus Plumbinenis*, *Jacobus Cellarius* [e] *Augustanus*, & *Alex. Scot*, *Scotus* [f]. Auctissimæ deinde Editiones & emendatissimæ, Lugd. apud *Th. Soubron* 1608. fol. & Col. Allobrog. 1612. 4to. Postremo labor iste ab una *Ciceronis* radice prosecutus in justam tandem molem & utilitatem Lexici excrevit cura *M. Ludovici Lucii* Basiliensis Academiæ Professoris, qui A. 1613. duobus voluminibus fol. edidit ibidem "Latinæ Linguae Thesaurum bipartitum, priorem quidem ex uno Ciceroe jam olim a Mario Nizolio collectum, posteriore rem autem ex aliis quoque Latini Sermonis authoribus comportatum; probatissimum tum Oratorum, Historiorum, JCTorum, Medicorum, tum etiam Poetarum verba & loquendi modos copiosissime explicitantem." *Lucius*, quod non præstitit *Nizolius*, e magno Lingue Latinæ Thesauro, *Stephani* puta, †^t sibi arripuit, ab ipso *Pianto* ad *Claudiunium* usque verba verborumque usus conferens, refectis, quæ erat itius faculti continentia, propriis nominibus, aliquique plurimis, quorum peculiaria Onomastica pallim extitere, de iis rebus, uti par erat, consulenda. Ad NIZOLIUM autem ut aliquando revertamur, ea erat vel modestia vel infelicitate, ut nihil fere de ejus fama vel fortunis posteritatibus describendum reliquerit. Nam quæ *Johannes Norvegicus Hassus* Promptuarium Grammatici, Nomenclatorisque Anctiorum in Promptuario citatorum Scriptor de eo tradidit, fuit αὐτολεξι, ut solet, ex *Gesnero* descripta. Summorum virorum amicitiis & familiaritate utebatur, quibus profecto maximum sibi opus esse duxit, ad domesticam tenuitatem sublevandam, qua videtur admodum laborasse. Ita fere ille in Epistol. qua librum suum *Joan. F. Gambare* inscripsit. "Nam quanquam possum multos commemorare, quibus plurimum deboeo, & in iis præcipue clarissimum & amplissimum virum eundemque Juris Civilis longe peritissimum Mattheum Advocatum & ejus filium Camillum adolescentem omni corporis animique virtute ornatisissimum, qui me ante a sibi multis & magnis de causis maxime obligatum nunc etiam obligarunt magis, cum in editionem hujus operis omnem pecuniam nibi liberalissime suppeditarunt, tamen & ipsi qua sunt modestia & cæteri omnes facile patientur, ut me tibi plus quam sibi devinctum esse confitear. Tu enim primum h[ab]itus me acceperisti, quo jure tertium & decimum annum honestissime utor, tu tenitatem meam liberitate tua semper sustentasti, tu literas & studia mea nunquam favore & excitare destitisti, tu me omnibus rebus assidue prout facultates tuae tulerunt, & auxisti & ornavisti. Quid multa? nisi tu fuisses, ego plane nihil essem. Quare non solum mea omnia, sed me ipsum prorsus tibi me debere fateor." Vixit NIZOLIUS STEPHANO nostre æqualis, cuius quoque Thefauri editionem comparavit Ven. 1551. pluribus infra describendam. Ejus Ciceronianitatem falso & pereruditio dialogo perstringit *H. Stephanus* fil. Nizolioidas sc. 1578. 8vo. Cum *M. Ant. Majorio* similitates quoque literarias exercuit, cum *Joanne* quo-

c 2

que

"après son Edition, & qu'il se soit contenté d'y faire mettre ses Additions comme les autres." Baillet *Jugement des Savans*.

[d] Ex Catalogo operum *Gesnerianorum* a se conscripto, quem videre licet in *Bibliotheca*.

[e] Basl. 1576. & 1583. fol. Lugd. 1580. & Francof. 1613. fol.

[f] Lugd. apud *Bart. Vincens*. fol. 1607. Col. Allobr. 1612. 4to & Lugd. 1613. 4to. Idem ergo annus 1613. tres videntur NIZOLIUS editiones elaboratas, Francofurtensem sc. *Cellarii*, Lugdunensem *Scoti*, & Basiliensem *Lud. Lucii* de qua mox quadam erunt exponenda.

†^t Repetita eadem prius fuit Lugduni apud *Beringos* fratres 1552. †^t Ego conferendo comprei, totum hoc secundum volumen Nizoliani Thesauri ad verbum descriptum esse ex editione Lugdunensi illius Thefauri nostri 1573. Omisssis, non tantum propriis nominibus, verum etiam stulto confilio, omnebus Ciceronis locis, & in his iis quoque, qui in Nizolio non existant. Falsum est autem, quod hic dicuntur tres Nizoli editiones eodem anno 1613. exiisse, cum una eademque editio sit Basiliensis, apud *Sebastianum Henric Petri*, quæ volumen Nizolium exhibet, & Francofurtensem apud *Gothof*. Tamquam, quæ *Æriarum Latinæ* lingue inscribitur, & secundum illud duntaxat, quod *Lucio* tribunt, volumen constituit. Error inde natuvidetur, quod utrumque volumen Basiliensis bibliopola sumptibus, ut ex inscriptione ad calcem addita apparat, impressum fuit.

[a] Per integrum scilicet quinquennium.

[b] Dolet in tanta literarum elegancia, quæ ipsam Antiquitatem pene redoleat, tam barbare pene dici. Nam affixerit legi video, non, ut oportuit, affixerit, ab omnibus qui hoc Epicedion describunt. Vide rōegniterat ad Hor. 1. Serm. 1. 81.

[c] "Mais ce qui a toujours fait jusqu' ici le sujet de l'étonnement des Savans, c'est de voir que Passerat qui entendoit si parfaitement le génie de la langue Latine, & toutes les finesse de la plus pure Latinité, n'ait pas eu le courage de purger le Calepin de tous les marchants mots qui y sont demeurés même

† Non est Venetiis impressa hæc editio, quam Primam omnium arbitror, & emendatissimam comprei, ita ut ejus beneficio aliquammutta huius Lexici loca restituierim; verum, ut in titulo expressum: Ex Prato Albuni, vel ut ad calcem legitur, Ad Pratum Alb. in ædibus. Ill. Viri Jo. Franc. Gambari Comitis Pontifici, cui & opus ipsum, in duas partes divisum, præcursoris epistolæ dicavit, ex quo perpicuum colligitur, tunc primum exiisse. Sic enim in limine: "Quamobrem cum ab solvivis est has observationes meæ in M. Tullium Ciceronem, ac de eis, ut mos est, dicandis necum cogitare, tu mihi primus omnium statim occurristi, qui hoc muneris, quale id cuncte esset, tibi quasi tuo jure vindicares." Quin & sequentibus verbis id ipsum planius declarat, quæ huc describere non lubuit. Fuit autem *Pratalbino* vulgaris idiomate dictum, seu oppidum, seu forte Castellum in agro Brixianus, ditionis Venetæ, Familia nobilissimæ de Gambara Comitia sedes.

que *Venereto Pontarliano* qui librum a *NIZOLIO* conscriptum & *Parmæ* exculum 1553. "De veris principiis & vera ratione philosophandi contra pseudophilosophos" acriter ad examen revocat, atque intra biennium *Zanchius* cum *Sene* concertavit. Transtulit præterea *NIZOLIUS Galeni* explanationem obsoletarum vocum *Hippocratis*, excusam Venetiis a *Juntis* cum operibus *Galeni* 1550. Ad *Theſaurum* autem, quo maxime innotuit, quod spectat præcipue, diu est quod literatis deficit esse in pretio, nec tanti videtur, ut novennum, quod in eo digerendo se absūptuſſile confitetur, expectare potuſſet.

ZANCHIUS. *BASILIIUS ZANCHIUS* † Bergomias [a], Canonicus ordinis Lateranensis inter Lexicographos jure recensendus. Nam præter *spicas* quas ad *M. Nizolii* e *M. Tullio* obſervationes colligit, in falsoquem colligavit *Anton. Massa Galesio J. C. Civi Romano ac Poetæ* inscriptas, ad *Ambroſii* etiam *Calepini* Dictionarium addidit sylvam verborum Latinorum ex optimis quibusque scriptoribus collectam. A prima adoleſcentia in urbe Roma, *Leone Xino* Pontifice, versatus est, literatis viris, quorum optimi messim ea ætas tulit, in primis carus & acceptissimus. Scriptis "Notationes in omnes S. Scripturæ libros, Antonio Augustino Ilerdensium Episcopo, mox Tarracensem Archiepiscopo dicatas. Col. Agrip. 1602. 8vo. "Quæſtiones item in 4 libros Regum & duos Paralipomenon," quas e *Theodoriti* potissimum scriptis decerpſit, & de *Græcis Latinas* fecit. "Epithetorum Latinorum Thesaurum," & "Poemata Sacra" quæ magno in pretio habentur, præcipue autem inter cetera libri duo, versu heroico elaborati ad *Petr. Bembum* Card. qui "Hortus Sophiae" inscribuntur. Bibliothecæ Vaticanæ præſecturam summa cum laude gefſit, diemque supremum obiit Rome 1560. Vide de *Zanchio* plura agentem *Quæſtendum* de viris illustribus, *Bælium* in *Lexico Critico*, *Arnoldum Mylum Birckmannum*, in præfatione ad *Zanchii Notationes*, *Għlinum* in *Theatro*, *Koniġru*, *Lilium Gregorium Gyrald.* de Poetis suorum temporum.

ROBERTUS STEPHANUS. De ROBERTI STEPHANI vita, ingenio & celebritate pauca ideo suscepimus dicenda, quoniam in ea parte abunde satisfecit doctorum hominum exſpectationi Vir eruditissimus, *Historia Stephanorum* & *Annalia Typographicorum* auctor longe celeberrimus, qui ea quæ ex literarum monumentis jam olim ad eam rem pertinientia coegerat, nunc denuo rogatu nostro in studiosorum gratiam quos indies demereri fatagat, ad incudem revocavit, atque ut Editioni noſtræ auctarium accederet & incrementum, suo maximo merito exorari ſe paſſus est. Ad ea igitur properamus quæ historiam Latinitatis ad maturitatem fere perduſta ejus maxime laboribus & auspiciis complecti videantur.

"Vidit," inquit Vir doctissimus [b], "Calepini maiorem & lacunas R O B E R T U S S T E P H A N U S vir ad propria mōvendas bonas literas quasi natus, qui decem eruditissimum hominum opera & ex Auctoriis optimis pro-

[a] Plures *Zanchios* doctrina & ingenio celebres Provincia Bergomensis eodem fere tempore edidit; *Ioannem Chrysostomum Zanchium* nostri fratrem germanum, qui libros tres de Origine Orobiorum seu *Cenomanorum* ad *tembus* Card. scriptit; *Panegyricum* quoque ad *Carolum V. Imp. Augustum* elegantissime elaboratum; *Compendium* item de 7. *Sacramentis*, &c. *Dionysium* item *Zanchium* alterum germanum, in *Sodalitio Canoniconum Regularium* vitam cum fratribus traducentem. Hic est, ni fallor, *Dionysius* ille *Zanchius* Bergomas qui vitam *S. Marthæ* hospitæ *D. Jesu Christi* carmine complexus est. *Hieronymum Zanchium*, profundè in Theologicis studiis eruditissimus, inter Reformatos clari nomini *Basilio* nostro & amicitia & cognatione conjunctissimum, de quo plura eruditè disceptat *Bælius* in *Lexico*. *Hieronymum Zanchium* Jurisperitum ex eadem stirpe editum, qui in 2 *Infortiatus* commentatus est, *Pauli Zanchii* *JCTi* item excellētissimi filium. *Bartholomeum Zanchium* Bergomatem qui in *Salustii Bellum Catilinarium* scholia scriptit. Vide *Hieron. Zanchii* Epitoli penult. libri 2di ad *Latium Zanchium* Veronensem. Immo adeo literarum laude abundant Bergomam, ut *Donatus Calvus* non dubitaret clarorum Bergomatium historiam literis tradere. "Scena letteraria de Scrittori Bergamaschi."

[b] *Borrichius*.

[c] Inde fit ut in omnibus *Thesauri* Edit. hos duos auctores quos de-

+ Hujus Nizzoliani operis, (ex quo omnino appetat, virum non mediocris ingenii fuſſe, qui Philosophia facili ſui non contentus, qualicunque ſuccelſu, conatu certe laudando, eam princeps impugnare agressus est,) novam editionem acceptam referimus, Viro eruditione jux-

† Vel *ZANCHIUS* Ital. *Zanchi*.

"fis, vorsisque excerpti labore uſus *Thesaurum Lingua Latinae* procudit. — quem ad nostram quoque extatā tem Gens docta amat, intuetur, consulit tanquam statuam Mercurialem." Bonus itaque *Calepini* tantum laudis decerpſit, ut Lexici amplissimi atque locupletissimi, cui condendo finæ vires vix poterant sufficere, hortator tamen, & cauſa, ut aiunt, ultima exſtare videtur. Nam cum *STEPHANUM* efflagitarent plurimi, ut *Calepini* dictionarium ſuę integratim reſtitueret jam tum prave exceſſus. Edit. *Thes. 1531.* ptum, aliorumque temeritate, id quod omnium minimie decebat, corruptum, infinito labore deterritus vir utcunq; laborum qui e re literaria effe poterant ſupra fidem patientissimus, tum vero maxime ſentiens fe inanem operam präſtare, neque Reip. prodere poſſe, re ter quater tentata, tandem incepto deſtitit. Mutato itaque consilio instabant studiosi ut exquisitius aliquod dictionarium aut colligendum curaret, aut ipſe proprio labore colligeret. Ceteris itaque omnibus uno ore negotium tam iniquum palam detrectantibus, ipſe ſe operi accinxit, annosque circiter duos in eo negotio dies noctesque defudavit. Iactis idcirco fundamentis, a *Plauto* & *Terentio* [c] totam rem exordiri atque evolvi voluit, quibus diligenter perlechiſt atque adeo minute excuſſis ut verbum fere nullum prätermiferit, quin in commentarios ſuos coegerit, eos deinde explicari & cum omni diligentiā in ordinem alphabeticum redigi curavit, ut eſſent veluti ſylva quædam & quaſi materies futuri dictionarii. Qua igitur mente, quoque consilio, opus ſuum hoc ſumpto exordio contexuit & ordinavit, ex präfatione quam huic Editioni präfigi curavimus, discendum eſt, ne nobis ſint omnia repetenda. Infinitis igitur exantatis laboribus, animoque ita distracto, ut inter operam pene Herculeam materiam duobus prelis quotidie ſufficere cogeretur. (Nam eadem fere tempeſtate *Virgilio* operam dedit, & *Maturini Corderii* libellum de corrupti sermonis emendatione in lucem protulit) 1111 Cal. Octob. 1531. totam rem ad felicem exitum perduxit, Paris. Fol. crassitie mediocri, typisque luculentis, propriis ſumptibus, proprio labore. Totius operis consilium & rationem ipſe expoſuit, commodeitateque explicitu ad calcem Epitola präfatoria, unde mens primi *Thesauri STEPHANI* commodiſſime aperietur. Ibi ostentat magnopere alphabeticam vocabulorum ſeriem pulchramque diſtinctionem, nec vocabulorum modo, ſed constructionum locutionumque, cui rei ſiqua inheret utilitas, quam in eſſe quidem ſufpicor, non levem studiosorum gratiam demerebimur qui iſtam commoditatem, maxima opera, auctiorem aliquantulum in hac noſtræ Editione reddidimus. Unicuique dictio ſubjecit Gallicam interpretationem. Proprium illud eſt, & unicum präter diligentiam quod ex ſuo penu ad hoc opus adduxit [d]. Quod vero vernacularum sermonem ad explicandum maxime adhibuit, cum aliorum exemplis, tum nonnihil etiam rationibus ſe tuerit, quia ſcilicet permulta ſunt & dictiones & locutiones ejusmodi, ut vix illa declaratione Latina intelligi poſſint. Sed cum eadem objecatio facile

dita opera perlegit, ſedulo annotatos & loca diligenter adducta, numerisque lignata ubique reperiāmus. Nam in *Terentianis* teſtimoniis ferme ubique tres numeri ſignati ſunt, quorū primus actum, ſecondus ſcenam, tertius verſiculum deſcribit. (Non utique ergo levifimus fuit vulnus quod *STEPHANO* inſixtare poſtremi Sicarii potius quam Editores, qui ultimum numerum, verſiculi designationem, ut inanem amputarunt.) In *Plauſinis* duo. Prior annotas quamlibet *Comedie* divisionem, (nam in *Stephanica Plauſi* editione quam proximo fere anno abſolverat, in tot distribuitur partes unaquaque fabula, quot complectit ſcenas, in computu adſcritus argumento, prologo &c.) poſterior verſiculum, in editio- ne modo memorata numeris ad marginem diligenter notatum. In teſtimoniis ex *Plini Epitolis* unicus eft numerus, idemque epiftolam denotans. "Sic enim hos treis authores" (Verba ſunt *STEPHANI* lectorem in editu compellant) "noſtri exprefſos characteribus per numeros diſtinxiſimus, ut ſiquis locum ex dictionario conferre velit, id facere nullo negotio queat. At cur, inquiet percontator, non idem fecisti in omnibus auctoriis? Quia nondum ſub noſtrum prelum venerunt." [d] "Itaque ingenue fateor nihil hic ineffe de meo, præter labore ac diligentiam & Gallicæ declarationis bonam partem." Prafat. STEPH.

ta ac dignitate Illustri, Gothofredo Guillermo Leibnitio, in 4to Franco. 1674. cum gemina ejusdem diſertatione präliminari, ubi de ingenio Nizzoliano & ejus controverſis philosophicis plura cognoscere licebit. Confer, quæ paulo infra dicentur, ubi de Stephaniano Thesauro a Nizzolio curato.

facile recurrat, quemcunque demum sermonem adhibueris ut alterius sit Interpres, cumque suis solummodo consulat qui vernacula exponat, unde fit ut inter † istius gentis limites istiusmodi Lexica sere contineantur, neque alibi innotescant, mutato consilio interpretationem Gallicam recte opere ut inutilem refecuit. Ad testimonia quod attinet, summa nobiscum fide egit STEPHANUS. Nam quamvis præter ea quæ propria lectura suppeditaverat, plurima ex Calepino aliisque qui antecedebant corrasit, si quos tamen auctores adduci sentiebat minus idoneos, iis rejectis, probatores multo adhibuit, & ut nullam gratiam abesse sineret, etiam probatissimorum testimonia quæ in aliis dictionariis sœpe corrupta legebantur, quam fidelissime potuit fieri, pene omnia restituit. Ad ordinem etiam alphabeticum cum plurimum conferre videbat ut etiam composita suo loco, non ut sœpe fit, in alieno, id est in suis simplicibus quererentur, eam etiam operam utilissimam sane prestitit, unde mirandum (potius an dolendum?) posterioribus hominibus tam inscitam dispositio nem placere potuisse, ut unumquodque vocabulum in suam quasi gentem & familiam dubiam aliquando & incertam dispergirent, unde tedium consulenti & molestia absque ingenti fructus specie sœpiissime oboriri solet. Immo etiam mirandum maxime Henrico filio tale aliquid in mentem venisse, ut præter istiusmodi distinctionem que sibi in Graeco Thefauro vehementer placuit, ubi profecto integrum erat quamlibet adhibere, tale etiam commentum in paternum quoque Thesaurum meditaretur. Lævum hominem, & omnium quos vidi pessime seriatum [a]! Nomina denique propria admisit fere nulla. Utinam ne unum quidem! Nam quanquam adeo rara occurrit ut vix viginti passim in toto opere inveniantur, ea potius cum cæteris ex dictionariis ad eam rem concinnatis, ad quæ sc. lectorem amandat quam ex hujusmodi opere queri oportebat. Licet denique eum qui profiteatur se nullas fere voces inferere nisi quotquot ex aliquo auctore recepto probatissimique commendari poterant, intra aureæ Latinitatis limites se ut plurimum continere decebat, aliquando tamen ad ferream barbaramque pene se delabi patitur. Neque haec increpandi animo dicimus. Nam qui Thesaurum L. L. meditatur, quanquam cum STEPHANO nostro ex Terentio, Cicerone, Plauto ceterisque melioris nota spiritum animumque ducat, nonnihil tamen cum eodem ex Apuleio, Palladio, Persio, Martiali, Jel. Firmico, Lucano, Claudiano, Jusino, Curtio, Lampridio, nonnihil quoque ex JCTis, ex Caio, Paulo, Ulpiano, &c. sibi adnasci & adhærescere lubens, videbit. At STEPHANO tamen neutiquam sunt condonanda qua ex ipsa sentina Barbarismi depromit, & qua non dicam a probatissimo auctore sed a nullo commendetur; MUMPHUR, SUBTAL, SUBTEGULANEAE, PETILANSURA, ACIALE, &c. Quæ a Græcis mutuantur a nullo Latino Scriptore usurpata, OSTRACISMUS, POLIS, PHALACRON, ACARUS, &c. Condonari utcumque possint quæ finxit incuria aut lectio nimis prope rata, ABINTEGRIO, ACEDARIA quod ACETARIA reftius scribitur, uti modo occurrat. Condonari etiam fortasse, quæ adducit ex unius Perotti auctoritate, ut NEQUITUS, &c. cum hominem sapiat alienæ diligentiae quam sua æquiorem estimatorem. Neque profecto in ea neque modo ne nimium pinguecat liber, quidquam vel fraudis vel injuria cœnsentibus objici sentio; si unaquæque vox suam fecum adserat aëtæriæ, five sit Ciceroni usurpantis, five Perotti adducentis, integrum interea sit lectori fidem suam vel adhibere vel reprimere, modo inter Ciceronem & Perottum internoscere & dijudicare poterit.

Edit. Thes. 1536. Jactis utique tam præclaris fundamentis, quantum deinde operæ Typographicæ relin-

quebant otii, totum id in legendis Latinæ linguae principibus consumpsit, annumque 1536 dictionario suo clausit ad prelum revocato. Nam cum multa lectione, magnoque usi plurima decte cognovit, ideque ab aliis accepit, plurima item emendari posse, manum operi iterum admovit, & a doctissimo quoque quicquid in hoc commentandi genere annotasset, nominatim *Gul. Budæo, Lazaro Bayfio, Jacobo Tusano* Gracarum literarum Regio Professore accepit. Magna itidem vocum formularumque, & Nominum propriorum, quorum absentiam nonnulli jam imolete ferebant, adjectione locupletavit, xiv Cal. Dec. 1536. †† sol. Unum erat quod Lectoribus suis vehementer placitum fore visum est Compilatori, ut cum plurimæ sc. voces nulla auctoritate enīse, nullo vadimonio fulle quibusdam idcirco tanquam parum Latinæ minus probabantur, eæ jam suos sisterent auctores. Sed cum Calepinum video, *Perottum* &c. adduci, curam laudo & diligenter, exitum desidero, †† neque voces idcirco tanquam Latiniores facile ero probatur. Sermonem Gallicum adhuc retinuit interpretem, non suo consilio usus, sed aliorum voluntati a quibus vix dissentire poterat, nimium fortasse obsequitus.

Edit. Thes. 1543. Tertia & ultima Editio, quam procuravit ipse STEPHANUS, prodidit hujusce anni æstate xii sc. Calend. Jun. Paris. ex sua Officina, 2. Voll. fol. Cum Vir meritissimus nihil aliud in animo habuisse videtur nisi ut frequenti lectione, communicatoque cum viris doctissimis consilio, opus vix sedulo inchoatum & quasi rudiori filo adumbratum, latius aliquando explicare & in splendidiorem vestem evolvere posset, facile eruditio lectori liquebit hominem prioribus vestigiis insistentem jam imperfecta omnia perpolire, obscuris lucem, dubiis auctoritatibus addere. Interpretatione igitur Gallica penitus exultante, pratermissa, quorum infinitus fere erat numerus, accedere, testimonia, que partim ignoratione loci corrupte ante legebantur, partim omnino deerant, augeri & restitui voluit. Syllabarum quantitates jam primum summa cura expedivit. Loca *Ciceronus, Catonis, Varonis, Columella, Plinii, Cæsarii, Livii, Martialis, Persi, Juvenali, Virgilii, reliquorumque Poetarum* juxta editiones quibus ea hominum ætas utebatur, fidelissime adduxit. Cum plura fint quæ hunc Thesaurum, licet sui generis perfectissimum, tanquam nevi contaminent, duo maxime animadvertisimus quæ sunt illuſtrissima. Et quod auctoritates exclusit optimas, & quod admisit deterrimas. Exclusit, dixi, cum id potius erat temporis infortunium, quod nonnullos Auctores Latinos nondum ex prelo receperat. Neque enim ea ætas vidit, aut certe parum attente vidit STEPHANUS, P. Syri fententias, Fabulas Phædri, Gratiam Faliscum, Hyginum, Solinum, Panegyricos, Historia Augustæ scriptores, cum plurimis aliis. Prodierat quidem Manilius seculo superiore, sed cum cæteris neglegetus. Nondum, aut nondum fatis *Veterum Poetarum Historiarumque fragmenta* in unum coegerant Viri industriosissimi: Nondum etiam ea Latinitas qua non nisi in Marmoribus Saxisque reperitur, cura Gruterorum, Boissardorum, aliorumque sub prelum subierat. Quibus quos opponit (id enim erat secundum) quasi eorum jacturam redimere vellet, Commentatorum antiquorum colluviem, præterea ex Recentioribus, Laurentium Vallam, Hermolaum Barbarum, Ruellium, Budæum, Bayfum, Calium Rhodiginum cum Lexicographis quos pone sequebatur. Unde evenit ut ex Æqualibus five Philologis five Lexicorum scriptoribus plurima desumeret, quæ ignoravit Vetusfas; ASTROLABIUM ex Sipontino; ASTRONOMIA ex Valli; COMBENNONES ex eodem Sipontino; item COMBINARE, COMBINATIO, &c. CHEOPINA ex Budæo; CHRISIA, CHRYSOPLYSIUM, PHRATRIÆ, PHRATORES, cum infinitis fere aliis

d

^a *dispositione ei simili qua in Grecis usus fuit, luculentius reddam.* H. Steph. Pref. Græc. Thes.

† I. Intra, & paulo ante Exponit.
†† Duobus voluminibus.

†† i.e. Consilium collectoris non asequor.

aliius quæ usus & necessitas posteriorum hominum ex Græcis Latina ficerat. Contulit multum ad hoc opus *Theodoricus Bellovacuus* [a] cuius auxilio debere se fatetur quod tantæ operis moli non succubuerit. "Ex ipso autem Bū-dæo;" inquit ille, "tam multa ad verbum transcripsi-mus, ut pene ei rara in hoc opere & exquisita onnia debeantur." Quantum alii quoque nonnullis, ex ipsius verbis excipiat lector ad calcem secundi voluminis, quæ Mantisse five Appendix Epistola præfatoria exhibuit.

ROBERTUS STEPHANUS TYPOGRAPHUS REGIUS
LECTORI.

QUUM essemus in eo pene temporis articulo, ut Thesaurum hunc nostrum vix credendis laboribus congettum tandem publicum faceremus, ejusque rei forma constantior ad multos emanasset: ecce commodum, nisi quod non satis in tempore Andreas Tiraquellus Regis Christianissimi in Senatu Parisiensi Consiliarius, vir etiam libris editis orbi notus, Agidius quoque Perrenus officialis Jofatius, & Jacobus † Goupylius *Philia-tus*, abs quo sumus non mediocriter adjuti, sedulo nos admonuerunt esse quædam apud se hujus argumenti, non indigna quæ hic quoque appingerentur: eorumque si nobis ita videretur, exscribendorum potestatem fe facturos ultro receperunt. Erant autem in librorum margines tumultaria, ut fere fit, lectione adscripta. Ego vero nihil eorum neglecturus quæ usui fore studiosis intelligerem, acceptos ab eis codices diligentia quanta potui maxima perlustravi: quæ visa sunt in rem tuam futura, Candide lector, ea protinus excerpti, atque seorsum in hos quaterniones contuli: grandiori quidem illa volumini, suo quodque loco, inserturus, nisi fero ad nos pervenissent. Habetab & Joannes Theodoricus Bellovacus, cui plurimum debent quotquot usui sunt nostro Thesauro, non pauca, potissimum ex Plinio sibi privatim quondam selecta, sed inter chartas ita latenter, ut non comparuerint, nisi universo opere prope perfecto. Ea tandem ubi præter spem emererunt, studiis recognovit, & ut prius illud beneficium vel hac cumularet accessione, publica esse voluit. Nos quoque suprema huic operi imposita manu, omnibus bibliothecæ nostræ libris pertractatis & evolutis, quæ delapsa aliquis momenti visa sunt, una cum locis aliquot corrumpens.

[a] Qua in re præcipua sane laus debetur Joanni Theodoricu Bellovaco viro doctissimo & in optimis quibusque authoribus valde exercitato, ac, quod omnium est maximus, acri judicio prædicto: qui nisi nobis auxilio sufficeret, & quasi Hercules quidam fello Atlanti in partem laboris successisset, nunquam profecto tantam operis molem sustinere potuimus. Is igitur jam inde ab initio insituti laboris, ita nobis, vel Reip. potius, cuius est sane amantissimus, operam dedit, ut omnia quæ & a nobis, & a nostris congeta erant, ipse relegret eaque tanquam supremus artifex inchoata & adhuc rudia perpolieret." Præfat. Edit. 1543.

[b] Credibile est Nizolianum *Thesauri* Editionem tæpèxisti Stephanum in sequentibus, quæ ea ipsa tempestate Venetiis procurabatur, quæ R. S. STEPHANUS patria profugus Venetas ceteraque loca Transtalpina peragravit. "Metu certe ne miseri isti *Gæcædætævænæfædæ* & voces illas & alias quamplurimas, itidem commentarias aut quolibet modo mendosas, quas ego relegavi vel potius *is xægæxæ* amandavi, tanquam per incuriam a me prætermisssas in meum etiam illum Thesaurum in-

† Addit Johannis prænomen, ut paulo post, cum Bellovacuus patrum nomen sit, Gallice sine dubio *Jean Thierry, de Beauvais*. Hoc ideo adnotare visum est, quia infra quoque in Vita Roberti Stephani & notis eiusdem subjectis Theodoricus Bellovacuus vocatur, quasi illud S. Baptismatis, hoc Familia nomen esset. In Indice vero librorum a Rob. Stephano typis editorum memoratur, "Joh. Theodoricu assertio de Mihi & Nihil tum scriberidis, tum profenderis," omnia patræ hominum mentione. Scriptis etiam Annotations in Laur. Vallæ elegantias, cum iisdem primum Parisiis, dcinde & aliis in locis tæpius excusas. V. Gesneri Biblioth.

† vel Goupylus, ut vocatur constanter in editione Dioscoridis & Tralliani Alexandri, alisque scriptis, quæ concinnavit, eruditus iste medicus. †† Inimo celebratur ejus *æxhinæ* a Viro summi ingenii Leibnitio. Vide quæ supra annotavimus. In nudo autem Ciceronii verborum indicie nihil præter diligentiam requirebatur, quam eximiam Nizolium præstis nemo nisi impudens negaverit. Ab eodem vero doctissimo viro, Ciceronii elegantiam ad superitionem usque & pæne dixerim ad infantiam studio, barbariæ illam, si quæ Veneti Roberti Stephani Thesaurum fœdarunt, (quod in medio relinquo, quum editionem hanc non viderim) profectam esse, quæ veri similitudine afferant non video. Ve-

" ptis quæ inter imprimendum animadversa, & restituta fuerant, his interfuerimus. Tuæ partes erunt, amice lector, & hanc operam tibi navatam boni confulere: & his exemplis ad juvandam rem literariam quacunque valebis ratione vehementius accendi. Vale, & alienis fudoribus fruere non ingratus."

Edit. *Thes.* 1551. STEPHANO superstite *Marinus Nizolius* Bruxellensis, de quo plura superius, Thesaurum mendis expurgare, novaque vocabulorum accessione locupletare, suscepit. Quantum in emendando potuit, nescitur, cuius *æxhinæ* a nemine, quod sciam, †† celebratur: qua ratione locupletavit, fortasse optime docebatur ex verbis *H. Stephani* Filii, quæ curavimus subjungi [b]. Nihil ergo supereft quod *Nizolius* præstis videatur præter interpretationem Græcam, quam singulis fere *capitibus vocabulorum* (hominis verbis utor) apposuit, ex *Calepini* nescio quo ex tanta turba Editore commentum mutuatus.

Edit. *Thes.* 1573. Denato STEPHANO prodidit *Thesaurus* multo uberior, si molem spectes, Lugduni cura *Philippi Tinghyi* Florentini, An. 1573. fol. 4. Tomis. Editio ab omnibus undique expedita, quanquam nec cura nec utilitate cum *Stephanica* posteriori concertare possit. Cum ait *Tinghyus*, se quæ a *Stephano* edita erant, dedisse integriora & emendatoria, †† adeo est a veritate alienum, ut STEPHANI integratatem soediissimam mendis deformaverit, si hoc sit deformare scilicet, vocabula optimorum auctoritate comprobata omisisse, quæ a STEPHANO rite adducabantur, vel per incuriam male descripsisse, vel commisisse denique ut male describerent opera Typographicæ: Cum ait, quæ desiderari videbantur, doctos explevisse, id ait ubi se magnificissime ostenteret hæc Editio & gloriaret maxime. Sed mirabitur eruditus lector *æxhinæ* hæc nihil esse præter longas & onerosas Antiquitatum Romanarum descriptiones ex *Budæo*, *Manutio*, *Corrado*, *Gyraldo*, *Erasino*, *Rhodigino*, †† Firmico, *Alexandro ab Alexandre*, *Hermolao Barbaro*, ceterisque ad verbum mutuo sumptas: Historias ex *Strabone*, *Eliano*, *Pausania*, *Philostrato*, *Tzeze*, &c. Expositiones quadam & vim vocabulorum in Jure Civili, ad quæ declaranda migrat in *Thesaurum ñavaræ* JCTorum: Rhetorica denique & artificiosa †† nomina ex Dramate, Scholis, &c. petita, verbis seu *narrationibus* potius *Donati*, *Servii* aliorumque explicata. Hæc & similia populum & plebem vanam alllexerunt & alliciunt hodie. Ex *Tinghyi* scilicet magno acervo tollere jucundissimum. Si queratur

trudant. Quod quum accident, idem prorsus mihi, quod patri meo, ROBERTO STEPHANO, id est, idem meis quod ejus laboribus, usu veniet. Quum enim ille Venetiis agens quandam officinam Typographicam ingressus esset, in qua excudebatur ejus Thesaurus Latinæ Linguae, sumpta in manus charta, oculos statim in quadamocabulum conjectit, quod se olim rejicisse, dum opus illud construeret, recordabatur. Miratus ergo suum exemplar afferri ad se jussit, quod sua memoria non omnino fidendum putaret. Ibi certe vocabulum illud non inventit, sed margini adscriptum, ut infereretur, videt. Tunc eum cuius manus adscriptum erat, convenire, & quo id conflito fecisset, interrogat. Hic vero non aliud responderet, quam se non vocabulum hoc solum, sed aliquo alia itidem adscivisse. Quæ quum patri meo offendisset, en ipso esse comperit quæ itidem olim rejecerat. Qua ex re tanto dolore artit, ut continere se non potuerit, quin illum aliquo que ad itandum præclaris hinc divitiis Thesaurum operam suam itidem locarant, Asinos Arcadicos vocaret. H. Steph. Epit. de sua Typographie statu.

risimilius est, bibliopolam, impresso jam operi, nota & familiari luice generi fraude, clarissimum tum apud Italos Nizolii nomen, forte connivente eo, lucri sui causa, falso præfixisse. Quod si Henricus Stephanus Nizolius perfringere voluit, caulfum non invenio, quamobrem nominis ejus pepercerit, cuius aliquo existimationem feripto injurioso lacerare non dubitavit.

†† Verba hæc sunt Lugdunensis typographi in præstatione Tinghyi dedicationi subjecta. Miror autem cur non hanc ipsam præstationem potius Londinensis lectori exhibuerint, in qua saltē de novis accessionibus illius editionis agitur, quam ipsius Tinghyi Dedicationem, quæ præter puerilem declamationculam & excursionem in locum communem de laudibus philosophiae, de opere ipso, ejusque ordinatione ne *æx* quidem continet. Nobis addera non visum est, qui abesse potius hæc atque alia talia cuperemus.

††† Quid Firmicus hic faciat non video. Utinam porro, in Historiæ, Geographicæ & Mythologicis eos, quos hic V. C. memorat alios fontes adiisset! aliunde faraginem illam suam corrasit, ut ex Birri præstatione plenissime cognoscere, audacissimus compilator.

†††† vel potius Artificialia, quæ Græci Technica vocant.

tar aliquis hæc non resecari, illud sperandum, dicinus, non audendum erat. Suis illecebris deliniendus erat & morandus Lector plurimus. Non ex nostro sed plurimorum consilio scribendum erat. Et ne periret aliqua utilitas quam studiosis præstare voluimus, exprimenda erat Lugdunensis Editio, *Delicia Domini* Vulgi. Jacuisset aliter vel omnino penitus ablati suisset omnis ipes *Tresum* recudendi. Ea scilicet Nepotes nostros manet felicitas, ut in Thesauro Latinitatis nihil aliunde arcessitum expetent. Ridebit Sæculum non multo post futurum, si vana non sit spes nostra, *Thesaurum Linguae Latinae* in crassitiem atque fere in consilium *LEXICI UNIVERSALIS* abeunt: Illi, credo, sat erit verba forensia & Juridica ex *Brißonio*, *Catvino*; Historica ex *Glandorpio* & *Dictionariis Historicis C. Stephani vel Nic. Loydii*; Philologiam ex *Martinio*; Philosophica ex *Goclenio*, *Microlo*, & *Chauvinu*; Geographica ex *Ortelio*; Glossas ex *Glossariis*; Mythologica ex *Mythologorum*; Adagia ex *Adagiorum*; Technica ex *Technicorum officinis*; Antiquitates ex *Danetio aut Ptisio*; Propria & patronymica ex iis quibus id negotio potissimum datur; Græca denique vocabula, si Musis placet, non ex Thesauro Linguae Latinae, sed ex *Suida*, quod potius mo-neo, aut *Hesychio* quando opus erit, desumere.

Qui plura de ROBERTO STEPHANO desiderat, præter vitam in *Historia Stephanorum concinnatam*, aeat Ico-nas *Theodori Beza* [a], *Thuanum*, *Teijerium*, *Colomesium* in Gal-lia Orientali, *Gesuerum*, *Scriptores a T. Pope Blount in Cen-tura Auctorum laudatos*, *Morerium* in Lexico, *Henricum* filium de Statu sua Typographiae & in Epistola ad *Paulum* filium *Agellio* 1558. præmissa [b], *Sammarthanum* [c], *Baille-tum*, & *Menagii Anti-Bailleum*, *Jac. Sylvium* Ifagog. in Ling. Gallic. *Paulum Mauuum* ad Epistolas *Ciceronii*, *Joach. Camerar.* in Epistolis p. 468. *Caillium* Histor. Typograph. p. 95. *Job. Prisuu* in præfat. ad Dictionar. Latino-Germanicum, *Corderium* in Colloquiorum præfatione [d], cæ-tersque quos opera foret recensere.

In animo habuit vir de literis optime meritus suum *Thesaurum* ad incudem revocare, ut liquet ex præfatione ejus ad *Calepinum* *Dictionarium*, quod A. 1553. publicavit. Ne cessarent (amici) fesso humeros supponentes ab emendando Latino ejus Thesauro & augendo, Græcis-que dictionibus formisque adjiciendis, ut quam paucis-fima posthac in eo desiderari possint; & in novo Græ-cæ Lingue Thesauro absolvendo [e], in quo eadem que in Latino, ratio observanda erat, ex optimis delectissi-misque Græcorum Grammaticis, Poetis, Rhetoribus, Oratoribus, Historiographis & variarum rerum scripto-ribus."

Quod cum STEPHANO egere *Lug-dunenses* suppressis tantum iplius præfa-tionibus, ubi & auxiliis & consiliis totius ratio appetet, idem pene egit CÆ-LIUS SECUNDUS CURIO suppresso etiam ipso nomine: nisi quod auxerunt illi, hic in frusta minutatim concidit. Negligentia neutquam condonanda, in animo instituere STEPHANUM exscribere, plurimaque interea vocabula summae auctoritatis in medio relinqueret. Non placuit ho-mini delicatulo Inscriptio ceteris usurpata, *Thesaurus* vel *Dictionarium* neque enim videbat qua ratione de lingua Latina præcipientes voce non Latina uti voluerint. "

[a] "Tibi linguam Hebraeam magnopere illustratam, tibi Græcorum characterum summam eleganciam: tibi partim in lucem revocatos, partim felicissime restitutos, tum Græcos tum Latinos scriptores plu-rios: tibi denique infinita quadam industria & inexhaustis laboribus ex omnium Clasicorum Authorum penu depromptum Latina Lingue Thesauro debemus." Verba sunt *Beza*.
 [b] "Fuit tempus cum Avus tuus Rob. Stephanus, Decemviratum quendam literarum domi haberet, eumque ut *nævum* ita etiam *nœvum* nam ut ex omnibus nationibus confutatus, ita etiam omnium linguarum erat. Decem hi partim literati, partim literatissimi viri, quorum quidam correctiori munere fungebantur (iisque preferunt qui Epigrammatem postrem eis Editioni Thefauri præfixerunt) quum si- cut ex diversis oriundi erant gentibus, sic etiam diversum sermonem vernacularum haberent, Lingua Latina tanquam communi interprete in-

† Deest hic vel Non, vel Infinitæ, vel similis vox alia, ut constet sententia. Ceterum merito miretur quispiam, cur omissa sit hic mentio docti-fissime diatribes Theod. Janssonii ab Almeloveen De vita Stephanorum, quæ prodiit Amstelod. 1683, in 8vo.

† Nullus existat hoc titulo hujus autoris liber, sed Turco-Græcia libri

Hæc enim Barbara, illa Græca. Prodiit itaque "THE-SAURUS LINGUÆ LATINAE SIVE FORUM ROMA-NUM, omnium Latini Sermonis Authorum tum verba tum loquendi modos pulcherrime explicans," Basil. Fröben. 1576. fol. 3. Tomi. *Leodegrius Grimaldi*, qui Vocabulorum classes fini subjecit, *Thesaurum* hunc, pro munieris ratione quæcumque in *Frobenni* Typographia typis ex-cuduntur legens atque relegens, nimis certe extollit. "Tot tantasque Latina Linguae divitias (Verba sunt *Grinaldi*) fane sum admiratus: & eo magis quod cum omnia dili-genter considerarem, ita plenum Copiæ Cornu omnibus in locis animadvertebam, ut nihil addi posse nisi supervacaneum videretur." CÆLIUS SECUNDUS CURIO Cyriaci Subalpinæ gentis apud Italos oppido A.C. 1503. natus, ob sinceram Christi doctrinam varias perse-cutiones passus, tandem Basileæ, confudit, ubi Eloquentia nauctus professionem, talem in ea per 22. annos se pre-stitit, ut a remotissimis regionibus illius audiendi gratia plurimi convolarent. Excellit et vivis A. 1569. V. plura apud *Fröber*. Theatr. illustr. virorum, *Balium* & *Hoffmannum*. Operum ejus non paucorum catalogum exhibent *Gesnerus* & *Teijerius*. Vitam quoque expedite recenset *Martinius Crusius* in sua *Turco-Germania*. †

THEODOSIUS TREBELLIUS †† Foro-LINGUÆ LATINAE julienis qui Latinae Linguae Universæ Prom-pturnum ex diversis ac optimis quibusque auto-ribus concinnavit, ad eandem quoque classem compingi me-rito videtur. Sed neque pauxilla illa laudis portiuncula, quæ descriptorem manet, ei relicta est integra. Vide ut lœvum quoque consilium ostendat. Hominis verbis utor, "Continentur hoc volumine, ut in summa dicam, locu-tiones omnes vel latine (male latine) loquendi fornitu-
 "læ quotquot passim apud omnes Romanæ lingue ido-neos autores inveniuntur. Easque ita enucleate traditas
 "comperies, ut hoc uno libro contentus Commentario-
 "rum opera non admodum opus sis habiturus. Ordinem
 "vero neutquam penitendum invenies, qui mirifice te &
 "doctiorem faciat & disquerendi tædio cumprimis levet.
 "Quicquid insuper in Dictionariis, quounque licet no-
 "mine haec tenus editis, quicquid in utraque Thefauri edi-tione, quicquid in Latinae lingue apparatu, Doleto,
 "Valla, Grapaldo, Scopa, Adriano & aliis ejusmodi
 "libris fuit, id totum in hoc uno volumine fideliter con-
 "gestum invenies. Figuras præterea & colores tum gram-maticos tum rhetoricos diligentissime ex Cicerone, *Arijo-tele*, Quintiliano, Rutilio, Prisciano, Rufiniano & aliis
 "doctis viris inferuimus. Epitheta omnia religiose ad utrum ob-servavimus. Addit quod JCtorum formulas haec tenus negleclas
 "vel concise traditas ex Budæo, Alciato, viris sine controversia
 "incomparabili doctrina præditis, summa cum fide transcripsiis,
 "easque quoad fieri potuit, Ciceronis & aliorum auto-
 "ritate munivimus. Antiquum item scribendi morem ex
 "Valerio Probo longe alio ordine tibi præbuiimus."

Hoc ipsum Promptuarium, prodiit enim STEPHANO superflite [f], taxat ROBERTUS ipse, [g] Queriturenimi de iis qui in Germania hunc Latinae Lingue Thesaurum contractum impresserunt, novam Promptuarri inscriptio- nem dantes ei, cum longissima Epistola, in qua Ordo demonstratur quem ipsi adhucuerunt ac fervarunt, imo vero quem ille primus & instituerat & conservarat. Quod

d 2

"tanien

"ter se utebantur." Horum opera usus est maxime ad *Thesaurum* con-cinaandum.

[e] "Inter eos qui de re literaria bene meriti sunt, Roberti Stephanii, Parisiensis Typographi solerissimi, splendidissimi, magna cum pri-mis nec ullo awo peritura laus fuit. vel ex illo amplissimo Latinoru-mis Thesauro, quem omnibus ejus Lingue studiosis plurimo sumptu, plurimo sudore, plurima diligentia deprompti." In Elogijs.

[d] Qui ROBERTO nostro primum doctore ad Evangelii cognitio-nem usus erat. Ex verbis in præfatione.

[e] Nam & hanc operam quoque moliebatur, Henrico filio olim præ-standam. Vide plura apud *Herr. Steph. Epist. de Statu sua Typographiz.*

[f] An. sc. 1545. fol. 2. Voll.

[g] In Praef. ad *Calepin.* 1553.

viii. & Germano-Græcia vi. Anterior fit F.R. editio necesse est. in qua aiunt Calium sine ullo pudore Thesaurum Stephanii descripsisse. Sed in edit. 1576. per Albert. Bureum curatam, Thesaurum Lugdunensem 1573 pene totum esse transfusum, auctorum locis tamem accuratius adnotatis, deprehendi.

†† Ital. *Trebello*.

“ tamen ut dissimularent ipsi, totam s̄epe ordinis ratio-
“ nem immutarunt, in principio saltē operis, dum in
“ digerendis disponendisque vocabulis ea collocant in fine
“ quā in principio & medio posita fuerant, & in medio
“ quā postremum ante locum occupabant.” THEODO-
“ SIUS noster natione Italus, patria Forojulensis scriptis
“ præterea Orationem de illustrissima Bafileensi Academia
“ instauranda, impressam Basili. apud Froben. †

DOLETUS. STEPHANI DOLETI Galli, Aurelii, Typo-
graphi eruditii Commentarios hic idcirco adjici
voluimus, potius quia inter STEPHANI plagiarios [c] referendus sit, quam quod justi Lexici opus procuderit.
DOLETUS noster annos natus 16, eo auctore utor, Lutetiae Parisiorum positis Grammaticæ rudimentis, in Cicerone lectione multum versatus, & loquendi modos atten-
tius observans hos Commentarios coepit confidere, in quibus vocabulorum a Cicerone usurpatorum vim tum privatam & propriam, tum in constructione usum & elegantiam, Budæum maxime in Commentariis Græcis, in animo atque in oculo habens, tumultuorio & quasi defultorio more complectitur [d]. Creverunt hi cum ætate, & veritus ille
ne, si rem extraheret, gravioribus pothac commentatio-
nibus deditum eum ad humiliora referri pigeret, edendos vigente adhuc ætate curavit, annos sc. 26 natus, prima quidem adolescentia cœptos, sed repetita diligentia de integro fere confectos atque absolutos. Tres Tomos medi-
tabatur quorum primus Budæ inscriptus prodiit 1535, fol. Lugd. apud Seb. Gryphium, in quo de verborum & nominum significatione usque dicuntur; demonstrata scilicet uniuscujusque vocis significatione tum propria tum translata, deinde varietate ulūs distincta, postremo exemplis cumulatis. Secundus Franciscus Valeio Galliarum Regi literatorum Patrono optimo atque eidem insuper Budæ inscriptus, inchoatum nonum & verborum expositionem persequitur, itemque de particulis indeclinabilibus ad extreum agit. Prodiit ibidem apud eundem 1538. Tertium intercepit temporum injuria, in quo raros quosdam eosque elegantiores loquendi modos ex scriptoribus Latinis erutos collectosque declarare, & L. L. phrasin atque numeros orationis arte brevi perstringere voluit. Quo minus ad exitum sua incepta perducere potuit, fortunæ acerbitate factum. Nam vivicombori miser ob religionem combultus est Lutetiae, August. 3to 1546. de quo sic egregie Adeodatus Schæf. Vezalii [i. e. Theodorus Beza,]

Ardentem medio rogo Doletum
Cernens Aonidum chorus Sororum
Chorus ille diu chorus Doleti:
Totus ingenuit, nec ulla proflus
E Sororibus est reperta cunctis
Naias nulla, Driasue Nereiue,
Quæ non vel lacrymis suis vel hanse
Fontis Pegasi studeat unda
Crudeles adeo domare flammas.
Et iam totus erat sepultus ignis;
Jani largo madidus Doletus imbre
Exemptus poterat neci videri,
Quum calo intonuit severus alto
Divorum Pater & velut peragre
Hoc tantum studium ferens Sororum
At cessate, ait, & novum Colorum
Ne diutius invideat calo.
Calum sic meus Hercules petivit.

V. Konig. Balleatum, Bælium, Caillæum in Historia Typogra-

[c] “ A Plaggi crimen non absolvendus, licet ipsem adhuc illud sibi a Carolo Stephano objectum diluere omni studio fit anniis, qua de re legi potest Thomasius de plago literario, §. 409. 412. Nempe nimium subito creverunt in molem Latinae Lingue Commentarii, qui ante Thesaurum Robert. Stephani & Nizolii magnitudine Laur. Valla Elegantiæ non superabant; frustraque exscribendi licentiam Lexicographis concessam Doletus pratendit, qui Barthol. Riccio insuper atque Lazarus Bayro eum in modum turpiter abusus est, nunquam eos nominans nisi ubi castigat.” Morhof. Polyhist. lib. 4. cap. 9. §. 11.
[d] Doleti admittio de secundi Tomi ordine. “ Horum Commentariorum id meum primum institutum fuit, ut autor essem novi Dictio-

† Testibus Lycosthene & Simlero Gesneri epitomatoribus. Ipsius opera quid revera Stephano acceperit candide vereque declaratum est in præfatione Birii.

phiæ, Gesnerum, cæterosque. Exstant nonnulla ejus Poemata in Deliciis Poetarum Gallorum, Tom. i. Fertur morti vicinus plebem adstantem & lachrymis nadentem ita allocutus:

Non dolet ipse DOLET, sed pia Turba dolet.

Ex STEPHANO quoque excerptit
WENDELINUS, & suam Medullam Latinitati M ARCUS FRID.
FRISIUS.

WENDELINUS: de quo plura apud Morhof. l. proxime citato. Neque enim in Lexicographorum classem jure est digerendus. Multum quoque Nostro debet JOANNES FRISIUS Tigurinus. Nam præter Dictionarium ROBERTI STEPHANI Epitomen Latino-Gallici ab eodem ROB. STEPHANO excusam, ubi voces nudæ locutionibus omisis in puerorum utilitatem continentur interpretatione Germanica auctæ, Dictionarium etiam Latino - Germanicum locupletissimum conscripsit, quod a Freschero Tigurino Typographo plus decies excusum est in Folio. Postremæ Editioni acceperunt prænomina Romana, & rei numeraria, mensuraria & ponderum vocabula. Ingenue FRISIUS qui † lectorum præfatus non sibi sed STEPHANO gratias deberi ostendit, & post plurima in laudem viri de literis meritissimi dicta, deque † ejusque in Lexicis condendis incredibili opera sumpta, hæc subjungit; “ Hæc de Authoris laude præfari libuit. Supereat ut breviter demonstremus quantum & nos laboris in hoc Lexico, sive, ut vulgo appellatur, Dictionario contulerimus: nobis enim in hoc opere, quod modo vobis studiosissimi adolescentes exhibemus, omnino nihil nisi Germanicam versionem, veram tam illam, & quæ ad nostræ linguae idioma quam proxime accedat, adscribimus atque attribuimus”. Eruditus Lector non in FRISIUS quæret STEPHANI Thesaurum ipsum, sed eum quem ipse STEPHANUS in compendium redegit & Dictionarium Latino - Gallicum appellavit; a quo profecto ne latum quidem unguem abscedere existimo FRISIUM, Gallica colummodo interpretatione in Germanicam commutata. Neque latius fere abscedit Lexicou Trilingue, quod ex Thesauro ROBERTI STEPHANI & Dictionario JOANNIS FRISII summa fide colligitur. Vix enim temel a FRISII labore discrepat, nisi quod Germanice Graeca adjecta sit interpretatio. Prodiit cum præfatione Joannis Sturmii Argentorati, excudente Theodosio Richelio 1587. fol. Errat ergo Morhofius qui Lexicon Trilingue ex Foro Romano natum esse voluit, cum, ut inspectando accepimus, ita ordinanda erat Prosapia; Thesaurus minutatim concisus cum interpretatione Gallica extulit R. STEPHANI Dictionarium Latino - Gallicum: Galliam Germaniam mutavit FRISIUS, cui deinde Græciam adjectit sive Sturmius, sive quisquam alius.

FUNGERUS. DECIMATOR.
DASYPODIUS. KOENIGIUS.
MARTINIUS. SUSANNAUS.
PLANTINUS. NORWEGUS.
CORENIUS. DANETIUS.
FRIGIUS. LAURENTIUS.
MANCINELLUS. MORELLUS.
JUNIUS. BRECHERUS.
VOSSIUS. GAUDINUS.
CONSTANTINUS.

ELLIOTA. DE SACRA QUESCU.
COOPERUS. THOMASIUS.
GOULDMANUS. LITTLETONUS.
&c. &c. &c.

Officina Latinitatis.
De SACRA QUESCU.
THOMASIUS.
LITTLETONUS.

privatos usus derivandum,

atque ad eam speciem quam

uniusquisque sibi profitandam

suscipit. Hos igitur nomi-

nare

niorum consribendorum ordinis, quem nec Græcus quisquam nec Latinus sibi vindicare posset. Qui ordo est, ut non seriem alphabeticam sequanur, quod vulgus Grammaticorum facit, sed res rebus attexamus, & dictiones significatione cognatas inter se copulemus. In quo non solum dictiōnum ipsarum significaciones potes comprehendere, sed rerum etiam naturam & quandam humanarum actionum expressam imaginem efficiuntque simulachrum contemplari. Quod si tibi vis declarari familiari, fac tibi oculos ponas nostrum in rei Bellicæ, Navalis, Rusticae, Cælestis, Partium corporis humani vocibus explicandis ordinem.” qui deinde mox subjungitur.

† Supple Ad.

†† Foite Ejusdem.

nare erit exspectationi omnium occurrere. Neque hos solos nomino, quasi totidem non essent, si res ita ferret, nominandi ultra. Non enim Bibliothecam Lexicographorum adornamus, sed præcipuos perstringimus. Sed de horum quoque nonnullis nonnulla licet paucissima.

In Etymologicis totus desudat JOANNES FUNGERUS FRISIUS, M. MARTINIUS, de quo nihil nisi præclarissimum jubeo, J. NORWEGUS HESSUS, & JOANNES GERARDUS VOSSIUS.

Desiderata cæterorum egregie supplevit ROB. CONSTANTINUS, vocesque abstrusiores in lucem protraxit opere & labore prædicando. Qualem operam quoque præstit Josephus LAURENTIUS Licensis in *Amalthea sua Onomastica*, Luca 1640. 4to. & Lugd. 1664. fol. in qua Voces universæ abstrusiores, Sacrae, Profanae, Antiquæ, Antiquitatem, Usurpatæ, Usurpandæ occurunt cum Italica Interpretatione.

G. MATTHIAS KOENIGIUS multa in suo *Gazophylacium Latinum* congregavit, quæ frustra in operofissimis aliis Lexicis queruntur.

In vulgarem & quotidiam usuram sunt expedita & ad Discipulorum Cathedras ut plurimum idcirco relegata, quæ suis Germanis scripsit PETRUS DASYPODIUS Conradi p̄nā Pater, quæ Galli MORELLUS, GAUDINUS & DANETIUS [a]; & quæ Nofratribus GOULDMANUS, THOMASII, LITTLETONUS cæteraque quam plurimi.

In Nomenclatorum classem redigendi sunt HADRIANUS JUNIUS, JOH. JOACH. BECCHERUS, & J. A. COMENIUS in *Lexico Atriali*, & Janua Linguarum.

Has literas primus apud nos professus est THOMAS ELLIOTA armata militiæ auratus Eques, in Sudovolciæ Comitatu honestissimo loco natus. De quo vide *Lelandum in Encomiis, Balænum, Antonium Wood*, alioisque. Clariuit A. 1540. regi HENRICO a familiaritate & splendidis ministeriis. Prodiit ejus Dictionarium Latino-Angl. Lond. 1541. fol. mox tamen sc. A. 1552. iterata vice a THOMA COOPERIO Oxoniensi, atque Scholæ Magdalenenensis ibidem Informatore, 33000 circiter vocibus adactum. Sed adhuc pro Sæculi infelicitate multis ineptiis & foediissimi monstrosi scatabant opus, ut exspectare par erat. Idem deinde COOPERUS, propter labores feliciter exantatos ab optima Regina ELIZABETHA bonarum artium nutrice ad Episcopatum Wintonensem electus, (In tanto enim homine remunerando eumque bonis officiis cumulando sibi ipsi se nunquam satisfecisse palam prædicavit Regina munificentissima) proprio tandem Marte Thesaurum molitur. Prodiit Londini 1584. fol. sc. "Thefaurus Linguæ Romanæ & Britannicæ tam accurate congestus ut nihil pene in eo desiderari possit, quod vel Latine complectatur amplissimum STEPHANI Thesaurus, vel Anglice toties aucta Eliotæ Bibliotheca, opera & industria THOMÆ COOPERI, Magdalenenfis." Quid exspectandum sit ab hoc Thesauro, discet lector ex verbis Auctoris: "Hic non solum cujusvis vocabuli vernaculari interpretationem variam & copiosam reperient, sed & etiam ex amplissimo ROBERTI STEPHANI Thesauro commodissime congregatas locutionum formulas, quibus ejusdem apud probatos authores usus, quantumvis multiplex, indicatur. Ex iisdem etiam subscri-

" ptis locutionum exemplis intelligent, cujusmodi in il-
" lustribus scriptoribus adjuncta sint nominibus Epitheta,
" quæ verbis eleganter adverbia connectantur, quæ in-
" terdum Antitheta & contraria, quæ nomina quibus ver-
" bis, quæ item verba quibus nominibus apte cohærent.
" Genera verborum & nominum, inflexionem, accen-
" tum, derivationem nulquam pene prætermisi, ut illo-
" rum etiam consulerem industræ, quibus deest vivæ
" vocis institutio. Adscripta sunt ubique Authorum no-
" mina, ut non obſcurum effe possit, quid cuique debeat
" tur. Hinc etiam vel exiguo negotio depromant sibi
" non contemnendum apparatum verborum & locutio-
" num, sive de re aliqua dicendum sit, sive scribendum.
" Accedunt & ista non exigua commoda, quod hic La-
" tini Sermonis elegantiam & concinnitatem obſervent,
" quod ejusdem cum nostro idiomate confensionem intel-
" ligant, quod in suis scriptis ad optimorum authorum
" imitationem se facilis componant." Utilissimam sane
operam utique præstítit Præful doctissimus, Vir eruditio-
ne, moribus, omni laude major. Nondum enim defivit
esse vel in pretio vel in usu. Attamen præter quod Au-
ctores raptim citentur, nullo indicato loco quem conſulamus, eadem inopia, quæ cæteros ejus ætatis Lexicogra-
phos, premit quoque nostrum. Nondum prodierant aliquot Auctores optimæ notæ, scriptoresque Philologici qui plurimum ad hæc studia conferre poterant. Plurima item barbara irreprefere, sed, ne ullam laudem tanti viri
omittamus, de his cavere debet Lector in limine operis his
verbis admonitus: "Omnis dictio quæ ex Clasificis &
" probatis authoribus depromitur, habet authoris nomen
" ascriptum. Quod siqua non habuerit, eam scito vel
" Grecam esse, needum in satis probatum usum Latini
" Sermonis pertractam, vel ejusmodi Latinam quæ in lau-
" datis Scriptoribus non reperiatur." Propria locorum
& personarum vocabula separari a cæteris jussit, ubi quandoque gravissime hallucinatur. De eo Scriptor celeberrimus [b], alienæ laudis non nimium Studioius: "Multæ
" de illo viro habeo, quæ non sine injuria videntur re-
" ticeri posse, nam profecto suit & muneris sui & erudi-
" tionis jure reverendus: industriae specimen reliquit in-
" gens illud Dictionarium, cui operi uti famam suam
" apud posteros, ita sui sæculi laudes simul & promoto-
" tionem suam præcipue debet. Fundamentum iustus ope-
" ris e Thomæ Ellioti Militis Dictionario, sicut & ipſa
" materia & verborum & phraseon copia e R. Stephani
" Thesauro & Johannis Frisiis Lexico Latino-Teutonicō
" defumpta sunt." De his Lexicographis dicitur quod
" Calepino ELLIOTA, tunc temporis inclareſcenti, FRISIO
" [c], vel, quod perinde est, STEPHANO totum debeat
COOPERUS. Hos sequitur infinita Turba Lexicorum La-
" tino-Anglicorum. Dictionarium THOMÆ THOMASII
" [d], quod ad summam fere maturitatem perducum est a
" Philemone Holland. JOANNES RIDERUS Præfui apud Hi-
" bernos non utique negligendus, qui sibi id negotio dedit,
ut præstantiorum labores in compendium quasi redigeret.
THOMAS HOLYOAKE sive DE SACRA QUERCU, ut
Latine reddi potest atque ab ipso redditur. FRANCIS-
" CIUS GOULDMANUS [e] qui profitetur se THOMASII,
RIDERUM, & HOLYOAKUM complecti. ADAMUS
e LITT-

[a] PETRUS DANETIUS Abbas S. Nicolai Virdunensis, Ludovico X. Viro immortali, bonas artes revocante, *Magnum suum Dictionarium ad usum Serenissimi Delphini collegit atque Gallico Idiomate reddidit*. Parif. 1691. ato. & ſapius. Placuit nimur ornatissimo Montauro, cuius aufpticis Regia Juventus instituiebat, ut Latina Lingua Scriptores quos expoliri atque edi curavat ad studia Principis promovenda, pari etiam paſti ſe-
queretur Latina Lingua Dictionarium. Haud immerito in hac parte literarum DANSTIUM ceteris fere omnibus præferunt Eruditi: uti Lexicon, quod Auctore innotinomato vocatur OFFICINA LATINITATIS, Latino-Gallicum, vicifim ad ultima detruit. Vide in hoc opus Stricturas cuiujdam præmissas DANETIUS LEXICO.

[b] Antonius Wood in Historia Oxon.

[c] Quid scripit FRISIUS Teutonicae, Anglice tantum interpretatus est COOPERUS. Ita fere pronuntiavit de eo T. de SACRA QUERCU.

[d] THOMAS THOMASII inclitæ Academæ Cantabrigiensis Typographus & Legati in eo munere Decesfor. Coll. Regalis ibidem olim Alumnus. EX Hatcheri Catal. MS. Electus unus ex tribus librorum Impres-
foribus, 11. Feb. 1585. Registr. Acad. Cant. Obiit Uxoratus, & humatus

eft in Ecclesia S. Mariae majoris Cantab. Aug. 9. 1585. Hatcheri ut supra, & Regilr. S. Mariae Lexicon hoc inta 8. annorum spatium quinque prodiit, ad vicem 14tam deinde pervenit, adeo ut a viro in hisce literis præclarissimum olim judicabatur nulli Lexico, vel numero verborum, ac-
curata interpretatione, phrasiumque delectu cedere posse.

[e] FRANCISCUS GOULDMAN Collegii Christi apud Cantab. Alumnus. Obiit Anno 1639. Rector de South Okenden Com. Essex, cui præ-
fuit ab Anno 1634. Præter cæteros labores quos infumpit non mediocres, Criticos Sacros 9. Vol. fol. una cum Job. & Ric. Pearson & Antonio Scattergood edidit curavit in Theologia Criticæ & Eruditæ magnum incrementum. In Lexico condendo debui nonnulli Thes-
aurus Pearsonis Aul. Pembrochiana Socio. Prodiit ſepuis ingenti accessione
locupletatum cura G. Robertsoni (viri in Hebraicis clarissimi) & ejus-
dem A. Scattergood. Vide Workeingroni Epist. 22. "D. Gouldmano
qui mihi proxime prævit (ſiquid ego novi hominem, dubium ma-
gisne probum an eruditum fensem, antiqua fide & moribus, atque
rūn temporis, cum id negotio in ſe recipere Regiatum partium
reum) &c." A. LITTLETON. præfatio.

LITTLETONUS [a] S. T. P. Ecclesie Westmonasteriensis Canonicus. Et instar omnium, utpote qui omnes præcedentes complectitur, Auctor *Lingua Romana Dictionarii Luculentii Novi*: sive, ut vulgo dicitur, *Dictionarii Cantabrigiensis*, ibi sc. excusi 1693. 4to. Nulli, quod sciam, Lexico hodierno numero vocabulorum, vel si molem species, utilitate ipsa cedunt nostrorum hominum labores. Quæ unicuique Literæ præmisit LITTLETONUS & deinde *Dictionarium Cantabrigiense*, de natura, potestate, & qualitate Elementi sunt ex ipsis philologiae adytis petita & lectu cum jucunda tum necessaria. Cantabrigiensis Lexici Auctor gloriatur se ad hoc opus adjutum fuisse cursus MSS. Cl. Miltoni, quamquam aliunde didicimus Edu. Phillips Miltoni ex Sorore Nepotem, quod magis credibile est, Avunculi boro applicuisse ad consarcinandum *Speculum Linguae Latinae* quod ejus cura prodidit 1684.

Dum hæc commentabar, mihi in manus incidit J. Georgii Walchii Historia Critica Latinæ Lingue Lipl. sumptu Jo. Friderici Gleditschii, B. filii 1729. 8vo. quem, quia caput quintum Lexicis Latinis destinavit, omnino nobis eadem profitentibus non negligendum esse duxi. Legi nec vehementer mihi dolendum arbitrabar quod in manus non jampridem venerat. *Avisognias* & *Temeritatis* specimen adnectam ex iis quæ habet ad nostrum STEPHANUM spectantia. Unde fortasse neque sibi dolendum arbitrabitur lector eruditus.

“ ROBERTUS STEPHANUS qui edidit *Dictionarium seu Latinæ Lingue Thesaurum*, non singulas modo dictiones continentem, sed integras quoque Latine & loquendi & scribendi formulas ex Catone, Cicerone, Plinio avunculo, Terentio, Varrone, Licio, Plinio secundo, Virgilio, Cæsare, Columella, Plauto, Martiale, cum Latina [b] tum Grammaticorum tum varii generis scriptorum interpretatione. Prodiit opus hoc Parisi. [c] 1536. duobus voluminibus. Filius [d] Henricus patre dignissimus auxit id ingenti acfione atque emendavit. Ita ornatum in lucem editum suit 1542. item Lugd. 1573. quæ Editio est optima [e]. Basili. Froben. 1576 [f]. Verè de opere hoc [g] judicat Olaus Borrichius Append. de Lexic. Latinis p. 43. quum ait, *in hoc tomen tam pulcro corpore, ut nec deesse creditur suas maculas soli, nævi quidam latent, nec it parum deformes, qui quo paucioribus haerentur vel observati sunt, vel pullice attacti, hoc mihi erunt studiosius liberiusque in gratiam titronum nominandi, excutiendi. Et quidem principio dum auctores res quibus totum adiunctione innituntur, forsitan non optime in perfectos tribuit, inelegantibus & imperfectis sed proficiuntibus Plautum & Terentium improvide adiunnerat; perfectis & elegantissimis Farronem, Salustium, & Catullum; imperfectis autem & deficientibus Columellam, Lucanum, Senecam, Tacitum, Plinium utrumque, Curtium, Quintilianum. Secundo, infinita definit ad accuratam & absolutam latinæ linguae cognitionem necessaria. Enimvero certum est, alios auctores latinos vivo adhuc Stephano publicatos, vel ab ipso perfundiorie tantum excusos, vel ne tentatos quidem, ahius ex quo vivere desit in lucem prodiisse. aut plane novos aut longe emendatores antiquioresque. Et*

[a] LITTLETONUS claris natalibus ortus apud Westcot in agro Vigorniensis. Vide A. Wood Athenas Oxonienses ad Annū 1694. quo moritur LITTLETONUS.

[b] Imo Gallica si vel hisce oculis vel STEPHANO ipsi fides.

[c] Credibile est ergo de Editione principe 1531. eum ne fando quidem audivisse.

[d] Nihil minus. Henricus Stephanus anno natus 1528. parum conferre potuisse videtur ad Thesaurum proditorum Anno 1542. Neque in ipsis monumentis ulla vel minima fides de ea re reperitur. Videtur quidem post obitum patris voluisse Thesaurum ejus ad incudem revocare, ut monimus supra ex ipsis præfatione ad Gracianum Thesaurum. Est & alibi ubi suum de ea re aperit consilium. “Elaborata a pare & edita opera, quorum editiones cupio renovare, sunt hæc duo potissimum, *Thesaurus Lingua Latinae & Dictionarium Latino-Græco-Gallicum*.” Epitola de sua Typographia statu.

[e] Non optima sed longe aia, si fides sit adhibenda iis quæ diximus ad Annū quo prodiit Editio Lugdunensis.

[f] Editio Frobeniana sc. Forum Romanum non magis est STEPHANI quam Promptuarium.

[g] Quæ habet Borrichius non spectant STEPHANI Thesaurum, sed Forum Romanum, cuius Auctor inelegantibus & imperfectis Plautum & Terentium annumerat, &c. Non STEPHANUS, sed omnia longe aliter.

[h] “Sedulo incubui, ut Thesaurum Juventutis, ac tum discentibus

“ quibusdam interjectis, Non multis urgebo quod apud Marriangelum Græppus, varia in Editionibus quibus usus est Robertus Stephanus oppido esse mendoza, capitalis tamen pestis, adjectiva pro sebstantiæ adverbique non raro obrudi, derivata suis primiuis vis non attensi, nec simplicibus composta; sed id solum adjiciam, auctorum sententias, phrasisque præstertim dubia significationis ratione explicari, proinde ambiguum allegatorum sensum variis interpretationibus patere, ino lectorum in suspenso relinqsi, unde variis lapsis & fluctuationes. Caspar Scioppius Consultation. II. p. 53. dicit, *Hoc Lexicon omnium est optimum et si nec paucis nec levibus erroribus vacuum*. In conficiendo hoc opere Stephanus spatum duodecim annorum consumit, quamvis aliorum, quos negotiis hujus causa sumtu suo aluit, opera adjutus, quorum negligentia aut infictia facile multa vitiosa nec satis emendata locum invenire potuerant.

FABER. Lexicorum Latinorum a Perotto ad nostra tempora perpetuo tenore & successione vere παραπαραδίδω deductorum ea est facies, ea fortuna. Neque extra eos limites quos sibi descripserant primi Colonii, divagari fe passi sunt Nepotes. Sed ecce exortus est BASILIUS FABER Soranus suam quoque familiam ducens, novæque quasi Scholæ conditor. Nam quanquam ea lima hodie perpolitur eaque cura præstantissimorum virorum mactetur ut optimi Lexici vice fungi queat, non tamen Dictionarium, ut dicitur, in animo habuit conscribere FABER noster [b]. Voluit Lingua Latinam non pueriliter interpretari, sed *Critice exponere*, vocabulorum proprietatem subtiliter & quasi philosophice excutere, linguam ad originem usque investigare atque ejus quasi historiam contexere, vices deprehendere, rationemque quam vel cum se ipsa, vel cum finitimiis linguis exerceat, complecti, proindeque Orthographiæ, Philologiæ, totiusque demum Criticæ quam latiflime pateat, Thesauros conradere. Nil ergo quod Erudita Antiquitas in se complexa est vel memorabile vel singulare hominem tam probe exercitatum fugere debuit; Officia, Ministeria, Artes, Ritus, Calculos, Philosophiam, Cultus, unde vel scribendi vel loquendi ratio affici potuisse, ob oculos posuit, & præterea, quod tamen condonasse malui, sententias eruditas, adagia, apophthegmata, exempla, historias, physica etiam boniella & moralia, adduxit, quæ in examine discentibus proponi & inculcari vocabulorum occasione potuerunt. Scripsit denique non Pueris, sed Confirmatis, sed Adultis [i].

His ominibus prodiit prima vice *Thesaurus Eruditiorum Scholasticæ*, sive ratio docendi ac discendi facili, plana, & comprehendens prorsus via, ex optimis quibusque autoribus Græci & Latinis: & supplex instructissima verborum, locutionum, rerum, sententiarum, exemplorum, eorumque omnium quæ tum docentibus tum discentibus adminicculo utilissimo esse, atque ad eruditorem negotio faciliter & expedito comparandam facere possunt, cum adjuncta in plurimis locis interpretatione Germanica; Ita omnia de industria collecta atque accommodata, ut & locos communes vocum rerumque multi-

“ tum docentibus exhiberem, non obtruderem *Dictionarium*, qui ne Latinus quidem, ut si vulgatus, titulus est, hoc est, ut non occuperet enumerandis usitato modo, juxta ordinem elementorum, vocabulis tantum, sed ostenderem etiam quid in unaquaque voce proprietatis est atque elegantia, ac quomodo perspicci usus ejus negotio facillimum posset: Quomodo item voces aliae cum aliis conjungi, ac locutiones certas & sententias Latinas & perspicuas præstare possent. Ac quia sterile & jejunum nimium & hoc ipsum est, adjunxi ex Autoribus Græci & Latinis, si non omnibus, tamen plurimis, quicquid in iis deprehendi eruditum, elegans, egregius, argutum, lepidum.” Ex Prolegom. BAS. FABRI. Et mox, “Si quis arbitrabitur Thesaurum hunc nostrum in hoc conscriptum esse utocabularij aut Dictionarii, quemadmodum vocant, loco quis eo utatur, nec prius ad eum configurari quam de vocabuli alicuius significatione dubitet, ac interpretationem ejus petere ex eo instituat, tota aberbit via. Non enim ut Dictionarium tantum est, conscriptissimum, sed ut uberrimum copiam & instructissimum apparatus locutionum latinarum, rerum ac sententiarum contineret, ac quasi in foro quodam, ut conspicui ab omnibus posset, explicaret atque ostentaret.” [i] “Illa omnia que ad studium Grammaticæ pertinent, adferri cupio ex Scholis ad hunc nostrum Thesaurum, cuius lectio grammaticis illis praceptis nondum sat recte imbutis predeesse vix poterit.” FABER ipse l. c.

multiplicissim locupletissimos præstare possint. Lips. 1571. fol. † [a] Floruit noster seculo 16to, natione Germanus, patria Soranus. Per totos annos 40 † a prima adolescentia ad senectam usque, ætatem omnem docendis alii cum voce tum scriptis consumpsit. In publicum edidit plurimas lucubrations, quibus veteribus Lingue Latinae Auctoriis lucem addidit, ex Terentio sc. & Cicerone Excerpta, cum interpretatione locorum aliquot obscurorum in utroque Auctore, Lipsiae. Verit in lingua Germanica Lutheri commentarios in Genesim: Item Saxoniam Crantz, Lips. 1563. Denato FABRO prodidi Thesaurus cura Filiorum Philippi & M. Christopheri Fabri 1587. fol. Qui [b] huic exponendo, illustrando, augendoque poeta manus admovere, erant PAULUS FRANCUS, AUGUSTUS BUCHNERUS, JACOBUS THOMASIUS, CHRISTOPHORUS CELLARIUS, ANDR. STUBELIUS, CHR. FALSTERUS, & postremus omnium GESNERUS ē πάντα. Certatim omnes eaque pene animi contentione qua ad Calepium locupletandum eorum Majores advolunt, sed diffari plane successu. Primus, ut admonui, erat P. FRANCUS Bescoviensis Professor Viadrinus, qui A. 1622. Spicilegium suum addidit & FABRUM nonnihil auctiorem reddidit. Proxime sequitur illustrissimus pene omnium AUGUSTUS BUCHNERUS, qui Thesauro addidit & suas locupletationes & famam haud exiguum. Cujus curis graviter adiunctus prodiit Vitemb. fæpius. In BUCHNERI laboribus nihil erat querendum, nisi quod aliquid posterioribus reliquit supplendum. Nonnihil in hac parte satisfecit Bibliopolia honestus qui BUCHNERI vita functi lucubrations novas ære redemit, & cum Symbolis M. JACOB. THOMASII, M. JOH. GOTHOFREDI HERRICHEN & JOH. VORSTII Viri Celeberrimi denuo recudit 1672. Lips. fol. His supervenit CHRISTOPHORUS CELLARIUS, Vir nostro præconio major, & in his literis exercitatiissimus: cui hæc demandata erat opera ut FABRUM ab innumeris mendis vindicaret, cum id aliquantulum neglexit BUCHNERUS in suis additamentis inferendis magis occupatus. Novem igitur mensibus in ea palestra infusptis, prodidit CELLARIUS industria pene singulari A. 1686. & rursus 1691. 1696. & 1700. Post CELLARIUM manus admovit ANDREAS STUBELIUS: qui præter accessionem vocum 7000, addiderat quæ ad marginem sui libri (in Bibliothecam Ser. Elect. Palat. cum aliis post fata Auctoris migrantis) adleverat vir præstantissimus J. GEORG. GRÆVIUS: qui neque in hoc literarum laude studiosos demererit destitut: item Arusiani Messi primi ordinis V.C. CR. Comitis Exempla locutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicero per literas digesta. Prodiit in publicum usum A. 1710. fol. & rursus A. 1717. [c] adjunctis symbolis JOACH. JURGENII & incredibili auctario vocum pene 20000. Prodiit denique Thesaurus Eruditio Scholastica omnium usus & disciplinis omnibus accommodatus, post Celeberrimorum virorum Buchneri, Cellarii, Grævii operas & adnotaciones, & multiplices Andrea Stubelii curas, recensitus, emendatus, & locupletatus a JO.

MATTHIA GESNERO; Lips. 1726. fol. †† qui opus adhuc quod hodie conspicimus culmen feliciter produxit, & omnina quæ ab eruditissimo Lexicographo reique Critice peritiissimo expectari poterant, optime & fideliter præstitit. Quale id sit, vide præter præfationem Auctoris, *J. Chr. Coleri Antholog. tom. 1. fascic. 3. p. 172.* & *Walchium* nuper allatum, qui in Thesauro FABRI plus describendo præsttit quam in cæteris omnibus. Hunc igitur Thesaurum pace Borrichii *Foro Romano*, Boecleri *Ludovico Lucio* audax antepono, usu, eruditione, curaque cæteris pene omnibus Lexicis longe commendationem, in paucis tamen emendari adhuc desiderante. Nam dum Primitivis Derivationi, Simplicibus Composita adtexuit, quod minime laudo, ad eam necessitatem detruditur, ut voces aliquando obfletas, aliquando Græcas, aliquando pene pro ingenio fitas pro generis & familie capite sistat. Lectorem inde per incuriam aliquando ad plures radices amandat de una voce quæsturum: aliquando destituit & deserit in totum. Loca auctorum non ea cura aut fide perpetuo qua par erat adducta, ceteraque itiusmodi minutias, pro tantis meritis facile condonamus. Prodiit quoque Epitome Thesauri FABRI Lips. 1594. & Heidelberg. 1608.

Editio STEPH. Ut tandem ad operam nostram atque ad Thesauri Londinensis hujusc Editionis methodum & rationem si 1735. deveniamus, scire avebit Lector eruditus quid tantum post molimina Car. [d] & Hen. Stephani, *Miltoni*, *Balioensem*, *Kuferi* denique, cæterorumque qui animum ad hanc ipsiflammam profetherent adverterunt, (quorum tamen fere omnium labores intercepit vel fatum immaturum, vel injuria temporis) & nos ipsi præstimus, & præstissime ab aliis voluimus intelligi. Hæc non esse sigillatim & minute describenda, cum ea unusquisque lector pene suo jure in tali re præcipere videatur, & quasi nobis præscripsiæ, in initio, monuimus. Pauca tamen sunt, quæ paucis declarabimus.

Lexicographorum Gente, ut vidimus, in duas quasi familias divisæ, quarum una STEPHANUM, FABRUM altera auctorem habet, primum omnium id nobis visum est commodissimum, siqua ratione aut arte id poterat fieri, ut essent in nostro Thesauro hæc duo consilia communione quadam inter se conjuncta. Ea mente erant operæ, quas in Fabro reformando infumperunt Viri præstantissimi, nobis conferende atque digerendæ. Contulimus & digestimus. Dolendum erat, commoditates quas vel hinc vel inde capere potuissimus, nulla necessitate distrahi & discerpi. Concludendi itaque erant & conglutinandi hominum labores literarum necessitudine antea conjunctissimi. Deinde præter cultas observationes criticoque homine dignas quæ in Fabro spectantur, in STEPHANO adhuc deliberaabantur, necesse erat novas subinde exoriri vel voces vel vocum interpretationes, quas partim suppeditavit Auctorum lectio [e] STEPHANI ætate in Bibliothecarum latibris delitescentium, partim introduxit sequioris avi artebitrum

e 2

bitrum

[a] Multum ad hoc opus contulit FABRI sobrinus Michael Neander Soranus trium linguarum cognitione clarus, qui scholam Ilfeldensem in fauibus sylva Hercinia per 40 annos rexit de Christiana juventute optimo meritus. Ejus opera, plurima sane & præstantissima recenset Teissierius.

[b]

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

bitrium & ea [a] norma loquendi, quam cæteri omnes Lexicographi neque omnino non adtingit, neque se tamen pertractasse videntur. Quod ad Orthographiam attinet, eumque Latinæ linguæ genium, qui in stamine ipso & in partibus, ut aiunt, *constitutivis* cernitur, uniuscujusque elementi naturam, habitus, relationes, veramque proprietatem descripsimus; qua in re nobis facem prætulere præter *Capellas*, *Lippos*, *Scaligeros*, cæterosque Grammaticos tum Antiquos tum Recentiores, eruditæ commentationes singulis literis in *Fabri* Thesauro & in nonnullis Lexicis Latino-Anglicis præmissæ. Literarum Note quæ præcorum Romanorum nomina, officia, dignitates in vetutis monumentis designabant, a Cl. *Sertorio Ursato* diligenter collectæ & alphabeticæ dispositæ non erant negligenda, præsertim cum tam levi opera Romanæ eruditio studioflos feliciter demereret potuimus. ¶ Publicarum Formularum solennitatem eorumque vocabulorum explanationem quæ Romanæ Antiquitatis notitiam in se complectuntur, nuper præter cæteros *Sam.* *Pitiscus* incredibili labore congeft & literis consignavit; tradidit illustrissimus Dom. *Ez. Spanheimus* in opere pererudit, de usu & præstantia Numismatum; collegerunt viri laboriosissimi Romanarum Antiquitatum confarcinatores, *Manutius*, *Rosinus*, cæterique. Attamen hæc penitus neglexisse erat profecto *Thesaurum* nostrum insigni utilitate privasse (præsertim cum plurimorum vocabulorum vis & proprietas non aliunde sit deducenda) omnia vero accumulasse, erat, si molem libri atque nostrum labore spectes, infinitum. Breviter ergo ea omnia attigimus, & ne Lector sibi fraudem parari existimet, eos ubique adduximus auctores qui plura confiduntibus abunde satisfacient, & tanquam *Pythius* alter aut *Aristoteles*, pro nobis respondebunt. Jam vero ut de Critica verba faciamus, atque ea *ἀρχέτικη* quæ cum in omnibus artibus & disciplinis dominetur, tum in hoc literarum genere imperium habeat singulare, & necessarium; plurima procudubio adnotabit Lector fuisse in *STEPHANO* ipso emendanda [b]; plurimum etiam operæ infundendum in iis auctoribus rite adducendis, quos vel *STEPHANUS* ipse, vel ex posterioribus nonnulli, aut per incuriam perperam citarunt, aut ope Codicum meliorum destituti. Plurimum ergo clarissimorum nostrorum hominum laboribus, cæterorumque in hac disciplina Principum, debetur, ut *THESAURUS LATINÆ LINGUÆ* longe nunc prodeat non solum locupletior, verum etiam ita emendatus, ut, vel ea sola utilitate atque hoc laudis genere, cæteris omnibus hujusmodi libris eum anteferre non dubitemus. Quod ad rationem auctores describendi allegandique attinet, tametsi cum *viris maximi nominis* vix arbitremur universas nostras operas in ea sola palestra posse exerceri vel utiliter Reip. literaria, vel nobis ipsis gloriose, (quos tamen ipsos ne id quidem velle existimandum est, ut *STEPHANUS* prelo de novo committatur incultus, in honestus, imperfectus denique.

[a] Theologorum scripta intelligimus, eorum principiū quī tunc neque ad Summæ neque ad Infimæ Latinitatis classem redigantur, utriusque quasi medi, pene a Lexicis exculabunt. Vindicavit primus, quod sciam, *Cellarius*, qui *Fabri* Thesaurum anno 1710. Septem., anno 1717. viginti circiter mille vocabulorum accessione locupletavit. Neque nos tamen temere omnia admisimus, cum & idem pene fuit *Gesneri* consilium. “Auctiūs vocabulūs novis non quidem nullis, sed paucis tamē, nimis rūpē dignis hoc Thesauro, quem *ἀρχέτικης & de tractive potius curare*, si res ita sufficiat, quam *παραγωγὴς & pinguiorem reddere* hæc quidem parte thalūfsumus.” Praefat ad *Fabri* Thesaurum.

[b] Mirum unde eveniret ut in omnibus Thefauri Editionibus & in omnibus præterea Lexicis Latinis locus ex *Horat.* Epod. 14. 8. adducere-

que & mendis obsitus, nullo ornatu decoratus præter eam pauxillulam laudis portiunculam quæ in *libri*, *capitus*, *incisi pagina* religiosa notatione cernitur) eam tamen utilitate, per se quidem mediocrem sed operosam tamē, abesse noluimus. Numeros igitur Librorum & Capitum vel Verbum (quod in Prosa vel Versa oratione facile distingueatur) summa quæ potuimus fide adduximus, optimorū Exemplarum auctoritatē in iis disponendis fecuti. Speramus itaque nos non minorem gratiam a lectorum plebe inituros in testimonii rite & commode apponendis, quam Sacrégi isti *Lugdunensis* Editionis Auctores in refecandis. Ciceronis Editionem *Verburgianam* intelligimus esse consulendam, ab omnibus jam tractatam & laudatam merito maximo; eamque in minora tñemata divisionem amplectimur, quam a *Nizolio* ††† olim usurpatam Margini fūx Editionis apponi curavit Vir præstantissimus [c]: negligēta tamen in Epistolis ea allegandi ratione. De omnibus Auctoriis cum longum fore, tum Lectori nimium monendo fastidium moveret. Erant nonnulla levioris & quotidiane operæ, præstanda tamen, licet hic a nobis monitum vix postulare videantur. Syllabarum scilicet *Quantitates*, *Genus*, *Flexionisque* rationem ea brevitate conclusimus, ut operis molem incredibiliter aliquando levaremus. Expeditus enim multo & concinnius, neque ad utilitatem levius adnotasse *Commonio*, *ni*, *itum*, *ēre*. quam cum *STEPHANO* ad tedium ingeminare, *Commoneo*, *commones*, *penultima correpta*, *commonui*, *commonitum*, *penultima correpta*, *communere*. Levicula hæc esse dices. Fatemur ultro, attamen non prorsus omittenda. Alphabetam denique seriem, congeriemque phrasium, locutionem, proprietatum &c. instituimus minima fortasse gratia, sed labore & opera non minima: quod cum in animo habuit & serio ut plurimum perfecit *STEPHANUS*, lectorum tamen aliquando latuit ea dispositio, cum verba quæ *dominatio* appellare libet, aliquando *pōj principia* latabant, aciemque oculi sèpissime fugiebant. Voces ipsas non eodem ubique atque exactissimo tenore Alphabetum conglutinatas reperiet Lector. Ea erat habenda aliquando Primitivorum Derivatorumque ratio, ut si hæc ab illis literarum permutatione non immane discederent, in sua nonnunquam *gente* consulerentur, non tamen indiculo in propria *sele* destituta. Condonabit Lector æquos si reliquias nimium aliquando & vulgi nietuentes, plurima in *STEPHANO* reliquiūs feliciori saeculo tollenda. Turba enim lectorum *Lugdunensem* editionem exprimi flagitabat, quorum criminationes deprecamur infinitis in locis ab eo discedere coacti.

Hicce consiliis atque his laboribus tandem ad umbilicum adducitur *EDITIO LONDINENSIS*. Quantum studiosos demeruerint Editores, penes omnes erit doctos patriter & indoctos, æquos & malevolos, judicandi arbitrium: quantos interea labores exantaverint, eos solos statuere,

tur, *Ducere ad Umbilicum*, cum omnes *Horatii* Editiones, ne *Stephanica* quidem excepta, *Adducere*, legant. Miror *Stephanum*, qui hæc quæ sequuntur ex *Calepino* arripiuit, ea non observalit, “Fuit & Demaratus” *Tarquinii* Superbi pater, qui Corinþo in Hetruriam se recepit quod “*Cypelum Tyrannum ferre non posset*. Cic. Tusc. lib. 5. *Hans Dematratum vivis temporibus* *Philippi Macedonii auctoſ ei Phratarch. in vita Alex.*” Sed in Historiis misere offendunt omnes quotquot vidimus Lexicographi.

[c] In Orationibus contra *Verrem* laudantis, in diversum semper abiere Viri docti. Recensent alii *Divinationem & Aetionem* puman inter *Verrinam*, alii *ca nominentes* refecant, numerumque idcirco *Verrinorum* minuant. Nos *Stephanica* divisione & computo utimur. †††

Birri dicta sunt.

†† Immo ab *Alexandro Scot*. Nam *Nizolius* non nisi foliorum, ut vocant, editionis Aldinæ numeros, in duas paginas per a. & b. litteras distinctorum indicavit. Hæc autem folia Aldinæ editionis *Verburgius*, non ziphis Arabicis, ut *Scoti* sectiones, sed Romano numero in margine editionis sua adnotavit. Miror Cl. hujus præfationis auctorem id ipsum, non dicam ex prænotatione *Verburgii* Cic. opertibus præmissa, sed faltem ex titulus singulis voluminibus præfixis non perspexisse.

††† Sed quānam illa divisio & quis computus sit ita parum lectori declaratum est. Ut fojas igitur quoniodo *Stephanus* singulas Cic. orationes in *Verrem* inscripunt, Primam eam appellavit, quæ alias in *Q. Caecilius* inscribitur, ac *Divinatio* dicitur: *Secundam*, quæ alias *Alto prima in Verrem*: *Tertiam*, quæ *Liber primus in Ver.* a Grammaticis *Pratura Urbana* inscribitur: *Quartam*, quæ *Liber secundus*, a Grammaticis *Sicilensis*: *Quintam*, quæ *Liber tertius*, quæ *Frumentaria*: *Sextam*, quæ *Liber quartus*, hæc *De signis*: *Septimam*, quæ *Liber quintus* in *Ver.* alijs *De Suppliis* inscribitur.

† Sic in Londinensi exemplari.

†† Sed cave putes te totum hic Ursati opus in compendium missum, vel cum judicio excerptum inventurum. Quo ipso tamen haud scio, an opera pretium fieret: Siquidem id Cl. *Gravius* quondam magis ob raritatem, & quod inscriptiones aliquot alibi non publicatas comprehendaret, quam quod magnopere probaret, *Thefauro Romanarum Antiquitatum*, ut alia multa, inferius videtur. Perpauca his, que *Tinghus*, ex *Valerii Probi libello*, vel potius ex *Theodosii Trebellii Promptuario*, in editionem *Lugdunensem* contulit, ut fors feret abpersa, raroque feliciter, ut in paucis e. g. in hac editione ostendimus, declarata invenies. Similia his fere sunt, quæ ad calcem *Compendii Antiquit.* Ro. G. H. *Nieport* ed. noviss. leguntur. Qui veterum epigrammatum studio tenentur, multo melius & facilius harum sigilarum, vel notarum declarationem ex *Flewoodiana Sylloge*, vel ex ipsi *Inscr.* corporibus *Gruteri*, *Keinesii*, &c. ubi Lapidés ipsi exhibentur, ut & ex rei numinarum veteris scriptoribus cognoscant. Cetera de hujus editionis novis accessionibus in præfatione

statuere voluimus qui in hujusmodi vigiliis bonum otium contrivere, quibus tenuissimam gloriam, plurimam studiorum severitatem inesse, omnes fere intelligunt. Quantumcunque ex iis decerpit possit laudis & gloriola, labefactarunt nonnulli, & labefactare ultra fortasse non desinent: Eam tamen utcunque laudem quæ mentes publicæ utilitatis studioſas sequitur, nobis cum illis, *hēc statissimi* licet, communem; laudem denique humanitatis atque animi ad omnia officia paratissimi, cripet nemo.


De preli industria atque Editionis nitore, Lectorem pluribus non moramus. Nihil in ea parte curarum defuit. Nihil tamen fortasse spectabilius quam ea celeritas conficiendi, qua, præter spem atque expectationem omnium, intra triennium opus conclusum & perfectum est. Quod solum, ut speramus, defit, id præstabit æquus Lector, ut quæ menda irreplerint, ea pro mole operæ proque studio nostro in Remp. literariam condonare velit.

CLARISSIMIS

ROB. STEPHANI THESAURI EDITORIBUS SALUTEM.

QUIS sim, sciri paulum interest; non certè meā, qui innotescere non percupio; minimè omnium, vestrā, Viri Clarissimi, quibus notissimis quid ex usu fuerit nōsse ignobilem? Quid autem ve- lim, breviter expediam. Non potui me continere, quin vobis, quas gratias nemo literatus non fatebitur se debere, ego quoque, particula quātulacunque literariae Reipublicæ peregrina, agerem: & gratularer, quod opus illud grande, confilio laudabili ſuceptum, magnâ laboris pertinaciâ continuatum, ad exitum tandem omnium votis responſorum pervenerit. Ex quo Romanus sermo desit esse vernacula, illius linguae cultores, qui puram dictionis elegantiam studuerunt (& pauci admodum potuerunt, & etiamnum possunt) allequi, coacti sunt cum mortuis versari, frequentemque cum authorum veterum scriptis familiaritatē inire, & eorum imitationi paulatim affluescere. Cūm autem id pensum requireret multum opera magnâque memoria vim; Dictionariorum usus introductus est, ut illam minueret, hanc sublevaret. Non longè ab Artis Typographicæ initiis, primum Lexicon prodit in lucem. Deinceps, literis incrementum capientib; exorti sunt, qui huic studiorum generi excolendo manus feliciter admoverunt. Verū omnibus palam præcipuit ROBERTUS STEPHANUS: qui, postquam in perficiendo operis instituti, quod anno 1532. proposuerat, tentamine decennium exegiſset, anno 1543. Orbem literatum *Theſauruſ* suo donavit: in quem Latinae linguae opes undecunque

conquisitas recondidit; novoque ordinis artificio tam comodè disposita, ut, cùm nihil utilius posset excogitari, multi postea in Lexicis contextendis eandem rationem servare voluerint. Actum agerem, si ROBERTI STEPHANI laudes post *Thuanum* prosequerer. Annis deinde haud paucis elapsis, *Theſaurum* illius recudere & locupletari aggressi sunt *Lugdunenses*; quos sua lucri spes minimè fecellit. Forum editioni defuit neque laus neque pretium. Si cui tamen libeat & vacet illam subacto iudicio proprius examinare, erit nonnunquam, ubi in mentem veniat proverbium, *Theſaurus Carbones*. Id vos non fugit, Viri Doctissimi. Quum enim in animo haberetis ROBERTI STEPHANI *Theſaurum* luci redonare, & (nequid in re tanti momenti defideretur) necesse effet evolvere, quid alii præſtiterint, præſertim *Lugdunenses*; tot in horum editione animadvertisit menda, ut in iis corrigendis poni oportet operam, ferè qualam Hercules in stabulo Augiae repurgando infumperat. Post editionem à ROBERTO STEPHANO finitam, nihil prodiit ad usus literarios magis necessarium; nihil magis operosum attentiore diligentia, nihil grandius elegantiore cultu, elaboratum est. Ille nunc *Theſauruſ* preciosissimus novam ſequē dignam induit formam: & illius Author (si ad superos daretur defunctis redditus) optaverit reviviscere; ut suum opus tanto cum honore, cum tantā bonā frugis accessione, redi- vivum contemplandi voluptate frueretur. Valete. 1735. 5. Id. Aprilis.



ROBERTUS STEPHANUS STUDIOSIS LECTORIBUS

S. D.

(Edit. Paris. 1531.)

NE forte mirum sit vobis, Lectores benevoli, cur post tam multas, tamque varias dictionariorum editiones, post tot libros elegantiarum, tot virorum illustrium annotationes, collectanea, flores, miscellanea, vocabulorum differentias, castigationes, epitomas, spicilegia, racemationes, denique post tot in omne genus auctorum commentarios cum amplissimis indicibus, nunc audeamus hoc novum opus edere de verborum Latinorum significative, atque usi multiplici: instituti consilique nostris rationem, nisi vobis molestum est, paucis accipite. Triennium est, aut eo amplius, cum a me complures efflagitabant, ut Calepini dictionarium, juxta posteriorem iplius authoris recognitionem, sive integratam restituerem: restitutumque, meis typis castigatus ac diligentius, quam vulgo haberetur, excuderem. Quod cum sepe negavisse me facturum (multis enim de causis id ipsum prætare posse diffidebam) tandem vietus tot importunis clamoribus, re ter quater tentata, nihilominus incepto desistere coactus fui. Cum enim universum opus diligenter inspectum, animo perlustrasse, exhibitis etiam in consilium viris prudentissimis: reperiebam, me in eo genere citra infinitum laborem parum reipublica profuturum esse. Talis enim mihi occurrebat ejus libri facies, tanta ubique depravatio, tantum (ut ita dicam) chaos, & rerum omnium confusio, etiam in iis codicibus, qui minus corrupti vulgo ferebantur: ut omnino desperarem, opus illud a me corrigi atque instaurari posse: nisi (qui labor, præfertim in tantis occupationibus meis, vehementer me absterret) totum exemplar mea ipse manu conscriberem. Neque enim res commode fieri aliter posse videbatur, cum propter innumerabilium errorum emendationem: tum ut (quod in dictionariis plurimum probatur) exactius omnia in suum quæque ordinem referrentur. Huc accedebat, quod in illa etiam posteriore authoris recognitione, plurima vel in primis necessaria, desiderantur: plurima item insunt nec satis pura, nec bene Latina. Ex quo sequebatur, partim addenda illuc esse permulta, partim detrahenda. Quod quidem si fecisset, exclamassent plerique (id quod in ejusmodi factis evenire solet) authori factam esse injuriam: & me alienorum operum quasi contaminatorem dictassent. Ob eas atque alias causas, Calepini opus non modo typographorum negligentia, sed etiam quorundam correctorum, quos verius corruptores dixeris, temeritate corruptum, ac passim multis modis laceratum, nos prorsus quale fuit reliquimus. At vero nihilominus instabant quotidie studiosi, assiduo clamore postulantibus, ut exquisitus aliquod dictionarium ex optimis quibusque lingua Latinae authoribus, & eorum commentariis atque interpretibus, aut collendum curarent; aut ego ipse meo labore colligerem. Quorum votis ut aliqua ex parte satisfacerem, & pro virili parte rem juvare literariam, egi saepius cum aliis atque aliis doctissimis hominibus, ut eam susciperent provinciam: eos omni modo solicitavi: premiis etiam non niediobribus ad id faciendum invitavi. Cæterum, cum omnes hoc negotium detrectarent, partim laborem reformidantes, & rei pondus ac magnitudinem, partim suis studiis plus æquo addicti: haud diutius cunctandum ratus, me accinxii egomet ipse operi: & jam inde, cæteris omnibus posthabitis, nihil pene aliud agebam.

In primis itaque duos Latinae linguae authores & copia, & elegantia, & verborum proprietate præstantissimos Plautum ac Terentium diligenter evolvi, atque perlegi: in quibus etiam minutissima quæque adeo scrupulose annota-

vi, ut nullum fere verbum prætermiserim, quod ad Latinum loquendum, tum scribendum, commodum esse existimarem. Eas deinde annotationes, ut essent veluti sylva quædam, & quasi materies futuri dictionarii, protinus exscribendas curavi, & cum omni diligentia in ordinem alphabeticum redigendas. Postremo coepi ex omni scriptorum genere dictiones cum suis interpretamentis studiose colligere, dictionariumque ipsum tale ab exordio texere, & ordinare; quale nunc, & Lectores optimi, nostris characteribus, nostra opera, nostris sumptibus hic excusum videtis. Ejus autem incepti operis cum jam duos aut tres (ut appellant) quaterniones paratos haberem: placuit mihi reni ipsam communicare cum viris eruditis. Quibus cum laborem nostrum hand quaquam displicere animadverterem: iisque suminopere me ad perseverandum hortarentur: eos jam sponte currenti stimulos addiderunt, ut non solum rem domesticam, sed & curam corporis in totum ferme negligerem. Sic igitur confirmatus, annos circiter duos in hoc opere dies noctesque defudavi: quo animo, novit Deus, tanto certe quidem labore, ut mihi in opere, nisi ope divina sustentatus essem, aut occumbendum, aut oneri succumbendum fuerit. Reputate enim præstantissimi Lectores, quantus fuerit labor in excutendis, ac toties volvendis & revolvendis tot immensis authorum voluminibus, tot commentariis, indicibus, fragmentis, annotationibus: non modo ut dictiones & variis loquendi formulas, earumque interpretationes. undique in unum veluti corpus congererem: verum etiam ut integra, quoad licet, reponerem significationum testimonia, passim apud ipsos depravata & mutilata linguae Latinæ interpres. Quoties toto mihi oppido curvantur fuit, ut ex doctissimis viris modo hunc, modo illum de dubiis subinde confulerem? Quid, quod ne illum quidem verbum in hoc tanto est opere, quod mea ipsius manu perscribendum non fuerit? Prætero quod inter hæc omnia sic mihi semper laborandum fuit, ut materiam duobus prelis quotidie pene sufficerem. Horum omnium testes sunt amici: qui me & labori propemodum immorientes, sepe invilerunt: & in tanto mari non ab re fluctuantem, frequentissime confirmarunt. Nec vero querelæ gratia, ista vobis expono jucundissimi Lectores, quasi me peniteat exhausti laboris: sed ut intelligatis quid lupinis æra distent: hoc est, quantum a Calepino, cæterisque dictionariis differat hoc nostrum omnino recens opus: in quo tot labores, tot vigilæ, tot æruminæ, pene dixerim, Herculeæ, fuerint exantlandæ. Itaque ingenuæ fateor, nihil hic infidele de meo: præter laborem ac diligentiam, & Gallice declarationis bonam partem. Si qua interpretatio lectorem forte offendet, is non mihi, sed iis potius authoribus, ex quibus ad verbum omnia transcripsi, succensere debebit. Non enim (ut cum Plinio loquar) in hisce rebus fidem nostram obstringimus: sed ad ipsos authores, qui aut scripsere, aut aliorum scripta interpretati sunt, relegamus. Quod supererit, de diligentia nostra in singulis vocibus curiosissime ordinandis, deque iis omnibus, que ad nostræ artis decorum pertinent, vos ipsi videritis inter legendum. In summa, quisquis aliquo judicio preditus opus ipsum acris inspexerit, omnia opinione majora reperiet. Quaniobrem Lectores studiosissimi, fatis sit consilium nostrum, & labores in hoc opere infumpitos vobis aperuisse. Nam res (ut spero) bonitate sua sat is ipsa se legitibus probabit. Valete benevolentissimi Lectores: & nos, siquid bene meremur de studiis vestris, vicissim amate. Ex nostra Officina libraria IIII Cal. Octobr. M. D. XXXI.

ROBERTUS STEPHANUS LECTORIBUS S.

(Edit. Paris. 1536.)

NUNC demum, Lectores, verum esse video, quod De-
mea ille Terentianus secum queritur,
Nunquam ita quenquam bene subduela ratione ad vitam esse,
Quin res, etas, iis semper aliquid aportet novi,
Aliquid moneat: ut illa, que te scire credas, nescias:
Et quæ tibi putari præna, in experiendo repudias.

Nam cum ante annos aliquot opera diligentiaque nostra in studiosorum hominum utilitatem Dictionarium ex officina nostra exiisset, in quo prater cætera, Plauti ac Terentii, duorum videlicet Latinæ linguae authorum & copia & elegantia & verborum proprietate præstantissimum, quicquid ad Latine scribendum dicendumque pertineret, diligenter esset annotatum, eisdem id me consequutum esse arbitrabar, ut esset illud unum pro omnibus, reliqua non magnopere desiderarentur. Sed longe projecto mihi alter atque eram opinatus accidit. Cum enim per me ipse tandem multa Lectione, magnoque usu plurima deesse cognovi, tum multos memini cum saepè de-industria in taberna nostra Libraria eo animo federem, quo scilicet Appelles post tabulam latè solebat, ut quid de eo labore nostro docti pariter & indocti sentirent, audirem: tum inquam plerosque audire memini, qui multa requiri dicebant, quosdam qui nonnulla corrupte depravataque ex Cicerone, Varrone, & reliquis citari arguerent: nec deerant qui accentuum omissem rationem, & propria item nomina quererentur. Ego vero invitus ista audierim, an lumbens, difficile est dictu. Itaque jam tum ipse, quantum editiones quotidianæ relinquebant otii, id omne in legendis Latinae Lingue principibus, Cicerone totius eloquentiae parente, Cæfare, Catone, Varrone, Columella, Livio, Plinio, Martiale, aliisque generis ejusdem, consumendum duxi. Quia ego diligenter, opinor, perfeci, primum ut quæ ignoratione loci corrupte antea legebantur, ea nunc locis repetita suis & sint restituta, & authorem agnoscant. Deinde quæ tanquam parum Latina minus multis probabant, iis jam uti nemo dubitare audeat. Tum magnam vocabulorum vim, que in alio Dictionario nullo continetur, aut infinitum potius numerum eruimus: ut opus ipsum multo hec addita majus, meliusque effecerint. Postremo quo prolixius ad nos divertentes hospites accipemus, a doctissimo quoque ætatis hujus quicquid in hoc commentandi genere annotasset, & poposimus, & acceptimus. In iis quidem certe Gulielmus Budæus, vir literis Græcis & Latinis, omnique doctrina eruditissimus, a me princeps appellari debet, qui pro sua in nos humanitate, studioque in literas singulari, de quibus neque bene merendi finem, neque modum ullum facit, *ποιηματικός* nobis suos communicavit, ex quibus quicquid ad institutum opus pertineret, describeremus. In eo vero quam multa, quam diligenter curiosèque in Authoribus observata, quamque & explicata plane, & illustrata ornata offendimus, quorum mentionem in iis libris, quos edidit & plurimos & doctissimos, nullam fecerit! Navavit operam & Lazarus Bayfius vir clariss. siquid enim obscurum & implicatum occurrebat, ille qua est humanitate, nobis aperuit & explicavit. Contulit operas & Jacobus Tusanus, Græcarum literarum professor regius, ex cuius codice in-

numeræ Quintilianæ, Gellii, aliorumque authorum, quos ille diligenter perlegerat, transcriptus: nihil fane veriti eorum judicium, qui, quæ a M. Tullio non sunt posita, protinus rejiciunt. Sed apagesis istas commentationes dicent fortasse aliqui ex eorum numero, qui scribi Dictionaria moleste graviterque ferunt. Quibus reponsum sit, me Alium Gallum vetustissimum legum Decemviralium interpres, quem non solum Cicero laudavit authores, Festum item Pompeium & Nonium Marcellum authores habere, quorum tantum apud me valet authoritas, ut iis ducibus errare, quam talibus magistris erudiri, malim. Quid enim cause est, quin Varronem, qui diligentissime de Lingua Latina scriptis, eodem ipsi crimine condemnant? An ideo illum defendunt, quia quæ obscuriora erant, ipse explicavit cum esset doctissimus: nos idcirco reprehendunt quia hæc melius, quam ille, præstare non possumus? Si hanc unam causam aduersus nos afferunt, taceant iam ipsi necesse est. Nos enim qui per nos nihil præstare poteramus, non Varronis solum, sed & omnium qui numero doctorum sunt semper habiti (in quibus Donatus, Servius, Valla, & alii permulti, tum veteres, tum etiam ætatis nostræ viri doctiss.) verba adjecimus. Et ut omnes intelligere possent, nec alienæ laudis cupidum me, nec suum cuiquam debitumque honorem præripere solere, eos omnes nominatim appellavimus. Quapropter siquem legendo unius alicuius verbi offendet interpretatio, is non me, qui de meo addidi nihil, sed authores, ex quibus me ad verbum omnia transcriptisse fateor, accusare debebit. Non enim (ut cum Plinio loquar) in hisce rebus fidem nostram obstrinximus, sed ad ipsos authores, qui aut scripsere, aut aliorum scripta interpretati sunt, relegamus. Eo vero in opere, sermone uti Gallico, (quanquam ne id quidem valde ab instituto nostro abhorrire videbatur) nostri certe consilii non erat, nisi certorum hominum, a quibus dissentire non poteram, quique magno id a me studio contenderent, voluntati parendum omnino fuisset, quum præfertim & honesta peterent, & iis fortasse etiam non parum utilitatis allatura, qui quum vulgo bene docti videri velint, magna id libertate reprehendunt. Tantum illa quæ & in promptu & fine circumloquutione occurrunt, non parum multa consulto prætermittentes, adjecimus: quæ latius multo, ac fusius suo quoque loco, adhibitis prius in consilium viris doctis, in Latino-gallico nostro dictionario, a nobis summo studio parique diligentia explicabuntur. Quod vero ad eam laudem, quæ nostra est & propria, attinet, diligentiā dico, in singulis verbis apte tuo quoque ordine disponendis, quæque ad nostræ artis decorum pertinent, exequendis, iis certe licet existimare qui legerint. Hoc tantum dico, quisquis aliquo prædictus judicio, opus ipsum paulo accuratius considerarit & inspexerit, omnia eum opinionē majora reperitur. Sed fatis est, Lectores, consilium vobis nostrum, operamque, quam in hoc opere faciendo consumplimus, exponere. Res enim ipta, ut spero, bonitate & utilitate sua, ipsa inquam res sepe insipientibus probabit. Valete, & siquid bene de studiis vestris meremur, vicissim amate.

ROBERTUS STEPHANUS

TYPOGRAPHUS REGIUS LECTORIBUS S.

(Edit. Paris. 1543.)

NUNC demum, Le^ttores, verum esse video, quod De-
me ille Terentianus secum queritur,
Nunquam ita quenquam bene subdu^a ratione ad vitam esse,
Quin res atas, usus semper aliquid apparet novi,
Aliquid moneat: ut illa, quæ te scire credas, nescias:
Et que tibi putaris prima, in experiendo repudies.

Nam quum ante annos aliquot opera diligentiaque nostra in studiorum hominum utilitatem Dictionarium ex officina nostra exiisset, in quo præter cetera, Plauti ac Terentii, duorum videlicet Latinæ linguae authorum & copia & elegancia & verborum proprietate præstantissimorum, quicquid ad Latine scribendum dicendumque pertineret, diligenter esset annotatum: equidem id me consequuntum esse arbitrabor, ut esset illud unum pro omnibus, reliqua non magnopere desiderarentur. Sed longe profecto mihi aliter, atque eram opinatus accidit. Quum enim per me ipse tandem multa Le^tctione, magnoque usu plurima deesse cognovi, tum multos memini quum s^epē de-industria in taberna nostra Libraria eo animo federem, quo scilicet Appelles post tabulam latrē solebat, ut quid de eo labore nostro docti pariter & indocti sentirent, audirem: tum inquam plerosque audire memini, qui multa requiri dicebant: quosdam, qui nonnulla corrupte depravateque ex Cicerone, Varrone, & reliquis citari arguerent: nec de-erant qui accentuum omisssam rationem, & propria item nomina quererentur. Ego vero invitus ita audierim, an lubens, difficile est dictu. Itaque jam tum ipse, quantum editiones quotidianæ relinquebant otii, id omne in legendis Latinæ Linguae principibus, Cicerone totius eloquentiæ parente, Cæsare, Catone, Varrone, Columella, Li- vio, Plinio, aliisque generis ejusdem, consumendum duxi. Qua ego diligentia, opinor, perfeci, primum ut quæ ignoratione loci corrupte ante legebantur, ea nunc locis repetita & sint restituta, & authoreni agnoscant. Deinde quæ tanquam parum Latina minus multis probabantur, iis jam uti nemo dubitare audeat. Tum magnam vocabulorum vim, quæ in alio Dictionario nullo contineantur, aut infinitum potius numerum eruimus: ut opus ipsum multo hæc addita majus, meliusque efficerint. Postremo quo prolixius ad nos divertentes hospites accipremus, a doctissimo quoque ætatis hujus, quicquid in hoc commentandi genere annotasset & poposcimus & accepi- mus: quos equidem omnes nominatim hic appellarem, nisi vererer, ne de singulorum doctrina dicere parans, nec satis ample pro cuiusque meritis dicere videret, & modum tamen epistola^e excederem. Quanquam de Gulielmo Budæo tacere non possumus, viro literis & Græcis & Latinis, omnique doctrina eruditissimo: qui pro sua humilitate, studioque in Literas singulari, de quibus neque bene merendi finem, neque modum illum unquam fecit, utrumque nobis suos communicavit, ex quibus quicquid ad institutum opus pertineret, describeremus. In eo vero quam nulta, quam diligenter curioseque in Authoribus observata, quamque & explicata plane, & illustrata ornata offendimus, quorum mentionem in iis libris, quos edidit & plurimos & doctissimos, nullam fecerat! Jam vero ut hac quoque parte studiosis prodeßemus, quum animadverteremus magnam apud Grammaticos controver- siam esse de verborum multorum præteritis, supinis, personis aliquot & temporibus, genitivis item & ablativis no- minum tertiae potissimum declinationis, syllabarum denique (ut ipsi loquuntur) quantitatibus: quæ omnia nisi ex poetarum autoritate constitui certo non possent, propterea quod in aliorum fere Scriptorum libris multi audacio- res se p^ræbent, ut ea quæ alter ipse oportere judi-

cent, scripta reperiant, facile immutent, & quidem temere sepius: quod illis videlicet in poetis minus licet certa quadam versuum & numerorum lege astrictis: hæc igitur quum animadverteremus, operam hac tertia editione dedimus, ut ad omnia fere quæ controversa essent, testimoniis uteremur poetarum. Ex quibus etiam, nequid aliunde petere necesse haberetis, vocabula omnis generis, epitheta, propria nomina, formas denique dicendi omnes diligentissime, ut fieri potuit, contraximus. Quæ autem de Cicerone, Catone, Varrone, Livio, Columella, Plinio, proxima & superiore editionibus collecta fuerant, codices postea nastri meliores omnia denuo contulimus, & plurima quæ perperam exemplarium vitio descripta fuerant, corremus. Qua in re præcipua fane laus debetur Joanni Teodorico Bellovaco, viro doctissimo, & in optimis quibusque authoribus valde exercitato, ac quod omnium est maximum, acri judicio prædicto: qui nisi nobis auxilio fuisset, & quasi Hercules quidam fesso Atlanti in partem Laboris successisset, nunquam profecto tantam operis molem sustinere potuisset. Is igitur jam inde ab initio instituti laboris ita nobis, vel Reip. potius, cuius est fane amantissimus, operam dedit, ut omnia quæ & a nostris congesta erant, ipse relegeret, eaque tanquam supremus artifex inchoata & adhuc rudia perpolaret. Sed apagesis itas commentationes dicent fortasse aliqui ex eorum numero, qui scribi Dictionaria moleste graviterque ferunt. Quibus responsum sit, me Ælium Gallum vetustissimum legum Decemviralium interpretrem, quem non femel Cicero laudavit authorem, Festum item Pompeium & Nonium Marcellum authores habere, quorum tantum apud me valet authoritas, ut iis ducibus errare, quam talibus magistris erudiri, malim. Quid enim cause est, quin Varronem, qui diligentissime de Lingua Latina scriptis, eodem ipso crimen condemnem? An ideo illum defendunt, quia quæ obscuriora erant, ipse explicavit quum esset doctissimus: nos idcirco reprehendunt quia hæc melius, quam ille, praefare non possumus? Si hanc unam causam aduersus nos afferunt, taceant jam ipsi necesse est. Nos enim qui per nos nihil præstare poteramus, non Varronis solum, sed & omnium qui in doctorum numero sunt semper habiti (in quibus Donatus, Servius, Valla, & alii permuli, tum veteres, tum etiam ætatis nostræ viri doctiss.) verba adjecimus. Et ut omnes intelligere possent, nec alienæ laudis cupidus me, nec suum cuiquam debitumque honorem præripere solere, eos omnes nominamus appellavimus. Quapropter si quem legendo unius aliqui verbi offendit interpretatio, is non me, qui de meo addidi nihil, sed authores, ex quibus me ad verbū omnia transcripsisse fateor, accusare debebit. Non enim (ut cum Plinio loquar) in hisce rebus fidem nostram obstrinximus, sed ad ipsos authores, qui aut scripsere, aut aliorum scripta interpretati sunt, relegamus. Quod vero ad eam laudem, quæ nostra est & propria, attinet, diligentiam dico, in singulis vocibus apte suo quoque ordine disponendis, quæque ad nostræ artis decorum pertinent, exequendis, iis certe licebit existimare qui legerint. Hoc tantum dico, quisquis aliquo prædictus judicio, opus ipsum paulo accuratius consideratur & inspicerit, omnia eum opinione majora reperturum. Sed satis est Le^ttores, consilium vobis nostrum, operamque, quam in hoc opere faciendo consumpsumus, expōnere. Res enim ipsa, ut spero, bonitate & utilitate sua, ipsa inquam res se ēspicentibus probabit. Valete, & siquid bene de studiis vestris meremur, vicissim amate.

Clarissimo & Celeberrimo Jurisconsulto

PETRO D'AUSSERRE,

*Lugdunensi in civitate Consiliario & Advocato Regio, serenissimæque Reginæ
matris Lubellorum supplicum Magistro,*

PHILIPPUS TINGHYUS FLORENTINUS

S. P. D.

(Edit. Lugd. 1573.)

VANA quorundam hominum studia animo sèpe contemplans, Jurisconsultorum decus Petre d'Ausserre, multum diuque tacitus mecum dubitavi, cuinam potissimum Latinae Linguae Thesaurorum: id est, ut ego interpretor, præclarissimi utilissimique Libri inscriptionem, cuius a me jam pridem sumptu magno editio parabatur, dicarem. Licit enim nemo tam sit vel hebes, vel humanarum rerum ignarus, velit modo naturæ suæ non spurius haberet, quin divitiae externas veras opes animi esse antererendas existimet. Sic tamen corruptela morum & sinistri aviditas lucri mortaliū fere omnium animos occupavit, ut honestatis virtutumque igniculi & sapientiae inclita illa semina, quæ summus ille rerum opifex Deus pectoribus nostris inclusit, atque mentibus ingeneravit, tenui vix in nobis parte ex aliqua apparent: eneaque misere potius, vel foede esse sepulta merito videantur. Quotus enim quisque est, qui sapientum more veterum rei familiaris, proprieque adeo salutis cura neglecta: bonarum artium disciplinaeque honestæ inflammatus studio, res illas omnes elatione animi præclara contempserit, ad quas vitiosa animi cupiditate stimulati mortalium plerique rapiuntur? Pessum iere vitæ pretia, & a maximo bono, ut recte Plinius ait, liberales dictæ artes in contrarium cedicerent. Nimurum alii subiere ritus, circaque alia hominum mentes detinentur: & avaritiae tantum artes coluntur. Quæ una res proculdubio illud effecit, ut insignis illa animi elatio quæ in optimi cujusque mente elucere quondam solebat, contrario studio refixerit. Ubi nunc Megaticum invenias Stilphontem? cui præ una sapientia, mortalia cuncta fordebat. Qui patria a Demetrio expugnata, rogatus a Tyranno, an suarum rerum aliquid amisisset: nihil, inquit, neminem enim rapientem mea vidi: nam mihi quidem eruditio, virtusque animi salva sunt: cætera non mea, sed casus fortunæque suæ, cuius subito, ut vides, turbine labefactari, atque eripi solent. Quid ego nunc Socraticum Aristippum, Biantem sapientem proferam? Cujus cum patriam Prienen cepisset hostis: cæterique ita sigerent, ut multa de suis rebus secum asportarent: admonitus a quadam, ut idem ipse faceret. Ego vero, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. Ubi, quæso, prudentissime vir illa sunt bona: quæ dum taces, dumque ad hunc modum levius expedituque graderis, te ferre nulla video? Recte sane. Pectore nimurum, ut Valerius scripsit, illa gestabant, non humeris, non oculis visenda, sed aetimanda animo: quæ domicilio mentis inclusa, nulliusque idcirco injuria obnoxia: secura pacataque in hominis mente, mollia intus ocia peragebant. Quid Aristippus? minorine subsidio mentis fultus, contemplatione illarum rerum, quas vulnus miratur stupens, secum ipse tacitus ingemiscebatur: aut ratione aliqua turpi a constantia animi solita effugium vile quærebatur? Accipe quanta humanarum rerum contemptio in Sapientis secundo pectore, generositasque vigebat. Naufragium, infelix miserque, fecerat, ejuscmodi enim


voces homines parum docti, cum alterius vicem dolere se dicunt, usurpare maxime solent. At ille præsenti infortunio parum animo consternatus, cum e navi primum exiret: Mathematicas commodum figuræ arenae insculpas inspiciens, ad socios conversus, subito alacris ait: Salvi sumus ò socii: vestigia hic ego hominum, haud dubie magna conspicio. Quid quæris? ingreditur civitatem: doctos viros alloquitur: nuditatem sublevant: honorant cogitum: discedere cupientes socios viatico prosequuntur: Nam philosophi mansioñem, fâtem ad dies aliquot, beneficiis impetrantur. Quo hæc historia pertinet, dices? Aristippe socios jubeas abire, æctutum facile intelliges. Aristippe felix conservent te Dii: Aristippe bone, valte: Aristippe docte, in patria de te ecquid dicamus jubes? renunciate, ait, civibus meis, ut ejusmodi sibi opes parent, quæ fracta navi una cum domino enatent. O præclaram opulentiam! O questum nientis uberem! O felix lucrum! conditioneque nostra omnium, naturaque vere dignum! & in quo persequendo, nullo nos oporteat neque obstaculo impediri, nec labefactari formidine, nec periculo deterreri. Hæc, hæc (inquam) illa animi vera sunt bona, Petre d'Ausserre, quæ neque fugam moliri, neque concinare dolos, neque infidias struere aluminis suis novere. Ab iis aliena quæ sunt, fragilia sunt, caduca atque fugacia: possessoribusque suis haud raro pernicioſa: quos locis multis prodere atque fallere consueverunt. Quo factum est, ut ad divina illa subfida præstantes ingenio viri, alaci semper animo convolaverint. Universum fere orbem sapientiae dulcedine captus Samius quondam peragrasse Pythagoras fertur: reiisque hujus inclito tandem reperto palmario, præstantioris cuiusdam doctrinæ mirificis institutis Italiae illam oram affatim exornasse; quæ ob doctoris tantæ eximiam dignitatem, magna est a priscis Gracia nuncupata. Cujus laudatissima in re Plato exempla secutus, Afise solitudines vastas, inexplicabiles sinuosasque Nili ripas, ut Ægyptios fæcrodotes videret, scientiamque illorum hauriret, non sine magno labore dicitur pervagatus. Quo, simili raptos amore Homerum, Melampum, Dædalum, Maæsum atque Solonem, Tyanæumque Apollonium perhibent convolasse. Quapropter minus erit mirandum Atheniensem ipsum Platonem, ut ab Archita Tarenti, a Timæo & Arione Locris Pythagoras precepta institutaque acciperet, in Italianam etiam efe transgreſsum. Non enim ætate illa, auri sacra famæ: non fucati honoris ambitio: sed prudentiae ac probitatis summus amor, famæque nominis ardor insignis, mentes hominum perurgebat. Abderites ille Democritus ex longinqua diutinaque peregrinatione, quam Sapientiae causa fulceperat, in patriam aliquando reverlus: cum possessiones suas desertas, incultaque prædia vidisset: Haud essem (inquit) falsus ego, nisi hæc perifserent. Quid Philoxenus Melopœus? nonne præsenta animi pari vitam ac domum opulentissimam in colonia Sicula, hæreditate nactus: delicias, voluptates, indigenamque & parum sobriam gentis hujus elegantiam demiratus:

ad honestiora & feliciora ocia, quæ mente agitabat, obstaculo sibi illa magno futura veritus; Per Deos (inquit) bona hæc haud me perdent, sed ego illa: hæreditateque alijs relicta confestimi enavigavit. Quid Anaxagoras? nonne amoenissimo, fertilissimo fe abdicavit fundo: quo liberius ab extérnis curis feriato jam animo exoptatam diu operam philosophiæ posset infumete? Longum sit, ad plenum illorum velle exempla rimari, qui despexit rebus cæteris, honestissimæ huic se arti atque studio mancipaverint, Sapientia magis animi quam pecunia ditescere cùpientes. Hujus rei tam præclaræ tamque divinae fundamenta fideliter jacere, Thesaurus hic noster doctissimorum virorum vigiliis lucubrationibusque multis institutus & magnifice cumulatus, haud dubie facile potest, modo quis in loco eo uti vigilanter assūtescat. Præclatum hoc esse quis ambigit? sed magnificentum illud etiam, quod balbutiem & rusticatem linguae, indisertique oris infantiam curaturum se esse promittit. Cum enim immortalis summi que Dei speciofo quoddam divinoque munere a brutorum animantium, hoc uno vel maxime simus secreti disjunctioque natura, quod sensa animi possimus explicare dicendo: Certe pulcherrimum quiddam ille videtur adeptus, qui qua re homines bestiis præstant, ea in re hominibus antecellit. Quod uti a me significatum est antea, liber hic noster se facturum spondet. Quo ex ipso, tanquam ex boni assidue domini penu referta, non quidem esculentæ & pociuenta: quorum, pecuniam modo adhibeas, omni fere loco homini copia, ubertasque est obvia: sed Sapientia vera adminicula, & humanæ mentis inclyta via-tica, Latinæ linguae opes licebit exprimere: mentemque ipsam hominis vere polire: cuius in oratione dignitas atque vis proculdubio maxime cernitur. Quod cum intellexerent Græciæ doctissimi viri appositissimo nimirum nomine, nullo vocis discrimine factò, orationem, mentemque nostram atque rationem prudentissime profecto λόγον appellarunt. Hos ego libros cum in publicum proferre vellem, & propter eas, quas supra retuli caufas, haud mediocriter animo viderer mihi esse sollicitus. Virtutum memor tuarum singularisque doctrinæ, Jurisconfultorum deus Petre d'Auserre, fœlicioribus jam auspiciis clarissimi tui nominis titulo condecoratos in studiosorum hominum gratiam evulgare illos constitui: ut una eademque opera

bonarum artium cupidi se tibi plurimum de munere hoc debere fatenter: simul & amoris erga te mei singulare aliquod apud posteros pignus extaret: quo, humanitatis, modestiæ, probitatisque tuæ memoria ad gentes etiam nobis incognitas permane latius, fufiusque aliquanto queat extendi: & in magistratu incorrupte sancteque gerendo vigilancia tui animi, summaque etiam fides ab omnibus posfit intelligi. Haud igitur est mirandum, cum tot indies maximarum virtutum publice documenta præbeas, Jurisprudentiæque insuper gloria unus tantum excellas, ut celebratissima in urbe Justitia signum aliquod faulisse videare, si Christianissimus, Invictissimusque Rex Gallorum CAROLUS te unum delegerit, cui splendidissimi magistratus curam injungeret & Regiis causis præficeret. Decebat enim præstantissime omnium virtutis alumnum insigni aliquo dignitatis præmio affici: idque ab eo principe potissimum, cui Deus optimus maximus imperii sceptræ incliti, & Justitia gubernacula, florentissima in orbis terræ regione utenda concessisset. Nostra igitur hac editione, vir præstantissime, lubens fruere: quam tibi, Christianæque reipublicæ fœlicem, faufamque esse, Largitorem omnium bonorum & veræ salutis authorem supplici mente precamur.

Summa universi operis in corpora quatuor, eo fuit a nobis confilio distincta, ut qui ad magnitudinem pene immensam liber excreverat: ab ejusmodi epularum avido, candidatoque doctrina tractari commodius posset, quoties ipsum de re dubia, veri instar magistri consulere decrevisset. Affixa est etiam limine primo Adriani Cardinalis doctissimi viri, de Latinæ Linguae temporibus & præstantia faneque elegans cultaque epistola: ut quasi digito ad sonantes ostendo, quos quique autores sedulo fugere, quos contra studiolum convenienti imitari, facile possit addiscere. Plane enim eloquentiæ originem, in verborum delectu, quod doctissimo viro Caio Cæfari placere videmus, sitam esse arbitramur. Quæ vero reliquis, de ejusdem Latinæ Linguae sententiis, Thesaurique hujus authoribus, corporibus sunt appensa: quæ in calce operis addita præfatio est, Deo auspice declarabit.

Vive dunque vale: meritos Deum addat honores.



LECTORI S.

CUM nihil magis ad instituti nostri rationem convenire visum fuerit, quam aliquam Lexicographi hujus celeberrimi, cuius Thesaurum edimus, notitiam præmittere; *Historiae Stephanorum & Annalium Typographicorum* auctor facile adductus est, ut, quæ de ROBERTI STEPHANI vita & operibus passim conscripsit, a se recognita & collecta, hic proponerentur. Vale.

ROBERTI STEPHANI VITA.

ROBERTUS STEPHANUS HENRICI filius anno [a] 1503. natus, maximam illius saeculi partem celebritate sui nominis illustravit. Hoc tempore Artifex ille Litterarum peritisimus in lucem editus videtur, ut litteris in *Gallia* renascitibus optimorum Librorum copia clariore lucem inferret. Omnimoda eruditione a prima adolescentia non leviter imbutus est. [b] Linguas (præter vernaculam) *Latinam*, *Græcam*, *Hebream* perfecte eum calluisse testantur Opera ab eo conscripta & excusa, [c] Grammatica *Gallica*, Præfationes multæ [d] *Græca* & [e] *Latina*; [f] *Thesaurus Latinus* absolutus, & [g] *Græcus* suscepitus bonaque ex parte elaboratus; [h] quedam ad explicandas Veteris Testamenti Phrases pertinentia. [i] ROBERTO STEPHANO diligentiorum in emendandis atque edendis Veterum Scriptis neminem secundum patrem suum arbitrabatur PAULUS MANTUUS.

ROBERTUS anno 1522. suæ vitæ 19. SIMONIS COLINÆI vitrici sui typographiæ præfuit. [k] Quo tempore Editio Novi Testamenti Latina eo Emendatore apud COLINÆUM cusa tantas offensiones concitatæ, ut eum mox ad ignem rapiendum vociferarentur Theologi Parisienses, nec unquam donec vixit Parisiis, conquiescere possit.

[l] Ea circiter tempestate (uti conjicio) de sua re litteraria & familiari constituenda, de Officina instauranda & nuptiis contrahendis cogitavit, ut inter librorum & liberorum partum minimum spatii intercesset. JODOCI BADII [m] socii optimi deque optimis studiis bene meriti filiam PETRONILLAM duxit, uxorem litteratam; "cui eorum, quæ Latine dicebantur, (nisi rarius ali- "quod intermisceretur vocabulum) haud multo diffi- "cilio erat intellectus, quam si dicta sermone Gallico "fuerint." Fandem scilicet videtur & thalami & stu- diorum confortem voluisse. " [n] Fuit tempus, quum

" decemviratum quandam litterariam domi haberet, " eumque ut πατροδόνι, sic etiam πάτηγλωσσον. Decem hi " partim literati, partim literatissimi viri, quorum qui- " dam correctorio munere fungebantur, (üque [o] " præfertim, qui epigrammata postremæ Latini The- " sauri editioni præixerunt) quum, sicut ex diversis " oriundi erant gentibus, sic etiam diversum sermonem i " vernaculum haberent, lingua Latina tanquam com- " muni interprete inter se utebantur. Ac quum ex his " decem modo hos modo illos famuli pariter & famulæ " de rebus, quas ipsi ipseque vel noverant vel saltæ " conjectare poterant, colloquentes, quinetiam in men- " sa quotidie cum de aliis tum vero de iis, quorum " illa solet argumentum fuggere, sermonem habentes " audirent, ita suas paulatim aures verbis illorum af- " fuesfaciebant, ut non solum pleraque eorum, quæ di- " cebant, intelligere, sed quedam etiam eloqui vale- " rent."

[p] ROBERTUS, quo nemo suo ævo illustrior, peritior aut diligentior, pro familiari schemate habuit [q] Arborem in ramos porrectam, addita figura [r] speculantu hominis, verbo ascripto D. Apolostoli ([s] NOLI ALTUM SAPE- RE) qua nota visus est arguere nimis curiosum de rebus obscuris ac divinis investigationem, & doctrinæ cuicunque apponendum modum.

In iisdem, quas Pater incoluit, ædibus e regione Scholæ Decretorum, & iisdem, quibus ille prius usus est, Typis primum Artes exercuisse indicant Librorum [t] Subscriptiones & [u] character; quorum nullum anno [x] 1526. vidi antiquiore.

In [y] nonnullis suarum priorum Editionum Ciphras & Reclamantes omisit; has, utpote minus utiles, [z] serius & rarius induxit; illarum autem usum [*] citius [†] Indicum necessitas flagitabat.

g 2

[a] Comi-

[a] *Histor. Stephan.* p. 13. 89. [b] *Menag. Antibaill.* cap. 69. [c] Ann. 1558. [d] *Euseb. Histor.* 1544. Nov. *Tetram.* 1550. [e] *Peregr.* 1527. *Bibl.* 1528. *Terent.* cum Comment. 1529. *Virgil.* 1532. *Theſaur. Latin.* 1532. 1536. 1543. *Bibl. Lat.* 1536. *Pentateuch.* Latin. 1541. Nov. *Tetram.* Gr. 1546. *CALEPIN.* 1554. Haec paucæ sunt ex multis aliis. [f] Ann. 1543. [g] *Histor. Steph.* p. 88. 223. & *Præfat.* in *CALEPIN.* 1553. [h] Ann. 1558. [i] Vide *Schol. P. Maut.* in *Epist. Famil.* *Cicer.* apud *Rob. Steph.* 1544. num. 264. 486. [k] *Repons.* ad *Censur. Theolog.* 1552. p. 8. [l] Libri apud illum excusi prodierunt multi ann. 1526. [m] *Lege Præfat.* in *Terent.* 1528. [n] *Epitol. Henr. Steph.* prefix. *Aul. Gell.* p. 13. [o] *Andreas Gruntlerus, Gerardus Clericus, Adamus Modius.* [p] *Claud. Min.* de *Symbol.* in ejus *Comment.* ad *Alciat.* *Emblem.* [q] *Olivam, Histor. Stephan.* p. 16. [r] *Ibid.* p. 16. 17. [s] *Addebat aliquando SED TIME.* *Ibid.* p. 16. [t] *Ibid.* p. 16. [u] *Consule Libros a 1526. ad*

1530. excusos. [x] *Consule Catalog.* [y] *FRISCIAN.* de Acc. cent. 1526. *Compend. difficult. Accent.* 1527. [z] Idque in *Græcis Editionibus anni. 1544. &c.* [r] Ciphras affixæ pagine anteriori pri- mum ann. 1526. *THEODIDACT.* *Præcept.* & tandem utique, ann. 1529. *Laur. VALL.* in *Pog.* [†] Vide Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 267. Indices cum rerum tum erratorum, Ciphras illas ad expeditiorem ejus, quod queritur, inventionem postulant. Ubi enim Ciphra non adhiben- tur, Indices eportet fieri per quaterniones (quod aliquam Lectori facit molestiam & moram) uti *SANNAZ.* de Part. *Virg.* apud R. STEPH. 1527. in *Indic.* Errator. *Quaterniones a pagina 4. verba 3.* Lectorem opus est prius quaternionem reperire, deinde paginam & verbum numerare. Inveniendi difficultas minuitur. (B. ERS. apud R. STEPH. 1527. *Lege Præfationem Commentaris præfixam*) adjectis ad marginem in quintum quæcumque verbum numeris, iisdemque per singulas Satyras repetitis. Ci- phras in Tabulis & rerum vocumve Indicibus sapis, quam in ipso Li- brorum textu omituntur; uti in *Bibl. Vulg.* apud R. STEPH. 1527. 1528. *Ubi*

[a] Commentarios medis Authorum Operibus intercalandi sive intexendi morem licet primum reprehenderet, non tamen [b] longo post tempore ipsi visum est admittere.

Typos nonnisi Romanos in Libris, quos sua initio emittebat Officina, adhibuit; nec alios fere adhuc [c] Typographi Parisienses noverant. [d] Tandem Italicos Aldini quam *Colinacius* similiores comparavit: Romanos etiam, quos in paterno prælo invenerat, usi jam satis longo factos deteriores, [e] novis & elegantioribus mutavit. [f] Hebraice & [g] Graece vix quicquid præter quafdam Dictiones, Sententias Lineas reperimus ab eo ex-cusum, antequam [h] Regius Typogaphus eligeretur. Tunc enim ejus Officina, simul honor munusque novum accesserat, positis exuvii, & quicquid antique rubiginis adhærebatur, deterso, nitidiorem multo & prolsus juvenilē cultum induit.

ROBERTO STEPHANO, ex quo id negotii suscepit, maximæ erat curæ, ut ne quid a se inutile ac frivolum prodiret, sed quocunque aut antiquorum aut recentiorum Scriptorum ad litteras politiores promovendas fuisset elaboratum, in studiorem manus veniret emendatum, ac ipsis Authoribus nequitiam indignum.

Imprimi [i] auspiciū fecit ab Epistolis familiae CICERONIS; cuius præcipui inter Romanos Oratoris aliqua subinde Opuscula sola nonnunquam, aliquando Commentariis selectioribus elucidata, dare non desstit, donec omnia simul elegantissime [k] produceret.

STEPHANUS primam opinionem permagni momenti esse, totamque rei cuiuslibet fere summam ab exordiis rite ac feliciter institutis pendere non recessi, egregia in primo ferme limine suæ artis dedit specimina, [l] Latina Biblia, & Digesta; Legis scilicet Divinæ & Humanæ Codices separari noluit; cum illorum authoritate vis horum integra innaturat. His Operibus fecit existimandi copiam, quanta ab eo viro, qui nunquam velleat a se degenerare, forent deinceps expectanda. His pignoribus suam quasi fidem astrinxit, probavitque se nullis litterariis laboribus fore imparem.

Jam diu erat, quum Bibliorum Opus illud moliebatur. Anno enim [m] 1524. perveritas Urbi Parisiensis Bibliothecas evolverat, opera pretium faciūrum se arbitratus, si prius quam rem ipsam aggredieretur, vetera Exemplaria consuleret, inde geramanam lectionem excerpturus, quo, autoritas eorum fultus, & qua depravata esset, restituere, & scrupulosis quibusdam Lectoriis satisficeret, quos vel unius verbali immutatio sole offendere. Huic Operi denique absoluto, Regium in quinquennium impetravit Privilegium; Erratorum paucorum Indicem adnexit.

[n] Anno circiter 1528. studijs, ut aliquod ex optimis Authoribus Diætionarium aut colligendum curaret, aut ipse colligeret, instantibus, se accinxit operi, PLAUTOQUE ac TERENTIO diligenter perfectis, hortatu denum virorum eruditorum, quibus duos aut tres incepti operis quaterniones

ostenderat, binos annos in hoc Opere dies noctesque, rei domestice & corporis fere negligens, ita desideravit, ut quotidie drobus prælis materiam sufficeret, & ablique ope divina oneri succumbendum fuerit. Ingentibus hilce pertinacibusque conatibus per tria annorum lustra evictis (dum aliis pene innumeris operibus vacabat) stupenda illa *Thesauri Latini* moles ad sumnum [o] denum apicem perducta est. Dictionarii Lexicisque ut nullum opus inter rei litteraræ adminicula est utilius, ita quoque nullum tedium & laboris improbi plenius. In hoc studiorum genere quantum ROBERTUS desideraverit, declarant varia in Linguis omnibus, [p] Hebraica, [q] Graeca, [r] Latina, [s] Gallica, Lexica, & Dictionaria [t] Poetica seu Nomina propriorum, cum profana, tum sacra; omnia hæc ab ipso impressa, nonnulla [u] sèpius aucta & recusa, complura ipsius potissimum industria & vigiliis elucubrata; non tamen (Ecclaus unius humeri his oneribus suffecerint?) absque ope interdum doctissimorum virorum [x] BUDÆI, BAYFII, TUSANI & THEODORICI BELLOVACI, aliorum præterea [y] correctorio in ejus officina munere fungentium. [z] Decemviratum enim litterarum domi alebat, in quo ANDREAS GRUNTLE-RUS, GERARDUS CLERICUS, ADAMUS MODIUS; quorum Epigrammata legimus postremæ Latini Thesauri Editioni præfixa. [*] *Theaurum Græcum* (qui sub HENRICK nomine [†] longo post tempore prodit) Latino [||] similiem meditatus est, totum a fundamentis construendum, bona-que materia, quæ ad novum illud adificium requirebatur, partem paravit: ac [aa] non *Lexicon Graeco-Latinum* nescio quod, ineptissimorum annotationum quadam velut colluvie confusatum, tanquam vestimentum aliquod ex vilibus scrutis consarcinatum, sed ingentem & immensum Lingua Græca Thesaurum, per multis annos sumptibus prope infinitis, ex præstantissimis Linguis Græca Authoribus congesiti atque coaceruavit. Qui certe illo Latina Lingua Thesauro (quem ipse canulaverat) tanto foret opulentior, tantoque preciosior, quanto maiores sunt illius, quam hujus, dicitur. Sed mors ei invidit tanti Operis Editionem.

Nec tantum in omnigenis Lexicis, sed Grammaticis etiam Tractatibus edendis, multum operæ posuit.

Sed haec sunt doctrina elementa, & fundamenta, quibus positis facile cætera & fauste succedunt. Tyroni Lexicis & Grammaticis instructo optimos quoque etiam Authores suppeditavit STEPHANUS.

Ex his nullos, variis formis & characteribus, textu aut solo aut commentariis explicato, sèpius ad prælum revocavit, quam [bb] TERENTIUM, [cc] VIRGILIUM & [dd] CICERONEM: idque haud immerito, cum penes hujus triumviratus arbitratum omne sit Latine scribendi loquendique ius & norma.

ROBERTO STEPHANO nil puto felicius evenisse, quam quod in ea inciderit tempora, quum ad rei inter Gallos litteraræ incrementum maxime conferret Regium patrocinium.

[a] FRAN-

1501.) & mensis diem (CICER. ORAT. PART. apud R. STEPH. 7. CAL. MAR. 1527. MONTBL. Prompt. apud SIMON. COLIN. 7. CAL. NOV. 1520.) adjicere solebant. [c] Italico Charactere COLINÆS & CHRISTIANÆ WECHELUS inter Parisiensis anno 1528. usi sunt. [d] Tractat. de Comed. ad finem TERENT. 1533. CICER. TUSCUL. QUEST. ANN. 1524. [e] ANN. 1522. BIBL. VULG. & VIRGIL. [f] Catalog. Nom. Propri. in BIBL. 1528. [g] Interpretat. Græcor. in Pandect. 1527. 1528. [h] ANN. 1539. Vide Hiflor. STEPH. p. 35. [i] ANN. 1526. [k] ANN. 1539. 1540. [l] ANN. 1527. 1528. [m] Lege Praefat. BIBL. 1527. [n] Lege Hiflor. STEPHAN. p. 21. [o] ANN. 1543. [p] PAGNIN. 1548. [q] De Thesauro Græci dictum est prius. [r] ANN. 1522. 1536. 1543. [s] ANN. 1540. &c. [t] ANN. 1541. &c. De platio, cuius STEPHANUS accusat JACOBUS THOMASIUS, in Elucidario Cartuminum, lege Hiflor. STEPHAN. p. 25. 1538. 1543. [u] Comparet Lector Editiones Latini Thesauri 1522. 1536. 1543. [x] Lege Praefationes Thesaur. Latin. 1536. & 1543. Praefatio 1543. nullam facit mentionem BAYFII & TUSANI, & 1536. nullam Theodorici BELLOVACI. [y] Hiflor. STEPH. p. 18. [z] Ibid. [*] Ibid. p. 88. 141. 228. [t] ANN. 1527. [l] At Thesau-
rus Græci, qualis anno 1527. prodit, Latino longe est inferior. Ille enim si eam in Græcis, quam hic in Latinis, formularam scribendi copiam eodem ordine dispositam comprehendisset, in multo plura excrescere. Volumina. Qualis nunc Græcius defiderat Thesaurus; ad quem conserendum ingenti & longo labore, incredibili & prope infinita lectione opus est: cui operi sufficeret non nisi Robertus STEPHANUS suo decemviratu adjutus. [aa] Lege Praefat. CICERON. Lexic. apud H. STEPH. 1557. [bb] In fol. bis 1529. fine & cum Comment. 1536. cum Comment. In 4. 1542. cum Comment. In 8. 1529. 1531. 1533. 1535. 1536. 1538. 1540. 1545. 1551. Sine Comment. In 16. 1534. 1536. 1541. Sine Comment. [cc] In fol. cum Comment. 1532. In 8. fine Comment. 1533. 1540. In 12. 1537. 1549. [dd] In fol. 1539. 1540. In 8. 1544.

[a] FRANCISCUS Primus peculiari amore eum amplexebatur; eique annum aetatis 36. agenti, ann. [b] 1539. Jun. 24. Regii in Hebraicis & Latinis Typographi munus injunxit; quæcumque typographica postularet, subfidia concedere nunquam non paratus. [c] Inter haec presidia precipuum erant *ii sumptus*, qui in conquisitionem cum aliiorum Librorum (potissimum Græcorum) tum vero Historiorum (*Historia enim præstissim Romanæ hic Rex amatorem erat*); & qui in sculpturam tam pulchrorum [d] charæterum seu typorum, quibus Libri illi excuderentur, faciendo erant.

ROBERTUS, licet nullas adhuc viderim Editiones, in quibus se Regium in Græcis Typographum scripsit, mihi tamen videtur (ex ipsius [e] Epitoli Euseb. Eccles. Histor. ann. 1544. præfixa) aliquam Græci etiam Typographi curam habuisse. Symboli istius fuit inventor, quod solebat Libris plerisque ex Regia Bibliotheca depromptis affigere, quoque plurimi celebres Typographi cum [f] Regii tum etiam [g] alii fuos libros ornabant. Symbolum id erat, Lancea cum olivæ palmite & serpente circumflexis, subiecto [h] HOMERI hemiætichio βατικανοῦ πρωτερηφ ταιχικοῦ.

Nulla est sere pars in universo omnium Scientiarum Artiumque liberalium orbe, quam ROBERTUS typis non illustravit: quod quidem fatetur GESNERUS in Epitola, qua huic quintum Pandectarum librum de Arithmeticâ nuncupavit.

ROBERTI STEPHANO Regio Typographo Lutetiae Parisiorum CONRADUS GESNERUS S. D. P.

" Non equidem ignoro, doctissime Roberte, quæ & quam egregia Volumina per te publicum acceperint lumen, eaque plura, quam ut hic recensi; & elegantius diligentiusque excusa, quam ut pro merito a me commendari possint; nec in uno solum sed omni propomodum Disciplinarum genere, ut nulla fere hujus operis pars sit, que non jure tibi nuncuparetur: volui tamen hoc in loco participem te lucubrationum nostrarum facere, non quod non alibi dignius hoc fecisset, sed ne omnino te præterirem. Partes enim alias nostræ gentis Typographis destinavi: pergrinis vero (quorum tu veluti Sol quidam inter minora sidera occurrit) ea tantum dedicare constiui, in quibus nullus nostrorum, quod quidem scirem, aut in præsentia meminisse, excelluisse videretur. Excellere autem dico Typographum aliquem in hoc vel illo genere librorum, in quo vel plurimos, vel optimos, vel utrumque, vel paucos sed bonos, vel unum sed optimum alicujus Scientiæ Authorem excuderet. Cum igitur inter Arithmeticæ Scriptores Tonello, cuius tu librum olim evulgasti, primam laudem haec tenus omnes fere attribuerint (ut qui rem omnem logisticam, quæ Praxis, ut vocant, Arithmeticæ est, Latinissime, copiose & perspicue tradiderit) tibi hunc de Arithmeticâ libellum nostrum nominati dedicare visum est. Quamvis enim excellentiora plurima publicaveris, quorum comparatione non æquius Arithmeticæ tibi quam seles Minervæ consecranda videatur; malui tamen aliqua in parte Bibliothecæ nostræ quævis occasione nomen tuum celebrare, quam prorsus annum relinquerem: idque gratitudinis ergo magis, quam omnes studiosi tibi debent, quam quod laudis aliquid operibus tuis per se nobilissimis nostra celebrazione accessurum sperarem. Ergo hoc unum abs te expæcto, humanissime mi Roberte, munuscum tantillum boni ut confulas, & non ex magnitudine aut dignitate ipsius, sed animo Authoris estimationem de eo facias. Libenter equidem hic beneficia tua in studiis, hoc est, Officinæ tuae opera, commemorarem; quæ vel te Authore & laboribus tuis elucubrata æternam procul dubio gloriam tibi paritura; vel ab aliis, priscis, novis, Græcis, Latinisque Authoribus confcripta, ex ædibus tuis prodiverunt; nisi tantus eorum

" numerus esset, ipsaque adeo præclara, & vere basilia, a Typographo nomine & re ipsa regio profecta, ut nili laudatum dimittere nullum possem; atqui si laudan dis, ut merentur, singulis immorarer, prolixior Epitola libelli hujus modum excederet. Thesaurum certe tuum, ejusque Epitomen Latino-Gallicam, Testamen tum utrumque Latinum cum Scholiis, & Græcum seorsim, & Eusebium Græcum, quæ nunc præ cæteris abs te edita memini, indicta relinquere non possum. Perge igitur, Vir optime; perge feliciter, & aufisce CHRISTO, sacra & humana studia pulcherrinis typis tuis juvare: sic boni piique & studioli: omnes tibi favent, & Domino Deo precibus suis te commendent: sic Deus ipse, qui honestos conatus nunquam deserit, propitius tibi & benignus te tuaque omnia fortunet. Tigris, decimo Calendas Februarii, anno Salutis 1548."

Hic miror Hebræorum Bibliorum in 4. & 12. R. STEPHANO typis excusorum nullam a GESNERO factam mentionem. GESNERUS autem speciale Librorum a R. STEPHANO impressorum Catalogum (quod fecit in plerisque aliis celebrioribus Typographis a se salutatis) Epistola non adjectit.

ROBERTI STEPHANI Officinæ laudes JOANNES AURATUS * eleganti carmine celebravit.

Inter tot, hac ætate belle qui typis

Cudunt minutulis libros,
Primas, Roberte Stephane, tu partes tenes,
Reclamitante nemine:
Seu quis requirat literæ elegantiam,
Cæsis in æs e formulis,
In plumbeas abire jussam tesseras,
Vulcania juvante vi:
Seu linearum nobilens symmetriam,
Oculos quod acres plurimum
Juvet legentum, haud indecenter omnibus
Suum tentibus locum.
Versus spatiolis rite distinguentibus,
Parvis perinde ut areis,
Quas hinc & inde susque deque continent,
Cohibentque certi margines:
Seu quis (quob ad rem pertinet vel maxime,
Quam quærimus) solertiam,
Ac diligentiam sagacem postulet,
In eluendis omnium
Nævis Librorum; nequa labes fordium
Doctorum operibus insidens
Obstaculo sit imperitoribus,
Doctisque bilem conciat. &c.
Qui tanta se monumenta debent, atque tot,
Quæ prisca gens mortalium
Licit edidisset, nunc forent ut inedita,
Ni per laborem plurimum
Redintegrasset tu refuscitans ea,
Prope dixerim, intermortua,
Robertæ, literariæ rei salus,
Non ut columnis pluribus
Inniterentur tecla, prætereuntium
Quod vertat in se lumina:
Non ut renidens tibi lacunar in domo
Fulgore verberet solum
Imaginosum. Non enim tu arti tuæ
Statuis aware & fordidie
Pretium: leves quod facculos exhaustat
Scholasticorum pauperum,
Tuam frequentant qui tabernam plurimi
Plenari bonarum mercium:
Emptos ut illinc quam licet parvo libros,
Quibus opus ipsis, auferant:
Libros, heri qui diligentiam sui
In corrigendis lapibus

h

" regiæ typis." [e] Επίσημος γράμμων συμπέρας βίβλος μίκροφυ ὀπτικόν.
— οντα δε ποὺδ ἀρχαίστερον καθηγεῖται ὑπεργεία, ἢ ιων ἡστε βασικές νομοθεσίαι καὶ φυλακτῶν ἐπεργα &c. [f] Carolus STEPHANUS; Robertus STEPHANUS, Roberti filius; Mameritus PATISSONIUS; Gul. MORELLIUS; TURNERUS; Federicus MORELLUS pater & filius. [g] BENE NATUS. [h] Ia. 2. verf. 179.
* Carmen integrum legi Hislor. STEPHAN. p. 94.

[a] Hislor. STEPHAN. p. 34. 35. [b] Hislor. STEPHAN. p. 35. [c] Ibid. p. 35. [d] CAILLE, p. 85. " François I. fit fonder par Guillaume Le Bé en leur perfection, ces beaux caractères Hebreux, Grecs & Latins, dont Robert ESTIENNE Parisien fils de Henry, son Imprimeur ordinaire, avoit la garde, & dont il se servoit en l'Imprécision de ses Livres, au bas desquels il mettoit ordinairement, Ex Officina ROBERTI STEPHANI Typographi Regii,

Vel ore ab ipso, seu parentes liberi,
 Testentur, ac subindicent.
 Quod dum assequaris, sumptibus non interim
 Parcis profusioribus,
 Plus publicae rei quam domesticæ gerens
 Curæ atque sollicitudinis. &c.
 Quid tandem (ut una cuncta summa colligam)
 Lares beatæ personæ
 Indefinenter, continenter, jugiter,
 Et usquequaque & undique,
 Intimata quam Latini puritas
 Sermonis, & canus decor?
 Nempe uxor, ancillæ, clientes, liberi,
 (Non fegnis examen domus)
 Quo Plautus ore, quo Terentius, solent
 Quotidiane colloqui. &c.

Datum Lemovicibus 4. Non. Maii, Anno 1538.

Sic eodem, quo HORATIUS Vitam Rusticam, Epodi genere AURATUS laudavit STEPHANI Officinam; qui [a] "alto heroicoque animo ad suscipienda litteraria opera sustinendaque onera prædicta, magnis & propemodum HERCULEIS laboribus parvum suum exercebat corporis. Sed (ut pius erat, & amore divino flagrabat) in facrorum Librorum Editionem multo ardenter quam in aliorum quorumlibet incumbebat, & pecuniam in alios quidem profundebat, in illos vero prodigebat. Ino in iis elaborandis, quæ ad Sacrae Scripturæ illustrationem pertinebant, non solum pecuniam prodigere non dubitabat, sed usque adeo nullis laboribus parcebat, ut etiam in iis tolerandis (quod exitus ostendit) vitæ prodigus esset."

ROBERTO ex suis Bibliorum Editionibus multum invideæ conflatum est; odiumque, quod adversus eum Sorbonæ Doctores anno 1522. conceperant, recrudit anno 1532. [b] "quo Biblia majori Volumine impressit, idque tum permitti tum consilio seniorum Collegii ipforum: cuius rei locuples testimonium reddebat privilegium Reginis, quod certe nunquam impetrasset, nisi palam factum esset primariis Rabinis ita placere. Illi tamen occasionem nati ad capitale supplicium hunc postulabant, clamitantes hunc Biblia corrupisse. Et de eo actum erat, nisi quorum authoritate factum fuisset, in tempore monstrasset. Compressis postea eorum furoribus, vel saltæ placata tam ingenti rabie, quod pollicitus esset se nihil postea, nisi cum bona eorum gratia facturum, elapsi annis decem, 1540. Biblia rursus excudit, in quibus multa ex vestito Codice reposuit, veram lectionem Hebreis Codicibus congruentem ad margines notans, nomine Codicis scripti adjecto. Hic rursus novæ flammæ: bacchantur Censores contra totum librum, in quo ne minimum quidem erat, quod carpere ipsi possent, nisi forte in Sunimatiis, quæ vocant, quæ redolere hæresin dicebant. Pergit nihilominus; & decem Precepta jam ante imprecta denuo imprimunt, & quam vocant, Scripturæ Summam; utraque singulis foliis, majori charaktere fatis venusto, quæ parietibus posse affigi. Pro his quas ei exhibuerunt molestias! Quandiu abesse domo eum oportuit! Quandiu Aulam Regis fecutus est! a quo tandem Diploma ad cohibendam eorum intemperiem obtinuit, quo jubebatur illa Latine & Gallice imprimere. Quoties clamaverunt pejorem illic doctrinam contineri, quam Lutherus unquam protulisset. Eo tamen res deducta est, ut probarentur plus quindecim non postremis Collegii Magistris, qui palam figillis suis comprobarunt, quæ tota caterva improbaverat. Tandem quum seniorum illorum sigilla conspicerent, regiumque privilegium, deputatorum suorum calculo approbaro in ædibus Bædelli sui passi sunt. Eadem tamen illa, quæ tantopere in Stephano damnabant, eorum jussu a Joanne Andreæ (homine imperito, qui illis & proditionum omnium

minister, & in struendis columnis optimum flabellum; & in exercenda savitia carnifex acerrimus) impressa sunt, sed cum Præceptis Ecclesiæ, & foedata corruptaque ab Odoardo, qui ex duobus primis Præceptis unum fecit, auferens eam, quæ de Imaginibus fingendis & colendis illicit habetur expresa prohibito; & postremum in duo divisit, ut numerum denarium suppleret. Interea, quod illis esset suspectus de hæresi, quoties dominum illius crucati sunt Judices ipsorum impulsu, si qui forte Libri suspecti possent reperiri! Accedit ad hæc circiter annum 1541. Novi Testamenti Editio cum brevissimis Annotationibus ad marginem ab illo simul excusis, quas a viris doctissimis accepérat. Ac principio quidem, lato plausu ab illis exceptus est Liber; paulo post pro suggestum clamant Annotationes hunc edidisse valde periculosas, locos de Purgatorio & Confessione aliter, quam solerent, interpretatum. Aliquandiu vice tertia latèrē coactus est. Tandem quum tempestas illa paululum fœdata foret, denuo easdem excudit, mutatis pauculis, multis additis quorundam Sectæ eorum consilio; Gagno interim Picarto, & Guancurio obfrepentibus. Magno postea labore, summis vigiliis, singulari attentione animi, quæ ex Francisco [c] Vatablo, homine in Hebraicis literis petitissimo, Professore Regio, exceperant auditores doch, collegit in unum Volumen, adjecta nova Bibliorum tralatione e regione veteris. Opus hoc anno 1545. absolutum fuit. Id statim doctissimis quibusque Collegii communicat: remittunt, salva omnia esse aiunt, quod non statim mali quid ex Vatabli lectionibus publice subrirum crederent. Multitamen deinde commoti dicti tant non oportere ultra distrahi Biblia ita cum Annotationibus: clam a nonnullis minus improbis admonet, ut sibi caveat & propiciat. Profectus itaque in Aulam Regis, post oblatum ipsi Eusebii Volumen Græcum, circa 1546. (quo tempore & Psalterium ab illo excusum est) ademonuit Petrum [d] Castellum, tunc Matisconensem Episcopum, futurum ut brevi Theologi persuadeant vel Curiæ vel Urbis Praefecto, ut venditio Bibliorum cum Annotationibus ipsi interdiceretur. Quum hominem plus sati timidum videret, quid in hac re consili daret, dubitare, dixit se libenter impressum ad calcem, quicquid a Theologis vitii deprehensum esset, adjecta censura. Placuit consilium, etiam Regi, qui mox Castellano imperavit, ut suo nomine scriberet Theologis, ut quod non placet Bibliis, seorsim annotarent, omnia postea Stephano traderent imprimenda. Scribit Castellanus. Tametsi hoc se facturos receperint, nihil tamen effectum. Quin potius astute interea sollicitant Theologos Lovanienses, ut ea Biblia in suum Catalogum Librorum suspectorum & hæreticorum infarcirent. Rescriptum ad Theologos Castellane. Vetus Rex imprimi Lovaniensem Catalogum. Hortante iterum atque iterum Castellano tandem coacti, quindecim locos a fe animadversos miserunt. Quos Castellanus cum Gagno collatos remisit cum Epistola de castigandi ratione & utilitate Annotationum, quæ non parum eos urebat. Rex, misso 26. Octob. Diplomate, additis minis præcepit, ut in absolutione censurorum pergant, eique dent imprimendas. Tamen neglexerunt. Obiit interea [e] Rex FRANCISCUS: cui HEXRICUS filius succedens ann. 1547. 16. Ang. primo sui regni anno jussit misso Diplomate Theologos absolvere Censuras. Respondent se datus. Regem frustrantur: pro articulis afferunt libellum supplicem, quo interdici Stephano venditione Bibliorum postulabant, propterea quod esset Sacramentarius, scripsissetque in illis animas esse mortales. Theologi denique ex Collegio deceni Novembri mense ad Prætorium Fontibellaqua advenientes, ægerime protulerunt 46. [f] Articulos. Illis Stephano auditis, interdictum est palam, ne Theologi jus illud, quod Episcoporum erat, censoriū sibi in materia fidei usurparent. Episcopi in articulis nil mali invenerunt, præterquam fortasse in

[a] Lege Præfat. Exposit. Cathol. in Genes. apud H. STEPHAN. 1562.
 [b] Lege Respon. Rob. STEPHANI ad Censur Theologer. Parisiens. pag. 7. &c.
 [c] Multi putant Robertum STEPHANUM Annotationibus suis VATABLI nomen prætendisse. Lege Hisp. STEPHAN. p. 46. 47. & HURT. de Clar. Interpretibus 1661. p. 115. 116. [d] De CASTELLANO lege Vol. I. Annal.

[e] FRANCISCUS Regis Elogium, THUANO & BAYFIO Scriptoribus, lege in Hisp. STEPHAN. p. 52. 53. 54. 55. [f] Hos articulos enumerat Rob. STEPHAN. in Respon. ad Censur. p. 44. ad p. 107. "quinti Typogr. pag. 291. Hisp. STEPHAN. p. 144. usque ad 159. [e] FRANCISCUS Regis Elogium, THUANO & BAYFIO Scriptoribus, lege in Hisp. STEPHAN. p. 52. 53. 54. 55. [f] Hos articulos enumerat Rob. STEPHAN. in Respon. ad Censur. p. 44. ad p. 107.

“ quinque aut sex, qui calumniæ obnoxii essent. “ Urget Stephanus, ut reliqui mittantur. Id Rex iterum atque iterum præcipit. Tergiverfantur, quoad possunt; & postulant, ut reliquos articulos absolutos Rex traderet examinando [a] Judicibus iis, qui tunc causas hæreticorum cognoscebat. Cum annuisset [b] quidam, Stephanus destinatur Rege inscio victima. Obsignantur litteræ, quibus causa ad illos Judices devolvitur. Ille hac de causa per octo menses integras aulam sequitur: qui sub Regis discessum apud Segusianos, cum Taurinum proficeretur, a Rege accipit litteras, quibus priores litteræ sunt irrita: jubenturque Theologi [c] reliquos mittere articulos. Demum per manus Cauponis & Ruffi mitunt Lugdunum; ubi cum Stephanus non reperirent, negarunt se habere, & retulerunt ad suos. Sollicitant Guianciuntum Regis Confessorem, ne cogerentur dare reliquum articulorum, sed ut Rob. Stephanus condemnaretur tanquam hæreticus. Guianciuntus a Rege, quem Taurinum reversus in collolio S. Andrea fere solus requiesceret, litteras extorxit, quibus distractio Bibliorum a Stephano impressorum inhiberetur, ea tamen conditione, ut articulos daturi essent. Hanc rerum mutationem Lugduni a Cardinale Guyfiano recivit Stephanus, Castellum adiit, illi & patriæ valeat dicitur. Regi indicat Castellanum, Stephano natali solo migrandum. Rege tamen, ut in ornanda sua Typographia pergeret, jubente, Stephanus a Roberto SENALE Abrincensi Episcopo (quem subornaverat Guianciuntius) ut cum Theologis rediret in gratiam, monitus assentitur; & Guianciuntus fingit se Theologis scripsisse litteras, ut præterita efflant; nihil se pollicet in ipsorum consilio facturum. Eo tempore efficiunt, ut nullæ (nam rumor erat mille & quingentos aureos iri numeratum) pecuniae darentur Stephanu ad farcienda damna. Rex tamen pollicetur majori in re fe fore munificum. Stephanus post trimestrem molestiam, Diploma, quo Regis erga se animus adversariis testaretur, quinque emendatum, obtinuit denique, ut obsignaretur: quo Diplomate sibi mox cavit, ne conjiceretur in carcerem; quod intra triduum futurum audiverat, rogatis in se plus octoginta testibus. Dum hæc regio Diplomate prolatu, conticescunt turbae, pergit in excudendo Novo Testamento Græco [d] majore forma. Opus (ann. 1550.) absolutum ad Castellum desert, & ab eo, quod Theologis non ostendit examinandum, acriter objurgatus, se defendit; in ea lingua nihil aut parum seniores horum nosse; hærefoes suspectum esse illum Librum non posse; se quibusdam ex illis, ut textum 1. Corinth. 15. 51. mutaret, consulentibus consentire noluisse. Castellanus illico velut furia agitatus, & spe emerendi galeri illeculis, Gallandio dat mandatum Theologis renuntiat, se nolle Stephanus tueri; proinde, quid agendum de hac Novi Testamenti Græci Editione, viderent. De hoc Stephanus a Gallandio, qui ipsi omnino inimicus non erat, præmonitus, Theologis (quos legitime suo more congregatos ante mensem adire non potuit) impressum a se illud Novum Testamentum offert in conciliu apud Mathurinos, [e] Goveano & Ruffo præsidentibus. Postulantibus afferri vetus Exemplar, respondet fieri non posse; nec unum esse, sed quindam in Regiam Bibliothecam relata, que ipsi precario data fuerant. Concedunt, ut relegendi operis negotium duobus ex ipsis Græce doctis detur. Toto

“ mense satagit Stephanus, ut referant, quibus demandata fuerat cura. Referunt ad Congregationem in Sacello Sorboni Collegii congregatam. A Decano pronuntiatur, Theologis non videri, ut Novum Testamentum propter Annotationes marginales (sic variis lectiones vocabant,) vendatur. Stephanus orat frustra sibi dent scriptam, quam ostendat Regi, Facultatis sententiam. Postridie offert Regi Novum Testamentum. Ibi Castellanus mitior factus narrat, quid Facultas decreverisset. Stephanus ex aula reversus Novum Testamentum venale exponit. At se ex eorum manibus ereptum videns, ne contemptu eos exasperaret, quicquid postea impressum esset, se illis communicaturum recepit. Ipse vero ab illis nihil servior, ut qui sciret implacabili odio ardentes avide [f] ipsius sanguini inhiare, in [g] locum tutiorem se recipere, [h] anno 1552. ineunte, coactus est.”

Totam acerrimæ illius & longæ inter Theologos & STEPHANUM contentionis historiam ipsius verbis exposui. De ea varie eruditorum, prout [i] Papæ aut [k] CALVINO favent, sententiae. In eo tamen [i] plerique mentis sanioris & a studio partium magis alienæ contentiunt, altercationem utrinque acrioribus animis suis conservant: STEPHANUM hinc ad PROTESTANTUM partes (quibus multi in Romana Ecclesia clavis favebant) proniorem, Theologorum odio (non absque cauſa) obnoxium; Theologorum inde animos servidore odio iraque effteratos; hos ex illius Biblii causas iniquius captasse, quam bona fide & ratione illum accusasse; illi etiam suum fel aliquanto [m] amarulentius non defuisse. Sed quo acerbius inter hos illunque tam diu indefinenter concertatum fuit, eo plus miror illius in rebus typographicis labores nihil magis interruptos inter ista litigia durasse, & diligentia aeternum nunquam deferuisse; virumque tot molestis vexatum per minas per damna ab ipso adverfariorum odio opes animumque duxisse. Illum quamvis magna in litterariam Rempublicam merita longo tempore ita tuerentur, ut neque Regis patrocinio nec eruditorum gratia exciderit; oportuit denique inveteratae & inexpabiili malitia cedere.

Donec Parisii morari tuto licuit, negotium typographicum aliquando habuit cum suis [n] affinibus MICHAEL VASCOSEN, JOHANNER OIGNY & [p] CONRADOBADIO fratreque [q] CAROLQ communem: ex quibus (si excipias CONRADUM, qui solum natale cum Religione etiam vertit) nullum novi, cui eadem cum illo fuerit in rebus ad Religionem pertinentibus opinio; aut, si fuerit, non saltem tam aperta ejusdem professio.

Vix ulli familiarior & promptior, quam ROBERTO STEPHANO, fuit cum Latine tum Græce scribendi facultas; nulli stylus castigatior, magisque ab obscurâ orationis affectatâ diligenter, & incuriosâ contra dictio[nis incorrectæ negligentia, alienus. Paucissimi sunt, quibus aurea illa contigit sermonis mediocritas; quibus verba nullo labore exprimi, sed natura magis quam arte deponni venaque ubere juxta ac facili fluere videntur. Is denum adeo electus, ea simplicitas, ut nil tumeat, nil ferat; placeant æque ac intelligentur omnia; & quicunque legerit, cogitet se ea, quæ legit, non aliter scribere aut potuisse aut voluisse. Eam ROBERTO contigit se scribendi rationem comprobant multæ, quas affixit [r] Libris, Praefationes: speciminis loco erit Lectori, quod de FRANCISCO Rege [s] Latine & [t] Græce scripti, Elogium.

h 2

Si

Genevam ad extreum se contulit; ubi tanta prudentia publicam simul & privatum curavit, ut, quamvis tot adversariis confituisse & incommodatus, que solum veritatem necessario perficerent fuit, tamen in opere affidibus ad ultimum vita sacerdotum laudabile rei literariae agravandi propulsione conlitant remitterit. [m] Id necesse est agnoscatur, quicunque ejus ad Censuram Theologorum Responsionem legerit. En Specimen, quod (p. 260.) afferat CHEVILLERIUS ex illa Responsione (p. 248.) Quid enim aliud est Missa, quam Diabolica incantatio, que finos quoque dement? Imo tantum apud filios Dei valit Missa celebratio, ac si quis Megaram ac duas fortes dices tetrahedron virga parsifile. In virtutem alias doctrinam sanumque, insuno Calvani Enthusiasmi certe correput! [n] Iudeus BADUS filius erat CORVINUS: [o] socii tres filias, Petronillam Robertum STEPHANUS, Joannam Joanne ROIGNY, Cartharinam VASCOSEN, duxerunt. Vide CHEVILLERIUS, p. 138. & LA CAILLE, p. 96, 102, 105. [o] Vide Catalog. ann. 1542. [p] Ibid. ann. 1548. [q] Ibid. ann. 1550. [r] Quam Praefationem plurimas ante enumeravi. [s] CICERO. Tuleulan. Quest. 1542. [t] Euseb. Histor. 1544.

[a] Inter quos LVSETUS, Hislor. STEPHAN. p. 58. Lege Jocofam & Satyricam ad ipsum PASSAVANTII Epistolam. [b] A cuius nomine consulto absliuuit. [c] Hos enumerat STEPHANUS in Respon. p. 113. ad p. 247. [d] Idem antea minore forma bis excuderat ann. 1546. 1549. [e] Hic est, qui in PASSAVANTI Epistola vocatur Magister de Govea Sinaipiorum. [f] Nonnulli putant Roberti STEPHANI (postquam aufugislet) effigiem manu carnificis combustam. Lege BEZÆ Icon. & Epitol. PASSAVANT. Hislor. STEPHAN. p. 72. 93. 220. [g] Scil. Genevam. [h] Hislor. STEPHAN. p. 78. [i] CHEVILLERIUS. [k] BEZÆ Icon. [l] P. SIMON. Hislor. de Vieux Testament. Lib. II. Cap. 21. At integerimi Historici THUANI audiendum est testimonium (Vide ejus Hislor. 1604. p. 605. 606.) Migrante ad Deum optimo non solum Princeps, sed litterarum fauore ac parente eximo, indigne bene merito de patria civi tot editis Hebreis, Græcis, & Latini Libris gratia reperi est a Theologorum nostrorum collegio, qui hominem reip. invigilantem & quajus aquas condicione accipere se paratum demonstrantem, non deferunt lacessire, donec illo vexationum injuriarum peritus, ex necessitate consilium cepit, & relicta patria

Si vere dixit olim gravissimus Autor PLATO, tunc denique cum genere humano actum iri preclare, cum aut Philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur; nihil est profecto causa, cur non beatissimum hoc Rege FRANCISCO Primo Galliam prædicare verissime licet. Inest enim natura, ut de [a] Socrate apud eundem Audorem SOCRATES teatatur, Philosophia in hujus viri mente quædam. Cujus rei, si alia deessent, quæ quidem sunt vel plurima, testimonia esse possunt perpetui illi de litteris atque omni doctrina generes sermones; quos fere quotidie, quoties quidem certe aliquid vacui temporis natus est, cum hominibus habet eruditissimum; magna omnium, qui astant, admiratione, dum Regem aduentur, & eum quidem Regem, qui maximus semper rebus necessario occupatissimus fuerit, ea memoriter & prompte, ut quæque res ad disputandum forte oblatæ est, pronuntiare, quæ homines summo otio omne studiū tempus in litteris versati vix possent. Et certe, quod verissime philosphantibz sit, hunc demum ī regni sui fructum dicere amplissimum videtur, qui est illa animi magnitudine & majestate dignissimus; ut quamplurimorum mortalium rebus ac commodi recte consulat. Id quod cum una omnium facillime atque expeditissime ratione effici posse intelligeres, sapientia ac rerum notitia plurimarum animis suorum instructis, quæ quidem ita effet homini propria, ut hac pena sola constare humanitas wideretur; ad hanc igitur rei quod sibi esse judicaret, nihil unquam, ex quo ad regnum pervenit, prætermisit. Nam primo magistros optimarum artium ac litterarum homines doctissimos, magnis propositis præmis, in hoc amplissimo Orbis terrarum Gymnasio, quo omnes undique studiorum causa convenient, constituit. Deinde omnes semper ad bene & naviter agendum excitavit: cum quos multum profecisse in litteris cognosceret, ius munera atque honores mandaret; reliquisque ita præscriberet, quid sperare a se & expedire deberent, cum ad aliquam scientiam ac litterarum commendationem pervenissent. Qua ratione perfectum est, ut omnis fere Gallia Nobilitas, quæ antea doctrina opinione sibi indecorum falsa persuasione ducebat, ea nume cum armorum & bellicæ rei exercitatione etiam studia conjunxerit. Postremo amplissimum omnis generis Librorum Bibliotecam, Hebraicorum, Gracorum ac Latinorum maximis sumptibus instruxit, ac

Ei γνωστος ἦτερος Πλάτων την πνικαύτα δή πάντα τάχεωπινον γέγοντα εὐδαιμονίον, ὅταν ήτοι οι Φιλόσοφοι Βασιλεὺσσιν, ἢ πάλιν οι βασιλεῖς Φιλοσοφῶν, ἐκ ἀνθρώπων τις ἐπὶ φρεσκίσκος τοῦ τέλους περιττού Βασιλεὺσσιν Γαλάταις ὡς ἀνθρώποις μαραζέσσων. Κατὰ φύσιν γέγοντες περὶ τῆς ισορρόπειας πατέρων αὐτῷ πατέρων Πλάτωνος Φιλοσοφῶν Σωκράτης, τοῦτο τάχεως τῇ διανοίᾳ φιλοσοφία τις πάρεστι. Σημεῖον δὲ σύντομο πονηστοῦ περίδου, εἰ καὶ τὸ διάλογον ἑδῶν ἔχοι, τὸ αὐτὸν πολύτελον ἑνίκατο, τὰς αὐτές περὶ ἀλγον γέγοντος μαθητικῶν ἑμίκισσας, ἀπογεγραπτές, μετ' ἀνδρῶν ποιεῖται τῷ σοφιστῶν, ἢ τανόντων μαθητικῶν ἑμίκισσας, ἀπογεγραπτές, μετ' ἀνδρῶν περιττῶν. Τίς δὲ ἐθαυμάσει, βασιλέα καταβάτινον, ὃ καὶ περὶ τὰ μέγιστα πραματεύεσθαι συχνάκις ἐπάνακτος, αἴπο σόματός τε καὶ προσώπους ταῦτα περὶ πάντων, δι τὸν ἕκαστον τύχοι περιστασίαν, διερχόμενον, ἀπερὶ ἄνδρος πάσαν τὴν πλειάν τὸν μεγίστην χρονὸν περὶ τὸν λόγον σπαστάσσεις, μετὰ τὸν ἐκφραζεῖν δυνατόν. Καὶ νῦν Διάγε τὸ τὸ φιλοσοφεῖν τὸ ἐπερβολὴν ἄξειν, τὸ γένος ἑαυτὸν βασιλείας τὸν ὄρον ποιεῖσθαι φιλετέον, τὸ δίπλα σύμπαντας τὸν ἀνθεύόταν ἐπὶ ἐνδεχομένων πλέοντον ὅσον ὀφελεῖν. Πρὸς δὲ τὸ βέβαιον τάχιστα κατασκευάζειν, εἰς ἀλλήλας τις αὐτῷ βελτίων τὸ θεμελίων καταβολήν ταύτην ἑδῶντα, ἥπερ εἰ τὸς ἑκάστων διανοίας τῷ φιλοσοφίαν, ὡς ἐν μάλιστα, διδάσκοντο, μήνυντον, ὡς ἔσπειραν, πηγέμενοι τοῖς τὸ δέοντα πράττειν ἐπιδιημοῖσι τὰς ὁδούς δεκτηνάς, ἥπερ εἰ τὸς ἑκάστων δεδομένη πάρον τῇ οἰκουμένῃ φρεσκίσκον. Διὸ γένεται περὶ τὸ πρεστόν μὲν τὴν κατίσιαν μαθητικῶν ικανοτάτας διδασκάλας τῷδε τῷ γηρασίον τῷ πάντων ἄλλων ἐδοξαστάτῳ, ἔνθα πάντοτεν τὸ λόγον ἐπεκεῖνοι Βελτίων πατέας τὸν ἐπιδιημοῦν, τὸ σφριγάδα βραχίονα προθέμενοι ἐπέστρεψον. Ἐπειτα δὲ τοιποτῶν τὸς μὲν ἀποχρόνως πεπαιδευμένος, καὶ τοῖς πρόσμασιν ἵδη εὖ χρημάτων δεῖναι, εἰς τιμᾶς προπύγαντο, τὸς γένος φιλοσοφίας πάντοτε μὴ προσκενοῦντας μέμνασμένος, τῷ τὸ λόγον ἐπιμελῶς ἐν τῷ παρεντι τοντατεν. Τέλος δὲ τὸν μεγάλην βιβλιοθήκην εἰς τὸ παντοπαθῶν βιβλίων τοῖς μεγίστοις ἀναλόμαστοι ἐπιμελῶς συνεκρότη-

quotidie instruit; ut in eo PTOLEMÆI etiam atque (*) EU-MENIS Regum studia longe superare. Illi enim vana quadam orum ostentatione, quas uno tantum loco, Pergami aut Alexandriae, conclusos & quasi captivos haberent, liberos undique conquirebant, cum alter etiam alteri invideret, coquere PTOLEMÆUS, ne numero scilicet vincereatur, chartas, quas solita tunc AEGYPTUS suppeditabat, supprimeret. Ipse autem, tantum abest, ut, quæ ex Italia & Graecia maximus & plane regius sumptibus comparavit veterum Scriptorum monumenta, ea cuiquam invideat, ut ultra etiam illa omnibus impertire atque offerre in animo habeat. Quo consilio omnium earum lingua- rum, quas supra demonstrauit, novas & accuratissime imitatas litterarum formas per artifices prestantissimos excupi jussit, ut hac intra hospit [b] centum annos nata atque inventa scribendi ratione, optimam quisque liber in quamplurima exempla transfusa, ad omnium manus perveniret.

ROBERTUS STEPHANUS, FRANCISCUS Primus auspiciis & beneficentia adjutus, inter artifices sibi coetaneos primas meruit: regiaque communis gratia fregit odium Theologorum, litigii ipsorum semper vexatus, semper superior; donec post obitum patroni non multos annos Lutetiae comoratus, invidice cedere & solum natale vertere cogeretur; annoque 152. Genevam se recipere. Ibi cum affini suo CONRADU BADIO, cuius opera Parisiis anno 1548. usus fuerat, qui ante ipsum jam patria valedixerat, familiaritatem confitumque typographicum redintegravit. Amicitias studiosius coluit CALVINI cæterorumque Reformatorum, qui Genevæ asylum aperuerant, THEODORI BEZÆ, ANDREÆ RIVETI: quorum operibus variis imprimendis prælum illius infudavit. Totum illud reliquum, quod inter Geneveses egit, vitæ tempus impedit fere unice aut Bibliis aut tractatibus ad Bibliorum expositionem spechtantibus evulgandis: nec solum aliorum sed & suas interdum Theologicas lucubrationes typis mandavit; ut facile agnoscas hominem in Theologia non mediocriter versatum. Denique postquam vitam omnem & suæ, quam profitebatur, & aliis omnibus liberalibus, quarum plerasque minime ignoravit, artibus promovendis addixisset, anno Christi 1559. æstatis sue 56. 7. Id. Sept. Genevæ, laborum magis quam annorum plenus, vitam, si hos spectes, brevem, si illos, longissimum finivit. [c] Opulentam, quam reliquit, iupellectilem liberis, qui Genevæ manerent, legavit; exclusis ab hereditate paterna, qui hac lege non tenerentur. Eius successores fuerunt filii, HENRICUS, ROBERTUS, FRANCISCUSQUE; & filia CATHARINA, quæ linguam Latinam usu, non grammatica, didicerat; quamque anno 1585. adhuc in vivis fusile ex ejusdem fratre [d] Henrico comperimus.

Coronidis loco, operæ pretium est adjicere elogium, quo Thuanus ROBERTUM STEPHANUM insignivit: “ Secundum Al-dum Manutius Romanum, qui Venetiis, & Joannem Frobenium, qui Basileæ eandem operam summa laude exerceuerunt, clarissimum; quos ille longo spatio supergeschissus est, acri judicio, diligenter accurata, & artis ipsius elegancia; cui ob id non solum Gallia sed universus Christianus Orbis plus debet, quam cuiquam fortissimorum belli ducum ob propagatos fines patria unquam debuit: majusque ex ejus unius industria, quam ex tot præclare bello & pace gestis, ad Francicum decus & nuuquam interitura gloria redundavit.

EUMENIS mentio. [b] Hæc scribebat Robertus STEPHANUS anno 1542. [c] Lega THUAN. p. 605, 606. [d] Lega HISTOR. STEPHAN. p. 89. 90.

† Error est profecto. Namque Andrei RIVETI, celeberrimus ille Theologus protestantium, ut vocant, partium, annis denum xvi i post excessum Roberti, Ao. nempe 1577. natus est, decepsit Ao. 1647. Lugduni in Batavis. Nullus dubito, quin hue in locum Petri VIRETI irreperitur,

INDEX LIBRORUM,

QUI EX

ROBERTI STEPHANI *Primi*
OFFICINA PRODIERUNT.

	<i>Parisiis.</i>	<i>Parisiis.</i>
CICERONIS Epistolæ Familiæ. 8vo. — —	1526	Index in Libros Linaci de emendatâ Latini Sermonis structurâ. 4to. 1529
oris elegancia desideretur. Apuleius autem, quem nostri temporis magis, quam eruditæ sequi & æmulari student, in principio operis suis, Latinas literas ignorare se faterunt. In urbe, inquit, Latia advena studiorum Quiritium, indigenum sermonem ærumnali labore, nullo magistro præsente, aggressus excluunt. Ence precarium veniam, si quid exortici ac forensis sermonis rudis locutor effuderit, jam hæc quidem ipfa vocis imitatio defultoria scientia styllo, quem accessimus, respondet. Quis rogo te ferat non tam Apuleium, qui ut mali adficii dominus se architectum non adhibuit, ita literas sine præceptore coluisse gloriat: quam aliquos esse, qui malint fatores & quisquilia ejus colligere, quam verborum floribus perfectissima Ciceronis ætatis, quam signavimus, inhære? Sed quid ali Apuleio similes insequuntur ætatum authores de se ipsi & temporum suorum incititia balbutiant, videamus. Sidonius de suis nugis: Talis est ordo, inquit, ut sine plurimis, novisque verbis, que præfata pace plurimorum eloquentium specialiter tibi & complatonicos suis nota sunt, nuga ipse non valerent expediti. Et alio in foco de liberalibus artibus agens, ita loquitur. Virtutes artium ifarum feculsi potius præfici seculorum rector ingenuit, quæ per ætatem mundi jam senescunt, latitatis veluti feminibus, emendatibus, parum aliquid hoc tempore, atque id in paucis mirandum, ac memorabile ostentant. Et alibi, Intererbit, inquit, multitudo desidiosorum, ut nili vel paucissimi meram Latinalis lingue proprietatem, de trivialis barbarissimorum rubrigine vindicaveritis, eam brevi abolitam deleafamus. Et Fulgentius: Nostræ, inquit, temporis ærumnosa miseria non dicendi erit studium, sed vivendi flet ergaatum. Nec famæ assistendum poetica, sed fami confundendum domeſtifica. Martianus vero Capella, Martianum filium nugas suas non ferentem introducit, dum in principio operis sui sic orditur: Dum crebrius istos Hymenei versiculos, nescio quid inopinatum intactumque moliens, respergit capillis albanticibus verticem, incrementisque lustralibus decurriat, nugas ineptas non perferebat Martianus, intervenit. Quid de aliis aliarum ætatum hominibus dicam? quorum nonnulli etiam nostri temporis scriptores, cum quid scribere sunt aggressi, non solum bonorum verborum derelictio neglexerunt: sed illud maxime studuerunt, ut vel veteratorum rubiginem, vel novorum authorum aperitatem suis scriptis admicuisse, & similitudinem pessimi cujuque & corruptissimi ultro appetuisse videantur. Quo factum est, ut non solum proprietatem Romanæ sermonis, verum omnem pene illam suavitatem, & quasi salubritatem Latinae dictio amiserint: oblitæ hinc esse legendi fructum, æmulari meliora, & quæ in aliis maxime probas quevae inter optimi cuiusque & elegantissimi dicta mireris, in aliquem usum non sine veniente atque luce ac munditia verborum concinna derivatione convertere, sicuti Cicero & ejus ætatis eruditissimi authores fecerunt: quamvis ad illud fastigium, illam summittatem, & prope divinitatem aspirare nemo posset. Illa enim sublimitas, quanquam imitabilis illa quidem videtur cupienti, nihil tamen est experient minus, audendum tamen, & ita annitendum, ut quod assoqui non possumus, imitari salem voluisse videamur. Sed quoniam nihil nos præcipiendi causa dicere, neque magistri, sed estimatores videli volumus: nec sermonem nunc tam informans bonum, quam determinem malum: quantum Cicero, & ea etate Latinitatis principes nova verba vitaverint, unde omnis Latina lingua penitentia comparata est, breviter offendamus. Cicero in Oratore, oratore intrusus ita præcipit: Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendo verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus, & in præfici reliquias ornamentis & verborum & sententiarum remissior. Quintilianus vero, Utratis, inquit, verbis tutius utimur: nova non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modicam laudem afferunt: repudiata, etiam in jocos exuent. Audendum tamen, namque, ut ait Cicero, etiam quæ primo dura visa sunt, usu molliuntur. sed nobis non est concessa fictio nominum. Si quis autem dixerit, ideo novanda esse nobis verba, quod eorum penuria laboremus, audiat Ciceronem, qui de Natura deorum ita loquitur: Quod illa quæ a Græcis accepissent, Latine dici posse different. In quo genere tantum proficie videmur, ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceremur. Et in Tufculanis: O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Græcia. Et de Finibus bonorum & malorum: Sed ita sentio, & sepe differui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putatur, sed locupletiorem esse quam Græcam. Sed dicet aliquis, parienda esse necessario nova verba, cum quid ex Græco vertendum sit, & minus occurrat verbum Latinum usitatum. Sunt enim (ut inquit Cicero de Finibus bonorum & malorum) inponenda nova novis rebus nomina. Sed ad hoc quasi respondere videtur Aulus Gellius, cum dicit: Cum quid ex Græco, quod non placet, transferre voluisse, hoc ego superfici vertere: quia novis, & incontinuis vocibus utendum est, quas pati aures per insolentiam vix possent. Sed ipse idem Cicero, qui dixit verba nova parienda esse, imponeendaque nova novis rebus nomina, usque mollienda, quæ dura prænovitate videbantur: quan abstinens illorum fuerit, quamvis novitatem verborum vitaverit, infra ponemus. Cum in Bruto, Declamo, verbum sui temporis novum dicere vellet: Commentabar, inquit, declamans: sic enim nunc loquuntur. & idem in libello de Mundo: Ut in singulis, inquit, essent bina media, vix enim audeo dicere medietates: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur. Et in Philippicis, M. Antonium notans, quod verbum novum protulisset, ita dicit: Tu porto ne pios quidem, fed piissimos queris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Varro autem de lingua Latina docet, antiquos etiam vitasse verba nimium nova: Extremum, inquit, novissimum quoque dici coepit vulgo: quod mea memoria ut illius Gallus, sic fenes aliquando nimium novum quod estet, vitabant. Et Aulus Gellius: Quod a M. Varrone Proloquium, a M. Cicerone Pronunciatum dictum est. Quo Cicero tamen vocabulo tan-tisper uti se attelatus est, quod melius inquit, invenerit. Quintilianus autem, Veriloquium, inquit, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Et Cicero de Finibus bonorum & malorum, quasi cum dolore dixit, ut ita dicam, Indolentia. Varro vero de analogia verborum, reportores verborum novorum damnat, ostendens ipsas aures novitatem has quodammodo respire, cum dicit: Tantum inter duos sensus interfere volunt, ut oculis semper aliquas figuræ suppelleat illis novas conquerant: contra, aures expertas esse velint. Quotulunque jam servos haber præfici nominitibus? quæ mulier suum instrumentum vellis atque ari, veteribus vocabulis appellat? sed inducits non tam illis irascendum, quam hujuscæ pravitatis patronis. Et

Et idem Editum dici oportere censet, magis, quam Editum: quod alterum sit recenti novitate factum, alterum antiqua origine incorruptum. Sed pro eo a plerisque Editus dicitur nova & commentitia usurpatio. Quae omnia cum ita sint, Aulus Gellius quasi de iis sententiam ferens, libro decimo ita scriptum reliquit: Verbis uti aut nimis obsoletis exculcatique, aut insolentibus novatique dure & illepidi, pars esse delictum videatur. Sed molestius equidem culpatusque esse arbitrator, verba nova, incognita, inaudita dicere quam invulgata & ferdentia. Nova autem videri disco, etiam ea qua sunt instatae & delta, tametsi sunt vetusta. C. etiam Caesar de analogia, monuit, infrequens atque insolens verbum, tanquam scopulum fugiendum esse. Suetonius quoque de Augusto scribens. Genus eloquentia, inquit, secutus est elegans, & temperatum, vitatis sententiarum inepti, atque inconcinnitate, & reconditum verborum (ut ipse dicit) factoribus: praecipuamque curam duxit sensum animi quam aperiisse exprimere. Cacozelos autem & antagonarios, ut diverso genere viriosos, pari fastidio spreverit. Sed nec Tiberio parcit, exoletas interdum & reconditas voces auscipiant. Marcum quidem Antonium ut infanum increpat, quasi ea scribentem, qua mirentur potius homines, quam intelligent. Sed opus est, inquit, dare operam, ne moleste scribas aut loquaris. Quin Augustum A. Gellius ab eloquentia & Latinitate laudat, dum dicit: Divus etiam Augustus memoriarum veterum exequentissimus, linguae Latine non nescius, mundiorum patris sui in sermonibus sectator. Et Cicero de Oratore, praeclare monet vitanda esse verba præficia, & a confutetudine sui temporis quo perfectio sermonis vigebat, remota, cum dicit: Quanquam sunt illi veteres, qui ornate nesciunt poterant, ea quæ dicebant, omnes prope preclaris locuti. Quorum sermones affuefacti qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt loqui nisi Latine. Neque tamen erit utendumi verbis iis, quibus jam consuetudo nostra non uitur, nisi quoniam ornandi causa parcer. Sed usitatis poterit uti lectissimi, & utatur iis, qui in veteribus erit scriptis studiose & multum volutatus. Et sic Latine loquamur, ut verba efficiamus ea, quæ nemo jure reprehendat. Hæc Cicero. Sed quanquam in omni re difficultum est, formam optimi exponere, quod aliud alii videtur optimum; (varia enim sunt judicia, nec facilis explicatio, quæ forma excellat) dubitari tamen a recte considerantibus nequaquam poterit, quin illa multorum nostri temporis insulfatas & insolentias, ac quadam (ut ita dicam) orationis infaniam, siccitas, inopia, a malorum authorum lectione & imitatione nascatur. Quare cum sit eloquentia, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia: unde in Poëtica testatur Horatius,

Scribendi recte, sapere est & principium est fons.

Et in bonis omnia quæ summa sunt, jure laudentur: verborum bonorum delectus est in primis sapienter habendus, idque facile assequetur, si delegerimus nostraria, non peregrina: propria, non inepite translatæ: usitata, non nova: pura, non horrifica: lumenofa, non tenebrosa. Quod contingere certe nulli poterit, nisi ei, qui authores divinae illius Ciceronis testis pergerit. Sublimitas enim & magnificencia, & nitor, & authoritas, ex optimis illis ejus feculi authoribus tantummodo provenit: ii foli locationem emendatam & Latinam, & originem, & quasi solum ac fundementum quoddam eloquentiae posuerunt. Insequentium autem authorum lectio, doctrinam quidem diversarum rerum conferre poterit, elegantiam autem & nitorem verborum non poterit: quin potius mixtura verborum quibus illi usi postea fuerint, omnem prope florem incorrupti illius sermonis, quem quis ex optimorum lectione collegerit, brevi quasi de manibus excutiet, barbarumque omnino reddet. Cum autem quicquid literis mandatur, id commendari omni eruditorum iudicio deceat: sicut deus hominis ingenium, ingenii vero eloquentia: nec tam præclarum, scire Latine, quam turpe, nefscire: eniti & toto (ut aiunt) pectori encumberare debemus, ut non vulgares literas, sed interiores & perfectas, verborum gravitatem & elegantiam, nitorem & candorem, atque veram denique Romani sermonis eloquentiam, de perfectorum illorum quos con-

numeravi, authorum fontibus hauriamus: abiecta, obsoleta, præsca nimium & vetusta priorum, novaque omnia sequentia authorum fugiamus. Sed in hoc verborum delectu aurum quoque quoddam judicium adhibendum est, quod non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu, prudentia percepitur. Cum vero ex verbis omnis conficiatur oratio, atque idcirco illutra verba ex optimo quoque id atatis authore legenda sint, ut Latina & elegans furgas oratio: id quoque maxime observandum est, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiae potius extinguat, quam accendat. Removendus erit igitur (ut ait Cicero) omnis insignis ornatus, nec calamistri quidem adhibebuntur, fucati etiam medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantiæ tantum & muniditiae queratur: sermo purus & Latinus remaneat, dilucidus, luculentus, politus, planus, quid debeat, circumspiciatur. Omnis enim pars orationis esse debet laudabilis, sic ut verbum nullum nisi grave aut elegans excidat. Cumque in omnibus rebus videndum sit, quatenus, ne nostra modum excedat oratio, una brevique Ciceronis clausula concludamus: Sit, inquit, modo is, qui dicet aut scriberit, institutus liberaliter, educatione doctrinæ puerili, & st. gret studio, & a natura adjuvetur: & universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus, ornatisimos scriptores, oratoresque ad imitandum cognoverit: na ille haud fare quequadmodum verba struat & illuminet, a magistris istis requiret, ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta, deinceps ipsa, si modo est exercitata, labetur. Hæc ille. Exercitatione autom hæc omnia facile confuerunt. Stylus enim optimus scribendi artifex, structuram non inopem, non minutam, non interpunktam, sed locupletam, numerosam, aperte que conficiet. Omnis igitur & repudiari novitatis istis & scandibitis, qui negligi nimis & ferdentia, novata, fictaque verba de imperfectis authoribus eruerit, & in uestum Latina lingue introduceret, ac veluti civitate docere, & quæ in Latinam coloniam deducere getuunt literarum ostentatione, inepti verius quam gloriari, elaboremus veluti apes lectissimis floribus infidere. Prosequi enim quod quicunque unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimis miseria est, aut certe inanis jactantia, & detinet atque obruit ingenia, melius aliis vacatura. Eruditio nem veniaculum ac plebeiam, & verborum monstrua vitemus eorum hominum, qui inquinare & parvum composite, minufque eleganter scripserunt: quorum ita est confusa oratio, ita perturbata, tentaque insolentia ac perseveritate verborum interlita, ut oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, obscuritatem potius, & tenebras afferat. Dum enim exquisitis, novisque verbis uti volunt, infinitissimi reperiuntur: qui veluti Sennene siuoli, cum emendatores usitati sermonis esse velint, deterred non possunt, quo minus inusitatis verbis utantur, nihil aliud recte & Latine loqui putantur nisi nove & inusitata loqui: verbisque impropriis gaudentes, redundantes, obscuris, ambiguis, novis, Greco-anicis: quo magis eorum expurgandus est sermo, fugiendaque barbaria, edificandeque de Cicerone & Ciceronis æqualibus vera Latinitas: qua nihil aliud est, nisi incorupta longi obseruatio secundum Romanam lingua. Cujus (ut dixi) licet veteres illi, quos connumeraverit, quasi genitores exitierint, eam tamen felicem illud Ciceronis emendavit, exculcit, expolivit. Sed satis sit hoc admendem, non docendi causa dixisse, propter agrestes quosdam & indomitos certatores. Qui cum imitari nesciant authores bonos, malos caula novitatis extollunt. Nec id vitio mihi dari debet. An (ut ait Varro) reprehendendus sit, qui orationem minus valentem, propter malam conuentudinem, traducit in meliorem? An non cum quæ perperam confuerit quid facere in civitate, non modo non patiemur, sed etiam peccata afficiemus? Idem, Si quis perperam confuerit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine poena? Adde quod perfugio literarum nihil gratius, nihil iucundius, nihil homini libero dignius invenio. Agitatio enim mentis instituta ad agendum semper aliqui dignum viro, tantisper acquiescit, dum in literarum studiis versatur. Ea enim vel discendo, vel scribendo alitur, in eaque scientie & cognitionis delectatione perfunditur, fitque (ut ait M. Varro) ut dum ista missitamus, pluribus horis vivamus: quanquam ea demum solaque dicenda est vita quæ sine Christo Deo non vivitur. Vale.



INDICULUS CHRONOLOGICUS A U C T O R U M,

Quorum Testimoniis utitur
THESAURUS LINGUÆ LATINAÆ.

FAtales Lingue Latine periodi fuerunt: Ideo a curiosis ejus æstimatoribus valor Scriptorum Latinorum, non secus ac a poëtis pretium temporum, & in sacris literis statua Imperiorum Daenitica ad quatuor diversi metalli etates referri solet; nempe I. ad auream, II. ad argenteam, III. ad aream, & IV. ad ferream, aut fétitem.

I. *Aurea etas* a bello Punico 2. ad extremos usque Octavii Augusti Imp. annos producitur, id est, ab anno U. C. 536. ad annum 767; five ab anno ante natum Christum 217. usque ad annum Christi 14. duratque adeo annis circiter 232. In quibusdam tamen hujus inveniuntur etatis Scriptoribus, admista obsoleta notantur, quibus a sola antiquitate plus venerationis accedit, quam a nobilitate metalli.

II. *Argentea etas* ab obitu Augusti usque ad excessum Trajani Imp. id est, ab anno Christi 14. usque ad annum 117. continet annos 103. quibus quamplurima adhuc verba satius eleganter & cum suffragio populi Romani sunt formata; quamquam & tunc, dicente Seneca Controv. i. præfat. ingenia deacreverunt, & nefcio qua iniuriae naturae eloquentia se retrahit.

III. *Ætas aurea* per annos 103, a Trajani obitu, hoc est, ab anno Christi 117. usque ad Romanam a Gothis captam, five ad A. C. 410. extenditur. Inter Scriptores tunc dictione audacieores illi laudem merentur præcipuum, qui se genio seculi aurei quam familiarissime accommodarunt.

IV. *Ætas ferrea* est, quæ Barbaris jam ubique grassantibus, studia humanaiora per secula novem & amplius, cum fôrdibus & squalore conficitata sunt, donec postliminio quasi resipire & e tenebris suis iterum cœperunt emergere. Longo itaque intervallo, illufribus ingenii velut intermortuis, pauci admodum Latine & non ineleganter scriperunt.

I. AUREÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

SECULO III. ante Christum natum.

- A. 238. *Livius Andronicus* Tragicus floruit. Fragmenta ejus aliorumque collegit Petr. Scriverius & Theod. Janfonius ab Almeloveen.
A. 202. *C. Nevius* Poëta obiit. Fragmenta collecta a Roberto Stephano & Henrico fil. Jof. Scaligero & T. J. ab Almeloveen.

SECULO II. ante Christum natum.

- A. 182. *M. Accius Plantus*, Comicus mortuus est. Extant Comœdiae xx. cum Fragmentis a Georgio Fabricio collectis.
A. 177. *Stat. Cecilius*, Comicus, floruit. Fragmenta collecta a Stephanis & T. J. ab Almeloveen.
A. 167. *Q. Ennius* Poëta, obiit. Fragmenta in lucem producta a Stephanis, a Mart. Delitione & Pet. Scriverio, Hier. Columna, Paulo Merula, T. J. ab Almeloveen & postremo a Franc. Heffelio.
A. 157. *M. Terentius Afer*, Comicus, obiit. Supersunt Comœdiae sex, quas multi notis illustrarunt.
A. 152. *M. Pacuvius*, Tragicus, claruit; Fragmenta post Stephanos & M. Delitionem collecta a Pet. Scriverio & Jof. Scaligero.
A. 147. *M. Portius Cato*, Orator & Historicus, obiit. Exstat liber de Re rustica. Fragmenta ex Originibus & aliis scriptis deperditis collecta ab Aufonio Popma.
A. 136. *L. Attius* sive *Accius*, Tragicus, claruit. Fragmenta vulgata a Stephanis, Pet. Scriverio & T. J. ab Almeloveen.
A. 129. *C. Lucilius*, primus Satyricus, obiit. Fragmenta post Stephanos edidit Franc. Dousa.
A. 101. *Sext. Turpilius*, Comicus, obiit. Fragmenta collecta ab utroque Stephano.

SECULO I. ante Christum natum.

- A. 100. *L. Afranius*, Comicus, floruit. Fragmenta a Stephanis & Jof. Scaligero congesta, & a T. J. ab Almeloveen.
A. 79. *L. Corn. Sijenna*, Historicus, claruit. Fragmenta ab Auf. Popma & Ant. Augustino collecta.
A. 64. *P. Nigidius Figulus*, Mathematicus & Grammaticus, claruit. Fragmenta offert Janus Rutgerius Var. Lect. 3. 6.
A. 60. *C. Decius Laberius*, Mimographus, claruit. Fragmenta collecta a Stephanis, Jof. Scaligero & T. J. ab Almeloveen.
A. 50. *T. Lucretius Carus*, Philosophus & Poëta obiit. Reliquit sex libros de Rerum Natura.
A. 47. *C. Iuler. Catilus*, Veronensis, Poëta paßim obſcenus, obiit. Exstat liber Epigrammatum & Carminum. Variorum notis editus.
A. 44. *P. Syrus*, Mimographus, claruit. Mimi sive sententia a variis varie editi.
A. 42. *C. Jul. Caesar* Imp. occisus est. Reliquit de Bello Gallico libros septem a se conscriptos, & tres de Bello Civili. Inter commentatores eminent Jo. Davilius.
A. 42. *A. Hirtius Parus* claruit, Cæfaris familiaris & scriptor bellorum, quæ Commentariis J. Cæfaris adjungi solent.
A. 42. *Cornelius Nepos* claruit, denatus tempore Augusti Imp. Vitas Excel- lentiū Imperatorum, quas sc̄iptis, multi notis illustrarunt. Fragmen-

ta ab Andrea Schotto congesta. Sed versio Dic̄yos & Daretis de Bello Trojano indigna æstimatur, ut ei tribui queat.

- A. 41. *M. Tullius Cicero*, princeps eloquentia, perit. Opera cum Fragmentis ex libris deperditis sunt notissima, in primis notis Jani Gruteri, Jacobi Gronovii & Jo. Georgii Grævii illustrata.
A. 33. *Sext. Aurel. Propertius* obiit, qui elegiarum dedit libros quatuor.
A. 33. *L. Cornificius*, Rhetor, claruit. Auctor esse creditur librorum Rhetoricorum quatuor ad Herennium, qui cum Cicerone vulgaruntur.
A. 32. *C. Salustius Crispus*, Historicus, obiit. Reliquit Bellum Jugurthinum & Coniurationem Catilinarianam, nec non Orationes duas de Rep̄ordinanda. Fragmenta ex sex libris Histor. a Lud. Carrione collecta. Editiones sunt varia, etiam cum Variorum notis.
A. 30. & seqq. *Q. Matius Scævola*, *Q. Corn. Maximus*, *Alfenus Varus*, *Anatilius Labo*, *Ælius Gallus*, JCTi floruerunt, in Pandectis & aliis Juris Civilis libris memorati.
A. 26. *M. Terent. Varro*, Romanorum doctissimus, obiit. Ex 490. libris, quos a se scriptis ipse affirmat, superant pauci de Lingua Latina & tres de Re rustica. Fragmenta collecta a Rob. Stephano, Ant. Riccobono & Auf. Popma.
A. 25. *Corn. Gallus*, Poëta, obiit. Sex sub ejus nomine Elegia spuriae.
A. 18. *Albius Tibullus*, Elegiographus, obiit. Existat Carminum libri quatuor.
A. 17. *Virgilii Maro*, Mantuanus, Poëta, obiit. Dedit in Bucolicis Eclogas decem, in Georgicis libros quatuor, & in Æneide duodecim. Eadem Culex, Ciris, Copsa, & nonnulla alia dubia tribuntur. Luculentii Commentarii sunt Frid. Taubmanni, Jo. Ludovici de la Cerda, Caroli Ruæi.
A. 14. *Æmilius Macer*, versificator, obiit. Janus Cornarius sub hujus nomine libros quinque de Materiæ Medica cum notis edidit, quos alii Marbodæ Gallo A. 1050. mortuo tribunt; nec pauca ibi esse Macro illi prius debita censem Barthius Advers. 12. 20.
A. 10. *Messala Corvinus* floruit, cuius liber de Progenie Augusti cum Livio olim editus.
A. 10. *M. Vitruvius Pollio* Mathematicus claruit, denatus imperante Tiburio. Extant de Architectura libri decem. Variorum notas & Lexicon Vitruvianum Bernardini Baldi multaque alia contulit Joannes de Laet.
A. 6. *Gratius Faliscus*, Poëta, floruit; auctōr Cynegetici seu carminis epicis de Venatione.
A. 6. *Horatius Flaccus*, Venusinus, Lyricorum princeps, obiit. Extant Odarum libri quatuor, Epodôn unus, Sermonum sive Satyrarum quatuor, Epitolarum duo, & unus de Arte Poetica, cum variis notis & commentariis.
A. 4. *Verrius Flaccus* Grammaticus obiit. Extat Fragmentum præmissum Feti Pompei libris, quibus ille Verrii de verborum significazione Commentarios contraxit.

SECULO I. post Christum natum.

- A. 1. & seqq. *T. Phadrus Thrax*, Augusti libertus, celebris fuit. Iambicis versibus libros quinque fabularum Æsopicarum reliquit, quos cum notis plures ediderunt.
A. 4. *C. Jul. Hyginus*, Augusti itidem libertus, vixit, sub cuius nomine hodie prestant Fabulæ & Poëtici Altronomici libri quatuor cum notis Jo. Schefferi & Th. Munckeri.
A. 9. *P. Ovidius Naso*, Sulmonensis, Poëta, ab Augusto in exilium pulsus, in eodem vixit usque ad A. C. 17. Extant Metamorphoseon libri quindecim, Fastorum sex, Tristium quinque, Epitolarum Ponticarum five ex Ponto quatuor, Amorum tres, & de Remedio amoris unus: praeterea Heroïdum Epistolæ xxi. quibus 111. Auli Sabini adiunctiuntur; item Ibis five Diræ in Ibin; Halieuticon, Fragmentum de Medicamine facici, & nonnulla dubia. Nic. Heinßius, Dan. Crispinus & alii plures notas addecerunt.
A. 10. *Catulus Poeta*, non ille Veronensis, de quo supra, sed Auctor Per-vigili Veneris, vixit.

- A. 12. *M. Manilius*, Poëta, claruit, cuius Astronomicum libris quinque constat, cum notis F. Junii Biturigis & Jof. Scaligeri.
A. 18. *T. Livius*, Patavinus, scriptor Augustei ævi postremus, obiit, cuius ex libris cxxli. Historiarum ab urbe condita extant xxxv. a Jano Gruteri & Gronovii, patre & filio, illustrati.

II. ARGENTÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

- A. 20. *Aur. Cornel. Celsus*, Medicus, Augusti temporibus proximus, claruit sub Tiberio Imp. De Re medica libro octo ad nos transmisit.
A. 22. *Scribonius Largus*, Medicus floruit. Extant ejus Compositiones Medicæ cum Jo. Rhodii notis & Lexico Scriboniano.
A. 26. *Valerius Maximus*, Historicus, claruit. Extant Dictorum factorumque memorabilium libri novem cum variorum observationibus per Ant. Thyfum.
A. 30. *P. Velleius Paterculus*, Historicus, claruit sub finem Tiberii Imp. Extant Historiarum libri duo illustrati Notis Jo. Henr. Boecleri, & Nic. Heinßii.
A. 36. *L. Fenestella*, Historicus, vixit. Fragmenta ab Ant. Augustino & Ant. Popma collecta. Sed And. Dom. Floci libri duo de Magistratibus Rom. ei perperam tribuntur.
A. 42. *L. Junius Moderatus Columella*, diligentissimus agricola, scriptis sub Claudio Imp. libros xi. de Re Rustica & unum de Arboribus.

INDICULUS AUCTORUM &c.

41

- A. 45. *Pomponius Mela*, Cosmographus claruit. In relictos ejus tres libros de situ orbis Isaac. Vossius Commentarium edidit.
- A. 49. *Curtius Rufus*, Historicus, sub Claudio Imp. fuisse dicitur. Ex libris eius decem de Rebus Alexandri M. duo priores interciderunt. Jo. Freinshemius, Sam. Pitiscus & alii notis illustrarunt.
- A. 60. *Porcius Latro*, vixit, quem commendant Sen. prefat. controversial. Quintil. 10. 1. Suet. Domit. cap. 3. Plin. procem. lib. 10. Et huic tribuitur Declamatio in Catilinam, quam Vossius Vibii Crispī esse putat de Vit. Serm. 7. 6.
- A. 62. *A. Persius Flaccus*, Poëta, obiit. Exstant ejus sex Satyras cum notis Th. Farnabii.
- A. 64. *Q. Asconius Pedianus*, Grammaticus, claruit: Exstant ejus Annotationes in quodam Ciceroniorum orationes cum notis variorum. Alii cum ad Augusti ætatem referuntur, & duos ejusdem nominis comminiscuntur.
- A. 64. *M. Annaus Seneca Rhetor*, Lucii pater, obiit. Exstant libri quinque mutili Controversiarum; Excerpta ex x. libris Controversiarum; & liber Suasoriarum. Annumeratur a nonnullis aurea ætati, quia sub Augusto Imp. florere coepit.
- A. 65. *L. Annaus Seneca*, Philosophus, Marci filius, a Nerone Imp. exstinctus est. Exstant libri tres de Ira, septem de Beneficiis, septem Naturalium questionum, Epistolæ c x i v. Consolations ad Helviam, ad Polybiū, ad Marciam; item libri de Animi tranquillitate, de Constantia, de Clementia, de Brevitate vite, de Vita beata &c. Utriusque Seneca opera Justus Lipsius & alii notis illustrarunt. Alteri a nonnullis etiam decem Tragedias Senecæ Tragici, quem alii tertium Senecam facere malunt, adjudicantur. Tragedias illas illustravit Th. Farnabius.
- A. 65. *M. Annus Lucanus*, Poëta, etiam a Nerone occisus est. Exstant libri decem Pharsalia cum notis Hug. Grotii, Farnabii aliorumque. Eadem tribuitur carmen ad Calpurnium Pisonem.
- A. 67. *Titus Petronius Arbitrus* obiit, nequidem non minus quam elegantiæ arbitrii; cuius mutili Satyricum Variorum notis & novissime per Pet. Burmannum illustratum, sicuti Fragmentum ejus Traguriuum per Jo. Schefferum & Th. Reinefum. Integrum denum ex codice Albae Græca reperto editum per Franc. Nodotum; Catalecta autem Petroniana per Josephum Scaligerum.
- A. 77. *C. Plinius Secundus major*, Historie naturalis scriptor, in Vesuvio periit. Exstant libri xxxvii. Jac. Dalechampii cura illustrati.
- A. 77. *C. Silius Italicus*, Poëta claruit; cuius sunt libri xvii. de Bello Punico 2. cum observationibus Claudi Dauschii & Chr. Cellarii.
- A. 78. *C. Valerius Flaccus*, Poëta, condidit libris octo Argonautica, Lamp. Alardi aliorumque commentario illustrata.
- A. 80. *C. Julius Solinus* in Polyhistore protulit Collectanea rerum memorabilium. Exstant Claudi Salmasii Exercitationes in eundem.
- A. 82. *Decimus Junius Juvenalis*, reliquit satyras x vi. a Th. Farnabio disticatas.
- A. 82. *P. Papinius Statius*, Poëta, in gratia fuit apud Domitianum Imp. Extant Silvarum libri quinque, Thebaidos duodecim, & Achilleidos duo, cum notis Variorum per Jo. Veenhusen & prolixo Commentario Casp. Barthii.
- A. 83. *M. Valer. Martialis* itidem sub Domitiano Imp. floruit, & reliquit Epigrammatum libros, xiv. & unum Spectaculorum. Notas eruditas addidit Th. Farnabius.
- A. 95. *M. Fabius Quintilianus*, Rhetor, vitam finiit. Exstant libri xii. Institutionis Oratoriae. Tribuant eidem Dialogum de Oratoribus five de causis corruptæ eloquentiæ; Sed c x l v. Declamationes vel patriæ vel avo.
- SECULO II. post Christum natum.
- A. 104. *Sextus Julius Frontinus* sub Trajano Imp. mortuus est. Exstant de Strategematis & Re Militari libri quatuor, de Colonis unus, & de Aqueductibus Roma duo, cum notis Rob. Keuchenii. Est & inter Scriptores de Re Agraria cum *Siculo Flaco*, *Aggeno Urbico*, *Hygino*, &c. quos conjunctim edidit Wil. Goetius cum suis & Nic. Rigalti notis & Glossario.
- A. 108. *C. Cornel. Tacitus*, Historicus, esse desit. Superfunt Annalium libri xvi priores, & mutili ab xi. usque ad xvi. item Historiarum libri quinque, & Vita Agricolæ, & Germania. Commentariis illustrarunt J. Lipsius & alii.
- A. 109. *C. Plinius Cæcilius Secundus minor* five junior, majoris illius ex sorore nepos, floruit. Exstant Epistolarum libri decem & Panegyricus in Trajanum Imp. Non pauci cum notis emiserunt, quos inter Aug. Buchnerus, Jac. Thomäus, & Christoph. Cellarius; & cum variorum notis Jo. Veenhusen.
- A. 112. *Antus Gellius*, Philologus, floruit; sed alii eum ad ætatem Imp. Antonini Pii rejiiciunt. Reliquit Noctium Atticarum libros viginti, in quibus multa veterum fragmenta continentur. Ant. Thyfius & Jac. Oifelius selecxis novisque Commentariis ornarunt.
- A. 115. & deinceps *L. Annaus Florus*, Historicus floruit. Scriptit Rerum Romanarum libros quatuor, quos Joh. Freinshemius notis illustravit & post eum alii plures.
- A. 116. & deinceps *C. Suetonius Tranquillus*, Historicus, claruit. Exstant Vitæ xii. Cæfarum, liber de illistribus Grammaticis & liber de claris Rhetoribus. Prodiit cum Isaaci Canaboni Animadversionibus & Jo. Henr. Bæcleri Dissertationibus politicis, cum variorum notis per Jo. Schildum & Jo. Georg. Graviū, &c.
- A. 116. & seqq. *Cælius Apicius* sub Trajan & Adriani Principatu confessus putatur libros decem de Arte coquinaria. Prodiit opus nuper cum notis Mart. Litteri & aliorum.
- III. ÆNEÆ ÆTATIS SCRIPTORES.
- A. 142. aut paulo post *Justinus* claruit, Epitomator Pompeii Trogii, Historici sub Augusto florentis, ex illius voluminibus xlii. que postea perierunt, tamen libros excerpserunt.
- A. 163. *L. Apuleius*, Madaurensis philosophus, claruit sub Antonino Philosopho. Exstant Metamorphoseos five Fabularum Milesiarum de
- Afino aureo libri xi. Floridorum iv. Apologia i. & ii. de Magia, libri de Mundo, de Deo Socratis, de Dogmate Platonis, &c. Sed liber de Virtutibus herbarum dubius, & forte Apuleii Celsi est, qui fuit Augusti tempore. Notas nactus est Apuleius Phil. Beroaldi, Petri Colvii, Gerardii Elmenhorstii aliorumque.
- A. 180. *Irenæus*, Lugdunensis Episcopus, martyr factus A. 201. Quinque libros adversus Valentiniū Latine scriperit an Graece, his est. Interpreti ejus Latina verbo adscribitur.
- A. 185. *Septimius Florens Terentianus* floruit, Ecclesiastica Latinitatis artifex; & obiit anno circiter 215. Ejus opera sunt quamplurima, illustrata a Beato Renano, Franc. Junio, Nic. Rigaltio, &c. Poemata ad Cæcilium Cyprianum referuntur.
- SECULO III. post Christum natum.
- A. 201. seq. *Licinius Proculus*, *Pegasus*, *Nerasius*, *Priacus*, *Quentius Celsus*, *Gabolenus* & alii, Jcti, floruerunt, quorum Fragmenta in Digestis Justiniani occurunt.
- A. 210. *Mimicus Felix* claruit, Scriptor Christianus Dialogi, nomine Octavianus. Editus cum suis & aliorum notis Jac. Ouzelius: & cum suis Chr. Cellarius.
- *Dionysius Cato* hoc seculo vixisse putatur, eique tribuuntur Disticha Moralia, quatuor libris distincta. Notas adjecte Erasmus Roterod. & Chr. Daumius.
- *Palladius Rusticus Taurus* five *Scaurus* etiam circa hæc tempora vixisse videtur, qui de Re Rustica libris quatuordecim varia complectitur.
- *Julius Obsequens*, qui libro de Prodigiis inclaruit, hoc forte referendus ob præstantiam sermonis, editus cum notis Jo. Schefferi.
- A. 216. *Q. Serenus Samonicus*, Poëta Medicus, floruit sub Ant. Caracalla. Habemus ejus carmen heroicum de Medicina & Remediis morborum cum not. Rob. Keuchenii.
- A. 221. *Domitius Ulpianus*, Jctus, occisus a Caracalla. Ejus ut & *Papinius*, *Modestinus* & aliorum reliquæ in Jure Civili reperiuntur.
- A. 230. vel circiter *Terentianus Maurus*, Grammaticus, claruit, cuius exstat Carmen de Arte Metrica.
- A. 251. *Censorinus*, Grammaticus, claruit. Ejus librum de Die natali illustravit Henr. Lindenbrogius.
- A. 251. *Novatianus*, Presbyter Romanus, reliquit librum de Trinitate.
- A. 258. *Cacilius Cyrianius*, Rhetor & tandem Episcopus Carthaginensis, occubuit, cuius scripta sunt varia.
- A. 285. *T. Julius Cæparius*, Siculus Poëta, vixit, cuius extat Bucolicon.
- A. 288. *M. Aurel. Olympius Nemesianus*, Poëta fuit, & reliquit Cynegetica & quatuor Eclogas.
- A. 291. & seq. *Ælius Spartianus*, *Jul. Capitolinus*, *Ælius Lampridius*, *Vulcatius Gallicanus*, *Tebellius Pollio*, & *Flavius Vopisci* floruerunt, Scriptores Historiae Augustæ, quos commentatori illustravit If. Casabonius & Claud. Salmasius.
- A. 297. *Arnobius Afer*, Scriptor Christianus, florere coepit, & vixit usque ad A. 326. Exstant libri septem adversus Gentes cum notis Theodori Canteri, God. Steweckii, Gebh. Elmenhorstii & Def. Heraldi.

SECULO IV. post Christum natum.

- A. 301. *Cælius Aurelianus*, Medicus claruit. Exstant libri tres de Morbis Acutis, & quinque de Chronicis five Tardis; cum notis Jo. Conr. Ammani & T. J. ab Almeloeven, cuius etiam est Lexicon Cælium.
- A. 305. *F. Eutropius*, Historicus, sub Constantino M. vixit, & decem libris Historiam Romanam complexus est.
- A. 312. *Rhemnius Fannius*, Poëta Medicus, claruit, cuius est Carmen de Ponderibus & Mensuris.
- A. 317. *L. Cælius Lætantius*, Firmianus, Tullius Christianus, floruit. Reliqui vii. libros Institutionum Divinarum, i. de Ira Dei, & i. de Oppressione Dei, &c. Notis illustravit Ant. Thyfius, Chr. Cellarius, &c.
- A. 320. *L. Septimius Romanus* Dyctin Cretensem de Bello Trojano Latine vertisse creditur; ut & Daretum Phrygium de excidio Troje, eti C. Nepotis epistola ad Sallustium Crispum præmittitur.
- *Lucius Ampelius*, Floro sèpius adjunctus, autor est libri memorialis circa eadem tempora.
- A. 321. *Ælius Donatus* claruit, cuius exstant scholia in Virgilii Æneidem & Terentium.
- A. 325. aut paulo post *Commodianus*, Poëta Christianus ex gentili factus, dedit Instructiones lxxx. adversus Gentium Deos. Schurtzleischius notas adjectit.
- A. 329. *C. Vetus Aquilinus Juvenalis*, Presbyter & Poëta Christianus, floruit, & Evangelica Historia libros quatuor expressit carmine. Numeri cum notis Konigii, Omelii & aliorum editus Ehr. Reusch.
- A. 340. *Julius Firmicus Maternus*, Mathematicus, claruit, qui Christianus factus scriptis de Errorre profanae religionis & octo libros Astronomicos.
- A. 360. *Zeno*, Veronensis Episcopus, clarusse existimat. Exstant Sermones x. sub eius nomine.
- A. 368. *S. Hilarius*, Pictaviensis Episcopus, obiit. Opera conjunctim edita, ex quibus Genesii five Hexaemeron, Hilario Arelateni vindicatur.
- A. 370. *Fabius Marius Vitorinus*, e gentili Christianus, obiit. Exstat Carmen de septem fratribus Maccabaeis.
- A. 370. *Rufus Festus Avienus*, Poëta, vixit. Exstat Metaphrasis Arati & Periegeses Dionysii Alexandrinii, cum Fragmento descriptionis ore maritimæ, & Fabilio Æsopi xlii. elegi carmine. Forte eidem exti Rufi five Rufi Feſti Breviarium Historicum tribendum.
- A. 375. *Q. Oflavius Horatius*, Medicus, floruit. Quatuor libros Rerum medicarum scriptit.
- A. 380. *Ammanius Marcellinus*, Historicus, claruit. Ex libris xxxi. superfluit postremi xviii. a Frid. Lindenbrogi & Henrico Hadriano-vo Valefisi, ut & Jac. Gronovio illustrati.
- A. 386. *Flavins Vegetus Razatus* floruit. Exstant libri quatuor de Re militari cum Commentario God. Steweckii. Alius esse creditur P. Vegetius, cuius sunt libri quatuor Artis veterinarie seu Mülomedicina.

A. 395.

- A. 395. *Aurel. Theod. Macrobius*, Philologus, floruit. Exstant Commentariorum in Somnium Scipionis libri duo & Saturnalium septem cum notis Jo. If. Pontani & Joh. Meursii.
A. 395. *Aurelius Symmachus* floruit. Supersunt Epistolarum libri x. cum notis Fr. Jureti & Jac. Lectii.
A. 395. *D. Magnus Ansonius*, Poëta & Orator, inclarescere cœpit. Exstant Epigrammata, Idyllia, Eclogæ, Epistolæ, &c. Jac. Tolius suas & Variorū notas contulit.
A. 396. *Sext. Aurelius Victor*, Historicus, claruit. Exstant scripta de Origine gentis Romanae, de Viris illustribus, & de Cæsaribus. Sed addita Imperatorum Epitome diversi auctoris esse dicuntur.
A. 397. *s. Ambrosius*, Episcopus Mediolanensis, obiit, relictis variis operibus sacris.
A. 397. *Aurel. Prudentius Clemens*, Poëta Christianus, floruit. Exstant Liber Cathemerinon five Hymni, Perifophon, Apoteoseis, Hamartenia, Psychomachia, libri duo contra Symmachum &c. Suis & Variorum notis illustravit Jo. Weitzius, fuit etiam Ch. Cellarius.
A. 397. *Cl. Claudianus*, Poëta gentilis, sub Florio & Arcadio floruit. Eius sunt libri duo in Rufinum, duo in Eutropium, tres de Ruptu Proserpinæ, cum nonnullis Panegyricis & carminibus aliis egregiis. Commentarios dederunt Casp. Barthius & Nic. Heinius, &c.
— Idem fere annis *Marcellus Empiricus* librum Medicamentorum & *Theodosius Priscianus* librum de Dicta five de Rebus salubribus conscripsisse dicuntur.

SECULO V. post Christum natum.

- A. 400. *s. Hieronymus Stridonensis* floruit, denatus A. 420. Ejus opera novem Tomos continentur. Ipse etiam, quantumvis aliis præsentibus, Vulgati Interpretis Bibliorum nomine maxime circumfertur.
A. 400. & seqq. *Salpitius Severus*, Historicus, mortuus A. 422. scriptit Historiam sacram, vitam S. Martini & tres Dialogos. Notas adjectit Jo. Vorstius, & nuper Jo. Clericus sex ejusdem Auctoris Epistolas cum suis notis.
A. 410. *Claud. Rutilius Numidianus*, Poëta gentilis, scriptit Itinerarium, cui notas adjectit Casp. Barthius.
A. 412. *s. Augustinus*, Hipponefis Episcopus, maxime floruit, denatus A. 430. operum Tomos decem reliquit. Ejus de Civitate Dei libros x xrr. seorsum Jo. Lud. Vives & Leonh. Coqueus Commentarii illustrarunt.
A. 412. *Servius Honoratus*, Grammaticus, claruit, qui in Virgilium commentatus est.
A. 416. *Paulus Orosius*, Historicus, scriptit Hermetiam five septem libros Historiarum adversus Paganos.

IV. FERREÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

- A. 430. *Calus Sedulus*, Poëta Christianus, claruit. Carminum libros quinque & duos Hymnos adnotationibus illustravit Ch. Cellarius.
A. 431. *Pontius Paulinus*, Nolanus Episcopus, obiit. Exstat carmen de Johanne Baptista, Epistolæ tres & alia simul edita cum notis per Joh. Baptistarum Le Brun.
A. 440. vel circiter *Dracontius* claruit. Scriptit elegiam ad Theodosium Imp. & Carmen heroicum ad Hexaëmeron.
A. 442. *Salvianus*, Massiliensis Episcopus, claruit usque ad finem fere seculi. Ejus libros octo de Gubernatione Dei, & quatuor adversus Avaritiam, notis illustrarunt Conr. Rittershusius, & Steph. Baluzius, qui & *Vincentius Liricensis* opera adjectit.
A. 449. *Petrus Chrysologus*, Scriptor Sermonum ecclesiasticus, obiit.
A. 455. *Proper Aquitanicus*, Rœgiensis Episcopus, obiit. Scriptit de Prædicatione Dei, de Vita contemplativa, & de Vocazione Gentium libros duos; item Carmina de Providentia Dei & de Ingratis, & alia plura.
A. 457. *Martianus Capella* floruit, qui Satyricon five de Nuptiis Philologæ & Mercurii libros i. x. concinnavit illustratos notis Hug. Grotii.
A. 461. *Bened. Panarius Petrorcorius* floruit, cuius carmen de Vita B. Martini sex libris constat. Cum notis Fr. Jureti, Casp. Barthii & Joh. Frid. Gronovii edidit Chr. Daumius.
A. 466. *Claudianus Ecdicius Mamertus*, Episcopus Viennensis, obiit. Ex-

stant libri tres de statu animæ cum notis Casp. Barthii, qui alia plura adjectit.

- A. 482. *C. Sollus Sidonius Apollinaris*, Arvernorum Episcopus, obiit, relinquent Epistolarum libros i. x. & Carmina xxi. Notis illustravit Jac. Sirmondus, Jo. Sayaro & Jo. Woverius.

A. 492. *Alcimus Ecdicius Avitus*, Archiepiscopus Viennensis, floruit, denatus A. 512. Ejus epistolæ, Homiliæ & Poemata edidit Jac. Sirmondus.

Sub finem seculi C. Plinius Valerianus, Medicus, scriptit libros quinque Medicinæ parabilis.

Idem tempore Panegyristæ veteres, Lat. Pacatus, Drepianus, Claud. Mamertinus, Nazarius, Eumenius & alii vixerunt. Notæ acceperunt Livinii, Gruteri, Acidalii, Rittershusii, Cellarii.

SECULO VI. post Christum natum.

- A. 517. *Orientius*, Poeta Christianus & Tarraconensis Episcopus, floruit. Exstat Commentorium fidelium cum notis C. S. Schurtzleischii.

- A. 521. *Ennodius*, Ticinensis Episcopus, obiit: Epistolas reliquit, Panegyricum & alia.

- A. 524. *Man. Severinus Boëthius*, Philosophus, in carcere, in quo quinque libros de consolatione philosophica composuerat, decollatus est.

- A. 526. & deinceps *Priscianus*, *Felius Pompeius*, & *Nonus Marcellus*, Grammatici, floruerunt, quibus multa vindicaz Latinae lingue & fragmenta veterum debentur. Priscianum, ut & Fl. *Sostiparum Charisium*, Diogenes & reliquos Grammaticæ Latinae Auctores simul edidit Elias Putichus.

- A. 529. *Fulgentius*, Rusensis Episcopus, obiit, & varia scripta de rebus sacris reliquit. Alius Fulgentius Grammaticus est, cuius extat libellus de Prisco sermone.

- A. 533. *Justinianus Imp.*, Thesaurum juris Romani per Tribonianum & alios adornavit, quod corpus confitat Institutionibus, quas ipse composuit, Digestis seu Pandectis, Codice & Novellis.

- A. 544. *Arator* claruit, cuius est Historia Apostolica carmine heroico scripta.

- A. 552. *Jornandes*, Historicus, claruit, & liberum de Rebus Geticis conscripsit.

- A. 562. *M. Aurel. Cassiodorus*, jam nonagenarius, libros adhuc edidit; quos inter eminent Variatum Epistolarum libri xii. de Anima liber, & de Divinis lectionibus libri duo; ut taccam reliquos. Aliqui mortem ejus in annum 575. rejecunt.

- A. 566. *Cresconius Corippus* claruit. De Laudibus Justini Imp. carmine heroico quatuor libros compofuit.

- A. 600. *Venantius Fortunatus* adhuc in vivis fusse dicitur. Reliquit quatuor libros de vita S. Martini carmine heroico & alia plura partim Pœticia, partim Historica.

IN SECULO VII.

- A. 637. *Isidorus*, Hispalensis Episcopus, mortuus est, libris viginti Originum sive Etymologicarum celebrans.

IN SECULO VIII.

- A. 709. *Adelhelminus*, vel *Adelheltrus*, Antiftes Ecclesiæ, obiit. Scriptit de Laude Virginitatis.

- A. 735. *Beda Venerabilis* dicitur, obiit. Opera exstant multa & varia.

- A. 767. *Paulus Diaconus* obiit, relictis xii. Epistolis.

IN SECULO IX.

- A. 821. *Theodulfus*, Scriptor Ecclesiasticus, obiit. Scripta edidit Jac. Sirmondus.

IN SECULO XI.

- A. 1070. *Constantinus Afer*, Medicus, floruit; multa & varia de Re Medicina scriptit.

IN SECULO XII.

- A. 1153. *Bernhardus*, Abbas Clarevallenensis, obiit. Ejus Epistolæ, Sermones & alia Scripta celebrantur.

- A. 1182. *Johannes Sarisbierensis*, eruditiorum suæ ætatis princeps, obiit. Metalogici libros iv. Epistolæ quam plurimas, & de Nugis Curialium octo libros, quos Polycratim vocat, reliquit.


- Circa eadem tempora *Guil. Brito Armoricus* floruit, cuius Philippidos libros xii. Casp. Barthius commentario illustravit.



Deprehendent fortassis qui inter lectors nasutiores sunt etiam in hoc Indice non nihil, sive festinationis, sive incuriae. Verum ejus quicquid erit, cum facile quivis, vel per se, inspectis ipsis libris, vel ex Jo. Alberti Fabricii Bibliotheca Latina, ad pleniorum, certioreque singulorum auctorum noticiam pervenire possit, neque complementi, neque emendationis gratia addere quicquam visum est.



A



PRINCEPS Alphabeti Litera, quod sit soni simplicissimi & facillima pronunciatio: unde factum, ut in omnibus omnium fer Gentium Alphabetis ordinem literarum ducat. Figuram suam A, a, uti plereque omnes Latinorum Literae, Græcis accentum refert; quod in majusculis magis est conspicuum, nam minuscula aliquanto longius recedunt. Nomen autem, hinc & reliqua, fortiter est a sive sive nuda pronunciatione, in hunc modum scil. a, be, ce, quod vel ex ipso nomine hinc effecto patet, Abecedarius.

A, fono influavissima est, si sepius iteretur in fine. Cic. in Orat. 163. Auratus aries Colchiorum, — splendidis nominibus illuminatus est versus: fed proximus inquinatus influavissima litera finitus,

Frigifera & ferta arva Asia tenet. Sic & in repetita asperitatem notat Mart. Capella lib. 5. p. 167.

A, sicut reliqua literæ, sua figura, ad modum Græcorum pingitur. Cic. 1. de Divin. 21. Sus rostro si humili A iteram impreferit, num propterea suscipi poteris, Andromacham Enni ab ea posse describi?

Nihil inter se differunt A & V in charactere Longobardico, uti notat Scaliger in Caftigat, ad Catull. de monte Atho p. 85.

A, litera nota erat in suffragiis & comitiis legum, qua se cives repudiare rogationem significabant. Nam duæ dari tabulae solebant, quarum in altera V. R. id est, Uti rogas, scriptum erat: in altera A. id est, Antiquo, antiqua sequor, nova non placent.

Dicitur item A, litera futalaria a Cicerone; quod, ut scribit Asconius, si videbatur judicibus bona causa, ab solvibant reum, notamque solutionis A iteram in tabella, quam a prætor accipiebant, scribabant: quemadmodum contra, tritem literam eodem loco appellat literam C, quod, ut ibidem scribit Antonius, condemnandi nota esset. Cic. pro Milon. 15. Quod nūi videlicet, posse abfoli eum qui fatetur: cum videret nos fatari, neque queri unquam iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in judicando literam, quam illam tritent dedidit.

A præposita aliis vocalibus tres constitut Diphthongos, Æ, AI, AU; ut Æs, Aio, Aurum; quo modo Græcis tres itidem sunt æ, ai, au, & in propria æ, cuius loco succellit æ, ita tamen ut univerba fere in æ sui etiam juris fecerit; ut δαιμονъ, ειρηνъ, εγι, &c. prout etiam vice verba Cœsar Græcis Καίρεις dicitur, &c. Sane in dativis Prima, pro æ, live ã, (quod ex Doriforo fit æ) constanter ponitur æ; ut Αἰτεῖ Αἴτει, Φαιδρ. Φαίδρ., fama, &c. Nec immerito a Latina utriusque Diphthongi Graece vicem sustinet, quum æ & hoc tantum differant, quod altera habeat adscriptum, altera subscriptum. At si rarerent in Latinis dictiōibus vīfūrū; Aio, Caius, &c. & videtur potius esse Synæthesia, quam Diphthongus, quod, si Græcanice scriberis, liquido patebit, sic æio, Φαιδρ. nimur ut ab ipso Græci faciunt ã, ita ab æ, Latinis Aio.

Apud Latinos ipsum A crebris mutatur in E, modo productum, modo correptum. Productum quidem, ut ab Halitus, anhelitus; & in praeteritis verborum, Facio, feci; Ago, egī; Jacio, jecī; Frango, frēgi; Capio, cepi; (quaes & agi, jaci, fragi, capi, a veteribus scribabantur;) Correptum vero, ut Tango, tetigī; Cado, cecidi; Parco, percipi; Fallo, feſſili. (Hæc & sequentia habet Piscianus lib. 1. p. 552. quibus fortasse non defuit, quae postulant reponi) Et in compositione A positione productum, in E positione productum convertitur, ut Armatius, inermis; Arco, coētio. Kursus A breve in I breve, ut Amicus, inimicus; Icī, Amicopotes, Stellifer, Caulidicus. Tubicen; ab Arma, Stella, Caufa, Tuba: sed Tibicen a Tibia penult. prod. quod in ea dictione, I & A per cras in I longum commutentur.

A, puncto pollio, prænomen significat, ut A. Cæcina, id est, Aulus Cæcina;

A (sicut reliqua literæ) ponitur interdum sola pro dictione, cuius est initium, ut A. Abfolvo, Ædes, Ædilis, Æbre, Ærarium, Ager, Albo, Amicus, Anima, Annus, Antiquo, Argentum, Augustus, Aulus. A. Apud agrum, A. A. F. F. Auro, argento, arc, flando, ferrando, in nummis a Triumviris Monetalibus cufis. Sic priores literas explicat Cic. 7. Fam. 13. AA. COSS. Augustus confulibus. A. A. L. Aulorum libertus. A. A. L. M. Apud agrum locum monumenti. A. A. V. C. Anno ab Urbe condita. A. B. M. Amicæ, vel amico, vel animæ, bene merenti. A. P. R. C. Anno post Romanam conditam. V. Sector. Urfatum de Notis Romanis.

VOL. I.

A, Å, Ås, præpositiones significant causam efficientem: illico ferunt verbis passiva significationis in Ablativo.

A, præpositionem Latinam deduci putant a Græca præpositione æ, detracta ultima syllaba æ.

Ab, etiam inde ductam tradunt. Siquidem • litera ultima eliditur ab æ, presertim in collisionibus vocalium: id est, sequente dictione a vocali incipiente, & remanet æ. Quod si æ tenuem verteris in ã suam medianam, habebis Ab præpositionem Latinam.

Abs, videtur esse ex Græco ἀψ, i. e. retro. Unde & Festo retractio nem significat. V. ABS in suo loco.

A & AB, præpositiones nonnullis videtur factæ ex Abs præpositione. Cicero in Oratore, 158. Una præpositio est Abs, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium; in reliquo termino mutata est. Nam Amovit dicitur, & Abegit, & Abfluit: ut jam nescias, Abne verum sit, an Abs. Quid si etiam Abfugit turpe vilum est, & Abfer noluerint, Aufer maluerunt? Quæ præpositio, præter hec duo verba, nullo alio in verbo reperitur. Hactenus Cicero: ubi demonstrat Abs pene exoletum, & Ab, in compositione duorum tantum verborum, Abfugio, & Abfero inveniri. [Vid. Voss. de Analog. 4. 24.]

Ab corripitur, A producitur. Ab præponitur omnibus vocalibus, A folis consonis. Quintil. 12. 1. Fabricius respondit, a cive se spoliari malle, quam ab hoste venire. Aliquando tamen a consonantibus excipitur Ab, si nulla prohibeat vocis asperitas, ut Prieſtans docuit: sic ab Jove, Virg. 3. Ecl. 60. Ab re, & Ab sua parte, Liv. 1. 17. Idem 30. 8. Ab dextro cornu, ab lavo. Paulo poſt. Neque ipes venia ab Scipione erat. Nec quisquam est veterum, qui Ab consonantibus sive ipsius preponat, quam Livius. Ut taceam compositionem in Abduco, Abluo, Abnego, &c. quam Prieſtians 1. 14. urget & ante J, ut Abjicio, Abjungo, Abjuicio, Abjuro.

A & Ab precedente paſſivo, vel verbo eandem vim obtinente, agentem significat. Saltuſ. Fragn. cap. 24. Vincitur a paucis. Quintil. 9. 2.

— laudatur ab his, culpatur ab illis. Verti potest hic ablativus in dativum, Græco more, ut Servio placet. Virg. 1. Æn. 444.

— neque cernitur illi. i. e. Ab illo.

A meis civibus ea res nūi sūt honori, id est, Ob eam rem honoribus affectus sum a civibus meis. ut, Cic. pro Milon. 96. Beatos illi quibus ea res honori fuerit a suis civibus. Idem pro Rabir. Poſth. 27.

Quotum impunitas fuit non modo a judicio, sed etiam a ferme. Idem 7. Att. 15. Sumus enim flagitiole imperati cum a militibus, tum a pecunia. Idem de Orat. 3. 143. Hec cum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & a ceteris silentium fuit. Sed vitoſia est lectio; nam omnia optima exemplaria præpositionem omitunt. Plaut. Epid. 1. 2. 26. A morbo valui, ab animo aeger fui. Idem Cœrc. 1. 1. 51. Tam a me pudica est, quasi forer mea sit. Ter. Hece. 1. 2. 70. Narratque ut virgo a se integræ etiam tum fiet. Cic. 1. Att. 1. Cum Romæ a judicis forum refrixerit.

A Platone & Aristotele homines, id est, Academici & Peripatetici, five Platonic & Aristotelici, Platoniſ & Aristotelis doctrinam sequentes. Cic. pro Muren. 63. Nostri inquam illi a Platone & Aristotele, moderati homines & temperati, aut apud spissentem valere aliquando gratiam. [Græcorum imitatione fit. V. Vigorij Idiotism. 9. 1. 13.]

Ab aliquo legare. Cic. pro Cœlent. 33. Itaque ei testamento legat grandem pecuniam a filio, signi natuſ est: ab secundo hærede nihil legat. Idem 13. Att. 46. Cognovi Cluvium jubere, ut Hordeonius cohares meus Terentia numeraret, & ad sepulchrum edificandum, multasque altas res sumptus suppeditaret: ego vero nihil darem, ita ut meliore conditione sim, quam Hordeonius cohares meus. Illi enim de sua parte detrahendum est, quod Terentia solvat, quod sepulchro multisque rebus, mihi prorsus nihil.

Ab aliquo poſſidere. Ulp. in L 1. §. f. D. Uti poſſidetis. Quod ait Prætor in interdicto, Nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, hoc eo pertinet, ut si quis poſſiderit vi, aut clam, aut precario: si quidem ab alio, profit ei poſſidet. si vero ab adversario suo, non debeat eum propter hoc, quod ab eo poſſidet, vintere. Paulus in L. iii. in princ. eo tit. Ego poſſideo ex iusta cauſa: tu vi, aut clam. Si a me poſſides, superior sum interdicto: si vero non a me, neiter nostrum vintetur. nam & tu poſſides, & ego. Ab alio poſſidere vi, aut clam, aut precario, est poſſessione usurpatæ rei alienæ aut vi, aut clam, aut precario. Id est, cum alius poſſideret, tu illum poſſessione dejectisti aut vi, aut clam, aut precario.

Ab aliquo via uti. Ulo. in L. iii. in princ. D: De itinere actuęe privato. Si eum a me recte via utebaris, fundum vendidero per quem utabar;

A

utebaris: deinde emptor te prohibuerit, licet clam videaris ab eo uti, (nam qui prohibitus uitur, clam uititur:) tamen interdictum tibi competere intra annum. Paulo post: Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut precario usus est, recte a me via uti prohibetur, & interdictum ei iniuste est: quia a me videtur vi, aut clam, vel precario possidere, qui ab auctore meo vitiouse possidet. Nam & Pedius scribit: Si vi, aut clam, aut precario ab eo usus sit, non in cuius locum habeditate, vel emptione, aliisque quo iure facessi, idem esse dicendum. A me via uti est, cum ego dominus essem fundi, tibi concepsi, ut via in meo fundo uteris. Ab auctore meo, uti, cum auctor meus qui mihi fundum vendidit, tibi eam viam concepsit.

Ab altero frui. Ulp. in l. 1. in princ. D. de superficiebus. Alter ab altero fruemini. Id est, Altero alteri fructum concedente.

Ab aliquo aquam decure, id est, Per aliquid fundum in suum deducere etiam habere. Ulp. in l. 1. §. Deinde ait Prator. D. de aqua quotidiana & festiva. Ut priore aestate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti, quo minus ita ducas vim fieri vero, id est, uti per illius fundum in tuum duxisti.

Consimilia etiam sunt sequentia, Ab aliquo solvere, dare, numerare. Cic. 5. Att. 21. Non modo non recuare, sed etiam hoc dicere, fe a me solvere. Quod enim Pratori dare consuissent, quoniam ego non acceperam, se a me quodammodo dare. Hoc est, quasi de meo, vel de mea pecunia. Cic. 7. Att. 18. Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio solvat. Id est, Sumptum ab Egnatio debitor suo pecuniam tibi numeret. Idem pro Flacc. 44. si Prator dedit, ut est scriptum, a Quaestore numeravit: Quætor a mensi publica: mensa aut ex vestigali, aut ex tributo. A Quaestore, inquit, quasi A Quaestore acceptam, intellige Pecuniam. Perfolyvere ab aliquo. Cic. pro Planc. 42. Sinite me, quod vobis fructus huic siepe promisi, id a vobis ei perfolvere.

Representare pecuniam ab aliquo. Cic. 12. Att. 25. Reliquæ pecuniae vel usuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, representabimur. Quasi dicat, Spero fore, ut a Faberio exigamus ita cito, ut possimus Silio solvere ante diem constitutam: idcirco pendemus usuram, dum representemus.

Suppeditare ab aliquo. Cic. 2. contr. Rull. 32. Sumptum haurit ex ariero, suppeditat a focus.

A cauda de ovo exire. Plin. lib. 10. 16. Hylas tradit noctuam, bubenem, picum arboreos cavantem, trogonem, cornicem, a cauda de ovo exire: quoniam pondere capitum perverbi ova, posteriore partem corporum foventam matre applicent. In similibus tamen locutionibus interdum supprimuntur præpositio: ut apud cundem 7. 8. Neronem pedibus genitum parentis eius scribit Agrippina. Ritu natura capite hominem gigni mos est, pedibus efferi. ubi V. Hard.

Item mutatur in prepositionem in aliquando. Plin. 10. 64. Quæcumque, ait, animal parvum, in capita gignunt, circumacto sub enixum facta, alia in utero correto.

A matre pulli: id est, Recentes a nido accepti. Columel. lib. 8. cap. 5. A matre pulli non exquis pretios venient.

Elephantu nuper a sylva. Flor. 4. 2. Elephanti bellorum rudes & nuper a sylva, conformati subito clangore, &c.

A lenone manu afflere. Plaut. Perf. 1. 3. 83. Continuo tu illam a lenone afflere manu. Sermo est concitus, pro eo quod est, A lenonis possestione vel dominio.

Ab exule prope esse. Tacit. 1. Hist. 10. Licinius Mutianus, vir secundus adversus juxta famosus, suspecta Claudiu iracundia in secreto Asia repotuit, tam prope ab exule fuit, quam postea a principe.

A contumelia, quam a laude proprius fuerit, post Vitellium eligi. Tacit. 2. Hist. 76. Hoc est, Propius contumelia quam laudi, Contumeliosum magis, quam gloriofum.

Ab amore scribere. Balbus Cic. 9. Att. 8. Hæc quoniam prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certe scio, me ab singulari amore benevolentia quecumque scribo, tibi scribere. Gallice dicitur, *De grand amour*.

Ab aspectu decorus: pro eo quod Gallice dicitur, *Beata a vor*. Columel. 6. 1. Apenninus boves progenet durissimos, omnemque difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. Cicero dicit, Ad aspectum præclarus, Ad aspectum pulcher. V. suis locis.

Ab aliquo describere. Cic. 13. Att. 21. Scriptil Balbus ad me, se a te quantum de Finibus librum descripsisse. Id est, Ex tuo libro.

A te aliquid facere, id est Ultra. Cic. 1. de Orat. 111. Videor non ipse aliquid a me promissi, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse.

A me salutem dic Ciceroni: id est, Verbis meis, seu nomine meo. Cic. 6. Att. 2. Valebis igitur, & valere Piliam & Cæciliam nostris jubebis literis, & fulvebis a meo Cicerone.

A me illos habe commandatissimos. Cic. 12. Fam. 25.

A sole calor. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. Gallina pullos cum excluserint, ita tenuerit, ut & pennis foveant, ne a frigore latuantur: & si est calor a sole, se opponant.

A sole dolet. Plin. lib. 24. cap. 5. Cupressi folia trita, serpentium ictibus impunitur: & capiti cum polenta, si a sole doleat.

A stirpe, id est A majoribus. Sallust. in Jugurtha. 14. Jugurtha homo omnius quos terra sufficit sceleratissimus, contempto imperio vestro, Masinissa me nepotem, etiam ab stirpe focimi atque amicum populi Romani, regno fortunis omnibus expulit. Gallice, *De race*.

A stirpe, pro Stirpitus & funditus. Liv. lib. 34. Equidem fabulum & fictam rem ducebam esse, virorum omne genus in aliqua insula conjugatione mulieribz a stirpe sublatum esse.

Ab auro fulgor. Lucret. lib. 2. 49.

Audacterque inter reges, rerumque potentes

Versantur: neque fulgorem reverentur ab auro.

A his septenis undis. In eos competit, qui a noxia quapiam purgati sunt, propter quod antiquitus mos esset, homicidio pollutos, vestes suas bis septenis inundationibus immerzionibus lavare. Tertius Suidas.

A mortuo tributum exigere vel colligere. Competit in principes expiatorum plebis, qui nulla non ex re lucrum exprimunt, aut vestigial ex torquent. In eos etiam, qui per fas nefasque diricias undique congerunt, aut e rebus minutis ac sordidis & turpis. Ex Arist. Rhet. lib. 2.

A pure pura defluit aqua. Quadrat in hominem usqueque inculpatum & innocentem, quem etiamli quis aliquando vocet in crimen, tamen non solum fama illius non contaminatur, verum etiam illustrior redditur. Ex Theognide in sententiis elegiacis.

A contraria aure instillare. Plin. lib. 24. cap. 10. Erastratus hederæ acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosque in cortice punici, instillavit dentium dolori, a contraria aure.

A vento aliquid opponere. Plin. lib. 17. cap. 2. de arboribus, Aquilonem maxime gaudent, densiores ab affatu ejus latioresque, & materie firmioris. Quia in re plerique falluntur, cum in vineis pedamenta non sint a vento eo opponenda, & id tantum a Septentrione fervandum.

Ab eo, pro Ejus. Ter. Eunuch. 3. 5. 9. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, in ibo. Ubi Donatus: Hæc est elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro Ejus gratiam merebor. Nam, Ab eo, amat Te-rentius pro, Ejus, ponere.

Ab illo injuria. Ter. in And. 1. 1. 129. Ea primum ab illo animadvertisca injuria est. Quoniam locum sic exponit Donatus: Animadversa, castiganda, vindicanda. Ab illo injuria, quam facit, non quam patitur. Quod si dixisset, Injuria ejus, amphiboliom fecisset, utrum quam passus est ab alio, an quam ipse alius intulit.

Ab te tua, pro A negotio tuis familiaribus. Cic. 12. Att. 6. Tantumne ab re tua est otii tibi, ut etiam Oratore legas? sumptum ex Terentio. V. OTIUM.

Ab aliqua re otium vel tempus habere. Ter. Phorm. 5. 5. 3. Otium a senibus ad potandum ut habeam. Cic. 1. Verr. 41. Et qui omne tempus quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis laboribus consumam.

Ab & A exponentur interdum per varias præpositiones.

Ante. ut, Plaut. Cist. 4. 1. 7. Ab officio faciem futili. Idem Merc. 2. 4. 9. Omnia ego auscultavi ab officio. Stat. 1. Silv. 2. 23.

— domine niveis a vultibus obstat. Id est, Stas ante dominam. Quam familiarem loquendi formam Papiniam esse Gervatius ibidem ostendit. Similiter Frontinus Strateg. 1. 5. 10. Univerli a limite obstat.

Contra. Virg. 7. Ecl. 6. — dum teneras defendo a frigore myrtos. hoc est, Contra frigus. Cic. pro Font. extr. A quo periculo defendit judices civem fortē. Plin. lib. 20. cap. 17. Vetus quoque a tineis defendit. Plaut. Afr. 1. 3. 71. Haud ab re a cupis. Hoc est,

Non inutile, aut prater propositum. Ab re confulere alium: hoc est, Contra commodum. Plaut. Trinum. 2. 1. 12. de Amore; Subdole blanditur, ab re confulit. Abre aliquo orare. Plaut. Capt. 2. 2. 28. Quidvis, dum ab re nequid ores, faciam. Id est, si quid ores non alienum ab honore. Non ab orbita, Varro dixit. Quod non alienum est a via & instituto, sed ex confutidine & via. Ejus verba sunt de vita Populi Romani. Neque id ab orbita matrūm familiā instituti, quod ea peccato ex lacertis erant apertis, nec capitia habebant.

De, teste Donato. Sueton. in Vespa. cap. 23. Ad Juniam Calvinam a gente Vespasianis pertinere dicebat, pro De gente. Martial. lib. 10. 104.

Ipsa prorius a via salutes. V. AFORIS.

Per. Plaut. Rud. 2. 5. 21. Ab se cantat cuja fit. Idem Bacch. 4. 6.

22. Nunc ab tranfrena hic turbidus lumbricum petit: id est, Per transennam. Hoc proverbio significans aliquem in magno versari differmine, suoque periculo esse proximum. V. Erastr. Chil. Cic. 3. de Legib. 35. Cui ne reditus quidem ad bonos, fatulut a bonis potuit afferre. Id est, Per bonos. Idem pro Milon. 56. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martenque communem: qui saepe spoliante jam & exultantem evitit, & perculit ab objecto. Id est, Per eum qui abjectus est & prostratus. Idem 5. Att. 21. Ex Idib. Maii in Ciliciam, ut ibi Junius confundatur, velim tranquille a Parthis, hoc est, Mihi per Parthos liceat totum Junium agere tranquille in Cilicia.

Pra. A verecunda: id est, Pra verecunda. Liv. 39. 49. Jacentem hostes superflui oppræfuntur: cognitumque primum a verecunda memoria meritorum, haud fecus, quam ducem suum attollunt &c.

Ab illo friget, id est, Per illo, feu illius comparatione. Erastrus in 18. cap. Luce, Scio sic allicui logi Gelium, Friget ab illo, pro eo quod est, Friget comparatus ad illum.

Pro. Cie. in Brut. 273. Ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentam dementiam, a senatu & a bonorum causa iteret constantius. Idem pro Cluent. 93. Non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. Idem 2. Tusc. 7. Quid enim dicant, & quid fentiant hi, qui sunt ab ea disciplina, nemo medicocriter quidem doctus ignorat. Rursum 1. de Invent. 90. Commune est, quod nihil magis ab adversariis, quam a nobis facit. Pro superioribus locutionibus dicunt etiam eleganter Latini, Cum aliquo facere, Cum aliquo flaret, Pro aliquo esse. Sed & cum his magnam habent affinitatem quæ sequuntur exempla. Cic. 2. de Invent. 61. Locus communis a translatione, & contra eum, qui translationem inducit. Et ad Heren. 2. 9. Communis loci sunt: a telibus, contra telites: a questionibus contra quætiones: ab argumentis, contra argumenta: a ruminibus, contra rumores.

Propter. ut, Ali secundis rebus incauti, id est, Ob res prosperas param sibi cauentes. Liv. 36. 24. Non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles sentiret, &c. id est, Propter iram. Plin. lib. 2. cap. 8. Terribilis Iudicium Martis, quod quidam Herculis vocant, igne, ardentiis a foliis vicinitate, binis ferri annis convertit, &c. Liv. 1. 17. Quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, animumque intervallum fuit: id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum.

Quantum attinet ad. Cic. pro Rosc. Amer. 81. Vir ab innocentia eleminifimus. Plaut. Truc. 1. 1. 26. Bis petit amator, ab re, atque animo simul. Idem Cistel. 1. 1. 62. Dolco ab animo, doleo ab occulis, doleo ab ægritudine. Ter. Phorm. 2. 1. 26. Otiolus ab animo. Cic. 10. Fam. 15. Et Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur.

Idem 8. Fam. 10. Ego quidem precipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scire quam paratus ab exercitu es. Idem in Brut. 63. Acuti sunt, elegantes, facili, breves. Sed ille Gracchus ab omni laude felicior. Idem Post reditum ad Quir. 15. Me nūdum a propinquis, nulla cognitione inmitum, &c. Pro Domo sua, 58. Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tani nuda Republica inistratibus? In Brut. 227. Erat ab Oratoribus quedam in foro foliudo. Ad Quint. fratrem, 2. 16. Sic enim habeto, nunquam me a causis & judicis dictriforen fuisse. Ita Ab hac parte, pro Quantum ad hanc partem attinet. Idem 10. Fam. 24. Securos vos ab hac parte reddemus.

Infructus ab aliqua re. Cic. in Brut. 161. Ut eo nihil ferme quisquam addere posset, nisi qui a philosophia, a jure civili, ab historia fuerit intructior.

Invictus a labore. Cic. 1. Off. 68. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui invictum se a labore praeferit, vinciri volueret.

Veritus, seu pro eo quod vulgo De parte dicimus. Cic. ad Brut. 10. Firmos omnino & duces habemus ab Occidente, & exercitus. Dicitur & A parte, pro eodem. Plin. lib. 13. cap. 25. Laudatissimo a parte Aquilonis. Idem lib. 12. cap. 15. Myrrhe caudex crassior, quam thuris, & ab radice etiam, quam reliqua sui parte. Cic. 1. de Divin. 12. Quod faciebat etiam Panterius, requirens, Jupiter ne cornicem a lava, corvum a dextra canere jussisse?

A & Ab transferunt ad principium loci, vel temporis, ad significandum continuationem a loco, vel tempore. Loca sequentia sunt, aut tanquam localis motus. Virg. 2. Fin. 25.

Et iam Argiva phalanx in fructibus navibus ibat, A Tenedo.

A Gadibus se ducere. V. duco. Tacit. 2. Ann. 20. Orsus oppido a Canopo.

Ab initio [ἀρχής, ἀρχῆς] Cic. ad Brut. 10. V. INITIUM.

A calce ad carcerae: id est, A fine ad principium. Cic. de Senect. 83. Nec vero velim quali decurso spatio, a calce ad carcerae revocari. Iloc est, A finio ad pueritiam.

A vertice ad imos talos, ad imos ungues; idem est, quod A capite usque ad calcem. Hor. 2. Epist. 2. 4.

Candidus, & talos a vertice pulcher ad imos.

A capite usque ad calcem, id est, Totum: nonnunquam, Ab initio ad finem: interdum, A summum ad imum. Plaut. in Epid. 5. 1. 16. Usque ab unguiculo ad capitulum summum est festivissimum. Plerunque etiam A capite, id significat quod A precipuo autore, A fonte, Ab origine.

Ab extremo. Liv. 1. 28. Ab extremo orbi, primos excire Albanos.

A fundamento. Plaut. Rud. 2. 6. 55. Qui a fundamento mihi usque moviti mact. Pro, A fundo.

A fundo. Virg. 2. JEn. 419.

— A quo me Nereus cets aquora fundo. Legitur & Atque.

Ab infimo. Plaut. Mofst. 3. 2. 38.

Ab humili ad summum. Cic. 2. Tufc. 5. Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum.

Ab unguibus incipere, hoc est, A levissimis, minimeque ad rem pertinentibus, cuius contrarium, A capite incipere. Caput enim rei dicitur, quod est illius praecipuum. Ex Baffio. Ab imis unguibus usque ad verticem summum. Cic. pro Rofc. Com. 20. Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum (sive conjecturatur affert hominibus tacta corporis figura) ex fraude, falacris, mendacis contare totas videtur? Id est, Ab unguibus pedum, & ut dici solet, A planta pedis.

A linea incipere dicuntur, qui ab ipsa rei exordio fumunt initium. Sumpta est metaphora ab his, qui curlo certant in Iadis. Nam iis linea quadam ducitur, ad quam ex aquo stent, donec currendi signum accipiunt. Hinc est illud Tertull. lib. 1. aduersus Marcionem, Age igitur ad lineas cursus & gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod est, Ab integro. Eadem habet sententiam & illud, A carceribus; metaphorra utique sumpta a stadiis, in quibus Carceres erant repagula quedam, unde cursus initium quadrangularis agitatores sumebant. Itaque A carcere, aut A carceribus, id significat, quod Ab ipsa rei principio.

A remo ad tribunal, dici folitum, ubi quis repente ab infima conditio ne provehitur ad honesti muneris administrationem. Ex Syriano Hermogenis interprete de Demade Oratore.

A terra ad celum percontari. Plaut. in Perf. 4. 4. 54. Hospes, volo ego hanc percontari. S. a terra ad celum quid labet. i. e. Quaeunque de re ab initio usque ad supremum finem.

A labore ad libidinem. Ter. And. 1. 1. 50. Ita ut ingenium est omnium hominum a labore proclive ad libidinem.

A milibus passuum, pro Intervallo. Cef. 5. Bell. Gall. 32. Opportuno atque occulto loco, a milibus passuum circa duobus, Romanorum adventum expectabant. Pro, Intervallo duorem milium passuum. Idem 6. 6. Potius castris a milibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare constituent.

A vestigio. Plin. lib. 7. cap. 17. Quod sit hominum spatium a vestigio ad verticem, id est, passis manibus, inter longissimos digitos, obseruantur.

A fronte & a tergo. Cic. 3. Philip. 32. A tergo, a fronte, a lateribus tenetur. Id est, Undique. Liv. 27. 49. Ita ex omnibus partibus a fronte, a latere, a tergo trucidantur Hispani.

A fronte & a tergo videre; hoc est, Diligenter inspicere, & praeferita cum praesentibus ac futuris confere. Eodem sensu dicimus, A fronte simul & occipito. Ex Homer.

A fronte praeципitum, a tergo lupi: Cum aliquis hinc atque hinc duobus maximis prematur malis, ut in utrumque incidat, percundum fit.

A pectore denudari. Cic. 5. Vert. 32. Ne denudetur a pectore, ne cicatrices Pop. Romanus aspiciat.

Ab exteriori parte levius uncus. Celf. lib. 7. cap. 26.

A limine disciplinis salutare: hoc est, Fas leviter attingere, & earum modo rudimenta degustare, non etiam valde diuturnam atque praeceps operam eis impendere. Sen. Epist. 49.

A vel Ab, pro A parte, five Ex parte. Liv. 1. 12. Principes utrinque pugnam ciebant: ab Sabiniis Mettus Curtius: ab Romanis Holtius Holtilius. Idem 10. 33. Ab Romanis tuba cornuque cecinerunt. Idem paulo post, Ab antesignani pila non cessabant. Id est, Non cefabunt antesignani pila jaculari.

A vel Ab nonnunquam ponitur pro Gallica praepositione *par*, presentim ubi res significatur unde quid incipiat: it, A frigore solet febris incipere. A potu quidam prandium incipiunt. Plin. lib. 7. in praefat.

A suppliciis vitam auspiciatur animal exterius imperaturum.

A vel Ab, cum casu possessoris, possessoris domicilium significat. Ter. And. 4. 5. 15. Unde est? dic clare. my. a vobis. Id est, A domo vestrâ. Ibid. 1. 3. 22. Sed Mysis ea ex egreditur. Sic, A me, A militi, A Glycerio, apud eundem. Plaut. Cestel. 4. 1. 6. Hac ci-stella nummum hunc a nobis domo est? Pro eo quod est, Ab hac domo nostra.

VOL. I.

A me, pro A mea villa. Cic. de Senect. 55. Cujus quidem ego villam contemplans, abeit enim non longe a me, admirari fatus non possum. Id est, Ab eis enim non longe a mea villa. Ter. Adel. 5. 3. 2. Quisnam a me pepult tam graviter fore? Id est, Meas, aut Donatus. A Pontio ex Trebulano in Id. Maii. Cic. 5. Att. 3. in fin. id est, Cum effem apud Pontium in Trebulano haec scripsi.

A & Ab nominibus urbium interdum preponuntur. Cic. 1. Acad. 1. Nuttiatum est nobis a M. Varrone, veniente cum a Roma pridie vesperi. Hoc est, non ex ipsa urbe Roma, sed (ut vulgo loquuntur) De prope Romam. Alioquin non solet Cicero temere addere praepositionem propriis urbium nominibus, neque addicere in hoc loco modo Laudato secundum Edit. vulgaris. Cic. Att. lib. 3. Neque de illius itinere quicquam certi habebamus, nisi cum ab Epopeo ante aliquanto prolectum. Cic. in Verr. Nam Brutus ab Roma aberat.

A vel Ab, junctum cum nomine loci, incolam eius loci significat, & pro adiectivo ponitur: ut, Turnus ab Aricia, pro Aricinus. Liv. lib. 1. Coloni Veltini. i. c. Veltini. Idem lib. 6.

Temporis sequentia sunt:

Ab adolescentia. Cic. 2. de Fin. 96. Tua erga me & erga philosophiam voluntate ab adolescentia suscepisti. Sic Ter. Adel. 1. 1. 16. Jam inde ab adolescentia. Ab incunte adolescentia. Cic. 13. Fam. 22. M. Avilius Avianus ab incunte adolescentia me observavit, temperque ducit. Plaut. Trin. 2. 2. 20.

A prima adolescentia. Cic. 1. Fam. 9. Refero me ad mansuetiores musas, quae me maxime, sicut jam a prima adolescentia, delectant.

Ab adolescentulo. Cic. pro Quint. 12. Nam qui ab adolescentulo queruntur sibi infinitissime sine impedio.

Ab incunte etate. Cic. pro Lege Manilia, princ. Sed mea vita rationes, ab incunte etate suscepit, prohibuerunt.

A prima etate. Cic. 4. Fam. 4. A prima etate me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectavit.

A cunabulis. Plaut. Pseud. 2. 4. 48. Quid sapit? c. h. usque a cunabulis.

Pro eo quod est Ab infanta.

A primis cunibulis. Columel. lib. 1. cap. 3. V. ORIUNDUS.

Ab incunabulis. Liv. 4. Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Ab ipsis dicendi incunabulis. Quintil. in proem. lib. 1.

Ab infante. Columel. lib. 3. cap. 8.

Ab infantibus, id est, A pueris. Celf. lib. 7. cap. 7. §. 15.

Ab infanta prima. Tacit. 1. Ann. 4.

Ab initio etatis. Cic. 4. Fam. 3.

Ab juvena. Liv. 26. 19.

A parvis, Idem. Cic. 2. de Legib. 9. A parvis enim, Quinte, didicimus.

Ter. And. 3. 3. 7.

A parvulo. Ter. Adel. 2. 1. 21. Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.

A parvulis duritate & labori studi. Cef. 6. Bell. Gall. 20.

A primordio fui. Tacit. 1. His. 34. Hic exitus Cremonam habuit, anno ducentesimo octogesimo sexto a primordio fui.

A principiis ita diligenter fieri puer. Quintil. lib. 1. cap. 1.

A puero & a pueris. Cic. 4. Acad. 115. Diodoro quid faciam Stoico, quem a pueru audiri? Cic. 1. Tufc. 57. Nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum notiones habememus.

A pueru parvulo. Plaut. Merc. prol. 89.

A pueritia. Cic. 5. Fam. 8: 4. 7. & 1. 7. Idem 2. Tufc. 27. Et Ter. Heaut. 1. 2. 9.

A pusillo pueru. Plaut. Stich. 1. 3. 19. Quia jam inde a pusillo pueru ridiculus fui.

A tenero & a teneris. Columel. 5. 6. Eam partem cali spectent, cui a tenero conふerunt. Id est, Cum adhuc tenera essent. Virg. 2. Georg. 272. — adeo a teneris confusere multum est. Subau. diendum.

A teneris unguinis. Cic. 1. Fam. 6. Hoc est, Ab infanta.

Ab avo. Ter. Phorm. 2. 2. 48. Progeniem veltrum usque ab avo, atque atavos proterest. Id est, Ab avi tempore.

Ab aurora, Ab sole orto. Plaut. Poen. 1. 2. 8. Usque ab aurora ad hoc quod est diei. Liv. 27. 2. Romani ab sole orto, &c.

A mane. Plaut. Milt. 2. 6. 23. Longum diutinumque a mane usque ad vesperum. Ulpius 1. 2. D. de Ann. leg. Si diurnas operas Stichi dare damnatus, non a mane, sed a sexta diei hora det, totius diei nomine tenebatur.

A media nocte togatus ero. Martial. 10. 82. 2.

Ab ovo usque ad mala, dixit Horat. 1. Serm. 3. 7. pro eo quod est, Ab initio convivis usque ad finem. Proverbium est. Antiquitus exim e nam ab ovis antipicabuntur, malis finiebant. Erit venustius, si longis trahatur, ad alia translatum. Ab ovo usque ad mala, id est, toro colloquio, tota navigatione, aut toro opere.

Ab omni aeternitate virxit animus. Cic. 1. de Divin. 25. & 2. 19.

Ab omni vetustate acceptum. Cic. de Arusp. 29. Ceremonias ab omni vetustate acceptas, a Brögriollu pollui non linit.

A pridie Idus Septembri. Plin. lib. 11. cap. 16. Cignatur mel ericæum, maxime Arcuri exortu, a pridie Idus Septembri.

A prima luce. Cef. 1. Bell. Civil. 81. Hoc idem: postero die a prima luce faciunt.

A primo lucis. Macrob. 1. Saturn. 5. A primo lucis in eam tempus.

A primo, pro A principio. Cic. 16. Att. Utinam a primo ita tibi esset vilium. Id est, A principio. Ter. Phorm. 4. 2. 14.

A principio. Cic. 7. Att. 1. At vellent a principio te audiisse. Ter. And. 1. 1. 21. Reim omnem a principio audies.

Ab seculo ad seculum vivunt. Plaut. Milit. 4. 2. 87.

Ab Sylla & Pompejo Consulibus, id est, A consulatu Syllæ & Pompeji. Cic. 2. contra Rull. 56.

Ab illo tempore. Cic. 6. Verr. 30. Habuit secum eos ab illo tempore.

Ab octava. Juven. 1. Sat. 49. Cic. 2. Philip. 104. Ab hora tertia bibebatur, indebatur, vomebatur.

Aliquando tempus horum per Poft explicatur. Cic. de Senect. 19. Cujus a morte hic tertius & tricelius est annus. Hoc est, Poft cuius mortem. Cic. 1. Att. 5. Quod mihi mandaras, ut primum a tuo digno Roriam veni, confereram. Idem 1. Acad. extr. Qui quartus ab Arcela fuit.

Liv. 1. 2. Neque hoftius a tergo incursum vidit. Flin. lib. 16. cap. 39. Scipionis classis quadragesimo die a securi navigavit. Id est, Poft quam cœla est materia.

A & Ab cum certis nominibus significant Ministris: ut, A commentariis. Qui praeſunt commentariis: id est, qui in commen-

tariorum referunt, & veluti diarium conficiunt. Hos Asconius vocat

Commentarietis.

Ab epiftolis, [εἰσὶ τὰς ἀποστολὰς πρόσωπα] Qui praeſt epiftolis, five ut eis accipiat, live ut ad illas respondent. V. Sueton. Claud. cap. 28.

A latere, id est, Chari & amici principum, & qui eorum lateribus

ſemper adſunt. V. L A T U S.

A libellis, Qui praeſt libellis ſupplicibus, quas reguſtas vocant [εἰς τὰς ἀρχαὶ τὰς ἀποστολὰς τὰς ἀνθεῖται] V. L I B E L L U S.

A manu ſervus, & manibus; Scribe quorum manu ad literas ſcribendas

principes uti ſolent. Sueton. Vefp. cap. 3. Post uxoris exēſum, Cen-

nidem Antonia libertam, & a manu, dicitam quondam ſibi, revocavit

in coneturium. Idem Caf. cap. 74. Philemonem a manu ſervum.

A pedibus, vel A pedibus ſervus; Qui pedibus iter facit, non equo ve-

hiuit. Cic. 8. Att. 5. Nec ullam ab aliam cauſam Pollucem ſervum

a pedibus meum Romam misi. Martial. lib. 3. 23. In invitatorem,

Omnia cum retro pueris obſonia tradas:

Cum non menſa tibi ponitur pedibus? Idem Pedes eos

appellat lib. 3. 40. in Zoliūm.

At ipſe retro flexus ad pedum turbam,

Inter catellas anferunt extra lambentes

Partitur apri glandulas paleſtritis. Idem appellat eos, Ad pedes

lib. 7. 19. in Sanctram,

Milto lagena replet ad pedes vino. Hi etiam Circum pedes vo-
cantur, Cic. 4. Ver. 92. Servos artifices pupilli cum haberet domi,
circum pedes autem homines formosos & literatos, fuos eſte dicebat, &c.
Non tam defunt qui ſic dictos putent, quod ſuis dominis ſemper ad-
defent, quaſi juxta eorum pedes. Domitius Calderinus putat ſervos ad
dominorū pedes diſcibuntur folitos. Imo ad pedes itantes accuban-
tibus dominis ministrabant. Vid. Giaccon. de Triclin. p. 70. & Fulv. Ur-
bin. in Append. p. 223. Alii ab his erant Curſores & Pedifilequi, de
quibus vid. f. l.

A pugione, Qui principis pugionem geſtat, eique ſemper praeſto eſt.
Lampridiuſ in Commodo Antonino, Inter quos libertinus, qui a pu-
gione appellebat eſt.

A punctis, Qui praeſt rediui aquariorum, ut eſt apud Frontiniū, lib.
2. de Aquar. ductibus.

A ſecretis, [τοῖς τὰς ἀπομέμψεις] funt, Qui ab ore principis imperia reci-
piunt diplomatum ſubſcribendorum, diſtorumque que in conſilio ſele-
cto decerni ſolent. Budaeus.

A ſtudiis, Is intelligitur qui praeſt ſtudiis alicuius, puta principis, utpote
vir eruditissimus, cuius opera in ſtudiis literariorum uitit. Sueton. in
Cloud. cap. 28. Libertorum praecipue ſuſpexit Posidem ſpadiōnem &
Harpocram: ac ſuper hos Polybiūm a ſtudiis, qui ſapere inter duos
confuges ambulabat. Sed ante omnes Narcifum ab epiftolis, & Pal-
lantem a rationibus.

A rationibus, Ratiociniorum praeſectus, qui nunc vulgo apud nos Cleri-
cus aut magiſter computorum dicitur. V. Sueton. paulo ante.

A voluptatibus. Qui ſtudium habet commiſſiſcendi voluptates ad princi-
peſe oblectandum. Unde olim Xerxes edixit ſe p̄miū daturum ei,

qui novum voluptratis genus reperiſſet. Suet. in Tiberio c. 42. Novum
denique officium inſtituit a voluptatibus, praproposito equite Romano T.

Cafon. Prifo. De iſthoc genere infinita alia apud auctores, & in antiquis

Inſcriptionibus maxime legerē licet. In his plerunque Gen. Perf. jun-
gi folet, quod patere potest ex Gruteri opere: e.g. pag. 578. n. 1. M.

VLPIO DIVI TRAIANI A POTONIE. p. 61. n. 4. TITINIVS AB
EPISTVLIS DIVI NERVAE. p. 584. n. 2. ALEXIO CAESARIS AVG.

AB BYBLIOTHECA. conf. ibid. n. 6. &c. Sed & Dativum veteres
ſubjecſiſt tellis eft Senec. in Apol. Menandro liberto ſuo tradiſit, ut

a cognitionibus ci eſſet. conf. Vopisc. in Carino, cap. 18. Eſt autem in
hiſ orationi Elliptica. Subintelligendum enim ſemper aliquid, viz. Ser-
vus, Libertus, Scriba, vel aliquid ejusmodi. Quod item patet ab in-
ſcriptionibus. Gruter. p. 583. n. 9. NESTOR C. CAESARIS SER-
VVS A SVPELECTILE. p. 577. n. 8. TIB. CLAVDIVS ALCIBIA-
DES MAG. A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS.

A & Ab interdum redundant videntur. Tacit. 4. Hift. Cerialis a metu

infamiae, &c. preſlit iras. Hoc eft, Metu infamiae, vel propter me-
tum infamiae. Idem in vita Agricola. Quam denotandis per hominum

palloribus ſufficeret ſauv ille vultus & rubor, a quo ſe contra pudor-
em muniebat. Liv. 28. Dextra Poemos tenera caſtra, a ſtationibus,

vigiliis, omni juſta militari ciſtodia tutā & firma.

A & Ab nonnunquam deſceſt videntur. Tacit. 3. Ann. Neque prelium

omifit, donec defertus ſuī caderet. Barbari. Idem 12. Ann. Modo pecorum

Barbaris trahebatur. Id eft, id quod in hoc autore ſapere

occurredit.

A & Ab compositionem ingredientur. A, ut Amoveo, Avello. Ab, ut Abi-

go, Abduco, Aberro, &c. Notanda funt Aufero & Aufugio, in quibus

euphonice cauſa, & in ut mutatum eft, teſte Cic. in Orat. 158. Vid. p. 1. ſupra.

A & Ab, eleganter utimur cum hiſ diſtinctiois Ulque & Prope. Cic.

pro P. Sext. 124. Uſque a Capitolio. Pro Cluent. 192. Illam uſque a

mari ſuper Roman proficieſi. Idem 4. Ver. 6. Tam prope a domo,

tam bonis fructuofisque rebus detinori. In eundem 7. 6. In Italia

bellum tam prope a Sicilia, tanen in Sicilia non fuit.

A & Ad, necnon Ab & Ad, in compositis confunduntur a libratis. V.

Drakenb. ad Sil. 4. 318. Item 6. 394: 10. 18: 11. 14: & 13. 268.

& Broeckh. ad Tibul. 1. 2. 21.

A B R O N, [Ἄβρων] Suidas, nomen proprium Summi ſacerdotis apud He-
braeos, qui una cum fratre Moſe Iſraelitas eduxit ex Egypto. Acta

ejus reliqua vide in Exodo.

A B

AB. Abdicavit. AB AC. Ab actis. AB R. P. Ab ripa proxima.
AB V. C. Ab Urbe condita.

AB, prepoſitio ablativa. V. A.

ABA, [Ἄβα] Urs Arabitæ felicis, ut ait Ptolem.

Item, Mons Armenie unde oritur Euphrates. Plin. lib. 5. cap. 24.
Item, teſte Strab. lib. 10. ex Aristotelis ſententia, Civitas fuit Phocias,

cuius cives Abantes dicibantur, qui poſta relictia patria Eubœam inco-

luerunt, que etiam ab iſis Abantis [Ἄβατις] autore Stephano, dicta eſt.
ABA, [Ἄβα] Xenophanis filia, quae Olbi Cilicie urbi tyrannidem, quam
pater procurator nomine administraverat, entul, obſequiſque ab Anto-
nio & Cleopatra ſibi impetravit. V. Strab. lib. 14.

ABA B A, Maximini Imperatoris mater, auctoſ Capitolin. in Maximini.

ABA C A N A, [Ἄβακανα] Ptolemaeo, vel ABA C A N U M, [Ἄβακανον]

Suidas & Stephano, Oppidum eft Sicilia, non procul a Messana, cuius

incolum dicuntur Abacanini [Ἄβακανινοι] Stephano.

Eſt præterea Abacana, telle Ptolemaeo lib. 6. Oppidum Mediae.

ABA C I O N, Diminut. Gt. ab Abax. V. A B A C U L U S.

ABA C T O R, ABA C T U S, V. A B I G O.

ABA C U S, i. m. [Ἄβας] apud antiquos Planities erat ad ſeſsum habilis,
e marmore facta, vel ſtructa, nam & calcis uſum in abaci uſiſe, Plin. docet lib. 33. cap. 12. Ad abacos, non nil marmorof: quoniam
marmor in eo refiſti amaritudini calcis. Vulgaruſ ipſum hodie quicquid
tale eft in quo multi federe poſſint, appellat bacum, detrita tantum
ut imperia plebis moſe eft) vocali prima. Sidon. Apoll. lib. 2. Epift.

2. Ibi ſtabidum, inquit, & frequens abacus. Ex Hermola in Plin.

Noſtrates vulgo bacum vocant.

Abacus, Mensa genu ex opere intefino, ubi in tricliniis uafa omnis

generis aut ad uifum, & ad elegantiam comparata expoſiſt. Juven. 3. Sat. 204.

Leucta erat Codro, Procula minor: ureoli ſex,

Ornamentum abaci: necon & parvulus inſra Cantharus.

Cic. 6. Ver. 33. Abo iſe abaci uafa omnia, ut expoſita fuerant,
abſtit. Varto de L. L. 8. 33. Liv. 19. 6. Et quia tunc magnifica
ſupelleſtilis habebantur, monopodia & abacos, Romam advixerunt.
conf. Plin. 34. 3. & 37. 2. item Fulv. Uſin. de Triclin. p. 150. ſq.
Ph. Rubenij Eleg. 1. 34. Gallis dicitur Buffet.

Abacus Solis, dicitur Altronimis, pro Diſco ejus, qui eft ipſius orbis ſive

latitud. Cael. lib. 24. cap. 12.

Abacus, Tabula quadra, que imponitur epiftyleſi ſive capitulis columnarum,
de quo Vitruv. lib. 13. cap. 1. conf. Idem 7. 3. cum Baldi Lex.

p. 3. & Turneb. Adverſ. 2. 3.

Abacus, item Tabula eft calculatoria, in qua arithmeticeti numeros du-

cunt ſubinde deleſiles, & geometria figuræ deſignant. Hujus for-

matum ex antiquis Monumentis publicavit Marc. Velfers Rer. Auguſt.

Vindel. Comment. p. 221. V. Apul. Apol. 1. p. 284. Elmenh. Abaco

& pulvile ſe dediſſes. Perf. 1. Sat. 131.

Nec qui abaco numeros, & feſto in pulvere metas

Scit riſſe vaſer. Veteres menſam Pythagoricam appellabant.

Abacus, præterea, Alveolus eft aleatorium, ſeu Tabula huiora aut la-

truncularia. Maetob. lib. 1. Saturn. cap. 5. Sed vultine diem ſequen-
tem, quem omnes plerique abaco & latrunculis conterunt, nos iſis

fobris fabulis a primo lucis in coena tempus exigamus? Quemadmo-
dum & apud Sueton. Neron. cap. 12. interpretatur Torrentius.

ABA C U L U S, i. m. [Ἄβακος] diuin. Parvus abacus.

Abacuſ Plinius intellexit videtur (ut interpretatur Hermolaus)

Calculos, quibus in diſputacione ac ſupputatione numerorum utebantur
antiqui. Verba Plinius hec funt lib. 36. cap. 26. Vtiri fragmenta te-
pore agglutinantur tantum, rufus tota fundi non queunt, præterquam
abrupta libinet: tingit-ars veluti cum calciſiſ fuit, quos quidam aba-
cuſos appellant, aliquos etiam pluribus modis verticolores. Eos eſſe
uſuſos exitim Hardiuinus quem vide ad l.c.

ABA O I R, inquit Přificianus, Deus eſſe dicitur, & Lapis, quem Saturnus
devarof: ferut pro Jove, lib. 5. p. 647. Graeci βάριον dicunt: nam,
ut Hefyſius ait, βάριον dicitur faxum illud fasciis revinum, quod
pro Jove devarof dicitur Saturnus.

ABA R, arum, eft. pl. [Ἄβα] Oppidum Phocis. Strab. Nomen habet
ab Abo hero, at Stephanus & Suidas prodiuerunt. Dicitur & Aba,
numero singulari, ut paulo ante diximus.

ABA S, a. f. pl. [Ἄβαι] Ptolemaeo Oppidum eft in fiu Mefſeniaco, non
procuſ a Periſis, quod nonnulli ide eſſe putant cum Hirra, ſeu O'Echa-
lia una ex septem civitatibus, que apud Homer. 10. Iliad. Achilli offe-
runt ab Agamemnone. V. Hermol. in Plin.

ABA U S, a, um. Adj. unde, Abae Apollo: ibi enim templum ſeit Apollinis,
in quo dabant oracula, priuſquam in Delphis darentur, ut Stephanus
ſcribit. Hujus templi meminiſ & Pausanias in Phocis: Aba inquit,
urbs dieta ab Abante Lyncei & Hypernetre filio nuncupata,
que Apollini dicata fuit. Erat in ea ferutliſſimum Apollinis oraculum
in ſano, quod ab exercitu Xerxis incenſum eft.

ABA T A R, m. pl. [Ἄβαι] Populi funt Arcadiae in fiu Mefſeniaco,

quorum urbs Abae conmemoratur a Ptolem. lib. 5. V. Plin. 4. 6.

ABA G A R U S, vel potius ABA G A R U S. Sic enim ſcribendum id nomen in-

vicis argumentis occidit III. Spanhem. de Uſu & Pr. Num. Ant. Diff. 2.

S. 3. contra Henr. Valeſ. ad Fyc. Peircf. p. 101. Nam alias Auguri,

Abbarus, Abarus & Abgarus, aliisque modis ſcriptum reperitur. Familiare

id fuit & quali ſolemne Regalorum Oſerboſorum, ſive Edetis toparcha-

ratiuſ nomen. Capitolin. in Anton. Pio C. 9. Abgarus regem ex Orientis

partibus ſola autoritate deduxit. Alius ab hoc fuit, quem a Severo

ſubactum Perfarum regem filio nominal Spartan. C. 18. de quo & Her-
odian. 3. 9. 4. Vt. Schotti C. 20. 14. Idem qui poſtea fraude nefaria

a Caracala fuit circumvenit, teſte Dione. Omittimus fabulam de

Abgari antiquioris & Chrifti Dn. literis αὐτοῦ, que in Ecclesiaticis

monumentis decantata eft. V. Exc. Peir. p. 746. & not. Valeſ. Niceph.

1.2. C. 7. Eufeb. Hift. Ecclef. I. C. 12. 13. tum in primis Spanhem. in

cod. op. Dill. 8. S. 10.

ABA G A R I C U S, a, um. Adj. ut, Abagrica Edeſſa Mantuan. ad Reg. Cor. 26.

ABA G I O, onis. E vox obſoleta. V. A D A G I U M.

ABA L A, [Ἄβαλα] Oppidum eft Troglodytarum non procul a Mari rubro.

Plin. lib. 6. cap. 29.

ABA L I F N O, arc. [Ἄβαλινος. εὐχειράρχη. οὐφίλοις] Quod noſtrum erat,

aliuenum facere. Abaliam duo genera ponit Cic. in Topic. 28.

hoc modo, Abaliam, eft eius rei que mancipi eft, aut traditio altei

nexus, aut in jure ceſſio, inter quos ea jure civili fieri poſſunt. Cic. 2. de lege Agr. 64. Idemque agros vecigiles Pop. Rom. abaliamaret.

Hinc a rebus ad animum & perlonas tranſerunt. Cic. 2. Philip. 38.

At vero Cn. Pompeji voluntatem a me abaliamabat oratio mea. Idem 2.

de Orat. 182. Eaque omnia valde benevolentiam conciliant, abal-

iamantque ab iis, in quibus haec non fuit.

- Abalienati ab aliquo, Disjungi. Plaut. Milit. 4. 8. 11. Istuc crucior, a vita in aliab alienari.
- Abalienare & Retinere, contraria. Cic. Fam. lib. 1. Epist. 7. Quos vendendo in communia causa retinere poterunt, invidendo alienariunt.
- ABALIENATUS**, [ἀβαλενατός] J. Cic. 6. Vert. 60. Abalienati scelere itius a nobis omnes reges amicissimi, nitionesque. Idem Att. lib. 1. 1. Sed mitandum in modum est animo abalienato. Subiudi, abs te. Idem de invent. lib. 1.
- Interdum jungitur ablative sine prepositione. Liv. de Bell. Pun. Seru nunc desideratis, diminuti capite, abalienati iure civium. Pro a jure.
- ABALIENATA** incuba, dicuntur mortua, & que non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quint. lib. 8. cap. 3. Ut medicis abalienata morbis membra praecidunt, ita turpes & pernicio-
fis, etiam si nobis sanguine cohærent, amputandos. V. ALIENO.
- ABALIENATO**, [ἀβαλενάτως] Verbale. Ipse abalienandi actus. V. ABALIENO.
- ABALITES finus**, [ἀβαλίτης κύπρος] Exiguis est finus in tractu Troglo-
dytarum, ita dictus ab Abala, ejus regionis oppido maritimo. Plin. lib. 6. cap. 29. 34.
- ABALUS**, [Ἄβαλος] Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli cre-
diderunt Electrum ex arboribus fluere. Plin. lib. 37. cap. 2. 11.
- ABAMBULANTES**, Abscedentes, Feltus.
- ABAMITA, ae.** [Ἄβαμιτα] Soror abavi. Ex lib. 3. Institutionum, de gradibus cognat. & l. Jurisconsultus. D, de grad. & affin. Tit. 10. l. 10. & l. 3. ibid.
- ABANA, ae.** Fluvius Damascenes, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.
- ABANAE**, populi Africae, vicini Caprariensis, quos utrosque bello subegit Theodoci. Marcell. lib. 29.
- ABANNATIO, onis.** Unius anni exilium, Absentia in annum. Budæus in Annot. poster. Interpretes Homeri tradunt morem fuisse apud vetu-
fillimos, ut qui non voluntariam eadem admisisset, exilaret patria: ad eades locupletis hominis se conferens, iöni opertus federet in limine, orareque & postularet admisisse eadis expiamentum. Hujusmodi vero exilium ἀγνοούσιον appellatur. verbum & verbo ductum Abannatio dici potest, quia annum exilium.
- ABANTES**, [Ἄβαντες] populi fuerunt origine Thraces, qui relicta patria in Phocide sedes collocarunt, Abasque oppidum incoluerunt, sub Hel-
icone situm: unde & Abantes dicti sunt, ut refert Strab. lib. 10.
- ABANTES**, populi fuit Ionom inter Achivos, ut scribit Herodot. lib. 1. Alios dixit Orpheus in Argonauta, iuxta Pontum.
- ABANTES**, populi Eubœa. Pausan. Eliac. 1. c. 22. p. 435.
- ABANTIADES, ABANTIAS**, V. infra in ABAS.
- ABANIS, idis.** [Ἄβανης] Insula est mari Egæi, toti illi Græcia litora opposita, quod a Sunio Attice promortio ad Thessalam usque ex-
tendit, angustissimumque fretum, quem Euripus vocant, a Bocotia di-
repta. Dicta Abantis, ut quoniam placet, ab Abantibus incolis, & Thracia oriundis, qui relictis Abis, Phocidis civitate (qua & nomen accepserunt) in hanc insulam transmigrarunt. Quoniam non defunt (inter quos est Homer Scholiastes) qui hanc insulam ab Abante potius heroë nomen accepit exilium, qui in ea non multo ante Trojana tempora dicitur regnare. Hec primum a situs longitudine Macris dicta est: postremo autem Eubœa. V. Strab. lib. 10.
- ABAORTA**, a. Plin. lib. 6. cap. 20. 23. numerantur inter Indiae populos.
- ABAPHUS**, a. um. [Ἄβαφος] Id est, non tinctus, ab a privativa particula: & βαψιον, tingo.
- ABAPTISTUM**, i. n. Medicorum est instrumentum, terebellum usum pre-
bens, quoties craniis os propter fracturam aliquam perterrebrandum est. Illa-
bet enim hoc instrumentum in summitate sui labrum, tive obicem, prohi-
bentem ne illius immersi posset, aut meningis lacerare: unde & nomen habet ἀστέριον. V. Galen. lib. 6. Method. cap. 6. Dicitur & Trypanum, τρύπανον, id est, terebrum seu terebra, & Trypane, trypanes, τρύπαιναν τρύπανον valer Terebro, Perforo, Pertundo, Aperio, Patefacio. Imo haec vox semper aut additur, aut subintelligitur. Dicitur & femi-
nine ἀστέριον τρύπαινα.
- ABAPTISTUS**, Adi. [Ἄβαπτιστος] quod mergi non potest. Epitheton est, proprie tuberi conveniens.
- ABARBARA**, [Ἄβαρβαρα] Una Naidum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontum, Eseptum genitum, & Pedatum. Hom. 6. Iliad. 22.
- ABARCO**, es, ni. [Ἄβαρκος] Prohibeo. Feitus. Alii scribunt Aberceo [quod V.] ut Coerco.
- ABARI**, Scytha Hamaxobiorum gens, qui campos ultra Caucasum ex-
istentes depopulauit, a vicinis Turcis, a quibus male afficiebantur, profugi, & litora mari Euxini, quod Pontum vocant, relinquentes, ad Bosporum veneruntur. Haec & multo plura Evagrius Hist. Eccl. lib. 5. cap. 1. & alii locis. Hos Nicophorus Abares vocat.
- ABARIM**, montes excelsi, dividentes terram Ammon & Moab a Iudea, contra Jericho ad Jordaniem usque fluvium protendentes radices.
- ABARIMON**, [Ἄβαριμον] Scythie regio, in magna Ima montis convalle, in qua sylvestres homines degunt, aperiis post crura plantis, qui maximam habent velocitatem, paucimque cum feris vagantur. Plin. lib. 7. ca. 2.
- ABARIS**, [Ἄβαρις] dicitur continentis habitator, & cuius habitat in aquis non est, quis barde, id est navigio non indiget.
- ABARIS**, is. [Ἄβαρις] nomen viri proprium: de quo sic Cœl. lib. 16. cap. 22. Abaris Hyperboreum furent, sagittam per orbem terra circuulatissima, nihil omnino vescentem. Hunc Abaris Seuthem filium, non ignarum literarum, oracula scriptura tradunt, quæ Scythica nuncupantur, & nuptias Hebrei huminis, Apollinis adventum ad Hyperboreos, oratione metrica, abs quo sagittam accepit, quam diximus. Hactenus Cœl. Ovid. 5. Met. 86.
- Cucuscumque Abarin, Sperchiadienque Lycetum.
- Meminerunt huius Herodot. in Melpom. & Strab. lib. 7.
- De eo & Harpocrat. in Lexico. Malchus & Lamblichus de vita Pythagoræ, a cuius disciplina fuisse creditur. Orig. cap. 3. Contr. Cell. & alii. Palladium Trojum ab hoc Abaride confectum fuisse Julius Firmicus de errore profanarum Religionum auctor est. De quo ibidem Scaliger, itemque animadversionis in Eusebium confutus potest.
- ABARNUS**, [Ἄβαρνος] Stephano, vel **ABARNIS**, [Ἄβαρνης] Herodoto, oppidum est & regio apera in tractu Bariano, ad Propontidem. Hecateus & Ephorus Abarnidem ad Helleponum collocant, & Lampaci arcem esse volunt. V. Steph.
- ABAS**, antis. [Ἄβας] Lynce ex Hypermetra filius, rex duodecimus Argivorum, pater Proti, Ladii, & Acrilli & avus Persei: a quo poterat Argivorum reges Abantidae diei: & Argi ipsi, Abantai. Ovid. 15. Met. v. 164.
- Cognomi clypeum, levæ gestamina nostræ, Nuper Abantæ templo Junonis in Argis.
- ABAS**, item aliis fuit Trojanus heros, & Æneas comes. Virg. Aen. 1. 125.
- ABANTEUS**, Argivus. Modo dictum in Abas.
- ABANTIAS**, adis. f. patronym. est a nomine Abas: quo significatur vel filia, vel nepitis Abantis. Unde apud poetas sere pro Danae ponitur, Abantis ex Acrilio nepte: vel pro Atalanta, nepte ejusdem ex Julio. V. ABAS.
- ABANTIADES**, dæ. Patronym. m. Ovid. lib. 4. Met. 606.
- Solus Abantides, ab origine cretus eadem, Acrilius supererat. Id est, Abantis filius. Idem 5. 138.
- Torquet in hunc haftam, calido de vulnere raptam,
Ultor Abantides. Hoc est, Perseus pronepos Abantis: fuit enim filius Danae, filia Acrisi.
- Et alias eodem bello, hostis Trojanorum, cuius clypeum Æneas, cum Epigrammate fixit. Virg. 3. Aen. 286.
- ABAS**, num. plur. loca sunt deferta & inaccessa in Occidentali plaga Ægypti [Ἄβασι] Hoc enim nomine Ægypti vocant regiones inhabi-
tatas, & maximis desertis circumdatas, ut scribit Strab. lib. 17.
- ABASER**, live Abas, [Ἄβασερ] unus equorum Pluto. Bocatius lib. 8. cap. 6. V. PLURO.
- ABATON**, i. Latine dicitur invium, avium, inaccessibile, [Ἄβατον] Hinc Abaton sedicium eructum a Rhodis ad tegendum Artemisiam tropaeum, quod religione impediti, diruere non poterant. V. Vitruv. 2. 8. Beld. Lex. Vitruv. p. 4. & Cad. Rhodig. 13. 33. Artemisiam, inquit, mirari, non definit Greci, quæ irruentes Rhodos clavis exequit, inflamme domuerit, ercta in urbe Rhodo ita, quæ civitati itigmaria videtur inuere. Quem locum obsequum mox Abaton dixerit, quoniam trophae novi, religio est.
- ABAROS**, ti. f. [Ἄβαρος] Ægypti insula in palude Memphitica, sic dicta: quod propter limi & papyrorum copiam difficilimus ad illam esset aditus, ab a privativa particula & βαριον, quod est vado, vel ascendo. Lucan. lib. 10. 323.
- Hinc Abatoni, quam nostra vocat veneranda vetustas,
Terra potens, primos sentit perculfa tumultus.
- ABAUCHAS**, nomen viri, cuius amicus fuit Gyndanes. Hujus meminit Lucian. in dialog. cui nomen Toxaris.
- ABAVUNCULUS**, [Ἄβαυνκος] Abavia frater. Caius in Digest. lib. 38. t. 10. L. 3. & 10. L. 17. conf. Isidor. 9. 7.
- ABAVUS**, i. [Ἄβαυς] Quia abest ab avo: & est avus avi. Festus. Cic. de claris Orat. 213. Jam duorum abavorum quam est illustre nomen P. Scipionis? conf. Plaut. Mil. 2. 4. 20. & Perf. 1. 2. 5. Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos. Plin. 18. 6. Sen. de Clem. 4. 10. Sidon. Carm. 15. 133. Dicitur a Virg. quartus pater, 10. Aen. 30.
- ABAVIA, ae.** [Ἄβαυα] Est avia avi vel aviae. Institut. Jur. 1. 3. t. 6. conf. Dig. 1. 38. t. 10. L. 3. & 10.
- ABAX, acis** m. V. ABACUS.
- ABACES**, pro vaforum conditoris videtur usurpare. Jabolenus 1. 100. 6. 3. ff. de Legat. 3. Heres meus. D. de legis & fidei c. tertio, Cui Corinthia vaga legata efflent, huic abaces quoque eorum vaforum collocando-
rum causa paratus debet, Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas abaces vaforum numero testator habuit. Proculis vero recte ait, si æneæ quidem fint abaces, non autem Corinthie, non deberi. Alci-
tus tamen hoc in loco & legit & interpretatur, non abaces, sed bases, lectionem Florentinam retinens. Holoander a vulgata lectione non re-
cedit. Certior est auctoritas Prisciani 7. p. 752. Fusch.
- ABÆZA, orum. [Ἄβαιζα]** Instituta sacra a Dionylio Capri filio rege Asia: quorum meminit Cic. lib. 3. de Nat. Deor. Diæ Abæza a ta-
citurnitate, qui hec sacra celebrabantur, ἀβαιζον, enim taciturnum significat.
- ABEA**, [Ἄβαια] Hebreæ, vel potius Syriaca dictio, in qua singulare quidam est, quod patres liberente audiunt, & pueri primum son. re discunt. Paul. Rom. 8. 14. Gal. 4. 6. Per quoniam, inquit, ei in ius Abæa, pater. Hinc Abo, are de quo infra. & per literarum transcriptionem Pap.
- ABBAS**, atis. [Ἄβασις] Collegii, societatis, magister, monachorum primus, & antistes as moderator. Sunt qui per unicum b. scribant. Eu-
dæus Cenobiarum vocat Graeco vocabulo in l. nos redlextis. C. de hereticis. & in l. 4. C. de summa trinit. dicitur Archimandrita. usus Sidon. 7. Epist. 9. c. 17. ext. & lib. 9. ep. 2. & carm. 16. V. Archimandrita in Mandra. Glob. Spelmanni, du Fresne & Hierolexis. Domin. & Car. Macri.
- ABBATISSA**, f. ab abbate, [Ἄβατιστικη] Hieron. De modo vivendi, cum a feminis justitia deviat, ipamet etiam abbatissa cognoscat. Utrumque confitentes Latinatus ejercent sic &.
- ABBATIA**, a. [Ἄβατια] a recentioribus capitul. tam pro Abbatis dignitate, quam pro loco ubi habitat Abbas.
- ABBEVIO**, are. [Ἄβαιον] brevius reddo. Veget. in prol. lib. 3. Que per diversos liberosque dispersa, Imperator invictæ, mediocritatem meam abbreviare iussisti: né vel fatidum nafreretur ex plurimis, vel plenitude fidei deeset in parvis. conf. Vulg. Interpr. Marc. 13. 20.
- ABDALA** Sarracenus, Vt nomen prop. qui, ut scribunt nonnulli, interrogatus quid in hac quasi mundana sciat admirandum maxime spectaretur: Nihil videri homine præcellentius, respondit. V. Cœl. lib. 15. c. 25.
- ABDEMONUS**, i. Nomen pueri cuiusdam, qui vinebat omnia problema-
ta a Salomonie Hierosolymorum rege inuenienta. Joseph. de Antiq. Jud.
- ABDERA**, [Ἄβδερα] oppidum est Hispania Baetica, opus Carthaginensem. Testes Strab. lib. 3. p. 99. Ptolem. lib. 2. Pompon. Mela. lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 1. Et in insula ad Samothracem, eodem teste lib. 4. cap. 12. Oppidum item Thracie, patria Protagora & Democriti philo-
sophi, iisdem testibus, dicta & condita ab Abdela Dionedis Thracum regis forore. De ea meminit Solin. cap. 15. Hellanicus, Stephanus & Philotratrus in Icoibus ad Hercule conditam fuisse tridunt.
- ABDERA**, ae. f. dicimus, & Abdera, orum. n. Authores Vadianus in Mel. & Herniolanus in Plin. qui etiam Abderon singulari numero dici ab Ephoro, annotavit.

ABDERA, pulchra Tejorum colonia. Strab. lib. 14. tradit Teios (non Clazomenios, quod vult Solinus, refutatus a Salmaio p. 114.) cum Persarum contumelias ferre non possent, urbe relicta, Abderam Thracum urbem demigrafe: atque hinc illud vulgatum fuisse, Abdera pulchra Tejorum colonia. V. Adag. in Chil. Hoc enigmate proverbialis significamus, non deesse que confutamus, si quis prater modum perget esse molestus. Huc fortassis allusio Cic. ad Att. 7. 7. Tranquillissimum autem animus meus, qui totum istuc sequi boni facit: & eo magis quod jam a multis audio constitutum esse Pompejo, & eius consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id est, Abderiticum. Idem lib. 4. 16. Hic Abdera, non tacente me. Laudantur & ab Herodoto Tei, quod reliqui patria libertatem servarunt: cuius rei remenit & Strab. lib. 14. Ciceronis locum alii alter distinguunt & exponunt, nimirum sic: quod imperium habeam. Id est, Abderiticum. Id est, ridiculum, & dignum risu Democriti Abderite. Id est, ratione carens, quasi factum Abderitarum, non enim Abderiticum, resurgent ad imperium. Id, ea res, est, &c. Ruris illud, hic abdera. Hoc est, Illic summa sententia stultitia quasi Abderite videbatur, de quorum stupore atque infanta multi scripserunt. Virtutu quoque lib. 7. cap. 5. scribit Alabandeos & Abderitas sufficere iudicatos insipientes. Vercuum patrum vocat Juv. Sat. 10. 50. propter Thraces plesisque barbaros & rudes.

Abdera, Abdera. Exclamatio proverbialis. Arnob. adversus gentes lib. 5. O Abdera, Abdera, quam has mortalibus irridenda, talis tu apud te es! Se fabula ita confitata. Dicunt eam cuncti patres, & superciliosae perlengue civitates: & esse tu fatua, & stoliditas frigidissima: judicari.

ABDERITA, &. **ABDERITES**, &. m. Vir [Ἄβδειοι] Abdera natus. Juf. 15. 2. 1. Cell. 10. 17. Abderita propter ranarum muriumque multitudinem, relicto patrio solo, coacti sunt novas fedes quaerere. Author Justin. lib. 15. & Plin. lib. 10. cap. 65. & Oros. lib. 3.

ABDERITANUS, Adj. [Ἄβδειος] Mart. lib. 10. 25.

Abderitanus pectora plebis habet.

Hoc est, infans es, & stupidus. Qua de causa & Tatianus ἀπόδοσιον pro nugone & frivola mera atque incepta blaterante posuisse Vollio observaverunt Infrist. Orat. 1. 5. 11. extr.

ABDERITICUS, Adj. Cic. lib. 7. ad Att. 7. Constitutum esse Pompeio in Siciliam me mittere, quod Imperium habeam. Id est, Abderiticum. de quo paulo ante in **ABDERA**.

Abderitica mens, id est stupidia aut infanta. Abderita in stuporis infan-
tiae fabulam abierte. Quod perspicuum est ex epigrammate Mar-
tial. lib. 10. de eo qui damnatus in theatro, representavit Mutium Scavolam, ac manum impostruit igni, sed jussus, & acrioribus paratis suppliciis, ni faceret.

Abderitanus autem natura peculiare fuisse stuporem indicat Cic. de Nat. Deor. Et Plin. lib. 25. cap. 8. docet huic urbi vicina esse paseua, in quibus equi patti inflammantur rabie, quemadmodum apud Pothnium afini. Meminit & Cael. Antiq. lect. lib. 30. cap. 4.

ABDERUS, [Ἄβδηρος] Higgins. sat. 30. de Abdero ita scribit; Hercules, inquit, Diomedem regem Thracie, & equos quatuor ejus, qui carne humana vescebantur, cum Abdero famulo interficeret.

ABDICO, are. [ἀπέδοκται] Id est tanquam dicendum rei. Hinc lex, magistratus abdicari dicitur. Quintil. lib. 7. cap. 5. Mavult pater corriger, quam abdicare. Abdicat autem pater filium cum privat eum omni iure filii, quod olim sic fiebat: Cum filius patrem injuria affecisset, aut minus obediens ei fuisset, cum pater ad judices vocabat, & probata causa, abdicabat. Si abdicatum filium pater ale non tenebatur, imo egenum, velbhus spoliatum dimittebat: nec defunctor patris in hereditatem succedebat. Addicat pater filium dum vivit: exhæreditat post mortem. Nepos tamen exhereditatum pro abdicato posuit The-
mittoc. C. 1. Proprie Plin. I. 6. c. 22. Eligi Regem liberos non haben-
tem: & si postea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. De causa abdicationis liberorum, V. Lucian. in abdicato & Alciat. I. 2. Dis-
punct. c. 34.

Abdicare magistratum. Salust. in Catil. c. 47. Senatus decrevit, uti abdicato magistratum, Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis haberentur. Pro quo dicitur etiam Abdicare se magistratum. Deponere magistratum. Liv. 2. ab U. C. 10. Abdicavit se Consulatu. Cef. 3. bell. civil. 6.

Dictaturaque se abdicat, & ab urbe proficisciatur. Cic. in Catil. orat. 3. 6. Cum se pretura abdicasset. Idem 2. de Divin. Magistratus se abdicaverunt. Idem 2. de Nat. Deorum. Augures rei ad senatum: senatus ut abdicant Confules: abdicaverunt.

Abdicare se tutela, libertate, & similibus, pro eo quod est, deponere, five relinquere. Cic. Att. lib. 16. Itaque aut tutela cogito me abdi-
care: aut, ut pro Glabrone Scavola, fenus & impendium recusare.

Idem Philip. 3. Eo die non modo Consulatu, sed etiam libertate se abdicavit. Plin. apud Gell. Scripto se abdicasse.

Abdicare legem, abrogare. Plin. lib. 7. cap. 30. de Cicerone: Te di-
cente, legem agrariam, hoc est, alimentaria, abdicaverunt tribus.

Abdicare simpliciter, pro rei. Cic. 2. de Orat. Ubi plus mali quam boni reperio, id ut abdicto atque rei. Sic legit Budaeus. Plin. lib. 4. cap. 8. Accipit annem Euroton, non recipit, sed olei modo supernatantem (ut dictum est ab Homero). brevi spatio portatum abdicat. Idem lib. 33. cap. 1. Utinam posset et vita in totum ab-
dicari aurum.

Abdicare Cibum aliquem. Plin. 20. 3. Patrem. Curt. 4. 10. 3. Generum. Sulp. Apollinar. Perioch. in And. Ter. 10.

ABDICATUS magistratus, ap. Sallust. Catil. c. 47. Ed. Cort. Abdicatus ma-
gistratus. Eleganter Prudentius Pallione Cypriani v. 52. Antra abdicata Soli.

ABDICATIO, ónis. Verbale [ἀπάρεγμα] ipse abdicandi actus, cui op-
ponitur adoptatio. Plin. lib. 7. cap. 45. Abdicatio Polthumi Agrippae post adoptionem. Quintil. 7. cap. 4. Abdicationum formae sunt duae: altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, velut pendenti & adiac in conditione positivi: quale sunt in quibus ab-
dicatur filius, quis non pareat patri. Solebant Graeci filios suos abdi-
care, ob delictum aliquod atque a conspectu removere & tum filii dice-
bantur οὐκέται. Εἰς τοις cum autem cum patre in gratiam redirent,
ἀπανταχθέντες οὐ τοις. Cef. ad Laert.

ABDICATOR, óris, unde fem. est.

ABDICATRIX, teis. Salvian. I. 2. adv. Avar. p. 76. Abdicatrix miseri-
cordia humanitas.

ABDICATIVUS, Ut abdicativa propositio, que eadem Antiquis Philosophis, quam Recentes negativam vocant. Huius opposita affirmativa, eisdem Antiquis Dedicativa est, de qua suo loco. De utraque. V. Apul. 3. Dogm. Plato.

ABDICO, etc. Rejicere, reprobare, & auspicio negare [ἀπέτισα] op-
positum est Addicere. Utrumque autem, Augurale est verbum. Cic. 1.
de Divin. 31. Cumque in quatuor partes vineam dixitifet, tresque
partes aves abdixissent: quartae part, que erat reliqua, in regiones di-
stributa, mirabilis magnitudine unam, ut scriptum videmus, invenit.
Abdicere, pro Abdicare, alienare. Ovid. 1. 617. Met. de lo, quam sibi
ab Jove dari petit Juno.

Quid faciat? crudelis, fuis abdicere amores. Non dare, suspicuum.
Rectius legitur Addicere, quasi inferiorem dare.

Abdicere, Pro decreto recusare, ac denegare. I. 2. §. 24. D. de
Orig. juris. Qui cum animadverteret Appium Claudium contra ius
vindicias filiae sue a fe abdixisse, &c. Id est, decreto recusasse.
Ilotomanus.

ABDIMENTUM, i. n. Detracatio, diminutio. Apul. lib. 9. Istud ego
dolum quinque denariis cuidam venditavi. Verba sunt mariti, que
sic uxor excipit: Strenuum negotiatorum nostra sum, qui rem, quam ego
mulier jam: sudum septem denariis vendidi, minoris dixit abdimento
pretii. Id est, detractione ac deductione pretii. Contraria sunt Ad-
ditamentum & Abdimentum.

ABDO, [ἀβδίω, ἀποστρέψω] ere. Occultare, obteger, abscondere.
Hoc verbum variis habet usum & constructionem, ut infra videbis.
Proprie opponitur τὸ addere cithque excludere, removere, a se abju-
gere, ut Gronov. de Sefer. 4. 8. p. 308. preclare explicat. sic Virg.
de equo successore confessio Georg. 3. 93. quod mire interpres elutus.
Tibull. 2. 1. 82. Sil. 6. 21. Cic. in Pison. 39. An amici tui tabulas abdi-
dere. Id est, eas non sunt aucti recitare.

Abdere & Contegere. Cic. lib. 1. Off. 126. Quae autem partes corporis
ad natura necessitatem date, aspectum essent deformem habitura atque
formant, eas contextit atque abdedit.

Abdere se in aliquem locum, Est secreti aut latibuli gratia, fe in ali-
quem locum recipere, & feci cum accusativo & prepositione IN con-
struitur. Cic. ad Curt. lib. 7. 29. Abdo me in bibliotecam. Idem
Planc. lib. 13. 28. Abdedit se in intimam Macedonium, quo potuit
longissime a castris. Cef. lib. 1. Bell. Gal. 3. 9. Sese in proximas
tylebas abdiderunt.

Interdum nullus exprimitur locus. Virg. 2. En. 571.
Illa sibi infellos everfa ob pergama Teucros,
Permetuens, &c.

Abderat se, atque aris invisa sedebat. Id est, se abcondere.
Abdere se in occultum. Cef. lib. 7. Bell. Gal. 30. Neque se in occul-
tum abdiderat.

Abdere intra vestem, vel sub tetram. Liv. 2. ab U. C. Abdito intra
vestem ferro, proficiscitur. Cic. lib. 2. Tusc. 60. Audisne hac, Am-
phiaræ sub terram abdite?

Abdere se rus vel domum. Ter. Hec. 1. 2. 100. —nam senex rus
abdedit se. Cic. in Pison. 92. Domum se abdedit.

Abdere se in tectis. Liv. 1. ab U. C. Se in suis quisque tectis abdi-
derunt.

Abdere sub, cum ablative. Liv. 1. ab U. C. Cultrum, quem sub veste
abditem habebat, cum in corde defecit. De Lucretia.

Interdum subauditur IN prepositio. Virg. 3. Georg. 95.
Hunc quoque ubi aut morbo gravis, aut jam legior annis
Deficit, abde domo.

Sueton. in Tiber. 12. 2. Mediterraneis agris abditus.
Abdere se ex. Plaud. Pseud. 4. 7. 5. Ex conspicte heri sui si se abdi-
cunt. Hoc est, latenter se amoverunt, se subtraxerunt.

Abdere se literis, & in literas. Cic. pro Archia poeta 12. si qui ita se
literis abdiderunt. Est autem LITERIS dativus. Idem Volumn.
lib. 7. ad Fam. Ac me totum in literas abdere.

Abdere aliquem in insulam aliquam. Hoc est, relegare, deportare.
Tacit. Ann. 2. 85. Satis visum de Vistilia statuere. eaque in insulam
Scriphen abdita est.

Stultitiam. Plaut. Trinum.

Verum, Id est, veritatem occultare. Ovid. Faft. 7.

ABDOR, pass. ex abdo. Condor, occultor. Plin. lib. 9. cap. 8. Abdun-
tur triceni diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo.
De delphinis.

ABDITUS, a, um. Partic.
Æs, argentinum, & aurum. Cic. Off. 2. 13. Nec ferrum, æs, aurum,
argentum effuderetur, penitus abditum. Idem de Nat. Deor. lib. 2.
151. Nos aris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus.

Abditum & occultum. Cic. 1. de Nat. Deor.

Abditum & penetrale. Cic. de Arupi relpon. Abditos ac penetrales
focos.

Abditus agro, pro in agro. Hor. Epist. 1. 1. 5.

Abditus carcri, pro in carcere. Patrc. lib. 2. Abditus carcri, cum
confitis facinoribus mortem dignissimam vita sua obiit.

In tectis abditus. Cef. 1. de Invent. Rhet. lib. 4. Qui dispersos homi-
nes in agris & in tectis sylvestribus abditos, ratione quadam compulsi
in unum locum, & congregavit.

Tenebris Abditus. Sen. in Agam. 7. 28. Et aether abditus tenebris
latet.

Ainbages abdita, Id est, obscura, Tacit. lib. 5. Namque Macroni non
abdita ambage, Occidentem ab eo deferri, Orientem spectari expro-
bravit.

Confilia abdita, Hoc est, arcana. Val. Flac. 4. Argonaut. 479.

Loca Abdita. Cic. ad Att. lib. 15. Loca venuta sunt, abdita certe,
& liquid scribere velis, ab arbitris libera.

Abditum & opertum. Sen. in Herc. Fur. 659. —ut jura abdita

Et operata terris, liceat impune eloqui.

Causas Abditas morborum vocat Cels. in prefat. lib. 1. quibus opponu-
runt Evidentes.

Fata Abdita. Tibul. lib. 2. Eleg. 5. ad Phocbum.

Sensibus Abditos greci, Id est, occulti. Sen. in Hippol. 8. 12. Tacit.
lib. 5. Abditos principis sensus, & liquid occultius parat, exquirere,
illictum.

Voluntas Abdita ac retrusa. Cic. de petit. Consul.

A B D I T U M, i. n. [κεντρός] pro loco occulto. Plin. lib. 8. cap. 5. Nunquam nisi in abdito coocunt.

Abdita rerum. Horat. in Arte poet. 49.

Indicis monitare recentibus abdita rerum.

Abdita terra. Lucret. lib. 6. 809.

Terrai penitus ferantes abdita ferro.

A B D I T E, adv. [κεντρός] Occulte, secreto, absconde. Cic. 4. in Verr. Omnia ita condita sunt, atque ita abdite latuissime videantur.

A B D I T U S, adj. qui latuit, qui abdactus amotusque fuit Plaut. Poen. Prol. v. 65. Filius abditiu[m] a patre. Nunc, ut opinor, obsoletum. Fetus, Abditiu[m], Abortiu[m].

A B D O L O M I N U S, five Abdalonimus. Juffin. lib. 11. 10. Tunc in Syriam proficisciatur, (de Alexandro loquitur) ubi obvios cum infilis multos reges Orientis habuit. Ex his pro meritis singulorum, alios in societatem recepit, alii regnum admetit, sufficiens in loca eorum novis regibus. Insignis prater ceteros fuit Abdolominus, rex ab Alexandre Sidonie constitutus, quem Alexander, quum operam ablocare ad putes exhaudiens, horrosque irrigandos solitus eset, milite vitam exigentem, regem fecerat, spretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent. Sunt qui Abartomiu[m] vocent.

Eius aquanimitatem laudat Curtius 4. 1. 28. qua Alejandro dixisse fertur, nihil habent nihil deficit. Diod. Sic. 17. 49. Ballonymum vocat barbaro nomine nomihil ad indolem Graecorum de flexo.

A B D O M E N, inis, n. [λαιμός, ἵπτοσθεν] Pars est humani corporis, quam sic describit Corn. Cels. lib. 4. cap. 1. Ipsa autem illia inter coxas & pubem in ventre posita sunt: a quibus ac pube abdomen furfum versus ad praecordia pervenit: ab exteriori parte, evidenti cute: ab interiori, levì membrana inclusum, qua omnia jungitur, περιτονή autem a Graeci nominatur.

Quid vero Abdomen sit in fuc, docet his verbis Plin. lib. 8. cap. 51. Hinc Censoriarum, inquit, legum paginae, interdictaque euenis abdomina, glandia, testiculi, vulvae, syncipita verrina, ut tamen Publili minorum poete euenia, postquam sevitytem exuerat, nulla memoretur fini abdomini, etiam vocabulo suminis ab eo impedito. Placuisse autem & fesi fues. Jam Catonis Censoris orationes a prugnina exprobabant calum. Et lib. 11. cap. 37. Vulva ejecta parti melior, quam editio. Ejectitia vocatur illa, haec porcaria primipara fuis optimis. Contra effecit. A parti, praterquam codem die fuis occise, livida ac macra. Nec novellarum suam, praterquam primipararum probantur, potiusque veterum, neculum effecitarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo ejacerint die. Proxima ejectitia est, occise uno die post partum. Hujus & sumen optimum, si modo fructus non hauserit: ejectitia deterribus. Antiqui abdomen vocabant, prinsquam calceret id, scientes occidere non affueti. Hactenus Plin. Quem locum jussis de caulis altius repetitum, sic exponit Hermolaus. Id quod modo sumen dicuntur, hoc est, fuillas cum lacte suo mammas, veteres abdomen vocabant; ab lacte opinor jam abdite & fugato: utpote qui antequam calcerent, hoc est, fuscato lacte dureferent, suem occidere non solerent.

Abdomen porcae. Juv. Sat. 2. 18.

Atque Bonam tenerè placant abdomine porcae

Et magno cratere Dean.

Abdomen infatrabus. Cic. pro Seft. 110. Libelli etiam pro vino oppignerabuntur: manebat infatrabile abdomen: copiae deficiebant. Quo in loco pro vito ventris, quo gulofitatem vocant, accipitur.

Abdomini natus, Id est, ventri & gule. Cic. in Pison. 41. Ille gurses atque hellus natus abdomini suo, non laudi atque glorie.

Abdominis voluptates. Cic. in Pison. 66. Solet in disputationibus suis oculorum & aurium delectationi, abdominis voluptates anteferre.

A B D U A, [ἀβδα] fluvius Gallie Cisalpinus, qui Addua etiam dicitur. V. ADDUA.

A B D U C O, xi. etum. [ἀπάγω] Ab loco duco. Ter. Eun. 3. 1. 17. Tum me convivam abducet folium sibi. Cic. 2. de Fin. Majores nostri ab aratro abducentur Cincinnatum illum, ut Dictator esset. Cic. 5. Verr. Omne instrumentum diripiuit, familiam abduxit, pecus abegit. Sic, a marito ad divortium uxor abducitur, teste Donato. Virg. Aen. 10. 79. — Et gremiis abducere pacta.

Abducere vi, vel per vim. Cic. 5. Verr. Isidorii mimi filiam, vi abductam a Rhodio milite. Liv. 2. 56. Confularibus negotio dato, ut collegam per vim, si aliter non posse, de foro abducere.

In aliquam locum. Cic. 7. Verr. Ipsi in latomias abduci imperabat.

Rus. Plaut. Caf. 1. 21. Abduxi mecum uxorem rus.

In diversum a modo. Plin. lib. 10. cap. 33. de perdice & aveape.

In servitudem. Caf. Bell. Gall. 1. 11. Liberi eorum in servitudem abduci.

Abduci etiam pecora dicuntur. Ovid. epist. 16. 357. Paris de se loquitur,

Pene puer caesis abducta armenta recepi

Holibus, & caufam nominis inde tuli.

Abducere, pro Abstrahere revocare: ut, Abducere a testibus. Cic. pro Cael. 22. Evidem vos abducam a testibus.

A meretricio quæstu. Cic. Philip. 2. 44.

A ciem mentis a confuetudine oculorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 45.

Animum a cogitationibus. Cic. 5. de Fin. Sic, ab querelis. Idem Att. lib. 9. Item, Abducere cogitationem a confuetudine, Idem 1. Tuscul.

Animum a sollicitudine. Cic. lib. 4. epist. 3.

Discipulum a præceptore. Cic. lib. 5. de Fin. Quem discipulum cupio a te abducere.

Puerum a Grammaticis. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Se ab angoribus & molestis. Cic. ad Fam. lib. 5. 13.

A negotiis. Plaut. Rud. 1. 2. 1.

Ab officio. Cic. de Amicitia.

A rebus gerendis abduci. Idem 1. Off.

Abducere ab studio. Ter. in prol. Hec. & Cic. lib. 4. epist. 4.

Abduci a vero. Cic. 3. de Fin.

Equitatum ab aliquo ad fe. Cic. 11. Philip.

Servum ab aliquo. Cic. pro Deiotaro.

Uxorem a viro. Cic. pro Flacco.

Abducere ad institutis suis pecunia. Cic. lib. 4. in Verr. 12. Veruntamen abducunt homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecunia.

Abducere aliquem ad nequitum. Ter. Adel. 3. 3. 4. In cum locum Donatus ait, Ad nequitum abducere, quasi invitum dixit, non vocare, sed abducere. Ducimus enim volentes, sed abducimus invitos.

Are aliquo ad aliam. Cic. 5. Verr. Ab illis hominibus, qui tum versati sunt in rep. ab hanc hominum licentiam & libidinem me abducis? Cic. 2. de Orat. Abducere animos a contraria defensione, & ad nostram conor traducere. Idem lib. 1. de Divin. de Aruspicina loquens, Ne ares tanta, propter tenacitatem hominum, a religiosis autoritatis abducetur ad mercedem acque quamlibet.

Aliquem a Republica. Cic. lib. 3. ad Quint. frat. Abduco equidem me ab omni Republica cura & dedoque literis.

Aliquem ex acie. Cic. in Bruto.

Aliquem a hæc, pro Revocare a fide prestanta. Cic. pro L. Flacco.

Abducere caput ab ictu, Id est, avertere. Virg. Aen. 5. 428.

Abducere retro longe capita ardua ab ictu.

Gradum. Sil. lib. 10. 4.

Somnum. Ovid. Fast. 5. 477.

Visa confugens foemino abduxit imago.

Vincula ab aliquo loco. Val. Flac. 5. Argonaut. 160.

Vincula prenta manu faxis abduxerat imus.

Vifum. Plin. lib. 11. cap. 37. Sic magna cogitatio obcaecat, abductus intus vifum. Hoc est, Vifum ab oculis ad antimum traducto.

Non abducatur ut. Cic. de Divin. 1. 34. Nec abducatur ut rear aut in exitu totam Hetruriam delirare, aut candem gentem in fulguribus errare.

Abducere aliquid, pro auferre, figurate dictum. Plaut. Caf. 5. 2. 8. Ubi intro hanc novam nuptiam deduxi via recta, clavem abduxit.

Auferre & abducere. Cic. pro Quint. 84.

Abducere tibi, pro abste. Diomedes.

Abducere, pro abducere dixit Ter. Adel. 3. 4. 36. Hunc abducere, vinci.

A B D U C T U S, [ἀπάγειν] partic. Montes abduci. Id est, remoti. Val. Flac. Argonaut. 4. 675.

Flumina ponto abducta. Val. Flac. Argonaut. 5. 165.

Abducere in Secretum. Liv. 30. 14. 22, 22.

A B E A, V. A B E A.

A B E A C U S, Siracorum rex, qui sunt populi ad radices Caucasi. Strab. lib. II.

A B E A T E, V. A B E A T E.

A B E C A D R I U M, i. n. [ἀλφέδριον] apud Augustinum est ordo ille literarum, quem pueruli condiscunt. Alphabetum Graeci vocant. Cael. lib. 26. cap. 28. Quemadmodum autem a primis duabus literis Graeci dicitur alphabetum, sic a quatuor primis Latinis abecedarium.

Abecedarii in dilectionibus clavis nuncupantur ab Hieronimo, qui prima imbibunt elementa. Syllabarii, qui jam syllabas connectere infueant. Nominarii, qui denique integra proferunt nomina. Ex Cael. lib. 26. cap. 28. Abecedarium quoque præceptori recte dixeris, qui prima docet elementa. Memini Fulgent. 3. Mythol. de Orpheo loquens. Apud eundem Abecedaria est γεγανελένη. 3. Mythol. cap. 10. In omnibus artibus sum prima, sum secunda: ut in puerilibus literis prima Abecedaria, secunda Notaria. Augustin. lib. 1. Retract. c. 20. Abecedarios Psalmos appellari tradit, qui secundum Alphabeti literas signati per verus sunt.

A B E D O, edis, vel abes, abedi, abesse. [Ἄβδος] Idem quod Exedo, absumo. Corn. Tacit. lib. 15. 5. Sibi imbecillum equitem pubuli inponi. Nam exorta vis locustarum abederat quicquid herbidum aut frondosum. Sed legendum estt ambederat cum Lypio, Pichena, Bernego, Gronovio, Ryckio.

A B E L L A, æ. [Ἄβελλα] Oppidum Campanie Italicae, supra Neapolim, verhus Septentrionem. Author Volaterranus. Virg. Aen. 7. 740.

Et quos malitiae despiciunt incenia Abella.

Confer Sil. Ital. 8. 519. & 544. Alii tamen per apocopen legunt Bellae.

V. A V E L L A N A.

A B E L L I N A, æ. [Ἄβελλα] ab Abella Campanie Italicae oppido, præfici dicebatur, quam nunc Avellanam dicimus. Plin. lib. 15. cap. 22. V. A V E L L A N A. Ap. Scrib. Larg. Comp. 167. Nux Abellana legitur.

A B E L L I N A T E S, [Ἄβελλα] sunt Italicae populi, ante Protopri appellati, ut scribi Plin. lib. 3. cap. 11. Idem Avellinates appellantur.

A B E L L I N U M, [Ἄβελλον] five AVELLINUM, Italie oppidum in Hirpinis. Plin. lib. 3. cap. 5. hodie Avellino dicitur.

A B E M O, is. verbum obsoletum. Plaut. Abemito vestem. Id est, demito, vel aufero. Feltus. Emere enim antiqui dicebant pro accipere, οὐρανοῦ ire.

A B E O, is, ivi, & per lyncop. abi, abitum, [Ἄβειναι, οὐρανοῦ] ire. Discedere. Ter. Eunuch. 2. 3. 49.

— rogo, nunquid velit. Recte, inquit, abeo. Id est, discedo.

Abire a vel ab, aut de loco. Plaut. Men. 5. 2. 83. Sed non abire possim ab his regionibus. Cic. Ter. lib. 14. 1. De loco nunc quidem abit pestilentia. Qui locus Ciceronis alter tamen intelligendum videtur & dispungendum, hoc modo: De loco, nunc quidem abit pestilentia. Id est, quantum ad locum attinet, scias pestilentiam abiisse.

Abire hinc, illinc, istinc, inde. Plaut. Rud. 4. 3. 88. Sine me hinc abire.

Abire urbe vel domo. Plaut. Merc. 3. 4. 69. Cedo si hac urbe abis, amorem te hic relitum putas? Pro, ab hac urbe.

Ab, vel Ex oculis, E confpectu, &c. Liv. 5. Bell. Pun. Confpectu repente ex oculis abierunt. Plaut. in Amph. Abin e confpectu meo?

Ab aliquo, pro exire ab ejus adibus. Ter. And. 1. 5. 65. V. A, ab.

Aliquo, fere pro ire ponitur: ut, Quo abit? hoc est, quoniam ivit?

Abire ad vel in. Cic. lib. 1. Tufo. Abit ad deos Hercules. Ter.

Adel. 5. 2. 10. Interea in angulum aliquo abeam, pro, in aliquem ar-

galum. Liv. 5. Bell. Pun. Cujus rei periculum vitantes plerique in exilium abierunt.

Intro, istuc, longe, peregre, obviam. Tet. Eun. 5. 5. 28. Idem Adel. 2. 1. 15. Nimum istuc abiit. Pro, istuc, more antiquo. Idem Eun. 5. 2. 15. Obsecro abeamus intro. Idem Adel. 5. 5. 1. Rogat frater, ne abeas longius. Plin. lib. 35. cap. 12. Illo abeante peregre, umbram ex facie ejus ad lucernam in parte lineis circumscripsit. Ter. Heaut. 2. 3. 8. Abi dum tu Dromo illos obviav. Tu misfus abibis. Hor. Sat. 2. 1. 86. i. e. dimitteris.

Abire impune. In IMPUNE.
Peregre. In PEREGRE.

Sic per metaphoram, abire longius, pro evagari, & a propposito discedere. Cic. pro Rosc. Am. Quasi vero mihi difficile sit, quanvis multos nominatim proferre, (ne longius abeam) vel tribuleis, vel vicinos meos, &c. Ne longius abeam, id est, alienos dicam vel longinquos. Non longe abieris, pro abeas. Id est, non longe petatur exemplum: non petant exemplum remota. Cic. Fam. lib. 7. 20. Quod Lucan. lib. 1. 94. dixit, Nec longe exempla petantur.

Abire in infinitum. Plin. lib. 17. cap. 25. ne in infinitum abeamus.

Abire, sine prepositione: praetertim in urbium nominibus, ut Latinitas exigit. Virg. 1. 415. En. Ipsa Paphum sublimis abit. Idem 6. En. 375. Rupamque injussus abibis? Pro, ad ripam vel in ripam, figurate.

Praepositio aliquando gemina additur: ut, In Asiam ad regem militatum abiit. Ter. Heaut. 1. 1. 65.

Abire, cum priore supino. Plaut. Merc. 12. Si opprimit pater quod dixit, exultum abiit falsus.

Abire deambulatum. Ter. Heaut. 3. 1. 26.

Abire exultatum, aliquo, ad aliquem, id est, In exilium. Liv. 2. 15. Tarquinius, spē omni redditu incisa, exultatum ad generum Mamiliū Octavianū Tufculum abiit.

Abire pessum. Plaut. Trucul. 1. 1. 15. Quando abiit rete pessum.

Abire res aliqua, absolute dictum; ut, Fides. Liv. lib. 3. ab urbe, Quia occidione prope occisos Volscos & Equos movere fuit sponte arma posse, idem fides abierit. Id est, deficit credi, & esse verisimile.

Animus abit in varios cursus. Ovid. 9. Met. 152.

Ferrum in corpus. Stat. lib. 11. Theb.

Hasta trans pectus. Idem Theb.

Memoria. Liv. 2. ab urbe, vetustate memoria abiit. Pro perut, effluit, oblitterata est.

Modus. Ov. 11. Met. 3.

Naufea. Cic. Att. lib. 14. Naufea jam plane abiit. Hoc est, cessavit. Pedes tres. Pro mensura trium pedum. Cato de R. R. cap. 135. In commissum abibunt pedes tres. Id est, diminuentur & detrahentur.

Peflentia. Cic. Fam. lib. 14. 1.

Pretium retro abiit. Plin. lib. 3. epist. 19. Ut redditus agrorum, sic etiam pretium retro abiit. Pro, immunitum est.

Sol. Plaut. Merc. 5. 2. 32.

Spes. Lucan. lib. 3. 504. Spes vicitis telluris abit. Hoc est, perit, effluit. Ov. 7. Met. 567.

Sic, Abit tempus, aut aliud nomen tempus significans. Pro, præterit, cedit, efflit. Cic. pro Sextio. Ter. Eunuc. 2. 3. 49. Dum haec dicit, abiit hora. Idem Adel. 4. 5. 57. Haec dum dubitas, mentes abierunt decem.

Et abire dicuntur, quod paulatim nos deserit.

Timor abiit. Liv. lib. 2. Urbi cum pace laxior etiam annona redit, & adveeto ex Campania frumento, & postquam timor sibi cuique futuræ inopie abiit, eo quod abdutum fuerat, prolato.

Abit tutela ad propinquos. Hor. lib. 2. Serm. 3. 218.

Abiit oppidum in villas. Plin. lib. 3. cap. 5. i. e. pro oppido villa modo superfluit.

Abire, sequente nominativo. Liv. 2. Praecepit Fabius in vulnus abiit. Id est, pronus cecidit in vulnus. Quidam codices habent, abiit, Virg. 5. En. 166. Quo diversus abis?

Abire a reliqua. Cic. 4. Acad. Sed abeo a sensibus: quasi dicat, defuso plura de sensibus dicere.

Ab emptione. Vulgus dicit, Non tenere emptionem, non habere pro rata. Paulus Jurisconf. abitum est à priori emptione. Id est, difcessum a priori contractu. Hic impersonale est.

Ab jure. Cic. De suis bonis ita dat, ut ab jure non beat. Id est, ab jure non difcedat, ut nemini injuriam faciat.

E medio, E vita, Ex matrimonio. Ter. Phor. 5. 8. 30. Ea mortem obiit, & medio abiit. Cic. lib. 1. Tusc. Cato autem sic abiit & vita. Hoc est, mortuus est. Plaut. Milit. 4. 4. 29. Quali ex hoc matrimonio abiirim.

Ad vulgi opinionem. Cic. lib. 3. Off. Id est, Accedere ad vulgi opinionem, & demittere se ad opinionem vulgi.

Abire magistratus, Consulatus, &c. pro, Deponere magistratum, Consulatum, &c. Liv. 3. ab urbe 51. Cic. Fam. lib. 5. 2. Honore. Sueton. Aug. c. 26. Imo abiit magistratum etiam illi dicunt, qui quam deponere debet potestatem vi retinet, ut fecere decemvirii. Deponent insignia ejus magistratus, quo anno jam antea abiissent. Liv. 1. c. Exercuerunt autem ad eum dicunt deinceps decemviralem.

Incepto, Omittere incepsum, incepso desister. Liv. 4. Bell. Pun.

Abire incepso longius. Tacit. Ann. lib. 6. 22.

Abire in rem aliquam: pro, in eam rem tranfere, mutari, redigi. Liv. 1. Civibus facta spes in avo mires atque instituta Tullum regem abiturum. Ovid. Ep. 15. 81.

Sive abeunt studia in mores, artesque magistras.

In Serum Plin. 16. 12. In Salmi, 31. 7. Id in Semen. Id. 21. 11.

In malam crucem, & similia; locutiones sunt imprecandi. Ter. And. 2. 1. 19. Abi hinc in malam crucem. Idem Phor. 2. 3. 5. Ubi Doctatus, adverbialiter: ut, huc vicinie. Ex cuius verbis apparet legendum est, Abi hinc malam crucem, absque prepositione. Unde & in Eun. 3. 3. 30. Malam rem hinc abis? Plaut. Aul. 3. 3. 11. Autabi in malum cruciatum ab adibus. Cic. Philip. 13. Quin tu abis in malam peletem, malumque cruciatum?

Abire in creditum, non omnino id est quod credere, sed tantum eas res credere, que accipientis sunt. Hoc est, que functionem non in specie, sed in genere recipient: veluti pecuniam, frumentum, &c. Utp. I. v. §. viii. D. Hotomanus.

Abire in defuetudinem. V. DESUETO, in DESUETO. Abire in diem,

Tet. Phorm. 5. 2. 16. Praesens quod fuerat malum, in diem abiit. Id est, in aliud tempus dilatatio est.

In ora hominum. Liv. 2. 36. ne in ora hominum pro ludibrio abiit. Id est, Ne in ludibrium & irrisione venire, Ne rideatur ab omnibus, Ne fieret vulgi fabula.

In satietatem. Plin. lib. 8. cap. 16.

In sumptu. Cic. Att. lib. 11. 2. In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum.

In ventos. Id est, in oblivionem venire. Ovid. lib. 1. Trist. 7. 35.

Sub jugum. Liv. 3.

Abeunt sursum radices, pro sursum tendunt. Cato de R. R. cap. 61.

Si male arbitri, radices sursum abibunt.

Sic abire. Ter. And. 1. 2. 4. Mirabar, hoc si sic abiret. Id est, Si haec res ita prætererit. Cic. in Catilin. Non hoc tibi sic abibit. Id est, non hoc impune feres. Catull. 14. 16. Non, modo hoc tibi, falso, sic abibit. Sen. Ep. 3. Hoc abierit Eleganter. Id. Ep. 10. Vide, quo judicium meum abeat.

Abire, de sermone dictum. Cic. pro Rosc. Amer. Quid ad istas ineptias abis, inquires? Id est, quamobrem sermones habes de istis ineptiis? Cur transit ad istas ineptias? omisilius rebus necessariis.

Abire præ, pro praere, five præcedere. Plaut. Amph. 1. 3. 45. Abi præ Sofia, Jam ego seqnar. V. PRÆ.

Abire viam, figurate dictum, sicut ire viam. Plaut. Rud. 4. 3. 88. Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam.

Abire fuga. Id est, fugere. Virg. 4. En. 281.

Ardet abire fuga, dulceitate relinquerre terras.

Abiisse, pro Abiisse poetice dicti putat Servius, cujus haec sunt verba in 2. En. 25. ubi hic est verbus, Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycanas.

Abiisse, inquit, & petisse dicimus, sed propter metrum fit Epenthesis, cum dicimus Abiisse & Petisse. Considerabis tamen hoc Servii dictum.

Abi, ut ait Donatus, est verbum, vel fibi, vel alteri cum laudatione blandientis. Ter. Adel. 4. 2. 25. Patrias: abi, virum te judico. Ibid. 5. 1. 1. Ædepol. Syrise te curasti molliter, lauteque munus administrasti tuum, abi.

Abi, item per contemptum dicitur. Ter. Adel. 2. 2. 13. Nunquam rem facies: abi, nefcis inelcare homines.

Abi, abi. Ter. Adel. 4. 4. 10. —Abi, abi jam Æschine,

Satis diu verba dedisti nobis.

Abi dicimus quasi hærent morantique. Ter. And. 1. 1. 1. Vos istæ intro ausepte: abi.

A BIBI FUR, impersonale: Plaut. Merc. 4. 4. 36.

—scio jam quid velis,

Nempe me hinc abire vis. I. volo inquam. c. abibit.

ABIENS, unis, partic. [ἀβιεῖν] Dicedens. Ter. And. 1. 1. 56. Obferbam mane illorum servulos venientes, aut abeentes.

Abiens magistratum. Cic. in Pison. 3. Ego, cum in concione, abiens magistratum, dicere a Trib. plebis prohibeter, quæ constitueram. Hoc est, deponebas magistratum.

Abiens currus. Horat. Od. 3. 6. 44. —sol ubi montium

Mutaret umbras, & juga demeret

Bobus fatigatis, amicum

Tempus agens, abeunte currus.

Abeuntia vela. Ovid. Ep. 5. 55.

Prosequor infelix oculis abeuntia vela,

Qua licet, & lacrymis humet arena meis.

Abeuntis anni. Stat. Theb. 4. 38. —rex tristis & æger

Pondere curarum, propiore abeuntibus annis,

Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus.

ABITUS, onis. Verbale [ἀβίτος] Ipse abeundi actus, hoc est, difcessus. Ter. Heaut. 1. 2. 16. Propter eam haec turba atque abitio evenit.

Abitionem antiqui dicebant mortem. Feltus 1.

A B I T U S, us. m. Verbale [ἀβίτος] Idem quod Abitio. Ter. Heaut. 3. 1. 4. Cum videam niferum hunc tam excruciatum ejus abitu.

Abitus, non Solum est ipse difcessus & abitio, Abitus importunissimas petitis, Cic. in Ver. I. 3. 125. sed etiam locus per quem abire possumus. Virg. En. 9. 379.

Obiungit equites fesse ab divorta nota,

Hinc atque hinc, omninem abitum custode coronant.

Abitus sepius. Tacit. lib. 14. 37. Circumiecta vehicula seperant abitus. A B I T O, are vel ère. Frequent. Plaut. Rud. 3. 4. 72. Hunc quoque aserva ipsum, ne quo abit.

A B E R O N A, & A D E R O N A, dea cultæ fuerunt ab antiquis, quæ adeundi & abeundi facultaten præfarent. Harum meminit August. in 4. & 7. lib.

A B E Q U Ý R O, [ἀβρυπάζω] are. Equo abire, vel aufugere. Liv. Bell. Pun. 24. 31. Ut prætoris pavidi inter tumultum abequitarent Syracusis.

A B E R C E O, ui, itum, [ἀβρύεω] ère. Arcere, prohibere, authorc Feito. Plaut. Atque eam abceret domo. V. A B A R C E O.

A B E R R A, os, [ἀβρύεσσων, ἀπόβρυεσσων, ἐπαβρύεσσων] are. Est propriæ a via recta per errorem digredi, deflectere, difcedere; quod & errare dicitur. Plaut. Mcn. Prolog. 31. Puer aberravit inter homines a patre.

Aberrare per metaphoram venuste dicimus. Cic. 5. Tusc. 66. Sed redeat, unde aberravit oratio. Id est, ad illud redeamus, a quo longius digressi sumus. Idem 2. de Orat. A quo quidem homine jamduum, Antoni, non aberrat oratio tua.

Aberrare a regula & præscriptione vite. Cic. 4. Acad. 140.

Aberrat ad alia oratio. Cic. lib. 1. 135. Off. Danda igitur opera est, ut etiam aberrare ad alia ceperit, ad nec revocetur oratio.

Aberrat animus a sententia. Cic. 7. Philip.

Aberrare a communī utilitate. Cic. pro Ligario. 19.

Non multum ab Herilli levitate aberrabimus. Id est, Pene tam leves erimus, quam est Herillus. Cic. 4. 40. de Fin.

Aberrare a miseria. Cic. Att. lib. 12. 45. Nullo enim alio modo a miseria, quam subterfugiū aut occasionē querere ejus obviseudeā. Subauditur & ablative. Cic. Att. lib. 12. 38. At ego

hic

hic scribendo dies totos, nihil equidem levor: sed tamen aberro. Subaudi, a dolore, vel molestia: dolorem aut molestiam scribendo fillo. Proposito, & a propolito. Cic. 1. 82. Tusc. Aberrare proposito facile patiatur. Idem 5. 83. de Fin. Tamen a propolito, inquam, aberravimus. Idem pro Cæcini. 55. Ne nimium multa complectamur, atque ab eo quod propositum est, longius aberret oratio. Id est, digreditur & defecat. Aberrare, pro Errare: ut, Aberrare conjectura, vel a conjectura. Cic. Att. lib. 14. 22. Cupio enim ante quam Romanus venio, odorari diligenterius quid futurum sit: quanquam vereor, ne nihil conjectura aberrem. Hoc est, nihil creem in conjectura, aut conjectura fallar. Id. 1. 101. de Nat. Deor. Qui etiam si aberrant a conjectura, video tamen quid sequuntur. Aberrare verbo aut nutu. Cic. de Arusp. Rep. 23. Si Edilis verbo, aut si nutu aberavit, Iudi sunt non rite facti. Id est, lapsus est, seu erravit. Aberrant inter se orationes. Liv. 38. 56. Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque aberrant inter se. Hoc est, discrepant. Abhorrent legitur in emendatis. V. ABBRERO.

Aberrare in melius. Plin. Jun. lib. 4. epist. 28. A qua rogo, ut artificem quem elegeris, ne in melius quidem linas aberrare. Id est, ab illo exempli dicere, etiam melius facturus fit.

ABERRATIO, Verbale. [ἀπνοέσθαι] Digressus a recta via.

Aberratio, per metaph. Cic. Caelio. lib. 15. 18. Epist. Veruntamen aliam aberrationem a molestia nullam habemus. Hoc est, aliud avocamentum. Idem Att. lib. 12. 38. sive hanc aberrationem a dolore delegerim, que maxime liberalissima doctothe homine dignissima.

ABERRUNCO, V. AYERRUNCO.

ABESAMIS, [Ἄεσαμις] Syriae oppidum, quondam a Semiramide conditum. Plin. lib. 6. cap. 28.

ABESTE, [Ἐστε] oppidum, authore Plin. apud Hermandum fluvium, lib. 6. cap. 23.

AEFORÉ, [ἀπόθεω] infinitivus ex Fore compositus: pro Absfuturum esse: cuius usus est rarius. Virg. Æn. 8. 147.

→ nos si pellant, nihil abfore creditur,

Quin omnem Hesperiam penitus sua sub juga mittant.

Hoc est, fibi obsfuturum nihil arbitrantur. Serv.

ABFUTURUS, V. ABSUM.

ABGRÉGO, [ἀφοργέο] are. Ab grege ducere: Adgregare, Ad gregem ducere. Segregare, ex pluribus gregibus partes seducere: unde & Egregius dicitur e gregi lectus. Quorum verborum frequens usus, non mirum si ex pecoribus pendet, cum apud antiquos opes & patrimonia ex his præcipue conseruentur, ut adhuc etiam pecuniam & peculia dicimus. Hæc Fettis.

ABHINC, Adv. temporis; de præterito dictum [ιδη, ut τιτανον οντος ετοι] jungiturque sibi accusativo, ratus ablativo.

Abhinc, cum accusativo. Ter. And. 1. 1. 42. Abhinc triennium commigravit hic vicinia. Cic. Ver. 4. 25. Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus est. Id est, ante.

Abhinc, cum ablativo. Plaut. Most. 2. 2. 63. qui abhinc sexaginta annis occisus foret. Cic. pro Rosc. Com. 37. Abhinc annis quindecim. Idem Att. lib. 12. 17. Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius XXV, spopondiſe dicit Flavius. V. Borrich. Cogit. p. 269.

ABHORREO, ui, [ἀποφίλεσθαι, μυστήσθαι] ēre, ablativo jungitur cum præpositione a vel ab, & significat horrere ab aliquo. Id est, ab coprofus alienum esse. Ter. Hec. 4. 4. 42. Nam omnino abhorre animalium huic video a nuptiis.

Ab auribus vulgi. Cic. 3. de Orat. Sed ut in Oratore exile, inusitatum, abhorret ab auribus vulgi, obsecrum, inane, jejunum.

Auris abhorret atque animus a nobis. Cic. Fam. Nihil forte frustra deos appello, quorum auris atque animus a nobis abhorret.

Abhorrete a nuptiis. Cic. pro Cluent. 27. Se ab his nuptiis abhorrete respondit.

Facinus abhorret ab illo. Cic. pro Cluent. 167. Quid unquam Avitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorret videatur?

Abhorret a fide, pro Incredibile est. Liv. 1. Decad. lib. 9. Sed neque commercium lingua, nec vestis, armorumve habitus sic eos texit quam quod abhorret a fide, quenquam externum Ciminius fultus intraturum. Abhorret a re uxoria. Ter. In. 5. 1. 10.

Oratio abhorret ab aliqua re. Cic. pro Sext. 96. Et, ut arbitrator, nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publ. Sextii, abhorret oratio mea.

Voluntas abhorret ejus a me. Cic. ad Canin. lib. 2. 16. Solus enim tu ex omnibus qui cum Biblio sunt, certiore me nunquam fecisti quam valde Biblii voluntas a me sine causa abhorret. Idem Ver. 4. 10. A quo me longissime ratio voluntasque abhorretabat.

Animo abhorret. Cic. Philipp. 7. 4. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruſſe semper ab optimo civitatis statu, non voluntate fuſſe popularis.

Studio & voluntate ab aliqua re. Cic. pro Flacco 9. Nam si quis unquam de nostris hominibus a genere isto, studio ac voluntate non abhorrens fuit, me & effe arbitror: & magis etiam tum cum plus erat otii, fuſſe.

A Studiis. Cic. Fam. lib. 13. 13.

A Confiliis. Cic. Att. 1. 20.

Abhorrete longe vel multum. Cic. pro Deiotaro 17. Eſi a veritate longe, tamen a confundente criminandi non multum res abhorrebat.

Additur interdum nomen adjективum participiale. Cic. Att. lib. 14. 13. Aducenda autem uxore sic abhorret, ut quicquam libero lectulo neget effe jucundius. Sic, ab urbe relinquenda. Idem Fam. lib. 2. 15.

Eodem modo confringitur cum gerundi verbis in do. Cic. Att. lib. 7. Nam delectus adhuc quidam invitorum est, & a pugnando abhorrentium. Idem lib. 2. 6. A scribendo profus abhorrentius.

Abhorret, suppreſſa præpositione. Cic. de Fato 8. Alii talibus vitiis abhorreant. Pro, a vitis. Sic, abhorret vero. Hoc est, a veritate. Tacit. Hist. lib. 5. 24. Potuisse tunc opprimi legiones, & volvifse Germanos, sed dolo a se flexos, imputavit Civilis. Neque abhorret vero, quando paucis post diebus deditio infœcta est.

Abhorrent inter se orationes. Liv. 38. 56. i.e. discrepant. Ita Cic. Fam. 1. 9. 67. de lebris suis de Oratore; Abhorrent enim a communibus praceptis, i.e. multum discrepant. V. in ABBRERO ad fin. & paulo ante Abhorrete a.

Abhorrete, cum accusativo, pro exhorrente, detestari, & quasi execrari. Sueton. de Augusto, cap. 83. Nam pumilos atque distortos, & omnes generis ejusdem, ut ludibriæ naturæ, malique omnis, abhorrebat. Liv. 4.

ab urbe, Eodem anno Posthumia virgo Vestalis de ineflu cauf. m. dixit, criminis obnoxia ob suspicione proper cultum am. eniorem, ingenuum que liberius quam virginem decet, parum abhorrens fanum. Ampliatione, deinde abolitum, pro collegi sententia Pontifex max. abfincere jocis, colique sancte potius quam scite iustit. conf. Sueton. in Galb. cap. 4.

Interdum ponitur absolute. Cic. pro Cluentio. 41. Nemo illum aditu, nemo congregione, nemo ferme, nemo convivio dignum judicabat: omnes aspernabantur, omnes abhorabant. Ilmo transitive & b.l. ponitur.

ABHORENS, pro abfurdo. Liv. lib. 10. Bell. 2. Pun. Ritus illi nequaquam tam absurdus est, quam vestra absurdus & abhorrentes lacryme. Liv. 22. 13. Punicum abhorrens os a Latinorum nominum prolatione. V. ib. Gronov. Curt. 3. 6. 19. Cultus habitusque paululum a privato abhorrens. Et 8. 9. 4. aqua a colore mariis haud multum abhorrentes. i. e. discrepantes.

ABHORESCO, Addictric Lactant. de ira Dci. cap. 23. Quem Damones abhorreunt, sed ibi Interpres aliquis recentior ita reddit ex ἀπερίτην, ex oraculo Graeco.

ABHORROR, aris. [ἀποργέσθαι] Idem sere quod Dehortor. Sipontinus.

A B I

ABIES, etis. f. [ἀβύε] nomen arboris: de qua sic Plin. lib. 16. cap. 10. Abies & cunctis amplissima est, & secunda etiam prolixior, materia mollior, utiliorque, arbore rotundior, folio pinnato densa, ut imbre non transmittat. Ibidem cap. 39. Abies quæ pars a terra fuit, enodis est: biec quæ diximus ratione fluvia decorticatur, atque ita supinus vocatur: superior pars nodosa, duriorque, luserna. Virg. Eccl. 7. 66.

Populus in fluvis, abies in montibus altis.

Idem. 2. Æn. 16. — sicutaque intextum abiete costas.

Abietem pro tabellis usurparit Plaut. in Pers. 2. 2. 66. quod non recipit libera Oratio. telle Quintil. lib. 8. cap. 6.

Abies vifera casus marinos. Virg. Georg. 2. 68. per metonymiam materie ipsam significans navem.

Audax Abies. Stat. lib. 6. Theb.

Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus. Quod ex ea fiant naves, quibus quid audacis?

Crispa Abies. Cic. Tusc. 3. 44. Idque ob crispantes venarum flexus.

Enodis Abies. Ovid. lib. Met. 10. 94.

Enodisque abies, curvataque glandibus ilex.

Longa Abies. Virg. 11. Æn. 667. — cujus apertum

Adverbi longa transverberat abiete pectus. Id est, hafta abiegna. Serv.

Nigra Abies. Id est, Umbrosa. Serv. Virg. 8. Æn. 599.

— & nigra nemus abiete cingunt.

Tacita Abies. Hoc est, ventorum flatibus non commota. Val. Flac. Argonaut. 7. 405.

Abiectibus tactis, aut immotis cyparis.

Allimiles, rapido nondum quas miscuit Auster.

Umbrosa Abies. Claud. lib. 3. 36. 349. de Rupi,

Altior & cunctis abies, umbrofaque late. Id est, ramos longe spargens.

Uncita Abies. Virg. 8. Æn. 91. Labitur uncita vadis abies. Id est, navis abiegna. Ungunt autem naves pice.

Abies apta fræcis. Id est, mari. Claud. Prof. 2. v. 107.

Apta fræcis abies, bellis accommoda cornus.

Umbrales, rapido nondum quas miscuit Auster.

Cæſa accidit abiega in terram trabes.

Leguntur hi versus ap. Auct. ad Herenn. 2. 34. & Cic. Invent. 1. 91. itemque de Nat. Deor. 3. 75.

ABIEGINEUS, idem quod abiegnus. nam legimus abiegineas trabiculas & abiegnis feſtilibus in lege adificantum, quæ marmori insculpti Neapol. visitur ut refert Heſſelius in Not. ad Ænn. p. 199.

ABIETINUS, Id, ut, Vas abiectum. Apul. de Herb. c. 29. Sed Humelius abituria MSS. & ratione ductus reposuit Argenteum.

ABIERARIUS, i. [ἀβιερά] Faber ligarius, ab abietibus, & aliis lignorum generibus. Vulg. Exod. 35. 33. Hi etiam Materiarum dicuntur, a materia, cuius nomine feſtilibus in lege adificantum fulcendiisque neceſſaria fuit, intelligenda esse declarat Jurisconsultus. Festus pro domino utipur: Abietaria, inquit, negotia, quam nunc materialium dicimus, videlicet ab abietibus coemendis: & Abietarius negotior.

ABIGENA, bos, Varr. de L. Lat. lib. 6. Varro nuper Romæ excusus habet Ambiegna, ut & Steph.

ABIGA, a, f. ab abigendo parti sic vocata, alio nomine Chamæpitys [χαμαπίτης] Ea est herba quam vulgus herbariorum Iam appellat, cognomento muscatum. telle Ruellio, lib. 3. cap. 75. Plin. lib. 24. cap. 6. 20. Chamæpitys, Latine abiga vocatur, propter abortus.

ABIGO, [ἀβιγαίνω] actum, ēre. A loco removere, aque expellere. Cic. de Orat. lib. 2. 247. Puer abige muscas. Idem lib. 4. Acad. 89. Pestem abige a me. Martial. lib. 10. 5. Abigat moto noxiis aves panno. Cic. lib. 1. Tusc. 184. Projici se iustit inhumatum. Tum amici, Volucribus & feris? Minime vero, inquit: sed baculum prope me, quo abigam, ponitote. Subaudi a me.

Abigere homines, pro expellere. Plaut. Amph. Prol. 150. Non vivani vespieri, nisi illam a me sceletum abigam. Sic abigere delatores, apud Plin. in Paneg. 66.

Abigunt nubes venti. Plin. lib. 2. 47.

Abigere a cibo, pro Prohibere. Plaut. Circul. 1. 3. 30.

Iratere, si te edentem hic a cibo abigat.

Abigere de, vel ex Patul. Trucul. 2. 1. 41. Idem de frumento anseres clamore abfert & abigit. Idem Afr. 12. Hinc me clamantem ex adi- bus abegit hujus mater.

Abigere aliquo, pro ablegare. Plaut. Merc. 18. Abegit vir meus olim ipse ad mercatum Rhodium, filium. Ter. Adel. 3. 3. 47. Abigam hunc rus.

Abigere ab adibus, pro arrere. Plaut. Amphit. 3. 3. 24. Abigam jam ego illum advenientem ab adibus.

Abigere præterea, est furto aut latrocino pecudes abducere. Cic. in Pi- son 634. Omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus ab- egit.

egit. Idem *Verr. 28.* Præterea greges equarum ejus istum abigendos curat. Hanc significacionem apertius videbis ex Ulpiano, in **A B I G E U S**. Abigere pecus, pro Agere sine vi, aut furto: ut fit cum boves in pacua mittuntur. *Varr. 2. de R. R. cap. 1.* Itaque greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium, æstivatum.

Abigere translatum ad res incorporeas: ut, Abigere fastidium, lassitudinem. *Plin. lib. 12. cap. 17.* Ex Syria revehunt styracem, acri odore ejus in focis abigentes fluorum fastidium. *Plaut. Merc. 1. i. 3.* Agedum Achantio, abige abs te lassitudinem, cave pigritia prævorti.

Abigere partum, vel foetum: et immaturum foetum ejicere. *Cic. pro Cluent. cap. 11.* Memoria teneo Milefiam quandam mulierem, quum essem in Alia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia, partum fibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitulis esse damnataam. *Sic Plin. lib. 14. cap. 18.* Et *Colum. lib. 6. cap. 27.* Nam haec omnia incommoda foetum abigunt.

Abigere venenatorum mortus *Plin. lib. 20. cap. 5. 19.*

A B I G E N D U S, Partic. [ἀναθεωρίσθε] Ovid. 3. Faft. 344.

O vir colloquo non abigende meo.

A B A C T U S, Partic. [ἀναπαυσίς] ut, **Abaicti** greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt. *V. Liv. 4. ab U. C. 90.* Exercitus in agrum Vicentem ad Faliscum ducti, præda abacta hominum, pecorumque.

Abauctus furto. *Plin. lib. 8. cap. 51.* Compertunt, agnita voce suarii, furto abactos.

Abaucta nox, figurate, pro exacta. *Virg. 8. Æn. 407.*

-- medio iam noctis abacta Curriculo.

Abaucti magistratu dicebantur, qui coadiutori deposituerant imperium. *Festus 1. i.*

Abauctum flamen. *Stat. lib. 3. Theb. 257.*

Sylvarumque comas, & abacto flamine nubes.

Mulcet incras etas.

Abaucti oculi. *Stat. lib. 1. Theb. 105.* de Tisiphone,

— fedet intus abactis

Ferrea lux oculis.

Abaucta pauperes epulis regum. Id est, rejecta, expulsa. *Hor. lib. 2. Ser. Sat. 2. 44.* — necedum omnis abacta

Pauperes epulis regum, nam vilibus ovis,

Nigrisque et oleis hodie locis.

A B A C T U S, us. [ἀναπαυσίς] Verbale. Ipse abigendi actus, & violenta expulsi. *Plin. Jun. in Paneg. cap. 20.* Quam diffimilis nuper alterius principis transitus (si tam transitus ille, non populatio fuit) cum abactus hospitum exerceret, omniaque dextra, laevaque peruta.

A B A C T O R, os. m. [ἀναπαυσίς] Verbale. Dicitur pecuariorum animantium fur, latrunculus. *Apul. de Afin. 1. 7. p. 199.* Meum vero Bellerophontem, abactorem indubitum, cruentumque percularem criminantes. *V. Pauli Sent. lib. 5. Tit. 18.* de abactoribus.

A B I G A T O R vel **A B I G A T O R** idem. *Ita Labbeus edidit.* vulgo Abigator, quod etiam in *Julii Pauli sentent. lib. 5. Tit. 18.* secundum quidam adjicunt, Qui boven vel eponum errantem abduxerit; furem magis quam abigatorem constitui placuit.

A B I G E A T U S, us. [ἀναπαυσίς] denominativum a nomine abigeus: Ipse abigendi actus, five crimen. *Marcell. lib. 47.* digest. Abigatus, crimen publici judicii non est: quia furtum magis est.

A B I G E F U S, ci. Idem quod abactor [ἀναπαυσίς]. Quid significet docet Ulp. lib. 47. digest. I. 1. D. de abiges. his verbis, Abigei propriæ habentur qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprendantur, & abigenti studium quasi artem exercent, oves de gregibus, vel boves de armentis abducuntur. *V. Dig. lib. 47. Tit. 14. de Abiges.* & lib. 48. Tit. 19. Leg. 16. §. 7.

A B I G E I, [Ἄβιγει] Steph. populi sunt Scythia, quos ait Solinius ex Abiano flumine dici, iuxta quod habitant: vel nonnullis, quod sine vita habili, aut domicilio sint in curribus degentes. Horum meminist Homer. Γλαυκόφύλαξ Αἴσιον τε δικαιούσαν αἴρησαν. *Iliad. 13. 6.* Jutiflimos enim vocat, quod in pace fine bello degant, vel quod extemporalis victu utantur.

A B I G I C I O, [ἀναπαυσίς, ἀποβάσις] eci, ectum, ere. Ex ab & jacio, est proprie aliiquid ab se jacerre, projicerre, rejecire: & fere ex contemptu aut indignatione. Et præter catus proprium, habet fere accusativum cum prepositione. *Cic. 1. Tusc. 34.* Cum ei nihil accidisset adversi, & muro fe in mare abiecisse, lecto Platonis libro.

Abjicere arma defatigatione, pro relinquere bellum. *Cic. Torquato, lib. 6. Epif. 2.* Necesse est, aut armis urgeri rempublicam sempiternam, aut his poftis recrari aliquando, aut funditus interire. Si armis valebunt, nec eos a quibus recesseris, vereri debes, nec eos quos adjuvisti. Si armis aut conditione poftis, aut defatigatione abjectus, aut Victoria detraetis, civitas respiraverit: & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit.

Abjicere se aliquo, quasi ex suo ipius contemptu, vel defectu. *Cic. lib. 1. de Orat. 7.* Quod illi durissimus pedibus fecit, ut se abiceret in herbam.

Abjicere se humili. *Plin. lib. 21. cap. 13.* Qui edere abiecunt se humili.

Fuit insuper ABSYRTUS, teste Suid., Nicomediensis quidam miles,
qui cum sub Constantino ad Illyri militaret, librum utilissimum scriptum
de medicinis equis, & de cura animalium, eumque pulcherrimum &
emendatissimum habet Anton. Vicecomes Mediolan.

ABUDIACUM, [Αἴσηνταχοί] Urbs est Germanicæ, non procul ab Augusta
Vindelicorum, Ptolemaeo.

ABVERTO, ti, sum, [ἀποτρέψω] ere. pro Avertere. Plaut. Rud. 1. 2. 76.

Ab faxo abierto fluxus, ad littus scapham.

ABULA, Urbs Hispanæ, Ptolemaeo.

AEBUNDO, as, [ἰδηνία, ἡμέρα] are. Superesse alic. Affluere re aliqua,
& tam de bonis rebus quam de malis dicitur: nec solum ad res corpo-
reas, sed etiam incorporeas pertinet: ut Abundare argento, ingenio,
vitiis. Nonius, Abundare, supra modum aliquid esse scribit. Tractum
ex annibus, qui quoties augentur imbrisbus, majoribus & crebris undis
eriguntur. Virg. 1. Georg. 115.

Prefertim incertis tuis membris annis abundans.

Cic. de Senect. C. 16. Villaque tota locuples est: abundant porco, agno,
hædo, gallina, lacte, caseo, melle.

Abundare, pro Divitem effe. Cic. Att. lib. 1. 3. Caietam, si quando
abundare crepero, ornabo. Idem de Amicit. Quocirca & absentes ad-
funt, & elegantes abundant, & imbecilli valent, & (quod difficilius
dictu est) mortui vivunt.

Abundac & Defici, contraria. Cic. pro Cluent. 183.

Abundare & Egere, contraria. Cic. 2. Off. 13. Jam vero & earum re-
rum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inve-
tatio, certe nulla effet, nisi his munieribus funderentur.

Circumfluere atque abundare. Cic. 5. Ver. 9. Itum rebus omnibus unde-
que erexit impune eludentem circumfluere atque abundare?

Abundare atque affluere. Contr. Deefle. Cic. lib. 1. de Divin. 61. Quo-
rum untrunque perfringere aciem mentis folet, five deest naturæ quid-
piam, five abundant atque affuit.

Abundare in re aliqua. Cic. 3. de Legib. 14. Theophrastus vero insti-
tutus ab Aristotele abundavit, ut scitis, in eo genere rerum.

Abundare audacia. Cic. pro Cluent. 183.

Amore. Ter. Phorm. 3. 3. 11. Aliis quia deficit quod amat, ægre est:
tibi quia superest, dolet. Amore abundas, Antipro.

Æquum familiarsitatibus & consuetudine propinquorum. Cic. 5. Tus.

Barbarie abundant amor. Ovid. 2. de Arte Am. 552.

Caligine abundant domus. Ovid. 2. Met. 764.

Copia frumenti. Cœf. 8. Bell. Gall. 40.

Divitiae. Ter. Heaut. 3. 2. 16.

Doctrina & ingenio. Cic. de Orat. 3. 56.

Honoribus. Cic. 10. Epist. 10.

Ira. Ovid. 6. Epist. 16.

Laetitia. Plaut. Stich. 2. 1. 6.

Laudibus bellicis. Cic. 1. Off. 78.

Opibus fundi. Id est, Eloquientia. Stat. 1. Syl. 4. 7.

Ocio. Idem 7. Epist. 1. Item de Orat. 1. 6.

Præceptis Philofophie. Idem 1. Off. 1.

Rebus. Cic. 4. de Fin.

Sapientia. Cic. in Pison.

Vener. Plin. lib. 11. cap. 37.

Virtutibus. Plin. lib. 1. Epist. 17.

Vitii. Quintil. Abundant dulcibus vitiis. de Seneca Scriptis lib. 10.
cap. 1. p. 921. ed. Burn.

Abundare, absolute positum. Virg. Georg. 3. 484.

Ruris abundantabat fluidus liquor.

Plin. lib. 14. in procerio, abundant & præmia & operæ vite.

Abundat fons in omnem partem. Plin. lib. 18. cap. 22. 1.

Abundare cum genitivo. Lucil. Quarum & abundemus rerum, & qua-
rum indigemus. Ex Nonio.

Abundare, cum accusat. Nerat. in 1. Si fundum. D. Mandati. Sic tuā
pars coarctabitur, ut non abundet mandati quantitatē. Id est, Non

superer, non excedat. Sic habent Halander & Pandectæ Florent.

Inter Abundare & Redundare hæc est differentia. Abundat, non quod

superfluum est, sed quod est copiosum & cumulatum. Redundat, quod

supervacuum est.

AEBUNDANS, [ἀεβούσα, ἀεβούση] Partic. ut Priscian. lib. 18. Abundans
illius rei, nomen est. Nam partic. ablative, quo modo & verbum ejus,
conjugitur. Virg. in Bucol. 2. 20.

Quam dives pecoris, nivei quam lacticis abundans.

Quis tam abundans copis? Cic. pro Cornelio.

Abundans & Inops, contraria. Cic. in Brut. 238. Non erat abundans,
non inops tam: non valde nitens, non plane horrida oratio.

Abundans homo. Cic. 2. Philipp. 66. Multa & lauta suppellex &
magnifica multis locis: non illa quidem luxuriosi hominis, sed abund-
antis.

Ingenio, doctrina, otio & studio abundans. Cic. 1. de Orat. 22. Graci
homines non solum ingenio & doctrina, sed etiam otio studioque
abundantes.

Fatum abundans. Claud. de Bell. Get. 22.

Semper ab his fuisse insignia bellis,
Exercere dabant, currus regumque catene

Inter abundantis fati ludibriæ ducere.

Abundans pecunia, contrarium Adesa. Cic. pro Quint. c. 12. Quis
tam perditus ac profulus nepos, non adela sum, sed abundantia pecu-
nia, sic diffolitus fuisse, ut fuit Sextus Navius?

AEBUNDANTISSIMUS, Cic. 2. de Orat. 14. Longe eruditissimus Timæus,
& rerum copia & lentientiarum varietate abundantissimus.

Abundantia doctrina homo. Cic. 1. de Orat. 85. Excitabatur homo
promptus ab homine abundantia doctrina, & quadam incredibili varie-
tate rerum & copia.

Ex abundanti. Quintil. lib. 4. cap. ult. Egretie vero, Cic. pro Milone
in fiduciario primo Clodium offendit: tum addit ex abundanti, etiam
si id non fuisse, taleni tamen civem cum summa virtute interectoris
& gloria, necati potuisse.

Abundans corporis. Claud. in Eutrop. lib. 2. 380. — abundans

Corporis, exiguaeque animi.

Pietatis. Claud. Paneg. 7. 113. — mitis precibus, pietatis abundans,

Poenæ parcus erat.

AEBUNDANTIA, a. [ἰδηνία, σέσεσια, ἡμέρα, ἀθροίσις] Rei alicuius
copia: ut Abundantia ingenii. Cic. 1. Acad. Abundantia quadam in-
geni prestatibus.

Abundantia & copia. Cic. de Amicit. cap. 23. Atque ubi suppeditans
omnium rerum quas natura desiderat, abundantiam & copiam.

Abundantia amoris. Cic. lib. 1. Epist. 9. Facis tu quidem abundantia
quadam amoris.

Otii. Cic. lib. 7. Epist. 2. Rerum aliquarum abundantia. Cic. 3. de Orat. 123.

Ubertas agrorum, abundantia rerum omnium. Cic. contra Rull. i. 18. Circunfluerunt omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere. Cic. de Amicit. 52.

Abundantie modo aliquid ducere. Tacit. in Vita Agric. cap. 6. Ludos & inania honoris, modo rationis atque abundantia duxit, uti longe a luxuria, ita fama propior. Hoc est, secundum mensuram rationis & suarum opum.

Abundantia foeminarum, id est, Menfes, seu menstrua largius fluentia. Plin. lib. 24. cap. 11. Rhus foeminarum abundantiam habet cibos. Et lib. 27. cap. 12.

A B U N D A T I O, onis. [ἀβούντιος] Verbale. Plin. lib. 3. cap. 16. Omnia ex Philistina fossa abundantia nascentia.

A B U N D A N T E R, Adv. qualitatis. [ἀβούντης] Copiose, affatim, affluent. Plin. lib. 24. cap. 9. Haec fert in Egypto, Syriaque etiam abundantia lignorum fructum. Idem lib. 18. cap. 18. Tanto tardius decedit, quanto abundantius crevit.

Copiose & abundantanter loqui. Cic. de Orat. 2. 35.

Satis abundantanter. Cic. 3. ad Heren. Ad omnem judiciale causam quemadmodum convenirent inventionem rerum accommodari, satis abundantanter, ut arbitror, superioribus libris demonstratum est.

Abundantius & Angustius, contraria. Cic. in Topic. Tamen aliis disputationibus abundantius occurunt, alias angustius.

Abundantius crescere. Plin. lib. 18. cap. 18. Abundantissime. Idem 5. 9.

Abundanter & Prese dicere, contraria. Quintil. lib. 8. cap. 3. Concede dicere an moderate, lete an severe, abundantanter an prese, aperte an leniter.

A B U N D E, [ἀβούντειος] Adv. quantitatis derivatum a verbo Abundo, teste Priscian. Abundanter autem ab Abundans.

Et est Abunde, idem quod Satis. Unde Satis abundantanter dicimus: satis abunde, non item: nisi addita conjunctio: ut Satis abundeque. Author Valla in Poggium. Plin. in Praef. 6. Abunde pulchrum & magnificum est. Sallust. in Jugurtha. Abunde magna præsidia.

Abunde est, cum genitivo. Virg. 7. 552. Terrorum & fraudis abunde est. In hoc loquendi genere ipsum (abunde) figurare pro nominativo ponitur, sicut & cum dicimus, Satis est illi pecunia.

Abunde potentia glorieque adeptus. Sueton. in Cæs. cap. 86.

Abunde fatus. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Abunde esse aliqui. Id est, Satis superque esse. Cels. lib. 1. cap. 3. Ergo huic abunde est loco tepido demittere fe.

Abunde est, sequente infinitivo. Plin. Jun. Epist. 103. Sed utrumque tam magnum est, ut abunde sit alterum efficiere.

Abunde est, pro Sufficit, satis superque est, ait Bud. Plin. Jun. Epist. 122. Abunde est si epistola fuisse molesta.

Abunde gratus. Ovid. 4. de Ponto, v. 37.

Promittere abunde. Lucret. lib. 3. 180.

Ratus abunde. Tacit. Hist. lib. 2. 95.

Satisfacere abunde. Id est, Assiduum, largiter & copiose. Cic. 2. de Divin. 1. Erit abunde satisfactum toti huic quaestioni.

Abunde, cum aliis verbis. Cic. de Senect. Etiam si non abunde potitur. Sic abunde tibi adest omnia: pro Copiose suppetunt. Cic. ad Brut. 4.

Abunde tractata est ratio. Plin. lib. 9. cap. 41.

Abunde, cum subte. Sallust. Jugurtha. cap. 14. Dein quod parentes abunde habemus. Quasi tu dicas, Satis parentum, vel fatus multos parentes. Idem in Orat. Met. Tribuni plebis ad plebem: Cunctaque praefenti ignavia mutatis, abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur. hoc est, Rati fatus esse libertatis, aut fatus magnam libertatem. Sic abunde est arboribus altitude quatuor pedum. Columel. lib. 2. cap. 2. 17.

A B U N D U S, Adj. Gell. lib. 1. cap. 2. Lavacris nitidis & abundis, & collutribus. Et Accius apud Nonium 4. 191. Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundus fortius ferox. Ita legit Guyet. ad Ter. Adel. 4. 3. Hinc adverbium Abunde, de quo antea.

A B E Y O L O, [ἀβεύλων] Volando difcedo. Cic. 2. de Fin. 106. Fluit igitur volutitas corporis, & prima queque abvolat, sapientie relinquit causa penitendi quam recordandi. Alii legunt Avolat.

A B U P U S, Britannie fluvius maximus, Ptolemaeo.

A B U R U S, [Ἄβρυς] Pars est montis Tauri supra Armeniam, ad viam qua iter versus Ecbatana. V. Strab. lib. 11. Est etiam Abus Ptolemaeo, fluvius Britanniae.

A B U S I O. V. **A B U T O R**.

A B U S Q U E, [Ἄβρυς] Adv. Modo tempus, modo locum significans: & est poetica vox, pro Usque ab. Plaut. Amph. 4. Hec illic est pugnata parva abusus usque mane ad vesperum. Id est, A mane usque ad vesperum, Virg. Æn. 7. 289.

— Siculo profixus abusus Pachyno,

Ubi Servius, Abusus & Abusus usurpatrice dicimus. Præpositio enim nec adverbio jungitur, nec prepositioni. (Usque) autem aut Præp. est, aut Adv. Idem fuit Diomedes.

Abusus, nonnunquam suo ablative postponitur. Tacit. lib. 15. 37.

Animalia maris Oceano abusus petiverat.

A B U T O N O, [ἀβρύνθων] Herba est Diocordi, quæ alio nomine Abrottonum vocatur. V. **A B R O T O N U M**.

A B U T O R, [ἀβρύνθων, ἀβρύνθων, παπαγάλων] abuti. Est Valde uti. Sed etiam in bonam partem & pro hinc illi. Ut. Cic. de Nat. Deor. 151. Nos Elephontorum acutissimi sensibus, nos sagacitatem, canum ad utilitatem nostram abutimur. Idem Fam. lib. 9. 6. Quæ igitur studia magnorum hominum sententia, vacationem habent, eadem publici muneri, is concedente repub. cur non abutamus? Similiter in bonam partem accipitur in Miloniana.

Abuti veteres hinc dixerunt, pro eo quod est utendo consumere, confidere, extinguere, ut noravit Hotoman. in suo Lex. Et in hac significacione Cic. ablative jungit. Vetus etiam accusativo. Cic. Verri. 3. Nisi omni tempore, quod mihi lege concepsum est, abutus ero. Id est. Nisi omne tempus, quod mihi lex concepit, dicendo consumperio. Cato de R. Cap. 76. 3. Linite usque adeo donec omnem caseum cum melle abusus eris. conf. Parax. Lex. Crit. p. 16. Plaut. Trin. 3. 2. 56. Me qui abusus sum tantum rem patriam. Et ita Ter. dixit in Prol. And. 5. Operam abuti in prologis scribundis, pro Collocare & consumere, quemadmodum recte Turnebus contra receptam interpretationem annotavit.

Abuti veteres passive dixerunt pro Consumere. Varr. apud Priscian. lib. 8. p. 792. Utile utramque potius, quam ubi rege abutimur. Inde abutus participium in eadem significacione. Ibid. Hortens. Abutus jam omnibus locis, ~~καὶ ξερόντων~~. Plaut. Asin. 1. 3. 44. Ubi quæ dedit atque? c. abuta. In quem locum Nonius, Abuta, utendo, vel in usum consumpta.

Hinc Abuti per metaphoram, pro Male uti. Cato: Uttere queftis, sed ne videaris abuti.

Abuti muliere. Ter. Phorm. 2. 2. 67. Ubi Donatus, Utimur cum honore, Abutinum cum injuria.

Abuti translatum ad res incorporeas: ut ~~ματι~~ alicuius patientia. Cic. in Caecil. 1. 1. Quousque tandem abutere Caecilia patientia nostra?

Abuti auribus alienis. Plin. Jun. Epist. 150. Accedunt querelle rusticorum, qui auribus meis post longum tempus suo jure abutuntur.

Immoderate facilitate abutio. Cic. 12. Fam. 1. 8. At enim ita decrevimus: secundum id quidem temporibus cedentes, que valent in rep. plurimum: sed immoderate quidam & ingrate nostra facilitate abutuntur.

Dominatione. Sueton. in Cæs. 76. 1.

Festivitatibus. Cic. in Orat. 176. Gorgias autem avidior est generis eius, & his festivitatibus insolentius abutitur.

Fortunis hominum ad cupiditatem. Cic. 7. Verr.

Gloria nominis. Cic. 4. Acad.

Ignoratione alicuius. Cic. pro Ligario. 1. Paratus veneram, quum tu Id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua, ad hominis milier fulmen abuteret.

Legibus ad quæstum. Cic. pro Rosci. Amer. 54. Quid est aliud judicio, ac legibus, ac majestate velitra abuti ad quæstum, atque ad libidinem; nisi hoc modo accidere?

Nomine alieno ad fuos queftus. Cic. 5. Ver. 50.

Otio & literis. Cic. 1. Tusc. 1. 3. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat: & id quod sentit, politè eloqui non possit: sed mandare quenquam literis cogitationes suas, quæ eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua alliceret lectorem, homini est intemperante abutentis & otio & literis. Patere. lib. 2. 95. p. 123. 8. Sentium Saturninum, militarium officiorum patientem ac peritum: sed eundem, ubi negotia fecissent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem.

Regno & licentia ad omnia. Cic. 1. de Nat. Deor. 65.

Sceler & perfidia ad alicuius exitum. Cic. Att. lib. 3. 14.

Sermone aliquo abuti pro mandatis, id est, Verba alicuius arripere, & ad alium tanquam ei mandatum sit deferre. Cic. Att. lib. 7. 13.

Ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto, pro mandatis abutus sit.

Viribus corporis. Cic. 1. de Invent. 3. & Liv. 2. Ab U. C. 182.

Abutendum se permittere. Sueton. in Galb. cap. 14. His diverso vitiorum genere graftantibus, adeo se abutendum permisit & tradidit, ut vix libi ipsi confaret. Hoc se permitit illorum arbitrio, ut pro libidine haui quidvis ei facile perfauderent.

A B U S I O, Tropus est durior, qui ~~κατέχεται~~ dicitur: de qua Cic. in Orat. ad Brut. 94. Aristotles autem translationi hæc ipsa subjunction, & abusionem, quam Catachresin vocant: ut cum Minutum dicimus animum pro Parvo, & abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod licet. De hac quoque meminit Fab. lib. 8. cap. 2. & lib. 3. cap. 3.

A B U S O R, oris. m. Prodigus. Salvian. 8. p. 296. Perditorum hoc adolescentium speciale convicium est, ut abutores scilicet & incuriosi ac negligentes rerum fumarum esse dicantur.

A B U S U S, us. m. [ἀβρύσης] Dicitur quum aliqua re per licentiam male utimur. Ponitur a Jurisconsulto pro Consumptione, quemadmodum & verbum Abuti pro Consumere, & utendo perdere. Hinc eae res in abutu, non usu confidere dicuntur, quarum usus nisi perirent, nullus est, five quæ utendo consumuntur. Ulpi. 1. 5. §. 1. D. de usu. earum rerum quæ usu consum. Si pecunie usufructus, inquit, legatus sit, vel aliarum rerum, quæ in abutu constitutus, nec cautio interveniat: videndum est, an finito usufructu, pecunia que data est, vel cetera res, quæ in abumptione sunt, condici possint. Cic. in Topic. 17. Non debet ea mulier, cui vir bonorum fūorum usufructum legavit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. Uſus enim, non abutus legatus est. Ubi Boethius, Utimur iis, quæ nobis uteribus permanent: iis vero abutimur, quæ nobis uteribus perirent.

A B U S U S, a. um. Adj. V. paulo ante in **A B U T O R**.

A B U S I V E, Adv. [ἀβρύζης] Quintil. lib. 9. cap. 2. p. 777. Butum, Nunc non abutives dispensatio est. Idem 8. 6. Abutives aliqua re uti.

A B Y D O C M A, [ἀβύδωνος] Dicuntur sycophantes, a verbo ~~εργάζει~~, quod est Efferi, & parum modeſte se gerere. Hoc enim nomine male audiabant Abydeni, quod infinges calumniarum artifices essent. Cal. Rhodig. lib. 26. cap. 21.

A B Y D O N, önos. [Ἄβυδος] Regiuncula est Macedonia, Authores Suidas, & Stephanus.

A B Y D U S, [Ἄβυδος]. Urbs Asia Milesiis condita ad Hellespontum sita, patria Leandri, cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mare Hellepontrico: de qua apud Virg. Georg. 1. 207.

Pontus & Otrifera fauces tentant Abydi.

Hodie Dardanella: monumenta illa Turcica. Est item Ægypti oppidum Memnonis regia & Ophridis templo inclutum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Abydius ne temere, subaud. Naviges. Nequod grave periculum fusciplas, fine caufa idonea. Erafin. in Adag.

Abydos gemina. Appropinquantibus enim appetit gemina propter Sestii vicinitatem. Val. Flacc. Argon. 1. 285.

A B Y D E N U S, Adj. [Ἄβυδειος] Stat. lib. 1. Sylv. 2. 87.

Vidi & Abydeni juvenis certantem remis Brachia. Id est, Leandri. Idem 1. Achill. Littore Abydeno.

Abydeni a Philippo Macedonum rege gravi obidione prelli, omni spe fatus abjecta, in eam rabiem sunt accensi, ut se fuasque uxores & liberis,

liberos, ferro, flammis, & omni genere mortis crudelissime interficentes, ne in hosti venirent potestatem. Liv. Decad. 4. lib. 1. 11. 17. Abyden illatio, vel Abydena bellaria, Proverb. V. Erafim in Adag. Abydena fama fuerunt parum secunda, quod essent syphonticae, molles & ceterinatae. Pautan & Suid. V. paulo ante in *ABYDOME*. *ABYLA*, nonnullis per metathem Abyla dicitur. Strab. lib. 3.

ABYLA, Dionysius Afer in lib. de Situ Orb. medium corripuit hoc verbum: [Στηναὶ ἀρχαὶ κατὰ μια τοῖς δὲ ψευδεῖς]. De Abyla sic Plin. in lib. 3. proemio: Proxima autem fauces utrinque impositi montes, coercent claustra. Abyla Africe, Europa Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob caufam indigenæ columnas ejus dei vocant: creduntque perfofias exelta antea admisisse maria, & rerum naturæ motus faciem. Pompon. Mel. lib. 1. cap. 5. p. 335. Gronov. Deinde, inquit, est mons praetulus, ei quem ex adverso Hispania attollit, objectus. hume Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis utrumque. Addit fama nominis fabulum, Herculem ipsum junctos olim perpetuo jugo diemisfc colles, atque ita exclusum ante mole montium Oceanum, ad que nunc inundat, admisimus. Strab. lib. 3. de Column. Herculi variæ referens opiniones. Aliqui, ait, columnas Calpen & Abylycum opinati sunt, montem ex Africa procumbentem. Paulus post: At quidam alii columnas dici illas aiunt, qua intra Herculis ædem in Galibus existant. Sunt autem ex ære, cubitorum octo, in quibus confruendi templi sumptus inscriptus est. Ad quas quin perveniant qui navigatione ab solventer, Herculi facra ferentes, a Deo se juvari instruuntur, hic maris & terra finem esse. Hunc verisimiliter esse fermoneum, etiam Posidonius arbitratur. Hæc ille Avien. Periegeli, v. 111.

Maura Abyla, & dorso consurgit Iberica Calpe.

ABYLA Syrie. *V. ABILA*.

ABYTAKE, [ἀβύταικη] Apud Mediae populos erat edulii genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punci, sinapi, aliisque nonnullis rebus confectum. Etym. Author. Plutarch. Sympof. 4. 1. V. Cæl. Rhodig. 14. 56.

ABYTACOPAI, [ἀβύτακοπαι] Dicuntur, qui ejusmodi esculenta parant. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 23.

ABYSSUS, f. [ἀβύσσος] Aqua patens in immensam profunditatem: Hoc est, Que fundum non habet. Ecclesiasticorum fere est, qui ad sedem inferorum transcurunt. Sic in N. T. Prudent. Hamart. v. 835. de Anima peccatis polluta:

Merlandam penitus puto ferventis Abyssi.

ABZOKH, Populi sunt ad Oceanum Scythicum. Plin. lib. 6. cap. 13.

A C

Ac, conjunctio est copulativa [αὶ] pro Et, sive Atque. Ter. And. 1. 1. 47. — Pudice vitam, parce ac duriter.

Agebat, lana ac tela victimam queritans.

Ac, pro his duabus particulis (idque vel (& quidem.) Ter. Heant. 4. 5. 15. Faciam boni tibi aliiquid pro istac re, ac lubens. Idem Eun. 5. 3. 6. Amabo quid ait? cognoscite? C. ac memoriter.

Ac, Eriam. Cic. pro Murem. Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

Ac potius, Loquendi genus per correctionem. Idem quod Vel potius, Inio potius. Cic. Lental. lib. 1. 4. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, &c. Gr. μέτανοι θέλω.

Ac non, pro Nec. Ter. Adel. 3. 3. 39.

- Nimirum inter vos Demea,

Ac non quia ades prefens dico. Cic. pro Domo sua, Sit sane hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Unum ostende verbum confectionis in ipsa tua lege, si illa lex est, ac non vox fecialis & crudelitatis tuæ.

Ac, in principio sententiarum, continuandi vim habet, pro Autem. Cic. lib. 1. de Orat. in proem. Ac primo quidem totius rationis ignari, &c. Virg. Æn. 1. 178.

Ac primum silicis scintillam excudit Achates.

Ac, pro Contra quam, teste Donat. Ter. And. 5. 1. 22. Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.

Ac, pro Quam, aut pro Ut, fere his dictiōibus postponitur, æque, alter, alias, contra, juxta, par, perinde, secus, similis & similibus. De quibus exempla in linguis corum invenies.

Ac si, ponitur pro Quasi, perinde quasi, & tanquam si.

Juxta ac si, Non secus ac si, Non alter ac si, ponuntur pro Non secus quam, Non alter quam.

Ac, in compositione, ponitur pro Ad, mutatione c litera in d: Ut Accedo, accipio, accolo: Quæ tamen antiqui per d scribent Adcedo, accipio, accolo, & similia. Non est igitur ex conjunctione, sed ex corrupta præpositione complicito ejusmodi.

Ac etiam, Ac quoque per Pleonastum dici videntur. Sueton. Cæf. 26. Per equites Romanos ac etiam per Senatores. conf. ibid. cap. 55. & in Aug. cap. 19. Celf. 2. 6. Ac fanguinem quoque in Febre vomuisse, pestiferum est. conf. 2. 3: 5. 26: 7. 18.

A C A

ACA, [Ἄκη, sive ἄκη] civitas Phoenicum, quæ postea Ptolemais dicta est. Strab. lib. 16. Plin. autem dicitur Ace, quæ quondam colonia fuit. Claud. Cæf. lib. 5. cap. 19. Accho Sacris Literis Judic. 1. 31. Bochart. cap. 2. Palestina, Acon seu Aconensis civitas; Jacobo a Vitri. cap. 25. Hist. Orient. Accon; ad quem locum V. quæ notat in Edit. Duac. An. 1597. Andr. Iloujus, p. 461. Fullerus, lib. 4. Miscell. Sacr. 15. docet male queri a Stephano vocabuli originem in lingua græca, explodi autem debere vocem, quæ sit apud Jos. 2. 2. conf. & notata Bodio ad Neput. Datam, cap. 5. 1.

ACABE, [Ἄκη] Mons est in finibus Ægypti Ptolemaeo.

ACARIS, [Ἄκησις] Civitas est in Cyrenaica Aphricæ regione. Ptolem.

ACÁRO, Animal multum valens vi medica, in desertis Arabiae. Calep.

ACACALIDES, [ἄκακησις] fœmen est fruticis in Ægypto nascentis, similitudinem cum fructu Tamaricis obtinet. Nomen frutici a nymphâ datum crediderim Acacallide, quæ ab Apolline compresæ Phylaciæ &

Phylandrum ediderit in Creta: miraculo ab Elyris populis conficto, nutritos a capra eos fusse. Cujus monumentum in Apollinis quoque Delphiæ delubro, ut author est Pausan, in Phœc. monstrabatur. Appollon. poeta in Argonauta. Acacallides Minois regis filium ab Apolline quidem visitatum cecinit, sed quæ in Africam relegata, filium ediderit nomine Amphithoon, qui & Garamas quoque vocaretur, Nafamonis & Caphauri pater, ex nymphâ Tritonide. Diosc. 1. 118.

ACACESIUM, [Ἀκάκειον] Stephano, Urbs Arcadiæ, sic dicta ab Acaco Lycaonis filio, ut tradit Pausan. lib. 8.

ACACIA, [ἄκακια] Genus spinae est, teste Plin. lib. 24. cap. 12. Cuius femen lenticula est simile, minore tantum & grano & folliculo. Est & fucus & spina illa exprefius, cuius medicinalem usum Plin. tradidit 24. 12. conf. 20. 16. & 30. 7. Item Scribon. Larg. 41. 85. &c. Petron. cap. 23. Sudantic acacia rivi; ubi ad fuscandum faciem adhibitam est, docent Interpretes. Nunc acaciam ex fylestri pruno colligit officinum defidia. Ruell. Pharmacopole vocant Accacie.

ACACIA, [ἄκακια] Innocentia, simplicitas, animus ab orani terore liber, in quo Democritus philophorus summum bonum constituebat. Cic. de Fin. 5. 87. Id enim ille summum bonum, Euthymiam & sapientiam appellat. Id est, Animum terrore liberum.

ACACIUS, [Ἀκάκιος] Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir impressus plus, & Leoni Imperatori gratissimus. Vitam eius V. apud Suid. Fuit prætræca Acacius, Rhetor insignis, qui Libanii & Juliani temporibus floruit, teste eodem Suid.

ACACUS, a, um. [ἄκακος] Purus, simplex, apertus, non verputus. Dionysius ad Damophilam scribens, offendit acacos est, quibus aliorum mores non sunt formidolosi. Ex suo enim animo alienum existimat animum: ut hic acacus, minime malitiosus, aut fulpiciosus.

ACADEMIA, [Ἀκαδημία & ἀκαδημία] verti potest Lavacrum, aut Civitas. Dicitur etiam Gymnatum Athenis, quia prope lavacrum positum, authore Hefydi. Laërti tamen: in Vita Platon. S. 7. Academia, inquit, Gymnatum est in suburbano nemorosum, a quadam heroë Academo nomine appellatum. Idque ex Eupoli& Timone confirmat. Antea per tenue scribi folium Ecademiam ibid. docet. Hor. lib. 2. Epist. 2. 45.

Atque inter sylvas Academiæ, querere verum. Ibi Schola Platonicis, studiū uisu, & discipulorum frequentia, morumque celebritate insignis fuit. Ser. Sulpic. I. 4. ad Fam. Ep. 12. Nos in nobilissimo orbis terrarum Gymnasio Academiam locum delegimus. Cic. de Orat. Academiam illi ac Lyceo, tuum hoc suburbanium gymnasium antepono.

Unde Academicæ philosophi. Cic. lib. 1. Acad. Illi autem qui Platonis instituto in Academiam, quod est alterum gymnasium, cœtus erant & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen haberunt. Plura in Academicis, & in principi. lib. 5. de Fin. Academiam quæ arida prius fuerat, & inculta, Cimon irriguum lucum eccepsit, sua opera purissimis alveis umbrisque deambulacris elaboratum. Plutarch. in Vita Cimonis. Hic locus fex stadiis a Dipylon porta urbis Athenenium diffabat, ut testatur Cic. lib. 5. de Fin. C. 1.

Academia, villa fuit Ciceronis, ac Averno lacu Puteolos tendentibus litora imposta, celebrata porticu & nemore, quam nominavit Academianam ab exemplo Athenarum, compositis voluminibus ejusdem nominis, in qua & monumentum libi intaustraverat. Hæc Plin. lib. 31. cap. 2. Meminunt hujus Academie sue Cic. Att. lib. 1. 3.

Academia, per metonymiam subiecti, pro Philosophia Academica. Academia volatilis. Cic. Att. lib. 13. 25. O Academiam volatim & sui similem, modo huc, modo illuc, &c. Vocat Academiam volatim, quod Academicorum anticipes essent vite & rationes, ut mox dicetur in Academicis. Idem ad Fam. 9. 8. Nofti enim profecto & illius adolescentioris Academie.

Academia penultimam variat. Cic. lib. 1. de Divin. 22. Inque Academiam umbrisfera, nitidoque Lycæ Federum claras fecundi pectoris artes.

Laurea. Cic. libertus apud Plin. lib. 31. cap. 2. Atque Academiam celebratam nomine villam. Claudian. in Paneg. de Manlii Theodori confutatu, 34.

In Latium spretis Academiam migrat Athenis. Sidon. in epithal. Polemii Carm. 15. v. 20.

Obviat & quanquam totis Academias sectis.

ACADEMIUS, Adjct. [Ἀκαδημίος] Cic. lib. 2. de Fin. 43. Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt quodcumque veritabile videantur. Idem lib. 3. de Orat. Reliqui sunt Peripateticæ & Academicæ: quanquam Academicorum nomen est unum, sententia due. Academici veteres & novi fuerunt. Veteris Academias Princeps ipse Plato, nova Arctelias, ut Cic. Acad. Quæst. 1. 4. & 12. docet. conf. eundem de Orat. 3. 18. Novæ autem institutum videbatur Arctelias, quod nihil comprehendit & doceri de quaquam re posse, incertum esse omnia pronunciare, quod Socratem etiam ac Platonem principes fecerit. Quam ob caufam & Cicero nihil discriminis revera inter veterem & novam Academicam esse existimat. Sed tamen aliud est futinere assertione, aliud nihil omnino afferi posse, statuere. Huc accedit, quod Sextus Empir. Pyrrhon. Hypoth. 1. 33. observat, Platonem quidem cum exercendi caufa disputat, affirmare nihil; certum cum ferio agit rem, decernere omnino ac statuere: ut cum de Ideis, de Providentiæ, de Vita cum virtute conjuncta disputat. Jam co in loco Sextus multo plures Academicæ, quam duos gradus percenset. Quod & fortasse Cicero fecerat in ius Acad. Quæst. Libris, quos tempus hauit atque absorpsit. Nam in Fragmento prioris libri, eoque extremo, novam Academicam usque ad Carneadem perductam scribit. Quod item propromodum est, ac si dixisset, Carneadem rursus novam & tertiam aliquam instituisse, quod ibidem Sextus prodit: Qui alios, & quartam ac quintam constituisse commemorat. Diog. Laert. Veterem medium ac novam Academicam facit, hujusque auctorem Carneadon, media-

vero Arcefilam, & veteris demum Platonom. a Scepticis sive Pyrrhonii distare Gell. docet 11. 5. extr.

ACADINUS, [Ακαδίνος] Fons iuxta Palicos in Sicilia manat: in quo tabella juramento, si recte juratum foret, supernatare, neque liquore perfundi afferit. Aristoteles: si perperam, protinus in profundum rapi, neque appareat ultra. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

ACADRA, Oppidum in Itabia Felici, apud Ptolem.

ACENA, [Ακενά] Virga erat pedum decem, qua dimicabant agros. V. Cal. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 29. Hinc aliqui derivant

ACENITUS, i. m. Baculum gerens. Statuunt nimurum, apud Juvenal. 7. 218. alludi ad Anicetum Paedagogum (de quo Sueton. Neron. 5.)

Discipuli Cultos premerdot Acentinus ipse. Sed alii legunt, Premerdot Acentonetus, Scholiast acenonetus, Ακενόντος. obscura allusione.

ACALANDRUM, Plin. Αγαλανδρός, Strab. Fluvius est in situ Tarentino, non procul a Metaponto oppido. Plin. lib. 3. cap. 11.

ACALANTHIS, idis. f. Avis est, de qua sic Probus. Acalanthis ea est, quae Graece αἰαλάνθις dicta est: Latine Carduelis, a Carduo. Virg. 3. Georg. 338. — resonant Acalanthida dum. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teste Pierio, non, Et acanthida Aristoph. Acalanthida creclos fuisse parere praे parandi festinatione tradit.

ACALLIS, idis. [Ακαλλίς] Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Steph. de Urb. Oaxus, inquit, oppidum Creta est, ab Oaxo filio Acallidis, que fuit Minois filia.

ACALYPHE, [Ακαλύψη] Herba est, quam nostri Urticam vocant, dicta Acalyphe, teste Athenaeo, παρὰ τὸ μὲν ἐξενάσθαι αὐτὴν. Hoc est, quod Taetui non sit jucunda. Est etiam ex genere mustacum apud Aritot. de Animali. Item pisces quoddam genus, quod & nostri Urticam appellant. Plin. lib. 9. cap. 45. inter μαραθόνα connumeratur: hoc est, inter ea que medium habent inter animantia & plantas. V. latius in dictione URTICA. Scribitur & Acalephe.

ACAMANTIS, [Ακαμάντης] Infusa est in mari Cilicio, qua notiori nomine Cyprus appellatur. Dicitur Acamantis, ab Acamante promontorio, sito ad oceum. V. Plin. lib. 5. cap. 31.

Fuit etiam Acamantis, una ex deceem tribus Atheniensium, ita dicta

ab Acamante, Thefci filio. Suidas.

ACAMANTUM, [Ακαμάντων] Urbs est in majori Phrygia, opus Acamantis Thefci filii, qui cum in expeditione adversus Solymos se frenue gesellifet, locum condiderunt urbis a patre impetravit. Hinc fit gentile

ACAMANTIUS, [Ακαμάντιος] & femin. **ACAMANTIS** [Ακαμάντης]

& possestivum **ACAMANTAEUS**, [Ακαμάντειος] Steph. de Urb.

ACAMANTIUS, [Ακαμάντιος] Philoponus fuit Heliopolita, de quo V. Suid.

ACAMARCHIS, [Ακαμάρχης] Marinæ nymphe nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, cuius meminit Diidor. lib. 6.

ACAMAS, antis. [Ακαμάς] Promontorium sylyvum in Cypro, quod duarum mammularum speciem præberet. Unde Cyprus antea Acamantis vocitata est. Strab. lib. 14.

ACAMAS, Unus fuit (teste Homero Iliad. 2.) e Thracum principibus, qui in auxilio Trojanorum veneruntur.

Fuit & aliis ejusdem nominis filius Antenoris, qui tempore belli Trojani calebs erat, & diu similis habebatur. Dicitur πατέρα τον ρηγάνα, quasi indefensus.

Et tertius item Thefci F. longe clarissimus, qui & in equo Trojano fuit, Acamantii conditor.

ACANNAE, [Ακανναί] Emporium est ad mare rubrum. Steph. de Urb.

ACANNA, [Ακανναί] Herba est, quam quidam Eryngæ adscribunt, brevis, ac lata, spinis latioribus, ut author est Plin. lib. 22. cap. 9.

ACANTHA, [Ακανθά] Herba eadem est cum Acantho. V. AGANTHUS.

ACANTHALEUCE, [Ακανθή λευκή] Herba est foliis aculeatis, & candidis maculis variegatis, quasi lacte conspersis: unde & Latini Spinam albam vocant. Officina Punico nomine vocant Bedegarim.

ACANTHIA CICADA, Proverbium in indocet atque infantes, aut musices ignaro torquent solitum. Author est Stephanus Byzantius iuxta Acanthum Ætoliae oppidum, cicadas alibi vocales, mutas esse, atque hinc ortum adagium, cuius authorem citat Simonides. Cal. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 30. admonet of his etiam dici qui non loquuntur. Unde est illud Hermolaï Barbari, Malui divinator videri, quam Ætoliae cicada. V. Erafni Chil.

ACANTHICA MASTICHE, [Ακανθία μαστίχη] Lacryma Helxines herba, de qua fuit Plin. lib. 21. cap. 16. Helxine rara viu est, neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti malum extubrat coniectum sua fronde. Hujus vertex fumus lacrymam continet jucundi saporis, Acanthicus masticum appellant.

ACANTHILIS, idis. f. Avis est, qua & **ACANTHIS** dicitur. Testis Hermol. in Plin. lib. 10. cap. 33.

ACANTHION, five **ASCANTHUM**, ii. [Ακανθίον] Spinae genus. Plin. lib. 24. cap. 14. Acanthion verti potest Latine Spinula.

ACANTHIS, idis. f. [Ακανθίς] Avis est minima. De qua sic Serv. in Virg. 3. Georg. Acanthis, quam alii Lufcinam esse volunt, alii vero Carduelim, qua spinis & carduis pascitur: ut inde etiam apud Graecos αἰαλάνθις dicta sit, ἀπὸ τῶν ακανθῶν. Id est, Spinis quibus pascitur. Plin. lib. 10. cap. 74. Et acanthis in spinis vivit, idcirco afinos & ipsa odit, flores spinae devorantes.

Acanthia si vincat Cornix. Id est, Cum Cornix vicerit Acanthida, hoc est, Nunquam. Fieri enim non potest, ut Cornix Acanthidem vincat. Calphurn. Bucolicus poeta, Ecl. 6. 7.

Afyle credibile est, si vincat acanthida Cornix, Vocalem supererit turpis aedona bubo. Acanthis enim vocalis est avis, & in primis canora. Cornix obstrepta quidem, sed minime canora. Acanthis est etiam genus herbae, qua Latine Senecio dicitur. Plin. lib. 25. cap. 13.

ACANTHON, [Ακανθών] Mons est Ætolie, cuius meminit Plin. lib. 4. c. 2.

ACANTHUS, i. m. [Ακανθός] Genus herbe, de qua Plin. lib. 22. cap. 22. Acanthus est topiaria & urbana herba, elato longique folio, crepidines marginum, affurgentiumque pulvinorum toros vestiens. Virg. Ecl. 4. 20.

Mitfaque ridenti colocasia fundet acantho. Ridenti, id est, Læto, ait Servius.

Quæ Acantho scriptores tribuunt (ait Philander) tam quadrant herbæ vulgari quæ refert pedes ursi anteriores, Brancha urfina appellata, ut nihil amplius dubitandum sit, eam ipsam esse. Diocor. etiam Herpacantham ait vocati, lib. 3. cap. 19. Folia habet multo quam

laetuca latiora, longioraque, erucæ modo divisa. Nam cum easule sit duorum cubitorum altitudine, crastitudine digiti, per intervalla sub ipsum usque verticem foliolis quibus unum oblongis veluti mucemantis vestito, ex quibus candidus prodit flos, femine oblongo & lato, capitulo thyrsi figura. V. pl. η φίλανδρον in Vitru.

Acanthi folia veteres ob palestritudinem & figure elegantiam insculpentes columnatum Corinthiarum capitulis. Cuius rei intentionem latissime exequitur Vitruv. Veltibus quoque pretiosis figuram fulorum acanthi circutexebant. Unde Virg. i. En. 649.

Et circumtextum croco velamen acantho. Crocum, id est, aureum. Praemiserat enim poeta,

Ferre jubet pallam signis auroque rigentem. Mox subjunxit,

Et circumtextum, &c. Tale est illud Ovid. 13. Met. 701.

Acanthus flexus. Virg. 4. Georg. 123. Quod idcirco dixit poeta, quia suo ductili flexu identiter in topiarum opus intorqueretur. Quia de etiam causa Tortos appellata acanthos. Columel. lib. 10. de Cinara loquens.

Mollis acanthus. Virg. 3. Ecl. 45. & 4. Georg. 137.

Olenus acanthus. Laetant. de Phenice;

Non cañæ mitis, nec olentis vimen acanthi.

Rutilus acanthus. Calphurn.

Quem modo cantantem rutilo spargebat acantho.

Sidonius acanthus. Stat. 3. Sylv. 1. 37.

Hic tibi Sidonio celum pulvinat acantho

Texitur, & signis crescit torus aper eburnis.

Acanthus, Arboris nomen. Virg. 2. Georg. 119.

Quid tibi odorato referam Iudanica ligno

Ballafraga, & bacca semper frondentis acanthi? Ubi Serv.

Acanthus, arbor est in Ægypto semper frondens, ut oliva, latus: Acanthos dicta, quia spinis est plena. Abundat hac etiam Circina infusa. Ruellius putat hic errare Servium.

Acanthus, Adij. [Ακανθίας] Quod est acanthi aut acantho simile.

Plin. lib. 25. cap. 7. Spectatur foliis acanthinis. Caules acanthini. Columel. lib. 9. cap. 4.

Acanthus, [Ακανθός] Puer fuit regius, conversus in florem sui nominis. Est item civitas Ægypti prope Memphis. Præterea etiam Macedonia, & Ætolia. Plin. lib. 4. cap. 10. De hac metamorphosi nihil compert. Forte legendum Puer egregius, & confunditur Acanthus cum Hyacintho. Nam aliis est Acanthus Authonoi Fil. in avem sui nominis conversus apud Antonin. Liberal. F. 7.

ACAPTEA, [Ακαπταῖ] Populi sunt circa Maeotim: de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

ACAPIS, Fluvius Alia apud Lazos populus. Calepin.

ACAPNA, [Ακαπνία] ligna (de quibus est titulus apud Martial. in Xenis) ea videnter esse, quæ Ulpi dicuntur ligna cocta, ne fumum faciant: Nam οὐκ εἶναι, Sine fumo interpretatur. De lignis ejusmodi Cato de R. R. cap. 130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perfergunt, & in sole ponit: peribunt bene: ita neque fumos erunt, & bene ardebunt. Est & mellis genus, quod eadem ratione Acappon Plin. appellat, lib. 11. cap. 16. Strab. Acapniston.

Acapnos thyria. Sacrifici abfque fumo. Dicitur de nimis tenui convivio, & in quo nihil cocti obsonii apponitur. V. Erasm.

ACARA, [Ακάρα] Oppidum est in medio Pannoniae.

Elt etiam alterum hujus nominis oppidum in octava Italie regione, non procul a Regio Lepido, cuius meminit Strab. lib. 5.

ACARNANIA, [Ακαρναία] Est regio & pars Epiri, quam Achelous annis ait Ætolia separat, mersa medio finu Ambracio. Plin. lib. 4. cap. 1.

ACARNAN, anis. [Ακαρναί] Ovid. 8. Met. 569. de Acheloo fluvio, Annis Acarnarum latissimum. Qui est (ut ita dicam) de Arcanaria. Virg. 5. En. 298.

Hunc Salius simul & Patron: quorum alter Acarnan,

Alter ab Arcadia Tegea de fanguine gentis. Acarnan (ait Serv.) id est, Epirota. Acarnania enim est pars Epiri.

Est & Acarnan, seu (ut alii legunt) Acarnas, mons Attice admodum lapidosis. Sem in Hippol. 1. 5.

Subditus autris frigora molliit Durus Acarnas.

ACARNANES, Curetes & Abantes, iidem fere sunt. Nam hi Eubeam incolumi traduntur, bellumque continentur de Litanleo campo cum vicinis gerentes, tandem ab hostibus in pugna per crines anteriores apprehendi ac devicti, sinciput polœa rafile, relictis tantum occipito capillis: Unde Curetes dicti, id est, Detonii. εντὸς τοῦ νερού, id est, Tonfur. Quapropter Homerius Abantes post tergo comantes dixit. Hi polœa migrantes in Ætoliam atque Epirum, vocati sunt Acarnanes, quali Minime rati, quod detonos crines succrefescere permisit. Strab. lib. 10. & Volaterr. Geograph. lib. 8.

ACARNANICUS & ACARNANIUS, Adj. [Ακαρναῖος] Unde apud Lucian. in Dialog. Meretricis, Acarnanias porcellus: & Eridan. in Chiliad. Acarnanicus equi, hoc est, Epiroti, quod de optimis dicebatur.

ACARNE, [Ακαρνή] Oppidum est Magnesia, regionis Thefalæ, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 9.

Eft ciuitate Acarne, Pitris marini genus, teste eodem Plin. lib. 32. cap. 11. Acarne quoque Theophrasto, Herba quadam aculeata, Attractylidi similima, spicin habens pro folio, fuce pingui, & colore rufo.

ACARON, [Ακαρόν] Myrtus sylvestris, Plin. lib. 15. cap. 7.

ACAROS, [Ακαρός] Frutex est aculeatus, qui & Oxyrrhincus, & Chamaemyrhina, & Latine Ruscum appellatur. V. Ruell.

ACARRA, η [Ακαρά] gemina, Urbs est Achæia, teste Steph. unde fit gentile **ACARRAUS**, Ακαρραῖος.

ACARUS, i. [Ακαρίς] Tinea genus in cera nascens, quod omnium animalium minimum esse extimatur. Ex Aristotle lib. 5. de Hist. Animal. cap. 32. Gaza interprete. Dicitur ακαρίς, quod indistibile & infestibile Græcis dicitur.

ACASFA, [Ακασφά] Nympha, Oceani & Tethys filia. Hesiod. in Theog. aliquando dicitur & Actæa.

ACASUS, [Ακασφός] fuit Laodamia pater. Id quod ipsa testatur apud Ovid. 13. Epist. 25.

ACASUS, Magnesia rex, a quo Peleus fraterna cæde purgarus est, & expiatu. Cum autem Peleus juvenis esset ac castus, ab Acalli uxore de stuprotentatus renuit. Illa itaque fallo apud virum se ab eo tentanti deferens,

deferens, efficit ut ab Ascto ad venationem nitteretur, ut ibi a fera ris differeretur: quas cum virtute superasset, domum reversus, Asctum cum conjugi interfecit, eorumque regnum invaserat. Author en-rator Apollonius. Volater. Hujus Ascti exorem nonnulli Creteidem, alii Hippolytus appellant.

A C A S T Is fuit Pelops Thestorum regis filius, venator sagittis clarus, cuius memini Ovid. 13. Met. 25.

A C A T E L E C T I C U S, [ἀκατελέκτικος] Versus Grammaticis dicitur, 'cui nihil deest, nihil abundat'. Huic opponitur Catalecticus, cui una deest syll. ba, & Hypercatalecticus five Hypermeter, qui in fine una vel pluribus syllabis longior est confusa mensura. Cic. Att. 13. 19.

A C A T E L E P S I A, *ακατελέπτια* Incomprehensibilitas. Cic. Att. 13. 19.

A C A T E L E P T O N, [ἀκατελέπτων] Quod comprehendendi non potest. Sic interpretatur Cic. lib. 4. Acad.

A C A T I U M, *ακάτιον* Navigii genus actuarium. Author Plutarch. Pollux quidem velum in navi maximum actione vocari tradit: sicut minimum, dolonem: tertium vero quod retrorum primitur, epidromon. Haec tenus Hermolaus. Plin. lib. 9. cap. 30. Concham esse ac tunc modo carinatum, inflexa puppe, protra rotata. Cum Polluce & Hermolaus sentit Baythus, docens Acatum & pro Navigio accipi, & pro Maximo velo navis. [Diminutivum est ab *αὔρας* & respondet Scaphæ, uti docuit Scheff. de Mil. Nav. 2. p. 70. & 78.

A C C

A C C A L A U R E N T I A, [Ἀκάλα Λαυρέντια] Fanstuli pastoris uxori, quæ Romulum & Remum lactavit atque aluit. Serv. in Virg. 1. Æn. & Liv. 1. Decad. lib. 1.

A C C A B I C O R I G I T I K A, [Ἀκαβίσιοντική] Populi sunt in Mauritania, non procul a monte Atlante, ita dicti ab oppido, cui Ἀκαβίσιον. Acabicus murus, non erat. Author Steph.

A C C A L A I A, *ακαλαία* publice Laurentina, quibus sacrificium fiebat ad sepulchrum Accæ. V. Varr. de L. L. 5. 3. & Gell. 6. 7.

A C C A N T O, *ακαντόνια* are. Juxta cantare. Stat. 4. Sylv. 4. 55.

— & magni tumuli accanto magistri.

A C C A R O N, [Ἀκάρων] Urbs est Iudeæ Palestinae, quæ postea ab Herode infrausta, in gratiam Augusti Cæsarea appellata est. Pompon.

A C C E L O, *ακέλον*, *ακέλοντα* *ακέλοντας* *ακέλονται* *ακέλονταις* cre. ex Ad & Cedo Compotum. Est proprie ad Aliquid proprius venire.

Accedere ad fores. Ter. Adel. 4. 4. 23. Ad illas ibo, ut purgem me: accedam ad fores. Idem Phorm. 5. 6. 27. — ad fores

Superno gradu placide ire prexxi: accessi: astuti.

Idem Andr. 1. 1. 104. Ad flamman accessit imprudentius. Cic. Fam. 4. 4. Et ad Cæsarem supplex accederet. Sic Accedere ad desperatos. Cic. Fam. 8. 16. & in Pison. 1. 65. Non audebit accedere ad ludos. Idem 7. Verr. 94. Prædones accedere incipiunt ad Syrcusas.

Accedere ad manum. Cic. Att. 2. 16. Si muli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, alii autem negligant.

Prope ad te. Plaut. Milt. 4. 6. 55.

In provinciis, in fenatum, in funis, &c. Cic. Att. lib. 5. Bibulus punitabatur quidem etiam nunc in provinciam suam accedere. Eadem lib. 7. Ne ante in fenatum accederem, quam rem concessem. Idem lib. 2. de Legib. Quocirca Pittius omnino accedere quenquam vetat in funis aliorum. Idem pro Cœtin. Obituisse ne in aedes accederes. Idem in Pison. Accede in regnum.

In oppidum. Cic. 6. Verr. Ipse in oppidum accedere noluit.

Scopulos. Virg. 1. Æn. 204.

Vos & Scyllæam rabiem, penitusque sonanteis

Accessit scopolos. Ubi Serv. Bene ait Accessit, non enim passi sunt haec pericula, sed his fuere vicini.

Menibus, & ad moenia. Liv. Decad. 4. lib. 4. Annibal, quem prope jam monibus accessisset, nullo ad conspectum primi agminis, ut rebatur, motu facto, castra ab urbe ferme passus mille locat: Tarentum triduo antequam Annibal ad moenia accederet, &c.

Accedere rei judicata aliquid dicunt, cum cautio a reo datur actori, que executionem non tollit. Ulp. I. 4. §. si ex conventione. D. de re judic.

Ad aliquis sententiam, id est, Aliqui subscriberet, & sententiam aliquid approbare. Ulp. I. 4. §. ait pretor. D. de re judic.

Alicui ad arem. Cic. 5. Verr. Si tibi ad arem accessisset, & dixisset Apronium diciture te sibi esse focum.

Accedere inter initia morbi dicitur medicus. Cels. lib. 3. cap. 1. Ibi deliberatione & mutationi remediorum tempus patet: adeo, ut raro, si inter initia medicus accedit, obsequens ager sine illius vitio pereat.

Accede huc. Plaut. Curcul. 5. 2. 28. Accede huc tu. Ter. Eun. 3. 2. 19. Ubi tu es Dore? accede huc.

Accedere obviam. Plaut. Trinum. 5. 2. 14.

— modo mihi adventienti nugator

Quidam accessit obviam. pro. Obviam mihi venit.

Prope, aut proprius. Plaut. Rud. 3. 4. 3. Jube modo accedit prope. Cic. pro Cœtin. Tamen accessit proprius.

Comitus. Cic. Att. 2. 2.

Ad rempub. Hoc est. Ad magistratus & rempublicam gerendam se conferre. Cic. pro Ros. Amer. 3. Propterea quod nondum ad rempub. accedit. Idem 1. Off. Iraque eos ad rempub. ne accessuros quidem putant, nisi coactos.

Ad rempub. liberandam. Cic. 11. Fam. 10.

Ad periculum pro Adire periculum. Cic. 1. Verr. Pro exterarum nationum commodis iniurias suscipere, ad periculum accedere.

Periculum, sine propositione dixit Plaut. in Epid. 1. 2. 46.

In infamum. Plaut. Trinum. 1. 2. 84.

Accedere febris dicitur, cum in aliquem invadit, & ejus contrarium est Decedere. Cic. Att. 7. 2. Quartarium Pamphilus tuus dixit decessisse, & alterum leviorum accedere.

Accessit febris, & Accessit somnus Celfo locutiones valde familiares.

Accessit verbum ad aures. Cic. in Vatin. 4. Non putas fas esse, ver-

bum ex ore exire cuiusquam, quod non jucundum & honorificum ad aures tuas accedit. [Nisi legendum accidit.]

Accedere, pro Infiper addi, adjungi vel augeri, duntaxat in tertii personis: variis modis construitur. ut, Hoc accedit huic rei, & ad hanc rem.

Accessit illi ætas. Cic. de Orat. lib. 1. 254. Solet idem Roscius dicere, se quo plus fibi atatis accederet, eo tardiores tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum.

Accessit illi animus. Cic. Att. 5. 5. Callio qui Antiochia tenebatur, animus accessit. Liv. 4. ab Urbe, Dictator ac Romanis, quod detrectaret pugnam hostis, animi accessere.

Accedit nobis illud incommodum. Cic. pro Quinct. 3. Illud quoque nōs accedit incommode, quod M. Junius, qui, &c.

Accessit illi ira. Sil. Ital. lib. 16. 13.

At juvenis cui, telum ingens, accesserat ira, Barbaricam afflens magno clamore bipennam. Inicit.

Ad reliquum suariorum laborem accedit etiam personæ difficultas. Quintil. lib. 3. cap. 8. 33.

Accedit haec in ornatum operis. Quintil. lib. 2. cap. 3. 5.

Accedit cumulus ad eam liberalitatem. Cic. Fam. 12. 26. Quare a te peto, ut ad eam liberaliterem, qua fine meis literis usus es, quam maximus his literis cumulus accedat.

Accedit aliud malum. Cels. lib. 3. cap. 10. Considerandum est etiam, febres ne sôla sint, an alia his quoque mala accedant. Id est, Num caput doleat, num lingua aspera, num praecordia intenta sint. Græci medici qua morbis accedunt *αναποτίθενται* vocant.

Accedit plurimum pretio, pro Valde augetur pretium. Columel. lib. 3. cap. 21. 6.

Accessit operi manus extrema, pro Imposita est, five etiam addita est. Cic. de Clar. Orat. 126.

Accedere nihil potest ad amorem. Cic. lib. 15. Epist. Nam ad amorem nihil poterat accedere. Idem de Fin. 4. 67. Ad virtutis autem summa accedere nihil potest.

Accedere ad amicitiam alicuius. Cef. 1. Bell. Civil. c. 48. Neque civitates, quæ ad Cæsariam amicitiam accederant. Hoc est, Quæ Cæsari se adjunxerant.

Accedit magnum pondus ad tollendam dubitationem. Cic. Fam. 11. 29. In utramque partem multa in mente veniebant: magnum pondus accedit ad tollendam dubitationem, iudicium & contumum tuum.

Accessit mihi hoc ad labores reliquos. Cic. Fam. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit. Idem Fam. lib. 12. Ad haec officia vel merita potius jucundissima consuetudo accedit.

Fortunis pernicias. Cic. 3. Verr. Neque tanta fortunis omnium permisces potest accedere. Nisi legendum accidere. Ter. Hec. 3. 5. 56.

Quia paululum vobis accessit pecunia, sublati sunt animi. Robur atati. Cic. pro Cælio 73. Cum autem paulum jam roboris accesserit atati, in Africam profectus est.

Spatium morbis. Cels. lib. 2. cap. 11. Opus etiam esse cucurbitula potest in morbis longis, quanvis iam & iis spatium aliquod accessit, five corrupta materia, five spiritu male habente. Id est, Quamvis non sint recentes, sed his aliquot jam dies laborent ægi.

Senecta. Hor. 2. Epist. ult. ad finem.

Lenior & melior his accedente senecta?

Accedit ad majorem foecordiam. Plin. lib. 2. cap. 7. Innumerous quidem deos credere, atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Poenam & Beneficium, majorem ad foecordiam accedit.

Accedere indici aliquem. Tacit. lib. 5. Sed Minutius & Servae dannati, indicibus accessere. Hoc est, Bona illorum indicibus accusatoribusque cessere præmii loco. Simile est illud apud Liv. lib. 5. Decad. 5. Sed alii prolatum verbis: Bonaque corum, qui interfecti effient, & extulim, polliider qui arguebant.

Accedere dicuntur, Qui tanquam appendices sunt contractus emptio-nis. Varr. lib. 2. de R. R. cap. 9. Quibus gregibus canes sine pastoribus accesserint, Ibid. Hlerique stipulantur ut accendant canes, qui confuerentes esse una.

Accedet tibi a me haec dona. Liv. 7. Bell. Pun. Super dotem, inquit, quam accepturus a focero es, haec tibi a me dotalia dono accedit.

Accedit absolute. Plaut. Perf. 4. 4. 116. Pro vestimentis decem accedit mince. Cic. Torquat. lib. 6. Illud satis est, præfertum quum accessit nihil novi.

Accedit ætas vino, cum veterascit. Cels. Atque etiam illud vinum, cui nihil adhuc ætas accessit.

Accedere ad caufam, pro Caufam suscipere. Cic. de Divin. in Cœcil. 12. Utrum Q. Cæcili hoc dices, me non Sicularum rogatu ad caufam accedere?

Accedit ea res in cumulum. Cic. de Lege Agr. 62. Acceserint in cumulum manubia vitorum imperatorum.

Accedere item pro Adili, cum adverbris, Huc, Eo, & Eodem: modo sequente Quod, modo sine ipso. Cic. pro Ros. Amer. Eo accessit studium doctrinae. Hoc est, Ad id vel illud. Idem Att. 1. 8. Accedit eo quod mihi non est notum. Idem 5. Verr. Eodem accedit, quod hoc quoque intelligere potestis. Cic. pro Ros. Amer. 6. Huc accedit fumius timor quem mihi natura, pudorque meus attribuit. Cic. Fam. 8. 2. Accedit huc, quod poltisidie ejus Abfolitionis in theatrum Curiosus Hortensius introit.

Accedit quod, etiam sine adverbis supra dictis. Cic. Att. 13. 21. Accedit enim quod patrem, (ut scire te puto) plus etiam quam non modo tu, sed quam ipse sit, amo. Idem pro Ros. Amer. 4. Accedit illa quoque causa, quod a careris fortis ita petuum sit, ut dicent. Liv. 5. Bell. Maced. Accedebat, quod alter decimus annus propter annum illudius in oculis hominum fuerat. Plin. in Praef. Mea quidem temeritatem accedit hoc quoque, quod levioris operis hos tibi dedicavi libellos.

Subauditur nonnunquam ipsum quod. Ter. And. 1. 3. 10.

Ad haec mala hoc mihi accedit etiam: haec Andria, Sive ita uxori, live amica est, gravida e Pamphilo est.

Accedit ut. Cic. de Senect. 16. Ad Appii Claudi senecluem accedebat etiam, ut cœcus esset. Idem ad Brutum, Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.

Accedere, Similitudinem significat. Cic. pro Rabir. Vos Quirites quorum potestas proxime deorum immortalium accedit, oro. Id est, Quorum potestas deorum potestatis simillima est. Idem aliquando effertur per dativum. Quintil. lib. 10. cap. 1. Ilomero maxime accedit Virgilius.

Accedere ad similitudinem alienus rei. Cic. Att. lib. 7. 2. Quod tam proprie accederet ad similitudinem tua litera.

Propius ad similitudinem deo. Cic. de Nat. Deor. lib. 1. 97. Ad similitudinem enim deo proprius accedebat humana virtus, quam figura.

Accedit proximus illi. Cic. in Bruto 173. Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo tamen proximus.

Accedere virtutis. Cic. Fam. 11. 21. Sed velim tibi persuadeas, cum te confiteretur excellere hoc genere virtutis, ut nunquam extimescas, nunquam perturbare: me huic tuae virtuti proxime accedere.

Accedere, pro Astarti, dativo jungitur: & nonnunquam accusativo cum prepositione Ad. Quintil. lib. 9. cap. 4. Accedam in plerisque Ciceroni. Et alibi saepe.

Sacramento aliecius accedere. Tacit. lib. 1. Hist. C. 70. Cæcina paucos in Helvetiis moratus dies, letum ex Italia nuntium accipit, aliam Syllanam, circa Padum agentem, sacramento Vitellii accessisse. Hoc est, Adjunctam esse.

Sententia cuiuspiam. Tacit. Hist. 2.

Ad pactionem, pro Confidente. Cic. Att. lib. 8. Nec illos congregaflos, nec si congregati essent, Pompejum ad ullam conditionem accessum putabam.

Ad conditionem, pactionemque. Cic. 5. Verr. 69. Condemnari cum iustis invidia, infamiaque malebant, quam ad ejus conditionem, patitionesque accedere.

Societatem aliecius. Tacit. Ann. 12. 31. Quod primi Iceni abnuere, valida gens, nec prædis concusfa, quia societatem nostram volentes accecerant.

A C C E D I T U R, Imperf. Cic. pro Cæcin. Ad eas cum accederetur, iste cum omnibus copiis praefato fuit.

A C C E S S U S, a, um. [ἀπόστησις] Atj. sive Partic. a passivo Acceditur. Ovid. Faſt. 5. 582. de Parthis loquens.

Gens fuit & terris & equis & tute fagittis:

Et non accessus invia fluminibus. Alii legunt, Et circunfluis, &c. **A C C E S S U S**, us. [ἀπόστησις, ἀπόστηση] Verbale ab Accedo: cui contrarium est, Abcessus, difcessus, vel recessus. Cic. de Orat. 3. 178. Ut luna accessus & recessus suo foliis lumen accipiat.

Accessus anxius. Plin. lib. 12. cap. 8. Conterminta Indis gens Ariana appellatur, cuius spina lacrymarum pretiosa, myrræ similis, accessus propter aculeos anxi.

Accessus maris, & recessus dicitur, cum ad nos affluit & refluit: qui propriæ Æstu dicitur. Cic. de Divin. 2. 34. Quid de freati aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus & recessus luna motu gubernantur.

Accessus fluminum. Sen. lib. 3. Nat. Quæſt. Procellæ quatunt mare, tunc primum auctum fluminum accessu.

Accessus ventorum. Virg. 3. Æn. 570.

Portus ab accessu ventorum immotus & ingens Ipse.

Accessus ad. Cic. de Nat. Deor. 2. 33. Beſtias autem sensum & motum dedit, & cum quadam appetitu accessum ad res futuras, a pestiferis recessum.

Accessus ad urbem. Cic. pro Milon. 53. Illi, etiam si hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuſſe metuendum.

Accessus & difcessus foliis. Cic. de Nat. Deor. 2. 19. Possetne, &c. accessus difcessusque foliis brumisque cognosci.

Accessus & recessus stellarum. Cic. de Divin. 2. 89. Cum tempore anni tempestatumque celi conversiones commutationesque tanta fiant accessus stellarum & recessus. Per metaph. Cic. Fam. 9. 14. extr. Nihil concione tua sapientius; ita pedetimentum & gradatim tum accessus a te ad cauſam facti tum recessus.

Accessus febris. Plin. lib. 38. cap. 4. Reliquum dant in tertianis accessu februm bibendum.

Accessum dare aliecius. Ovid. 2. de Ponto 2. 41.

Da precor accessum lacrymis mitiliſe nostris,

Nec rigidam timidis vocibus obde foreni.

Negare accessum. Ovid. 10. Epit. 64.

Finge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque,

Quid fecur? accessus terra paterna negat.

Prohibere accessum. Ovid. 14. Met. 65.

Vin tamen agrestum metuens, pomaria claudit

Intus, & accessus prohibet, refugique viriles.

Accessus honinum fugati. Stat. 12. Theb.

— procul usque fugati

Accessus hominum: foliis avibusque ferisque Ire licet.

Mollire accessus. Ovid. 1. de Arte Am. 351.

Sed prius ancillam captare noſe pueræ

Cura sit: accessus molliet ita tuos. Hoc est, Molliores faciet, seu faciliores.

Tacitus accessus. Stat. 2. Sylv. 1.

— timide primum vestigia jungit

Accessus tacito, summosque facit amictus.

A C C E S S I O, ònis. Verbale. f. [ἀπόστησις, ἀποστῆσαι] Proprie Adjectionem & incrementum significat: ut Accessus nummorum, est Quod capit accedit. Id est, Principali, ut vulgo loquimur. Cic. Verr. 5. 76. Populus publice coactus est ei conferre lucri tritici modium x vii, & accessionem HS MM. Idem Ver. 4. 118. hoc vocat Corollarium nummorum. Columel. lib. 1. cap. 7. Ut Lignis & cateris parvis accessiblioni exigendis. Accessio nummorum. Cic. de Amicit. 11. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio juvare potuerit?

Accessiones fortuna & dignitatis. Cic. Fam. 2. 1.

Accessio & Decessio, contraria sunt. Cic. Off. 3. 12. Eorum neque accessione meliore vitam fieri, nec decessione pejorem.

Vol. I.

Accessio & Abcessio, contraria. Cic. de Univers. 38. Cumque ad corpora necessitate cum accessio fieret, tum abcessio, principio necesse erat sensum existere unum.

Accessione adjungere edibus. Cic. Off. 1. 138. Hanc Scaurus demulitus, accessionem adjunxit edibus.

Afferre accessionem ad veteres necessitudines. Cic. Att. lib. 16. 16. Ad paternas magnas & veteres & jutias necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.

Facere fibi accessionem. Cic. Fam. lib. 10. 18. Magnam etiam perditi hostes accessionem fibi fecerint, fiquas copias abstraxissent.

Speciales auctores utuntur hac voce, cum indicare volunt, rem per se non peti, aut confitere, sed quasi Appendicem esse alterius. Plin. lib. 29. 1. Hinc illæ circa ægros milite medicorum concertationes, nullo idem confitente, ne videatur accessio alterius. Liv. 45. 7. Syphax rex captus accessio Punici Belli fuerat, sicut Gentius Macedonici. Plura in hanc rem collegit Nic. Heinicus ad Vell. Patrc. 2. 25. & quos laudat Burman, ad Quintil. Declam. 9. 21. p. 209.

Accessio febris, dicitur Intensio, quæ Græcis dicitur Paroxysmus: cui contraria est Remifatio. Celf. lib. 3. cap. 5. Si vero febres vagæ sint, quia verendum est ne cibum statim subsequantur: quandocunque quis ex accessione levatus est, tunc debet astumere. Plin. lib. 23. Si id dampnum non nisi in excessione fenerit, aliis in remifione.

Accessio, De quovis morbo. Plin. lib. 20. cap. 13. Dederunt & comitiales bibendum decocte succum in cyathis quatuor ante accessiones. Sueton. in Vespas. cap. 23. Prima quoque morbi accessione, ut (inquit) puto. Deus fio.

Accessio, Cic. in Verr. Act. 3. pro eo accipitur, quod vulgo Viro ministrorum vocatur, Timarchides suo labore suisque accessionibus usus, negoti moleſtiam conquebat, ut ad istum fine ulla sollicitudine summa pecunia referretur.

Accessiones etiam Fideiſuſores vocantur a Paulo in I. Si fervida stipulatus. D. De verb. obligat. Accessio est fideiſuſor qui principali debitori accedit.

Accessio, Verbum juris est, inquit Hermolaus. Eo Plin. proprie usus est in proem. lib. 33. Nec hoc fuit fati: turbæ gemmarum pocamus, & smaragdus teximus calices, ac temulentie causa tenere Indiam juvare, & aurum jam accessio est. Quasi dicat (ait Hermolaus) Principalia luxuria irritamenta sunt gemme, accessoria vero aurum argenteumque.

Accessio, pro Accessu. Plaut. Trinum. 3. 2. 83.

— quid tibi interpellatio,

Aut in confluum hue accessio est?

Accessiones in jure etiam appellantur Fructus, partus, & omnis causa.

I. ii. D. De diem addidit. I. 50. D. ad Trebel. In Ædilium vero

edicto quæcumque emptioni accidunt, & præter pretium ab empore

erogantur, accessiones vocantur. I. 25. §. ult. & I. 27. D. De edict.

Possessionum etiam Accessiones dicuntur, quando auctorum, &

& eorum in quos ab his jus transit, possessiones conjunguntur. I. pen. D. de divers. & temp. præſer.

Accessio cedit principali. Ulp. in I. Cum aurum. §. perveniamus. D. de aur. & arg. leg.

Accessori, oris. Verbale. [προσέσθια] Qui accedit. Valer. lib. 5. cap. 7. 1. Nec accessor glorioſus illius pompa, sed author spectatus est. Sed malunt hic alii legere Accessor.

Accessibilis, & e. Glossa Cyril. iερεστης vertunt. Tertull. advers. Præean. cap. 15. Per accessibilem lucem

Accessibilitas, atis. f. ejusdem Tertulliani est dicto loco: ut contraria

[Inmortalitas] ipsi filio adscriberimus, mortalitatem, accessibilitatem.

Accessivus, a, um. Vertit. Glos. Gr. Lat. οὐδεῖται.

Accessiro, are, frequentativ. Gell. 18. 12. ex Cat. Origg. Eodem

convene complures ex agro accessitare.

Accessoriū, ii. Idem est quod Accessio, & sequitur naturam sui principialis.

Initit. De ter. divis. §. quod si partim. I. si eum. §. qui injuria.

D. si quis cauit.

Accelero, as. [προσβάλλω] ex Ad & Celero, active & neutraliter legitur.

Accelerare, active possum, Rem aliquam facere celeriorem. ut, Accel.

erare mortem. Plin. lib. 16. cap. 36. Sil. Ital. lib. 7. 114.

Opem, & C. Star. 1. Sylv. 2. 268.

Accelereret partu decimum bona Cynthia mensem.

Accelerare, neutralizer, Properare, fetinare. Cic. in Catilin. 2. 7. Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam conqueantur.

Accelerare & Tardare, contraria. Plin. lib. 2. cap. 16. 1. Non quia ac-

celerent, tardent, naturales motus.

Accelerare gradum, vel iter, periphrasis pro eo quod est Properare. Liv.

2. ab Urbe 186. Idem 1. Bell. Macc. 108. Cæs. Bell. Civil. 2. 39.

Iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset.

Accelerare aliecius magistratum aliquem. Tacit. lib. 3. ad fin. Consulatum ei acceleraverat Augustus.

Opus accelerare. Stat. 6. Theb. 242.

Præcepta accelerare, Studioſe facere imperata. Claud. 1. de Rapt.

Proſper. 46.

Viam accelerare. Val. Flac. Argon. 8. 53.

ACCELERATIO, onis. [προσβάλλω, προσβάλλω, προσβάλλω] Feltinatio, properatio. Au-

uthor ad Herenn. lib. 3. 13. Continuat, est orationis enuntiatio acceleratio clamora.

ACCENDO, di, sum, [ἀπίω, αἰσχύνει, ἀγρυπνέω, ἀλαζάνω] ere. ex Ad

compositum: licet verbum simplex in usu non sit. Nonnulli tamen ex

Candeo composite dicunt. [Forte ex Celicco Zürden.] Significat au-

tem inflammatio. Cic. de Univers. 28. Deus ipse solem quasi lumen ac-

cendit. Unde Accessus rogi. Plin. lib. 6. cap. 19. Accendi ebenum

Fabius negat. Plin. lib. 12. cap. 4.

Accendere de. Emissus apud Cic. Off. 1. 51.

Homo qui erranti comitem monstrat viam.

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit.

Ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Accendere & Extinguere, contraria. Cic. in Pison. 5. Ego faces jam

accessus ad hujus urbis incendium comprehendi, protuli, extinxii.

Accendere, ad animum, aut res alias translarum, pro Vehementer com-

movever, aut incitare: quod per metraperam quoque inflammarare dici-

tur. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 64. Sed quæ res Marium, cum pro ho-

nore quem affectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat.

D. Accendere

Accendere calore. Plin. lib. 14. cap. 5. Vino natura est hausto, accendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi.
Accendere, ad aliquam rem. Liv. 5. Bell. Pun. Adeo accensae sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos.
In aliquam rem: ut, in Poenam, rabiem, amorem, &c. Plin. lib. 35. cap. 10. Accenso in poenam tyranno. Liv. 9. Bell. Pun. Tuni vero in multo impotenter subito rabiem accendi.

Affectus veitros in amore mei accendere. Tacit. Hist. lib. 1. 83. 6.
Impenitus accendi certamina. Liv. 1. Decad. lib. 4.

Æthus medios. Virg. Georg. 4. 401.

Ipfa ego te, medios cum sol accenderit æstus,
Cum huius herbae, & pecori jam gratarum umbra est,

In secrete senis ducam.

Clypeum auro. Sil. Ital. lib. 15. 678.

Et gemmis galeam, clypeumque accenderat auro.

Curas. Sil. Ital. lib. 7. 529.

Quem potquam rapidum vidit procedere catulis,
Hinc Libys, hinc Fabius, simul accendere sagaces
In subitum curas.

Desiderium panis. Plin. lib. 19. cap. 4.

Fequum stimulis. Stat. 1. Sylv. 1. 39.
Febres. Cels. lib. 3. cap. 9. Sed est circumspecti quoque hominis, &
novare interdum, & augere morbum, & febres accendere.

Ignem. Virg. 5. Æn. 4.

—qua tantum accenderit ignem

Causa latet.

Lignum. Ovid. 15. Met. 311.

Admotis Athamanis aquis accendere lignum

Narratur, minimos quum luna recessit in orbis.

Lumen. Virg. 1. Georg. 251.

Ilic fera rubens accendit lumina vesper.

Martem. Virg. 6. Æn. 165.

Ære cicer viros, Martemque accendere cantu.

Mentes in prælia. Sil. 4. 160.

— in prælia mentes

Accendis, renovaque viros ad vulnera cantu.

Offensiones. Tacit. Ann. lib. 2. Germanicus erat clementior, sed amici accendens offensionibus callidi, intendere vera, aggerere falsa.

Peccati donis. Sil. Ital. lib. 16.

His actis, ductor lata ad certamina plantæ

Invitat, politisque accendit peccatoris donis.

Pertinacia accenditur. Tacit. Hist. 4.

Vicit ratio parcendi, ne sublata spe venie, pertinacia accenderetur.

Prætium rei alieuius accendere. Plin. lib. 18. cap. 25. Nubilo occasu pluviosum hyemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia: sene rō alaperam, & reliquarum vestium accidunt.

Sentus. Lucret. lib. 2. 957.

Et quasi iam lethi dominantem in corpore motum

Discutere, ac pene amissis accendere sensus.

Sitimus. Cels. lib. 3. cap. 6. Hæc enim situm accedit, & tum maxime aquam exigit, quum illa periculissima est. Loquitur de febre.

Spem. Tacit. Ann. 12. Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda spe, aliisque belli incitamenta.

Vitia. Ovid. 1. de Rem. Amor. 133.

Quinetiam accendas vita, irritusque vetando,

Temporibus si non aggrediare fuis.

ACCENDOR, éris, pass. [ἀγενέσθαι] Plin. lib. 2. cap. 38. Mundi certitudo discordia accenditur.

Accendi & commoveri. Cic. de Orat. 1. 114. Præclare se res habeat, si hæc accendi aut commoveri a te possunt.

Accendier, per paragogen, pro infinitivo Accendi. Lucret. lib. 6. 901.

Nonne vides etiam nocturna ad lumina linum

Nuper ubi extinctum admoveas, accendier ante,

Quam tetigit flammam?

ACCENSUS, Partic. ut Accensa altaria [ἀγενέσθαι] Sil. Ital. lib. 1. Accensus in armis. Patrc. lib. 2. 91. 1. Atrrox in Thracia bellum ortum, omnibus ejus gentis nationibus in armis accensis.

Accensus odio, ira, amore. Plin. lib. 17. cap. 1.

Cupidines accensæ. Tacit. Hist. 1.

Flamma accensa. Ovid. 10. Met. 279.

Foci. Ovid. 1. Faft. 76.

Furiis accensus. Virg. 12. Æn. 946.

Furore. Virg. 4. Æn. 697.

Ignis. Ovid. 12. Met. 12.

In iram. Lucan. lib. 3. Et Plin. 17. 4.

Ira accensa stimulis majoribus. Stat. 11. Theb. 100. Et Ovid. 9. Met. 28.

Libidine. Plin. lib. 35. cap. 3.

Luctu. Virg. 12. Æn. 277.

Sentus. Lucret. lib. 2. 958.

Spes alieuius accensa. Virg. 5. Æn. 183.

Sic accensa. Virg. 4. Æn. 364. — Totumque pererrat

Luminibus tacitis, & sic accensa profatur.

ACCENSUS, i. ab Ad & Cenfus compulitum [αγενέσθαι] Ve-

tus Inscriptio apud Constant. Landum in Select. Numism. p. 18. C. OPPIVS C. L. LEONAS VI VIR ET AVG. HONORATVS IN TRI-

BV CL. PATRVM ET LIBERVVM CLIENTVM ACCENSVS. Varr. de Ling. Lat. lib. 6. 3. Accensos ministratores Cato eff. scribit. Festus lib. 1.

Afscripti veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus ascribabantur. Hos & Accensos dicebant, quod ad legionum censum effent afscripti.

Quidam Velatos, quod veluti inermis sequerentur exercitum, nonnulli Ferentarios, quod fundis lapidibusque præfati ea modo ferrent, que in hostes jacarent. Alii Rorarios, quod id genus hominum ante, quam acies coirent, in modum rotantis tempestatis diminaret. Ubi Scalig. & Dacer. V. Nonius Marc. Accensi, genus militie est, administrantibus proximum. Varr. Rhetor. lib. 20. Ut Consules ac Praetores, qui sequuntur in castra, Accensi dicti, quod ad necessarias res saepius accipiuntur, velut accensiti. Idem. 12. 8. Decuriones & Centu-

riones a numero qui in militia preerant, dicebantur, Accensi, qui hic accensibantur, id est, attribuebantur. Varr. de Vita Pop. Rom. lib. 3. Qui de Afscriptis. Cum erant attributi Decurionibus & Centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. Eosdem etiam quidam vocabant Ferentarios, qui depugnabant fundis & lapidibus, his armis, qua ferrentur, non qua tencentur. Hæc ille. Liv. 8. 8. Accensos a novissima acie ante signa procedere jubet. Veget. lib. 2. de Re Milit. Ad obsequia tamen judicium, vel tribunorum, necnon etiam principalium, deputabant milites, qui vocabantur accensi. Hoc est, Postea additi quam fuisset legio completa, quos nunc Supernumerarios vocant. Aſcon. de Praet. Urb. p. 90. Accensus, nomen est ordinis & promotionis in militia: ut minc dicitur Princeps vel Commentariensis aut Cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt.

Accensus, ut ostendit Varr. lib. 5. de Ling. Lat. fuit etiam minister five præco magistratum, ita dictus, quod ad censum solitus esset vocare populum. Plin. lib. 7. cap. 60. 1. Post aliquot annos adjectus est & meridies, accenso Consulū id pronuntiante. Cic. ad Q. fr. tr. lib. 1. 1. Accensus fit eo etiam numero, quo eum majores nostri esse voluerunt: qui hoc non in beneficio loco, sed in laboris ac munericis non temere, nisi libertis suis deferebant.

Accensus & Praeco in hoc convenient, quod ambo Consulū alterius magistratus dicto ad imperium nutumque præsto essent: at ille, ut ad concionem, hic, ut ad comitiam Quirites advocaret. Alex. ab Alex. 2. Gen. cap. 27. V. de Accensis Rosin. Antiq. Rom. 7. 48. & Pitifici Lexicon Antiq. in verbo.

ACCENTUS. V. ACCINO.

ACCEPPO, V. ACCIPPIO.

ACCEPILATIO, ACCEPPIO, ACCEPTO, ACCEPTOR, ACCEPTUS. V. ACCIPPIO.

ACCESORI, ivi, itum, [μεταποιητος] ire. Idem quod Accersere, advenire. Plaud. Pfeudi 1. 3. 92. Accersi hostias. Vulgo Arcelle. Liv. 1. Decad. lib. 3. Placere itaque patrem accersiri. Salluit. Postremo Syllam accersiri jubet.

Accersire capitis, Accusare. Cic. 2. de Invent. 193. Quidam capitū accersierunt.

ACCERSO, is, ivi, itum, [μεταποιητος] ēre. Derivatum ab Accio, significat ire ad vocandum, vel Vocare. Accerso vulgo scribitur, sed minus recte, pro Arcello. Et Vocandi notionem habet & Accensandi, quarum altera ex priori manat, quia qui Accusat Vocat in judicium. Vetus Longus, veteris Grammaticus de Orthographia (Edit. Putsch. p. 223.) erudit in eo quod est ACCERSO, ACCERSO putaverint quādam differentiam esse, ut Accerso sit Voco, tractum ab Acciendo; Arcesso, Summovo, ab Arcendo tractum, sed errarunt: Arcesso enim pro eo quod est Arceo nunquam potest est. Immo Vofius Eym. p. 40. Multis, inquit, argumentis evincere possumus ACCERSO per le non esse Latinum sed posterioribus seculis corruptum ex ARCESSO. Quo correctiores enim Libri sunt & antiquiores, Arcesso habent, non Accerso. Nec novis hic Error, sed a Charilio, Diomedē & Agrestio inculcatus, sicut etiam Glossæ Veteres utrumque habent Accero & Arcello; in hoc autem meliores quam Grammatici, quia utrumque eodem sentu, μεταποιητος, μεταποιησης exponunt, quem Grammatici quādam perperam distinguunt. Ituc igitur V. verbum infra, & quæ sequuntur omnia eo tranter.

Accersire aliquem. Cic. 2. Ver. 17. Accersit alter eos designatus Siliculos: veniunt nonnulli.

Uxorem. Ter. And. 1. 4. 2. Cur uxor non accersitur? Donatus in illud Ter. in Hec. Abduxit suam: sic ait, Abduxit proprie. Accersi enim dicitur ad maritum: Abduci a marito ad diuornum.

Ad se aliquem. Cic. 7. Ver. 89. P. Vectium ad se accersit.

Auxilia ab aliquo, vel ex aliquo loco. Cæf. 7. Bell. Gall. C. 33. Atque ea pars que minus sibi confiderit, auxilia a Vercingetorige accerseret. Sic Cic. 7. Ver. 36. Nec profici quoniam potes, nec accersere res transmarinas ex iis locis.

Ad aliquod negotium: ut, Ad rem divinam, ad bellum. Ter. Hec. 1. 2. 109. Accersi ad rem divinam. Sallust. Gallorum gentem infestissimam Rom. nominis, ad bellum accersunt.

Accersere, cum adverbis de loco & ad locum. Plaut. Catin. 3. 2. & 4. Accersis hinc me. Cic. 4. Tusc. Multa sanc occurunt cur ea quoque accersita aliunde.

Accersitus domo huc sum. Plaut. Stich. 5. 33.

Accersitur lavatum interea virgo. Ter. Eun. 3. 5. 44.

Accersere, suppreſſo accusativo. Ter. And. 5. 2. 8. Ubi voles, accersere. subint. uxorem.

Accersi, infinitivo. Plaut. Amph. Cupio accersi. Ter. Hec. 1. 2. 109. Simulat se a matre accersi.

Accersere mercede. Cæf. 1. Bell. Gall. C. 31.

Accersere orationi splendorē. Cic. 3. de Orat. 86. Translationes orationi splendorē aliquid accersunt. Per metaphoram, pro Aliunde five extrinsecus afferunt.

Accersere, pro Accusare. Cic. 4. Verr. 100. Sin absolutus eris, quis erit tam aens, qui te ex tot tantisque criminibus clavum, post quinque annos statuari nomine accerserat?

Aliquem crimine. Cic. 4. Verr. 78. Quod tum magis invidioso crimine, quam vero accerseretur.

Crime ambitus. Cic. pro Cælio, 12. Nec si semel periculum ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum ambitus crimine accerseret.

Majestatis. Cic. 2. de Invent. 154. Accersit majestatis. Subauditus ablatus Crimine.

Accersivi, præter. Cic. 1. Att. 11. 9. Accersivit ad se, promisit, intercessit, dedit. Idem in Bruto, ad fin. Nec decet te ornatum uberrimi artibus, quas quum domo haurire non posles, accersivit ex urbe ea, que domus est semper habita doctrina, numerari in vulgo patronorum. Rufius lib. 16. Att. Ego autem & ejus librum accersivi, & ad Athenodorus Calvum Icripsi.

Accersere & attrahere. Brutus Att. 17. 6. O magnam stultitiam timoris, idipsum quod verear ita cavere, ut quum vitare fortasse potueris, ultra accersas & attrahas.

Accersite, imperativo, ab Accerso. Ovid. 4. Fast. 263. Idem 15. Met. 640.

Ita bonis avibus, prolenique accersite nostram.

AC C E R S I T U S, a, um. [*παρενθέτης*] Partic. Vocatus.

Accersitus dictum. Cic. 2. de Orat. 142. Cavendum est ne accersitum dictum putetur: permulta tamen acute dicemus. Hoc est, Aliunde, & nimis longe pertinet.

Commendatio. Plin. lib. 13. cap. 1. 1.

Rivulus accersitus & ductus. Cic. pro Caelio 14. Si ipse orietur & nascetur ex se, fortae ut sole commovebor: sin autem ut rivulus, accersitus & ductus ab ipso capite accusacionis vestra, letabor.

Accersitus ad aliquem. Plaut. Cistel. 1. 1. 107. Nam ad matrem accersita sum.

Descriptio accersita, Supervacanea, non nativa, nec propria. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Humus accersita & advecta. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Accersitus aliquis in opere. Cic. Att. lib. 13. 283. 7. Nicias a Dolabella in magno opere accersitus. Vetus exemplar habet. A Dolabella magno opere arcessitus. Dixit autem Magno opere, pro Magnopere.

Sacra adscita atque accersita. Cic. 6. Verit. 102. Nunc vero in communione omnium gentium religione, inque his sacris que majores nostri ab exteris nationibus adscita atque accersita colugunt, negligentes ac disfoluti si cupiamus esse, qui possumus?

Studia accersita aliunde. Cic. 4. Tusc. 3. Hoc autem loco confundant mihi studia doctrinae, multa sane occurruunt cur ea quoque accersita aliunde, neque solum expedita, sed etiam conservata & culta videantur.

Somnus. Propriet. lib. 3. 15. 14.

Accersitus erit somnus in offa mea.

Hor. 2. Sat. 3. 262. Quo reditum erat non arcessitus.

AC C E R S I T U S, sis, m. [*παρενθέτης*] Cic. 1. de Nat. Deor. 23. Nam cum feris Larinis ad eum, ipsius rogatu accersitum venissem. Et Plaut. Stich. 2. 2. 3.

AC C E R S I T O R, oris, m. [*μετακλήσις*] Vocator. Apul. Mittunt e suis accersitorum unum. Plin. Epist. 101. Ammianus quoque 29. 10. (Valer. cap. 1. extr.) Verba placentia accersitoru loqui: ubi Accusatoreum actoremque forem significat.

ACC I D O, is, idi. [*αποτίνω, συγκόνω, αποτίνων*] ere. Quasi ad (id est, iuxta) aliquid cadere. ut, Accidere ad genua. Verbum inventu rarum, nisi in tertii personis. Sueton. in Jul. cap. 20. 9. Ut, ad genua sibi acciderit. Cic. Att. 1. 9. Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. Ter. Hec. 3. 3. 18. Jam ut limen extrem, ad genua accidit. Ubi Donat. Accidere, est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis, propter Ad, quod est Juxta, & cadere.

Accidere, vetusto positum cum accusativo sine prepositione. Plaut. Stich. 1. 2. 31. Certo enim mihi paternae vocis sonitus aures accidit. Pro, Ad aures, vel auribus. Sallust. in Jugurtha. C. 14. Quos accidit? ut quos appellem? Pro, Ad quos, vel ad quorum genua accidit, id est, quibus supplicem. Plerique tamen Codd. habent Quò Accedam?

Accidere pro Cadere. Cæs. 3. Bell. Gall. 14. Ut neque ex inferiore loco sati commode tela adcidit possent, & misera a Gallis gravius acciderent. Ennius in Rhet. ad Hèren.

Utinam ne in memore Petio securibus

Cæsa accidisset abiegnia ad terram trabes.

Accidit auribus, & ad aures, pro eodem. Unde & philosophi, teste Prisciano, Vocem diffundunt, ut sit aer iactus, auribus accidens. Liv. 8. ab Urbe 24. Quod ubi ad aures accidit regis. Id est, Pervenit.

Accidere pro Evenire, dunxtaxat in tertius personis: sed proprie de malis dicitur, sicut Contingere de bonis. Cic. 4. Acad. 2. 18. Et siquid adversi accidit. Idem in Lælio 10. Nihil mali accidisse Scipioni put: mihi accidit, liquid accidit.

Accidit calamitas. Cic. 13. Fam. 8. 5.

Dolor. Cic. 6. Verr. 119.

Accidere cafu. Ovid. 2. Epist. 49.

Si quis illi accidat, pro si forte moriatur. Genus est loquendi ad vietam sermonis atrocitatē inventum: durus enim auditor verbum Mori, cum de viventibus loquimur. Pompon. de Ver. Signif. Si quis ira in testamento scriperit, Siquid filio meo accidit. Damas fervus meus liber esto: Mortui filio, Damas liber erit. Licit enim significatur. Cic. 2. de Invent. 168. Siquid pupillo accidisset. In hac locutione aliquando adiungitur adverbium, Humanitus. Cic. 1. Philipp. 7. Sed pt, si quid mihi humanitus contigisset, &c. Ita Græci iarr. οὐδενά. Diog. Laert. in Teftam. Aristot. Theophrasti & aliorum.

Accidunt etiam bona. Ter. And. 2. 3. 24. Inter aliquid acciderit boni. Ubi Donat. Nota (acciderit) etiam pro bono, & a Terentio, & apud veteres frequentatum.

Accidere aliqui aliquid gratum. Cic. 3. Fam. 1. 4. Omnia quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisti gratissima, i.e. fuisse.

Aliquid aliqui jucundum. Cic. 3. Fam. 11. Quæ scribis ad me, minime mihi miranda, & maxime jucunda acciderunt.

Accidere aliqui aliquid jucundum ex aliquo. Cic. 1. Att. 5. Nam mihi omnia quæ jucunda ex humanitate alterius & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant.

Aegritudo accidit aliqui. Tacit. Ann. lib. 2. 5.

Dubitatio, pro Evenit vel Incidit. Cic. 3. Off. 23.

Facultas. Cæs. lib. 7. 44. Accidere vīa est facultas bene rei gerendæ.

Fama, pro Venit, sive allata est. Liv. 7. Bell. Pun. 164.

Novum, & aliquid novi. Ter. Phorm. 1. 5. 20. Cic. 15. Fam. 2. 11.

Cum admiraretur quid accidisset novi.

Tempus. Cic. 1. Verr. Si quod tempus accidisset, quo tempore aliquid a me requiretur.

Voluntas. Cic. 2. de Invent. 124. Voluntas accidit, ut artem dicendi prescriberemus.

Evenire & accidere. Cic. 6. Fam. 21. 3. Timebam enim, ne evenirent ea qua acciderunt.

Eventus accidit. Cic. 1. de Divin. 104. Mirique a peritis in Asia praedictum est, fore eos eventus rerum, qui acciderunt.

Accidere præter opinionem. Cic. pro Planc. 12. Nihil ut plerunque

VOL. I.

evenit, præter opinionem accidet. Idem 3. Fam. 10. Graviter pri-
mo nuntio commotus sum, quod nihil tam præter opinionem meam
accidere potuit.

Accidit ut ex, &c. Quintil. lib. 2. cap. 17. 20. Adeo ut vix ex ad-
mirabili quodam casu possit accidere.

Accidere præter optatum, Accidere etiam nihil tale speranti. Cic. in
Pison. 36. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex
voluntate. Hoc est, Quanvis non optarem, aut sperarem.

Accidit ad animum. Cic. Att. lib. 3. 61. 4. Quod me vetas quicquam
suspicari accidit ad animum tuum, quod secus a me erga te commis-
sum aut pretermisum videtur.

Accidit de. Cic. Att. lib. 1. 11. 1. Quare ex me quid acciderit de ju-
dicio quod tam præter opinionem omnium factum est.

Accidere aliquid in aliquo, pro Alicui. Cic. de Provinc. Consul. Neque
solum summo in viro, sed etiam in mediocris homine ne accidat pro-
videndum.

Accidit in te istuc verbum. Ter. And. 5. 3. 14. Eodem die istuc ver-
bum vere in te accidit. Hoc est, Eodem die evenit ut istuc verbum,
Me miserum, vere in te competenter, vere tibi convenient.

Quorsum accidat timeo. Ter. And. 1. 5. 30. Id est, Quorū evadat.
Accidit divinitus. Cic. in Partit. 44. Maximeque si id divinitus acci-
dit potuerit videri.

Accidit nec opinant. Ter. Hec. 1. 3. 2.

Accidit possumtum, sequente particula Ut. Cic. 3. Verr. 42. Acci-
dit quum iste a Cn. Dolabella efflagitasset, ut si ad regem Nicomodemum,
regnem Sadalam mitteret, &c. ut illo itineri veniret Lampacum, cura
magna calamitatis, & prope pernicie civitatis. Item Cic. 2. Fam. 10. 1.
Putaresne unquam accidere posse, ut mihi verba decessent.

Accidere, cum infinitivo. Cic. Fam. 6. 12. 1. Dolabellam antea timi-
tummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nec enim accidet mihi
opus esse.

ACC I D E N T, entis, absolute, n [*αποτίνων*] Diffinitur a Diu-
lectis. Quod adest & abest præ subjecti corruptiōne. Quintil.
lib. 5. cap. 10. Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, mo-
dus, & cetera, sunt rerum accidentia. Theodorus qui de eo, an sit, &
de accidentibus ei, id est, τις είναι καὶ πώς, expositum, existimat queri.
Quintil. lib. 3. cap. 6. Quot & qui statut: & lib. 4. cap. de Egreßione,
Perforata cum suis accidentibus ponenda.

Per accidens. V. P.R.

ACC I D E N T I A, quoque vocantur Casus hominum. Quintil. in Æstro Re-
dempto: Decl. 5. C. 3. Quanvis judices in tanta malorum continuatio-
ne jam poterunt nihil ex accidentium meorum novitatem mirari. & C. 23.
p. 126. Hic nanque robustus ac patiens, non molliti proferpis facile,
non accidentibus frangit, &c. Id est, Rebus adversis. conf. Decl. 17.
C. 12. p. 342.

Accidentia, etiam vocantur a Grammaticis, Genus, species, figura,
tempus, & cetera que in orationis partibus accidunt.

ACC I D E N T I A, & Verbale. [*αποτίνων*] ut Accidentia naturæ, pro Eventu.
Plin. lib. 32. cap. 2. Elle vera illam naturæ accidentiam, quod ma-
gis miratur, etiam in locis quibusdam, appositu occurrit exemplo.

ACC I D E N T I A L I S, & c. a Philosophis Essentiali opponitur: sic &

ACC I D E N T I A R I U S, a, um. Accidentia prævalent naturæ, a Schardio &
Calv. laudatur ex 1. 3. ff. de tutela. Sed fructu. In foliis notis Gotho-
fredi ibi & ad 1. 5. ff. de fidejuss usurpatur.

ACC I D E N T I O, idi, istum, [*αποτίνων*] ere. ex Ad & Cædo; Extenuare, affi-
gare, exhaustire. Liv. Decad. 1. lib. 8. 29. 144. Ita prælio uno accidit
Vettinorum res, ut non in castra solum refugerent hostes, sed jam ne
valle quidem ac fossis fræti, dilaberentur in oppida, situ urbium mons
busque se defenserū.

ACC I D E N T U S, [*αποτίνως*] Partic. Tacit. de Moribus German. 19. 2. Acci-
dit crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus.

Accisa dapes. Virg. 7. Æn. 125. Ubi Serv. Accisit, Undique consumi-
ptis. Et hoc est apud nos a.c., quod apud Græcos οὐδει.

Accisa res, Extenuare, affigare, & immunitæ. Liv. 3. 10. ab Urbe.
Sic Accisa opes, apud eundem.

ACC I D E N T O, es, ixi, itum, [*αποτίνως*] ex Ad & Cædo: Verbum in usu
tarillum, Idem significat quod Accio. Plaut. Milit. 3. 3. 61.

Vos modo curate, ego illum probe jan operatum huc acciebo. Al. Ac-
cibo. Ponitur & a Diomed. lib. 1. in secunda conjugatione.

ACC I D E N T O, xi, etum, [*αποτίνως*, ιξερεις, Αγκυρων] ẽre. ex Ad &
Cingo.

Accingere se alii rei, est Eam rem gnavorit aggredi. Virg. 1. Æn. 210.
Illi se præde accingunt. Ubi Serv. Accingunt, Studiose parant.

Accinctos enim Industrios dicimus. Sicut conura Negligentes Disci-
pulos vocamus.

Accingere operi, suppressio accusativo. Virg. 2. Æn. 235.
Accingunt omnes operi. subincel. Sc.

Accingari ad rem curare. Liv. 8. Bell. Pun. 218. Quin igitur ad hoc
accingeris? Id est, Cur te ad hanc rem non paras? vel, Cur hanc
rem non aggredieris?

Accingi ad foridum lucrum. Quintil. 12. cap. 1. Magicas artes. Virg. 4. Æn. 493.

— magicas invitam accingier artes.

Pro, Ad artes accingi. Hoc est, magicas artes aggredi: sive, ut vult
Serv. Ad illas diligenter preparari.

In diffricem. Liv. 2. ab Urbe 54.

Accingere, sine casu posteriore. Ter. Phorm. 2. 1. 4. Tute hoc intristi,
tibi omne est excedendum: accingere.

Accinge, pro Accingere. Pompon. Maccis geminis: Jam ego mihi ad-
ero, dum ego revertor, age ante accinge ad molas. Ex Nonio.

Accingi, pro Armati, instrui: ut Accingi armis, ferro, ense, &c.

Virg. 9. Æn. 74. Acque omnis facibus pubes accingitur atria.

Animos accingere futuris. Hoc est, Præparate ad futura. Val. Flacc.
Argon. 4. 119.

Se aliquo homine. Tacit. lib. 12. cap. 25. Se quoque accinget juvene,
partem curiarum capescituro. Hoc est, Domitium adoptaret, eoque
adverius curas & imperii negotia se muniret, & velut armaret.

Accingi, cum innitivo. Virg. 3. Georg. 46.

— accingar dicere pugnans. Cæsar.

Accingi ad spem majorem. Tacit. lib. 11. 23.

D 2

Ira. Sen. in Medea. 1. 11.
Telis tanquam in aciem. Tacit. lib. 11. 28.
ACCINCTUS, Partic. [ἀκιντός, ἀκίντη] Plin. Paneg. cap. 20.
Ad hoc comitatus, accinctus, & parens. Vet. Glosa. ἀκίντη, Expedi-
tus. comp. Aufon. in Grat. Actione. p. 726.
Accinctus ensis lateri. Stat. 1. Theb. 86.
Accinctus flagello. Virg. 6. Enn. 570.
Animis in magnos usus. Stat. 4. Sylv. 4. 10.
Accinctus studio popularium. Tacit. lib. 12. 44.
ACCINO, is, ui, entum, [ἀκεντός] ere. Ex Ad & Cano compositum,
cuius nullum exemplum occurrit nobis ex authoribus: ab eo tamen fit
Accentus.

ACCENTUS, sis. m. [ἀκεντία] Verbale ab Accino. Diomed. lib. 2.
Accentus, est acuta, vel gravis, vel inflexae clatio orationis, vo-
cise intensio vel inclinatio, aut inflexio. fono regens verba. Nam
ut nulla vox sine vocali, ita sine accentu nulla est: & est accentus (ut
Martian. Capella recte putavit. lib. 3.) velut anima vocis. Accentus,
quidam fatigata vocaverunt, quod capitibus literarum apponenterunt:
alii tenores vel tonos appellant: nonnulli cacumina cliffiore maluerunt.
Sunt autem tres, Acutus', Gravis', & qui ex duobus factus est, Cir-
cumflexus'. V. Diomed. lib. 2. de Accentibus. De quibus Libros
magno scripsisse Apollonium & Herodianum inter Gracos, inter Latini
nos Conseruimus, Priscianus testatur, lib. 15. Hac ille. Quintil. lib.
1. cap. 10. Adhuc difficilior obserratio est per tenores, quos quidem
ab Antiquis dictos tonores compcri, ut videlicet declinatio a Graecis
verbo, qui tonos dicunt, vel accentus, quas Graeci ἀκέντεις vocant,
cum acuta & gravis alia pro alia ponitur. Accentum Cic. sonum vo-
cis appellat in Orat. 1. 17. Mira est enim (inquit) quedam natura
vocis, cuius quidem et tribus omnino sonis, inflexo, acuto, & gravi-
tanta sit, & tam suavis varietas, perfecta in cantibus. Hac voce magis
proprie videtur Annianus usus 16. 12. secundum Valesum. aut
cap. 29. Edit. Gruter. Ahenatorum accentu signo dato. Ita Valefius:
at Occentu Lindebrogius.

Accentus, metaphorice. Lucret. lib. 5. 746.
Tandem bruma nives afferat, pigrumque rigorem.
Reddit, hyems sequitur crepitans accentibus algii.
ACCENTUNCULA, a. diminutiv. Hell. 13. 6. dixit, qui ἀκέντεις,
ita appellatas a Veteribus, itidem memorat.
ACCIO, is, ivi, itum, [ἀκούειν, ἀκάνθη] ire. Accertere, evocare.
Unde acciti esse dicuntur, qui per nuntium evocati sunt. Liv. 1. ab
Urbe, Ludicrum fuit, epiq' pugilesque ex Hetruria maxime acciti.
Accire peregre. Liv. 2. 6. In PEREGRAF.
Pueros. Cic. 5. Att. 88. Tu invita mulieres, ego accivero pueros.
Accire in. Liv. 1. ab Urbe 158. Et Numam ignarum urbis, non peten-
tem, in regnum ultra accitum. Id est, Ultro a plebe evocatum.
Accire per metaphoram. Cic. 5. de Fin. 160. Qui fit fatentur, virtutis
causa, nisi ea voluntatem accire, ne manum quidem versuros suffise.
Accire, id est, Adferret.
Accire absolute. Cic. Att. lib. 13. 48. (al. 47.) Is igitur si accierit, ac-
curram. [Cafus subintelligitur].
Acciri properis literis. Tacit. 1. Ann. 54. Vixdum ingressus Illyricum
Tiberius, properis matris literis accitur.

ACCIRUS, Partic. [ἀκτινογενής] Acceritus, vocatus. Sallust. in
Jugurtha. cap. 102. Acciti ibant. Virg. Enn. 23. & 308.

Spernū figurā accītētū habuītis in armis.

Ubi Serv. Accitis. Evocatis. Adjunctis.

Accita Vitellio auxilia, pro, a Vitellio. Tacit. lib. 13. 38.

ACCIRUS, is. Verbale. [ἀκτινογενής] Advocatio. Virg. 1. Enn. 677.

Regius accitu chari genitoris ad urbem

Sidoniam puer ire parat.

Cic. 5. Ver. 56. Et quinque primi accitu istius evocantur.

ACCENDUS, Partic. pass. [ἀκτινοποτός] Cic. de Arusp. Resp. 23.

Aruipices accendunt ex Hetruria putaremus.

ACCITO, avi, [ἀκτινολόχος] arc. Frequenter accire. Lucrit. lib. 5. 945.

Ut nunc montibus e magnis decursum aquai

Clarior accitat sifientia fecla ferarum.

Id est, Allicit, invitat, evocat ad situm explendam. Vulgo legitur,
Clariclat late.

ACCIPENSER. V. ACIPENSER.

ACCIPITIO, epि, eptum, [ἀκίνης, λαμπάνω, περσιλαμπάνω, περσιληγάνω] ere. ex Ad & Capi. Quintil. lib. 2. cap. 9. Ita eloquentia coalefcere
nequit, nisi sociati tradensis accipientisque concordia. Hoc est, Docto-
ris & discipuli.

Differ. Inter capere & accipere. Ulp. de verb. signif. Alied est capere, aliud
accipere: capere cum effectu accipiunt: accipere, et si quis non sic
accipit ut habeat. Ideoque non videtur quis capere quod est restitutus.
Accipere ab aliquo rem aliquam. Plaut. Pfeud. 4. 2. 14. Ab eo argu-
tum accipies.

De loco aliquo, vel de homine. Cic. Att. lib. 1. 1. 17. Quas cum dolo
malo mancipio accipiebat de Vario diceret.

Ex aliquo. Plaut. Amph. 2. 2. 132. Ex tua accepi manu pateram.

Aliquid in munieribus. C. Gracch. apud Gell. Ita veritus sum in pro-
vincia, ut nemo posuit vere dicere asem, aut eo plus in munieribus
me accipiebat.

Accipi in numero. Plin. lib. 9. cap. 47. Quo in numero Chalcis accipi-
tur. Id est, Est ex eorum numero, & similiter tegitur & vivit.

Accipere astimationem. Cic. Fam. 9. 22. Quum me hospitio recipias,
astimationem te aliquam putas accipere. i. e. simile detrimentum atque
ex astimatione aliq.

Æstatim. Plin. lib. 14. cap. 7.

Animum quietum, aut mentem benignam in aliquem. Virg. 1. Enn. 307.
— in primis regina quietum

Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.

Artes a magistris. Ovid. 9. Met. 718.

Auras taurinis follibus. Virg. 4. Georg. 171.

Benchicum accipere. Ter. Andel. 2. 3. 1.

Beneficium accipere & recipere. Accipit ab aliquo beneficium, qui prius
ei nihil contulit: Recipit, qui jam contulerat. Ex Sen. de Benef.

Colum. Ovid. 14. Met. 844.

Conjugis ora mihi, qua si modo posse videre

Fata semel dederint, eolum accepisti videbor. Id est. Mihi vi-
debor esse felicissimus. [Sed Heinr. habet Αρεβαΐα, q. V. & Burm.
Causam, pro Accipere excusationem, q. V. Cic. 16. Fam. 19. 2. Et si ob
eam rem moraris, accipio causam. Idem in Pison. Quani nos causam
quum accepissimus, &c.

Causam accipere, pro Sufcipere & defendere. Cic. de Orat. 2. 355. Te-
nere que didicis in accipienda causa. Ter. Hec. Pro. 55. Mea causa
causam hanc accipite.

Cognomentum alicuius. Tacit. lib. 15. 74.

Colorem. Plin. lib. 11. 38.

Commeatum. Id est, Profactionem impetrare. Plin. lib. 3. Epist. 4.

Complexum. Liv. 2. ab Urbe.

Conditionem. Valla. Dicimus offero conditionem, vel fero, vel ponō
conditionem: nunquam fere per aliud verbum. Que conditio dum
placuit, etiam fere semper dicimus, accipio conditionem.

Conditionem ab hoste armato, pro Pactum oblatum accipere. Cef. Bell.
Gall. 5. 41. Cicero ad hoc unum modo respondit, non esse confuetu-
dinem pop. Romani accipere ab hoste armato conditionem.

Conditionem pacificendi. Liv. 2. Bell. Pun. 239. Latè tamen quancunque
conditionem pacificandi accepterunt.

Conjecturam accipere quid senerit legis constitutor. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Conflium. Liv. 4. Bell. Pun. 101.

Confilium de plebe, pro Admittere plebeum consulem. Cic. de Clar.
Orat. 55. Quum de plebe confilium non accipiebat.

Decumas. Cic. 4. Ver. 71. Imperat Agrynenibus, ut decumas ipsi
publice accipiant: Apronio lucrum dent. Sic Plin. lib. 12. cap. 14.

Dicificinam ab aliquo. Cef. Bell. Gall. 1. 40. Quos tamen aliquis usus
ad dicificinam, quam a nobis accipissent, sublevaret.

Excusationem. Cic. Att. lib. 16. 1. Attice mea excusationem accipio.

Reciprocum, Afferre excusationem. V. Causam.

Experimentum quo accipere: five natura duce: non alio tradente. Quin-
til. lib. 6. cap. 2.

Exercitum: cui reciprocum est, Tradere exercitum. Cef. Bell. Civil. 2.

Amisso exercitu, quem a Caesare fidei sua commissum accepit.

Fœdera. Sallust. in Jugurtha. C. 14. Postremo Malinisa nos ita instituit
p. c. ne quem coleremus, nisi populum Romanum: ne societas, ne
fœdera nova acciperemus.

Fœnere, subint. Nummos aut Pecuniam. Plaut. Curcul. 4. 1. 19. Plin.
Epist. 9. lib. 3. Reciprocum, Dare scenori.

Fidem. Virg. 8. Enn. 150. Accipe, daque fidem. Id est, inquit Valla.
Accipe sponsonem factam a me, & tu mihi vicissim da tuani. Liv. 4.
Bell. Pun. Legati responderunt, fide accepta.

Fidem accipit Fabula, pro Fabule creditum est. Martial. lib. 1. 5.

Fiduciam. Cic. pro Flacc. 51. Pecuniam adolescenti grandi fœnore,
fiducia tamen accepta, occupavisti.

Formam. Virg. 1. Georg. 10. — & curvi formam accipit ulmus aratri.

Frænum. Virg. 12. Enn. 568.

Urbem hodie causam belli, regna ipsa Latini,

Ni frænum accipere, & vieti parere fatentur.

Fumum accipere. Columel. lib. 12. cap. 12. Lagenam in tabulatum,
quod fumum accipit, repounit. Id est, ut idem in fine ejusdem capi-
tis exprimit, In tabularum, quod suffumigatur reponunt.

Gremio accipere. Virg. 1. Enn. 689.

Ut cum te gremio accipiter latissima Dido.

Honores accipere. Brut. ad Cic. 4. Quum exploratum habere cœpero.

Caesarem honoribus, quos accepit, extraordinariis fore contentum.

Huic reciprocum est, Defere honores.

Humanitatem. Cic. ad Q. fratr. lib. 1. 1. Certe humanitatem iis potissi-
mum tribuerem debemus, a quibus accipimus.

Imperium, pro Parere imperio, jussis obedire. Liv. 5. Bell. Pun. 44.

Reciprocum, Imperare.

Judicium, est Se defensorem controvergia, que movet ostendere, &
item contestari: denique pati, ut judices dentur ad eam rem dispe-
ctandam de qua movetur controvergia. Cic. pro Quint. 63. Judicium
quoniam acciperet in ea ipsa verba quae celebat Nauis, non recusare.
Locutio haec Jurisconsultis frequens est, ut, in l. 2. §. 1. D. Si ex nox-
causa. I. g. §. 3. D. de procurat. & l. 35. §. 2. D. de jurejurando.

Jugum accipere dicuntur boves, Cum jugum non recusant. Columel.
lib. 6. cap. 2.

Per translationem dicuntur etiam homines jugum accipere, pro Imperi-

rium durius & severius pati fave perferre. Liv. 3. ab Urbe 38. Tacit.

Ann. lib. 12. 50. Urbesque Armeniorum Artaxata & Tigranocerta ju-
gum accipere.

Jusjurandum. Cef. Bell. Civil. 3. 28. Reciprocum, Dare jusjurandum,
& defere.

Lætitiam. Plaut. Capt. 4. 2. 92. Nunc hanc lætitiam accipe a me,
quam fero.

Legem. Cic. Off. 3. 109. Quo deprecante accepta lex non est.

Leges a victoribus. Liv. 5. Bell. Pun. 226. Ut vieti a victore leges ac-
cipierint.

Libertatem ab aliquo. Sallust. in Jugurtha. 89. 3. Vos pro libertate quam
ab illis accipistis. Reciprocum, Dare libertatem.

Literas aut epistolam ab aliquo, vulgatum est. De eo dici ad quem feri-
pum est: ut Cic. Fam. lib. 4. 2. Ad tertium Calend. Maxas quoniam effici-

in Cumano, accepi tuas literas. Idem ad Q. fratr. 2. 15. Accepi li-
teras tuas datas Placentie, deinde alteras postridie datas Blandenone.

Sed & is dicitur Accipere literas, cui dantur aut ferendae aut mittendae.

Idem ad eundem, Accipio excusationem tuam, &c. sed accipio ex ea
parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas

accipiunt, heri feribis, ne ad nos perforantur.

Litem ad te. Plaut. Mostel. 5. 2. 23. Accipio hanc ad te item. Id est,

In te transfer, & eam pro me tuo nomine fulcipe: sive, ut vulgo loqui-
tur, Cape super te.

Lumen solis accipit luna. Cic. de Orat. 3. 178. Ut luna accessu &
recellu suo solis lumen accipiat.

Mancipium accipere. V. MANCIPUM.

Mandata. Cic. Philipp. 8. 23. Cui qui non parct, non ab eo man-
data accipienda sunt, sed ipse totus repudiandus. Reciprocum, Dare
mandata.

In manum accipere. V. MANUS.

Metum accipere. Ter. Heaut. 2. 3. 96.

Memoriam de aliquo. Cic. de Amicit. Loquimur de iis amicis quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. Id est, De quibus aliquam fieri mentionem audiuvimus.

Morem. Cic. Off. 3. 44. Itaque praeclarum a majoribus accepimus morem rogandi judicis. Reciprocum, Tradere morem.

Mores. Stat. Achil. 2. 184.

Muneris aliquid, hoc est, Dono. Tacit. Ann. 14. 31. Quasi cunctam regionem muneri accepissent.

Noctem oculis aut pectore. Virg. 4. Aen. 529.

At non infelix animi Phoenissa, nec unquam

Solvitur in fomos, oculisse aut pectore noctem

Accipit. Serv. Quia potest aliud esse sine alio, ut si quis dormiens, mente turbetur.

Nomen. Plin. Jun. lib. 2. Ep. 10. extr. Verendum est, ne ista cunctatio timiditatis nomen accipiat.

Nomen: pro eo, quod Gall. vulgus dicit Recipere ad monstram. Liv. 2. Bell. Pun. lib. 7. Itaque si suum nomen dictator acciperet, & comitis intercessus Tribuni diverterunt. Reciprocum Dare live Edere nomen.

Nuntium. Cic. Fam. lib. 2. 18. Cum optatissimum nuntium accepisset. Reciprocum, Nuntiare, vel Afferre nuntium.

Obfides. Liv. 5. ab Urbe. Mittite qui arma, qui obfides, qui urbem patientibus portis accipiant. Huic responderet, Dare obfides.

Omen. Cic. de Divin. 1. 103. Mi patet, inquit, Persa periit. Tum ille arctius puellam complexus, Accipit omen, inquit, mea filia, erat autem mortua catella eo nomine. Liv. 1. 7. 11. Dextra Hercules data, accipere le omen, impleturumque sita, ara condita, atque dicata, ait. Reciprocum, Facere omnia, vel omen offere.

Originem ab aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Onus. Cic. de Nat. Deor. 2. 159. Quid de babus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipendum figurata, cervices autem nate ad jugum, &c. Id est, Ad onus admittendum.

Opinionem. Cic. Fam. lib. 1. 9. Qui de uno acerrimo & fortissimo viro, meoque iudicio, omnium magnitudine animi & constantia praestans, Q. Metello L. filio quondam falsam opinionem accepserunt.

Palmam. Cic. in Bruto, 173. Cum palmarum jam primus accepserit. Pro, Obtinuerit, adeptus fit.

Pecuniam adversum legem. Plaut. Trucul. 4. 2. 47.

Pecuniam ob rem iudicandam. Cic. Verr. 2. 78.

Pignori rem quampli accipere. Marcius. I. 1. D. quae res pignori vel hypoth. Quid ergo si primum quis litigiosum pignori accepserit. Pap. 1. 2. D. qui pot. in pign. hab.

Pœnas. Lucan. lib. 8. 97.

— nunc accipe pœnas,

Sed quis sponte luam. Id est, Sume pœnas de me quas tamen libens patiar.

Potestatem. Plin. de Viris Illustr. 12. Accepta potestate in castra Personæ venit. Reciprocum est, Tradere, vel dare potestatem.

Præcepta ab aliquo. Cic. de Orat. lib. 2. 35. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquis, legerit, ita ipsa præcepta accepserit. Ad hoc referunt, Dare vel tradere præcepta.

Prædes: cui responderet, Dare prædes. Cic. Fam. lib. 2. 17. Laodiceæ me prædes acceptum arbitror omnis pecunia publica.

Prædia in estimationem. Cic. 13. Fam. 8. Albinius prædia in estimationem accepit. Id est, In solutionem, secundum estimationem.

Provinciam. Cic. Fam. lib. 2. 10. Bibulus provinciam accepserat. Tradere provinciam, ejus reciprocum est.

Rationes a colono. Cic. pro Cæcina. Deinde ipse Cæcina quum circuibret prædia, venit in istum fundum: rationes a colono accepit. Huic responderet, Reddere rationes.

Remp. Id est, reip. administrationem. Cic. Post redit. 5. Remp. illis accepi temporibus eam, qua pene amissæ est.

Rogationem. Cic. Off. 3. 109. Rogationem fusit eam, quam L. Furius & Sex. Attilius ex S. C. cerebant: qua accepta est hostibus deditus.

Rudem, proprie dicuntur gladiatores, dum donantur rude: hoc est, cum remittuntur a munere gladiatorio, accepta virga qua Kudis propriæ dicitur. Per metaph. vero significat Ab arte aut re alia confusa cœlare, Cic. Philipp. 2. 74. Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti?

Sacramentum accipere. Tacit. Hist. 4. 21.

Salutem. Plaut. Epid. 4. 1. 21.

Salutem ab aliquo, pro Liberari. Cic. Audieras ex illo, se a me bis salutem accepisti. Hoc est, capit. iudicio Liberatum est.

Satis accipere. V. SATIS.

Satisfactionem accipere, ea forma qua Accipere excusationem. Cic. Fam. lib. 7. 13. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis.

Cæl. Bell. Gall. 1. 41. 4. Eorum satisfactione accepta &c. Idem 6. 9. 8. Ubiorum satisfactionem accepit.

Sententiam. Liv. 3. ab Urbe, Hac sententia accepta est. Id est, Rata habita est.

Sententiam contrariam accipere, pro Condemnari. Pap. in 1. pen. D. de except. rei judic. Si debitor de dominio rei quam pignori dedit, non admonito creditore causam egerit, & contrariam sententiam accepserit: creditor in locum vieti successili non videbitur, quam pignoris conventione sententiam præcecerit.

Servitum. Tati. Ann. 12.

Societatem alicuius. Tacit. Hist. 4. 26. Sallust. Bell. Jugurth. 71. 15.

Quæque rudes thyrsos hecdis velutitis Acharnæ.

A C H A R N A N U S, Adj. Acharnis oriundus. Nepos 2. 1. 2. Is uxorem Acharnanam civem duxit.

ACHARNENSIS, Idem. Acharnenses *Aχαρνεῖς* Aristophanis Comedia appellata.

ACHARNE, f. Piscis marinus praestantissimus, caput circa $\lambda\mu$ nus Thracie. *Aντίδις αχαρνεῖς* apud Athanacum 7. 9. princ. ex Calliae Cycloibus. Plin. 32. 11. est Acharne.

ACHATES, *αχατές* Nomen proprium comitii *Aeneae*, qui, teste Servio, a sollicitudine dictus est. Diximus (inquit) queri cur Achates *Aeneae* sit comes &c. melius tamen hoc fingitur ut tractum nomen sit a Graeca otyologia, *άχατος* enim dicitur sollicitus, que regum semper est comes. Haec ille, illud Virgilii enarrans, lib. 1. *Æn.* 312.

— ipse uno graditur comitatus Achate.

Alius est Achates de quo Aufon. Idyll. 10. 316.

Spirat enim tecu teftidina Corus Achates.

Ubi Achates videtur quidam fuifse quem in delicio hahuerit Arsinoe, Et ut Arsinoe Venus & Chloris cognominata, ita Achates Corus vel Zephyrus. Jof. Scal. 1. Aufon. Lect. 4.

ACHATES, m. *[άχατης]* Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Achates magna fuit autoritate, nunc in nulla est: Reperta primum in Sicilia, juxta flumen ejusdem nominis: postea plurimis locis, excedens amplitudine numerofa, varietatibus diversis mutantibus cognomina eius. ubi videtur esse generis feminini. Sed haec adjectiva feminina referuntur, ad hoc nomen Gemma subauditum.

Achates, Annulus dicitur, qui minimo digito gefatur: quo vero Index

ornatur, coriannos. Latini autem levis materie annulum, qui minimo gefatur, astyvum nuncupant. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. ult.

ACHEDORUS, V. **ECHEDORUS**.

ACHELOUS, *[Αχελώος]* Epiri fluvius, a Pindo monte fluens, qui Acanthianum ab Etolis dividit: Thoas prius vocatus a celeritate: nomen sub Acheloo rege mutavit, qui cum Alcmaone & Thessalia prefectus, apud eum confedit. Acheloi autem ipsius *Ætolie*, five Epiri fluminis fabulum, Diodor. lib. 5. refert. Strabo quoque lib. 10. & Ovid. 9. Met. 95. conf. Barth. ad Theb. Stat. p. 650. Hug. Grot. 2. de Jure Belli & Pacis, cap. 3. n. 16. De taurinis Cornibus Acheloo tributis. V. Spanhem de Uſu & Praef. Num. Diff. 7. p. 490. Nunc vulgo dicitur *Pachicolam*, *Pachicolans*.

Acheloum Occani & Tethyos fuifse filium tradit in Theogonia Hesiodus, Etolus Achelous. Propertius lib. 2. Eleg. 34. 33.

Nam rufus licet *Ætolis* referat Acheloī.

Fluxerit ut magno fructu amore liquor.

Calydonius. Ovid. 8. Met. 727.

— nixus cubito Calydonius amnis

Talibus alloquitur.

Deformis cornu. Stat. 7. Theb. 417.

— Acheloon utroque

Deformis cornu vagus infamabat Acarnan.

Naupactous. Id est, Etolus, a Naupacto urbe *Ætolia*. Ovid. 2. Fast. 43.

Amphiarides Naupactoo Acheloo.

Turbidus. Stat. 2. Theb. 732.

Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.

Achelous, apud veteres generaliter Aquam significabat. Unde est illud Virg. 1. Georg. 9.

Poculaque inventis Acheloa miserit uvis. Id est, Aquam miserit vino. Author Servius ex Orpheo. Macrobi. quoque lib. 5. Saturn. cap. 18. docet hunc morem loquendi pervergatui fuifse, ut Acheloum pro quavis aqua dicenter, citaque multorum testimonia. [Synecdoche] est Serv. docet, ut in antecedente vers.

Chorianni pingui glandem mutavit arista.

ACHELIOS, Adj. postf. *[άχελωιδης]* Ovid. 16. Epist. 265.

Ut ferus Alcides Acheloa cornua fregit.

ACHELOIDES, *[άχελωιδης]* Id est, Sirenes Acheloi filiae. Ovid. 5. Met. 552.

— vobis Acheloides unde

Pluma, pedesque avium, cum virginis ora geratis?

ACHELOIADAE, *[άχελωιδες]* Eadem qua & Acheloides. Ovid. 14. Met. 87.

Solvit, & Hippotadæ regnum, terrasque calcenti

Sulphure fumantes, Acheloidadumque relinquit

Sirenum Scopulos.

ACHÉLUS, i. *[άχελος]* Nomen proprium viri. Valer. Flacc. 3. Argon. 15. Ambrofus Peleus, ingentem Anceus Achelum

Sternit.

Achemon, sive *ACHMON*, *[άχεμόνη, οὐλάχηλη]* Unus fuit Cercopum, qui una cum fratre Passalo nullo non injuriarum genere in obvium quen debacothabat. Hic erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, qua filios cavere iussit, ne quando in Melampygum incidenter, &c. Reliquum fabulae vide apud Erafim. in Proverb. Ne in Melampygum incidas.

ACHERON, Populi Siciliæ. Cic. 3. Ver. 170.

ACHERIUS, Orator, tempore Augusti Cæfaris, cui tanta orationis celeritas fuit, ut & virtutem heret, & bracteata Cæfaris Augusti sententia ad id circumferatur, Achenus noiterfluminandus est. Is cum libertum reum defenderet, cui objicebatur, quod patroni concubinus fuifset, dixit, Impudicitia in ingenio crimen est, in ierro necessitas, in liberto officium. Ex Cal. lib. Antiq. Lect. 15. cap. 11.

ACHERONIS, idis & idos. *[άχερον]* Epitheton populi albae. Texebant (ait Parthasius in Claud.) libi Baccha coronas ex alba populo, quod ea arbor inferna credebat, & (ut in Harpocration) juxta ripas Acheronis enata, eoque ab Homerio Acheroïda appellarunt.

ACHERON, on. m. *[άχερον]* Dicitur a poëtis Fluvius inferorum. Servius autem apud Virg. 6. *Æn.* 107. scribit locum esse in Campania, montibus septem, ales ut nec orientem, nec occidentem foliem possit apicere, sed tantum medium diem, non procul a Baïs, ubi necromantia exercebatur: cui vicina loca omnia calidis & sulphuratis aquis sculent. Est item Acheron, fluvius Epiri & etiam Lucaniae, teste Plinio.

Acheron a Servio in 6. *Æn.* dici putatur, quasi Sine gaudio. Siquidem &, particula est privativa: *χαῖρων* gaudentem significat. Sunt qui malint *αντί τοῦ αχέροντος καὶ πᾶν*, quasi Doloris tristitiaque fluvius. Virg. 2. Georg. 492.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas:

Atque metus omnis, & inexorabile fatum;

Subiecti pedibus, strepitumque Acherontis avi.

Id est, Omnes mundum in mortem trahentis. Servius.

Acheron, *[άχερον]* teste Strab. lib. 7. p. 224. Fluvius est in agro Brutio, ubi Alexander Moloforum rex trucidatus est, Dodonae deceptus oraculo, Acherontem atque Pandolian cavernas habentes. V. plura apud eundem. lib. 8. 237. & Liv. 8. 24.

Acheron (ait Parthasius in Claud.) ad Heracleam Ponti fluvius est, ab Acheronte Mariandynerum rege dictus, ut Telus Andro refert. Is potest Soomautes à Magarenibus quibusdam nautis vocatus est, qui tempore statim mari illuc evaserunt, ut canit Apollonius. Ejusdem nominis alter apud inferos esse fingitur, ad exprimentem macrem quo charismos quoque vita functos effimerimus. Alter Academicus: nam quicquid fecisse dixilive usque ad tristitiam, humanae varietatis more nos posset, in Acheronte significari putaverunt. Haec Parthasius incinit & Hermolaus in Plin. lib. 6. cap. 1.

Adutus Acheron. Lucan. lib. 3. 16.

Preparat innumeras puppes Acherontis adutus

Poritor. Aquas enim flammæ habere dicitur.

Durus. Stac. 2. Sylv. 6.

— jam littora duri

Sæva Pilete sensis, durumque Acheronta videbas.

Fumeus. Valer. Flacc. lib. 4. Argon. de Acheronte Pontico,

Illic peltiferas subter juga concava torquet

Ater aquas Acheron, vastoque exundat hiatus

Fumeus, & sieva sequitur caligine campos.

Moestus. Sen. in Thyest. 1. Moestus, ab effectu, moestitiam inducens.

Nefastus. Stat. 4. Theb. 522.

Profundus. Lucret. lib. 3. 991.

Tartarus. Virg. 6. *Æn.* 295.

Hinc via Tartarei qua fert Acherontis ad undas.

Tritis. Sil. Ital. lib. 13.

ACHERONS, on. tuis. **ACHERUNS**, untis. Idem quod Acheron. Plaut. Amph. 5. 1. 26.

Verbero, etiam quis ego sim me rogitas? ulmorum Acheruns.

Quem locum sic Pylaides exponit, Ulmorum Acheruns, vorago & diffusatio virgarum, non aliter quam Acheruns, five Acheron fluvius infernus, qui est vorago & afflumis animatum. Dicitur utroque modo Acheron & Acheron. Ex ulmis autem virga fiebant ad plagas servis malis inferendas. Unde alibi verberonem servum, appellat ulmitram.

Idem Capt. 5. 4. 1.

Vidi ego multa sapientia, qua sub Acheronte fierent

Cruciamenta: verum enimvero nullus adeque est Acherons,

Atque ubi ego fui in lapicidinis. Nonius feminino genere

Plautum in hoc exemplo protulisse testatur. Legit enimvero Nulla.

Dicit autem Tyndarus se multa vidisse picta cruciamenta qua fierent apud

inferos, ut Tityi, Sifypi, Ixionis, & aliorum: verum nullum Acherontem inventari posse adeo arsum, ut sunt illæ lapicidina, in quibus aliquot dies fuerit exercitus.

Apud veteres Latinos Inferos plerunque significat: ut apud Plaut. Tri-

num. 2. 4. 124.

In nostro agro ofitum est Acheruntis. Id est, Inferorum.

Et apud Virg. 11. *Æn.* 23.

— qui folus honos Acheronte sub imo est.

ACHERUNTES, Adv. ad locum. Plaut. Catin. 2. 8. 12. Hunc Acherunti premittam prius. Sed

ACHERUNTI, Adv. in loco Plaut. Capt. 5. 4. 1. Quæ Acherunti fierent.

ACHERONTICUS, Adj. ut Acherontica regio *[άχεροντικός]* Plaut. Bacch. 2. 2. 21. Regiones colere mavellent ego Acheronticas.

ACHERONTIA, *[άχεροντια]* Civitas est Apulia, contermina Lucaniæ, quam ob hoc Nidum appellavit Horatius, quia parva est, & in montis constituta summittate, sicut nidi avium in summis arboribus. Hæc Acror. Hor. 3. Od. 4. 14.

ACHERONTINI, *[άχεροντινοί]* Populi sunt in agro Brutio, juxta Acherontem fluvium habitantes. Plin. lib. 3. cap. 5.

ACHERUSIA, *[άχερουσιά]* Palus est in Campania, juxta Cumas, oriens ex Acheronte. Est item lacus Thesprotiae, in Epiro, ex quo lacu profuit annis Acheron, qui in Ambracium sinum defertur. Autores Pomponius & Strabo lib. 5. Plin. quoque lib. 4. cap. 1.

Acherusa quoque, Specus est in Ponto juxta Heracleam, ad manus (ut aiunt) pervius. Illic extractum ab Hercule Cerberum existimat. V. Plin. lib. 6. cap. 1. & lib. 27. cap. 2. Pompon. Melam lib. 1. 19. & 2. Solinum cap. 55. Diod. Siculum lib. 2. Ovid. 7. Met.

ACHERUSIS, idis & idos. f. *[άχερουσιά]* Idem quod Acherusia. Valer.

Flacc. 5. Argon. 73.

Inde premente Noto tristes Acherusidos oras, Præterit.

ACHERIUS, Adj. *[άχερουσιός]* Lucret. lib. 3. 25.

At contra nequam apparent Acherusia templi. Id est, Inferæ regiones.

Acherusia humor. Sil. Ital. lib. 13.

Acherusia vita. Id est, Anxia, sollicita, arumosa, omnibus denique peccatis & cruciatis referta: quibus Tantalus, & aliij affici apud inferos putantur. Metaphora est. Lucret. lib. 3. 1036.

Hinc Acherusia fit tutorum denique vita.

ACHETA, arum. *[άχετα]* Cicade sunt arguta & canora. Plin. lib. 11. cap. 26. Quæ canunt, vocantur Achetae: & quæ minores ex eis sunt, Tettigonia: sed illæ magis canora. Mares canunt in utroque genere: tenuimè silent. Quod ex Aristotele descripsit, apud quem idem legitur Hiſt. Animal. 5. 30.

ACHILLEON, Oppidum Troadis, ad Achillum tumulum a Mytilene conditum, authore Plin. cap. 30. lib. 5. Memir & Strabo lib. 13.

ACHILLAS, *Αχιλλας* Plutarch. Servi Ægypti nomen est, cuius manus interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharfidie. 538.

— sceleri delectus Achillas. Plutarch. in Vita Pompeii.

ACHILLEA, *[άχιλλα]* Insula est exigua, Borythmen ostio objecta: ab Achille in ea sepulto nomen habens: ut refert Pompon. lib. 2. 4. V. & Plin. 4. 13.

A CHILLEIS, sive **A CHILLEAS**, Αχιλλείς. Theophrasto lib. 8. Hist. Plant. Hippocrati, Hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis majoris: ideoque ærugini magis obnoxium. V. Ruell. lib. 2. cap. 15.

A CHILLEOS, [Αχιλλεός] Myriophyllum herba appellata, quod eam Achilleus inventice tradidit in curando vulnere Telephi. Plin. lib. 25. cap. 5. Mathiolus tamen in Dioſcordem non eandem esse cum Millefolio author est, quan & Achilleum vocat. in Dioſcor. 4. 33.

A CHILLES, is & i: vel **A CHILLEUS**, ei & eos: nisi malum Achilli, ab Achillei, per contractionem fieri, ut volvunt plerique [Αχιλλεός] Græcorum omnium fortissimus, filius fuit Peleï & Thetidis: quem infantem (ut fabulantur poete) mater Stygiis aquis totum immergit: unde invulnerabilis totu corpore factus est, præterquam ea parte pedis qua comprehensibus a matre fuerat dum ablueretur. Demum Chironi Theſſalo homini jutissimo, deinde Phenicius datus est educandus, ut sub eis bellicis artibus insueficeret a primis statim annis, in disciplina quoque musica proficeret, atque etiam bonis moribus enutritur. Hom. Il. 1. 443. Hung autem cum mater a Proteo vate audiret in expeditione Trojana periturum, si eo cum ceteris Græcis proficeretur: jam aduentum inter filias Lycomedis in Scyro Ἰγαρη maris insula regnantis puellarum habitu furtim occuluit. Ubi quum aliquandiu latuſſet Deliam Lycomedis filiam vitiauit, ex eaque Pyrrhum fuscipet. Audierant autem Græci Trojanum expugnari non posse, nisi Achilles ipſe aderet. Itaque Ulysses id quod erat, suppicatus: mercibus quibus feminae capiuntur, gladium, scutumque ac galeam immiscens, ad Lycomedem feruntur, ubi mercibus expositis, Achilles gladium ac scutum, alia negligens, tractare coepit. Unde cognitus, ad bellum Trojanum descendens est. Ubi tandem cum Agamemnonne propter creptam fibi quam amabat Briseidem, similitates exercuit, adeo ut aliquandiu bello abſiuerit. Neque illius precibus adduci potuit ut configeret, donec Patroclum fibi charilimū intellexis ad Hectorē interficiunt. Cujus mortem occidit Hector ad postremū ultus est. Tandem Polynxena Priami filia conjugum sperans, a Paride in Apollinis Tymbreī tempore sagita occidit est, & in Sigao promontorio a Græcis humatus. Hæc ex varis.

Achilleum Heptapechym vocat Lycophron, quasi Septem cubitos altum. Teftis Hermolaus in Plin. lib. 8. cap. 29. Idem de Oreste prodit Herodot. 1. 69.

Achilleum scribit Euphorion videri nuncupatum, quod non chilo, id est, cerealis cibis primum sit conutritus: verum ex infantia medullis animalium, mox & carnibus venatu comparatis, cum illi foret padagogus Chiron. Chili mentio item Xenophonti est, ubi ex castris abiisse milites scribit εἰς τὸν, veluti frumentatum dicas. Sunt qui Eustathio tradente, dici Achilleum opinarentur, quod bello victi tristitiam immitteret. Alii quod illeſes meroe confercerit. Quo etymo argumento, i ſimpliſcribenduſ arbitrantur, ſuccinente vel analoga ratione: nam Oileus dicitur, & Batileus. Illud obiter ſcindum, Achillis patriam dici Phthiam, que nunc Pharala, a Phthia inuile, vel a Phthio Neptuni filio. Cal. Antig. Lect. lib. 13. cap. 7. Non defuit qui ab εἰς τὸν, id est, dolor, & αὐτοῦ, folvo, a fervendo feliciter dolore, nuncupatum Achilleum contendunt. Medicus enim fuit a Chirone medicinam doctus. Plin. lib. 25. cap. 5. Invenit & Achilles, discipulus Chironis, herbam qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos vocatur. Hac fanafe Telephum dicitur. Alii primum aeruginem inveniſſe, utilissimam emplastris. Ideoque pinguiter ex cuſpide decutens eam gladio in vulnus Telephi. Alii utroque uſum medicamento volunt. Achilleon Galli vocant Millefolium, teste Ruell. fed fallo.

Achilles et templum habet, & tumulum juxta Sigæum promontorium: Patroclus autem & Antilochus tumulos, quibus omnibus, & Ajaci, Illyriſeſ faciunt. Hæc Strabo lib. 13.

Achillis asylum in Sigao erat, ſicut in Rhetaeo littore, Ajacis. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

Achillis matr Thetidi prædixert Proteus, ipsam paritum effe filium patre maiorem. Fabulum elegansſime delicit Ovid. 11. Met. 220. Achilleum ita infenſum habuerunt Tenedii, quod Tenedum devaſtas, ut ſuppicio afficeretur qui reſtituto templo Achilleum nominasset. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

Ad Achillis ſtatuum Alexander IIum profectus, una cum ſociis inguento delibutus, nudusque de more circumcurrentes, eam coronis ornavit, Felicem illum appellans, quod vivo quidem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum contigilſet habere preconem. Plutarclus in Alexandri Vita. Cic. pro Archia 10. Quam multos ſcriptores rerum fauorum magnus ille Alexander fecum habuisse dicunt? Atque is tamen, cum in Sigao ad Achillis tumulū ſtitiflet, O fortunate, inquit, adolescentes, qui tua virtutis preconem Homerum inveneris.

Achillis edem ante Borythmena nulla ales ingreditur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

Achillis hatam ex fraxino fuſſe teſtatur ex Homero Plin. lib. 16. cap. 13.

Alumnus Chironis Achilles. Stat. 1. Achill. 526.

Qui rapis ingentem magni Chironis aluminum.

Filius Thetidis Achilles. Hor. 1. Od. 8. 14.

Thetidis proles. Id est, Achilles. Sil. Ital. lib. 7. 24.

Cedere neficiis Achilles. Hor. 1. Od. 6. 6.

Theſſalus dux. Id est, Achilles. Sen. Mactanda virgo est Theſſali buſto ducis.

Theſſalicus dux. Id est, Achilles. Sen. Emicuit ingens umbra Theſſalici ducis.

Timor Phrygum, & Græcorum decus Achilles. Ovid. 12. Met. 612.

Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi.

Nominis Æacides, caput infuperabile bello Arferat.

Pelides Achilles. Id est, Pelei filius. Virg. 5. Æn. 808.

— Pelida tunc ego forti

Congressum Æneam, nec diis, nec viribus æquis,

Nube cava eripui.

Æmonius Achilles. Id est, Theſſalus. Ovid. 12. Met. 81.

Æquoreus, a Thetide matre, quam poete inter mari deas connumerant.

Lucan. lib. 6. 350.

Æternus carmine. Sil. Ital. lib. 14.

Animofus. Hor. 1. Sat. 7. 12.

Armpotens. Virg. 6. Æn. 819.

— genus armipotentis Achilli.

Atrox. Claud. ad Hadr. Epigr. 39. 43.

Clarus. Ovid. 3. Trift. 5.

Crifatus. Virg. 1. Æn. 468.

Hac Phryges, instaret curru crifatus Achilles.

Expers terroris. Catul. 62. 338.

Fatalis Priamo. Stat. 1. Achill. 475.

Flavus. Claud. 8. Paneg. 556.

Honoratus. Id est, Homer & multorum carminibus laudatus, &c., Hor. in Ate Poet. 120. &c.

Scriptor, honoratum ſi forte reponis Achillem:

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,

Jura neget fibi nata, nihil non arroget armis.

Immitis. Virg. 1. Æn. 30.

Troas reliquias Danatim, atque immitis Achilli. pro Achillis.

Indocilis. Stat. 1. Achil. 284.

Indomitus. Sen. Non illum Achilles flexit indomitus minis.

Ingens. Ovid. 11. Met. 265.

Infolens. Hor. 2. Od. 4. 2.

Larisseus, a Larissa urbe Theſſalæ. Virg. 2. Æn. 197.

Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,

Non ani domere decem. Servius, a Vicinitate: nam Phthius

fuit. Utraque tamen Theſſalæ civitas est.

Magnanimus. Ovid. 13. Met. 298.

Magnus. Ovid. 12. Met. 162. Virg. 4. Ecl. 36.

Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.

Nereus. Id est, Nerei nepos. Thetis enim filia fuit Nerei, & eadē Achillis mater, ut Homer & alii plerique afferunt. Dionysius tamē Chalcidensis putat Achilleum ex Thetide Chironis filia natum: Dima-chus ex Philomela Actoris filia. Suidas. Hor. Epop. 17. 8.

Movit nepotem Telephus Nereum,

In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum.

Pervicax. Hor. Epop. 17. 14.

Phthius. Hor. 4. Od. 6. 4.

Sævus. Virg. 2. Æn. 458.

Hic Dolopum manus, hic fævus tendebat Achilles.

Superbus. Stat. 2. Achil. 350.

Velox. Ovid. 2. Amor. 1. 29. Eum quippe dicit Statius ſuper glaciem prima nocte concretam concurriffe.

Achilles, Nomen eft tragedie ab Ariſtarcho compositæ. Plaut. in Prologo Pœnuli.

Achilleum Ariſtarchi mihi commentari lubet :

Inde mihi principium capiam ex tragedia.

Translate Fortes, magnanimos & rebus gefitis claros viros, vocamus Achilles. Sic! L. Sicius Dentatus ob inſignem fortitudinem Achilles Romanus dicitur est, quod pugnaverit in hostem centum & viginti pralibis: cicatricem averſam nullam, adverſas quinque & quadraginta tulerit. Author Gell. lib. 2. cap. 11. Plin. 7. 28. & ibi Dalechamp. Achillis etiam cognomen eadem de cauſa adſcribit Q. Cotio Valerius Max. lib. 3. 2. 21. in titulo de fortitudine. Eadem ratione Virg. 6. Æn. 89. Turnum Littii Achilleum vocat, cum ita de eo loquitur :

— alijs Latio jam partus Achilles.

Similem in modum Albertus, Elector Brandenburgensis Achilles Germanicus a Pio I. cognominatus est. V. Drefßer. Part. 4. Ifag. Hilt. p. 489. adde Plaut. Milit. 1. 1. 61. ubi Achilles pro Forti per antonomiam ponitur.

A CHILLEUS, Adj. poſſet. [Αχιλλεός] Virg. 3. Æn. 326.

Nos patria incensa diverſa per aequora vectæ,

Stirpis Achilleæ fatus, juvenemque ſuperbum

Servitus enixa tulumus.

A CHILLEUS CURSUS, [Αχιλλεός δρόμος] Penitula est prope Borythmen. Plinio, Pomponio 2. 1. & Strab. lib. 7. Eo usque dicunt Achilleum profeceutum Iphigeniam fuſſe, raptam ex Aulide in Scythiam a Diana, quum Cervam pro ea ſuppoſuit, ibique moratur, cum ea rem habuiffle. Nonnulli alium Achilleum ejus regionis regem illius amore captum fuſſe dicunt. Hæc Eustathius in Dionys. apud Volaterranum. Plin. lib. 4. cap. 12. ait haec penitulam ad formam eis gladii in transversum porrectam, & ab exercitatione Achillis cognominatam effe Achillei cursum. Dionys. Perieg. v. 306.

A CHILLEIDES, a. m. [Αχιλλεῖδες] Patronym. Achillis five Achillei filius. Ovid. 8. Epift. 3.

Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.

Non defuit qui Achilleum legendum putent.

A CHILLEUM, i. [Αχιλλεῖον] Genus ſpongiarum tenue densumque, ex quo penicilli huius. Plin. lib. 9. cap. 45.

A CHILLIS, idos. Insula in Ponto Euxino ad Borythmen, teste Plin. cap. 13. lib. 4.

A CHIMENIS, idis. f. [Αχιλλεῖδης] Herba est, quan tradunt Magi ea vi pollere, ut ea in aciem hostium conjecta, trepidant agmina, ac terga verant. Plin. lib. 26. cap. 4.

A CHISARMI, [Αχιλλεῖδης] Africae populi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30.

A CHIVUS, Adj. [Αχιλλεῖς] Id est, Græcus. Virg. 2. Æn. 45.

Aut hoc inclui ligno occultantur Achivi.

Ovid. 14. Met. 191.

In mare protendens gentem exercatur Achivam.

Idem 1. Epift. 1. 21.

Denique quisquis erat caſtris jugulatus Achivis.

A CHNE, es. f. [Αχνη] Minutias significat ab excufis provolantes spicis. Sed & pro Maris apergente & ſpinis Achnen reperitis. Achnen Sophocles pro Rore accipi. Et recte utique, quod non continuo deferant guttae, verum diſparatae. Unde Achnes profluxit nomen, quia æchne dicatur id est, diuſilla, adjunctaque. Quin & Achne ignis, pro Fumo. Et Achne ſomni apud Hippocratem. Caius Antig. Lect. lib. 26. cap. 21. Accipitur generatim pro Tenuiſſimo minutillimo & levifimo cujuslibet rei.

A CHNE, [Αχνη] Infusa nomen apud Plin. lib. 5. ſic enim ait, Rhodiorum insulari Carpathus, que mari nomen dedit, Cafos, Achne olim.

A CHOLAI, [Αχολαι] Oppidum est Arabie, non procul a Nabateneis. Plin. lib. 6. cap. 28.
A C POLIUS, Nomen authoris, cuius meminit Lamprid. in Alexand. & alibi frequenter.

A CHOLLA, [Αχολλα] Libera civitas est in Africa proprie dicta, non procul a Zella. Strab. lib. 17.

A CHOR, [Αχορ] Deus habitus est apud Cyrenaeos, Idem ac Myagrus, quo de V. f. l.

A CHORES, [Αχορει] Sunt manantia capitis ulcera, quae sunt in ipsa capitis cute, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus fantes effluit glutinosa. Notum mali genus, pueris admodum familiariter. Notratus a tinearum in vettibus similitudine, Tineas appellant, Egnotius Teniam, a Temnitate, eo quod difficile curari possit. Vidi.

M A NO. Habet Octav. Horatian. 1. 5. & Macer de Ruta 1. 12. ubi Cornarius restituit, cum legere Acer.

A CHOREUS, Sacerdos Iidis. Lucan. 8. 475. & 10. 175. seq.

A CHRADINAE, Αχραδίνη Stephano, Pars est urbis Syracusanae, cum reliquo eius urbis partibus ponte conjuncta. Hanc describit. Cic. 6. Ver. V. **A CRADINA.**

A CHRAS, adis. [Αχράσ] Pyrus sylvestris, Pyraer. Ruell. Meminit Columel. lib. 7. cap. 9. Achras Pyri. Idemque cap. 10. v. 14.

A CHRATES, i. [Αχράτει] Abutivus, Inutilis, inuidorius. Utitur Aufonius Sectione 1. in Epigr. 39. de duobus fratribus. v. 6.

A CHRIANE, Αχριάνη Stephano, Oppidum est ad mare Hyrcanum, cuius meminit Polyb. lib. 10.

A CHRIOGELUS, [Αχριογέλως] ex Stultitia, vel Dementia ridens. V. Erafina. Chiliad.

A CHRUUA, Αχρουα Ptolemeo, est Civitas Arabie felicis.

A CHYRUM, i. f. Palea. Feftus.

A C I

A CIA, ἀ. [Αια] Filum, quod Itali etiam alicubi Αια, & alibi Refo appellant. Utitur Cefl. lib. 5. Turnebus, Ut acia, ita acia in instrumento Phrygionis erat, & filum acicula erat, nomineque ab acie habet. Titinius,

Phrygio fu primo, beneque id opus scivi:

Reliqui acus aciasque hero atque herae noſtre.

In Lexico vetere Latinogreco Acia explicatur μετρια. Quin Acia & Aciela in eo exponitur αιανην. [De Acia Cornelii Cefli extat Dissertatio Jo. Rhodii secundus cursus Hafnia edita in 4to. 1672. q. V.

A CIARIS, Securis area, qua in sacrificiis veteres sacerdotes utebantur. Feftus.

A CIBI, [Αικισ] Populi sunt in Sarmatia Europaea, post Riphæos montes. Ptolemaeus.

A CI CARUS, Cujus Columnam interpretatus esse dicitur Democritus apud Clem. Alex. 1. Strom. f. 222. non aliis est quam Accenches, vel Acoris Αιγυπτι Rex. Ita fūspicatur Reines. Var. Lect. 1. 22. p. 97. adde 3. 3. p. 281.

A CI CULÀ, [Αικιθεα] Dim. ab Acus, Qua mulieres utuntur ad ornamentum capitis. Valla lib. 3. Et pīcis tenuis, ac longus, qui & Acus dicitur. Est & herba hujus nominis, incultis in locis spōne nascens, plebis Atheniensis quotidianus olim cibis, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærophyllo accedens exerta habens in vertice cornicula, que Acus effigiem repräsentant: a quo habitu a Romanis vota est Aciula, tēsto Diophoride. Gracis dicitur οικιδες: quo nomine & Latini utuntur.

A CI DALIA, [Αιδαλια] Veneris epitheton, a fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotia civitate: in quo se Gratia lavant, quas Veneri conſtat effigie facratis. Ipsius enim & Liberi filiae sunt: nec immerito Gratiae enim per horum fere numinum munera conciliantur. Hactenus Servius in illud 1. En. 720.

— at memor ille

Matri Acidalia, paulatim abolere Sichæum Incipit.

A CI DALIUS, [Αιδαλιο] Fons in Orchomeno civitate Bœotia: Veneri & Gratiae facer, ut scribit & Bocatius.

Valens Acidalus, Criticus fuit non ignobilis; acuminis miri admirandique homo. Barth. ad B. Aren. p. 333.

A CI DON, [Αιδον] Amnis est in Elide, Peloponnesi regione, Jardanis sepulchrum præterlabens. Strab. lib. 8.

A CI DÖFON, [Αιδονιο] Herba est, quae notiore nomine Poterium [ποτεριον] & Neuras [νειρας] dicitur. Plin. lib. 25. cap. 5. Eandem Phrynon vocat. V. Diophor. lib. 3. cap. 15.

A CI FIOS, Adj. ab Acoo, [Αιδον] proprie dicitur id quod acutum, id est, in Acorem verum est. Ut Vinum acidum. Plin. lib. 10. cap. 70. Culices acida petunt, ad dulcia non advolant. Plaut. Pseud. 2. 4. 49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? c. h. atque acidissimi. Metaphora, de qua V. A C ETIUM.

Acida Muria, quam Græci ιδαμανια vocant, Genus quoddam lignamini, cuius usum nostra aetate profus exolevisse, auctor est Mathiol. in Diophor. lib. 5. ubi de hoc vide plura.

Acida forba. Virg. 3. Georg. 380.

Hic noctem ludo ducunt, & pocula lati

Fermento, atque acidis initiantur vita forbis.

Acide venæ fontium. Vitruv. lib. 8. cap. 3.

Vina Pompon. in 1. Si vina. D. De peric. & comm. rei vendit. Si vina emerit, exceptis acidis & mucidis, & mihi expedita acida quoque & mucida accipere. Proculus ait, quamvis id emporis caufa exceptum sit, tamen acida & mucida non venile.

Acida dicuntur, Quæ jucundi acoris sapore habent. Si Herbae acida, & Acidis succus. Columel. lib. 5. cap. 10. Malum punicum si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur.

A CI DÜLUS, a. um. dimin. [Αιδονιο] Aliqua ex parte acidum: quod & Subacidum dicitur. Plin. lib. 15. cap. 15. Post autumnalia, acidulo sapore jucunda. De pyris loquitur.

Acidula Aqua. Plin. lib. 2. cap. 103. Lyncestis aqua, quæ vocatur Acidula, vini modo temulentos facit. Meminit & lib. 31. cap. 2.

A CI ENSES, Olim populi erant in Latio, qui una cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Plin. lib. 3. cap. 5.

Vol. I.

A CIES, Acumen, Acus, & Acuere dicuntur ab ἄξον, quam Latine dicimus Coteni, Festus. Potius ab ἄξη, vel axis cuspis ferri. V. Dacer. A CIES, ei. [άξη, άξων] Dicitur in ferro. Ea pars que fecat. Inde ad alia transfert, ut Acies oculi, pro Acumiue viuis, Acies animi vel ingeni. Virg. 2. Georg. 365.

Ipsi acie falcis nondum tentanda: sed uncis. Acies roſti. Plin. lib. 11. cap. 37. Teltudini marine lingua nulla, nec dentes, sed roſti acie communuit omnia. Unguium. Plin. lib. 8. cap. 16.

Exacta falcis. Plin. lib. 17. cap. 22. & 27. Exactam falcis aciem utraque manu impriment. Halte. Id eft, Cupis. Ovid. 3. Met. 107.

Primumque de fuligine acies comparuit haſte. Minax mucronis. Firmic. lib. 1. cap. 3.

Securum. Cic. 5. Ver. 43. Quod jam ante aciem securum tuatum, Septicu tu carnificis vultum & manum vidit. Stricta ferri. Virg. 2. En. 333.

— statu ferri acies mucrone coruscō. Stricta, parata neci. Stricta, id eft, Nnda. Servius. Aciem dicuntur trahere aqua cotes: pro eo quod eft Exacuere. Id σύνων Greci vocant, authore in Plinium Herniaſ. Plin. lib. 36. cap. 22. Reperta sunt & in Italia, aqua trahentes accrimo effectu. De corticulis loquitur.

Excitare aciem falcis. Plin. lib. 18. cap. 28. Creticis tantum transmarinis cotibus notis, nec nisi oleo, falcis aciem excitantibus. Hebetare aciem ferri. Plin. lib. 13. c. ult. ad fin. V. mox in metaphoris. Nobilior acies. Claud. in Prefat. 7. Paneg. 3. Hinc metaphorā varia eft. Obraſtor. Cic. de Senect. 23.

Pervicax oculorum. Sen. in Agam. 6. 14. Recta oculorum. Ovid. 2. Met. 776. Sagax, Oculorum ſciliæt. Laetant. Stat. 10. Theb. 598. Sangueam oculorum aciem volveat. Virg. 4. En. 643.

At trepidi, & ceptis immanibus effera Dido. Sanguineam volvens aciem, &c.

Turbida oculorum acies. Sen. Herc. 11. 12. Vespertina. Plin. lib. 8. cap. 50.

Errat acies luninum; id eft, Oculorum. Sen. Herc. 11. 30.

Stupet oculorum acies. Hor. 2. Sat. 2. 5.

Dirigere aciem oculorum ad aliquem. Catul. 61. 56.

Effugere aciem. Id eft, Oculorum acumen. Sen. in Agam. 12. 6. Exacuere oculorum & ingenii aciem ad bona diligenda, & rejicienda contraria. Cic. 1. de Legib. 60.

Excitare aciem oculorum. Plin. lib. 20. cap. 4. Fleclere aliquo geminas oculorum acies. Virg. 6. En. 789.

Huc geminas nunc flecte acies: hanc alpice gentem.

Flectere oculorum aciem retro. Sen. Herc. 9. 42.

Fugere. Cic. 1. Tufc. 50. An tanta fit ejus tenuitas, ut fugiat aciem.

Id eft, Videri non posuit.

Intendere oculorum aciem. V. INTENDO.

Ludere aciem oculorum. Id eft, Decipere. Sen. Herc. 9. 11. Circumferre acies. Id eft, Oculos, vel oculorum aciem. Virg. 12. En. 558.

Huc atque huc acies circumfulit, aspicit urbem.

Acies ipfa qua cernimus, quæ pupula vocatur, ita parva eft, &c.

Cic. 2. de Nat. Deor. 54.

Ardentis oculorum acies torqueare aliquo. Virg. 12. En. 670. Vulgo, Oculorum orbes.

Contenta oculorum acies. Id eft, intenta. Lucret. lib. 1. 325.

Firma oculorum acies. Plin. lib. 10. cap. 3. Clarissima ibid.

Hebes oculorum acies. Cic. 4. de Fin. 107. Hebes acies eft cuiquam oculorum.

Aciem oculorum offendit claritas colorum. Plin. lib. 35. cap. 10.

Aciem oculorum protendere in mare. Catull. in Argon. 64. 127.

Aciem oculorum fucco foenicii reficunt serpentes. Plin. lib. 20. cap. 23.

Refectere oculorum aciem. Sen. Herc. 8.

Hebetare oculorum aciem. Plin. lib. 20. cap. 6. & 32. cap. 7.

Luminum acies torpet. Id eft, Acumen oculorum hebetat. Sen. Herc. 9.

Hebeſcere aciem authoritatis fenus patimur. Cic. 2. in Catil. 98. At nos vigesimali jam diem patimur hebeſcere aciem horum authoritatis.

Habenim enim hujusmodi fenus acutum, verutamen inclusum in tabulis, tanguam gladium in vagina reconditum: quo ex fenus consulto confessim, interfictum te effe Catilina convenit.

Acies animi. Cic. in Catone Majore, 94. Nonne vobis videtur animus is qui plus cernat, & longius, videre fe ad meliora proficiſci: ille autem cuius obtutior fit acies, non videre?

Acies ingenii. Cic. 1. Acad. 2. Idem 1. de Legib. Aciem mentis. Cic. 4. Acad.

Præſtrigere aciem ingenii. Cic. ad Brutum 18. Multi ad depravandum parati, qui ſplendore falsi honoris objecio, aciem boni ingenii preſtrigi poſſe conſidunt. V. mox Mentis.

Contemplari aliquid omni acie ingenii. Cic. 1. de Orat. 73.

Acies intentionis. Florus in prolog. lib. 1. Rerum diversitas aciem intentionis abruptit.

Abducere aciem mentis a confutidine oculorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 64.

Præſtrigere aciem mentis. Cic. 1. de Divin. 109. Nec inopia enecta, nec ſatiate affluenti, quorum utrumque præſtrigere aciem mentis foleret, ſive deeft nature quippiam, ſive abundat atque affluat.

Aicies orationis. Plaut. Epid. 4. 1. 20.

Acies, pro Chalybe uſus eft Plinii lib. 24. cap. 14. Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro eft. Seres hoc cum veltibus suis pellibusque mitunt. Secunda Parthico: neque alia genera ferri ex mera acie temperantur, ceteris enim admifſeuntur.

Acies, [πολεμικης, πολεμικη] ut Veget. lib. 3. cap. 14. scribit, eft Exercitus inſtructus. Cic. 2. Tufc. 100. Non ſentient viri fortes in acie vulnera.

Acies interdum pro ipſo conflictu & prælio ſumitur. Tacit. lib. 20.

Prima acie fuſum victumque Romanum. i. e. primo congreſſu.

Exercitus nostri acies. Cic. in Catil. Quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verumtamen si edictum pratoris ostendero, concident. *Aetate acies.* Id est, Aereis armis munitæ. Virg. 9. Æn. 122.
Aucta acies numero. V. A U G E O.
Belligera acies. Stat. 12. Theb. 717.
Civili acie cadere. Id est, Mutuis cædibus, & velut bello civili. Ovid. 7. Met. 142.
Commota. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Condenfa. In CONDENSUS.
Confirmata. Liv. 4. Decad. lib. 6.
Conferta. Tacit. lib. 6. 35.
Confertæ campis. Sil. Ital. lib. 6.
Conversæ. Virg. 12. Æn. 369. Agmina cedunt, Convergente ruunt acies.
Defixa. Id est, Immota. Stat. 9. Theb. 234.
Dehiscens. Liv. 3. Decad. lib. 9.
Directæ. Virg. 2. Georg. 281.
Diverfa, hoc est, Adverfariorum. Tacit. lib. 14. 30.
Equestris acies. Patrc. lib. 2. Fugata regiorum equestris acies. 112.
Fera. Sen. in Agam. 7. 3.
Firmata subfidiis. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Fluctuans. Curt. lib. 3. 10. 6.
Formosa. Claud. Paneg. 24. 258.
Frenata, id est, Equicritis. Sil. Ital. lib. 11. 53.
Funepta. Lucan. lib. 3. 63.
Generosa. Stat. 6. Theb. 297.
Horrida. Tacit. Hist. 6. 34.
Immanis. Immani acie Metellus fudit Achæos rebellare incipientes. Paterc. lib. 1. 16. 14.
Incondita inordinataque acies. Liv. 5. Decad. lib. 4.
Infeitor. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Instructione. Cic. 4. Philipp. 159. Faciam igitur, ut Imperatores instruta acie solent.
Julta. Liv. 4. Decad. lib. 1. V. INSTRUTUS.
Licitæ. Id est, Bella licita. Stat. 11. Theb. 123.
Nova facta. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Opima. Stat. 4. Sylv. 6. 65.
Parca fuge acies. Sil. Ital. lib. 10. 7.
Pedestræ. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Prorector. Tacit. in Vita Agric. 35.
Primori in acie verfabantur Sido, &c. Tacit. Hist. 3. 21.
Prospéra Sequanorum acie belli impetus stetit. Tacit. Hist. 4. 67.
Recta. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Socia. Claud. 4. Paneg. 81.
Subsidaria. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Tenuis. Tacit. Ann. lib. 1. 64.
Trepidae. Ovid. 3. Amor. 7. 6.
Turbata. Virg. 11. Æn. 619.
Vaga. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Verba retro. Hor. 3. Od. 4. 26. Propriet. lib. 3. Eleg. 11. 14.
Verfallatis acies. V. VERSATILIS.
Vefana. Claud. de Rapt. Proserp. 36. 196.
Vulcania horrida. Id est, Vis ignis. Serv. Virg. 10. Æn. 408.
Defensæ acies. Id est, Bello fatigatus. Stat. 12. Theb. 100.
Densos acie rapit. Id est, Raptum dicit constrictos, & in acie conjunctos. Virg. 10. Æn. 178.
 Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Invenitæ acies. Id est, Qui nunquam vinci potuit in pælio. Sen. in Octav. 8.
Receptus tutus erat in aciem peditum. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Accipi in aciem telis. Tacit. lib. 20. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accipi.
Accipere socios in median aciem. Liv. 3. Decad. lib. 8. Idem lib. 10.
Administrare aciem. Hirt. in Bell. Alexand. Ut quim esset in duas partes urbs divisa, acies uno confligit atque imperio administraretur.
Adiusti in aciem ordo agminis. Tacit. Hist. 2. 41.
Amplexi hostium aciem. Id est, Circunvenire. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Aperte median aciem venienti ex adverfo hosti. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Audere aciem. Tacit. lib. 12. 28. Valtati agri, præda paſſim aciez, non ausi aciem hostibus: vel si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo.
In aciem audere. Tacit. lib. 12. 32.
Bellat acies. Stat. 1. Theb. 46.
Bellare acies. Liv. 4. Decad. lib. 2.
Cadere in acie. Id est, Occidi. Liv. 3. Decad. lib. 9. 29. 3.
Cadere per acies. Tacit. 1. Ann. 10. Quum ferociſimi per acies aut proſcriptione cecidissent.
Certant acies. Virg. 2. Æn. 30.
 Clafibüs hic locus, hic acies certare solebant.
Cière acies. Virg. 6. Æn. 829.
 Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ Attigerint, quantas acies, stragemque ciebunt!
Circunvallare aciem. Sil. Ital. lib. 7. 118.
Circunvenire. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Claudere. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Coercente. Virg. 9. Æn. 27.
 Meſſapus primas acies, poſtrema coercent
 Tyrrhæ juncves. Id est, Cogunt, colligunt. Servius.
Coherenter acies. Curt. lib. 3. 11. 4. 5.
Coire inter se media acies posſent. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Colligere se ad aciem. V. COLLIGO.
Collucet flammis acies. V. COLLUCEO.
Committere fe in aciem. V. COMMITTO.
Componere aciem. Tacit. in lib. de Moribus German. 6. 8.
Concurrunt acies. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Concurrae acie. Liv. 4. Decad. lib. 10.
Conficerre per acies bellum. Tacit. Ann. lib. 2. 41. Latiore Tiberio quia pacem sapientia firmaverat, quam si bellum per acies conficeret.
Configere duplicit acie. Quintil. lib. 5. Cap. 7.
Congredi acie. Tacit. lib. 14. 34.
Confisterre in acie. Liv. 1. Decad. lib. 9.
Continentur acies. Cæſ. Bell. Civil. lib. 1. 83. Tali instructa acie

tenere uterque propositum videbatur: Cæſar, ut nisi coactus prælium non committeret: ille, ut opera Cæſaris impeditet. Producitur tamen res: acies ad foliis occulatum continentur. Inde utrique in castra discedunt.
Damnare aciem. Id est, Detestari & relinquere. Sil. Ital. lib. 17.
Datur acies. Tacit. in Vita Agric. Fortissimi cuiusque vocem audiebam, Quando dabatur hostis? quando acies?
Decernere acie. Liv. 4. Decad. lib. 1. Potuisse castris prope urbem positis, ut tandem colonia, ita ut acie non decerneret, in adventum ejus rem extrahere. Et lib. 2. Quum acie decernendum videret.
Deductus in aciem. Tacit. Hist. 1. 89.
Deducta legio in aciem. Tacit. Hist. 2. 43.
Decendere in aciem omnibus copiis. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Dicere acies. Id est, Describere, narrare. Virg. 7. Æn. 42.
 Tu vatem, tu diva mone: dicam horrida bella,
 Dicam acies, atq[ue]cos animis in funera reges.
Dilatare aciem. Liv. 4. Decad. lib. 1. 31. 21.
Dimicare acie si vellet. Liv. 4. Decad. lib. 1. & 4. 31. 35.
Dirigere aciem. Cæſ. Bell. Civil. lib. 5. Hirt. de Bell. Afric. Hostes interim aciem dirigunt mirabiliter longitudine non peditum, sed equitum conferunt. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Disjecta acies. Tacit. Hist. 3. 2. 7.
Disposita Vitellianarum legionum acie. Tacit. Hist. 2. 41.
Diffrahere aciem, & diffendere. Cæſ. Bell. Civil. lib. 3. 92. Pompeius suis prædictis, ut Cæſaris impetum exciperent, neve se loco moverent, aciemque ejus diffrahi paternerunt: ut primus exodus visque militum infringetur, aciesque diffenderetur: atque in suis ordinibus dispositi, dispersi adorarentur.
Divertere acies. Lucan. lib. 2. 470.
Ducere firmamentum in aciem. Liv. 3. Decad. lib. 9.
Duplicare acies. Sil. Ital. lib. 15.
Educere in aciem. Cæſ. Bell. Civil. lib. 4. 13. 26.
Erigere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 1. Tacit. Ann. 18. 36. Hist. 4. 71.
Erigere aciem in adversum collem. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Erumpit nova acies. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Evadere adverbus aciem. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Excedere acie. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Excire milites in aciem. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Exire in aciem. Liv. ibid.
Exornare aciem. Sallust. in Jugurtha.
Explicare. Liv. 1. Decad. lib. 4. 27.
Extendit acies. Curt. lib. 3. 9. 12.
Extenuare aciem. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Ferre. Tacit. lib. 4. Id est, Suffinere.
Firmare subfidiis. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Firmare. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Hortari aciem. Ovid. 1. de Arte Am. 207.
Impulsa acies. Liv. 3. Decad. lib. 4.
Inclinavit acies. Liv. 1. Decad. lib. 2. 20.
Inclinatur acies. Fusa est acies. Liv. 1. Decad. lib. 1. 12.
Incurbit tum acies hostium integris ordinibus. Tacit. Hist. 2. 42.
Incurrit in averfam hostium aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Inducere aciem in hostem. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Inducere legiones in aciem. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Inferre se in median aciem. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Inferrit pedestræ acies. Tacit. lib. 2.
Instaurare aciem. Vide INSTAURÆ.
Instituere, pro Facere. Cæſ. Bell. Civil. lib. 3. 93. Timens Cæſar ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex parte acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam insituit. Paulo post, Quod ubi Cæſar animadvertisit, quartæ aciei quam instituerat ex cohortum numero, signum dedit.
Inſtruere. Cic. pro Muren. 19. Tu actionem instituis: ille aciem instruit.
Integrare. Sil. Ital. lib. 12. 680.
Interrumpere aciem. V. IN TERRUMPO.
Inviadare transverlam hostium. Liv. 1. Decad. lib. 9.
Invehi in aciem. Id est, Inferri. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Ire in aciem. Tacit. in Vita Agricola.
Iterare aciem. Id est, Renovare. Stat. 11. Theb. 455.
Labantes acies. Tacit. in lib. de Morib. German. 8.
Laxata acies. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Locare ante aciem pedites ex omni juventute delectos. Tacit. in lib. de Morib. German. 6.
Miscrepavidos fuga, vulneribusque milites in certam & integræ aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Antequam miscreperent acies. Tacit. Hist. 2. 25.
Movere loco. Liv. 3. Decad. lib. 10. Sil. Ital. lib. 11.
Nudare cornibus, auxilio, &c. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Nutantem aciem viator equitatus incurfat. Tacit. Hist. 3. 18.
Opponere. Virg. 9. Æn. 469.
 Ænecadas duri murorum in parte finistra
 Oppofuerat aciem.
Ordinare. Curt. lib. 3. 8. 24.
Pandere aciem. Tacit. Hist. 2. 25. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Patefacta acie, cornu hostium amplexus in orbem, pugnantes ad unum omnes occidunt. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Pellere. V. PELLO.
Perfringere. Tacit. lib. 20.
Perrumpere. Virg. 9. Æn. 513.
 Saxa quoque infesto voivebant pondere, fiqua
 Posſent teatam aciem perrumpere. Id est, Scutis facta testu-
 dine fe tegentem.
Perturbata acies. Liv. 3. Decad. lib. 7. 37. 41.
Pofcere acies. Virg. 8. Æn. 549.
 — pofcant acies, & fodera rampunt.
Procedere in aciem. Liv. 1. Decad. lib. 4. & 5. Decad. lib. 7.
Procurrit acies. Cæſ. Bell. Civil. lib. 3. 93. Eodem tempore tertiam aciem Cæſar, quæ quieta fuerat, & se ad id tempus loco tenerat, procurare iufit.
Prodire in aciem. Cæſ. Bell. Gall. lib. 8. 8. Omibus rebus infer-
 viendum

viendum fraturt, quo celerius hostes contempta suorum paucitate prodierunt in aciem.

Producere in aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.

Prostigare & perfringere aciem. Sil. Ital. lib. 11. 80.

Progrederi in aciem. Liv. 4. Decad. lib. 1.

Promovere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.

Propinquabat legionum acies. Tacit. 3. Hist. 46.

Prorubare hostilium aciem ingentibus faxis. Tacit. Hist. 3. 23.

Prorumpere in aciem. Tacit. 2. Hist. 41.

Profiliunt acies. Lucan. lib. 7.

Protrita hostilium acie. Tacit. 2. Hist. 26.

Pugnare acie. Liv. 3. Decad. lib. 9.

Recedere ex acie. Hirt. de Bell. Afric. 19. extr. In eo prælio Petreius graviter ictus ex acie recessit.

Recipere aliquem in aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.

Redintegrata acie, manus ad obfessos tendere. Tacit. 4. Hist. 34.

Referre pedem acies. Val. Max. lib. 1. cap. 8.

Refugere in secundam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.

Refugere acie. Cæs. Bell. Civil. lib. 3. 95. Qui acie refugerant milites, & animo perterriti, & latitudine confecti,

Restituere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.

Resedut acies hoc campo. Virg. 8. Æn. 504.

— tum Hetrusca resedit

Hoc acies campo, monitis exterrita divum.

Sistere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.

Sonat acies cantu virorum. Tacit. 4. Hist. 18. Ut virorum cantu, foeminarum ululatu sonuit acies.

Sternere aciem. Virg. 8. Æn. 562.

O mihi præteritos referat si Juppiter annos,

Qualis eram quum primam aciem Præneb sub ipsa

Stravi, scutorumque incendi viator acervos.

Struere. Virg. 9. Æn. 42.

Neu struere audenter aciem, neu credere campo. V. Intruere.

Subducere fauces in postremam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.

Subducere legione ex acie. Tacit. lib. 2. 21.

Successit vallo Romana acies, ubi primum illuxit. Liv. 3. Decad. lib. 7.

Suggredere acie. Tacit. lib. 4. 47. Quidam audientius apertis in collibus videbantur: quo dux Romanus acie fuggerius haud agre pepulit.

Summovere aliquos in postremam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.

Sustentare. Virg. 12. Æn. 663. Tacit. 1. Hist. 65.

Sustinuit labantem aciem Antonius accitis prætorianis. Tacit. 2. Hist. 23.

Temperare acies. Id est, Regere ac moderari. Stat. 9. Theb. 28.

Tenere aciem, pro Regere. Cæs. Bell. Civil. lib. 3. 88. In eo loco ipse erat Pompeius: medium aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat.

Turbavit exemplio aciem eorum eques immisus. Liv. 4. Decad. lib. 4.

Turbata acies. Liv. 3. Decad. lib. 7.

Venire in aciem. Tacit. lib. de Morib. German. 14.

Veniam in aciem dimicationemque. Cic. in Orat. 25.

Verlari in acie & ferro. Cic. de Opt. Gen. Orat. 149.

Volitare tota acie. Tacit. lib. 2.

Acies, ut alia quinta inflexionis, olim habuit in genitivo Acie, authore Servio. Sallust. 1. Hist. Dubitavit acie pars.

ACILA, [Ακίλα] Emporium est maritimorum Arabiarum, distans triginta dierum navigatione a Berenice Troglodytarum urbe. Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione navigationis Indica.

ACILIA, Gens plebeia Roma fuit a Trojanis oriunda, ut author Herodianus. Hanc vero gentem abjectam suisse & obscuram, inde apparet, quod postremos omnium corum, quorum originem veteres ad Ænacum referunt, honores adeptos contexit. Primus enim M. Acilius. C. Fil. IDVLV anno ab U. C. curules gestis magistratus, qui Antiochum regem & Etoles apud Thermopylas devicit, deque usq; triumphavit. Liv. lib. 36. Ob quam victoriam ei ita etata delet aucteis bracteis inscruta, ut annotavit Rhodig. lib. 29. cap. 24. Fuit & M. Acilius L. F. C. N. Coif. cum L. Quincio, anno DCII. author est Cæsiodorus, & Plin. lib. 7. cap. 36. Item fuit M. Acilius Glabrio, apud quem Cicero Verrem accusavat. In Verr. 5. 29. De Sen. cap. 10. Juven. 4. 94. Aufon. Profess. 24. v. 4. Et Faftos. Ab horum uno Lex Acilia de pecunis repetundis severissima, cuius meminit Cic. in Verr. 1. 9. Et pro Sextio 64. dicitur etiam Aquilia. [Imo] ACILIAM ab AQUILLIA Gente diversam suffice liquet ex Denariis antiquis ap. Fuly. Ursum. q. V. Hic vero omnia confusa.

ACILIUS BUTA, [Ακιλεύς] Homo Prætorius, cui post patrimonium ingens confumperit Tiberius paupertatem confidenti, Sero, inquit, expertus es. Cæs. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 13. [Scribendum Athius ex Se nec. Ep.

ACILIUS STHELENUS, e plebe Libertina, in excolandis vineis cura & artificio singulare fuit, ita ut cunctis miraculo esset. Hujus meminit Plin. lib. 14. cap. 4.

ACILISENA, [Ακιλησνη] Regio est Asia inter Taurum & Euphratem: de qua Strabo lib. 11.

ACINA, [Ακίνα] Arabiae oppidum. Plin. cap. 29. lib. 6.

ACINACEUS, V. ACINUS.

ACINACES, is. m. [Ακινάκης] Gladius Persarum, five Medorum, inquit Acron. Hor. 1. Od. 27. 5.

Vino & lucernis Medus acinaces

Impingu quantum difcrepat.

Insignis manicus, insignis acinace dextra. Val. Flacc. lib. 6. 711. Cum Scythe per ventum & acinacem jurabant, per vitam se & mortem affirmabant jurare, quod ventus vite hominum causa sit, acinaces vero mortis, sicut Lucianus in Toxari testitur.

Acinaci, Scythe illi inhospitales, qui in intimas solitudines acti sunt, Martis simulacrum, annuis holtis licabant. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 26.

VOL. L

ACINIPPO, Oppidum Bæticæ Hispaniæ, Plin. 3. 1. quod idem Acinipo per Ptolemeo 2. 4. dicitur.

ACINIANI, gens Hispana, simulacrum Martis ornatum radiis maxima religione colentes, Netum vocabant: quod coram lingua marem significat. Sipont. ex Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 19. Sed Accitani legendum. V. Supra.

ACINUS, Ακίνος Dioscoridi, 3. 50. Herba est tenuibus siccisque furculis, ocymo simili, odorata, fed hirsutior, ex qua corone factantur. Quidam ex vulgo sylvestre Basilicum vocant, Latini Ocymanstrum, quod plane Ocyman imitetur. Plinius hanc herbam & ceterorum, & ciborum caufa ab Ægyptis seru afferit, & alio nomine Epipetron vocari, & nunquam florere. Vid. lib. 21. cap. 15. & 27.

ACINUS, i. m. & **ACINUM**, n. teste Nonio [πατέρα] Hor. 2. Sat. 6. 85.

Aridum & ore forens acinum, templaque lardi

Fruitura dedit.

Vulgo granum id appellatur, nasciturque inter fructus minutiiores arborum fructucae. Inter acinos enim numerantur Grana, uve, hederae, fimbrii, ebuli, malii punici: addo etiam morum, & quicquid his est simile. Cic. de Senect. 47. Omito enim vim ipsam omnium qua generantur e terra, qua fici ex tantillo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex ceterarum frugum aut fructuum minutis seminibus tantos truncos ramoscos procerat. Quo loco Turnebus Acinum vinaceum ea dici forma cenfit, qua Gallum gallinaceum dicebant.

Acina ebrio, f. pro Acino ebrio, n. dixisse Catullum poetam, 27. 4. scribit Gellius lib. 7. cap. 20.

Acinum corrugatum. In CORRUGO,

Acinus callosus. In CALLOSUS,

Acini coccinei. In COCCUM,

Acini meliporum. Plin. lib. 15. cap. 20.

ACINÆUS, Adj. [ακινάδης] ex Acinis confectum: ut Acinaceum vinum.

ACINARIUS, Dolia acinaria. Vart. de R.R. 1. 22.

ACINATICUM, ii. N. Potio ex acinis vinaceis aqua maceratis confecta. Ulp. I. 9. de oleo vin. leg. Acinaticum plane vino non contingebatur. Quo loco Hotom, mavult legere Acinacum, aut Acinaticum. Hujus potionis confidit rationem vide apud Cæsiodorum cap. 12. Gloss. Gr. Lat. εγώστε, addo Pallad. 1. tit. 6.

ACINÖSUS, [ακινόδης] Adj. Dicitur quod multos habet acinos: ut, Uva acinosa, Plin. de viu[m] generibus lib. 14. cap. 3. Columbinæ acinolifime. V. etiam 12. Harduin.

Acinofum, pro Re fucco in modum acinorum. Plin. lib. 12. cap. 13. Afari fenum acinofum, sapori calidi, ac vinosi.

ACIPENSER, ερίς m. [ακινός] Genus pīcīs, de quo Plin. lib. 9. cap. 17. Apud antiquos pīcīs nobilissimus habitus acipenser, adeo ut cum tibiosis & coronis inferretur. Athen. lib. 7. & Macrob. Saturn. 3. 16. conf. Cic. de Fin. 2. 8. & 28. Hor. 2. Sat. 2. 47. Vulgo cunctum putant ac Elopem, Acellum, Sturionem quem & Asturionem quidam vocant, a quibus tamen omnibus diversus est, ut accurate docet Ludov. Nonius in Ichthyophagia. Vid. & Salmas. Exercit. Plin. pag. 940. & Turneb. 30. 21. L. And. Refend. lib. 2. de Antiq. Losit. dilq. de pīce Asturione pag. 73. Unus omnium squamus ad os veris contra aquam nando meat, nullo nunc in honore est: quod quidem miror, cum sit rarus inventu. Cic. in dialogo de Fato, ut citat Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 12. Nam cum esset apud fe ad Laverium Scipio, unaque Pontius, allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capit, sed est pīcīs, ut ferunt, in pīmis nobilis. Cum autem Scipio unum & alterum ex iis qui eum falutatum venerant, invitasset, pluresque etiam invitatus videbatur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas, acipenser iste pīcīus hominum est. Hec Macrob. Martial. in Xeniis 13. 91.

Ad Palatinas acipenseram mitite mensas, Ambrosias ornent munera rara dapes. Legimus in aliquibus exemplaribus (acipenserem) & (ornata)

Acipenser decumanus. V. DECUMANUS.

ACIRIS, [Ακίρης] Italia fluvius apud Plinium: cuius etiam mentionem facit Volaterranus. V. Plin. lib. 3. cap. 5. **ACIS**, is, vel idis. [Ακίς] Fluvius est Sicilia, qui decurrit ex Ætna, teli impetu, unde dictus est, ut docet Eustathius. Acis, apud Ovid. 12. Met. 750. 756. 757. primam producit. Claud. lib. 3. de Rapt. Proserp. corripit. Lucus erat proprie flumen Acis, &c.

Acis pulcherius fuit adolescentis, Fauni filius ex Simethi fluvii filia, pastor Siculos, quem dum Galatea Nerei & Doridis filia amaret, & Polyphemum Cyclopa spernere, ille iratus Acis necavit: qui potea Galatea miseratione in fontem mutatus est, ut scribit Ovid. lib. 13. Met. v. supr.

Acis item Insula una est ex Cycladibus, authore Plin. cap. 12. lib. 4.

ACITANI, V. ACINTANI.

ACITAVONES, Plinio populi inter Alpinas gentes numerantur, c. 20. lib. 3.

ACITHRUS, [Ακίθρος] Eluvius est Sicilia apud Ptolemauni, alio nomine Acis & Acilius dictus. V. supr.

ACITRIA, Insula, quæ & Melos, & Siphnus dicitur. Sipontin, Aciros, V. ACYOTOS.

A C L

ACLASSIS, Tunica ab humeris non confuta. Festus. Gr. κάλανξ vel κάλαντος, a κάλανω laxo. Laxamentum tunicæ nodo retentum fec. Scatiger. conf. Dacerium.

ACLETI, [ακλητης] Adv. Citra vocationem, citra invitationem. Proverbii loco dicitur, quoties invocatus quis accedit ad convivium;

quod & amici faciunt & coepit. Hermolaus in Plin. lib. 15. cap. 11.

ACLIS, idis. f. Nonius 18. 10. [Ακίλης] Virg. 7. Æn. 739. — teretes sunt acclides illis Tela.

Aclides, inquit, Jacula brevia. Servius, Putatur, inquit, Teli esse genus quod per flagellum in immensum jaci potest. Caesaris tragula. Bell. Gall. 5. 46. V. Salmas, ad Treb. Poll. Claudium cap. 14. Turneb. Advers. 30. 21. & Drakenb. ad Sil. 3. 363.

ACCLUDO, is, compositum a Cludo. Vid. CLUDO.

ACME, es. [Ακμή] Nomen mulieris proprium. Catul. Epigr. 43. 1. &c.

Acmen Septimus suos amores

Tenens in gremio, mea, inquit, Acme, &c.

ACMOSA, [Ακμασία] Septem sunt infusa post Hiberniam, non procul ab Orcadibus. Plin. lib. 4. cap. 16.

ACMON, [Ακμών] unus ex Ideis Dactylis, id est, Magnae Matris deorum ministris, & afflitoribus: de quo vide plura apud Lilium Gyraldum in lib. de Diis Gentium.

ACMONIA, [Ακμωνία] Stephano, Urbs est Phrygiae in conventu Syndaco: cuius meminunt Ptolemaeus & Stephanus. Hinc

ACMONIDES, [Ακμωνίδες] unus Cyclopum. Ovid. 4. Fast. 286. Vid. BRONTES.

ACMONIENSES, five, ut Plinius legit lib. 5. cap. 25. ACMONENSES, Populi sunt Acmonie urbis.

ACMOHÉTON, i. n. [Ακμοθέτων] Lignum sustinens incudem.

ACNUA, f. Agri modus apud Varr. de R. R. 1. 10. & Columel. 5. 1. Græcis άκνη est, ut ex Herone Rigaldus ad Gromaticos veteres observat. Bætici rufici Agnam & Porcam appellarunt. Alii Porcam, ut Gromatici notant.

ACOETES, [Ἄργιοι] Nomen viri pauperis, sub cuius imagine latuit Liber, eludens Penthea. Hujus tenuitatem exprimit Ovid. 3. Met. 582.

ACOETUS, [Ἄργιος] Sine cubili. Unde Plin. lib. 11. cap. 15. Mel acetum vocat, sine retimento sedimento. V. Not. Dalech. In omni (inquit) melle, quod per se fluit, ut mustum, oleumque, appellatur que acetum, maxima laudabilis est. Nam οἶνος lectum significat. Unde & ceteron οἶνος hoc est. Dormitorium Plinio: & Proæcoton vel Procœton in epistolis Cæciliæ, pro Anticubiculo: etiam si Proœcetron quoque legitur, non absurdè. Quid sit Proœcetron, Feltus Pompeius docebit. Procœton & Cæceton, Vitruvius thalatum & antithalatum usurpat. Herinol. Gloss. in Plin. Sed V. supra Acetum.

ACOLASTUS, i. [Ἄργιος] Prodigus, intemperans, immodestus, lascivus, libidinosus, infrenis, immoderatus. Cell. lib. 19. cap. 2. negat Latine verti posse. Sonat ad verbum, impunitus, vel incorcitus, ut sit qui cupiditas non puniat, velut inœcto freno. Nam κράνος πυντίον est, & privata. Nec folium de hominibus, verum etiam de rebus dictum, ut άργιος γλαστήν, lingua infrenis. Acolastus homo, hominibus neque rei, neque frugis bona. Gell. lib. 7. cap. 11. Budæus in Comment. Protervum proprie significare putat, & qui sibi in libidine temperare non potest.

ACOLITANUM, [Ἀκολατεῖν] Oppidum liberum est in Africa proprie dicta, ab ea parte qua tractum Cyrenaicum spectat. Plin. lib. 5. cap. 4.

ACOLUTHUS, i. [Ἄργιος] Consequens, contentaneus. Quintil. 5. 10. substantivus, n. pl. Consequens dixit, que Græcis άργιος, m. Affectator, comes, affecta, puer junior ministrans in rebus corporis, famulus a corpore. Erafim. in Epist. Hieronym. ad Neptian. de Vit. Cleric. ex Helych. q. V. Fui & Ecclesiasticum officium, de quo V. Gloss. du Fresne, Spelm. & Hierolex. Macri, & ante hos Iudorum. 7. 12. de Clericis. Augustin. Ep. 104. præc. Ep. 62. sub init. & Cyprian. Ep. 7. Edit. Oxon. (Pammel. 36.) ubi itidem Acoluthi mentio habetur. quidam perperam scribunt ACOLYTUS.

ACOLYRUS, i. [άκλωτος] Impedimentum carens, Qui nullis terroribus a proposito dimoveri potest. Unde Epictetus verum atque sincerum Stoicum, acolytum esse dicebat. quasi dicas, non prohibitus, ab & κακούν prohibeo.

ACONE, [ἄκνη] Cautes. V. ACONITUM.

ACONE, es. [Ἄργιν] Portus Bithynie, veneno aconito dirus. Plin. lib. 6. cap. 1.

ACONITI, [ἄκνη] Adv. Sine pulvere, citra pulverem sudoremque, citra negotium & laborem, sine pugna, νόσος enim pulvarem significat. Plin. lib. 36. cap. 11. Alcimachus pinxit Diosippum, qui panegyrici Olympice citra pulveris jactum (quod vocant Aconiti) vicit: cogniti Nemei. Tactum I. Hard. Proverbii loco dicitur de eo qui sine labore vitæ evadit: ab athletis sumptum, qui pulvarem inspergebant corporibus, ut se faciliter comprehendere possent. Ovid. 9. Met. 35. de lucta Herculis & Acheloi. Vid. Hermolæum in Plin. & Erafim. in Chiladiad. Eadem forma dicimus & ανέκων fine fudore, & ανέκων, fine sanguine.

ACONITES, [Ἄργιν] Populi sunt montani, prope Sardiniam insulam, quorum meminit Strabo lib. 5.

ACONITUM, i. [άκνη] Herba genus, de qua sic Plin. lib. 27. cap. 3. extr. Aconitum, folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab Aconiti lepore hirsuta, radicem modicam, cammaro similem marino. Quare quidam cammaron appellaverunt, alii thelyphorum, ex qua diximus caufa. Radix incurvatur paulum, scorpionum modo: quare & scorpion aliqui appellaverunt. Nec desuerunt qui myoconon appellare malent: quoniam procul & longinquum odore mures necat. Nafcitum in nudis cautibus, quas aconas vocant & ideo aconitum aliqui dixerunt, nullo juxta, ne pulvere quidem, nutritum. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alii, quoniam vis eadem in morte effet, quia cotibus ad ferri aciem deterrandam, itamque admota velocitas sentitur. Lucan. 4. v. 322. Ovid. 7. Met. 418.

Lurida terribiles miscent aconita novercae. Ovid. 1. Met. 147. Videatur de quibuslibet venenis interlinxe.

— nec miseros fallunt aconita legentes. Virg. 2. Georg. 152. Ubi Servius, Aconita nascuntur in Italia, sed non ea obfite dicit, quia sunt omnibus nota. Hac autem fierba dictum nata esse de spumis Cerberi, quo tempore cum Hercules ab inferis traxit. Quia quia in axis & cotibus nascitur, Aconitum dicitur, ανέκων. Id est, a Cote.

Et dicimus τὸ ἀκόνιτον, τὸ μάκρων. Hæc Ser. Theophrastus tamen de Plant. Hist. lib. 9. cap. 16. aliud afferit nominis etymion, affirmans non esse ἄπο τῶν ἀκνῶν, id est, a Cotibus, sed ab Aconis Periandinorum vicco ad Heraclæum Ponti sito, ubi & plurimum & optimum nascitur. V. Atheneum lib. 3. & Solinum cap. 45. Aconita dira, Aufoniæ Sect. 2. monosyllabis.

Lurida. Ovid. 1. Met. 147.

Pallida. Lucan. lib. 4.

Vivacia. Ovid. 7. Met. 418.

Aconitum, Dioscoridis interpres 1.93. vertit, Non picatum. At Cæl. Antiq. Lect. lib. 28. cap. 2. Aconita, inquit, intelliguntur Græcis Vifa non illata, que calido dilata humor, aquam in se trahunt. [Sed ἀκόνιτον legendum Sarac. contendit in Schol. ad C. 94. q. V.

ACONTEUS, Venator egregius, ut docet Stat. 7. Theb. 590. & Sil. lib. 16. 562.

ACONTIAS, a. [Ακόντια] Comete genus, de quo Plin. lib. 2. cap. 25. Acontias jaculi modo vibrantur duorum cubitorum, figura autem crassa in tenuem abeunte, colore viridi, maxime juxta alvum, ut milium colore referat, unde & Cenchrias, id est, Miliaris appellatur. Actius fern. 13. cap. 27. Elæian. lib. 6. Hist. An. c. 18. Latinis IACONTIA LUM dicitur q. V.

ACONTIA, n. pl. Calcei muliebres. V. infra PLOARIA.

ACONTION, [Ακόντιον] Oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio, Stephanus.

ACONTIUS, [Ακόντιος] Bœotiae mons est, teste Plin. lib. 4. cap. 7.

ACONTIUS, [Ακόντιος] & Ceo five Cætegei mariis insula profectus ad sacra Diana, que in Delo insula omnium Cycladum clarissima, frequenter virginum conventu celebrabantur, in amorem visa Cydippe puerile nobilis exarist. Quam cum ob generis imparitatem non auderet palam uxorem petere, novam commentus est fraudem, qua illam sibi conjugio obligaret. Siquidem in pulcherrimo pomo scripsit duos hoc fecerunt,

Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti,
Juro cum colimus numina magna Deæ. Sunt qui hos malint,
Juro tibi sacra per mystica facra Diana,
Me tibi venturam comitem, sponsaque futuram.

Itaque sic inscriptum pomum projectat ad pedes puella. Quæ fraudis inçia, cum imprædens legeret, visa est fe uxorem Acontio pacifici. Nam quæ ante deos in templo Delia Diana dicerentur, rata esse debere, lex erat. Cum autem paulo post puer hujus rei nescius, illum alteri desponderet, subita febre correpta est. Cui Acontius per epistolam perficatus, morbum a Diana esse immissum, eo quod non implevisset quæ Dea præfente promiserat. Proinde contra patris voluntatem maluit in Acontio venire fententiam, quam diutius torqueri. Exeat utriusque epistola inter Ovidianas 20. 21.

ACONTIO, [άκοντιον] Jaculari. Translate Veget. de Re Vet. 1. 26. Ut pollit fangus acontiz per venam.

ACOPIS, [άκοπη] Gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleum subfervescit, peruncit laſſitudinem solvit. Plin. lib. 31. cap. 10.

ACOPIS, five ACOPUS, f. οἶνος. Dioscoridi, Herba est fruticosa, gravi odore, flore oleris, quæ & Anagyros vocatur a Plin. 27. 4. a Dioscoride etiam άκοπη. Vulpis ob odoris gravitatem Lignum fetidum appellat. Hujus femei, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum, vomitiones ciet. Unde factus est locus proverbio, άκοπες κύνες, Anagyris movere, quo utimur in eos qui obfutura fibi comovent. V. Plin. l. c.

ACOPUM, i. n. [άκοπον] Celf. 4. 27. Acopo articuli perfricent plural. Acopa, drūm. Medicamenta laſſitudines & fatigations levantia. Plin. lib. 29. cap. 3. &c. Ad omnia quæ copas curantur, unguentumque pariter & medicamentum est. conf. 31. 7. Budæus, Acopos, minime laſſum significat. Peculiaris capite de his agit Celsus, quod est 24. libri 5.

ACOR, V. ACEO.

ACORNA, a. [άκορπα] Herba est ex genere aculeatarum, spinam habens pro folio, vernacula Cnico similis, colore tamen rufo, succinum pingue & sanguineum fundens. Plin. lib. 21. cap. 16.

ACORUM, [άκορπον] describit Dioſ. lib. 1. cap. 2. Plin. lib. 25. cap. 13. Et 26. 5. Hermolæus, Ruellius, & alii multi. Quid autem sit Acorus, seu Acorum, non satis norunt recentiores. Ego (ait Manardus lib. 6.) quoties acoro opus est, non vulgaris illa radice, & injunctum odoris, sed vocato aromatico calamo uti confutue. Antonius vero Muſa, Quam, inquit, galangam appellatis, verus Dioscoridis acorus est: quod sapere ab excellenti Leoniceno dicitum memini. Vid. Celf. 321. Apul. de Herb. cap. 6. & 88.

ACOSMIA, a. [άκοσμια] Rerum congeries indigesta, confusa, & inconditia. Acosmia etiam Dedecus & indignitas, & status publici perturbatio, quæ unicus ordinis sua vices itaque dignitas non constant. Quo verbo Plutarchis statum Reipublice tempore belli Civilis appellavit. Budæus.

ACOSMUS, i. [άκοσμος] Inornatus, incomptus. Lucret. uitur 1. 4. 1153.

ACQUIESCO, ēvi, ētum, [ιανουανίησαι] ēre. Pro simplici ponitur, Quiescere. Cic. 13. Att. 34. Vitandi caloris caufa Lanuæ treis horas acquievem.

Acquiescere per translationem dicimus, quum Remittitur dolor, aut alia animi molestia. Cic. 1. de Fin. 82. de improbitate loquens, Cuius in animo versatur, nunquam finit cum respirare, nunquam acquiescere. Idem 4. Acad. 25. 3. Quum es commotus, acquiescere.

Acquiescere in re aliqua, aut in aliquo homine, cum quadam animi voluptate, quieteque confiture & oblectari in re aliqua, in qua prius in dubio aut felicitudine animus fuisset. Cic. 9. Att. 10. Acquiesco enim scribens ad te, & legens tua. Acquiesco, id est, Oblecter. Idem

de amicit. Vicissim autem fenes in adolescentium charitate acquiescimus. & Suet. Tib. cap. 56.

Acquiescere κατ' ιψηνούσι pro Mori dixit Nepos 23. 13. 1. Sic, inquit, vir fortissimus, multis variisque perlunctus laboribus, anno acquisivit septuagésimo. Ubi quidem significanter Acquiescere dictum videtur de Morte vitam laboriosam fecuta, conf. Val. Max. 9. 12. ext. 1. Sponius Mifc. Frud. Antiq. p. 171. ex Lepide Lugdunensi: Julia adepta hic adquiescit. Ita sepulti non raro quiescere, & mors ipsa Quies appellatur. Citerioris avi scriptoribus Acquiescere Consentire est, vel Attentiri. Hieronymi, lib. 2. adverf. Jovian. (Tom. 3. Oper. 36.) de Diogene. Genad. Maffil. cap. 55. de Eccl. Dogm.

Acquiescere aliqui rei, pro In aliqua re. Sen. Epist. 24. pr. princ. Ut meliora tibi proposas, & acquiescas spci blanda. Item Suet. Tib. cap. 31.

ACQUIESCENS, Partic. [επανταποδοθεός] Cic. 2. Q. fratr. Erat summi otium forens, sed seneccens magis civitas, quam acquiescens.

ACQUIRO, svi, litum, crie. [κτενεῖ, πελεγίσκω, στρέμω, ἀντέχω] ex Ad & Quaro; Idem quod Comparo. Virg. 4. IEn. 175.

Mobilitate viger, viresque acquirit eundo. De Fama loquitur, Opes. Ovid. 2. de Arte Am. 343.

Nascitur exiguis, sed opes acquirit eundo.

Acquirere rerum dominium, aut possessionem dicimus, cum illa jure aliquo civili, hoc est, ea ratione que jure civili ad dominii possessionis translationem infinita est, nanciscimur. Hotoman,

Acquirendi domini modi sunt sex, Mancipatio, traditio, usucatio, in jure cessio, adjudicatio, & lex. Ulp. in Fragment. Possessionis autem septem, pro Emptore, pro herede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo. Lib. Digest. xlii.

Ad honorem & gloriam aliquid acquirere. Cic. 3. Fam. 7. Ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem.

Ad vice fructum. Cic. in Catil. Mihi quidem ipsi quid est quod jam ad vice fructum possit acquiri?

Benevolentiam acquirere. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Dignitatem. Cic. Fam. lib. 10. 3. Omnem tibi reliqua vita dignitatem ex optimo Reip. statu acquires.

Gratias. Cic. 1. Att. 110. Vides in quo cursu sumus, & quam omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus.

Moram ad condemnandum. Cic. pro Cæcili. 2. Quanquam ego mihi sic perfuado, Recuperatores, non vos tam propter juris obscuram dubiamque rationem, bis jam de eadem causa dubitasse, quam quod videatur ad summum illius existimationem hoc judicium pertinere, moram ad condemnandum acquisisse: simul & illi spatium ad se collendum dedisse,

Studia vulgi. Tacit. lib. 12.

Aliquid per servum. Paul. in L. si id D. de donat. inter vir. & uxor. Si quid per eum servum, quem emerat ex nummis marito donatis, mulier accipiet, forte legatum, hereditatem, &c.

Acquirere de malis etiam rebus dicitur: ut, Acquirere inimicitias. Plaut. Milit.

Acquiri, pro Addi, vel Conciliari. Plin. lib. 15. cap. 17. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

A C R

ACRA, [Ἀκρά] Vicus est Panticapensis agri, ad ostium Maeotidis, septuaginta stadiorum freto a Corocondame opposita sibi urbe discreta.

Est & Acrum cognomentum Japygia, Promontorium extremum Salentinorum, quo quam longissime, ut inquit. Plin. lib. 3. cap. 11. in mare excorrit Italia: Japygia cognomentum discrimis gratia additum est. Nam Græci quelibet promontoria ἄκρα vocant. Unde & pleraque umeris in promontorii sita, Acre appellantur. V. Steph.

ACRATIENAE, [Ἀκρατιέναι] Una est ex decem Judæe Toparchis, Plin. lib. 5.

ACRADINA, [Ἀκραδίνα] Cic. 4. Verr. 53. Altera autem est urbs Syracus, qui nomen Acradina est: in qua forum maximum, pulcherrima porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima est curia, templumque egregium Jovis Olympi: cæteraque urbis partes una lata via perpetua, multisque transversis divisa, privatis aedificis continentur.

ACRAEA JUNO, [Ἄκρα ἡ ἄρχαια] Dicta fuit a Corinthiis, quod in ἄκρᾳ νη, hoc est, in Promontorio quodam inter Lachaeum & Pagas, non procul a Corintho, coleretur: ubi & vetutum ejus extabat oraculum, Strab. lib. 8.

ACREPALA, [Ἀκρεπάλα] ab Hippocrate dicuntur Fa omnia que cracula obſtunt, quemadmodum ἄρνα que ſitum prohibent. Inter Acrepala numerantur Amygdalæ amarioræ.

ACREPHTIA, [Ἀκρεφτία] Urbs est Boeotia, que ab Hom. Iliad. 2. 507. Arne vocatur: dicta Acrephtia, ab Acrepheo Apollinis filio, ut Stephano placet. Hanc Strabo neutrō genere effert **ACREPHTIUM**, ἄκρη φτια.

ACRAGAS, [Ἀκραγάς] Sicilia urbs, que **AGRIGENTUM** alias dicitur. Plin. lib. 3. cap. 8. in descriptione Sicilie: Oppidum Acragas, quod Agrigentum non distare. De hoc meminit Virg. 3. IEn. 703. V. suo loco AGRAGAS.

ACRAGANTINUS, [Ἀκραγαντίνος] Adj. Idem quod Argentinus. Lycet. lib. 1. 716. (Sed Plures Libri habent Argentinus, forma Latina.) Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est.

ACRATISMUS, i. m. [Ἀκρατισμός] & **ACRATISMA**, atis, n. Jentaculum. Plutarch. in Symposiacis, a meracis potandi conſuetudine non men hoc inflecti conjectat, quoniam panis buccellam mero tingerent. Cæl. Antiq. Lect. lib. 13. cap. 57.

ACRATOCOTHONES, [Ἀκρατοκοθῶνες] Dicti sunt homines vinosi, & meracis bibentes: quasi dicas, Vini meri pocula. Cæl. lib. 27. cap. 27.

ACRATOPHORON, [Ἀκρατόφορος] Urceulus Latine dicetur. Cic. 3. de Fin. 4. Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Graeco verbo utamur, quando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratorphoris potius, quam, &c. Varr. de R. R. 1. 8. Vinea, que sine jugo administrat Acratophoro vinum.

ACRATOPSIS, æ. [Ἀκρατοποσία] Latine, Potio vini meraci. Hinc Acratopsis certamen: de quo sic Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 31. Sunt qui indos esse philenos, id est, vini amatores eatenus prodant, ut Calano mortiente, præter gymna & musica ab Alexandro proposita cer-

tamina, etiam acratorphos fit institutum, in quo primas occupanti talentum foret præmium: secundas autem, minæ tringa: tertias, decem. Mortuos vero inibi statim quinque & tringa, nos etiam sex. Qui plurimum bibit, ac visit, meri choas persecutus quatuor, nomen homini Promachus. Hece Cal. ex Athen. l. 10. conf. Iliiani V. H. 2. 41.

ACRATUS, [Ἀκράτος] Bacchantum Genius, Athenis spectabatur, cui os duntaxat extra parietem exstabat. Patin. in Attic.

ACRAVISCI, [Ἀκραβίσαι] Populi sunt Pannonie inferioris, juxta Scor-

dulos: de quibus Plin. lib. 5. cap. 25.

ACRE, Oppidum nomen apud Plin. lib. 5. cap. 12.

Acrea Venus in Cypro celebatur, cuius templum mulieribus nec videre nec adire erat. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.

ACREDO, inis. f. pro illa amaritudine que est in fructibus non maturis ponitur a Calepino, fed nullo authore probat. Palladius Janar. c. 16. de Juglande: Nuces servantes cepis niftæ, quibus hanc vicissitudinem reddunt, ut eis Acredimen tollant. Plin. Valer. 1. 25. Acredimen habere.

ACREDULA, æ. f. putatur esse Luscina, acris & fuavillimi canthus avis, nam de ea intelligendi videntur hi versus in Divin. Cic. 1. 8. Sapientia enim perfrite canit de pectori carmen.

Et matutinus Acredule vocibus inita.

Quod vero frenute negat Vossius Etym. p. 298. quem vide, Alii ergo Ululam: ali pro Rana specie accipiunt. Videtur enim Ciceroni Acredule dici, quod pro Rana ἀλευρών. Ranas vero Olygones appellarunt, Auctor. Plin. 11. 37. §. 65. Accedit & Isidor. Auctoritas sic scribentis, 12. 6. Agredula, five Acredule (c. enim & g. sicut funduntur) ranæ parva, in ficco, vel agris commorantes, unde & nuncupata.

ACREMENTUM, i. quidam Latinum probant ex Plin. lib. 20. cap. 7.

In eos usus, & oxyopre servant addito dulci, acrementum temperantes. Qui locus sic nunc legitur, Stomachi diffoluti utilissime adjuvantur, in eo ūſu & oxyopri obolis asperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes. V. Hard.

ACRENSES, [Ἀκρανεῖς] Populi sunt Sicilia, stipendiarii Romanorum, non procul ab Acrella oppido. Plin. lib. 3. cap. 8.

ACCRESCO, ère, de Vino Veget. de Re Veter. 4. 8.

ACRIA, [Ἀκρία] Oppidum est Hispania, in conventu Hispalensi, de quo Plin. lib. 3. cap. 1. Item alterum in Peloponneso, ad oīum Eurote fluvii, in finu Laconico: de quo Ptolemeus.

ACRIBOICRON, n. [Ἀκριβοὶ ὁρῶν] Exactum, sumnum jus, Jus quod Strictum jurisconfuti dicunt. Et qui illud aequitati præferunt, Acribo dicere ab Aristotele vocantur, quasi præduri interpres juris, qualique deterioris juris studiosi, usurpatoresque. Budæus in Pandecta.

ACRIDIA, æ. f. Fructus species, ab acrionia succi lie dicta. Isidor. 17. 9. Scammonian Latini Acridiām vocant.

ACRIDOPHAGI, [Ἀκριδοφάγοι] Ethiopis populi, deserto contermini, homines paulo ceteris breviores, macilenti, ac supra modum nigri. Veris tempore Zephyrus & Libycus venti, infinitum pene locutum ex deferto ad eos defert numerum. Has sale, qui ibi plurimus est, superinfuso, diutius servant, cibum gutta eis huavem. Hic est solus eorum per omne tempus locutum vietus. Néque enim pecora nutrunt, neque pisces edunt, procul a mari positi: neque plumbum aliud vite admiculum habent. Corpore leves sunt, velocias curvi, & vite brevis: ut qui longissime vivunt, quadragessimum non excedant annum. Finis eorum admirabilis est. Nam propinquante senecta, pediculi alati, non solum ūſu vari, sed specie horridi ac turpes, in corporibus nat, ventrem primo, tum pectus, deinde totum corpus parvo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primum veluti scabiei cuiusdam pruriit affectus corpus scalpit, voluptate simul & dolore perceptis. Deinde exorientibus pediculis, simul effluente fanie, morbi arcerbitate ac dolore percitus, ungibus corpus magno cum gemitu laceras. Tanta vero verium copia effuit, aliis super altos tanquam ex perforato vase scaturientibus, ut deleri nequeant. Hoc pateat five cibi vīa aeris caufa, miserum fortuitum vita finem. Diomed. lib. 4. cap. 3. Strab. lib. 16. De similibus Populis in Parthia Plin. 11. 29.

ACRIFOLIUM, ii. Arbor que & Lotos appellatur. Galli Alyam & Alyserum vocant. Ruellius. Acrifolium inter infelices arbores commemorat Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 16.

ACRILLA, [Ἀκρίλλα] Oppidum est Sicilia non procul a Syracusis, cuius incola dicuntur Acriiles. Stephan.

ACRIMONIA, V. ACER adj.

ACRIO, onis. Philosophus fuit Pythagoricus; cuius meruit Cic. 5. de Fin. 87.

ACRISIUS, [Ἀκρίσιος] Argivorum rex, Abantis filius, ut scribit Lactantius & Eusebius in Chronico, Prosto fratri succedit in regno. His, utidem Lactantius afferit, nec ab hoc discrepat Servius, unicam habens hilum Danaen, in responsis habuit, se manu eius qui ex filia nascetur, moritum, qui ad effugientiam prænuntiatam mortem, filiam in quadam turri seposuit, feriarylli jullit, ne quis posset ad eam accedere. Contigit igitur ut audita pulchritudinis eius fama, illam concupisceret Juppiter, qui cum eam accepit, non videret, verius in auri guttam, ex tegulis in gremium eius cadere permisit, & sic pregnans effecta est. Quod ægre ferens Acrilius, eam capi jullit, & in arcum ponit, aque in mare projicit, quod cum ministris fecissent, in litus usque Apulium arca delata est, & caſu a pifatore captata: in qua cum inveniuit Danaen, & parvum filium quem enixa fuerat, eum ad Pilumum regem detulit, qui cum genus eius cognovisset, & patriam, illam libenter conjugio sibi copulavit. Filius autem, cui Perseus nomen fuit, cum excrevisset, & Gorgoni Medusa caput abſtulisset, Argos veniens, Acrium transmutavit in faxum. que quidem transmutatio fecundum Eusebium id significat, quod cum regnafet Acrilius apud Argos annis xxxi, a Perleo nepote suo, non sponte, tamen occisus, in lapidem, id est, in frigiditatem perambuant verius est. Ex Euseb. Bocatio, Servio.

Acrilius Abantades, id est, Abantis filius, Ovid. 4. Met. 606.

Acrilius gravis. Stat. 6. Theb. 283.

Fuit & Acrilius alter, Laertes patris Ulyssis pater, & Jovis filius, clementis Ulyssis apud Ovid. 13. Met. 144.

Nam mihi Laertes pater est, Acrilius illi, Jupiter huic, &c.

Hinc autem Acriolum vocant, & Acrielus legunt apud Ovid.

ACRISIONUS, Adj. [Ἀκρισιοῦς] Ovid. 5. Met. 239.

Acrifionas Proetus possederat arcus.

F 3

ACRISIÖNÉS, Danae Acrisi filia. Virg. 7. *Aen.* 409.

Protinus hinc fuscis tritis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem
Acrisiensis Danae fundasse colonis.

Præcipiti delata, &c. Servius, Acrioneis Danae, Patronymicum.

Nam male putant Acrioneis colonis. Sola enim venerat, non cum colonis.
ACRISONIÆDES, a. m. [*Ἀκρισιωνίδες*] Perseus Acrisi nepos. Ovid.

5. Met. 69.

Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduse

Acrisionides, adigitque in pectus.

ACRITAS, [*Ἀκριτός*] Peloponnesi promontorium, juxta Maleam &

Tænarum. Pompon. *Mela*, lib. 2. 3. 110.

ACRITAS, [*Ἀκριτός*] Messenii sinus initium, prope Methonem, ut re-

ferat Strabo lib. 8.

ACRITAS, ACRITUDO, ACRITER. V. *ACER* adj.

ACRIZYMMUS, i. m. Leviter fermentatus, quasi Acroazymus: ita de

Pane acrizzlymo Istor. 20. 2.

ACROĀMA, atis. n. [*Ἄκραιμος*] Auditio Latine dicitur. Mos erat apud veteres, qui hodie nullus est, ut in fabulis agendis, actionem histriorum musica symphoniam commendaret, unde illud, tibiis dextris, & sinistris, aut, paribus, & imparibus, aut, Serranis, & Phrygiis, erat igitur, in voce histriorum Actio: erat in musica Symphonias, quod Acroama dicebatur, inde scilicet, quod hac fabula pars auribus percipieatur, & audio quedam esset, animum leniente musicu concentu, fixa illa, qua ad actionem histriorum pertinebat, spectantium oculos oblectabat, atque haec fuisse Acroamatis significationem, loci demonstrant quos in antiquiorum scriptis observavimus, nam Cic. in oratione pro Archia 9. distinxit Acroama & Voceni, id est, eum qui fidibus, & eum qui voce caneret. Cum, inquit, ab eo quereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret, respondit, ejus, a quo sua virtus optime predicator. Et in Verrem. 4. 22. Acroama pro Homine potius, quam pro Re, plane confitit esse usurpatum, sunt enim haec verba: Hic quasi festivum acroama, nec sine corollario discederet, emblemata avellenda curavit, sed nequsum apterius, quam apud Macrobius, quid acroama sit, intelligitur. Et enim certe is, qui fidibus, non is, qui voce delectat. Saturn. lib. 11. Delectatus, inquit, inter coenam erat Augustus pueris symphoniacis Turonii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata suifiti liberalis nummis: eosdemque postea Turonius æque inter coenam quarent Casari sic excusat, Ad molas sunt. In oratione autem pro Sextio, 116. de P. Clodio: Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor, & acroama. Quod ideo dixit Cicer. quia Clodius utrumque manus, & histriornis, & musici, obiret. Ex P. Manut. Comment. in Orat. pro Sextio. Est etiam lectio Philosophica subtilior, hinc Aristoteles quasdam commentationes, quas discipulis tradebat, Acroamata vocavit. [V. mox *ACROASIS*] Prudent. Hymno S. Laurentii v. 325. Acroama contraictis syllabis dixit:

Engor! cachinnis venditus!

Acroama festivum fui.

[Immo in prima fede Jambici

dimetri Anapæstum posuit. Ceterum de Materia Acroamatum Videvis Ciaccom. de Tric. p. 74. seq. Muret. V. L. 6. 15. Pignor. de Servis. Neque modo huc pertinet Tibicina, Pfaltria, Sambucifolia & totum genus Symphoniacorum, verum etiam Anagnotta, de quibus V. f. 1.

ACROASIS, is. f. [*Ἀκροάσις*] Philosophorum schola est, Gell. 2. 22. quam auditionem vertit. 14. 1. Inauditiuncula. 5. 21. V. Joh. Wouverius de Polymathia cap. 4. circa finem. Vitruv. 10. 22. Callias Rhodus cum venisset, Acroalin fecit. id est, Auditores admisit, scholam seu dissertationem habuit super cogitationibus suis, sive solerter ab se inventis. Eodem modo Sueton. de Grammat. cap. 2. de Cratete: plurimas Acroales subinde fecit assidue differuerit. Seneca de Declamatione recitationibus usus est excerptis Controv. lib. 4. Praefat quemadmodum & latino Auditionis vocabulo item est nomen Suas. 3. in quam Remalia etiam notavit Lud. Creollius in Thætro Rhetorum 3. 5. Acroasis non secus ac Concio & de loco & de lectio five oratione dicitur sita Cic. 15. Att. 17. de Literis filii sui, quod cas vel in Acroasi audeat legere: qui ibid. Epist. 15. Ut velin Concio dicere auderem. V. Pare Lex. Crit. pag. 26.

ACROATERIUM, ii. n. [*Ἀκροατήριον*] Auditorium: Gr.

ACROATÍCUS, Adj. [*Ἀκροατικός*] Auscultatorius. Aristoteles in epistola quadam ad Alexandrum *λόγος ἀκροατικός* appellat, libros de recondita Peripateticæ factæ disciplina editos. Gell. lib. 20. cap. 5. & Budæus.

ACROĀTHON, [*Ἀκροάθων*] Oppidum est Thracie, in vertice montis, qui Athos dicitur, sicut: unde & nomen habet. Pompon. *Mela* lib. 2. 2. extr. Dicitur & Acrothon, & Acrothoon.

ACROBATICUS, a. um. [*Ἀκροβατικός*] Scanforius: ut, Genus machinae Acrobaticæ, scil. Machinae acrobaticæ. Vitruv. 10. 1. V. Bald. Lex. Vittr. p. 5.

ACROCERAUNIA, òrum. [*Ἀκροκεραύνια*] Montes excelsi in diversis locis, sic dicti propter altitudinem & jaetus fulminum, ut Serv. author est, in Virg. 3. *Aen.* Quorum alii sunt in Epiro, dividentes Ionium mare ab Adriatico. Alii sunt eodem nomine montes inter Armenianam & Iberiam. Nam *ἄκρος* dicitur mons, vel summitas: & *κεραύνος*, fulmen. Hor. 1. Od. 3. 20.

Qui vidit mare turbidum, &

Infames scopulos Acrocerænia. Virg. Ceraunia dicuntur 3. *Aen.* 506. Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. Nunc vocantur, *Montagnes du diable*. De locis noxiis in genere. Ovid. Rem. Am. v. 739.

Hec tibi fune Syrtes: haec Acrocerænia vita.

ACROCRAUNION, [*Ἀκροκραύνιον*] Epiri primum est promontorium, eaque Acrocrauniorum montium pars, quæ mari immensis, secundum Europeum hunc a tertio, hoc est, Adriaticum mare ab Ionio dividit: distatque a Lacinio, extremo Italie promontorio, 75000. passus. Author Plin. lib. 3. cap. 11. & 26.

ACROCHIRISTUS, [*Ἀκροχιρίστης*] Athlete dicebantur, summis inter se manibus suspentes, nullo complexu hærentes, ut Palæstræ. Budæus. Hinc Acrochirismus, qui Pugilatus interpretari potest. V. Cal. lib. 1. cap. 6.

ACROCHORDON, ônis. F. [*Ἀκροχόρδην*] Verruca, amplitudine fabæ, pueros maxime infestans, sic dicta, quod in imo usque adeo sit angusta, ut pendere videatur. Hermolaus in Plin. Meminit Celf. lib. 2. cap. 1.

Rufsum lib. 5. 18. n. 24. Acrochordon, inquit, excisa nullam radiculæ relinquit.

ACROCOMÆ, [*Ἀκροκόμαι*] Populi sunt Thraciae, sic dicti, quod antias in fronte muliebri erit dem terren, quemadmodum & diverso Abantes prior capitis tendebant. Author Homer. 4. Iliad. 543. Meninit Hermon. in Plin.

ACROCORINTHUS, [*Ἀκροκόρινθος*] Montis qui urbi Corintho imminent, inter Egaeum & Ionium mare, vertex est: quem Soli, cum de eo certarunt, adjudicavit Briareus: Sol autem Veneri concéssit, ut Corinthi affectarunt. Pausanias in Corinthiac. Plin. lib. 4. cap. 4. Acrocorinthum vocat summum Corinthi arcem, in qua fons Pyrene: unde spectantur diversa duo maria.

ACROCORIUM, [*Ἀκροκόριον*] Bulbi species est. Plin. lib. 19. cap. 5.

ACRODRYA, orum. n. [*Ἀκροδρύα*] Caius in I. 23. D. de Verb. Sign. hoc nomine omnem fructum arborum significari dixit. Proprie tamen Acrodrya vocantur, quæ in ambitu lignorum putamen habent. Quod genus appellatione nunc apud Latinos continetur. Budæus. Ruellius.

ACROLISSUS, [*Ἀκρολίσσος*] Arx est in colle supra Lissum Illyrici urbem. Strab. lib. 7.

ACROLITHUS, a. um. [*Ἀκρολίθος*] ut, Statua acrolitha. ap. Pollio. de 30. Tyr. cap. 32. pro Argolica em. Salmas. p. 322. Graece de Statua Colossi Vitruv. 2. 8.

ACROLICHIAS, [*Ἀκρολιχίας*] Promontorium est Ægypti ad Pharon. Strab. lib. 17.

ACRON, ônis. [*Ἀκρων*] Cæninenium rex, quem Romulus singulari certamine vicit, teleo træcitat, & ejus spolia opima Jovi Feretri dedicavit. Quem ob illata in hotem vulnera, telle Plutarchio in Vita Romuli, sic appellavit. Nam at ferire apud Latinos, esse vulnerare sagittis.

Acron Cæninus. Propert. lib. 4. 10. 7.

Herculeus, vel quia oriundus ab Hercule: vel quia Cæninenches Herculem colebant: vel quia fortis & bellicosus at Hercules. Propert. lib. 4. 10. 9.

Acron aliis, Medicus Agrigentinus, Athenæ cum Empedocle philosophatus est: fuit antiquior Hippocrate. Empiricorum Sectæ signifer, qui Athenas, accensis ignibus, pestilentia liberavit. scripsit, Lingua Dorica, de Medicina lib. 1. Author Suidas, Plin. Galen. Plut. Vid. Fabric. Bibl. Gr. in Elencho Medicorum.

Acron, nobilis Grammaticus, qui Horatium poetam editis commentariis enarravit. Alius a Mezentio prostratus. Virg. *Aen.* 10. 719.

Acron falso porci pinguis. Veget. 1. 6. Supra Acronem colocationis,

Apic. 4. 4. ubi Acron Gracis sublime & sumnum significans, latina forma infectitur, intelligiturque Humelburgio ad h. loc. sumimus colocationis caulis vertex, & inde emergens faba, vel, ut Lister. ait, tenerum & immaturum ciborum.

ACRONIUS LACUS, [*Ἀκρώνιος λίμνη*] Pompon. lib. 3. 2. 67. Brigantius Plin. & Solino, nunc vulgo Constantiensis, Bodamicus, vel potius Bodmenus. In eum duobus alveis influit Rhenus. Glarean. & Vadian.

ACRONYCTUS, a. um. [*Ἀκρονυκτός*] Vespertinus; ut Stelle Acronyctæ, que tunc orientum, cum sol occidit. Firmic. Astro. 2. 8. Nam *ἀκρωνύξ* a Gracis dicitur, quod nos Crepusculum vespertinum vocamus. Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 5.

ACROPHYSUM, ii. n. [*Ἀκροφύσιος, ἀκροφύσιος*] Follis est spiramentum, seu rostrum, quod fornacis vel fusoriæ ori inseritur. V. Vall. in Thucydid.

ACROPODIUM, ii. n. [*Ἀκροπόδιον*] id est, Basis. Hygin. c. 88. Gladium sub Acropodium Minervæ abscondere. Vid. Barth. Advers. 8. 6.

ACROPOLIS, [*Ἀκρόπολις*] Dicitur ipsa arx Athenienium. Athenæ enim in tres partes dividuntur, scilicet *αὐτόπολις*, *αὐτοῦ*, & Piræum portum. V. Thucydid. lib. 2.

ACROPSYRIA, [*Ἀκροψύρια*] Genus calceamentorum muliebrium Pollici lib. 7. cap. 22.

ACROSTICHIS, idis. f. [*Ἀκροστίχης*] Quam ex primis aliquot verfum continuo ordine sequentum literis oratio aliqua connectitur, ut in quibusdam Enniensis & Sibyllinis. Cæl. Antiq. Lect. lib. 25. cap. 9. Et Cic. 2. de Divin. 54. Appellatur hoc nomine Carminis genus, cuius strophiæ per Literas initiales representant Alphabetum. Ex hoc genere leguntur duo hymni Acrostichides in Poëtis Ecclesiasticis G. Fabricii; quorum alter pag. 567. est Sedulius: A foliis ortus cardine; alter Ven. Fortunati pag. 721. Agnoscat omne seculum. Antistitem Leontium.

ACROSTOLIA, 'orum. n. [*Ἀκροστολία*] Extrema sunt partes navis, quæ facile evellebantur, quum collubritum fuerat: ut confat ex Diodor. Sicul. lib. 20. Latini, ut putat Bayfius, etiam Rostra interdum vocant, & si quis similia. Erat autem in more possum apud antiquos, ornari naues viætrices Acrostoliis captivarum. Vid. Scheff. de Mil. Nav. 2. 6. p. 156.

ACROTADUS, [*Ἀκροτάδος*] Insula est in sinu Perlico, de qua Plin. lib. 6. cap. 23.

ACROTERIA, orum. n. [*Ἀκροτέρια*] Extremites sunt corporis. Aristoteles sic appellat extreman partem digitorum sub ungibus latenter, & extreman partem oslium. Significat etiam Pinnacula & prominentias adficiorium. Item Status, quæ in adficiorium ratione in angulorum summittate constituantur. Sunt etiam Rostra navium & ornatus. Budæus & Cæl. lib. 25. cap. 9. V. ACROSTOLIA paulo suprà.

ACROTERUS, [*Ἀκροτέρης*] Non respondens ad numerum saltationis. Unde *ἀκροτέρης κύματα*, Acroteria cymbala. Non congruentia ad numeros. Athenæus lib. 11. vocat fermones intempetivos, aut nihil ad rem pertinentes. Erafin. in Chilida.

ACROTHINIA, [*Ἀκροθίνια*] Primitia frugum sunt, quæ de summo acervo solent tolli. *ἄρει* enim summum sonat, *σὺν* autem frumentorum acervi dicuntur. Unde *ἀκροθίνια* Græci dicunt, pro eo quod est, Summa delibera, vel Primitias consecrare.

ACROTHON, V. ACROATHON.

ACROTHORIÆ, m. plur. [*Ἀκροθῖραι*] Populi cujusdam Athœi nomen,

quos narrat Theophratus, cum nullum colerent numen, subito universos a terra absorbesse cœpisse apud Simplic. Comment. in Epict. Enchirid. cap. 18. p. 222. Edit. Salmas.

ACROTHORAX, [*Ἀκροθώραξ*] acis. m. Qui leviter, aut (ut nonnullis placet) summe cibris est. Cal. lib. 13. cap. 39.

ACRUMARUM, Utenlia ampliora. Festus. V. Voss. Etym. p. 6. Daciarius cum Scaligerio legit Acrumina f. Acrumina que Græcis *ζακρυφα*.

A C T A , orum. V. A G O .

A C T A , & [Ακτη] Id est , Secretum & amorem litus. Virg. 5. Jn. 613.

At procul in sola secreta Troades acta

Anfusum Anchisen habebant. Author Serv. Cic. 7. Ver. 8.

Ipsa tamen, cum vir eset Syracusis, uxorem ejus parerat animo

soluto ac libero tor in acta dies secum habere. Siculorum lingua,

A C T A , Litus significat, inquit Turnebus.

A C T A , & vel A C T E , es. [Ακτη] Attica regio, ut testatur Gell. lib. 14. cap. 6. & Plin. lib. 4. cap. 7. Causam nominis exprimit his verbis Strab. lib. 9. Atticam apud veteres Acten, id est, Litus, appellatum esse conatur, & nomine derivato pro Actica, Atticam esse nuncupata: quoniam maxima illius pars ad mare est extensa & angusta: oblonga vero & porrecta montibus usque Sunium subiecta. Hermon. in Plin. lib. 4. cap. 7. Acten dictam scribit ab Actaeone live Actaeo rege, ut Favorino placet & Lycophroni, qui Actaeos vocat Athenieses: vel quia littoralis sera tota sit, exili & angusto quadam velut margine, ut Apollodorus. & Strab. Dicitur eti Aethnis, sed ab Attide Cranae regis filia, ut inquit Eustath. Martian. Tropus.

A C T A U S , Adj. [Ακταιος] Litoralis, Atticus. Virg. 2. Ecl. 24.

Canto, que solitus, siquando armante vocabatur,

Amphion Dircaus in actaeo Aracyntho. Servius. Sane Aracynthus mons est Thebanus. Unde Actaeo, Litorali debemus accipere, non Athenieni. Ovid. 1. Met. 313.

Separat Aonios Actaeis Phocis ab arvis. Id est, Atheniensibus, seu Atticis.

A C T U M primum in Attica regnasse ferunt. Quo vita defuncto, Cercrops ducta uxore illius filia, regnum suscepit: ex qua Erlen, Aglaum, Pandrofum filias, & Erychithom filium suscepit. Erychithon vivo adhuc patre vita exceedens, regni successionem inanem ipsi reliquit. At Cecropi Cranaus, Athenie facile princeps, suscepit. Cranae vero filias cum aliis, tam Attida fuisse narrant: a cuius nomine regionem prius Attaeam dictam, Atticam nominant. Author Paean. in Attic.

A C T I A S , adis. f. [Ακταιος] Id est, Atheniensis. Virg. 4. Georg. 463.

Arque Gete, atque Hebrus, atque Actias Orithya.

A C T I A C U S , Adj. [Ακταιος] Atheniensis. Ovid. Epit. 15. 185.

Cur nunc Actiacis miseram me mittis ad undas?

A C T I U S , Adj. [Ακταιος] Idem quod Actiacus. Virg. 3. Jn. 280.

Actaque Ilacis celebramus litora Iudis.

Actius Apollo in Leucadio litora colebat, atque ita & Litoralis vocabatur, & Iudis triennalibus, & gymnicis, & circenibus, navalibusque celebrabatur. Nam Apollini litora grata esse ostendit Homerius in ejus hymno. Virg. 8. Jn. 704.

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo. V. mox A C T I U M . Fuit & templum Actii Apollinis in Magnesiae finibus ab Argonautis constitutum, Hygino teste.

A C T I A , orum. Ακτη Stephano, Ludi erant in Actio Acarnaniae pomontorio, quinto quoque anno in laudem Apollinis celebrari soliti. Hos ludos vetutissimos esse constat: quippe quorum Callimachus meminit. Ab Augusto summo apparatu instaurati fuerunt, cum Antonium & Cleopatram naval prelio ante Actium superaserat: cura eorum deinceps Lacedemonis mandata, quemadmodum Strabo author est lib. 7. Stephanus tertio quoque anno celebratos fuisse tradidit: tribusque certaminibus fuisse in signis, Gymnico, equilibri, & navalibus.

A C T A , Herba est, five Frutex, gravi foliorum odore, caulis anisi geniculatis, semine nigro, ut hederæ, baccis mollibus. Nascitur in opacis, & alperis, & aquosis. Hæc Plin. lib. 27. cap. 7. Ruellius hanc eadem esse putat, a ut certe simillimum illi quia a Dioforide Χαρπάσιν, a Latinis Ebulum vocatur. V. mox A C T E .

A C T I O N I S , onis. [Ακταιος] Ovid. 3. Met. Fab. 2. Filius fuit Ariftæi, ex Autonoë conjugé, Cadmi filia. Hic venator fuit, ut docet Ovidius; & cum die quadam venatione fessus in vallem Gargaphia descendisset, eo quod in ea fons esset, recens & limpidus, & ad eum fontem potatus accederet, vidit in eo Diana nudam se lavantem. Quod cum agre Diana tulisset, sumpta manibus aqua, in faciem ejus projecit, dicens, Vade, & dic si potes. Is autem repente in cervum conversus est: quem cum canes ejus viderunt, confestim irruerunt in eum, atque dentibus lacratum devorarunt. De quo figura sic scribit Fulgentius: Anaximenes, inquit, qui de picturis antiquis differuit, ait libro secundo, Actœonem venationem dilexisse: qui cum ad maturam perveniret actarem, consideratis venationum periculis, id est, quasi nudam artis fure rationem videns, timidus factus est. Et paulo post, Sed cum venandi periculum fugeret, affectum tamen canum non depositus, quos inaniter pacendo pene omnem substantiam perdidit. Ob hanc rem a suis canibus devoratus est. Hec ille. Hec de Ovidii sententia lib. Met. 3. Quantquam de Actœone alter in commentariis Apollonii lib. 4. Sed receptor est & communior Ovidii sententia. Diiod. lib. 5. cap. 14. Actœoni fubulantur a suis canibus disceptum, quod Diana concubitum, cum venaretur in montibus iuxta templum Itis appetierit. Alii putant id ei accidisse, quod se illi Actœon prægerit in venandi arte.

Actœon Hyantius. Id est, Thebanus vel Bœotius. Siquidem Bœotii antiquitus Hyantes vocabantur, teste Plin. lib. 4. cap. 7.

Autonœus. Id est, Autonoë filius. Ovid. 3. Met. 198.

Additus & favor est: fugit Autonoëus heros.

Actœon Cadmi nepos. Ovid. 3. Met. 138.

A C T A U S , [Ακταιος] Unus ex Telchinibus, qui, ut Strabo refert, ex Crete primum in Cyprus venerunt, postmodum Rhodum. Horum nomina erant, Actœus, Megaleius, Ormenus, Lycus, Nicon, Mimon. Vide Gyraldum in lib. de Diis Gentium.

A C T A N I A , [Ακταιος] Insula est in mari Germanico, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 13.

A C T A S T A , V. A C A S T A .

A C T E , [Ακτη] Planta est, cuius duo genera refert Galen. lib. 6. Simplic. Ned. sic inquiens: Acte, tum magna illa, & arboreifrons, tum herbacea, quam & Chamaæcten Graci vocant, (Latinis hanc Ebulum, illam Sambucum.) Utraque potentiam habet desiccandi, conglutinandi, modiceque digerendi. Apul. de Herb. cap. 91. conf. A C T A .

A C T I A C U S , A C T I A S , A C T I A . V. A C T A .

A C T I N A Legiones. Cic. 7. Att. 18. [Suspect]

A C T I N O S U S , a. um. [Ακταιος] Radiatus, coruscans, ut Ecclesia actinofila. Ambrol. de Interpr. Dav.

A C T I O , V. A G O .

A C T I S A N E S , [Ακταιοس] Æthiopum rex, qui Amasis Ægypti regem suis crudelius imperante regno deturbavit, Ægyptiisque summa aquitate imperavit. His latrocina novo more compulcito, fontes neque morte plectens, neque linquens impunitos. Conflitudo, quippe eorum judicis, reos omnes in unum cogens, amputatis naribus, in ultima deserti ire compulit: ibique civitatem condidit ab excisis naribus Rhinoceram appellatam. Ea in Ægypti Arabiaeque finibus haud procul a mari sita, omnibus vita commodis caret. Nam omnis vicina regio falsa est. Intra urbis mœnia unicus est puteus, & is inutilis, utpote aqua gutta amara. Hos autem eo in loco posuit, ne suis moribus vicinas gentes inferirent: neve eorum erga reliquos injuria escent occulte: sed ut tanquam in oram desertam relegati, omni re gentes, cogente necessitate libi victimi exquirerent. Filii itaque calamis, quos ex vicinis agris collegerant, longa fibi retia fecerent: quibus juxta lirtus per plura fidae diplitis, ex captis cournicibus (nam magnus carum numerus in littore ad capitulos putes versatur) victimum fibi compararunt Diiod. lib. 2. cap. 1.

A C T I O , A C R I V U S , A C T O R . V. A G O .

A C T I U M , [Ακταιο] Acarnanic oppidum & promontorium, Actii Apollinis templo olim celebre, ubi Augustus Antonium & Cleopatram vicit naval prælio, ut scribunt Plutarch. Sueton. & alii.

A C T I U S N A V I U S , Inclitus Tarquinii Prisci temporibus augur fuit, quem inspectante Rege cetero novacula discidile fabularunt. V. Liv. lib. 1. ab Urbe. Scribitur & Accius vel Attius. Meminuit hujus & Cic. 1. de Divin. 22.

A C T I U S , V. A C T A , actæ.

A C T O R , Æris. V. A G O .

A C T O R , Æris. Astyoches pater, ut ostendit Homer. lib. Iliad. 2. 513. Alter fuit Auruncus, cuius meminit Virg. 12. Jn. 94.

— validam vi corripit hastam

Actoris Aurunci spolium, &c.

Alius Menetii Pater, avus Patrocli, cuius meminit Stat. 9. Theb.

A C T O R I N E S , a. m. patronum. [Ακταιο] Actoris filius vel nepos. Id est, Patroclus. Ovid. 8. Met. 308.

A C T R I D A , [Ακταιο] Oppidum colonie cujusdam Milefiorum, quæ Ampelone dicitur. Plin. lib. 6. cap. 28.

A C T U A R I U S , A C T U O S U S , A C T U M E S T , A C T U S . V. A G O .

A C T U A R I U S , [Ακταιο] Medici Græci nomen, qui plurimis scriptis voluminibus artem illustravit, ex quibus etiam hodie sunt in manuscriptis septem libri de Urinarum Ratione.

A C T U R U M , Adv. [Ακταιο] Virg. 9. Jn. 255.

— tum cetera reddet Actum plus Æneas. Ubi

Servius, Actum, Confitemit, sine dilatione. Cic. 12. Philipp. 11. Si extra castra, ceteri viderint, ego mortem actum futuram puto.

A C U E N U M , [Ακταιο] V. A Q U I N U M .

A C U T E U S , i. [Ακταιο] in insectis dicitur Id quo pungunt, ut notum est in Vespis, apibus, & crabronibus. Cic. 2. Tuic. 22. Apis aculeum sine clamore ferre non possimus. Idem 5. de Fin. 15. Coribus uti videamus boves, vespas aculei.

A culæti etiam dicitur quasi Spina in foliis aut femine quarundam plantarum, unde & Herbas aculeatas, & folia, & femina sepe legitimus. Plin. lib. 10. cap. 32. Idem lib. 12. cap. 15. De Ferramentis etiam dici potest. Liv. 38. 21. Aculæti fugitæ.

Sunt & Aculæti Herinæcorum, & histrice spinae. Plin. lib. 8. cap. 35. Sed histrice longiores aculei. Hinc varia translatio.

Aculæti fugitæ pro Speculo. Liv. 1. c. Plaut. Trinum. 4. 2. 158.

— jam dudum meum illæ

Pectus pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante ædes meas. Id est, Illa me stimulat molestia, & male habet.

Aculæti & maledicti facetus. Cic. in Brut. 173. In altercando, cum aliquo aculeo & maledicto facetus.

Contumeliarum aculei. Cic. 2. de Orat. 25. Atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant.

Fuerunt aculei in eum. Cic. ad Q. fratr. lib. 2. 1. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumelias in Gellium, expostulationes cum abiente Pompeio.

Aculæti orationis. Cic. in Orat. 19. Horum oratio neque nervos, neque aculeos oratores ac forenses habent. Hoc est, Nullus habet stimulos, nullus affectus, nullam vehementiam. V. Nervi atque aculei oratores ac forenses, in NERVUS.

Aculei severitatis. Cic. pro Client. Hoc metu proposito evellere se aculeum severitatis vestra posse confident.

Dispunctandi. Cic. 4. Acad. 98.

Solicitudinum domesticarum. Cic. 1. Att. 17. Ac domesticarum quidem

felicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo.

Aculæti testimoniū convertere. V. C O N V E R T O .

Aculæti in reprehendendo. Cic. pro Flacc. 24. In quibus ipsi aculei, si quis habuisti in me reprehendendo, tamen milii non ingrat acciderunt.

Dimittere aculeum. Cic. pro Flacc. 41. Mortuus est aculeo jam dimiso ac dicto testimonio.

Emittere aculeos severitatis in aliquem. Cic. pro Cetlio 12. Sed vestra sapientia, Judices, cit, non abducit ab reo, nec quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, quum eos accusator exerit in reum, in vita, in more, in tempora, emittere in hominem & in reum.

Erigere aculeos in aliquem. Cic. pro Cetlio. cod. L

Eveltere aculeum severitatis. Cic. pro Client. 152.

Retringere aculeos judicis. Plin. lib. 3. Epist. 15. Confido tamen me non

sciri auctoribus duci, ut omnes aculeos judicis illarum delinquentis refringantur, &c.

Relinquere in animis audientium. Cic. in Bruto 9. Non (quemadmodum de Pericle scripti Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinquenter in animis eorum a quibus esset auditus.
Aculeo infuso fugere, proverbialiter significat, Post convicium dictum statim se subducere, sumptum ab apibus est.

A C U L E O L U S, i. m. dimin. [κεντητός] Martial. lib. 8. 71. Sed. Aculivius, in codd. em.

A C U L E A T U S, denom. [κεντητός] Qui habet aculeos, aut aliquid in star aculei. Plin. lib. 10. cap. 32. Putant ex spinis aculeatis. Etiam Piscium nonnulli sunt, quos Aculeatos vocamus. Plin. 32. 11.

Aculeatum, per metaphoram dicitur, Quod quasi pungit ac mordet animalium. Plaut. Bacchid. 1. 1. 29.

Quia isthac lepida fuit memoratu:

Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata fuit, Animum fiducianum, bona defensum, facta & famam fauient.

Folium aculeatum. Plin. lib. 12. cap. 15.

Aculeata sophismata. Cic. 4. Acad. 24.

Littera. Cic. 14. Att. 18.

A C U L E I U S, s. um. Item denom. tr. Aculea cura. Varro.

A C U M E N, **A C U M I N A R E**. V. post Acu.

A C U O, ni, utum, [ἀκούων, ἡρών, ἡρώινα] ēre. ab Acone Graecō vocabulo, quod Latine Cœtem significat, dicitur, authore Spontino. Est proprie Ferri aciem sic tenuare, ut bene incidat, ut cote fieri solet. Cui contrarium est, Obtundere vel Hebetare. Cic. 5. Tusc. At vocem citharoedi non audiunt, ne stridorem quidem ferræ tum cum acutum.

Est etiam acutæ, Mucronem alii ref. tunc. Virg. 1. Georg. 264.

Exacutum alii vallos, furcasque bicornes. Pro. Acutum.

Ensis acutæ in aliquem. Ovid. 15. Met. 776.

Falce. Columel. lib. 3. Quoties falcem acueris, aciem pelle detergit.

Ferrum. Hor. 1. Od. 2. 21.

Sagittas. Hor. 2. Od. 8. 15.

Acuere per translationem, pro Incitare, infligare, stimulare. Cic. 3. Off. 1. Due res qua languorem afferunt ceteris, illum acuebant: otium & solitudo.

Acuere, pro Exercere, ut Servius interpretatur. Virg. 1. Georg. 123.

— pater ipse colendi

Haud facilem esse viam voluit, primusque per artem

Movit agros, curis acuens mortaliss corda.

Acuete, pro Irritare. Virg. 7. En. 406.

Potquam vīsa fatis primos acuisse furores. Ibid. 7. 330.

Quam Juno hic acutæ verbis. Ubi Servius exp. Irritavit, &

infingavit ejus infaniam.

Acuere animos. Liv. 4. Bell. Maced.

Ætas acutæ. Ter. Adel. 5. 3. 49. Illos sat ætas acutæ.

Aliquem ad crudelitatem. Cic. prò Ligari. 4. Quorū igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementia laus est, corum ipsorum ad crudelitatem te acutæ oratio?

Ad bonas artes juventutem. Plin. lib. 2. Epist. 7.

Excitare & acuere. Cic. 15. Fam. 21. In excitando autem & in acuendo plurimum valet, si laudes cum quem cohortere.

Acuere & atere ingenium. Cic. in Bruto 33. Legendum inquam est hic orator. Brute, si quisquam alijs, juventuti; non enim solum acuere, sed etiam atere ingenium potest.

Acuere & adjuvare juventutem ad dicendum. Cic. in Orat. 41.

Dentes acuere. Hor. 3. Od. 20. 10.

Fletus. Valer. Argon. 2.

Gradus. Stat. 6. Theb. 588.

Indutriam. Ad Heren. lib. 4. 2.

Ingenium. Cic. 2. Philipp. Vini exhalandi, non acuendi ingenii causa declimat.

Iras. Virg. 12. En. 590. de Apibus.

Lingua excitatione dicendi. Cic. in Bruto 97. Tuum forum, tuum erat illud curriculum, tu illuc veneras unus, qui non lingua rudo acuisses excitatione dicendi, sed & ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento.

Lumina. Id est, Vism. Ovid. 2. de Rem. Amor. 801.

Utilis sumas acuentes lumina rutas.

Lupos acuant agni balatibus. Virg. 4. Georg. 435:

Martem. Virg. 12. En. 108.

Mentem. Clc. 1. Tusc. 80. Multa e corpore existunt, quæ acuant mentem multa que obtundant.

Metum alii. Virg. 12. En. 850.

Plaus acuant equum certantem de celeritate. Stat. 5. Sylv. 2.

Prudentiam intelligendi acuere. Cic. 1. de Orat. 90. Quod consuetudo exercitatique & intelligendi prudentiam acueret, & eloquendi celeritatem incaret.

Ruborem acuere. Claud. in Epigr. de Locusta.

Studio acuere. V. STU D I U M.

Tubæ milites acuant. Lucan. lib. 1.

Vos acuat gloria. Ovid. 1. de Ponto 6.

A C U E N T S, entis. Virg. 1. Georg. 123.

— curis acuens mortaliss corda.

Ovid. 2. de Rem. Amor. 801.

Utilis sumas acuentes lumina rutas. conf. Brôukhûs. ad Tib. 2. 6. 19.

A C U T U S [ἄκτης, οὐδὲ, ἀκέπονος, ἀγρίσιος] Nomen ex Partic. a verbo

Acuor: ut, Ferrum acutum. Id est, Aciem habens bene fecantem.

Cui contrarium est Hebes, vel Obtusum. Plaut. Milit. 5. v. 4.

Vide ut tibi iste sit acutus, Cario, culter probe.

Acutum etiam dicitur, quod in mucronem hinc acumen definit. nt,

Palus acutus.

Ovid. Epist.

— & acutæ cuspidis hastam.

Cacumen. Ovid. 2. de Arte Am. 381.

Carex. Virg. 3. Georg. 231.

Fondibus hirsutis, & carice pastus acuta.

Cupressus. Ovid. 3. Met. 355.

Cufpis. Virg. 5. En. 208.

Ferratasque fudes, & acuta cuspide contos

Expediunt.

Ensif. Ovid. 14. Epist. 45.

Falx. Ovid. 9. Met. 383.

Ferrum acutum reddere dicitur cos. Hor. in Arte Poet. 304

— fungar vice cotis, acutum

Reddere quo ferrum valet exors ipsa secandi.

Gladius acutus, cui opponitur Hebes. Ovid. 3. de Arte Am. 589.

Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Hafta. Ovid. 1. de Rem. Amor. 27.

Jaculum. Virg. 3. En. 205.

Concilia cautes, & acuto in murice remi

Obnixi crepere. Ubi Scrivius, Murex, faxi cacumen eminet per tranquillitatem.

Pinus. Ovid. 1. Met. 699.

Robur. Virg. 2. Georg. 25. — hic stirpes obruit arvo,

Quadriflagas fudes, & acuto robore vallos. Id est, Roboris acuti.

Radius. Ovid. 6. Met. 56. De radio textorio loquitur poeta.

Rostrum. Author cam. de Pulice,

Quumque tuum lateri rostrum defigis acutum.

Acuta vulturis rostra. Plin. lib. 11. cap. 37.

Rubus. Sen. in Hippol. 10.

Sagitta. Ovid. 5. Met.

Saxum. Ovid. 4. Faft. 237.

Scopulus. Virg. 1. En. 49.

Illum exspirantem transfixo pectore flammis

Turbin corripuit, scipuloque infixit acuto.

Spiculum. Ovid. 3. de Arte Am. 516.

Spinæ. Virg. 5. Ecl. 39. Carduus, & spinis surgit palurus acutis.

Telum. Virg. 3. En. 635.

Unguis. Hor. 1. Epist. 19. 46.

Acutum per metaphoram dictum: ut, Acuti oculi. Id est, Clare carentes. Plaut. Pseud. 4. 7. 121. Magno capite, acutis oculis.

Cibi acuti, Qui appetitiam excitant, & quasi itomachum acutum: iidem pene qui & Acres dicuntur, nisi quod acres cibi sunt vehementiores, acuti mitiores: ut Acetaria, saltam, & condimenta quedam. Plin. Epist. Ut enim si coenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutusque miserem, ut obtusus illis & oblitus stomachus his excita- retur. Morbus. Hor. 1. Epist. 6. 23.

Si latus, aut renes morbo tentantur acuto.

Naribus acutis minus aptus. Id est, Derisoribus ingeniosis. Hor. 1. Sat. 3. 29.

Odoracutus. Plin. lib. 15. cap. 28. Sua & in odore miracula: malis acutis, Perfici dilutus, dulcibus nullus. Et lib. 21. cap. 7.

Acutus, Graeco more pro Acri & vehementi. Grammatici enim Graeci obseruant ideo significare plerumque magnum & vehementis. Hor. 1. Od. 9. 9. — geluque

Flurina confitentur acuto.

Acutus, Subtilis, quales sunt Disputatores & sophiste. Cic. 2. Att. 38. καὶ μῆνι τῇ placuit, ut cætera Antiæthesis, hominis acutis magis, quam eruditis. Idem contra Rullum, Si quis acutiores in concione sterterat.

Sapor vini acutus. Plin. lib. 15. cap. 27.

Sol acutus. Hor. 1. Epist. 10. 17.

Acutus & Hebes, contraria. Cic. 1. de Invent. 35. Velox an tardus sit, acutus an hebetior, memor an obliuiosus.

Acutum & perspicax. Cic. 1. Off. 100. Si naturam sequenur ducem, nunquam aberrabimus: sequenurque & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accomodiatur est.

Acutus ad excogitandum. Cic. 1. de Orat. 113. Nam & anlmi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acutum, & ad explicandum ornandumque sint uberes, & ad memoriam firmi atque diuturni.

Aures acutæ. Id est, Ad audiendum arrecte. Hor. 2. Od. 19. 4.

Acuta bellæ. Hor. 4. Od. 4. 76. — & cura fagaces

Expediunt per acuta bellæ. Hoc loquendi genus, Acuta bellæ, & Horatio uitatum est, & illis simile, Subita bellæ, obliqua tumuli, &c. quæ extant apud T. Livium.

Conclusiones acutæ. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Elementa. Lucret. lib. 2. 462.

— facile ut cognoscere possis

Non e perplexis, sed acutis esse elementis. Id est, Ex atomis.

Genus dicendi acutum & subtile. Cic. 2. de Orat. 98. Alter acutissimum & subtilissimum dicendi genus est confectus.

Homo ingenio prudentiæ acutissimus. Cic. de Orat. 19. Scavola equalis & collega meus, homo omnium & disciplina juris eruditissimus, & ingenio prudentiæ acutissimus, & oratione maxime limatus atque subtilis.

Ad inveniendum acutior atque habilius. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Homo acutus, & natura usque callidus. Cic. 1. de Orat. 223.

Homo in primis acutus Antiochus. Cic. 1. de Nat. Deor. 16.

Homo minime malus quidem, sed non fati acutus. Cic. 3. Off. 39.

Ingenium acutum, Idem quod Subtile: cui opponitur, Obtusum, hebes, retusum. Cic. 2. de Divin. Aliæ uxorium partes, que acuta ingenia gignant, aliae qua resuunt.

Opus lenonis acutum. Hoc est, Ingeniosum & vafrum. Claud. in Eutrop. lib. 1.

Principia orationum acuta sententiis. Cic. in Orat. 124. Principia verecunda, non elatis intenta verbis, sed acuta sententiis, vel ad offendiculum adverba, vel ad commendationem sui.

Sententia docendi, Cic. de Opt. Gen. Orat. 5. Sunt enim sententiae docendi, acuta: delectandi, quasi argute: commovendi, graves.

Æs. Ovid. 6. Met. 589. Hor. 1. Od. 16. 7. Acron, Acutum, sonorum: a tintinnu.

Hinnitus. Virg. 3. Georg. 94.

Sons acutus, cui opponitur Gravis. Plin. lib. 10. cap. 29. Modulatus editur sonus, gravis, acutus. Cic. 1. de Orat.

Sonus acutus & excitatus. Cic. in Sorn. Scip. 11. Quam ob causam

fumimus ille coeli stelliferi cursus, cuius convercio est incitator, acuto & ex-

& excitato movetur sono: gravissimo autem hic lunaris atque infimus. Stridor. Hor. 1. Od. 34. 15.

Tinnitus. Ovid. 5. Met. 204.

Ululatus. Catul. Epig. de Berecynthia & Aty.

Vox. Ovid. 3. Met. 224. Hor. 3. Od. 4. 3.

Acutum cernere. Id est. Acute. Hor. 1. Sat. 3. 26.

Quum tua pervilleas oculis mala Hippus inunctis,
Cur in amicorum vitis tam cernis acutum,

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Triste & acutum refonare. Hor. 1. Sat. 8. 41.

ACUTA-SPINA, [ἀκενάρη] Arhor est Pyrastro similis, spinosa valde, & exigua, baccas profert myrti, plena, rubras, fragiles & intus nuclem: radicem habet multifidam alte descendenter. Dioecor. lib. 1.

ACUTULUS, a, um. dinini. [Ἄκατος] Cic. 3. de Nat. Deor. 7. Breves & acutulas conclusiones. Id est. Aliquantum argutas & fubiles.

ACUTULE, Adv. Augvlt. Confess. 3. 7. Quasi acutulo movebar.

ACUTALIS, e, ut. Terminus lapideus si fuerit crastus acutalis. Fron-

tin. de Colon. p. 132. per Goecium.

ACUTARUS, a, um. Veget. de Re Vet. 1. 22. Sagitta cotibus bene acutata.

ACUTE, Acutius. **Acutilime**. Adv. [Ἄκειν] Id est. Subtiliter & inge-

niose, ut Acute explicare. Cic. 1. Acad. Acute respondere. Idem in Lelio 6. Vel responsi acute serebantur. Acutilime ac diligentissime scripta. Cic. 5. Ver.

Acute colligere. Cic. 1. de Orat. 143. Quum multa colligeres non mo-

do acute, sed etiam ridicule ac facete.

Acute, argutęe conjecture. Id est. Conjecturam facere. Cic. in Bruto 53. Quis putet aut celeritatem ingenii L. Bruto illi nobilitatis vestre principi definiti? qui de matre suavianda ex oraculo Apollinis tam acute argute que conjecterit, qui summam prudentiam simulatione stultitia texerit, &c.

Acute, argutęe responderem. Cic. pro Cœlio 8. Si mihi ad haec acute, argutęe responderem.

Sonare, cui Graviter sonare opponitur. Cic. in Somn. Scip. 11. Natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent.

Aliquid tractare. Cic. 2. de Invent. 16. Sed illæ tenuius & acutius & subtilius tractantur.

ACUTORATOR, oris. m. Qui acutum reddit. Vet. Gloss. ἀκενάρις, Samia-

rius, Cotarius, Acutiator.

ACUMEN, inis. n. [ἄκη, ἄκης, ἄκησα, τὸ ἄκη] Nomen ab Acuo, vide-

tur proprie Mucronem significare, ut Acumen cultri, aut stylis. Ovid. 4.

Met. 579. De cruribus Cadmi veris in caudam ferentes.

Pulatim tereti finuantur acumine crura.

Roftri avium. Plin. lib. 10. cap. 71. Alia dentibus praedantur, alia unigibus, alia roftri aduncitate carpunt, alia latitudine ruunt, alia acu-

mine excavant. Hinc auspiciorum genus deducunt nonnulli, quod ex Acuminibus dicebatur, ad quod Plautus alludat Epid. 2. 2. ipso principio, de quo interpres plura: quangquam in hoc expoendo rita tanta est Eruditorum dilensio, ut quale auspicium hoc fuerit, nihil habere fe-

certi fateatur Delrio. 4. Disq. Mag. cap. 2. qu. 7. fect. 2. p. 560. lege

Jo. Meur. Exerc. Crit. ad Epid. 1. 3. Turneb. Advers. 27. 12. Cœl. Cal-

cagn. 1. qu. Epift. 51. & eius jam verba describo, Valtrin. de Re Mifit.

Rom. 1. 6. p. 26. id Auspicium quale fuerit, obfcurum est. Nonnulli

(in his Turnebus) existimant, veteres ex acumine spiculorum, pilo-

rum, ensimique spem Præli & eventum folitos auspicari, verbi caufa, si splendorer, si retusum non est, si non folidum, si non hebes, si horrorem quandam præ se ferret.

Cœlius Calcagninus putat esse, cum super hafas stellæ apparetur, pila ardore viderentur, de quibus Sen. in Nat. Quæst. & Plin. Aliqui ad Geomantiam referunt, que acuminibus ita exeretur, ut ponchorum paritas, imparitas, obliquitas, quadratio, decussatio spectetur. Haec Valtrin. Cœl. vero Comm. in Virg. 6. Ann. 199. f. 627. Sententiam, inquit, refero ad Pallare Aufpicium: ergo

Acumina sunt Roftra avium, ex quibus, si quid tibi caderet, auspicio dicebantur sumi ex acuminibus, id est, roftri avium. vide ut hanc

rem late explicit Antonius Clarus in 12. Tab. & c.

Acumen nati. Lucret. lib. 6. 1191.

Compressa nates, nati primoris acumen.

Sed frequenter legitur per metaphoram dictum: ut Acumen ingenii.

Quintil. lib. 5. cap. 7. Acumen naturale. Cic. 1. Tusc. 19. Quem esse

negas, eundem esse dicas: ubi est acumen tuum?

Saporis. Plin. lib. 14. cap. 20. Et saporis quædam acumina.

Acumen, pro Aitu, vapritia, calliditate. Hor. 1. Epift. 17. 55. Mer-

tricis acumina.

Sine acumine homo. Cic. 2. de Nat. Deor. 74. Epicurus sine acumine

ullo, sine autoritate, sine lepro.

Argutum judicis acumen. Id est. Ingenium subtile. Hor. de Arte Poet. 364.

Argutia & acumen. Cic. in Orat. 110. Nihil Lyse subtilitate credit,

nihil argutis & acumine Hyperidi.

Ingeniorum acumen. Cic. pro Flacco. Græcis non adlimo sermonis lepo-

rem, ingeniorum acumen, dicendi copiam.

Leve mentis acumen dificitur. Claud. de Rapt. Proserp. 2.

Acumen Stertinii delirat. Id est, Stertinius homo acutus. Hor. 1.

Epift. 12. 20.

Sub acumen styli subire & succedere. Cic. 1. de Orat. 151. Omnesque

fententiae, verbaque omnia que sunt cujusque generis, maxime illu-

stria, sub acumen styli subeant & succedant necesse est. Ducta est me-

mætophra a Stylo, quo in tabulis scriberebant.

Admoveare acumen chartis Græcis. Id est. Ingenium ad libros Græcorum.

Hor. 2. Epift. 1. 161.

Acuminibus suis se compungere dialectici. Cic. 2. de Orat. 158.

Habet acumen haec interpretatione. Cic. 2. de Orat. 257.

Illudere aliquius acumen. Cic. 1. de Orat. 143.

ACUMINO, as. [ἀκίνη] Acutum facio. Laclant. de Opific. 6. In qua-

drupedibus altè contextum spinae in sandum capite deductum, longius

extra corpus eduxit, & acuminavit in sandum.

ACUMINATUS, Adj. [ἀκίνητος] Qui acumen habet: ut, Telum acumina-

turn. Plin. lib. 11. cap. 2. & lib. 18. cap. 35.

ACUMINATI, a, um. ut Mola acuminaria, arniis scil. acuendis. Vet.

Interpt. Statii ad 3. Theb.

ACUPEDIAS, [ἀκινητος] dicebatur, Cui præcipuum erat in currendo acu-

men pedum. Festus. Lucilio est Agipes. conf. Dacerium.

ACUPEDÍUM, ii. n. Gloss. Græc. Lat. ἀκινητῖον, acupedium.

VOL. I.

ACUS, ius. f. [ἀκόνιον] Est (inquit Festus) Qua sarcinatrix, vel etiam ornatix utitur. Valla lib. 1. Acus dicitur qua vestes sarcinuntur. Cic. pro Milon. 66. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro icu gladiatori putari.

Acus pro Ea qua ornatrix utitur ad discernendos capillos. Apulejo Crinalis. lib. 8. p. 207. Juven. 2. Sat. 2. 94.

Ille supercilium madidi fuligine tactum

Obliqua producit acu. Mart. I. 14. Ep. 24.

Tenit ne madidi violent bombycina crines,

Figat acus tortas, sustinetaque comas. Ex emend. Scalig. Videtur id esse quod Discriminale live Discernimale dicitur.

Acus athena. Ovid. 2. Fatt. 577.

Affyria. Claud. de Phoenice. V. Acus Semiramia.

Comere comes acu. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Immitere linea per acum. Celf. lib. 7. cap. 17. Quidam per acum duobus linis ad imam balini immisit, sic utrinque vincunt, quemadmodum, &c.

Trajicere acu. Celf. lib. 7. cap. 7.

Acu transire. Celf. lib. 7. cap. 7.

Acus emerita. Juven. Sat. 6. 498. Id est, Ab officio cosmetæ & ornatrixis, que crines acu concinan. Nam qui Juvenalem de sarcinatrice tentissi supplicant, a Musis & Gratia absunt. Parrhatius in Claud.

Idalia, ab Idalio Cypris oppido. Claud. lib. 2. de Rapt. Proserp.

Miconia. Id est, Lydia. Nam Lydi lanificio & telarum usu maxime clarerunt. Unde ora est fabula de Arachne regionis illius puella, que cum Pallade certasse dicitur. Seneca.

Nec Maenia distinguunt acu.

Nilotis. Id est, Egyptia, vel ob præcipuum Egyptii lini bonitatem: vel quod Egypti multis licet polymitas vestes texere docuerint. Lucan. lib. 10.

Obliqua. Juven. 2. Sat. 94.

Semiramia. Martial. lib. 8. 28. Id est, Babyloniam. Nam Babylonii pri-
mi omnium diversos colores intexerunt.

Texita Semiramia que variantur acu.

Tenuis. Ovid. 4. Epift. 72.

Acu pingere. Ovid. 6. Met. 23.

Sive levè teretem verfabat pollice fusum,

Seu pingebat acu, scires a Pallade doctam.

Virg. II. Ann. 777.

Pictus acu tunicas. Servius, Id est, Habebat vestem Phrygionis arte perfectam.

Rem acu retigisti, apud Plaut. Rud. 5. 2. 19. Id est, Rem ipsum divi-
naisti, nihil aberrans. Perinde quasi dicas, Ipsifullum punctum atti-
gisti. Nam minutissima puncta dentantur acu.

Filum nevitii, nunc ac opus est. Proverbii faciem habet, quum signi-
ficamus. Non satis esse copifice, nisi pari industria perficias. Citat

Jul. Pollux ex Hermippi Met. 5. V. Erafni.

Acum invenies. apud Plaut. Men. 2. 1. 13. — si acum credo quæ-
reres, acum invenies. Proverbialis hyperbole, de re diligenter ve-
stigata. Nam acum inventu difficultima, quod ob exiguitatem facile fal-
lat oculos querantis.

ACUS, i. m. Pictis genus, de quo Martial. lib. 10. 37.

Et fatius tenues ducere credis acos.

Hic etiam Belone a Graci dicitur, aut Raphis ut Dorion meminit, aut Abilenis ut Diphilus, est Pictus longus, tenuis & levis, rostro subtili, acuto porrecto fine dentibus, dorso cœruleo ad viride inclinante, ventre argentei coloris, nunc Veneta Acicula nuncupatus. Maffarius.

Plin. lib. 9. cap. 51. Acus five belone unus pictum delicatissime propter multitudinem utero, parit. Hic ab eodem Plin. lib. 32. cap. 11.

Aculeatus pictis, Belone dicitur.

ACUS, éris. n. Est, ut ait Priscianus, quod Graci οὐρανὸς & ἄκης vo-
cant. Id est, Purgamentum tritici. Varro de R. R. lib. 3. Acus sub-
ternendum gallinæ parturientibus. Idem in 1. Acus in area excutitur.

Idem eodem cap. 52. Cato de R. R. cap. 54. Acus fabagium.

Acus etiam in f. gen. pro eodem ponitur. Columel. lib. 2. cap. 10. Durissima qui-
dem acus recte separante erunt a cudentibus, minute vero, quæ de filiis cum faba referuntur, alter secerentur. [Legend. rest.].

Exercitus quoque instrucio, Acus dicitur, quod ea pars militum vche-
mentillima est ad hostem vulnerandum, acumine telorum. Festus.

[Falsum esse, & aciem cum acu confundi monuerunt pridem Viri Docti.

Ceterum totus is Festi locus foede corruptus videatur.

ACEROSUS, a, um. [ἀκενώδης, ἀκενελώδης] ut Acerosus panis. Id est,

Non sine paleis. Festus.

Acerosum panem, farre minus purgato, ac forditibus a candido separato,
dicendum veteres putaverunt. Non. 5. 97. Quod is defusum ex Lu-
cili Farce acerofo. Talis esse foler panis ordeaccus.

ACERO, are. Cum paleis misere.

ACEROSUS, a, um. Aceratum lutum, cum paleis mistum. Festus & No-
nius ibid. [Distinguendum videtur: Aceratum, lutum cum paleis mi-
stum, ut Substantie fumatur. Eadem forma Marmoratum, Arenatum,
aliisque ejusmodi efferebant.

ACUSILAS, Atheniensis Roma ludum aperuit Rhetorices. Volaterranus ex Suida.

ACUSTICI, [Ἀκουστοί] sunt Auditores, quales erant discipuli Pythagore.

Illi enim a suis auditoribus ut minimun biennium exigebat, quo illis

tantum audire, non etiam loqui liciebat.

ACUTA-SPINA, V. ACUTUS.

ACUTIA, [Ἀκενήτη] Hispanie urbs est Stephano, cuius incolæ dicuntur

ACUTANI.

ACUTIA, [Ἀκενήτη] Pit. Vitellii uxor. Tacit. 6. Ann. 47.

ACUTUS, V. ACUO.

ACYLON, seu potius ACYLOS, ἀκύνθη Suidæ, Fructus est Ilicis foeminae. Plin. lib. 16. cap. 6. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cuiusdam, quæ mediani quandam naturam obtinet inter suber & quercur, quæ ob id Phellodrys vocatur. Ruell. lib. 1. cap. 89.

ACYLOS, seu ACULOS, ἀκύνθη Homero. Glares illigna est: verum &

pro pudendo ponitur, a similitudine, quemadmodum balanus etiam dicitur Galeno. V. Cœl. Rhodig. lib. 4. cap. 6.

ACYPHAS, [Ἀκύπας] Oppidum est in Dorica tetrapoli, ut ex Theo-

pompo refert Stephanus.

ACYROLOGIA, & [ἀκυρολογία] Latine Impropria locutio dicitur. Virg. 4. JEn. 419.

Hinc ego si potui tantum sperare dolorem.

Ubi Servius, Sperare pro Timere. & est Acyrologia: nam speramus bona, timemus adverba.

Acyrologia est etiam in sensu. Ter. Eun. 5. 9. 59. Iste te ignorabant.

Ubi Donatus, Figura acyrologia: ad utrumque enim pertinet, & ad laudem, & ad mores.

ACYRON, i. n. [ἀκύρων] apud Grecos, quod apud nos Improprium, ait Quintil. 8. 2. hinc Cic. 16. Fam. 17. 2. Unde illud tam *ἀκύρων?*

ACYTON, [Ἀκύτων] Stephano, Insula est non procul a Creta, e regione Cydoniae civitatis, que alio nomine Melos appellatur. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

A. D. Ante diem. Recete illud esse animadvertisendum monuit Paulus Manutius, quod ubi apud Cic. in impensis libris legitur, Ad 1111. Calend. Ad vi. Idus, & familia, in vetustioribus libris legi A. D. que literae ad imperitis conjugatae fecerunt Ad. V. ANTE.

A.D., [Ἄριστης, μετέπειτα] Prepositio est accusativa, cuius proprius est usus cum motu aliquo significatur. In hac autem significacione quandoque jungitur ubiū nominibus. Cic. in Verr. Eo die Verres ad Messinam venit. Idem 2. Philipp. 106. Quum inde Roman proficisciens, ad Aquinum accederet.

Ad urbem esse dicebant olim magistratus, qui cum potestate aut numero & provincia revertentes, aut nondum in provinciam profecti essent. Cic. 4. Verr. 21. Ad urbem quum esset, audivit Dionis cuidam Siculo permagnam venisse hæreditatem. Idem 2. Verr. Quam primum concionem ad urbem Cos designatus habuit. Ubi Afconius, Sic autem soletabat de iis qui cum potestate provinciali redierant: aut nondum in provinciam profecti essent. Idem 4. Verr. Omnis magistratus qui intramuranus non est, nec urbanus, etiam administratores ejus Roma est, Ad Urbem dicitur.

Ad urbem esse, pro in Urbe. Cic. Att. lib. 7. Trebatius quidem scribit, fe ab illo ix. Calend. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me ut esset ad urbem. Idem 1. Philipp. Pecunia utinam ad eadem Opis maneret. Id est, In aede templo Opis.

Ad, fine motu frequenter dicunt, idque manente prima illa & propria significacione. Cic. 4. Acad. 9. In Hortensii villa que est ad Baulos. Virg. 1. JEn. 27.

— veterisque memor Saturnia belli,

Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis. Ubi Servius, Apud, semper in loco significatur: Ad, & in loco, & ad locum. In loco: ut, Ad quem tum Juno supplex his vocibus ufa est. Et Cic. 2. Verr. Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse, comitiorum nomine. Haec tenet Servius.

Ad, cum suo accusativo interdum pro dativo ponitur. Plaut. Capt. 1. 4. 22. Ad carnificem te dabo. Licenter dictum, pro, Dabo te carnifici. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 40. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Ibid. cap. 38. Quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum. Ter. Phorm. 4. 3. 48. Ad diem datur ea in feruitem. Pro, Diviti datur. Virg. 12. JEn. 372. Objecit se se ad cursum. Ubi Servius, Ad currum, pro Curri se objecit.

Ad Diana, Ad Veneris, Ad Caftoris, & similia: modus est loquendi ellipticos, in quo subauditum accusativum (templum, vel simili). Hoc autem fit Attico more, telle Prisciano. Ter. Adel. 4. 2. 43. Ubi ad Diana veneris, ito ad dexteram. Cic. pro Milon. Cum facibus ad Caftoris, cum gladiis, ito postu volitarunt.

Ad album se transferre. V. Album in ALBUS.

Ad domum, Cic. 3. Verr. 69. Omnes ad eam domum, in qua iste diversabatur, profecti sunt: cedere januam faxis, instare ferro, &c.

Ad pro Apud. ut Plaut. Merc. 2. 2. 54. Mihi quoque etiam est ad portum negotium. Cœf. 5. Bell. Gall. 51. Totam hyemem ipse ad exercitum manente decrevit. Cic. in Pison. Deprehensus denique cum ferro ad senatum. Cic. 10. Att. 18. Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionylius fuit. Eadem lib. 10. 4. Fuit ad me fane diu. Liv. Dum hac ad Veios geruntur. Virg. 6. JEn.

Hi multum fleti ad superos. Plaut. Catin. 2. 2. 21.

— nam jus viri sumus

Ad mulieres haud obtineare queunt. Respondebat se ad Recuperatores esse dicturum. Cic. 5. Verr. Eamus ad me. Ter. Eun. 3. 5. 64. Id est, meam domum. Cic. Pro Rofc. Com. 7. Quis unquam ad arbitrum quantum petit, tantum abfultus? Ibid. Ceteri quum ad judicem caufam labefactari animaduertunt, ad arbitrum configunt. Ter. Adel. 4. 4. 18. Ad me abducta est dominum, pro Domum meam. Item A me domo, pro A mea domo, ut vide etiupra in a vel AB.

Ad, cum accusativo personæ, addito urbis nomine itidem in accusativo. Cic. 3. Att. Sed te oru ut ad me Vibonem statim venias.

Ad, Circa, ut, Ad id tempus. Cic. 4. Att. Tu quoniam iturum te in Afiam esse putas, ad quæ tempora te expectem, facias me certiore velim. Varr. de R. R. Nam resert, in agro ad quam partem coeli quisque locus spectet: sic ut quod tempus quæque res facilime crescat. In quo exemplo, priore loco (ad) pro Verfus: postero, pro Circa accipitur.

Ad, Comparationem significat. Cic. Nihil ad tuum equitatum. Id est, Prae equitatu. Ter. Fun. 2. 3. 69. Elle ut fertur forma? r. fane, e. h. at nihil ad nostram hanc.

Ad, pro Contra. ut: Ad illum mihi pugna est: pro, Contra illum. Cic. 2. Fam. 3. Ne ad eam meditere, imparatum te offendam. Virg. 2. JEn. 444.

— clypeosque ad tela linitris

Proteeti objiciunt. Autores Servius & Priscianus. Tecti esse ad alienos possimus: intimi multa apertiora videant neceſſe est. Cic. pro Rosc. Amer.

Ad annum, pro Intra annum. Cic. 5. Att. 2. Confirmant ad eam causam etiam Euriuum nostrum, quem ad annum Tribunum plebis videbam fore. D'uy a un an, Entre cy & un an.

Ad, Post. Cic. 12. Att. Aut nescio quid interfit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos.

Ad, Propter. Propert. lib. 4. Eleg. 12.

Panditur ad nullas janua nigra preces. Liv. 1. ab Urbe, Inde, quina acta boves quadam ad defendant (ut fit) relicarum mugiffent. Hoc est, Prae desiderio, five Propter desiderium.

Ad, Pro. Cic. 5. Verr. Unum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui vel ad statuum pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne cœlo quod oportuerit, solutum. Ter. Heaut. 4. 5. 29. Argentum dabit ei ad nuprias.

Ad memoriam aliquid notare. Cic. 5. Philipp. 17. An illa non gravissimis ignominia, monumentisque hujus ordinis, ad posteritatis memoriā sunt notanda.

Ad memoriam posteritatis aliquid extare. Cic. 14. Philipp. 39. Ut extet ad memoriā posteritatis sempiternam.

Ad, Ante, Coram, vel Juxta. Virg. 4. JEn. 134.

— cunctantur ad limina, primi

Prænorū expectant. Ubi Servius, Ad, Ante, vel Apud.

Suet. Calig. C. 26. Modo ad pluteum, modo ad pedes stare paſſus. V. supra A pedibus in A. A.P. Cic. pro Rofc. Com. 45. Ejus tefis ad judicem fidem infirmabit.

Ad, Prater. Ter. And. 1. 3. 10. Ad haec mala hoc mihi accedit etiam. Cic. pro Planc. Equidem ad reliquos labores, quos in haec cauila majora fuscipio quam in ceteris, etiam hanc moleſſiam afflissum, quod, &c.

Ad, pro Secundum, similitudinem significat: ut, Ad arbitrium illius, ad nutum, ad hoc exemplum, ad hunc modum. Cic. 1. de Fin. Num deficiunt ad arbitrium suum scribere? Idem de Arusp. Resp. Bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus jam non erit. Ter. Hec. 1. 2. 88. Ad hoc exemplum ambarum, niores carum exiftiā. Sic, Ad hunc modum uti, & Ad eum modum. Plaut. Aulul. & Men. 1. 3. 28.

Ad normam. Cic. in Lælio 18.

Ad perpendiculum columnas exigere. Cic. 3. Verr. 133.

Ad portionem virium. Plin. lib. 24. cap. 8.

Ad conjecturam alieni sensus, non ad judicium suum scribere. Cic. 6. Fam. 7.

Ad meum fenſum. Cic. 15. Fam. 6.

Ad prescriptum omnia agere. Cœf. 3. Bell. Civil. 51. conf. 1. 36.

Ad naturam vivere. Sen. Id est, Secundum naturam.

Ad similitudinem. Cic. de Nat. Deor. 2. 161.

Sic dicimus, Pinxit ad exemplar, id est, Secundum exemplar.

Ad rationem loci & temporis. Plin. Epist. 62.

Ad numerum esse. Cic. de Nat. Deor. 1. 106.

Ad, pro eo quod vulgo dicitur, Quantum pertinet ad. Cic. 3. Verr. Vidi hūm̄ cū populo Romano fornum comitūmē adornatum ad speciem magnifico ornatum: ad fenſum, cogitationēque, acerbo & lugubri. Hoc est, Quantum ad speciem, quantum ad fenſum, &c.

Ad, Circiter. Cic. ad Q. fratr. 2. 1. Sane frequentes suūm̄ ad ducentos. Ad centena numero. Plin. lib. 9. cap. 10. Parint ova, avium ovis similia, ad centena numero.

Ad, pro Verfus. Virg. 1. JEn. 93.

In gemit: & duplices tendens ad sidera palmas. Pro, Cœlum verfus. Idem 2. JEn. Ad cœlum tendens ardentina lumina. Ter. Phorm. 5. 1. 14. Ad me respice: quod Gallici dicitur, aut vers moy. Sic dicimus, Ad orientem speckat, Ad meridiem vergit, & similia.

Ad fe verfum. Sallust. in Jugurtha. p. 111. Ed. Delph. Deinde converso equo, animadvertis fugam ad fe verfum fieri. Ibid. p. 119. Vaccenes ubi animadvertis ad fe verfum exercitum pergere, &c.

Ad, Usque ad, vel Usque in. Cœf. 4. Bell. Gall. 23. Ad horam nonam in anchoris expectavī. Sic,

Ad hanc diein. Cic. 2. in Catil. 19.

Ad hanc horam. Cic. 14. Philipp. 20.

Ad lucem dormitare. Cic. 1. de Divin. 28.

Ad lucem pugnare. Liv. 3. ab Urbe 28.

Ad multum diei, & Ad multam diem. Liv. 3. Bell. Pun. Cic. 3. Att. 9. Multus ferme ad multam diem.

Ad multam noctē vigilare. Cic. in Somn. Scip. 1.

Ad vesperum. Cic. 7. Att. 8. Ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus.

Ad vesperum perpetuo. Cic. 2. Philipp. 77.

Ad solis occiduum. Plaut. Men. 5. 3. 33.

Ad meridiem. Plaut. Mostel. 3. 1. 55.

Ad ravim poſcam prius, quam quicquid detur. Plaut. Aulul. 2. 5. 10. Ad meum redditum. Cic. 1. Fam. 9. Ut integrum mihi de cauila Campana ad suum redditum reservarem. Idem 2. Off. Remque integrum ad redditum suum justus est.

Ad cincrem ambuftus. Hoc est, Ita ambuftus, ut in cincrem redigatur. Plin. lib. 10. cap. 33.

Ad infamia concupiscere. Cic. ad Att.

Ad exactam atatem, Ad ultimam atatem. Festus.

Ad id locorum. Id est, Adhuc, vel Usque ad id tempus. Liv. 5. Decad. lib. 3. Nec ſe ad id locorum ſcire, propter quam caufam Confulti pro holifibus fuerint. Sallust. in Jugurtha. C. 63. de Mario loquens, Tamen is ad id locorum talis vir (nam poſta ambitione præcepſ datus est) Confutatum petere non audiebat. Conf. A. H. U. 1.

Ad, ſepenumero ūſum quendam rei significat. Plin. lib. 20. cap. 3. Hoc ad albicandam cutem in facie, totoque corpore uitetur.

In hoc genere loquuntur per Contra vel Adversus interdum declarari potest, ut in talibus, Ad parotidas, ad tornima, ad scorpiones, & alia eiusmodi multa apud Plin. Cic. 1. de Divin. 13. Mirari licet que sint animadverſa a medicis herbarum genera, que radicum ad morbus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.

Hujus prepositionis uſus frequens est cum gerundii verbis in dum, & modo cum motu: ut Igitur ad lavandum. Modo sine motu, ut Ter. And. 1. 1. 111. Nec ſatis ad objurgandum caufa. Cic. pro Lege Mamil. 1. Hic autem locus ad agendum amplissimum, ad dicendum ornatissimum est. In his prepositione (pro) vulgus abutitur.

Ad vivendum firmus. Plin. lib. 16. cap. ult. Firmillimes ergo ad vivendum olez, ut quas durare annis ducentis inter authores conveniant.

Ad agnatos & gentiles deducendus. Id est, Mente captus. Varro de R.

R. R. lib. 1. cap. 2. Qui salubrem locum neglit, mente captus est, atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. 2. de Invent. 148. Si furiosus est, agnatorum gentiliisque in eo pecuniaque ejus potestas esto. Nam duodecim tabulae furiosi jus admittunt administrandi res suas, & ad gentiles agnatosque transferunt: quemadmodum legimus lib. 1. Initiationum, titulo De curitoribus.

Ad aliquem convenire, pro in aliquem competere & quadrare. Cic. pro Sylla. Evidem velenenter letor, eum esse me, in quem tu, quin cuperes, nullam contumeliam jacere potueris, que non ad maximum partem civium convenienter.

Ad amulium. V. AMUSSIA.

Ad aspectum praelatus. Cic. 6. Vert. Nam, & situ est cum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari praelato ad aspectum.

Ad asem impendium reddere. Plin. Epist. 15. lib. 1.

Ad denarium solvere. V. SOLVO.

Ad nomen respondere. Hoc est, Comparare, & praesto esse. Dicitur de eo qui in delectu habendo vocatus, respondet, nomenque suum edit. Liv. lib. 7. ab U. C.

Ad numnum subducere. Cic. 5. Att. 21. Adsidunt, subducunt ad numnum, convenient, illi alterius distinguunt. V. SUBDUO.

Ad bonitatem proficere. Plin. lib. 33. cap. 3. de auro, Quinimo quo sepius arsit, proficit ad bonitatem. Id est. Fit melius ac purius.

Ad cibos aviditas. Plin. lib. 20. cap. 16. de cunila, Concoctionem mire adjuvat, & ad cibos aviditatem.

Ad cibum purus. Plin. lib. 29. cap. 4.

Ad currum leones jungere, vel equos. Plin. lib. 8. cap. 16.

Ad cyathum flare dicuntur Pincerna regibus, quibus cyatho vina ministrant. Sueton. in Cef. C. 49. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedii stetisse obicit. V. CYATHUS. & supra. Ad pedes & A pedis, in A.

Ad dextra, Ad lava. Plin. lib. 16. cap. 36. Latera harundini calamoque in rotunditatem bina, super nodos alterno semper inguin, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculio ad lava per vices.

Ad dextram manum, & similia: Locutiones sunt pérvenientes, que ex subjectis exemplis facilius intelliguntur, quam per alia verba declarata possint.

Ad dexteram, subintel. manum. Ter. Heaut. 4. 4. 10. Proximam esse huic fundo ad dexteram?

Ad finistrum. Ter. Adel. 4. 2. 43. Ad finistrum hac recta platea.

Ad lavam. Plaut. Milt. 4. 7. 24. Ibi est? x. ad lavam.

Ad diem simpliciter veteres dicebant, pro eo quod integre dicitur Ad constitutam diem, vel Ad dictam diem. Cic. 4. Ver. & pro Cæcini. 32. Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Cæs. 2. Bell. Civil. 19. Nulla fuit civitas quia ad diem conveniret.

Additur tamen aliquando & adiectivum. Cic. 2. Fam. 10. Vel quia bellum magni timor impedit: quod videatur effugere, si ad constitutam diem decedemus. Idem 16. Fam. 12. Tu musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient.

Ad digitos venire. Plin. lib. 2. cap. 23. Ut protinus mundi quoque ipsius mensura veniat ad digitos. Id est, Suppatte.

Ad extremum, Ad postremum, Ad ultimum, Adverbia sunt modo ordinis, pro Denique vel Postremo: modo temporis, pro Tandem. Itaque pro loco & sensu accipienda erunt. Sunt autem binæ dictiones, una tamen pars orationis: qualia sunt In primis, In dies, Ad summam, In summa, & alia hujusmodi. Cic. Att. Illud te ad extremum & oro & hortor. conf. 2. Att. 22. & Nat. Deor. 2. 118.

Ad extremum, Ad ultimum, nonnquam binæ sunt orationis partes, hoc est, præpositio & nomen ab solutum, pro Usque ad extremum, Usque ad ultimum. Id est, Ad finem usque. Cic. ad Brut. 10. Cui confuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Liv. 2. ab Urbe, Patres ad ultimum dimicatio rati rem venturam. Id est, Ad ultimam & periculissimum dimicacionem.

Ad extremum. Id est. In extrema parte. Liv. 3. Decad. lib. 1. Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat.

Ad postremum. Plaut. Aulul. 3. 5. 52. Ibi ad postremum sedit miles.

Ad fidem affirmare. Id est, Fideliter & vere. Liv. 1. Decad. lib. 3. Difficile ad fidem est in tam antiqua re quot pugnaverint ceciderint, exacto affirmare numero.

Ad gratiam esse dicitur res aliqua! Liv. 4. Decad. lib. 5. in Quintio nova & recentia omnia ad gratiam erant. Hoc est, faciebant ut Quintius gratus esset populo Romano.

Aduoc, & Adhæc, nonnulli dicunt esse ordinis adverbia, alii pro coniunctionibus accipiunt: & ab aliis coniunctum, ab aliis separatum scribuntur. Sic autem dicuntur quali Præter hoc, Præter hac. Valla lib. 2. (Hoc) compotum cum præpositione (ad) significat præterea: ut apud Sallust. Cognoveram parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus: adhuc sapientia fortuna violentiam tolerans, facundia Graecos, scientia bellii Gallos ante Romanos fuisse.

Ad hoc, pro Ob id. Paul. in l. debitor. D. de leg. 2. Domini persona ad hoc tantum inspicitur, ut fit cum eo testamenti factio. Gallice diciamus *A celis fin que*.

Ad teli jactum pervenire. Id est, Ad eum locum unde tela in hostes jaci possint. Q. Curt. lib. 3. ubi Ad teli jactum & Extra teli jactum invicem opponuntur.

Ad id, pro Ad illud tempus, Usque eo. Liv. Quum ad id dubios feravident animos. Budaeus.

Ad infinitum, pro Usque ad infinitum. Id est, Infinita. Plin. lib. 14. cap. 7. Sed hac ad infinitum efflourit multorum voluminum opere, si quis plura persequi vellet: omnia enim quis possit? Dicitur & In infinitum.

Ad initiatum non dicimus, teste Servio: quanvis Apuleius verborum artifex, eo licenter utatur. V. INSTAR.

Ad iritum cadit spes. Liv. 1. Decad. lib. 2.

Homines ad lecticam, pro Lepticariis. Catul. 10. 16.

At certe tamen inquietunt, quod illuc

Natum dicitur, aere comparati

Ad lecticam homines. Turnebus (ut id obiter) hunc locum interpretatur de lecticariis quos habere soliti erant Bithyniae reges. Cic. in Verr. Nam (ut mos fuit Bithyniae regibus) lectica octophoro cerebatur, in qua pulvilli erat pelliculus meliteni rosa farctus.

Vol. I.

Ad libita. Tacit. lib. 12. Arripi conjuges ad libita Casirum.

Ad limina cultos. Virg. 9. JEn. 648. Id est, Ieditus, Servius.

Ad liquidum explorata veritas. Liv. 4. Decad. 5.

Ad literam. Quintil. lib. 9. Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad literam subiecisti. Pro quo vulgo dicunt In forma. Erasmus. Ad manum esse, est Aliquid ita in promptu esse, ut quasi manu tenatur. Liv. ab Urbe, Addo quod Romanis ad manum domi suplementum esset.

Ad manum habere. V. MANUS.

Ad manum venire. Liv. 8. Bell. Maced.

Ad manus venire est etiam Ad dimicandum, sive Ad arma venire. Cic. 7. Ver. Nonnquam etiam ea res ad manus atque ad pugnam veniebat.

Ad morem actionum aliquid persequi. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Ad manum, legimus relatum ad vitium, pro Cominus, sive Ex propinquio. Vitruvius, Alia enim ad manum species esse videtur, alia in excelso. Plin. lib. 31. cap. 10. ubi de Apelle, Unum imitari nemo potuit, quod absoluta opera atramento illinciebat ita tenui, ut id ipsum reperciens claritatem excitaret, custodiretque a pulvere & soribus: ad manum intuenti demum appareret.

Ad manum servus Is dicitur, cuius manu ad literas scribendas principes ut quis aliis uitio: estque idem qui & A manu, & Amoenus dicitur. Cic. 2. de Orat. Liciunum servum sibi Gracchus habuit ad manum. V. in A supra.

Ad matrem pendere pugna. Plin. lib. 15. cap. 15. i. e. in arbore.

Ad naum venire. Plin. lib. 15. cap. 28. Vinum dulce fine odore, tenue odoratus. Multoque celerius talia ad naum veniunt quam pinguis. Hoc est, Nares ferunt.

Ad omnia alia, pro In omnibus aliis. Ter. Adel. 5. 3. 46.

Ad omnia alia atate sapimus rectius.

Ad pedes desilire, est De equo descendere. Cæs. in Comment. V. A. pedibus. In præpositione.

Ad pilum ulcera reducere. Plin. lib. 22. cap. 22. Jumentorum quoque ulera ac scabiem, radix illata, aut decocte succus ad pilum reducit.

Ad plenum. Hoc est, Perfecte. Afcon. in Divin. Cic.

Ad Pyram, Nomen regionis in qua habitat Martialis. Frequentes enim arbores nomina regionibus dabunt: ut, Ad pinum, quod est apud Senec. Ad malum punicum, quod est apud Tranquill. Dom. c. 1. Sipont. & Domit. Calder. Martial. lib. 1. 118.

Ad planum reducere cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9.

Ad poltiram surcire. Plin. lib. 11. cap. 24.

Ad portionem, Id est, Portione, seu Pro portione. Plin. lib. 16. cap. 41. & alibi spe.

Ad præfens Plin. lib. 8. cap. 22. Vocemque homini, quem priores contemplantur, admovere ad præfens. Quasi dicat, Non in perpetuum, sed dumtaxat ad illud præfens tempus. Loquitur de lupis.

Ad præfens, pro Tum, de præterito. Tacit. 13. Ann. 22. Plautus ad præfens silencio transmissus est. Idem lib. 16.

Ad quid. Cic. 4. Att. 16. sub fin. Quid mihi hoc monumentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas? Sed V. Codd. emend.

Ad remum dare aliquem. Suet. Tranquill. in August. cap. 16. Viginti fervorum milibus manumis, & ad remum datis.

Ad Seras aliquid petere. Hoc est, Ex Serum regione. Plin. lib. 2. in proem.

Ad solarium versari. Cic. pro Quintio 59. Non ad solarium, non in campo, non in convivis versatus est. Ad solarium versari dicitur, qui spectacula frequenter invicit. Cæl. Antiq. Lect. lib. 28. cap. 10. Turnebus de solaris intelligent, quod erat in foro inumbrium, secundum quod convenire solebant homines animi causa, ut & in alias fori partes, ut e Curculione cognoscimus. Ejus memini. Varro lib. 5. de L. L. his verbis, Solarium dictum, id in quo hora in sole inspiciebantur, quod Cornelius in Basilica Æmilia & Fulvia inumbrait. V. plura in dictione SOLARIUM.

Ad sumnum, & In summa, ordinis adverbia, pro Denique, sive Postremo, sive U. breviter concludam. Cic. lib. 1. Off. 149. Ad sumnum, ne agam de singulis.

Ad sumnum, adverbium qualitatis, quod ad numerum referunt. Cic. 2. Fam. 1. A te vero bis terve ad sumnum, & eas perbreves accepi. Idem pro Milon. 12. Quatuor, ad sumnum quinque sunt inventi.

Ad tempus, duobus medis sumitur: Uno ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem. Cic. pro Milon. Quam ad tempus aptæ simulationes. Idem 9. Fam. 14. Neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti.

Altero ad spatium temporis: ut, Silebo ad annum, Latebo ad tempus: id est, Usque ad annum, & Usque ad tempus quoddam, vel In tempus.

Huc pertinet, Ad quoddam tempus. Cic. 3. de Nat. Deor. Ad punctum temporis. Idem 2. Philipp. Ad breve & brevissimum tempus. Idem in Catil.

Ad terga recipere. Plin. lib. 10. cap. 23. de anteribus & oloribus, Collla imponunt præcedentibus: siflos duces ad terga recipiunt.

Ad terram dare, id est, Abficere. Suet. Tranquill. in August. cap. 96. Aquila duos corvos hinc & inde infestantes affixit, & ad terram dedit.

Ad terras decoquere, & similes locutiones. Plin. lib. 20. cap. 3. Aqua multi in ea decoquunt ad dimidiis. Id est, Ut superfit tantum pars dimidiis. Idem cap. 4. Item ad terras decocto eorum poto cum vino, enterocelis prolunt.

Ad verbum exprimere, referre, edificere. Cic. 1. de Fin. 4. Fabellas Latinas ad verbum de Gracis exprefas. Suet. de Clar. Rhet. Ex quibus non alienum fuerit unam & alteram, exempli causa, ad verbum referre. Cic. 1. de Orat. 157. Exercenda est etiam memoria edificens ad verbum quamplarim & noitris scriptis & alienis. Suet. in August. cap. 89. Exempla ad verbum excerpta. Plin. lib. 18. cap. 7. Ad verbum translata tentativa.

Ad vetustatem fidelis. Plin. lib. 13. cap. 6. de terebintho. Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem, i. e. Durabilis.

Ad vicem. Aurel. Arcad. D. de offic. prefecit. Praetor. Ad vicem magistrorum.

gistro equitum praefectos Praetorio antiquitus esse institutos, a quibusdam scriptoribus traditum est.
Ad vinum dixerunt. Id est, Inter convivium, Inter pocula, Juxta vinum. Cic. pro Caelio 67. Quam volent in conviviis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum dixerit fin: alia foris vis est, alia triclinii. In eos dicitur, qui ad ferias causas agendas inepti, multa garrulent inter pocula, ubi nihil opus. Allusus Cicero ad morem priscum, quo causa ad mensuram aquae agebantur. Ea dividetur in tres partes: una infundebatur actori, altera reo, tercua iudici. At qui ad vinum dixerit sunt, ad aquam fere muti sunt.

Ad vinum transire. Plin. lib. 20. cap. 5. Esse tamen utile convalescentibus ad vinum transeuntibus.

Ad vivum refecare. Columel. lib. 6. cap. 12. Si sanguis in inferiore parte ungula est, extrema pars ipsius unguis ad vivum refecatur, & ita emittitur. Cic. de Amicit. 18. Ius est pro eo quod est Rem exactius & accurius examinare & excutere. Sumpta metaphora a Tonforibus capillos aut ungues refecantibus. Nam si saepenumero molesti sunt, dum nimirum diligentes esse student.

Ad ultimum, pro Ad finem usque. Liv. 5. Decad. lib. 5. Pietatem, constiitiamque latitudinos, si fidem ad ultimum fratri praetulissent.

Ad unguum. Id est, Exquisita diligentia, atque exactissima cura. A Marmorariis sumpta metaphora, qui superinducto unguis commissuras explorant marmorium. Columel. lib. 11. cap. 2. Ab uno fabro dolari ad unguum per quadra debet. Hor. 1. Sat. 32.

— Coccoeum ad unguum Factus homo.

Ad unguum castigare. Hor. in Arte Poet. 294.

Ad voluntatem loqui. V. L O Q U O R.

Ad unum, Nullo excepto, ait Servius. Cic. de Amicit. De amicitia vero omnes ad unum idem sentiunt. Cic. 12. Fam. 14. Onerariae omnes ad unum a nobis sum sunt excepta. Virg. 5. Enn. 687.

Jupiter omnipotens, si non exodus ad unum Trojanos.

Ad votum, & Ex sententia, eodem fere significacionis veniunt. Quintil. Habesine uxorem ex animi tui sententia? Et Decl. 3. 12. Et ad omne votum fluente fortuna lacivit otium.

Interdum subauditum aliquid, unde pendeat ipsum Ad, cum suo accusativo. Ter. And. 3. 2. 1. Quia affolent queaque oportet signa ad salutem effe. Ubi Donatus, Deest, inquit (haerentia) aut (pertinentia). Sic in Heant. 1. 2. 33.

Atque hec sunt ad virtutem omnia. Ergo absolute dixit, ut desit aliquid tale. Unde & nos dicimus, Quid ad rem? &, Quid ad me? Hec Donatus. Ex cuius sententia satis apparet neque (esse) in priore exemplo: neque (sunt) in posteriore legi debere. [Judicet L. an mentem eius Robertus affectus sit.]

Ad, interdum postponitur accusativo. Tacit. lib. 12. Seu delectio die angaudem ad invidiam. Sic alibi sepe, sed fere inter adjectivum & substantivum.

Sunt & alia significata, sed quae facilis ex ipsis intelligentur exemplis, quam interpretatione per alia verba, qualia sunt in illis, Canis ad lyram, Studet ad lucernam. Ad sonum mergere se solent: pro eo quod est, Auditio sono. Et in illo Hor. 1. Epist. 2. 31.

Ad strepitum citharae celsantum ducere curam. Bentleius legit, Celsantem ducere sonnum.

— ad tua verba revixi. Ovid. 11. Epist. 63.

— canet frondant ad auras. Virg. 1. Ecl. 57.

Item, Ad tibicinem immolare. Cic. pro Lege Agr. Id est, Canente tibicinem. Et, Ad eum nuntium, pro, Auditio eo nuntio. Liv. 2. ab Urb.

Ad aliquid, [τις η] Quintil. lib. 1. cap. 10. Illi autem idem cum interrogantur cur aper apri & pater patris faciat. Illud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt.

Ad praeponit, apud anticos integra in compositione servabatur: ut, Adicio, adsero, adfirmo, adcurro, adquiro. Ter. And. 3. 3. 7.

Quae incepta a parvis, cum etate adcrevit simul. Ubi Donatus, Adcrevit, ut supra adcurate. Ad enim praepositione utitur familiarer.

A D A

A D A, *α.* Filia fuit Hecatomni Cariae regis, eademque Artemisia & Mau- foli foror, Hidriei fratri fui uxoris: quae a Pexodario fratre post viri mortem expulsa regno, tandem opera magni Alexandri restituta est. Author Strabo, lib. 14.

ADACTIO, ADACTUS. V. ADIGO.

A D A D, *[Ἄδαδ]* five Adadus, Deus est quem Assyrii summum habent, ac maximum venerantur. Significat haec vox non aliud fere, quam unum. Adjiciunt & deam nomine Adargatis, five ea sit etiam Atergatis, de quo suo loco. Omnia horum duorum numinum potestati subiecta opinantur, folem interpretati, terraque. Argumento est, quod Adad simulacrum insigne radiis cernatur proclinati, tanquam illi sint virtus coelestis in terram vehiculum: terra autem seu Adargatis im- guncula diverso fiebant schematismo, in subtile radiis surrectis, quod coelestis affluxo progerminent cuncta, de terreno velut fermento. Cael. Antiq. Lect. lib. 10. cap. 34. Et Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 23. Meminiit Plin. lib. 27. cap. 11.

A D A D A T A, *[Ἄδαδατη]* Pisidarum civitas, ad Taurum montem, Strab. lib. 12.

A D A D U N E P H R U S, *i. m.* Gemma a renibus dicta Dei, qui colitur Syris. Plin. 37. 11. adde notar. Dalechampi & Hall.

A D A R, arum. Aris oppidum. Strab. lib. 13.

A D A I, Arabes Egypto finitimi, ut scribit Ptolemaeus.

A D A Q U O, *[Ἄδακος, ἀποκόσιος, ἀποκόσιων]* arc. Idem proprie quod **A D E Q U A T U S**, hoc est Complanare. Liv. 1. 29. Romanus passum publica, privataque omnia tecta adequat folio.

Adequare altitudinem, cursum, &c. similiter pro **A D E Q U A T U S**, sed metaphorice. Cas. 5. Bell. Gall. Qui vectoris, gr. vibusque navigis, non intermissu navigandi labore, longarum navium cursu adequaeruntur. Id est, Currenti celestite parcs illis fuerunt. Deorum vitam adequare. Cic. de Univers. 36. Id est, Ad deorum immortalitatem per-

nire. Idem 2. Q. fratr. 6. Sen torum urna copiose ab solvit, equum adaequavit. Id est, Par utrinque numerus fuit, ab solventium scilicet & damnantium. Budaeus.

A D E Q U A T U S cum virtute fortunam. Cic. pro Archia 24. Quid noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit? Hoc est, aequa fuit fortunatus, ac virtute praeditus.

A D E Q U A T U S memoriam nominis nostri cum omni posteritate. Cic. pro Archia, Infestum quadam in optimo queque virtus, quae noctes & dies animum gloriae stimulis concitat atque admotum, non cum vite temporis effe dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adequadam.

A D E Q U A T U S aliquem sibi. Tacit. 12. Ann.

A D E Q U A T U S, pro **A D E Q U A T U S**, *[Ἄδεκτος]* Adv. quantitatis. Idem quod **A D E Q U A T U S**, id est, Tam live Tantum. Plaut. Catin. 3. 5. 4. Nunquam ecastor illo die nisi adaeque. Liv. 1. 4. 43.

A D E Q U A T U S, *a. um.* Amicus cum familiarissimis adaequatus. Cic. pro Balbo 63.

A D E Q U A T I O, *ονīs. f.* Actio adaequandi. Tert. ad Nat. 1. 1. Deficit adaequatio comparationis istius. adde cod. lib. cap. 15.

A D E R A O, *[Ἄδεραος]* are. Budaeus, Adaderae, est **A D E R A T U M**: hoc est, Ad aris pretium redigere. Imperatores in l. 12. C. de ergo mil. Septem diebus per quos tribuni pratoriani emolumenti gratia solenniter stellatura nomine species consequuntur: species resistentes non alter adarentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahuntur. Senfus est, Species quae militibus stellatura causa penduntur a provincialibus, si pecunia estimantur, estimanti tanti debere, quantum est fori pretium. Species autem resistentes intelligi, restantes que reliquamenti causa debentur: Id est, quae ex præterito debentur.

Item Per æra & calculos summam colligere. Frontinus in Fragn. Agrar. apud Rigalt. Subiecta deinde extremitatum partes ad rectum angulum, Podismis suis adadaramus. Ita hunc locum pessime habitum vulgo, partim ex Arceriano codice, partim ab ingenio restitut Salmas. Exerc. Plin. p. 483. Ubi Podismis Adaderae, nihil aliud est, quam Agri modum Podismis five Ad mensuram pedum exigere, seu Quot pedes ager faciat, computare.

Adærata prædia, in l. 1. C. de collat. donat. dicuntur, ex Quibus as certum prætabatur. Hotoman.

A D E R A T I O, *ονīs. in l.* Militaris. C. de militari veste. lib. 12. & l. repetita. C. de ergo mil. nihil aliud est quam **A D E S T I M A T I O** ad æris pretium. Hotoman.

A D E S T U S, *[Ἄδεστος]* are. Valde aestuare. Stat. lib. 5. Theb. 517.

— squamisque incisus adæstuat amnis.

A D Ē G G Ě R O, *[Ἄδεγγερος]* are. Accumulare. Cato de R. R. cap. 94.

Cum ver appetit, terram adaggero bene. Plin. lib. 36. cap. 12. Colamel. 5. 11. Compositum ex Ad. & Aggero, quod ab Agger aggeris derivatur.

A D Ē G G E R A T U S, Partic. Plin. 13. 11. **Egyptus adaggerata Nilo.**

A D A G I U M, *ii. & apud anticos, A D A G I O*, *ονīs. [Ἄδαιγη]* significat Proverbium. Varr. 6. de L. L. 3. Apud Valerium Soranum vetus adagio est. Adagio est, litera commutata, Abagio: dicta ab eo quod ambit orationem, neque in aliqua una re confusa fola. Feftus, Adagia, Ad agendum apta. Donat. in Eun. Et dicta & proverbia, & adagiones, quod rem agant, facetus honinibus adscribuntur. Plaut. Amph. 3. 5. 40.

— vetus est adagium, Fames & mora

Bilem in nasum conciunt. V. Erafm. Prolegom. Chilliad. præmis; & Volf. Initit. Orat. 4. 9. p. 211.

A D A L L I G O, *[Ἄδαλλιγος]* are. Idem quod Alligare. Hoc est, Ad aliquid ligare. Plin. lib. 27. cap. 10. Quos pyxide conditos adalligari cum pane, brachio, &c.

Adalligare aliquid aliqui rei. Plin. 20. 21. conf. 30. 6. & 32. 10.

A D A L L I G A T U S, Partic. Plin. lib. 17. cap. 23. Adalligato pretenduntur in viduum arboreo unco Herba adalligata levo brachio. Idem 24. 19. & circa caput. Idem 27. 10.

A D A M, *[Ἄδαμ]* indecl. & **A D Ē M U S**, *i.* Primus homo, Hebraica lingua; sicut i. lib. Iosephus scribit. Idem est quod Ruber, quoniam ε rubra terra factus est Adam. V. Ilidor. 7. 6. His politus cultus Adamus. Tert. Gen. v. 64. Ubi prima longa, que & brevis. v. 93. Ex Adam malus atque carnalis. Augustin. C. D. 15. 1. Invenitur & Genitivus Ade, ut Peccatum Principis Ade. Prudent. Apoth. v. 911. Pro Peccato. Ibid. v. 926. Veterem anima exuat Adam.

A D A M I T ē, arum. m. pl. Adami Poteri vulgo vocantur. V. & **A D A M I A N I**.

A D A M A N T I I, Cognomi olim tributum est Didymo grammatico, ob in-

defatigabiliter scribendi instantiam. Ab hoc translatum est in Originem. Erafm. in Hieron.

A D A M A N T I S, idis. *[Ἄδαμαντης]* Herba quedam esse traditur a Magis,

Armenie, Cappadocieque alumina, qua admota Leones repulnari fe-

runt hiato laxo. Nominis rationem idem hanc tradidit, quod con-

teri nequeat, quemadmodum nec adamans. Plin. lib. 24. cap. 17. Apul.

de Herb. cap. 4.

A D Ē M A S, antis. m. *[Ἄδεμας]* est Lapis durissimus: ab & particula-

privativa, & verbo ἀδέμα, id est, Domo, quali Indomitus. Virg. 6.

Æn. 552.

— solidoque adamante columnae,

Vis ut nulla virum, non ipsi excidere ferro

Cœlicola vealent. Plin. lib. 37. cap. 4. Genera adamantis sex

noscentur. Unde & nomen indomitus vis Græca interpretatione accepti.

Item paulo post, Siquidem illa invicta vis durum violentissime naturæ rcrum, ferri ignisque contemptrix, hinc rumpitur sanguine, nec aliter quam recent, calidoque macerata. Diffidum ei naturale est cum magneti, cui si opponatur, vim omnem ei trahit etenim eripit. Quae omnia ex Plinio sunt. V. Rueus de Gemmis 2. 15.

Adamantis ferro indomitus virtutem effe falsum est, ut testantur Ἀρι-

χαροποι artifices. Quippe qui in fœbem malorum redigi, & in mortario terri pitillo ferre potest. Et id jadundum Liphius ad Sen. de Con-

stant. Sap. cap. 3. ex Cartia observavit. Ovid. 4. Trist. 8. 45.

Nil adeo validum est, Adamas licet alligit illud,

Non sit ut inferius suppositumque Deo.

Infragilis adamans. Plin. lib. 20. in proœm.

- Durus. Ovid. 3. Amor. 7. 57.
ILLA graves potuit querere, adamantaque durum,
Surdaque blanditiis faxa movere fuis.
- Non exoratus. Propert. lib. 4. 12.
- Invictus. Ovid. 4. de Ponto 12. 132.
- Perennis. Ovid. 15. Met. 813.
- Solidus. Virg. 6. En. 552.
- Textus. Sen. Herc. 9. Id est, Adamantina catena.
- Adamanta movere lacrymis. Ovid. 1. de Arte Am. 659.
- Adamanta superare duritiae. Ovid. 2. Epist. 137.
- Ex adamante fecuris facta. Ovid. 3. Epist. 805.
- Adamas supernas. Reperitur in quadam Augi in Mœcenatis affectationem illusionem, ubi inquit, Vale mel gentium, metuelle, ebur ex Hetruria, lafer Aretinum, adamas supernas, &c. Eft autem adamas supernas, adamas Hetruriae: & si non tam supernates Hetruriae sunt quam infernates. Turneb.
- ADAMANTUS**, Adj. [ἀδαμάντιος] Quod ex adamante factum est, vel Quod durissimum est. Ovid. 7. Met. 104. Manil. 1. 919.
- ADAMANTINUS**, aliud Adj. [ἀδαμάντινος] Proprie dicitur Quod est ex adamante factum, vel ad adamantem pertinet vel accedit: ut, Adamantina duritia. Plin. lib. 37. cap. 11.
- Adamantinum per metaphoram vocamus, quicquid durissimum aut invictum atque inexpugnabile indicare volumus: propter ea quod indebili est adamantis duritas. ut Adamantini clavi. Hor. 3. Od. 24. 5.
- Juga. Propert. lib. 3. Eleg. 11.
- Saxa. Lucret. lib. 2. 447.
- Tunica. Hor. 1. Od. 6. 13.
- ADAMASTOR**, öris. [ἀδαμάστωρ] Gigantis nomen ingenti statua, & innmani membratura conspicendi: qui apud Claud. Gigant. Damastor nuncupatur.
- ADAMAS FUS**, [ἀδαμαστός] Nomen viri proprium apud Virg. 3. En. 614.
- ADAMÉNON**, i. n. Herba Hyoscyamus dicta. Apul. de Herb. cap. 4.
- ADAMIANI**, Hæretici sc̄i dicti, quod nuditatem quam Adam in paradiſo habuit ante peccatum, imitarentur, & ita semper mares & foeminae nudū obambularent, nudi lectiones audirent, nudi orarent, nudi celebrarent sacramenta. Hi suam ecclesiā, hoc est, suam congregationem appellabant Paradisum. Ibid. 8. 5. A nonnullis etiam ADAMITÆ vocantur.
- ADAMO**, [ἀδεμός] are. Vehementer amare, & quasi Cupere. Cic. 3. de Orat. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ferme maxime adamarat. Et alibi sive. Ovid. 3. Trist. 4. 28.
- Adamare, Amatorie amare, ut ait Valla. Quint. in Infani in matrem, Me quidem mane figuis interroget, omnes matres liberos suos tanguant adamarint, amant.
- Adamare, pro Concupiscere, exoptare. Cic. 4. in Verr. 84. Cum signa quædam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vides, adamavit.
- ADAMATOR**, öris. m. Tertul. de Habit. Mulier. cap. 21. Nihil ad castitatem adamatores potuerunt preſtare.
- ADAMATRIX**, Quæ amat. Plaut. Poenul. 5. 5. 25.
- ADAMABILIS**, e. Gloss. Gr. Lat. εὔηπερ.
- ADAMUSSIM**, Adv. Examineat, ad regulam, vel coagumentum. Vart. Quare si id ingens est, adalumfum, per me licet affussum, teneo. Nonnius 1. 28. V. AMUSSIM.
- ADAMPLIO**, are. Idem quod Ampliare, seu Auctius ampliare. Vetus Inscripſio apud Gruter. p. 128. n. 5. **ÆDICULAM VETUSTATE CORRUPTAM ADAMPLIAVIT**. add. p. 323. n. 1. V. AMPLIO.
- ADAMPLIATUS**, Partic. Poena adimpliata. Vet. Interp. Irenæi 4. 47.
- ADANA**, n. [ἀδάνα] Cilicia Urbs Ptolemaeo, vulgo Adena. Hanc incolere Adanus & Sarus, cum Tarstenibus bellum gerentes, ac potiti in ea regione, alter Adana civitatem, alter Sarum flumen vicinum, quod prius Cærarum vocabatur, de suis nominibus appellaverunt. Volaterræ ex Steph. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 27.
- ADANI**, orum. Urbes due in Arabia felici, ut scribit Ptolemaeus.
- ADAPERIO**, ui, ertiū, [ἀδεπερίων] ire. ex Ad, & Aperio, ex paro compositum, significat idem quod Aperire sive Patefacere. Liv. 5. Bell. Pun. Qui improviso adorti semiplenas itationes, & adaptatas fores portæ. Plin. lib. 2. cap. 47. Unde nubes diffusæ adaperuere cœlum. Adaperire caput. Sen. Epist. 64. V. CAPUT.
- Adaperire, Refolvere. Plin. lib. 32. cap. 95. Horum jus traditur alvum & veficas exinanire, interanea diſtringere, omnia adaperire.
- ADAPERTUS**, a, uni. [ἀδεπτός] Idem quod Apertus, vel Semiperitus. Ovid. 1. Amor. 5. 3.
- Pars adaperita fuit, pars altera clausa fenestra.
- Adapertas vites. Columel. lib. 5. cap. 5. Adapertas vites relinquere, & tota hyems ablqueatas habere conuenit.
- ADAPERTILIS**, Adj. [ἀδεπτούλης] Quod est apertum, vel apertu facile. Ovid. 3. Trist. 11. 45.
- Aſpicis a dextera latuſ hoc adapertile tauri.
- ADAPERTIO**, onis. Aug. Octog. Quæſt. 61. Legis adapertione & disputatione.
- ADAPTO**, are. Aptæ adjungere. Modeſt. Dig. 1. 1. §. 6. Constitutionem recta adaptans capitulis omnibus.
- ADAPTATUS**, Partic. Suet. Otho. cap. 12. Capiti adaptatus.
- ADÄQUOR**, aris. Idem quod Aquor. Suet. in Galba, cap. 7. ut ad lacum ubi ad aquari ſolebat, ducretur, &c. Plin. lib. 17. cap. 10. Denis diebus ad aquari. De arborum fatione loquitur.
- ADÄQUATUS**, Partic. Adaquatum vinum.
- ADARCA**, a. [ἀδάρκη] Salſilago quædam est, seu Spuma ſalfuginoſa, concreta & velut gelata, in humidis & palustribus locis per ſiccates paludum proveniens in Cappadocia, atque ipſis harundinibus & herbis adhæſefens. Galen. Dioſcor. & alii. Vocatur etiam Adarcos, Adarcon, Adarcos, & Calamochinus: id est, Calami ſeu harundinis lanugo. Sunt qui adſpirent, Adarcha ſcribentes. Plinius Sinapis naturam effectusque eodem habere tradit. V. 16. 36. & 20. 22. & 32. 10.
- ADAREO**, ui, [ἀδεπτόω] ire. Verbum rarifime lectum, idem quod Arete, ſive Exarere. Cato de R. R. cap. 98. Amurcam decoquito ad diuidim, & ea unguio furandum areæ, & extrinſicus pedes & angulos. Ubi ea adaruerit, vefimenti condito.
- ADASIA**, Ovis vetula recentis partus. Festus. V. Vollii Etym. p. 8. & Dæcer. ad Feit.
- ADASSO**, [ἀδάσσω] Vterces ſcripſere pro Adigo. Plaut. Aulul. 1. 4. 11. Utinam divi adalſint ad ſuſpendium. Feltus legit Adaxint, & adegerint exponit. Nec aliter Gronov. edidit. Syncopæ eft, ut plenius docet Voll. de Analog. 3. 41.
- ADASUS**, Tunica que ab humeris non erat confuta. Sipont.
- ADAUgeo**, xi, etiū, [ἰταύγη] ēre. Idem quod ſimplix Augere. Cic. 2. de Invent. 55. Per quem facti utilitas aut honestas adaugetur. Cumulare & adaugere. Cic. pro Roſe. Amcr. 30. Hæc alii nefatis cumulant atque adaugent.
- ADAUcto**, [ἰταύγην] are. frequent. Idem quod Augere. Accius Ἑνεδια. Quibus rem ſummam & patriam noſtram quondam adauctavit pater. Ex Nonio.
- ADAUgEſco**, ēre. [ἰταύγην] Augeri, Crescere. Lucret. lib. 2. 296. Nam neque adaugeſco quicquam, nec deperit inde. Cic. de Divin. 1. 13.
- Aut densus ſtridor quum celo & vertice montis
Ortus adaugeſco ſcopulorum ſiepe repulſu.
- ADAUtus**, Partic. [ἰταύγης] V. ADAUgeo.
- ADAUtus**, us. m. [ἰταύγης] Lucret. lib. 2. 1121.
- Nam quæcumque vides hilari grandefere adauctu. Id est, Incremento.
- ADIBO**, ibi, ibitum, [ἰταύνιο] ēre. Verbum rarius, idem quod ſimplix Bibere. Ter. Heaut. 2. 1. 8.
- Adibere, interdum ſignificat Multum bibere, propter Ad, que eft augen- di particula. Plaut. Stich. 2. 2. 58. Euge, quando adibero, alludib. Adibere, pro Imbibere, per metaphoram. Hor. 1. Epift. 2. 67.
- nunc adibibe puro. Pectora verba puer.
- ADIBITO**, are. Vetus verbum, ut Rebito, a Beto veteri, unde eft dubito. Namque edepol ſi adibites propius, i. e. Accedas. Plaut. Capt. 3. 4. 72. Sic Editt. Cafigatores. Quidam legunt Adites. V. ADITO.
- ADCENSI**, pro Accensi, veteres ſcribent, quaſi Ad cenſum adjecti. V. ACCENS.
- ADCido**, ēre. Compoſitum ex Ad, & Cado: idem quod Cado. Ennius apud Varri. lib. 6. de L. L. Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus caſa adcidiffet abiegnia ad terram trabes. Obſolētum. V. ACCIDO.
- ADCLINIS**. V. ACCLINIS.
- ADCORPō**, are. Solin. cap. 50. Et carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa parte ligni, ægre ſeparetur.
- ADCREDO**, idi, [ἰταύνιο] ēre. Lucret. lib. 3. 869.
- tum mortuus materiali
Multimodi quam ſint, facile hoc adcredere poſſis. Credere.
- ADCRESCO**, ēvi, [ἰταύγην] ēre. Hor. in Arte Poet. 251. Syllaſa longa brevi ſubiecta vocatur Iambus, Pes citus, unde etiam trimetris adcreſſere juſſit Nomen Lambeis. Id est, Addi, vel Dari.

ADBAX, acis. [σπελχή] Streſpiceroti, quem Addacem Aphrica appellat, Græci a contortis cornibus indidere nomen. Plin. lib. 11. cap. 37.

ADDECET, [ἰταύτη] addecebat, addecevit. Imperf. Poeticum eft verbum, idem quod Decet. Plaut. Amph. 3. 4. 21.

Eius ſtudio ſervire addecebat.

ADDECIMō, [ἰταύκαντο] ēre. Decimam partem detrahere. Verbum in facris uſurpum: ut 1. Regum 8. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, ut det eumulus & famulis ſuis. Hoc eft, Decimam partem corum accipiet.

ADDENSO, ui, [ἰταύτη] ēre. Ex Ad, & Denfeo, Secunda Conjug. teſte Servio: Denfum facere, ſtipare, ſive confitpare. Virg. 10. Ien. 432.

Extremi addecent acies. Verbum rarifimum. V. Giphan. Ind. Lucret. conf. DENSEO.

ADDENSO, are. Idem quod Addenſo, pro Spiffare, id eft, ſpiffum facere. Plin. lib. 20. cap. 21. Mirum, aquam radice ea addita, addenſi ſub dio, atque inſcere.

ADDEPHAGIA, [ἰταύφαγη] Inexplebilis edendi aviditas. Hæc apud Sicutos pro dea celebatur, ubi etiam templum habebat hibi peculiarter dedicatum. V. Cal. Rhodig. lib. 7. cap. 11.

ADICO, xi, etiū, [ἰταύρην, ἀργῆν] ēre. eft Licitanti rem auferendam permettere. Delver an plus offrant. Cic. pro Cæſ. 16. Ebitio negotium datur, adeſt ad tabulam. licetur Ebitius. deterrentur emptores, multi partim gratia Cæſeniiæ, partim etiam pretio. Fundus addicetur Ebitio. Ex Budao.

Addicere, in diſcipula angulari aveſ dicuntur, id eft Approbare facienda, quod alias & Admittere dicitur. Liv. 27. 16. Fabio auspicanti, priuquam egredereſt ab Tarento, aveſ femel atque itorum non addixerunt. Tacit. 2. Ann. 14. Auctius omine, addicentibus aūſpicis, vota concionem. Conf. ABDICO, quod ejus Contrarium.

Addicere & tradere. Cic. pro domo ſua 107. Hominem inventire ita labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui aedes meas addiceret, cui tradiceret.

Bona aliquis nummo feſtertio addicere alteri. Cic. pro Rabir. 45. Tua bona, Poſthume, nummo feſtertio a me addicuntur?

Nummo uno addicere. V. DICIS cauſa.

Addicere & vendere. Cic. 5. Verr. Jam addicis & venditis decumis. Vendere & addicere ſententiam. Cic. 2. Philipp. 52. Cum te neque

principes civitatis rogando, neque maiores natu movendo, neque frequens ſenatus agendo de vendita atque addicita ſententia moovere potuit.

Id eft, Mancipata venditaque Cæſiri.

Addicere, Auctione facta. Hoc eft, Bona ſua proſcribere, & licitantes tradere. Quintil. in Ægo redempto. p. 106. Burm. Omnia utiliora feſtianti proportione perdiſtis addixi. De auctione loquitur omnium bonorum. q. d. Simili feſtinatione ac proportione vendidi, ac qui ultra perdere vellet. Suet. in Cæſ. cap. 50. Bello civili ſuper alias donations, amplifimæ prædia ex auctionibus haſta ei minimo addixit. Quo in loco (nummo) recte quidam legunt.

Addictam pretio habere fidem. Cic. 4. Verr. 78. pro, Obnoxiam & quaſi venalem habere fidem & religionem.

G 3 Addi-

Addicere suos amores. Ovid. 1. Met. 617.
Fundum trinita aureis. Julian. in l. qui fundum. §. Procurator. D. Pro emptore.
Sanguinem alicuius. Cic. in Pison. 83. Sic addicere aliquem supplicio. apud eund. Antequam iret in exil.
Addicta vita alicuius, & proposita praemis. Cic. pro Milon. 57.
Addicere bona in publicum, Publicare. Caf. 2. Bell. Civil. 18.
Addicere, proprie est Idem dicere, & approbare dicendo, alias Addicere, Damnare est. Author Festus. ut, Addicere morti, pro Desfincere ac devovere. Cic. 3. Off. 45. Cum si qui morti addicetus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulafest.
Addicere dementem & furiosum rationibus necessariis. Id est, Dementes & furiosos, eorumque familiam agnatis gentilibusque addicere. Cic. in Parad. 4. Ego vero te non fultum, ut sepe, non improbum, ut semper, sed dementem & insanum rationibus addiccam necessariis.

Addicere se alicui homini, five cupiam rei, pro Mancipare se alicui & plane devovere & dedere. Nonius, Addicatum, inquit, est quae Devotum vel Obnoxium. Cic. in Sallust. 11. Non enim uni privatum ancillatus sum, neque me addixi.

Addicere se alicui certo. Cic. 2. de Invent. 5.
Corpus suum turpissem cupiditati. Ad Heren. lib. 4. 23.
Pueritiam suam omni intertemperantia. Ad Heren. lib. 4. 24.
Se senatus. Cic. pro Planc. 93.

Addicere se & confecrare certis sententiis. Cic. 2. Tusc.
Addicere quempiam pro Debito. De hoc significatu fit ait Valla libro quinto, Addicti apud veteres dicebantur, qui Praetoris pronuntiatione ac iusti, cum solvendo non essent, creditoribus in temporariam servitutem addicabantur. Est enim unum ex tribus verbis Praetoris, Do, Dico, Addico. Plaut. Poen. 1. 1. 58. Ubi in ius venirent, addicet Praetor familiam totam tibi.

Cic. pro Flacc. 48. Iste cum judicatum non faceret, addicetus Hermippus, & ab hoc ductus est. V. mox ADDICTUS.

Addicere aliquem liberum. V. Vindicare, Liberare, In libertatem afferre, In VINDEX.

Addicere dicebatur iudex, arbiterve, qui ex formula a Pratore dabatur, vel ex conventione litigitorum sivebatur. l. 39. l. 46. & l. 80. D. de judic. Et ita addicetus actioni arbitriae iudex. in l. 3. in fine. D. quod cert. loc.

Addicere item, in XII. Tabulis, pro Secundum aliquem judicare. Gell. lib. 17. cap. 2. Post meridem praefenti filitem addicito. Hotoman. [Quin potius significat dare actionem uni praefenti, vel litigandi potestatem facere, cum alioquin non nisi actore & reo praefentibus judicium constitui soleret.

Addicere in servitutem. Liv. 3. 56.
Addicatum sub sua iura trahere. Propert. lib. 3. Eleg. 11.
Habere aliquem addicatum, deditum, obstricatum. Cic. pro Caelio 80. Addicetus avibus & canibus. Id est, Expofitus, & velut Damnatus atque devoutus. Hor. Epod. 17. 11.

Luxere matres illae addicatum feris,
Alitus atque canibus homicidam Hectorem.

Vafitati. Cic. 9. Att. 11.
Addicere aliquem ad iusjurandum, velut Adigere & cogere. Sallust. in Catil. Cum ad iusjurandum populares sceleris sui addiceret. Fortasse legendum Adigeret. Sic Cort. 9. V.

Addicere opus aliquid, pro Locare faciendum. Cic. 3. Verr. 144. Ad dicitur id opus HS DLX milibus.

ADDICTUS, [*αρχίστερος*] Partic. five Nomen. Hor. 1. Epist. 1. 14.

Nullius addicetus jurare in verba magistr.

Addicti etiam fuerint, Quos lex servire creditoribus, donec solverent, jubebat. Qui quid differant a servis docet Quintil. 7. 3. Servus cum manumittitur, fit libertinus: Addicetus recepta libertate est ingenuus. Servus, invito domino libertatem non consequetur: Addicetus solvendo, citra voluntatem domini consequetur, &c. V. Gell. 20. 1. Parci Lex. Crit. pag. 33. Et Revard. cap. 8. L. Sing. ad Leg. XII. Tabb. Burman. ad Quintil. Inf. 3. 6. p. 244.

Inde etiam ad alia transfertur, que tradita vel exposita sunt. V. Dra kenb. ad Sil. 15. 247.

Addicetus, Nomen Plautinae concomitiae ab eo in pilstrino scripta. Author Varro apud Gell. lib. 3. cap. 3.

ADDICTE, Adv. ut, Addicitus regnari. Tacit. de Morib. German. 43. 7. Trans Lygios Gothones regnabant, paulo jam addicitus quam cetera Germanorum Gentes, nondum tamen supra libertatem. Meliores libri legunt Addicetus.

ADDICIO, *ōnīs. [γεγονέδην]* Cic. 2. Verr. 12. Simul in jure dicendo bonorum possefitionumque contra omnium instituta addicatio & condonatio.

ADDISCO, didici. [*αρχίστερος*] ēre. quasi Aliquid addere ad ea qua dicideris. Cic. de Senecl. 26. Quid, quod etiam addicunt aliquid? ut Solonem in versibus gloriantem vidimus, qui se quotidie aliquid addicentem, sēmen fieri dicit.

Addicere, simpliciter pro Discere. Cic. 3. de Orat. 84. Atque velocius puer addicicerat.

Addicere aliquid novi. Ovid. lib. 2. Amor. 5.
Addicere tubas, id est, cantum tubarum. Stat. 3. Sylv. 1.

ADDIVINO, [*προφήτης*] ēre. Idem quod simplex Divinare. Plin. lib. 35. cap. 10. Ut Apion Grammaticus scriptum reliquerit, quemdam ex facile hominum addivinanten (quos metopocopos vocant) ex iis dixisse aut futura mortis annos, aut praterita.

ADDO, [*προσθέμειν*] addere. Obfoletum verbum pro Dare vel Addere. Plaut. Trucul. 5. 19.

Tuo arbitratu quod jubebis, addabitur. Alii legunt, Id dabitur. **ADDIDI**, itum, [*προσθέμειν, προσθέμειν, προσθέμειν*] ēre. ex Ad, & Do, das; Adjicere, adjungere, teste Servio. Et prater accusativum, propri dativo jungitur. Virg. 9. JEn. 765.

& verbis haec insuper addit.

Ter. Phorm. 1. 1. 8.

Ut semper aliquid addant ditioribus.

Addere ad, vel in. Cic. 1. Off. 37. Quid ad hanc mansuetudinem, addi potest? Idem ad Att. lib. 1. 13. In illam orationem Metelli-

nam addidi quædam. In his ponitur accusativus cum præpositione, pro dacio.

Addere ex abundanti. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Additur in cava dentium. Plin. lib. 29. cap. 8.

Addere in coronas. Plin. lib. 21. cap. 4.

Addere in potu unguentum. Plin. lib. 13. cap. 3.

In nares. Plin. lib. 25. cap. 11. Purgat autem cyclaminos cum mel. le in nates addita.

Addere in ovum inane. Plin. lib. 20. cap. 22.

Additur in potionem. Plin. lib. 20. cap. 23.

Addere atque afferre de suo. Cic. 4. Fam. 3. Sed aliquid atque adeo multa addunt afferunque de suo. Idem de Aruff. Resp. Nihil addo de inco.

Addit hoc. Id est, Hoc dicit præterea. Ter. Eun. 1. 2. 34.

Addi huic, five Huc addi; modus connectendi sententias: pro quo etiam dicitur, Huc accedit quod, & utrumque loquendi genus ponitur velut pro adverbio ordinis. Liv. 7. ab Urb. Adde hic populationem agrorum, predas hominum atque pecudum actas.

Addi quod, eadem vim habet. Ovid. 3. de Arte Am. 538.

Adde quod infida facris a vitibus absunt.

Addo etiam. Cic. 1. Off. 67. Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo, addo etiam utilitatem, in posteriore.

Addere historia majorem fonum vocis. Cic. 2. de Orat. 54. Paululum se erexit, & addidit historię majorem fonum vocis vir optimus Craſſi familiaris Antipater: ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores.

Addere & Demere, contraria. Cic. 4. Acad. 49. Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.

Addere & Adimere contraria. Ter. Phorm. 2. 1.

Qui sepe propter invidiam adimunt diviti,

Aut propter misericordiam, addunt pauperi.

Addere & detrahere, contraria. Cic. 2. de Orat. 26. Equidem sic judicare soleo, quicquid aut addideris, aut mutaveris, aut detraxeris, vi- tiosius & deterior futurum.

Addere & Deducere, contraria. Cic. 1. Off. 59. Ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo deducendoque videre quæ reliqui summa fiat.

Alacritatem scribendi alicui. Cic. 16. Att. 3.

Animum, pro Augere. Cic. 7. Att. 2. Quos tu laudando animos addidisti.

Annos duos addiderat ad duo lustra. Id est, Natus erat annos duodecim. Ovid. 4. Fast. 702.

Aquam flamma. Tibul. lib. 2. Eleg. 4.

Ardorem mentibus. Virg. 9. JEn. 184.

Nifus ait: Diine hunc ardorem mentibus addunt

Euryale?

Calcar alicui, Stimulare & infligare. Hor. 2. Epist. 1. 217.

Addis cornua pauperi. id est, Superbiā, pertulantim, violentiam. Hor. 3. Od. 21. 18. amphoram ilium alloquens. Simile est illud Ovid. 1. de Arte Am. 239.

Tunc venient rīsus, tunc pauper cornua sumit. Preinde, ait Festus, homines nimio vino truces fieri, & ideo Liberi patris simulacro cornua addi.

Atris aliquem. Id est, In divos referre, cœlo adscribere. Ovid. lib. 4. de Ponto 8. 63.

Cognomina, pro Cognominare. Liv. 4. ab Urb. Virg. 1. JEn. 267.

At puer Afcanio cui nunc cognomen lulo. Additur. Conf. infra Addere Nomen, Vocabulum.

Addere, vel Ponere ad compendium. Plaut. Cafin. 3. 1. 3.

Cumulum commendatiois. Cic. 13. Fam. 15. Si ad id quod ipsorum causa vis, addideris cumulum commendationis mea.

Cuſtodi vel comitem, pro Dare. Plaut. Milit. 2. 6. 69.

Cui me cuſtodem herus addidit miles meus. Virg. 9. JEn. 649.

Tum comitem Afcanio pater addidit.

Dies paucos fibi addere ad dictaturn gerendam. Cic. 3. Off. 112.

Dono addere, quafi insuper dare. Plaut. Epid. 3. 4. 38.

Exemplis melioribus se addere. Hoc est, Exempla meliora sequi.

Claud. 4. Paneg. 12.

Facti pollicisi. Id est, Facere seu implere quod promiseris. Ovid. 2. Amor. 16. 48.

Fidem, pro Confirmare. Plin. Epist. 248.

Fidem pollicitam dicitis. Ovid. 3. Fast. 366.

Fiduciā alicui. Tacit. Hist. 1.

Finem alicui rei, pro Imponere. Claud. 7. Paneg.

Frena equis. Virg. 5. JEn. 817.

Jungit equos curru genitor, spumantiaque addit Frena.

Fuga se addidit horum mentibus. Valer. Flacc. 6. Argon. 181.

Gradum, pro Accelerare gradum. Plin. Epist. 106.

Laborem alicui rei. Tacit. 4. Hist.

Lucrum empori. Cic. 5. Verr.

Manus in vincula. Ovid. 1. Amor. 71. Id est, Conjicere.

Naturam, pro Dare. Virg. 4. Georg. 149.

Nunc age, naturas apibus, quas Juppiter ipse

addidit, expediam.

Nomen alicui. Claud. 5. Paneg.

Operam, pro Däre operam. Plaut. Poenul. 4. 2. 48. Ut ego hanc familiam interire cupio. m. adde operam si cupis. Idem Perf. 4. 4. 77.

Optata ut convenient, operam addito.

Partes illas vitiatiss. Ovid. 2. Met. 826.

Scelus addere in scelus. Ovid. 8. Met. 484.

In scelus addendum scelus est, in funera funus.

Spem & metum alicui. Tacit. 1. Hist.

Stimulos in prelia menti. Lucan. lib. 1. 263.

In spatia addere. Virg. 1. Georg. 513.

Ut quum carceribus se effundere quadrigæ:

Addunt in spatia, & fructu retinacula tendens.

Fertur equis auriga, neque audit currus habentis.

rendo plus eorum cursus augetur. Servius.

Id est, Cur-

Vitium pudicitia addere dicitur is, qui alienam pudicitiam violat, quod erit vitium dicimus. Plaut. Amph. 2. 2. 179. Pudicitia hujus vitium non hic absente est additum.

Vocabulum. Claud. in Laudibus Seren. v. 109.

Addidit & proprio germano vocabula nato:

Quicque datur fratri speciem fibi reddit adempti.

V. Nomen, Cognomen addere supra.

Virtutem. Sallust. Catil. 60. Compertum habeo, milites, verba virtutem non addere.

Addere, pro dare, vel potius Abunde & copiose dare. Tibullus sic incipit Eleg. 2. lib. 1.

Addere merum, vinoque novos compescere dolores,

Occupet ut felii lumina victa vapor.

Addidit multum reipub. pro Multum profuit, sive contulit. Hoc est, Remp. auxit, adjuvit. Sallust. Jugurth. 46. Quorum majores Punica atque alii bellis multum reip. addiderant.

ADDITUS, a, um. [προσθέμενος] Partic. Adjectus, adjunctus.

Additatae, sive Aucta & adulta. Plin. lib. 11. cap. 48.

Additus, pro Inimico. Virg. 6. En. 90. — nec Teucris addita Juno

Usquam aberit. Ubi Servius. Addita, Inimica. V. Drakenb. ad Sil. 2. 565. Est autem verbum Lucillii & antiquorum, ut Plaut. Aulul. 3. 6. 20. Additus Jovi Argus. Macrobi. 6. Saturn. cap. 4. Addita, hoc est, Alfixa, & per hoc infecta Juno & inimica. Hoc jam dixerat Lucilius in lib. 14. his verbis.

Si mihi non Prator fiet additus, atque agitet me,

Non male fac ille, ut dico, me extenderet unus.

Additus est unus annus tuo labore. Cic. 1. Q. frat. 1. 3.

Additus in cavis dentium. Plin. 23. 7. Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest, aut in cavis corum additus.

Additus Vocabū in partem curarum Herennius Gallus legatus. Tacit. 4. Hist. 26.

Calor via additus est omnibus. Hoc est, Vehemens eundi voluntas. Valer. Flacc. 1. Argon. 271.

Addito vires tanto aquae. Plin. lib. 14. cap. 4. de vino Maroneo, Maroneum vires tanto addito aqua miscendum Homerus prodidit.

Addito tempore, quod vulgo dicunt, Succellū temporis. Tacit. 12. Ann. 26.

Addito ut. Plin. lib. 15. cap. 16. Similiter deligi & ex locis siccis, & ante perfectam maturitatem, addito ut luna infra terram sit.

ADDITIONUM, i. n. [προσθέμενον] Quod additum est: Id est, Acces-
sio. Cic. pro Sext. 68. Intercessit Ligus iste nescio quis, additionem inimicorum meorum. In oratione de Republ. ordinand. ad Caesarim, Re-
liqui de functione sunt incertissimi nobiles, in quibus prater nomen nihil est additum.

ADDITIONIS, ônis. f. Idem quod ADDITAMENTUM. Quintil. 9. 3. Figurarum additio & adiectio.

ADDITIONIS, a, um. Celsus JCt. Cato putat mensē intercalarem ad-
ditum esse. Tertul. de Resur. Carn. cap. 52. Additum corpus.

ADDITIONIS, a, um. Prician. lib. 17.

ADDOCEO, [προσθέμενος] ère. Idem quod simplex Doceo, vel Abunde
suo vehementer doceo. Hor. 1. Epist. 5. 18.

— addocet artes. Sunt tamen qui legunt, Ac docet.

ADDOMINIS, i. fr. Cael. Aler. Acut. 1. 11. Kurfum addormiunt, & diffi-
cile expurgiscuntur.

ADDOMISO, [προστομαζόμενος] ère. ab Addomio: opponitur verbo Expergisci. Suet. in Claud. Cet. cap. 8. Et quoties post cibum addormi-
sceret. In quibusdam codicibus legitur Obdormisceret.

ADDOUA, [Ἄδδωα] Strab. Fluvius est Galliae Cifapina, qui per Latium lacum (nunc Comensem) influens, in Padum effunditur. Plin. lib. 2. cap. 103. de aquarum miraculis, Quadam vero & dulces inter se super-
ment alias. Ut in Lacio facu inventus amnis, in Lario Addua, in Ver-
banio Ticinus, in Benaco Mincius, in Lemanio Rhodanus. Hic fluvius a nonnullis Abdua vocatur.

Coeruleus Abdua. Claud. in sext. Conf. Honor. 196.

Celer. Idem ibid. 488.

Spumosus. Ibid. 458.

ADDUBANUM, Dubium. Festus. alii Danubium. V. not. Viris doctis in loc.

ADDUBITO, [προστομαζόμενος] ère. Aliquantum dubitare, quod & Subdu-
bitare dicitur. Cic. 7. Fam. 32. Quod sine pronominē familiariter, ut de-
bebatur, ad me epistolam misisti, primum addubitavi num a Volumnio sena-
tore esset. Idem 6. Fam. 6. Habes augurium meum: quo, siquid addubi-
tarem, non potius uterer, quam illa consolatione. Sic in Orat. 137.

Addubitate paululum de. Liv. 2. 4. De legatis paululum addubitatum

est. Hor. 1. Serm. 4. 125. — & inutile factu

Necne fit, addubites?

ADDUBITATIS, a, um. [προστομαζόμενη] Partic. ut, Res addubita-
ta: hoc est, De qua dubitaveris. Cic. 1. Off. 85. Eoque magis, si plus
adipiscere re explicata boni, quam addubitata mali.

ADDUBITATIO, ônis. f. Idem ac DUBITATIO. Cic. 3. Off. 4. Quod non
nunquam addubitationem affere soleat. Ita nonnulli libri, sed cattigato-
res Lambini & Gruteri Dubitationem exhibent. Habet tamen Mart.
Capella lib. 5. p. 171. Diaporles est ADDUBITATIO.

ADDUCO, xi, etiūm, [προσθέμενος, παράγω] ère. Ad locum vel personam
ducere: cui contrarium est, Abducere. Cic. 8. Att. 11. Gentes seras ar-
matas in Italianum adducere. Idem pro Quint. 24. Qui ex Gallis pueros ve-
nales isti adducebat. Ter. Hec. 5. 2. 4. Puer nutricem adduxit.

Aflicui ante oculos. Ter. Heaut. 5. 4. 18.

Huc coram. Ter. And. 5. 3. 29.

Ante oculos coram. Ter. Eun. 4. 7. 24.

Adducere a foro, ex Italia. Plaut. Milit. 3. 2. 44. Cæf. Gal. 7. 7. 5. Sup-
plementum quod ex Italia adduxerat. Hinc per metaphoram varius usus.
Hominem ad, live in rem aliquam, est ad aliquid agendum inducere, inci-
tare, impellere, & quasi aliquid perfudare. Hinc dicimus, Adduci re aliqua; id est, Ob eam rem moveri vel impelli ad agendum quidquam.
Hujus igitur generis haec sunt exempla ex authoribus.

In angustias summas aliquem. Cic. pro Quint. 9.

Ad arbitrium nostrum aliquem. Cic. in Epist. Neque ita feci, ut te ad
meum arbitrium adducere.

Ad authoritatem nostram. Cic. pro Deiot. 29. Hunc ad meam authorita-
tem non potui adducere. Hoc est, Non potui illi persuadere ut au-
thoritati meae accederet.

In certamen rem aliquam. Cic. in Pisón. 79. Adducta res in certa-
men, te confule, putas batur, utrum que superiore anno ille gesisset,
manerent, an reficerentur.

In cognitionem. Cic. Poit. redit. in Senat. 15.

Ad concordiam. Cic. 7. Att. 3. Sive enim ad concordiam res adduci
potest, sive ad bonorum victoriam, &c.

Ad conditionem aliquam. Balbus Ciceroni, 8. Att. 15. Qui ut adduci ta-
li tempore ad ultimam conditionem posse, magis opto, quam spero.
Ad confutitudinem, & in confutitudinem adducere se. Cic. 2. Tusc. 9.
Ad quam nos confutitudinem a familiariis nostris adducti. Id est, illi
rei affecti. Cæf. 4. Bell. Gall. 1. In eam se confutitudinem adduxe-
runt. Hoc est, Seipso affecti ercentur.

In controveriam. Cic. 1. de Orat. 183. Mediocris res in controver-
siam adducta est?

In crimen. V. CRIMEN.

In diffricem extremum adducta est res. Cic. 6. Philipp. 19.

Ad dubitationem. Plin. lib. 2. cap. 26.

In dubitationem. Cic. 3. Fam. 5. Quod itinerum meorum ratio non
nullam in dubitationem videtur adducere. Hoc est, Ad dubitandum
impellere, Facere ut dubites.

In dubium. Liv. 24. 15.

Ad effectum. Liv. 33. Hoc spe concipere, audacis animi suisse: ad ef-
fectum adducere, virtus & fortuna in gentis.

In expectationem. Cic. 1. Tusc. 39. An tu, quum me in summum ex-
pectacionem adduxeris, deferis?

In extremum adducta vita. Tacit. 14. Ann. 61.

Ad facinus. Cic. pro Rosc. Amer. 86. Num querenda causa, que te ad
tantum facinus adduxerit?

In fatidium res. Plin. in praef. ad Vespas.

Ad vel in fletum. Cic. de Clar. Orat. 322.

In honorem aliquid. Cic. 7. Fam. 26. Nam dum volunt isti Iuti, ter-
rā natā quae lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, helu-
cas, &c. Hoc est, Facere, ut illa in honorem ac pretium veniant.

Ad indignationem, ad iracundiam. Author ad Herem. lib. 4. Ad quam
volement indignationem animum auditoris adducemus.

Ad intelligendum. Cic. 1. Acad. 6. Aut quem ad intelligendum poterit
adducere hoc ipsa de vita & moribus, de expetendis fugientisque rebus?

In invidiam aliquem. Cic. pro Cluent. In summam enim L. Quintius invidi-
am concionibus eum quotidianis, fatidios & turbulentis adduxerat.
Et 3. Off. 79.

Ad vel in jus, five iudicium hominem, vel rem aliquam. Cic. pro
Cluent. 48. Qui unquam audacter? quis nocentior? quis aperior in
iudicium adductus est? Idem pro Quint. 13. Ut te in jus adducere.

In metum, Metum alicui incutere. Cic. pro Muren. 49. Cum tu popu-
lum Romanum in eum metum adduxisti, ut pertineceret, ne con-
ful Catilina ferret.

Ad mifericordiam. Ter. Heaut. 5. 2. 42.

Ad mucrones ac manus rem. Tacit. in Vita Agric.

In negligientiam. Liv. 8. 7.

In negligientiam. Hirt. de Bell. Afric. 66.

Ad nequitiam, quod & Abducere dicitur. Plaut. Bacch. 1. 2. 4.

In oblivione adducta est accusatio. Cic. 2. Vert. 54.

In odium. Senec. de Benef. 2. 4.

In opinionem. Cic. 1. Fam. 1.

In ordinem. Cic. de Univers. 7. Ideoque ex inordinato, in ordinem
adduxit.

In periculum. Liv. 35. 11. pr.

In sententiam nostram aliquem. Liv. 36. 11.

In sermonem. Cic. 5. Ver. 140. Adductus erat in sermonem, invi-
diā, vituperationem. Hoc est, Male audiebat, odio habebatur, vi-
tuperabatur.

Ad vel in servitum. Cic. in Pisón. 84.

In sollicitudinem. Cic. 12. Fam. 9.

In spem. Cic. 2. Att. 22.

In statum eum & locum adduci. Liv. 3. & Cic. ad Brut. 1.

In suspicionem. Cic. 2. Att. 24.

Ad veritatem. Cic. in Brut. 70.

Ad vitam communem. Cic. 1. Acad. 15. Avocavisse philosophiam a
rebus occultis, & ad vitam communem adduxisse.

Ad umbilicum. Hor. Epod. 14. 8. V. DOGO, & UMBILICUS: ubi
juxta Robertum Stephanum & Lugsdenensem editionem habetur Du-
cere. Hic forsitan operas pretium erit notare diversam hujus verbi
lectionem. In Dictionariis plerisque, Rob. Stephan., 1536. 1543.
1546. Car. Stephan., 1552. 1561. Franc. Stephan., 1571. Calepini,
apud Rob. Stephanum, 1553. (et apud alios, 1522. 1609.) in Foro
Romano, in Fabri Thesauro, i. Erafni Proverb. edit. Rob. Stephan.
1558. ubi ille Horatii locus citatur, legitur simplex Ducere. At vero
in optimis Horatii editionibus, tam antiquis (imo ipsum Rob. Stephan.
1544. 1549.) quam recentibus legitur compositum Adducere.
Henricus Stephanus in suo Greco Thesauro, sub voce ἀποδεῖσαι, com-
positum Adducere retinet. Quamvis illa legendi differentia nihil in
metro aut sensu mutet, non tamen omittere vistum est hoc inter Di-
ctionariorum Latinorum & Horatii editiones discrimen.

In voluntatem. Cic. 1. Att. 14.

Ad utilitatem rem aliquam. Var. 1. de R. R. cap. 20. Consuetudine
crebrima ad utilitatem adducto.

Adducere, Intorquere, rotare. De funditore Virg. 9. En. 687.

Ipsa ter adducta circum caput egit habena. Norius.

Adducere, nonnquam transfert ad ea que intenduntur & remittuntur,
ut ad Arcum, & ea tela que amantis, loris, funibusve intorquentur:
cui contrarium est Remittere. Virg. 5. En. 507.

Poet auct. Maecenas adducto constituit arcu. Cic. 2. Tusc. 57.

Reliqua tormenta telorum eo gravioris emittentes habent, quo sunt
contenta atque adducta vehementius.

Adducto lacerto. Virg. 9. En. 402. Hinc etiam Ad lucere eorum
habendas & Remittere dicimus. Cicero ulius est per metaphoram, in
Lælio 45. Quam commodissimum esse laxissimas habendas habere amici-
tate: quas vel adducas cum velis, vel remittas.

Adducere lorum, pro Atfringere. Liv. Quum apparitor verecundia
majestatis Potumum laxe vincire, Quin tu, inquit, adducis lorum,
ut justa fiat deditio? Budæus.

Adducere,

Adducere, pro Contrahere. Ovid. 3. Met. 397.
Et tenuant vigiles corpus miserabile curse,
Adducitque eum mæces, &c. Virg. 3. Georg. 483.
Omnibus acta litis, miseros adduxerat artus.

Adducere præterea declaratur per verbum Redigere: ut, In angustum
res adduēta est. Cic. in Lælio 20.

Febris adducere Hor. 1. Epist. 7. 8.
Sicūm tempora. Hor. 4. Carm. 12. 13.
Tædium aliquip rei. Plin. lib. 30. cap. 15.
Vultum ad tristitiam, Id est, contrahere. Sen. Epist. 58.

Adduci re aliqua, ut Benignitate, injuria, &c. Cic. 3. Verr. 191. Qui
benignitate adducti, per beneficium & gratiam civitatibus conceperunt,
ut nummos pro frumento darent.

Commendatione aliquip. Cic. 3. Fam. 55.

Mercede. Cic. 1. de Orat. 198.

Meru. Cic. 5. Verr. 55.

Odio. Cic. 1. Att. 13.

Officio, fide, misericordia. Cic. 1. Verr. 5.

Oratione. Cæs. 1. Bell. Gall. 15.

Ostentatione aliqua. Cic. 4. Acad. 65.

Pretio. Cic. pro Cæcina 29.

Precibus. Cic. 14. Att. 20.

Rationibus. Cic. 1. Tusc. 71.

Re aliqua, His rebus adducti & auctoritate Oratoris permoti. Cæs. 1.
Bell. Gall. C. 3.

Spe mercedis. Cic. de Amicit. 31.

Studio certandi. Cic. 4. Acad. 65.

Temporibus. Cic. 1. Off. 39.

Tetimoniis. Cic. 7. Verr. 158.

Voluntate. Cic. 5. Fam. 5.

Adducere, vel Adduci ut. Cic. 5. Tusc. 32. Adducis me ut tibi assentiar.
Id est, Me inducis, mihi persuades. Idem 8. Philipp. 30. Nam illud
quidem non adducit ut credam.

Adduci illuc ut. Cic. 1. de Finib. 14. Nam illuc quidem adduci vix pos-
sum, ut ea que ferissem ille, tibi non vera videantur.

Adduci, Cog. Cic. de Senect. 34. Nullo imbre, nullo frigore adduci,
ut capite operto sit.

Adduci, quandoque declaratur per verbum Venire: ut, Res in crimen
adducta est. Hoc est, In crimen, sive in criminationem venit. Plin.
lib. 22. cap. 25. Inter ea qua temere manduntur, boletos merito po-
suerim, opimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen ad-
ductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem a conjugi
Agrippina dato.

ADDUCTUS, a, um. Partic. [παραγόμενος] V. in ipso verbo. Plin. 1.
Epist. 16. Prefiior tantum, & circumscripтор, & adductio. De Pom-
peis Saturnino loquitur, qui in scribendo studebat brevitatim.

ADDUCTIUS, Adv. compar. ut. Adductius regnari, est Severius, Adstrictius.
Tacit. Germ. 43. 7. & Hist. 3. 7. 2. qua formula ex Re Equitri petita
exstitimatur. V. supra **ADDUCTE**. adde Aufon. Gratiarum act. p. 726.
edit. Tollili; Nemus adductus jacula contortit.

ADDUCTOR, oris, m. Vetus Epigr. Petron. Afran. ad Deliam,
Græculæ confusa lenando callidus arte
Cœpiti adductor conjugis esse tuae.

ADDUDES, pro Addideris. Fetus. Verbum obsoletum.

ADDUPLICO, [ιδούπλικω] āre. Idem quod Duplico. Plaut. Poen. 3. 1.
61. Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi. Edit. Gron. Id duplit.

A D E

ADÉDO, ades sive adēdis, adēdi, adēsum, [εντέλεια] adēste, vel adēdere.
Idem quod simile Edō, vel Exedo, sive Confuso. Virg. 4. Georg.
242. — nam sape favos ignotus adedit Stellio.

ADÉSUS, a, um. [εντέλειν] Partic. ab Adedor: Id est, Confusum,
aut Nonius. Liv. 1. 7. Forte ita evenit, ut Potiti ad tempus præ-
to effent, iisque exta apponenterunt, Pinarri extis ad ceteram ve-
nient dapem.

Bona adela. Tacit. 1. Hist. 4. Aut qui adela bonis per dedecus
alebantur.

Fortunæ omnes adesa. Tacit. 13. Ann. 21.

Frumentum, Consumptum. Sisenna Hist. lib. 3. Iisdem temporibus
Æserpini duplice foſſa valloque circundati, frumento adeso, quod ex
areis in oppidum portatum est. Nonius.

Jecur. Cic. 2. Tusc. 24. Cum vero adesum, inflatu renovatum est jecur.
Lapidis adeso, Id est, Viaquarum corrosus. Hor. 3. Carm. 29. 36.

Pecunia, pro Absumpta, metaphoræ. Cic. pro Quint. 40. Quis tam
perditus ac profusus nepos, non adesa jam, sed abundantia pecunia sic
diffusus fuisset, ut fuit Sex. Nævius?

ADELPHI, m. pl. Terentii Comedia, a rebus duorum fratrum appellata.

ADELIUS, Nomen viri proprium. Hic fuit Antonio familiaris, eisque
in Parthos expeditionem conscriptus, in qua ipse & adluit & prætuit. Au-
thor Strabo lib. 11.

ADELPHIDES, [ἀδελφῖδες] Palma species est, sapore quam proxime ad
caryotas accedens, unde & Adelphides dicta sunt, quasi Caryotarum
toros. Plin. lib. 13. cap. 4.

ADEMPTIO, ADEMPUTUS. V. ADIMO.

ADÉNES, [εδίνει] In se convoluta carnis durities, sive Glandulae: qua
quum surgerunt, Chœrades, id est, Scrophulae vocantur, teste Tegi-
neta lib. 3. Sunt tumores in gutture glandium instar. In homine tonsil-
las, in sue vero glandulas dici, author est Plin. lib. 11. cap. 17.

ADÉFO, [εδίσην, εδεῖ] Adv. quantitat. vel potius intendendi. Festus,
Adeo quum secunda acuta affertur, idem est quod Usque eo, non quidem
secundum rationem: quia (ad) præpositio accusativus accommodata est:
sed vetusta quadam loquendi consuetudine.

Adeo ut, separatis in duobus membris. Ter. And. 1. 1. 93. Et vultu,
Sofia, adeo modeſto, adeo venitudo, ut nihil infatura. Id est, Tam. Cic.
pro Flacc. 37. Nemineni quidem adeo supratra potuit, ut ei num-
mum illum crederet.

Adeo, pro Eo adverbio. Ter. Heaut. 1. 1. 61. Postremo adeo res re-
diit. Id est, Eo res redit.

Adeo, apud poetas, prefertim comicos, sepe est Particula ornata, seu
mavis explicativa. Ter. And. 4. 5. 18. Propera adeo puerum tollere
hinc ab junia. Virg. 2. Æn. 567.

Jamque adeo super unum eram.

In his, & similibus Donatus

& Servius dicere solent, abundat Adeo aut vacat. In prosa quoque oratio-
ne sic legitur, sed rarius. Liv. 24. 32. Sed furde adeo omnium aures con-
citata multitudinis erant, quod non minore intus vi, quam foris, porta-
eſſingrentur.

Id adeo, pro Id vero, vel Agedum. Cic. 6. Verr. 141. Id adeo, Judices,
ut mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite. Idem pro
Cæcina. 87. Id adeo si placet considerate. Et pro Cluent. 80. Id adeo
sic cognoscite.

Adeo, pro Non solum vel Nedum. Tacit. 4. Hist. Favore militum anxius,
ac superbi viri, superiorum quoque adeo aequalium impatiens.

Adeo, pro Etiam, citra auxefin. Ter. And. 5. 6. 13. Facturum quæ
voles, icio effe omnia. p. memini, atque adeo longum est, nos illum ex-
pectare.

Adeo, pro Valde, sive Multum, Servio interprete: quod Donarus satis du-
te, per Nimis declarare solet. Ter. Eun. 1. 2. 124. Adolescentem
adeo nobilis. Virg. 4. Æn. 96. Nec me adeo fallit.

Adeo videtur interdum pro Certe accipi. Plaut. Epid. 2. 1. 8. Neque
adeo injuria. Cic. 2. de Orat. 15. Magis adeo id facilitate, quam alia
ulla culpa mea contigit. Cæsar Ciceron, 9. Att. 16. Dolabelli tuo ni-
hil fecit mihi esse jucundius: hanc adeo habeo gratiam illi.

Adeo pro Etiam, quum preceedit Atque, fere accipitur: idque sepius
cum auxefi. Cic. 1. in Catil. 5. Eorum autem caſtorum imperatores,
ducemque hoſſum, intra incensia, atque adeo in ſenatu videtur. Hoc
loquendi genus magnam auxelin habet, quas tu dicas, Non folum in-
tra membra, fed etiam (quod majus est) in ſenatu.

Adeo li. Plin. lib. 26. cap. 10. pro Tantum si, vel Multo magis si.

Adeo non, &c. ut, pro Tantum abeft ut Columel. lib. 2. Quum fola
haec res adeo non infestetur herbis, ut ipsa herbas perimat. Plin. lib. 11.
cap. 6. Conduntur a Vergiliarium occafu, fed latent ultra exortum:
adeo non ad veris initium, ut dixerit.

Adeo, per se positum in tentitia ſolitaria. Virg. 2. Georg. 272.
— adeo a tenoris confuſere multum est. Cic. 1. Off. 6.

Priore amīſiſ ſure, cum hoſſum pugnare non poterat: adeo ſumma
erat obſeruatio in bellis movendo.

Adeone. Cic. pro Rabir. 28. Adeone hoſpes hujusce urbis, adeone igna-
rus es diſcipulus conſuetudinisque noſtræ, ut haec nescias?

Adeo ut, coniunctim in eodem membro. Cic. 1. Q. frat. 2. 5. Rempu-
blicam funditus amīſimus: adeo ut Cato adolescentis nullius consiliī, ſed
tamen civis Romanus & Cato, vix vivus effugeret.

Adeo, non ſequente Ut, fed ſubaudito. Virg. 1. Æn. 567.

Non obtusa adeo geſtanuſ pectora Pœni. ſubaudi, Ut haec igno-
renſis:

Adeouſque, ſive una eſt diſcio, ſive duæ, idem eſt quod Usque adeo.
Plaut. Afrin. 2. 2. 61. Age age manfero tuo arbitratu, vel adeouſque
dum peris.

ADEO, adivi vel adii, aditum, [παραγόμενοι, παρέρχομενοι] adire. ex Ad, &
verbo Eo, is, compositum. Feſtus, Adeo, quum prima acuta effertur,
idem significat quod Accedo: ut cum dicimus, Adeo prætorem. Hac
Feſtus. Cic. 4. Acad. 97. Tribunum aliquem cenfeo aedant.

Adire, videtur interdum plus aliiquid significare, quam Accedere. Ter.
And. 3. 3. 2. Aliqui me adire, ex te audire qui aiebant.

Adire aliquem, liquid velit. Cic. 3. Fam. 9. Te aedunt fere omnes, fi-
quid velis.

Adire aliquos cum cura. Tacit. 4. Hist. 12. Vitellius inferiorem Germani-
am ingressus, hyberna legionum cum cura adierat. Hoc eſt, Dilige-
nter, non negiri, aut incurioſe.

Aliquem legatione. Tacit. 1. Hist. 9. Quies & Illyrico: quanquam ex-
citæ a Nerone legiones, dum in Italia cunq̄tantur, Verginum legatio-
nibus adiūſent.

Aliquem per epiftolam. Plaut. Milit. 4. 6. 10. Per epiftolam, aut per
nuntium, quasi regem, eum adiri aiunt.

Aliquem ſcripto. Tacit. 4. Ann. 39. At Sejanus nimia fortuna ſocors, &
muliebri infuper cupidine incensus, promillium matrimonium flagitante
Livia, componit ad Caſarem codicillos. Moris quippe tum erat,
quanquam praefentem, ſcripto adire.

Adire quempiam de re aliqua, id est, Ob eam, propter eam. Ter. Hec.
2. 2. 9. Adii te heri de filia.

Aliquem poſtulatum. Plaut. Bacch. 3. 3. 48.

Adiſt hoc. Plaut. Truc. 2. 7. 60. Adiſt hoc modo. Uſitatus ac veniſtus
eſt, Accede hoc.

Adire contra, pro Obviam ire. Plaut. Rnd. 1. 4. 22.

Adire ad aliquem, pro Ite, aut etiam Venire. Ter. And. 2. 1. 17.
Quid tibi videtur? adeon! ad eum? Haec prepositionis repetitio Cicero-
ni familiaris eſt. Cic. 6. Verr. 113. Sese a suis civibus haec habere man-
data, ut ad Verrem adirent.

Ad fore, ades, loca, &c. Plaut. Bacch. 4. 1. 6. Idem Aul. 1. 2. 24.
Cic. in Verr. Homines tenues, obſcure loco natı, aedunt ad ea loca,
qua nūquā anteā viderunt.

Ad arbitruin de aliquo nomine. Cic. pro Rose. Com. De quo nomine ad
arbitruin adiſti, de co adiſtē ſenilit. Sic, Adire in jus de re ali-
qua. Sic Vert. 6. 147. & 455. & infra loco ſuo.

Ad cauſas. Cic. in Brut. 50. Tum primum nos ad cauſas & privatias &
publicas adire coepimus.

Lingua ad aliquid. Sil. Ital. lib. 8. 263.

Ad pactionem. Plaut. Aul. 2. 2. 25. Nunc hic eam rem volt, ſcio, me-
cum adire ad pactionem. Idem quod Accedere ad pactionem. Hoc
eſt, In pactionem conſentire.

Ad Rempub. Idem quod ſupra dictum eſt, Ad Remp. accedere. Cic.
pro Lege Manil. Qui omnium mentes eorum qui ad Remp. aedunt,
maxime perficiunt.

In ius de re aliqua. Cic. 11. Att. 24. Epheso qui veniunt, ibi ſe eum de-
fuiſt controverſis in ius aedunt, vidife nuntiant. Id eſt, Euntem in
judicium ob suas controverſias.

Adire aliquem, pro Aggregri. Ter. Phorm. 1. 4. 25. Nunc prior adi-
tu. Ubi Donatus, Adito, quai ad prælium; ut Virg. 5. Æn. 378.
— nec quicquam ex agmine tanto

Audet adire virum.

Blandis verbis aliquem, pro Convenire. Plaut. Pſeuſ. 1. 5. 35. Quanto
ſatus eſt adire blandis verbis? ſubaudi. Illoſ.

Adeo præterea varie accipitur, pro adieciſ nominibus ut,
Diferimē adire, pro Subire. Plin. Epist. 199.

Fortunam.

Fortunam. Liv. 5. Bell. Pun.

Gaudia. Tibul. Lib. 1. Eleg. 5.

Hæreditatem, quod Cernere hæreditatem dicebant veteres. Cic. pro Archia. Et adiit hæreditates civium Romanorum. Adire autem & cernere hæreditatem, itemque pro hærede gerere, hæredis est alieni: Inimicisci, fui ac necessarii. Nam ille aliunde ad alienam familiam accedebat, coeque his uebatur verbis: Cum me Mævius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo, cernoque, ut ait Ulp. tit. 22. At filius, permanebat, neque aliud quidquam novi captabat, nisi quod, quas res ante non attigerat, carum se libera administratione tum immisciebat. Hotoman. Inimicitias, pro Sufcipe, quod & Subire dicitur. Cic. pro Sextio, Sundam est his pro communibus comodis, adeundæ inimicitæ, subeunde sepe pro rep. tempestates.

Labores. Virg. 1. Æn. 11.

Quidve dolens regina deum, tot volvere casus
Insigne pietate virum, tot adire labores

Impulerit.

Periculum. Ter. And. 5. 1. 2.

Satis pericli copi adire, orandi jam finem face.

Capitis periculum adire, dum profim tibi.

Ibid. 4. 1. 53.

Cic. 1. de fin.

At magnum periculum adit.

Ad periculum. Idem. Cœf. 2. Bell. Civil. 7. Sed Nasidianæ naves nulli usui fuerunt, celeriter pugna excesserunt: non enim has aut conspectus patriæ, aut propinquorum precepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant.

Periculum in re aliqua. Cic. 4. Verr. Seque in eo capitis periculum aditum.

Periculum memoriae. Tranquill. in Augusto. cap. 84.

Periculum situs. Hoc est, Situ corrumphi. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 2.

Præsto. Tibul. lib. 1. Eleg. 5.

Pauper erit presto tibi, præsto pauper adibit.

Sidera fama. Virg. 4. Æn. 323.

Usque ad sidera. Sil. Ital. lib. 15.

ADEOR, adfris, [περιστέρα] paff. sed fere in tertii personis. Cic. 2. Tusc. 2. Illa pericula adeuntur in præliis. Cic. 1. Q. fratr. 2. Neque praetores diebus aliquot adiri possent.

Aditur, imperf. [περιστέρα] Cic. 4. Verr. 55. Antequam in jus aditum est. Hoc est, Itum aut ventum in iudicium. Idem ad Appium, lib. 3. 7.

Quoniam ad me aditum estibz ab illi qui dicenter.

ADITO, [ἀδιτός] are, ab Adeo adis: sicut, Itare ab Eo is. Diomedes, Adeo adis: hoc iteramus, Adito aditas dictantibus. Plaut. Capt. 3. 4. 72. Si adites propius. Verbum in usu rarissimum. In quibusdam exemplariatis legit Adibites. V. supra ADITO.

ADIENS, untis. [περιστέρα] Partic. Sil. Ital. lib. 10.

ADITURDUS, Partic. [περιστέρα] Ovid. 3. Amor. 8. 20.

ADEUNDUS, Partic. [περιστέρα] Ovid. 3. Trifl. 1. 70.

Altera templo peto vicino juncta theatro:

Hec quoque erant pedibus non adeunda meis.

ADITUS, Partic. a paff. Adeo adiris. Cic. 1. Off. Vix invenitur qui labo-ribus sufficipt, periculosis aditus, non quasi mercede rerum gestarum desideret gloriam.

ADIPUS, ius. [περιστέρα] Ipse adeundi actus. Cic. 7. Verr. Illi aditum litoris Syracusianis ademerunt. Id est, Accessum ad litus. Virg. 4. Æn. 424.

Sola viri molles aditus, & tempora noras.

Aditus, Via, seu Ingressus ad aliquid pervenienti. Virg. 9. Æn. 58.
— aditumque per avia querit. Cic. 15. Fam. 4.

Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria.

Aditus nidi. Plin. lib. 10. cap. 33.

Portus. Cic. 7. Verr. 30. Nam in ipso aditu atque ore portus.

Templi. Cic. 4. Verr. 160.

Aditus, januaque patefacta. Cic. 1. de Orat. 204. Sic ego intelligo, si in hac qua patefecit oratione sua Craflus, intrare volueritis, facilissime vos ad ea quæ cupitis, peruenturos ab hoc aditu januaque patefacta.

Æquus aditus. Tacit. 2. Ann. 2.

Acrius. Id est, Iter per aera. Ovid. 17. Epist. 9.

Angustus. Virg. 4. Georg. 35.

Apertus quam nemini est aditus in templum Castroris. Cic. pro Domo sua 120.

Arduus. In ARDUUS.

Cæcus. Id est, Obfusus, caliginosus, tenebricosus. Sen. in Herc. 10.

Flexus. Id est, Obliqua via. Lucret. lib. 4. 307.

Lati aditus ducunt illuc. Virg. 6. Æn. 43.

Præclusus aliqui aditus. Cic. Antequam iret in exil. 9. Socii quo fugiant, quem aditus custodi patriæ præclusus sit?

Promptus ad capeffendos honores. Tacit. 3. Ann. 30.

Superbi regum aditus. Sen. Herc. 3.

Primo aditu ædium suarum quæcumque prohibere. Cic. pro Cœc. 35. Quero si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati non modo limine, tectoque ædium turatum, sed primo aditu vestibuloque prohiberint, quid acturus sis?

Ex omni aditu. Cic. 6. Verr. Nam & situ est cum munito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari præclaro ad aspectum. De Syracusis loquitur.

Angustare aditum. Hoc est, Angustum facere. Claud. 5. Paneg.

Carere aditum. Ovid. 3. Met. 326.

Claudere omnes aditus. Cic. 1. Philipp. 25. Forum sepientur, omnes claudentur aditus, armati in præsidis multis in locis collocabantur.

Claudere aliquid ex omni aditu. Cic. pro Lege Manil. 21. Patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui ante Pop. Roman. ex omni aditu clausus erat.

Dare aliqui aditum ad celum. Cic. 14. Att. 16. Quæ quidem nostris amicis divinis viris aditum ad celum dederunt.

Ferre aliquo aditum. Catul. in epithalamio Juliae & Mallii 43.

— huc aditum ferat.

Dux bona Veneris, boni

Conjugator amoris.

Firmare aditus. Tacit. 1. Hist. 32.

Habere difficiles aditus ad pastum. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Manus etiæ data elephanto, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum.

Habere aditum in urbem. Cic. 4. de Fin. 21. Quæ omnino aditum

Vol. I.

habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam.

Munire aditum. In MUNIO.

Obsidere. Ovid. 4. Met. 489.

Occupat Æneas aditum. Virg. 6. Æn. 424.

Pererrare. Virg. 5. Æn. 441.

Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat

Arte locum, & variis assutibus irritus urget.

Prohibere. Ovid. 12. Met. 66.

Prohibere quæcumque aditum. Cic. pro Cœc. 39. Qui multitudine coa-eta non introit, sed omnino aditum quæcumque prohibuerit?

Præponere adibus ac templis vestibula & aditus. Cic. 2. de Orat. Sed

oportet, ut adibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro

portione rerum præponere.

Querere. Virg. 1. Æn. 58.

Reperire fibi aditum. Ovid. 14. Met. 652.

Rumper. Virg. 2. Æn. 494.

Inaccessos aditus rumpere. Sil. Ital. lib. 3.

Tentare. Virg. 4. Æn. 293.

Aditus in aliquem locum. Cic. 6. Verr. 99. Aditus in Cereris sacrarium non est viris.

Difficilior ad Antonium aditus esse dicitur. Cic. 5. Att. 8. Idem 6.

Fam. 13. Magnis occupationibus ejus, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt.

Aditus ad aliquem facilis. Cic. 13. Fam. Commendo tibi hominem, sicuti tua fides, & meus pudor postulat: tantum ut faciles aditus ad te habeas.

Obstructus aliquid ad aliquid. Cic. in Bruto 16. Nec enim ex novis (ut agricultore solent) fructibus est unde tibi reddam quod accepi: nec ex conditis, qui jacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui penitus solis patuit, obstruetus est.

Patetfacere aditum rerum. Cic. 1. de Orat. 99. Utterque vestrum patetfacere earum ipsarum rerum aditum, quas querimus.

Virtus aditus. Id est, Ad virtutem. Stat. 2. Achil.

Comparare fibi aditus ad res peltieras aditus fibi compararent.

Dare alicui ad summum auctoritatem. Cic. 3. de Orat. 7. Qui autem ei annus primus ad honorum perfinitione aditum omnium conceperit ad summam auctoritatem datur, is ejus omnem spem atque omnia vita consilia morte pervertit.

Dare oculis. Ovid. 15. Epist.

Date de hac religione aditum Pontifices, jam nullum fortunis communibus exitum reperiens. Cic. pro Domo sua 123.

Dant aditum convivia. Ovid. 1. de Art. Am. 229.

Est aditus ad officii inventionem. Cic. 1. Off. 6. Idem 2. Off. 31. Est

alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tanquam instare posimus.

Facere aditus ad caufam illutres. Cic. in Orat. 50. Vestibula nimirem honesta, aditusque ad caufam facit illutres.

Jacere ad aliquid. Cic. contra Legem Agrariam, 38. Sed attendite animos ad ea quæ consequentur: hunc quasi gradum quandam atque aditum ad cetera jactum intelligetis.

Intercludere aditum ad aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 110.

Invenire aditum ad aliquem. V. INVENTIO.

Patet alicui aditus ad caufam. Cic. pro Sylla 4.

Patet alicui aditus ad Consulatum. Cic. pro Muren. 17.

Aditus, cum primo gerundio. Cic. 6. Fam. 10. Itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumente, in qua sunt omnia, agendi, &c.

ADITICULUS, pro Parvo aditu. Festus.

ADITIO, onis. [ἀδιτίον] Plaut. Trucul. 2. 7. 63. Quid tibi hanc aditio est?

pro. Cur hanc adis? Ubi est dignum notatu, caufum verbi additum esse

nominis: ut apud Ciceronem, Domum reversio. & Caf. lib. 1. de Bell. Gall. c. 4. 3. Domum redditio spe sublata.

ADEONA, Dea, cui commendabantur adeantes. Augustin. de Civ. Dei, 4. 21. V. ABEONA.

ADEPS, ipsi. m. & f. [ἀδεψ.] Aristot. 3. de Animalibus. Gaza interprete,

Adeps autem & Sevum differunt inter se, quum sevum fragile usqueque sit: & quum refixit, concrecat. Adeps liquidus sit minime

que aptus durari. Jura enim fevo opinorum concrecant: ut ovis, ut capra.

Adipe pinguis liquida resistit frigori: ut equi, ut suis. Loci etiam

difcrepant. adeps enim inter carnem, cutemque foliæ confitente: fevo in fine carnis semper est. Plin. lib. 28. cap. 9. Proxima in communibus adipis laus est, fœl, maxime fœlli, apud antiquos etiam religiosi. Certe nova nupta intrantes, etiamnum solenne habent poftes eo attingere. Inveteratur duobus modis: aut cum fale, aut sincerus: tanto utilior, quanto fit vetustior. Axungiam etiam Græci vocavere in voluminibus suis.

De Obestate Hominis. Cic. 3. in Catil. 16. L. Caihi adipem non pertimesco.

Adipes in plurali. Columel. lib. 8. cap. 14. Quæ res ad creandas adipes multum conferunt. Plin. lib. 8. c. 36. Ilii sunt adipes medicaminibus apti.

Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 11. Id est, Ad maciem redigere, vel

potius Excrefente pinguedine minuere. Plin. lib. 11. cap. 38. vocat

Adipes detrahere.

Adipem minuere. Plin. lib. 32. cap. 9.

ADIPALIS, Adj. [ἀδιπαλίς] Arnob. 13. p. 115. Nisi poftes virorum

adipali unguine obliterantur ab sponsi. V. paulo supra in ADIPES. Cic.

in Orat. 25. Itaque Caris & Phrygia & Mygia, quod minime polita, ni-

nimeque elegantes sunt, acfercent aptum suis auribus opimum quoddam,

& tanquam adipale ditionis genus.

Alii legunt, Adipata ditionis genus: negantque uspiam legi Adipatis, quanvis Erasmus in proverb. Pontificalis

cœna, dicat alicubi se legi Adipates cœnas, & adipofas; verum locum ubi legerit, non citat. Sic apud Plin. 10. 20. Herm. Barb. legebat, Sed Hard. ex MSS. Aditiali cœna dedit. V. & Varr. apud Macrobr. 3. Saturn.

13. (al. 2. cap. 9.) V. OPIMUS. & ADJICITALIS.

ADIPATUS, a, um, [ἀδιπάτος] & hinc subft.

ADIPRUM, i.n. Hoc est. Cibus pinguis, vel ex Adipe confectus. Juven. 6. Sat. 6. 1.

Lividæ matronæ fervent adipata veneno.

Ubi Schol. Vet. Dulcis placenta venena plena exp. Nonius, Adipatum

veteres honeste pro pingui & succulento & opimo poferunt.

De proprio vocis usu audiendum Solipater Charisius, qui p. 73. adipatu-

rum omni genere dici ait poſe opus piftorum, quod adipæ conficit;

moxque Lucilium citat, qui Adipatum videlicet pultem dixerit.

A D I P O S U S, [σεπτόν] pro Locuplete & opulento accipitur, quoniam & in Sacris litteris Adipum vocabulo divitiae continentur. Hermolaus in Plin. lib. 10. cap. 20.

A D I P E U S, Idem. Hieron.

A D I P E T U S. V. **A D I P I S C O R**.

A D E Q U I T O, [σεπτόν] are. Juxta vel prope equitare. Plin. lib. 15. cap. 18. Porta Collina adequitas Hannibal. Liv. 5. Bell. Macc. Numidae adequitate, dein refugere, sed propius saltum paulatim evichi.

A D E R C O, [Ἄδερκος] Iberia urbs est Stephano, cuius cives dicuntur

A D E R C O N I T E R.

A D E R O, are. Stat. 2. Sylv. 119.

— emergunt pelago, doctamque trahuntur

Ad chelyn, & blandi scopulis Delphines adarrant. adde Theb.

9. 178. cum Gronov. Catif.

A D E S, fiv **H A D E S**, [Ἄδη] Molofforum rex, cuius filium nomine Co- ram apud Acheronitem fluvium conatus est rapere Pirithous. Unde factus est locus fabule, Pirithoum ad inferos descendisse, & uxorem Di- tis Persephonem, quæ & Cora, Κέαν a Gracis dicitur, rapere voluisse. V. Cal. Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theseo: qui tamen re- gem hunc non Adem, sed Aidonem.

A D E S D U M, [Ἄδην] Ter. And. 1. 1. 2. Adeslum, paucis te volo. Ubi Donatus, Ades, imperativum est, & (dum) παραγένεται: est enim productio & adiectio syllabae, ut Eudom ad me. V. **A D S U M**.

A D E S P O T U S, a, um. [Ἄδεσποτος] Incertus, & sine auctore. Cic. 15. Fam. 17. De Hispania novi nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed adipotiri.

A D E S P O T U S, Nullius dominio mancipatus, libertate donatus. Sic enim Lacedemonii seruos libertate donatos apetas, & adipotias, arque eritheras dixerunt. Author Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

A D E S P O T I A, Bona sunt qua vindicem & assertorem nullum habent, & eam ob causam siccus edunt. Budaeus.

A D E S U R I O, ivi, [Ἄδεσυριος] ire. Idem quod Efurio, aut Valde efurio. Plaut. Trin. 1. 2. 132. Adefurivit magis, & inihiavit acius lupus.

A D E S U S, V. **A D E D O**.

A D F

A D F A B R E, V. **A F F A B R E**.

A D F O R M I D O, V. **A F F O R M I D O**.

A D F R E M O, V. **A F F R E M O**.

A D F R I C O, as. V. **A F F R I C O**.

A D F R I N G O, ἄγι, [Ἄδεσφρος] ēre. Ad aliquid frangere. Stat. 5. Theb. 151. — plenisque adfringere parvos

Überibus, ferroque omnes exire per annos. Idem 10.

Theb. 47. de lupis famelicos non valentibus in ovium stabula irrumperem:

Quod supererit, duris adfringunt postibus unguis.

Pectoraque, & siccios minuant in limine dentes. V. **A F F R A N G O**.

A D G

A D G A N D E S T R I U S, (verba sunt Taciti lib. 2. Ann.) Chatorum principes literas Romam ad Senatum & Tiberium misit, quibus mortis Arminii Germani, acerrimi Romanorum hostis, promittebat, si patrandæ neci venenum mitteretur. Cui responsum est, non fraude neque occulis, sed palam & armatum populum Romanum hostes suos ulcisci.

A D G E M O, ui, [Ἅδεσμος] ēre. Stat. 11. Theb. 247.

Flent incerti retro comites, & uteque loquenti

Adgemit. Vide **A G G E M O**.

A D G N A T I, V. **A G N A S C O R**.

A D G R E G O, V. **A G G R E G O**.

A D H

A D H A E C, V. **A D**.

A D H A E R O, fi, sum [ἱσχύει, καλάσσει, ποσισχουμε, συνεθέσμει] ēre. Idem quod Hære: hoc est, Fixum manere, aut Arcticissime infidele. Cic. 5. Bell. Gall. 46. Hæc casu ad turrim adhærit.

Adhære latere, hoc est, Admodum vicinum esse. Liv. 39. 22.

Adhære lateri, hoc est, Admodum vicinum esse. Liv. 39. 22.

Adhære mili ad infinitum ventrem fames: Jocus est Plautinus in Stich. 1. 8. 83. pro eo quod est Vehementer efurio.

Ad omnem contactum adhærens bitumen. Plin. lib. 7. cap. 15.

Adhære in re aliqua. Cic. 8. Fam. 7. Tela adhæserunt in me. Cic. pro Domo sua 61. In me omnia que ego quondam restuderam conjuratione nefaria tela adhæserunt. Translatio est.

Adhære subter caudam. Cic. in Arat.

A D H A E R E N S, Partic. Salvian. adver. Av. 2. p. 93. Vidua Dco adhærens.

Et Claud. in Ruff. 1. 35.

Et luxus populator opum quem semper adhærens

In felix humili gressu comitatur egertas.

A D H A E R E S C O, [Ἄδεσφρος] ēre. Idem est quod Adhære, & eodem modo conformatur. Cic. 1. Off. 86. Omninoque justitia, honestatique adhærescit: metaphora est.

Adhærefere ad columnam. Cic. pro Sextio 18.

Ad faxum. Cic. 5. de Fin. Ut homines ad carum fixa discendi cupiditate adhærefereant.

In rem aliquam, Cic. pro Domo sua 13. Nonne providendum fenantur fuit ne in hanc tantam materiam fædionis ista fæcula fax adhæreficeret?

In re aliqua, pro, alicui rei. Cato de R. R. cap. 152. Ne fax in interibus althærefeat. Cic. in Bruto.

In loco aliquo. Cic. 4. Att. 4. Ipse vero utique fac venias, si potes in his locis adhærefere.

Adhærefere, fine casu. Cic. 2. de Orat. 14. Argumentum enim ratio ipsa confirmat, que simulatae enīta est, adhæreficit.

Fatidii. Cic. 1. de Orat. 258.

A D H A E S I O, ônis. f. [Ἄδεσφρος] Cic. 1. de Fin. 6. Copulationes & adhæsiones inter se.

A D H

A D H A E S U S, ús. m. Idem quod Adhæsio. Lucret. lib. 3. 382.

Nani neque pulvris interdum sentimus adhæsum

Corpo. Idem lib. 6. 471. Nonius.

A D H A E S E, Adv. Gell. lib. 5. cap. 9. de Æglo Samio athleta. Per omne die vita tempus non turbide neque adhæsco locutus est: Id est, Non hesitanter.

A D H A E R E N T I A, æ. [περιστήσις] Ipsa adhærendi actus.

A D H A L O, [Ἄδηλος] ēre. Affare. Plin. lib. 22. cap. 22. Nunc qui- dem si serpentis caverna juxta fuerit, si patescentes primo adhalaverit, capaci venenorum cognitione ad virtus accipientium.

A D H A M O, ēre. Obligare. Cic. 2. Acad. Qui enim serius honores adhænaverunt, vix admittuntur ad eos. Sic citat Nonius 2. 5. & afferit Scali- ger in Cat. itemque Rutgerius Var. Lect. 3. 3. Sed Merceri Nonius habet, Adamaverunt, non Adhænaverunt, adde eidem notata p. 113. Ed. Parif. Item que ex Gebhardi Crepundiis notantur ad Quintil. 2. 5. p. 153. Burni. [Vespafiano adhæmatu, hand absurde legas apud Suet. Vesp. c. 22. pro Adamato.]

A D H E S O, ui, ýum, [περιστήσις, περιστήσω] ēre. Ex Ad. & Habeo. Adhibere ad. Cic. in Bruto 301. Celeriter ad majores causas adhæberi coepit. Id est, Advocari.

Ad deliberationes eas quas habebat domi de Republica, principes civitatis adhæbebat. Cic. 1. Philipp. 2.

Ad alicius offici magnitudinem adhæberi. Aurelius Arcadius. D. de ofic. Praefect. Prætor.

Ad panem aliquid. Cic. 5. Tusc. 99. Persarum a Xenophonte vietus exponitur, quos negat ad panem adhæbere quicquam præter nafturium. Id est, Adjungere.

Ad partus adhæberit Juno Lucina. Cic. 2. de Nat. Deor. 69. Id est, In partu mulierum invocatur.

Cœna aliquum, pro Admittere in cœnami, Penates. Quintil. lib. 11.

cap. 2. Adhæbitus ei cœna Simonides. Virg. 5. Æn. 62. Adhæberit epul. Adhæberit animum, pro Attendere, advertere. Cic. de Arusp. Resp. 20. Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhæbete ammos: & mentes vestras, non solum aures, ad aruspicum vocem admovete.

Arbitrium. Cic. pro Muren. Huic ego, Judices, satisfacere cupio, vos que adhæbere arbitros.

Artem, est Cupiam rei artificium addere, vel Artificio uti in re aliqua. Cic. 1. Acad. Qui nulla re adhæbita, de rebus ante oculos positis, vulgari sermone disputatione. Liv. 4. Artem adhæbitam ferunt a Patriciis.

Audaciam? Ut audacia. Cef. 3. Bell. Civil. Illi adhæbita audacia & virtute nati Austrum naves solvunt.

Aures, pro Aures admovere. Hoc est, Attente audire. Cic. pro Archia, Cum res gestas, tum etiam studium atque aures adhæbire posset.

Authoritatem ad. Hoc est, Ut authoritate ad aliquid agendum. Cic. de Anicet. Plurimum in amicitia amicorum bene adhæderit. Ita authoritas: eaque adhæbeatur ad monendum.

Auxilium. Celf. lib. 2. cap. 11. Idque auxilium ut minus vehemens, ita magis tutum, neque unquam periculofus est, etiam in medio febris impetu, etiam in cruditate adhæbetur.

Blanditas. Ovid. 10. Met. 259.

Calceum equo adhæbere, idem quod Admovere, & addere, & subdere calcaria: & per metaphoram pro Stimulare, vel Infrigere quæcumque.

contra, Frenos adhæbere, est Retinere, reprimere, coercere. Cic. in Bruto 204. Ut Isocratem in acerimo ingenio Theopompi, & lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhæbire, alteri frenos. Canitionem, Ut cautione. Cic. 1. Att. 16. Privatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniuritatem malorum, odium in me improborum, adhæbeam quandam cautionem & diligentiam.

Celeritatem. Cic. 11. Fam. 12. Opprimi potuisse, si celeritas adhæbita est, exigitur.

Celeritatem in re aliqua. Cic. 10. Fam. 21. In quo si celeritas erit adhæbita, Republica in possessione victoria deletis sceleratis permanebit.

Cibum & potum. Cic. de Senect. Tantum cibi & potionis adhæbendum, ut reficiant vires, non opprimirant.

Collegium Prætorum, Evocare, denuntiare ut adsit. Cic. 3. Off. Quum collegium Prætorum Tribunplebis adhæbuerint, ut res nummaria de communis tententia constitueretur.

Conscientiam alicius. Tacit. 12. Ann. 67. non procul a fine, Agrippina provisum jam sibi Xenophontis medici conscientiam adhæbet. Hoc est, Conscientia facit dandi Claudio veneni Xenophontem, & hac in re uitetur eius opera.

Confitulum in suffragium. Cic. 3. de Legib. Descriptus populus censu, ordinibus, etatibus, plus adhæbet in suffragium confituli, quam suse in tribus convocatus.

Adhæbere sibi aliquem, ad vel in confitum. Cic. 2. Off. Adhæbit sibi in confitum quindecim principes, cum quibus causas cognovit. Cef. 7. Bell. Gall. Neque hos habendos cibium loco, neque ad confitum adhæbendos censeo. Id est, In confitum admittendos.

In confitum se adhæbire. Cic. 2. Fam. 6. Tunc loquerere: te adhæbere in confitum, te audi, tibi obtempora. Ac si diceret, Tuo ipius utere confitilo, non alieno.

Confolacionem alicui. Cic. in Bruto 330. Tamen ea consolatione sustentator, quam tu, mi Brute, adhæbueristi suis suavissimis literis.

Confutidinem. Cic. 4. Acad. At non videmus hoc usu venire, ut quos nunquam putasse a nobis internoscere posse, eos confutidine adhæbita tam facile internosceremus, uti minimum quidem similes viderentur. Id est, Ubi confutidine accesserit.

Contentionem. Cic. 1. Q. frat. 1. Quia tanta adhæbeatur & a nobis, & a Prætoribus contentio, utrem posse confici non diffidetur.

Correctionem. Cic. 3. Off. Quem nos correctione quadam adhæbita possitimum fecuti sumus.

Crudelitatem in aliquem. Cic. pro Domo sua. Sed quid ego vestram crudelitatem exprō, quam in ipsum me ac meos adhæbūtis? Hoc est, Quia usi estis in me, Quam in me exercuitis.

Curationem adhæbere, idem quod Uti curatione. Cic. 1. Off. 83. Gravioribus autem morbis periculosis curationes & ancipites adhæbentur. Sic. Celf. lib. 5. cap. 27.

Curam. Cic. 2. Fam. 6. De sacerdotio tuo quam curam adhibuerim, cognosces.
Curam & diligentiam. Cic. 4. Acad. Ut non mediocrem curam adhibeant & diligentiam. V. vox Diligentiam.
Delectum adhibere. Cic. in Orat. Interdum ex illis locis, aut levia quedam, aut causa aliena, aut non utilia gignuntur: quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur.

Deos in auxilium. Ovid. 4. Faſt. 829.

Diligentiam. Cic. 5. Fam. 6. Adhibui diligentiam quotiescumque senatus fuit.

Diligentiam ad se conservandum. Cic. 15. Fam. 2. Monui regem ut omnem diligentiam ad se conservandum adhiberet.

Diligentiam in hoc. Cic. 16. Fam. 9. In hoc omnem diligentiam si adhibueris.

Diligentiam in se. Cic. 16. Fam. 6. Quantum me diligis, tantum adhibe in dilectione.

Doctrinam, Addere doctrinam aliqui. Cic. Q. fratr. Cujus natura talis est, ut etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse. Ea autem adhibita doctrina est, que vel vicioſissimam naturam excolare posse. Idem in Bruto 44. Sed tunc sere Pericles primus adhibuit doctrinam.

Dolorem. Cic. 4. Fam. 6. Et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibui.

Dolum, fraude, calumniam. Cic. pro Domo sua, Illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibebatur.

Felitatem adhibere. Uti felitatem. Columel. lib. 11. cap. 2. Quo cautor villicus, ut jam dixi, vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere.

Fidem in amicorum periculis, Amicos in periculis fideleri adjuvare, Adeſſe amicos in periculo. Cic. pro Cluent. 118. Facile hoc Judices impetrabo, ut quam ipſe adhibere consuevit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, libertatemque dicendi, in hac mihi concedat.

Fletum in funeribus. Cic. 2. Tusc. 55. Et hic nimur est fletus, quem duodecim tabule in funeribus adhiberi veteruntur.

Flores adhibet orator in causis. Cic. in Orat. 65.

Frictionem. Celf. lib. 8. cap. 11. Tunc frictionem ei membro adhibere. Gravitationem in dolore. Cic. 3. Q. fratr. 8. De virtute & gravitate Caesaris, quam in summo dolore adhibuerit. Hoc est. Prætillet.

Ignes adhibere. Cic. 3. Tusc. Lacerant, vexant, stimulos admovent, ignes adhibent, respirare non sinunt. Metaphora est.

Judicium, Uti iudicio in re aliqua. Cic. in Orat. 48. Judicium ergo adhibebit, nec invenient folum quid dicat, sed etiam expendet.

Laborem. Columel. lib. 3. cap. 9. Si laborem & curam velimus adhibere.

Laudatores. Cic. lib. 2. de Fin. 67. Quæ nec testes ullos e claris viris, nec laudatores poterit adhibere.

Lectionem ad aliquid. Cic. 5. Fam. 20. Ad quas ego nihil adhibui praeter lectionem. Id est, contuli.

Ludos. Cic. 2. de Fin. Jus & facultus abstulerit, adhibentis ludos, & quae sequuntur illa: quibus detracit clamat Epicurus se necire quid si bonum.

Lumen, Dare lumen. Cic. 3. de Orat. 47. Ut oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras affraret.

Machinas. Cic. in Bruto 16. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accedit, ut omnes adhibeam machinas ad adolescentem, ne famam subeam temeritatis. Hoc est, Utar omnibus artibus.

Magnificentia & defpicientiam rerum humanarum. Cic. 1. Off. Capesentibus autem Rempublicam nihil minus quam philophoris, haud ictio an magis etiam & magnificentia & defpicientia adhibenda sit rerum humanarum quam ſepe dico, & tranquillitas animi atque securitas.

Magnitudinem animi. Cic. 1. Off. Et magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas ab angoribus.

Manus genibus. Ovid. 9. Met. 216. Manus medicas adhibere manus ad vulnera pastor abnegat.

Manus pomis: id est, Admovere. Sen. OEth. 8. Manus vestigialibus. Cic. contra Legem Agr. 46. Adhibent manus vestigialibus vetris, irruptant in aerarium.

Medicum. Cic. de Fato 29. Sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris convalesces.

Medicinam. Cic. 16. Att. Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Id est, Uti medicina circa eos quorum salus desperata est.

Memoriam. Cic. 2. de Orat. Ut his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod, memoriam, ut vocem, ut vires.

Misericordiam. Id est, Praefare se in re aliqua misericordem. Cic. pro Rabir. 5. Adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in Reipub. salute sapientiam.

Miserationem. Cic. in Bruto. Moderationem. Cic. 2. de Orat. Haec igitur adhibenda est primum in jocando moderatio, &c.

Moderationem dicendi adhibere. Cic. de Lege Agr.

Modum, Uti moderatione, Servare mediocritatem, quod & Servare modum, & Tenere modum dicitur. Cic. 5. Tusc. Plena vita exemplorum est: fed adhibe oratio modum, & redetur illuc unde deflexit. Idem pro Cluent. In quo non modus est adhibitus, non mos, conseruando servata.

Motus judicii. Cic. 2. de Orat. 189. Nisi omnes nisi motus, quos orator adhibere volet judicii, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur.

Munditatem. Cic. de Off. Adhibenda est preterea munditatem.

Necessitatem adhibere. Cic. 4. Acad. Nullam adhibent persuadendi necessitatem.

Negligentiam. Ulpian. in I. si ambo. D. De compensat. Si ambo socii parem negligentiam societati adhibuiimus.

Nervos. Cic. 16. Att. 18. Si tu nervulos tuos mihi ſepe cognitos, suavitatemque quia nemo tibi par est, adhibueris.

Numerus jambicus adhibetur in fabulis. Cic. in Orat. III.

Vol. I.

Officium adhibere. Cic. 13. Fam. 6. Itaque hoc ejus officium quod adhibetur erga illos, ego mea facultate, & gratia ſole, quantum possum, adjuvare.

Orationem ad aliquem. Cic. 4. Acad. 32. Interdum enim quum adhibemus ad eos orationem hujusmodi. Id est, Quoniam apud eos tali utimur oratione.

Odores ad deos. Cic. 1. de Nat. Deor. 113. Quos odores adhibebitis ad deos, ut eos perfundas voluptitus?

Ordinem rebus. Hoc est, Dux, tribuere. Lucret. lib. 2. 854. Ordinem. Ulp. in I. Quia. §. 1. D. Si quis omitti causit tell.

Ornamenta ad rem aliquam. Cic. in Orat. Ad has tot, tantasque res adhibentia sunt ornamenta innumerabilia.

Parfumonia adhibere, Uti parfumonia, fervare frugalitatem. Plaut. Motet. I. 3. 78. — noctes, diesque efflur,

Bibitur: neque quisquam parfumonia adhibebit.

Patronum. Cic. 3. de Orat. 46. Quoniam difficulter intelligatur quid patronus velit dicere, quam ti ipse ille qui patronum adhibet, de re sive dicere.

Pietatum, Praefare pietatem, Pium feste praefare. Cic. 2. de Legib. Ad divos audeo catte, pietatem adhibento, opes amovento.

Plagis. Celf. lib. 3. cap. 18. Quorundam vani metus levandi sunt, finit in homine prædicta famam timente incident, cui subinde falſe haereditates nuntiabantur: quorundam audacia coerenda est, sicut in his fit, in quibus continentis plaga quoque adhibentur. Loquitur de infanticientibus.

Pompanum in dicendo. V. POMPA.

Preparationem in rebus agendis. Cic. 1. Off.

Preces diis. Cic. 1. de Nat. Deor. 3. Quid est quod ullos diis immortibus cultus, honores, preces adhibeantur?

Prudentiam ad omnes res. Cic. 12. Att. 4. Cura, obſcero, ut valcas: eamque quam ad omnes res adhibe, in primis ad convalescendum adhibe prudentiam.

Querelas adhibere. Tibul. lib. 3. 4. 75.

Rationem. Cic. in Bruto. Ceteri autem rationem adhibens, confutandam vitiosam & corruptam, pura & incorrupta confutudine cingerabat.

Adhibe te ad veram rationem: subaudi. Intelligentiam. Lucret. lib. 1. 46.

Religionem. Cic. in Bruto. Vide ne religio nobis tam adhibenda sit, quam si cettimoniū diceremus.

Remedium. Cic. ad Octav. 1. Nulla remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorum, quam quæ sunt salutaria.

Reverentiam adverſus homines. Cic. 1. Off. Adhibenda est igitur quædam reverentiam adverſus homines, & optimi cujusque, & reliquorum. Id est, Servanda est erga homines reverentia, seu verecundia.

Seruitiam in aliquem. Cic. 2. Off. Sed illi qui vi opprefbos imperio coercent, ita sine adhibenda sevitia: ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt.

Se Sic, &c. Cic. 1. Q. fratr. 1. Permagni hominis est, sic se adhibere in tanta potestate, ut nulla alia poreftas ab iis quibus praest, desideretur.

Id est, Sic se gerere.

Sermonem. Cic. de Amicit. 98. His factus ad eorum voluntatem sermo quæ adhibetur, orationem illam vanam, testimoniū esse laudum suarum putant.

Sermonem in poculo. Cic. de Sene. 47. Et is sermo qui more majorum a summo magistro adhibetur in poculo, forte Populo. [Inpre. V. loc. & VV. DD. not.

Severitatem in filio, Uti severitate in filium. Cic. 1. de Fin. 24. Quoniam illum severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut eum Macedonum legatus accepit, quod pecunias Praetorem in provincia cepisse arguerent, causam apud se dicere juberet.

Hos castris adhibe focios, & fodera junge. Virg. 8. En. 56.

Solatia, Confolari, vel Uti verbis ad confolandū accommodatis. Plin. Epif. 12.

Solertia. Cef. 2. Bell. Civil. 8. Ut est rerum omnium magister usus, hominum adhibita solertia, inventum est, magno esse usui posse, &c. i. e. accende, conjuncta cum usu.

Speciem in dicendo. Cic. 2. de Orat. 294. Sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompani, & pugna ſimile fugam. i. e. Ostentatio ne quadam uti.

Stimulos. Lucret. lib. 3. 1032.

Studium ad aliquid, Ponere studium in ea re. Cic. in Bruto 151.

Non facile quen dixerim plus ſtudi, quam illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse.

Supplicium. Cic. 11. Philipp. Neque Antonius ullius supplicij adhibendi, si potestatis habeat, ullam partem est relictus.

Tempus adhibere, Ponere tempus in re aliqua. Cic. 1. Off. Adhibebit ad considerandas res & tempus & diligentiam.

Testes, quod vulgo dicitur, Capere testes. Ter. Phorm. 4. 5. 2. Hoc temete nunquam amittam ego a me, quin mihi testes adhibeam.

Cui dem: & quoniam dem, commemorabo. Cic. de Fin. lib. 2. 67. Testem deum. Cic. 3. Off. 44. Quoniam vero iurato tentativa dicenda fit, meminerit deum se adhibere testem. In aliis exemplaribus legitur.

Habere testem.

Titulum humatis. Liv. 6. Bell. Pun. Eos uno titulo contegerent, adhiberentque humatis titulum, HIC SITI SUNT ACARNANES. pro Adderent.

Tomentum. Cic. 3. Off. Sed tanquam tormenta quædam adhibemus.

Hoc est, quasi Machinas bellicas admovemus, aut fortas de Tormentis intelligit, quæ ad veritatem extorquent adhibentur.

Tympanum. Plaut. Poen. 5. 5. 38. Cur non adhibui, dum hæc loquereris tympanum? Cur (inquit) hec non dixisti ad sonum tympani? cur altior vox non inclamasti?

Vanitatem orationis. Cic. 3. Off. 58. Qui orationis vanitatem adhibuerunt. Id est, Vana uſi ſunt oratione.

Victus genus certum adhibere. Celf. Genusque victus adhibendum est, quo carnem ali docuit.

Vim, et Vim afferre, ſive Cogete. Cic. 3. Off. Quasi vero forti viro vis posfit adhiberi. Hoc est, Afferrari, vel inferri, ac si diceret, Virum fortem cogi non posſe: ut qui nihil non ſponte faciat.

Vim veritati. Cic. pro Quintio.

Vires in re aliqua, Vires ad eam rem accommodare, adjungere, applicare, quod est Admiti. Quintil. lib. 5. Plurimum adhibere virium in studio literarum.
Virtutem. V. supra Gravatatem adhibere.
Usum. Cic. Studio adhuc & usum.
Vocem. V. supra Memoriam adhibere.
Vincula alicui. Ovid. 3. Faſt. 293.

Nec sine vi tradent: adhibe tu vincula capis.

Vinum ægrotis. Id est, Dare. Cic. 3. de Nat. Deor. 69. Ut vinum ægrotis quia prodeſt raro, nocet ſepſitine, melius eft non adhibere omnino, quam ſpe dubia ſalutis in apertam periculum incurre.

Vultum aliquo. Id est, Converteſc. Ovid. 2. Amor. 13. 15.

Huc adhibe vultus, & in una parce duobus:

Nam vita domina tu dabis, illa mihi. Hoc eft, Huc oculos adverte, meas preces auditura.

ADHIBITUS, Partic. ut Adhibito Interpretē. Cnrt. 8. 12. 9. & 10. 3. 6. conf. 7. 11. 6. Suet. Calig. 2. Nullo adhibito modo.

ADHIBITIO, f. Marcel. Emp. cap. 15. Adhibito cucurbitarium.

ADHINNIO, iwi, itum, [ἀδηνίος] ēre, ex Ad., & Hinnio; Equorum eft, qui equabus adhinnunt, Id eft, Ad eas hinnunt, videſcet coitum appetentes: quin & equæ vicuum interdum equis adhinnunt. Plin. lib. 35. cap. 10. Nanque ambitu amulos prevaleſc sentiens, ſingulorum picturas induit equis ostendit. Apellis tantum equo adhinnivere. Ovid. lib. 1. de Am. 280.

Femina cornipedi ſemper adhinnit equo.

Idem 2. de Rem. Amor. 614.

Fortis equus vīfa ſemper adhinnit equæ.

Adhinnire ad orationem aliciujus, per translationem dictum. Cic. in Pifon. 69. Itaque admifarius iſte, ſimilatque audivit a Philophoro voluptatem tantopere laudari, nihil expiftatus eft: ſic ſuos ſenſus volptarios omnes incitavit, ſic ad illius hanc orationem adhinnit, ut non magistrum virtutis, fed authorem libidinis a fe illum inventum arbitratur. Hoc eft, Ea re auditia ita exaruit in voluptatem, ut, &c.

ADHOC. V. A.D.

ADHORRESCO, adhorru. [ἀδηρέσκω] Ovid. ad Liviam 221.

Ipſe pater flavis Tyberinus adhorruit undis. Hoc eft, Valde vehementerque horru. Vel Ad pedum & equitum clamorem horru.

Vel, Exterritus eft ad clamorem & planctum funebrem. Al. Inhorru.

ADHORTOR, [ἐγγειλω, παρακαλω, σπουδω] ēri. Idem significat quod Hortari. Ter. Heaut. 1. 1. 8.

Quod mihi videre præter etatem tuam

Facere, & præter quam res te adhortatur tua.

Adhortor ad rem aliquam. Cic. Ut ad defendandam Rempub. te adhortarer. Idem 1. Off. Maxime ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. Id eft, Admonere, aut Incitare.

Adhortari ſe. Catul. 58. Epig. de Berecynthia & Aty,

Feru ſe ipſe adhortatus, rapidum incitat animum. Id eft,

Leo ſe ad iram accens. Sed V. If Voff.

ADHORTATIO, onis f. [ἐγγειλω] Ipſe actus adhortandi. Id eft, Hortatio. Cic. 2. de Orat. 11. Omilia nostra adhortatione, ad eorum quo propofuimus, ſermonem, diſputationemque veniamus.

ADHORTATUS, ūs. m. Idem. Apul. Apol. p. 228. Meo adhortatus.

ADHORTAMEN, inis. n. Idem. Apul. 4. Flor. Non multa mihi apud vos adhortamina puppetunt.

ADHORTATOR, [ἐγγειλως] Qui adhortatur. Liv. 7. Utrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, verbiſ tantum feroci, operum militarium expers: an qui, &c.,

ADHUC, [μέχετε, μέχεται, εἰσώ] Adv. temporis, idem signifi- cat quod Usque adhuc, haec tenet, ad hoc tempus. Compositum eft autem ex Ad (quod tam in compositione quam appositione quandoque significal Usque) & adverbio Huc: quafi tu dicas Usque huc, vel Hucusque, id eft, Usque ad hoc. Plaut. Tricul. 4. 3. 20. Convenient adhuc utriusque verba. Cic. 7. Att. 12. Unam adhuc a te epifolam acceperam. Et 6. Fam. 14. Ego tamen Cefari pro te, ſicut adhuc feci, ſuppliſabo.

Adhuc, pro Etiam, vel Praetera. Quintil. Eft adhuc alia in respondendo figura. Cic. in Lelio 32. Ortum quidem amicitiae videtis, niſi quid adhuc forte vultis.

Adhuc, Continuationem temporis denotat, quod Gallica lingua dicimus Encore. Ter. Phorm. 3. 1. 15. Adhuc tranquilla res eft. Plaut. Pfeud. 4. 7. 77. — tun' hodie

Ex Sicyone huc perveniſti? H. alto adhuc meridie.

Ovid. 16. Epif. 263. — Adhuc tua meſſis in herba eft.

Adhuc locorum, pro Adhuc, nam (locorum) ornata caufa tantum ponitur, eadem figura qua dicimus Ubique locorum, & Nusquam gentium. Plaut. Capt. 2. 3. 25. Ut adhuc locorum feci, faciam fedulo. conf. Ad id locor. in AD.

ADIABARE, Ἀθiopice populi funt. Plin. lib. 6. cap. 30. Deinde contra Meroen Megabari, quos aliqui Adiabarae nominaverunt.

ADIABENA, vel **ADIABENE**, Regio orientalis prope Babyloniam, ut author eft Strabo lib. 16. Plin. lib. 5. cap. 12. Adiabene, Aſſyria ante dicta. Stephanus offendit median ſuſte inter Euphratēm & Tigrit. Unde & Mſene fit dicta. Volater. ſic dictam putat ἡ τοις Διαβατοῖς, id eft, a non permeando, quod ibi Euphrates fit minime vado permeabilis. Quidam hinc vocabulum iniditum putant Adiabene, quod ob frequentiam occurrentium fluminum tranſiſi facile non poſſit. Sed verius Ammianus a Diab fl. dictam contendit. V. Cellar.

ADIABENICUS, Adj. Frequens in Cognominibus Imperatoris Severi, de quo Sextus Rufus cap. 21. Huic cognomina ex vitoris queſita fuit; nam Pæthicus, Adiabenus & Arabicus eft cognominatus. addē Inſcript. Gruteri p. 1. II. 22. & c.

ADJACERE, ūi, [ἀδιάχειν] ēre. Juxta vel prope jacere. Liv. 2. 49. Thūſus ager Romano adject.

Adjacens inſula dictrit, qua eft Prope adedes, non tamen conjuncta contextui adiſſiorum. 1. 15. §. 14. D. de damno infecto. Item quid diceamus si inſula adjacens domui vitium faciat?

ADIANOĒTA, [ἀδιάνοτη] f. Quæ verbiſ aperta, occultoſ ſenſu habent: Myſtica. Author Quintil. lib. 8. cap. 2.

ADIANTUM, i. n. [ἀδιάντη] Herba, dicta ab a & διάντη, quod folium ejus aqua perfuſum non madeſat, ſiccō ſemper timile. Vulgo Capillus Veneris dicitur. Sic enim vertit Theodorus. Plin. 22. 21. 27. 13. & 28. 11. Apul. de Herb. cap. 47. 51. & 97. Mattheoli eadem cum Paronychia relinquit.

ADIAPHORIA, Qualitas rerum, per quam indifferentes habentur. Item in neutrā partem Inclinationi. Cic. 4. Acad. Aristoteli ſummum bonum eft, in his rebus neutrā in partem moveri, que Adiaphoria ab ipſo dicitur.

ADIAPHORON, Cic. vertit Indifferens. lib. 3. de Fin. 16. A Græcis tum ἀδιάφορο, tum uirū vocantur, quæ in medio ſunt Gell. 2. 7.

ADIATORIX, [ἀδιάτορη] Meneclii cujusdam Galatice Tetrarchæ filius fuſt, qui cum apud Heraclæm Ponticam, coloniam Romanorum co- miſſam, nocte una juſtu Antoniu jugulafet, paulo poſt in prælio Actiaco captus, & in triumpho circumductus, una cum filio jugulatus eft. Strab. lib. 12. duob. locc.

ADIATREPIS, x. f. [ἀδιατρεψια] Impudentia, Pertinacia animi rigidiſtis. Nihil magis in natura ſua laudare ſe, ac probare, quam adiati- trepiam, dicebat Caligula apud Suet. cap. 29.

ADIDES, Teli genu effe putat Sipontinus, citatque locum Virg. 7. En. 730. — teretes fuit adides illis

Tela, &c. Sed ibi Achiles legendum. V. A CLIS.

ADJECTIO, ADJECTIVUS, ADJECTUS, ūs. V. ADJICIO.

ADIGO, ēgi, actum, [ἀδιγω, ἀδιγόμενος, βαζόμενος] ere. Vi impellere, ſicut Feriendo adiugimus cunem. Plin. lib. 16. cap. 10. In ipſam arbo- rem clavis ferreus adiugatur. Idem lib. 17. cap. 17. Si viftore ramo pali modo exacuto adiugatur alte, exiguo ſuper terram relicto capite.

Adigas, id eft, Dare cogas. Festus. [Locus corruptus & varie tentatus. Veriſimilis conjectura Scalig. Adire cogas.]

Adigere, Usque ad aliiquid agere, five jacer. Cæſar. 3. Bell. Civil. 51. Pompejus tumulū quendam occupavit, qui tantum aberat a noſtro caſtello, ut telum tormentum ſuſum adiugit non poſſet. [Caiſtigati Codd. exhibent Adiui, idque Cæſari admodum familiare. V. in AD- JICIO.]

Adigere naues. Hoc eft, Agere, admovere. Tacit. 2. Ann. 7.

Vulnus. Tacit. 6. Ann. 35. V. MOX A DACTUS.

Enfem in peſcus. Ovid. 5. Met. 70. Et in media præcordia. Sil. lib. 7. Aliquem ad umbras infernas. Virg. 4. En. 24. &c.

Sed mihi vel tellus optem prius imia deliciat, Vel pater omnipotens adiugat me fulmine ad umbras, Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,

Ante, pudor, quam te violen, aut tua jura refolvam. Adigo, cum infinitivo. Virg. 6. En. 695.

— tua me genitor, tua tristis imago Sæpius occurrens, hec limina tendere adegit. Id eft, Huc ve- nire me impulit, coegit.

Adigere, per metaphoram, Concitat, Impellere. Ter. Adel. 1. 2. 31. Tu homo adiges me ad infaniam. Idem Eun. 2. 1. 13. Noctu te adiugent horſum infomnia. [Ridicule quaſi de ſommabulone. Forte Adigere. Quod opportune video codd. MSS. auctoritate & Cl. Bentleji judicio comprobari.]

Adigere arbitrium: vel, Adigere arbitrum, locutiones fuit a veteribus uifitate, pro Agere ad arbitrium, pro, agere in, vel ad Judicium. Cicpro Rofc. Com. 25. Que cum ita fint, cur non arbitrium pro ſocio adergeris Q. Rofciū, quaero. Idem 3. Off. 66. Itaque Calpurnius cum demolitus eft, cognovifetque Cloſtum ades poſtea proſcriptiſſe, quam eft ab Augurib. demoliti juſſus, Arbitrium illum adiugit. Quicquid ſibi Dare facere oportet ex fide bona. V. not. VV. DD. ad loc. utrumq.

Adigere sacramento, vel jurejurando, five ad iurſurandum, dicitur Is qui concepit verbis alium jurare cogit. Ex Budao. Cæſ. 7. Bell. Gall. 67. Probuſ re atque omnibus ad iurſurandum adactis. Liv. 4. Bell. Pun. Citatosque ſingulos jurejurando adiugam.

Sacramento aliciujus adiugere legiones. Tacit. 1. Hist. 37.

Adigere iurſurandum, line prepoſitione. Liv. 5. Decad. lib. 3. Ita iurſurandum adiugebat. Loquendi genus eft non improbadum, nam apud veteres in verbis compoſiti non folet prepoſitio repeti. Sic Muſ. Hor. 1. Epif. 18. 16. Propugnare nūgis dixit. [Niſi diſtingendum, Propugnat, nūgis armatis, quicquid & Lambino videtur.]

Adigere in verba, Cogere quempiam ut in noſtra verba juret. Cæſ. 2. Bell. Civil. 18. Provinciam onitem in ſua & Pompeji verba per iurſurandum adiugebat.

Adigi jurejurando in verba principis, eft quod nunc dicitur, Præſtare juramentum fidelitatis. Ex Budao. V. JUBARE. & inſra A D- GENS.

Adigere, pro Agere; ut Adigere oves. Plaut. Bacch. 5. 2. 3.

Adaxint. Id eft, Adegrint. Fett. Pomp. Quo de V. ſupra A DASSO.

ADACTUS, Partic. ab Adigo, [ἰαδακτος, βαζαδακτος] Vi impulſus. Plin. lib. 16. cap. 40.

Adactus, Infixus, Nonio. Virg. 9. En. 431. — ſed viribus enſis adactus

Transadigite costas.

Adactus cum dativo. Plin. lib. 25. cap. 2. Dixit Democritus, credidit Theophrastus, eft herbam, cuius contracu illata ab alio quam retu- limus, exilicet cuneus a paſtoribus arbore adactus.

Adactus cum accusativo, prepoſitione intercedente. Propert. lib. 3. Eleg. 22. In faciem protre pinus adacta nove.

Adactus jugo, legibus. Stat. 7. Theb. 512. — limes mihi carniſis eſto

OEdipoda confusa domus: quando Itala nondum Signa, nec Arctoo auſim ſperare triumphos, Bisque jugo Rhenum, bis adactum legibus Itūrum. Rhenum &

Itrum dicit, pro Rheni & Itrii accolis.

Adacta intus vi mortis. Lucret. lib. 5. 1224.

Poenaria grave ſit folvendi tempus adactum. Lucret. lib. 5. 1224.

Vulnus alte. Virg. 10. En. 850. Id eft, Profunde imprefum.

ADACTUS, [βαζαδακτος] ab Adigo, Ipſe actus adiugendi. Liv. 22. 38.

A tribunis ad legitimam jurisdictiōnem translatum.

ADACTUS,

A D A C T U S, us. m. Idem. Lucret. lib. 5. 1329.

— feros exhibant dentis adactus.

A D I G E N S, entis. Tacit. 4. Hist. 31. 3. Adigente Hordeonio Flacco dixit sacramentum.

A D J I C I O, ēci, ectum, [ἰατίσθησι, ιατίσθησι, ιατίσθησι] ēre, ex Ad. & Jacio; proprius est Jaccere ad: ut Adjicere tela. Cef. 3. Bell. Gall. 14. Ut neque ex inferiore loco tuis commode tela adjici posset, & missa a Gallo gravius accidenter.

Adjicere telum, est Plus quam Jaccere: nempe ita acere, ut ad eum locum, quem iaculator petit, perveniat. Cef. 2. Bell. Gall. 21. Et quia non longius hostes aberant, quam quo telum adjici posset, prælii committendi signum dedit. Idem lib. 4. Arque ita montibus angustis mare concrebatur, ut ex locis superioribus telum in litus adjici posset. Lambin.

Adjicere intus, pro Injicere, immittere, infundere. Corn. Celf. lib. 7. cap. 27. Idemque humor clyster intus adjicetur. [Lindenius edidit, Adjicetur.]

Adjicere, pro Jaccere. Columel. lib. 12. cap. 16. In lixivie sextarios de- cens fatis tres cyathos adjicat. Potest hic pro Addat accipi.

Adjicere, pro Addere. Liv. 2. Adjicierat huic muneri agri aliquantum. Cic. de Petri. Conful. Non ut aliquid ex iis novi adjicerem.

Adjicere doctrinam gloriam ad laudem belli. Cic. 1. Off. 116. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius: qui quin bellū laude non inferior sūfserit quam pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adjecit.

Adjicere ex abundanti. Quintil. lib. 5. cap. 6. Virtutem adjicere. Idem lib. 1. cap. 13.

Adjicere animum rei vel ad rem, pro Animum appellere, adjungere, applicare. Ter. Eun. 1. 2. 63. Quantum suspicor, ad virginem animum adjecit.

Animum consilio, & ad consilium. Liv. 8. Bell. Pun. Idem lib. 5.

Authoritatem. Plin. Epist. 20. Quin etiam voluminibus ipsiis authoritatem quandam & pulchritudinem adjicit magnitudine.

Calculum. Plin. 1. Epist. 2. Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adjeceris. V. CALCULUS.

Celeritati. Celf. lib. 7. cap. 4. Adjicitor celeritati, sicut tormento quoque, si & linum, & id quod ex penicillo est, aliquo medicamento illinitur ex his, quibus callum exedi posuit. Id est, id celerius fit, sed majori dolore. Et cap. 21. ejusdem libri.

Clamorem. Tacit. in Vita Agricole.

Disciplina aliiquid. Celf. in procem. lib. 7. Ac Roma quoque non mediocres professores, maximeque nuper Tryphon pater, & Euelpitus. & (ut ex scriptis eius intelligi potest) horum eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinae adjecerunt.

Expectationem. Quintil. in procem. lib. 4.

Febris adjicit. Id est, Addit. Corn. Celf. lib. 2. cap. 1. At astas non quidem vacat plerisque ab his morbis, sed adjicit febres, vel continuas, vel ardentes, vel tertianas.

Malo multum. Celf. lib. 3. cap. 11. Hæc enim paulo ante data multum malo adjicit.

Modum. Hoc est, Adhibere. Tacit. 3. Ann. 6.

Oculos in aliquem, quod proprio Coniugere oculos dicimus. Plaut. Asin. 4. 1. 24.

Oculos aliqui rei, vel in aliquam rem, est Cupiditate rei visæ teneri. Cic. 4. Verr. Partim plane videbat adjecit esse oculum hereditati.

Adjicere oculorum imprudentiam aliquo. Aliquid intueri non dedit opera & ex industria, sed per imprudentiam. Cic. lib. 2. de Legib. 36. Quia licentia Romæ data, quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatum libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem oculorum adjici fas fuit?

Stimulos Jovi frementi, Jovem jam iratum magis accendere. Ovid. 1. Met. 245.

Vires. Liv. 4. Virus in angues. Ovid. 3. de Art. Am. 8. Dixerit et multis aliquis, cur virus in angues

Adicis? & rabidae tradis ovile lupæ?

Proverbiorum sunt. Proverbiorum sunt.

Adjicere aliquid cibo, est Addere: cui adversum Demere aliquid cibo. Celf. lib. 4. cap. 2.

Aliquid potionis adjicere, est Aliquantum largius bibere. Celf. lib. 1. cap. 3.

Adjicere, pro Consentire. Virg. 19. Æn. 182.

Tercentum adjiciunt, mens omnibus una sequendi. Ubi Serv. Adjicunt, accidunt, & contentunt eis voluntati. Unde ait, Mens omnibus una sequendi. Id est, Conjurati sunt. Hæc ille. Ceterum videtur esse ferme ellipticus: ut sit, Adjicunt illi animum, aut studium, aut voluntatem, aut tunc. Imo referunt ad v. seq.

Qui Carere domo, qui sum Minionis in arvis.

illa vero: Mens omnibus u. f. Parenthesi includi debent.

A D J I C I O, ēre. Verbum Jurisconsultum usitatum, pro Adjicere. Paul. in 1. Necesse. D. de in diem addit. Necesse autem habebit venditor meliore conditione allata, priorem emptorem certiores facere. ut siquid aliud adicit, ipse quoque adicere poscit. V. Ant. Augst. lib. 2. Emend. cap. 3.

Ita quoque Poeta aliquando Adjicere dicunt pro Adjicere. Sic Martial. lib. 4. 54.

Nil adicit penso Lachesis.

A D J I C I A L E S Cœna & Adipales, Sacerdotum vocabantur. Plin. lib. 10. cap. 20. conf. 29. 4. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 6. ubi de pavonibus. Primus hos Q. Hortensius augurali adjicisti cœna posuisse dicitur. Dicitur autem Adjicitalis cœna, quod in ea Multa extra ordinem, ultraque jūsta ferula adjicuntur. Fædus & Pontificialis dicta, teste Macrobi. 3. Saturn. cap. 13. Hæc ex Hermolasi in Plinius sententia. Argute I. Lipsius de Magn. Rom. 4. 9. Adjicitalis scribendum contendit, sic dictas, quod in Aditu horum dari solita. Ita & in scriptis & editis Plin. 10. 20: 1. 23. & 29. 4: 1. 1. 4. conf. ADIPALIS.

A D J I C T U S, Partic. [ἴατίσθησι] J. V. in verbo Plin. lib. 18. cap. 3. M. quidem Curi post triumphos immensumque terrarum adjectum império, nota concio est, perniciosum intelligi civem, cui septem jugera non essent satias.

Adiecta ignominia post mortem. Quintil. lib. 3. cap. 7.

A D J I C T A M E N T U M, i. m. Idem quod Adjicito. 1. 242. Dig. de verb. sign. Artemon magis adjectamento, quam pars navis est.

A D J E C T I O, onis. f. [ἴατίσθησι] Verbale. Vitruv. I. 9. c. 9. Sin autem eum adjectiōnibus & detractionibus correptiones diuersas aut crescentie non probabantur, &c.

Adjicito, Jurisconsultus dicitur Melior allata conditio in pretio, que in additionibus & auctionibus plerunque locum habet. Additionis auctem & Addictionis (qua verba non parum frequenter in quibusdam libris incipiunt confunduntur) est est differentia, ut cum in diem additionis ita haec, ille fundus est tibi emptus centum, nisi tunc in diem additionis meliore conditionem attulerit: liqui adjectiōni ad pretium fecerit, & id rei dominio placuerit, adicet ei rem: si nemo adcepit, illi in diem emporii additionis facta constitit. Idem in auctionibus. Ulpi. in I. Ubri autem. §. Idem Julianus. D. de in diem addicit. Idem Julianus libro quindecimmo querit, si res in diem additionis intercederit, vel ancilla deceperit: an partus vel fructus eius nomine adjectio admitti possit? & negat admittendum adjectiōnem: quia alteries rei, quam ejus quae distracta est, non solet adjectio admitti. Quo loco si Additionis scriberetur, ut quidam volunt, neptus Ulpius suet. V. Ant. Augusti. lib. 2. Emend. cap. 3. de Successu libert. acijere videtur pro Modis civitatem Romanam & jus familie atqueueni. Alia. 17. lib. 1. parerg.

Adjectives familiarum. Tacit Emeritenibus familiarum adjectives. Sic autem dicebantur, quia certus in coloniis erat familiarum numerus, cui injusus Senatus adjicere non licet. Quem in sensu est Taciti verba accipienda, ostendit Livius hic scribens, Poltallianus a Senatu Aquilejensem legitimus, ut numerum colonorum augeret, M. & D. familiae ex S.C. scripta. Sic etiam Allectio locorum in quibusdam Inscriptione legitur. Tribus XXXV. quod liberalitate optimi principis commendatur locorum adjectio ampliata sunt. Ex Turneb.

A D J E C T U S, os. [ἴατίσθησι] Idem quod Adjicito. Vitruv. lib. 9. cap. 9. Cuneorum adjectus, aut exemptus in singulis diebus aut nisi libus Adjectus, nam Pro Jactu, appulsi, conjectu, qui ad id pervenit quo contendit. nam Adjicere telum, est Plus quam Jaccere. Lucret. lib. 1. 689.

— neque sunt igni similitata: neque ullæ

Patera rei, que corpora mittere possit

Sensibus: & noctis adjectus tangere tactus. Lambinus.

A D J E C T I V U S, a, um. [ἴατίσθησι] denominat. a participio Adjicita, Nomen est fictum a Grammaticis, ut quum dicunt, Adjectivum nonne. Prisc. lib. 2. Adjectiva nomina ideo vocantur, quod alias appellari, quæ substantiam significant, vel etiam propriis adjici solent, ad manuē, &c. in eorum qualitatem vel quantitatem, quæ augeri vel minui hinc substantiae consumptione possunt, ut Bonum animal, Magnus homo, Macrobi. Saturn. 1. 4. Adjectivum Graci ἴατίσθησι vocant. Eodem vocab. & Latini intutur. V. I. A D J E C T U S, o, ēre, frequent. Apic. 8. 2. Adjicere caryotam, uvam, jasminem & oleum.

A D I L I S I U S, [Ἄδηλος] Mons est Beotia, de quo Plin. lib. 4. cap. 7.

A D I M A N T U S, [Ἄδηλος] Nomen viri Atheniensis, fratri Platoni. Laert. lib. 3.

Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui cum Themistocles exilium obiicitur, Num putas, respondit Themistocles, exulm quicquam esse, qui ducentis habeat triremes? Suidas.

A D I M O, ēni, emptum, [προσεργεῖν, ἀφαιρεῖν] ēre. Ausserre. ex Ad. & Emo: quod antiqui, ut ait Festus, Emere dicebant, pro Accipere. Ter. And. 4. 2. 14. Hanc, nisi mors mihi adimet nemo. Contrarium Addo. q. V. Adimere adimit. Cic. 3. 7. Vert. Illi aditum litoris Syracutanis ademerunt. Id est, Prohibuerunt a liore.

Egritudinem. Ter. Heaut. 3. 1. 12.

Animum aliqui. Plaut. Milt. 3. 1. 134.

Benevolentiam, charitatem, nomen socii adimere. Cic. pro Sextio, Ademit Albino socii nomen mors filii, sed charitatem illius necessitudinis & benevolentiam non admittit.

Causam rei aliquis facienda. Ter. And. 5. 1. 18.

Civitatem aliqui, est Eum privare civitate, five Expellere. Unde & Civitatis ademptio dicitur. Cic. pro Cæsin. Deinde nihil rationis affers, quoniam obrem, si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit. Nam & eodem modo de utraque re traditum nobis est. Et si semel civitas adimi potest, retineri libertas non potest.

Curam. Ter. Phorm. 5. 6. 47. & Hec. 5. 3. 19.

Confuetudinem. Ter. Phorm. 1. 3. 9.

Diem adimit nox. Plaut. Capt. 2. 3. 57.

Dolores. Hor. 2. Sat. 3. 288.

Facultatem rei fac. Cef. 1. Bell. Civil. 29. 1. Omnibus coactis navibus, Pompejus praefectum facultatem insequendi sui ademerat. Cic. 3 Att. 7. Formam aliqui. Plaut. Amph. 2. 1. 53. Hodie legitur Abstulit non Ademit. Fortuna patras. Cic. 3. Ver.

Leges. Cic. 2. de Fin.

Leto aliquem adimere. i. e. Morti. Hor. 3. Od. 22. 3.

Memoriam. Plin. lib. 37. cap. 12.

Metum. Ter. And. 2. 2. 2.

Misericordiam hominum lenissimis. Cic. pro Rosc. Amer. Hominibus lenissimis admet misericordiam consueridine incommodorum.

Micifum mihi. Cic. 3. Att. 5. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.

Nomen aliqui ademptum. Plaut. Epid. 2. 2. 50.

Nomen virgineum. i. e. Virginitatem. Ovid. 8. Met. 591.

Potestatem. Cic. 3 de Legib. & pro Quintio, & i. Verr. 21.

Rifum. Plin. lib. 11. cap. 73.

Soccos pedibus, pro Detrahere soccos. Plaut. Epid. 5. 2. 60.

Somnum. Cic. 2. Att. 16.

Transfut. Plin. lib. 17. cap. 21.

Vincula canibus. Ovid. 8. Met. 332.

Vires. Ovid. 3. Met. 469.

Vitam. Cic. 3. Partit. & 5. Tusc. 3. V. VITA.

Vocem homini adimere creditum lupus. Plin. lib. 8. cap. 22.

Adimo, cum infinitivo loco nominis posito. Hor. 1. Epist. 19. 9.

— adimam cantare severis. i. e. Cantum.

A D M E P T U S, [Ἄδηλος] Partic. Hor. 2. Od. 4. 10.

Barbara postquam cediderit tunica

Thebaico victore, & ademptus Hector. h. e. Occisus, e medio sublatu.

Anima adempta. Lucret. lib. 3. 405.

H. 3 Conditio

Conditio mortis adempta. i. e. Moriendi potestas. Virg. 12. *JEn.* 879.
Adempta equorum pernicius. Tacit. 1. Hist. 79.
Augment ademptum. Absumptum augmentum. Lucret. lib. 2.
Frater ademptum lugere. Ovid. 11. Met. 273.
Lumen alicui. i. e. Oculus. Virg. 3. *JEn.* 658.
Lux. Ovid. 14. Met. 197.
Pax. Ovid. 1. de Ponto 2. 16.
Spolia. Ovid. 1. Amor. 3. 29.
Succi. Ovid. 2. Met. 211.
Torquis. Ovid. 1. Faft. 601.

Virilitatis adempta homo. i. e. Spado, exectus. Tacit. 6. Ann. 31.
Sed Parthis mittend secretos nuntios validissimus author fuit Sinnaces,
in signi familia, ac perinde opibus, & proximus huic Ademptus adempte
virilitatis. Non despectum id apud Barbaros, ultroque potentiam
habent.

ADEMPTIO, onis. f. [προσεπιένσης] verbale ex Adimo; b. e. Ablatio, priva-
tio. Cic. pro Domo sua 78. Id autem ut effet faciendum, non ademptione
civitatis, sed tecū & aqua & ignis interdictione faciebant.

Ademptio bonorum. Calistratus in l. ex judiciorum D. de accusa-
tionib.

Ademptio libertatis. Paul. in l. Si servo. D. de adimend. legat.

ADIMPLEO, evi, etum, [προσεπλήρωσαν] ēre. Videtur idem esse quod
Impleo, sed est verbum rarissimum. Plin. lib. 11. cap. 37. Cochleis
oculorum vicem cornicula bina praetinentia adimplent. Quasi Oculo-
rum vicem implent, aut potius supplant. Hic plerique Libri tum ve-
teres, tum novi, Implent non Adimplem, prae se ferunt. Accipe igit
tur alia exempla. Paulus Leg. 43. Dig. de administratione, & Per.
Tutor. Adimplere id quod promittit & Leg. 57. Digest. de contr. empt.
pr. Venditionem adimplere emptor coartandus est. Tertull. contr.
Mar. 5. 17. Temporum adimplendorum dispensatio. Et Salvian. de
G. D. p. 34. Salvat ea que adimplentur.

ADIMPLETUS, Partic. Firm. de errore Prof. Rel. p. 10. Adimpleti
ti, biarum cantu.

ADIMPLETIO, onis. f. Tertull. advers. Marc. 5. 17. Temporum adim-
pletiones; & mox, Dispensatio fine adimpletione. conf. Salvian. 1. c.
pag. 34.

ADINDO, idi, itum, [προσεπονθμός] ēre. Verbum antiquum, compo-
situm ex Indo, quod ipsum ex Indo est compositum; significat Im-
ponere, innimutare. Cato de R. R. cap. 18. Orbem olearium latum pen-
dibus quatuor punicanas coagmentis facito, crassum digitis sex, subduc-
des ilingueas adindito.

ADINÉNIO, ēni, entum, [προσεπίνηση] ēre, ex Ad, & Invenio: quod
ipsum ex Venio compositum est: idem quod Invenire significat, live
potius Comminisci: h. e. Ingeniose & subtiliter invenire. Cic. 2. de
Nat. Deor. 130. Ex quo intelligitur, ad inventa animo, percepta sensi-
bus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutus, &c. Plaut.
Curcul. 1. 3. 134. Jam huius volupati hoc adinventum odium est. in
quibusdam Exemplaribus legitur Adjunctum.

ADIPALIS, ADIPATUM. V. **ADEPS**.

ADIPISCOR, adeptus sum, [προσεπιλέγω, προσινέμομαι, πρέπω] adi-
pisci. ex Ad, & verbo antiquo Apiscor, est Rem aliquam assequi. h. e.
Ad aliquid pervenire. Plaut. Stich. 2. 2. 8. Nunc potestas tibi adipiscendi
est gloriā, laudem, decus.

Adipisci honores. Cic. pro Cluent. 118.

Adipisci judicium, Ter. Phorm. 2. 2. 59.

Hic de eadem causa bis judicium adipiscier.

Jus. Liv. 1. Ius nostrum adipiscamus. i. e. Obtineamus.

Adipisci nuptias. Ter. And. 2. 1. 34. Nuptias effugere ego istas malo,
quam tu adipisci.

Ordinem Senatorum. Cic. pro Flacc.

Palmam. Plin. lib. 15. cap. 10.

Senectutem. Cic. de Senect. 4. Quo in genere in primis est senectus,
quam ut senecantur omnes optant, eandem accusant adepti.

Adipisci quenquam, pro Aſſequi: di itinere dictum. Plaut. Epid. 1.
1. 13. Nam ut apud portum te confixi, curriculo occcepi sequi: Vix
adipiscendi potestas modo fuit.

Adipisci aliquid ad dicendum & judicandum. Cic. in procem. 3. Off.
Ut non modo Graecarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum
se arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad judicandum. i.e. Acquisivisse,
proficie.

Adipiscor, in pass. signif. Plaut. Trin. 2. 2. 86. Non etate, rerum inge-
nio adipiscitur sapientia. pro Acquiritur, comparatur. conf. Prift. p. 791.

ADIPENDUS, [προσεπιθετός] Cic. 1. de Legio. 59. Intelliget
quaest instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendam sapientiam.
Sic 1. Off. Idem 1. de Fin.

ADEPTUS, Partic. [προσεπτυθός] Idem quod Affecitus. Plin. lib. 7.
cap. 24. Tam multis gloriam eius adeptus.

Adeptus cognomen. Propert. 4. 4.

Crimen. Ovid. 2. Trist. 92.

Conjugium regium. Catul. 61. 6.

Connubium. Catul. 57.

Nomen. Ovid. 8. Met. 151.

Adeptus rerum. i. e. Rerum potitus, qui rerum imperium tenet. Tacit.
3. Ann.

Summos honores a populo Romano. Cic. pro Cluent. 118.

Adepta palme. i. e. Victoriae, in signif. pass. Ovid. 4. Trist. 8. 19.

Ne cadat, & multas palmas in honore addeptas. Versus merito suspectus.
Vetusfatum addepta. Columel. lib. 5. cap. 6.

ADEPTIO, onis. f. [προσεπτιάς] Cic. 2. de Fin. 41. Nos beatam vitam,
non depulsione mali, sed ademptione boni judicemus. i. e. Affec-
tione.

ADEPTUS, ū. m. Idem Paulin. Nolanus Ep. 32. ad Severum Edit. Par.
(al. 12.) fecit. 18. Ex adepto fidei.

ADIPOSUS, V. **ADEPS**.

ADIPSA, [προσέψη] dicuntur Quæque medicamenta sitim aut extinguenda,
aut obrepere prohibentia: quemadmodum Alina, *άρινα*, que
fani obſtunt. Utrorumque meminit Plutarch. in Conviv. Sept. Sa-
pient.

ADIPPOS, vocatur Glycyrrhiza, quam vulgus Rigoliciam appellat. Plin.
lib. 22. cap. 9. Hac diximus sitim sumemque fedari. Ob id quidam

Adipson appellavere eam, & hydropericis dedere ne sitirent. Idem lib.
12. cap. 22. meminit palme *Ægyptia*, quæ Adipson vocatur, viridis,
odore malo cotonei, nullo intus ligno.

ADIPATEON, Plin. lib. 24. cap. 13. Fcibit, Fruticem esse spinosum in
Nisyrō & Rhodiorum insulis, quem alii Erysfceptrum, alii Dipacon,
ali Diacheton vocant.

ADITIO, ADITUS. V. **ADEO**.

ADJUNICO, [προσεπινέσω, προσεπινέω] are. Per sententiam & judicium ali-
cui attribuere, cui contrarium est Abjudicare. Cic. 1. Off. 33. Itaque
illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit: in medio relictum quod
erat, populo Romano adjudicavit.

Adjudicare, per translationem, Quovis modo attribuere, quasi judiciali-
sentia. Cic. 1. Att. 16. Sepe, multisque verbis suis mihi salutem im-
peri atque orbis terrarum adjudicavit. Hor. 1. Epit. 18. 57.

Et nunc siquid abest, Italus adjudicat armis.

Adjudicare caufam alicui. Cic. 2. de Orat. 129. Hoc necesse est, ut is qui
nobis caufam adjudicatur sit, aut inclinatione voluntatis propendeat
in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione
cogatur.

Domin. Cic. 4. Att. 2. Nemo enim dubitat quin domus nobis esset
adjudicata.

Adjudicare aliquem in servitatem alicui. Cic. 1. Verr. 56. Ita in
possessionem bonorum mulieris mittit: ipsam Veneri in servitatem
adjudicat.

Adjudicare saporem alicui rei. Plin. lib. 9. cap. 54. Is primus optimum
saporem otreis Lucrinis adjudicavit. i. e. Judicio suo comprobavit ea
essi optimi saporis.

Adjudicare & Abjudicare, contraria. Cic. contra Rull. 2. 42.

Adjudicare pro Decernere, quod vulgo dicitur Concludere. Plaut. Men.
1. 3. 6. Adjudicata cum utro hanc noctem fies.

ADIUGO, [προσεπύθω] ēre. Compositum ex Ad, & Jugo: propri signifi-
cat Boves ad jugum pariter accommodare: cui opponitur Adjugare. Nonius,
2. 55. Adjugare, Adjungere. Pacuvius Chrys., Mater est Terra,
ea par corpus, animam Ether adjugat. Idem Iliona, Blandam hor-
ticarem adjugat volupatem.

Adjugare vitem, est Vitem in jugum disponere, quod & Jugare dicitur.
Jugum autem hoc loqui sumitur pro palis quibusdam, velut in jugum af-
furgentibus, ad quos vites certo ordine componuntur. Plin. lib. 17.
cap. 22. Satiis pampinos adjugatae (scil. Vineæ) detergere. Columel.
lib. 4. cap. 17. Nihil enim refert jugum in stellam decusari atque di-
duci, nisi & palmites adjungatur.

ADJUMENTUM, V. **ADJUVO**.

ADJUNGO, xi, etum, [προσεπίνημα, προσινέμω, προστηνέμω] ēre,
quasi Ad aliquid jungere, & pene idem quod Conjungere. Cic. 1.
de Orat. 236. Juris scientiam eloquentiae tanquam ancillulam ad-
junxit.

Adjungi & contineri. Cic. 6. Verr. Forum conjunctione, pars oppidi,
que appellatur infusa, mari disiuncta angusto, ponte rursum adjun-
gitur & continetur.

Adjungit atque annexit rebus praestribus futuras. Cic. 1. Off.

Adjungere aliquem alteri. Cic. 1. Att. 11. Hic dies me valide Crasso ad-
junxit, pro Conjurxit, & amicum fecit. Idem 5. Fam. 7. Illud non
dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adjunxit,
Respublica nos inter nos conciliatura conjunctaque fit.

Adjungere ad aliquem. Cum aliquo familiaritatem inire. Cic. in
Philipp.

Adjungere se ad aliquos propinquitate. Plaut. in Aulul. 2. 2. 59.

Aliquem ad amicitiam. Cic. de Petri. Consul. 21.

Applicare se & adjungere ad aliquid. Cic. de Amicit. 49. Siqua signifi-
catio virtutis elucet, ad quam se familiis animis applicet & adjungat.

Accessiōne adibūs, pro Addere. Cic. 1. Off. Hanc Scauris demoli-
tus, accessiōne adjunxit edibūs. V. **ACCESSIONE**.

Animus aliquo, aut ad aliquod studium, idem quod Appellere animum.
Ter. Hec. 4. 4. 61. & And. 1. 1. 29.

Animos hominum ad ulis noſtrōs, pro Accommodare. Cic. 2. Off.
Quum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plu-
rimum hominibus & profini & obſint: proprium hoc statuo esse virtutis

conciliare animos hominum, & ad ulis suos adjungere.

Adjungi ad authoritatem senatus. Cic. 1. Fam. 9.

Auxilium fibi adjungere, Comparare fibi auxilium. Cic. pro Rosc.
Amer. 116. Auxilium ibi se putat adjunxit, qui cum altero communi-
cavit.

Sibi aliquem beneficio, Eum beneficio devincere atque astringere, & ami-
cum reddere. Ter. Adel. 1. 1. 47.

Aliquem beneficio ad suam necessitudinem. Cic. 13. Fam. Ipsum Capito-
nenem gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necelli-
tudinem tuo summo beneficio adjunxit.

Benevolentiam hominum fibi adjungere lenitate audiendi. Cic. pro
Muren. 42. Prator offenditionem vitas aquabilitate decernendi, bene-
volentiam adjungit lenitate audiendi. h. e. Conciliat fibi, & acquirit
favorem.

Se ad caufam alicujus, quod barbare dicitur, Ponere se de parte ali-
cuius. Cic. 1. Fam. 8. Ad eorum caufam me adjungerem. h. e. Il-
lorum caufae favorem.

Comitem fugi. Cic. 9. Att. 12. Nihil dignum faciebat quare ejus fu-
ga comitem me adjungerem.

Diligentiam alicujus fibi in aliquo adjungere, Ut alicujus diligenter
in aliquo negotio. Cic. pro Cluent. 30. Alteram partem caufae sic age-
mus, ut vos deoemus: alteram sic, ut oremus. In altera, diligenter
veſta nobis adjungenda est: in altera, fides imploranda.

Dignitatem & decus alicui. Cic. 5. Fam. 13. Mihi vero tantum decoris,
tantum dignitatis adjunxit, ut eundem te facile agnoscam fuſſe in
laude mea, qui fueris in ſalute.

Fidem alicui rei, Credere, fidem habere. Cic. 2. de Divin. 113. Au-
thoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitii rebus
adjungere.

Fortuna adjunta divinitus summis viris ad res bene gerendas. Cic.
pro Lege Manil. 47. Fuit profecto quibusdam summis viris quadam
ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas divi-
nitus adjuncta fortuna.

Generum. Virg. 7. Aen. 55.

— peccit ante alios pulcherrimus omnes

Turnus, avis atavisque potens, quem regia conjunx

Adjungī generum nro properbat amore.

Metus ad gratiam adjunctus. Cic. pro Cuent. 8. Ut aliquis metus ad-

junctus sit ad gratiam.

Numeros verbis solutis. Cic. in Orat. 174. Qui Isocrate maxime miran-

tur, hoc in eis summis laudibus serunt, quod verbis solutis numeros

primus adjunxit.

Opportunitas adjuncta ad ceteras utilitates. Cic. pro Lege Manil. 50.

Nunc quam ad summam utilitas haec quoque opportunitas adjungatur, ut in his ipsi locis adsit, ut habeat exercitum, utrabiis, qui habent, accipere statim possit, quid expectamus?

Ornamenta oratoria dicendi ad elegantiam verborum Latinorum. Cic.

in Bruto.

Provincias ad imperium, aut tempus publicam. i. e. Addere vel Acquirere imperio. Cic. pro Lege Manil. Quinquagesimo die totam ad imperium pop. Romani Cilicianum adjunctum.

Se ad rationes alicuius. Cic. 1. Fam. 8. Me adejus rationes adjungo,

quem tu in meis rationibus tibi esse adjungendum putasti.

In societatem urbem aliquam. Liv. 7. Bell. Maced.

Sibi focium, quod & Socium adiiscere dicimus. Cic. 3. de Fin. 9. &

pro Quintio 12.

Sibi focium ad malam rem. Plaut. Asin. 2. 2. 22.

Singulos adjunxit ad singula. Cic. de Univers. 37.

Taurōs agra. Tibul. lib. 1. 9.

Vitem palis. Tibul. lib. 1. 7.

Vitem ulmis. Virg. 1. Georg. 2.

Voluptatem, vel vacuitatem doloris ad virtutem. Cic. 2. de Fin. 42.

Qui ad virtutem adjungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit, vel vacuitatem doloris.

Uxorem sibi. Cic. 3. de Fin. Atque ut e natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare.

Adjungunt ad Africam etiam Hispaniam. Cic. 11. Att. 12.

ADJUNCTUS, Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Aspera arteria ostium habet adjunctum lingue radicibus.

Adjuncte aves. i. e. Adjugatae. Ovid. lib. 1. Am. 1. 26.

Comparat. Adjunctior. Cic. pro Cuent. 30. Accerit jam reliqua, Judi-

cies, dicam, utad ea quae propria hujus causa, & adjunctiora sunt, per-

veniam.

ADJUNCTUM, substan. n. gen. Cellius dici putat, quod Graci *συνεπίπονος* dicunt. Id adjunctum verotale est. Si Plato ambulat, Plato moveatur: si dies est, Sol est super terras. Vno. Noct. Attic. lib. 16. cap. 8. Dialec-tica vox est. Cic. Topic. 53. Consequentiū locus ab adjunctis longe di-versus est. Nam adjuncta non semper eveniunt, consequientia autem semper. Idem 2. de Invent. 41. Deinde videndum est, quid adjunctum sit negotio; h. e. quid majus, quid minus, quid æque magnum sit, quid simile, ex quibus conjectura quadam ducitur. V. CONNEXUM.

ADJUNCTO, onis. [αὐθέντη] Cic. 2. de Fin. In quibus nulla est virtutis adjunctio, i. e. Accessio.

Adjunctio animi. Cic. de Petit. Conf. 17. Tribus rebus homines maxime ad benevolentiam dicuntur, beneficio, spe, adjunctione animi vel voluntate.

Adjunctio naturæ ad hominem. Cic. 7. Att. 2. Etenim si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem nature adjunctio: qua sublata, vitæ societas tollitur. De parentum amore in fuos loquitur.

Adjunctio, i. e. Additio, conditio. Cic. 2. de Invent. 171. Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices & absolutas. Nam aliter dicere solemus, Necesse est Caſlinenses de dedere Annibali, nisi malint fame perire: aliter autem, Necesse est Caſlinum venire in Annibalis potestate. Illic in superiori adjunctio est hec, Nisi malint fame perire: si enim id malint, non est necesse. Hoc inferior non item, propterea quod live velint Caſlinenses de dedere, live famem perpetratique ita perire, necesse est Caſlinum venire in Annibalis potestate. Vulgo vocant Necesitatem conditionalem.

Adjunctio pro Quadam figura seu exornatione oratoris, quoniam verbum quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum aut postremum collocamus. Ad Heren. lib. 4. 38. Cic. 3. de Orat. 204. Et in eadem verba impetus & concursio, & adjunctio, & progressio. Hanc vero, Adjunctionem vocat Quintil. lib. 9. cap. 3.

ADJUNCTOR, ōris. m. [αὐθέντη] Qui aliquid adjungit. Cic. 8. Att. 3. Ille Gallæ ulterioris adjuctor. h. e. Qui Ulteriore Galliam adjunxit Romano imperio.

ADJURGUM, ii. n. [αὐθέντη] Idem significat quod Jurgium, nisi locus est mendosus. Plaut. Men. 5. 2. 21.

— nec, pol, filia unquam arcessit patrem

Ad se, nisi quid commisi adjungi est causa. [Legitur Aut jurgii.

ADJURGO, [ἰαυργός] āre. Valde objurgare. Plaut. Amph. 2. 2. 43.

At pol quin certa res est adjurgare (al. objurgare) hanc quæ me hodie advenientem domum noluerit futare. Budaeus.

ADJURSO, [ἰαυρίσος, ἰαγεῖσος] āre. Idem quod Jurare: aut certe Jurare vehementius & gravius. Ter. And. 4. 2. 11. Per omnes tibi adjuro deos, nunquam eam me deferturum. Cic. 2. Philipp. 9. Adjurasque, id te invito me non esse facturum.

Adjurare, pro Jusjurandum exigere, vel Adigere ad jusjurandum, vulgo usurpatum. In quem sensum videtur dixisse. Liv. 43. 16. 5. Censores,

ut eam rem adjudarent, ita in concione edixerunt: legem sensu cen-

fendo dictatos esse, ut præter commune omnium civium jusjurandum haec adjurarent, &c. [Pote tamen de jurantibus intelligi, ut haec infueri scilicet rogantibus sacramento, de more, Cenforibus, rogati responderent. Non temere igitur est, quod negat R. Stephanus in edit.

Thef. 1536. se hujus locutionis exemplum apud idoneos autores reperiisse.

Adjurare omnia. Cic. 3. Q. frat. 5. Crebris ut ante adte scripsi, Romie est: & qui omnia adjurant, debere tibi valde renuntiant. Alii legunt,

Adnuat.

Adjurare alicui. Ovid. 20. Epist. 159.

Prouidit pater hanc, hac adjuravit amanti:

Ille homines, haec est testificata deam.

ADJUTO, V. ADJUTO.

ADJUVU, iiii, uitum, [σωζειν, συμπεπλένειν, οφένειν, συνεργάζομεναι, ομούνειν]

āre. Opem ferre, auxiliari, sublevare. Ter. Phorm. 3. 3. 4. Qui me du-dum, ut dixi, adjuvaret comiter? Cic. 7. Att. 1. Adjuvore.

Adjuvare, pro Favere. Ter. Phorm. 1. 4. 28. Fortes fortuna adjuvat.

Adjuvare ad aliquid. Cic. pro Quintio 75. Ut omnes intelligent, non

ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum, authori-tatem adjuvare. Idem pro Archia. Qui profecto si nihil ad perci-

piendum, colendamque virtutem literis adjuvarentur, nunquam si ec-

carum studium contulissent.

Adjuvare in aliquo. Ter. And. 3. 3. 10. Ut me adjubes in hac re. Cic. 2.

Fam. 5. Non enim mihi tunc mea salus chara fuit, in qua preciis sumi

adjutus ab illo, quam, &c. Idem 3. Off. 55. In filiarum colloca-

tione amicos adjuvant.

Adjuvare, cum dictiōibus Quid, Nihil, & Multum. Plaut. Prenul. 4.

2. 60. Siquid tu adjudas. pro. Si in re aliqua: aut sine prepositione,

Si aliqua te adjuvas. Cic. 3. Verr. Jam nihil te judicium Neronis adju-

vat. i. c. Nulla in re. Ter. Hec. 3. 5. 10. Qui lic sunt, haud multum haredem adjuvant, i. e. Parum consulunt haredem, ut vult Donatus. In codd. emend. Juvant legitur.

Adjuvare auxilio. Liv. lib. 9. Bell. Pun. Sic Adjuvare confilio, factis,

manu, opera, prudentia, pecunia. Ex Ter. Heaut. 5. 2. 29. & alibi.

Plaut. Catin. 6. Cic. 2. Off.

Artes. Ovid. 13. Met. 866.

Concoctionem. Plin. lib. 23. cap. 1. Concoctionem minus adjuvant,

h. e. Minus conferunt ad concoctionem. Est autem Concoctionem quam

barbari Digestionem vocant, quoniam digestio sit distributio alimenti per corpus.

Confusum omnium gentium. Cic. 10. Fam. 10. Suhveni patrie, op-

tulare college, omnium gentium consensum & incredibilem confipa-

tionem adjuva.

Confilium. Sen. Medea 7.

Delectum. Cic. 7. Att. 14. Me Pompeius Capnam venire voluit, & adjuvare delectum.

Errorum alterius. Cic. 12. Att. 42. Sed serendus tibi in hoc meus error,

serendus? immo vero etiam adjuvandus.

Facultates alicuius, pro Augere. Plin. Epist. 139.

Formam cura. Ovid. 2. Met. 752.

Ignes. h. e. Amorem. Ovid. 10. Met. 640.

— Cythereaque compreco, aulis

Adfis ait noitis, & quo dedit adjuver ignes.

Infaniam alterius, pro Augere. Plaut. Amph. 2. 2. 166.

Adjuvare manus. Ovid. 4. Faſt. 302.

Mororem orationis lacrymis. Cic. 2. de Orat. 105. Quum C. Marius

mororem orationis meæ præfens ac fedens multum lacrymis suis ad-

juvaret.

Nequitan præceptis. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Adjuvare temerari via. Celf. lib. 2. cap. 10. Sed si nullum tamen ap-

paret aliud auxilium, peritrusque sit qui laborat, nisi temeraria quo-

que via fuerit adjutus.

Voluntatem. Augere, aut Sublevare. Cic. de Amicit.

Comiter. In Comis.

Lepide. In Lepidus.

Munifice. In Munus.

Adjuvo cum infinitivo. Plin. 11. cap. 24. ad fin. Phalangius tantum in

ipso specu incubat magno numero: qui ut emergerit, matrem consumit,

sæpe & patrem: adjuvit enim incubare.

Adjutum est a me, imperf. Salust. de Rep. Ordin. ad Cæfarem. Nam

five hac, seu meliore alia via perges, a me quidem pro vitili parte di-

ctum & adjutum fuerit.

ADJUTUS, Partic. [βαθηνηθεὶς] Ovid. 1. Epist. 43.

— adjutus ab uno.

Amor adjutus fatis. Ovid. 3. Epist. Sabin. 21.

Adjute vires hasta. Sil. Ital. lib. 6.

Adjuta est novitas numine nostra dei. Ovid. 1. de Ponto 13. 24.

Nervi aliquo conamine adjuti. Ovid. 15. Met. 224.

ADJUVATORUS, pro Adjutorus habet Petron. cap. 18.

Adjutor, [ἀδικητός] āre. frequent. pro Adjuvo, pro codem, sed sc̄e

apud veteres usitatus quam ipsum primitivum. Ter. Att. 1. 3. 4. Nec

quid agam certum est, Pamphilonne adjutem, an auscultem seni. Ennius

apud Cic. de Senect. 1.

O Tite, liquid ego adjuto, curamve levasso.

Adjuta mihi, vetuste dictum pro Adjuvante. Pacuv. in Chrysē. Ex

Donato.

Adjutare aliquid, pro Adjuvare in re aliqua. Ther. Phorm. 1. 2. 48.

— neque cognatus extra unam aniculam,

Quisquam aderat, qui adjutare funus. Idem Hec. 3. 2. 24.

Tu pueris carmine obviam, atque eis onera adjuta. Et est

μετανοεῖσθαι, pro. Ipsos onera portantes, eis onera adjuta.

ADJUTOR, aris, dep. Vetuste dictum pro Adjutare. Pacuv. Duloreste,

Illum quaro qui adjutatur. Afran. Inimiciis,

Hoc obsecro igitur agite, & me adjutamini. Nonius.

ADJUTANS, Partic. Ter. in Phorm. prol. 34. Bonitasque vestra adjutans atque aquanititas. Ubi Donatus, Sic veteres dicere miduerunt,

quam Adjutans. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Eo enim adjutante equa alli-

gata celerus admittitur.

ADJUTABILIS, & e. Plaut. Mil. 4. 4. 8. Adjutabilem operam dare.

ADJUTOR, oris. m. [σωζεῖσθαι, βαθεῖσθαι, συμπεπλένεισθαι, άγνωσται]. Qui adju-

vat. Cic. 3. Verr. Homines arrogantes hoc adjutore Q. Optimum per lu-

dum & jucum fortissim omnibus evertisse. Pro eo quod est Adjutare.

Adjutor magnus. Hor. 1. Sat. 9. 46.

Belli adjutor. Cic. 9. Att. 12. Hujus igitur belli ego particeps & socius

& adjutor esse cogor.

Honoris alterius. Cef. 1. Bell. Civil. 7. Cuius ipse honori & dignitati

semper favorit, adjutorque fuerit.

Honoris. Cic. pro Flacc. 1. Honoris potius L. Flacci me adjutorem fu-

rurum sperabam, quam miseriariam deprecatore.

Iracundia alterius. Ter. Adel. 1. 2. 62.

Adjutor ad aliquid. Cic. de Amicit. Ut aut libidinis ministri, aut adju-

tores efficiat ad injuriam.

Adjutor

Adjutor in re aliqua. Cic. 8. Att. 3. Ille absens in omnibus adjutor. Legis author atque adjutor. Cic. de Lege Agr. 2. 12. Omni hoc vobis ratione confirmare possum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem, cognoscendamque venisse: ut si eam vobis accommodatam atque utilē esse intelligenter, author ejus atque adjutor effem. Adjutor, authorque ejusdem sententiae Epicurus. Cic. 3. Off. 116. Adjutor victorice. Cic. 1. Tusc.

Adjutorum venire alioz. Cic. 1. de Nat. Deor. 18. Tu autem nolo existimes me adjutorem huic venisse, sed auditorem. Adjutor his contra patriam inventus est nemo. Cic. 1. de Amicit. 43. Socio atque adjutore confiliorum periculorumque meorum, L. Flacco. Cic. pro Flacco 1. Varios adjutores inter officia & dignitates tum militares tum alias recenset Gruterius & Fabretius Inscript. p. 345. Minorum etiam adjutores erant, de quibus Faber & præterius Gidius ad Phœdr. 5. 5. Item ita vocabantur Hypodidae Rethorum, de quibus Quint. 2. 5. pr.

A D J U T O R I U M, ii. n. [βοηθεία, διάτησις] derivatum ab Adjutor, pro Adjumento seu Auxilio. Afinis Pollio apud Suet. de Clar. Grammat. c. 10. In eam rem adjutorum ei fecit maxime quidam Atteius. i. e. Adjutivum. Adjutorum dorum immortalium. Valer. Max. Belli. Vellej. 2. 112. Equitatum in adjutorum ejus belli secum trahebat. Ignis. Sen. ad Lucil. Epist. 31. Nihil calidum est sine adjutorio ignis. Adjutorio juris elabi ex criminis. Quintil. lib. 3. cap. 6. Adjutoria fenectus. Columel. in praefat. lib. 12. Egere adjutorio. Quintil. lib. 1. cap. 1. Ut adjutorio. Quintil. lib. 10.

A D J U T R I X, [εργασία] icas. Ter. Hec. prol. 32. Adjutrix nostra industria. Sic Adjutrix scelerum. Cic. 6. Verr. 17. Et in Lælio, Affentatio, vitiorum adjutrix. Adjutrix in peccato filii. Ter. Heaut. 5. 2. 38. Matres omnes filii in peccato adjutrices. Adjutrix nostris ceptis. Ovid. 7. Met. 195. Adjutrix legio dicta apud Tacit. lib. 18. & 19. & in l. ult. C. de stipat. Prefect. Pret. 1. 2. Passim in Inscriptionibus, & Spartan. Hadriano c. 2. Idque nominis prima, secunda & tertia legionibus frequenter vindicata. tum. v. Ind. Rer. Milit. in opus Inscript. Gruterianum.

A D J U M E N T U M, i. n. [εργασία] ab Adjuvo, Auxiliu. Cic. 1. Off. 72. Sed iis qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum. Ut adjumento. Cic. 5. Tusc. 59. Neque fane multum adjumentis externis & adventitiis uteretur.

Adjumentum adventitium. V. ADVENTIO.

Adjumentum ad pulchritudinem. Ter. Phorm. 1. 2. 55.

Adjumento esse aliqui, Prodeesse, juvare. Cic. 5. Verr. Ubi hoc videt, ilorum confessionem, testificationem suam, tabellas sibi adjumento futuras.

Adjumento esse ad victoriam. Cic. ad Brutum 4. Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed etiam maximo ad victoriam adjumento.

Adjumento esse in causis. Cic. pro Quintio 4.

Adjumentum afferre aliqui ad rem aliquam. Cic. 1. Off. 1.

Adjumenta importare. V. IMPORTO.

Adjumento juvari. apud Columel.

Adjumenta firma. Ovid. 4. de Ponto 13. 31.

Adjumenta & auxilia. Cic. 4. Tusc. A philosophia omnia adjumenta & auxilia petamus bene beataque vivendi. Delicatiorem cultum Salust. Ju. gurth. cap. 45. Adjumenta ignavia vocat.

A D J U T U S, Partic. Frontinus quidem lib. 1. de Aquæd. dixit Adjuvatus, plebeio modo. Elegantius Nepos 1. 2. 2. Non minus prudentia quam felicitate adjutus. Ovid. 15. Met. 224.

— adjutus aliquo conanine nervis.

A D J U T U S, us. m. Macrob. 7. Saturn. 6. Unius adjutu, quasi natura flammæ.

A D L A B O R O, [πεντεμία] ēre. Cic. in Bruto, An tu, inquit, adlaboraſſe huic modo Bruto probaturus es? Hor. 1. Od. 38. 5.

Simplici myro nihil adlaboraſſe. Sedulus cura. h. e. Nihil labores myro applicare. Porphy. Idem Epod. 8. 20.

Quod ut superbo provokes ab ingue, Ore adlaborandum est tibi. Alii Allaboro scribunt.

A D L A V O, V. ALLAVO.

A D L A T R O, as. [πεντελαχία] Quintil. lib. 8. Adlatri ab aliquo.

A D L E C T I, V. AFFECTI.

A D L I C I O, V. ALLICIO.

A D L I N O, V. ALLINO.

A D L I V E S C I T, Livero incipit, i.e. Lividum fieri. Festus.

A D L I M I N A servus, V. LIMEN.

A D L U B E S C O, V. ALLUBESCO.

A D L U C E O, xi. [πεντελαχία] ēre. Juxta aliquid lucere, vel Ad aliquid lucere. Utuntur Ecclesiatici, Psalm. 96. Adluxerunt fulgura ejus orbi terra, h. e. Lucere fecerunt fulgura ejus orbem. Alii scribunt ALLUCEO. q. V.

A D M A N D O, [ιντένειν] ēre. Ad aliquem vel aliquo aliquid cuiquam committit. Plaut. prol. Peñul. 80.

Siquid admundare vultis, aut curarier. Sic legit Calepin. At exemplaria cattigata sic habent, Revertor rufus denuo Carthaginem,

Siquid mandare vultis, aut curarier: Argentum nulli qui dederit, nugas egerit: Verum qui dederit, magis majores egerit.

A D M A T U R O, ēre, ab Ad & Maturo, Ad maturitatem perducere, Accelarere. Caf. 7. Bell. Gall. 54. Iorūm discessu admaturari defectionem civitatis extinximbat.

A D M E M B R A T I M, Adv. γὰς μισθός, Cloſt. Lat. Gr.

A D M I T I O R, entus sum, [πεντεμία] tri. Idem quod simplex Metiri.

Caius in l. Quod sāpe. D. De contrahē. empt. In iis quæ pondere, numero, mensurave comitant, veluti frumento, vino, oleo, argento, non aliter videatur perfecta venditio, quam si admena, & appena, adnumeratae fint.

Frumentum admetiri. Cic. 5. Verr. 72. An poterat non modo Apronius, sed quisvis, exercitu si metendum esset, improbare Siculum frumentum, quod illi ex area, si vellat, admetiri licet?

Frumentum militi. Liv. lib. 5. Bell. Maced.

Vinum. Cato de R. R. cap. 154. Vinum emporibus sine molestia admitti debet.

A D M E T E, es. [Ἄδμην] Una Nympharum, Oceani & Tethys filia. Hesiod. in Theog.

Νέφος τ', Αδμήν τ', Λάρην τ', Ηλέκτην π.

A D M E T U S, [Ἄδμητος] Rex fuit Thessalizæ, five Pheræorum, cuius armenta novem annis pavit Apollo, divinitate privatus. Callimachus fabulam scribit in Hymn. Apoll.

De Admeto per adagium dicitur, Admeti nenia, detristi, lugubrique canticone. Ovid. 1. de Ponto 3. 105.

Si mea mors redimenda tua (quod abominor) esset,

Admeti conjunx quam sequeceris erat.

V. Stobaeus in Eccl. Serm. 65. f. 411. ex Muson. Val. Max. 4. 6. 1. Erafnum in Adag. Αδμητος μισθός. Admeti nenia. Cæl. Rhod. Lect. Antiq. 12. 15. Muret. in 2. Tibul. El. 3.

Pheræades Admetus, propterea quod apud Pheras regnaverit. Sunt autem Pheræ, urbs Thessalizæ. Ovid. 3. de Arte Am. 19.

Pheræus Admetus. Sen. in Medea 8.

Admetus aliud Moloforum rex. Nepos 2. 8. 3.

A D M I N I C U L U M, [ζάραξ, ἀμυνόμενος] proprie dicitur Sustentaculum, five fulcimentum rei aliecius, quale est Pedamentum vits, aut palus arbucula. Cic. 2. de Nat. Deor. 120. Jam vero vites sic clavicula adminicula tanquam manibus apprehendunt. Cic. de Seneçt. 53. Adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, propagatio vitium farmentorumque.

Adminiculum, Adjumentum, auxilium. Cic. 3. Off. 34. Haec igitur partem reliquam explebimus, nullius adminiculūs, sed (ut dicitur) Marte nostro.

A D M I N I C U L O, [ζαργόν] ēre. Adminiculum adhibere, fulcire adminiculū. Columel. de Arbor. cap. 16. Tum denum circa Calendas Martias vitem de seminario ne minorem quidem decem pedum sternito, & adminiculato, arboreo jungito. Idem lib. 4. cap. 26. His peractis, sequitur (ut ante diximus) adminiculanda, jugandaque vinea cura. Plin. lib. 14. cap. 1. Eadem modici hominis altitudine adminiculatae sudibus horrent.

Adminiculare, pro Juvare. Varro Cato, five de Liberis Educandis, Quod petisti, ut ejus educationis fierem tibi socius, quoad potui, adminiculare tuam voluntatem scribendo. Nonius.

A D M I N I C U L O R, pl. [ζαργόν] pro eodem. Cic. 5. de Fin. 39. Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigit, extollat, adminiculetur.

A D M I N I C U L A T U S, [ζαργωτός] Partic. V. ipsum Verb. Gell. lib. 20. cap. 11. Aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertia.

A D M I N I C U L A T O R, ōris. m. Gell. 8. 3. Tirone Cicero adminiculatore & quasi administro ūsus est.

A D M I N I S T E R, tri. m. [διάκονος, ἵμετος] Qui ministrat aut juvat in aliquo, vel etiam aliquo operam præbet. Cic. pro Sex. Rosc. 77. Unus puer viutorum quotidiani minister, ex tanta familia Sexto Roscio relictus non est.

Minister, Interpres, five Internuntius. Cic. 4. Verr. 69. Rerum humujusmodi omnium transactor & minister, ad Sopratum venit.

Minister audacie, libidinis, cupiditatem aliquis. Cic. in Catil. 4. Ministeri & satellites Sex. Nævii. Cic. pro Quintio 80.

Ministraria, & comes virtutis, ars. Cic. pro Legi Manil. 36.

A D M I N I S T R O, are. [ἱππεῖος, διάγονος, διώνιος] interdum significat

Præbere, fuggerere, tappeditare. Caf. 7. Bell. Gall. 19. Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinetib, administrare intituit.

Administrare, pro Diltribuere, impari, & restituere, in l. 10. in fin. D. de Ioseph.

Administrare, interdum Gubernare. Caf. 2. Bell. Gall. Nihil jam Caesaris imperium expectabant, sed per se, quæ videbantur, administrabant.

Bellum administrare. Cic. 7. Att.

Bellum cum Jugurtha, cum Cimbris, cum Theutonis. Cic. pro Legi Manil.

Civitatem. Cic. 1. Off. 88.

Judicia & Leges. Cic. 1. Verr. 68. Per homines honestissimos, virosque fortillimos leges iudicantibus administrantur.

Negotio. Cic. 13. Fam. 11. Operamque des, ut per te quam commode illinc negotium municipii ministraretur, quaniprimumque conficiatur.

Omnia admirabiliter. Cic. 2. de Nat. Deor. Sic undique omni ratione concluditur, mente confilioque divino omnia in hoc mundo, ad salutem omnium conservantemque admirabiliter administrantur.

Pocula Jovi, idem quod Ministrare. Cic. 1. Tusc.

Provinciam Regere. Cic. Att. Sic 1. Q. Frat.

Rem. Caf. 13. Fam. 11. Ad ea visenda, pecuniasque qua a colonis debentur exigendas, totamque rem & cognoscendam & administrandam, legatos misimus.

Rem confilio & ratione. Cic. 1. de Fin. 65.

Rem familiarem. Cic. 1. de Invent. 35. Quomodo rem familiarem administraret.

Rem publicam. Cic. 1. Off. 87.

Vindemias, aut sementem, pro Facere. Varr. de R. R. 1. 17. Columel. 2. 22.

A D M I N I S T R A T O R, ōris. m. [ἱππεῖος, διώνιος] Cic. 5. Tusc. 62. Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat. i. e. Ministrors, five Administratos.

Administratōrē bellī. Cic. 1. de Orat. 210. Qui quum esset constitutus ad

ministratōrē bellī gerendi.

ADMINISTRATIO, ônis. f. [*imperio, dominio*] Gubernatio. Cic. 4. de Fin. Diligentia rei familiaris, administratio Reip. ordo gerendorum negotiorum.

Actio & administratio Reipublicæ. Cic. 1. Fam. 9. In sententiis Senatoriis, & in omni actione atque administratione Reip. florifsumus.

A curatione & administratione rerum vacare. Cic. 1. de Nat. Deor. 2. Administratio libera que sit, V. in l. filius fam. D. de donat. Ulp. in l. cum actum. D. Neg. gret. casum indicat, quo ex superioris temporis administratione nihil amplius in iudicium deduci potest. Ceterum administrationem liberam, quemadmodum procuratori commisit, bari altam & basam vocant. Ex Oldend.

ADMINISTRIVUS, Adj. unde Ars administrativa, quæ & Activa dicitur. Quinctil. lib. 2. cap. 18. Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maximus ejus usus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur activa, vel administrativa.

ADMINISTRATUS, Partic. Cœf. Bell. Gall. 3. 9. His rebus celeriter administratis. conf. ib. 5. 50.

ADMIROR, ari. [*inflavus*] Idem quod Mirari, vel Mirari vehementer. Cic. 7. Att. 9. Admiratus sum brevitate epistole tuæ.

Admiror si pro Miro. Ovid. 1. Trist. 9. 21.

Sava nec admiror, metuunt si fulmina. H. St.

Admirari aliquem, Venerari, Sufficere, Magnopere aestimare. Ter. Eun. 2. 2. 19. His ultra arriredo, & eorum ingenua admiror simul. Cic. 4.

Acad. 205. Diodoro quid faciam Stoico, &c. quem & admiror, & dilig. Virg. 4. Georg. 316.

Ille operum cuitos, illum admirantur, & omnes

Circumstant.

De aliquo, vel de re aliqua. Cic. 9. Att. 14. De Dionysio sum admiratus. Aliquem in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 47. Quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridens ipse esse orator summus videbatur.

In homine aliquid. Cic. 2. de Orat. 126. Ego vero in vobis hoc maxime admirari soleo, quod cum inter vos in dicendo diffimilius sitis, ita, &c.

Admirari quod. Cic. 6. Att. 9. Sed amavi tamen, admiratus sum quod nihilominus ad me tua manu scripsisti.

Sufficere & admirari. Cic. 2. de Divin. 148. Esse præstantem aliquam aeternamque naturam, & eam sufficiendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum celestium cogit conficeri.

Admirari aliquem ex ore alterius. Cic. 1. Tusc. 9. Errare mēcherule malo cum Platone, quem quanti tu facias, scio, & quem ex tuo ore admiror: quam cum itis vera sentire.

ADMIRANDUS, a, um. [*favus*] Dignum admiratione: Idem quod Admirabilis. Virg. 4. Georg. 3.

Admiranda tibi levium spectacula rerum, &c.

Admirandus in plurimis. Quintil. lib. 3. 11.

ADMIRANS, antis. Partic. Nephos 2. 10. 1. Rex animi magnitudinem admirans.

ADMIRATOR, oris. m. [*favus*] ut apud Quintil. lib. 2. cap. 5.

Admirator nimis antiquitatis.

ADMIRATIO, ônis. f. [*favus*] Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatiibus. Plin. lib. 10. cap. 29. Alia admiratio circa oīcines.

Affici admiratione. Cic. 2. Off. 37. Admiratione autem afficiuntur ii qui anteire ceteris virtute putantur.

Cepit cum admiratio. V. CAPITIO.

Decrebit admiratio. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Efficere admirationes in aliquibus. Cic. 1. de Orat. 152. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt.

Esse in admiratione. Plin. lib. 16. cap. 26. In maxima tamen admiratione pius est.

Habere admirationem dicunt res aliqua. Cic. in Orat. 6. Idem 4. de Fin.

Quid autem habent admirationis, cum prope accederis?

Incessit admiratio quod, &c. V. INCESSO.

Intermittere admirationem. V. INTERMITTO.

Movere admirationem maximam alii. Cic. 10. Philipp. 3. Hoc certe quod in alii maximam admirationem moveret, non facio.

Mulcere animos admiratione. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Obstupefacti homines admiratione. Cic. pro Deiot. 34.

Obtinere admirationem. V. OBTINGEO.

Traducere auditores ad magnam admirationem. Cic. in Orat. 192.

ADMIRABILIS &c. [*favus*] Quod admiratione dignum est. Cic. 3. de Fin. Verum admirabilis compotio discipline incredibilis rerum traxit ordo. Ovid. 6. Metr. 14. Opus admirabile.

Admirabilis in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 6. Quarundam esse vistum est, quid esset, cur plures in omnibus artibus quam in dicendo admirabiles existissent.

ADMIRABILITAS, atis. denom. ab Admirabilis, idem quod Admiratio [*favus*] Cic. 2. Off. 38. Hæc animi deficiencia admirabilitatem magnum facit. Nonius tamen hic legit Mirabilitatem. Idem 2. de Nat. Deor. 90. Quanta sit admirabilitas coelatum rerum atque terrefrictum.

ADMIRABILITER, Adv. [*favus*] i. e. Honorifice, insigniter, ac veluti cum admiratione quadam omnium. Cic. de Opt. Gen. Orat. 37. Plato fum fare aqueam admirabiliter in Phædro laudari fecit a Socrate.

Accipere aliquem admirabiliter. Cic. 5. Att. 14. Nos Asia acceptit admirabiliter.

Admirabiliter administrare. V. ADMINISTRO.

Nimis admirabiliter, nimisque magnifice dicere. Cic. 4. Tusc. 36.

Nimis admirabiliter, nimisque magnifice dicere. Cic. 4. Tusc. 36. Veruntamen veribus his admirari orationi.

Admiserere se vel aliqui, aliqui negotio. Ter. Heaut. 4. 5. 35. Ita tu istae tua misero, ne me admiseres. Ibid. 5. 2. 22. Ne te admiseres, nemo accusat Syre te. Quod vulgo dicunt, De hac te noli te misere vel interponere. In priore autem exemplo subauditum illis: in posteriori

Huic rei, vel Huic negotio.

VOL. I.

Aliquem isto. Cic. 3. Q. frat. 17. Trebatum vero meum quod illo admiseras, nihil est.

Aliquid cum re alia. Cic. 7. Att. 1. Sed hoc tamen quicquid est. Precium, cum bistrationibus quis illa meas tractat, admiseri nolo.

Ad aliquod confilium. Cic. 12. Philipp. 16.

Aliquid in aliud. Plin. lib. 26. cap. 10. Admixtis in heminam feminis, refine colophonie cochlearibus II. thuris uno.

ADMISTUS, & **ADMIXTUS**. Partic. [*περιστεροῦ πόθος*] Cic. 1. Acad. 8.

In illis veteribus nostris scriptis multa admixta ex intima philosophia.

Aer admixtus multo calore. Cic. 2. de Nat. Deor. 27.

Calor. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Atque aque etiam admixtum esse calorem.

ADMISTIO, ônis. f. [*περιστεροῦ*] Cic. 2. de Nat. Deor. Suum retinet ardorem tenuum, & nulla admixtione concretum. Idem de Senect. 79.

Animus omni admixtione corporis liberatus.

ADMIXTUS, us. m. Idem. Macrob. 2. Saturn. 1. Honorem Dei nullo admixtuo voluptatis augemus.

ADMISSUS, **ADMISSARIUS**, **ADMISSIO**, **ADMISSURA**. Vid. post ADMITTO.

ADMITTO, iſi, iſum, [*περιστεραι, ιδίζειν*] ēre. Intrinsecus, introduce. Cic. 5. Veri. In tam gravi nuntio nemo admittetur. Ovid. 5. Trist. 7.

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Admitti ad aliquem. Ter. Heu. 2. 1. 41.

Partum ad ubera. Plin. lib. 8. cap. 42.

In cubiculum. Cic. 8. Philipp. 22. In cubiculum admittere & seducere.

In domum. Cic. 1. Off.

Admitti ad pueram. Ter. Eun. 2. 2. 50.

Per tegulas. Cic. 2. Philipp. 45.

In animum judicis, quod barbare dicitur Esse in gratia. Quintil. lib. 4. cap. 14. Sed quia in initio maxime necessaria, per que in animum judicis, ut procedere ultra possimus, admittimur.

Aliquem ad suas capsas. Cic. Div. in Ver. 51. Mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admittere?

Aliquem arcans, i. e. Ad arcana & secreta. Sen. in H. OEth. 535.

Admittere auribus. Liv. 4. Bell. Macc. Pacis cum tyranno mentionem adiutandam auribus non suffit. Hoc est, nullo modo suffit audiendum.

Sic, Admittere confilium auribus. Ibid. lib. 3.

Ad cafunum dicendum. Cic. in Ver.

Ad colloquium. Cœf. 3. Bell. Civil. Hæc ad eum mandata Clodius refert: ac primis diebus, ut videbatur, libenter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur.

Ad, vel in confilium. Sallust. in Cic. Quem Minerva omnis artes edocuit, Juppiter Opt. Max. in confilium deorum admisit. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad confilium casus admittitur. Cic. pro Marcell. 7.

Admittere, pro Recipere nullum in possessionem. I. 17. De de danino infect.

Admittere bonorum possessionem, pro Agnoscerre, & accipere, in I. 7. C. de iure delib.

Admittere aliquid, Perserre, Pati fieri. Ter. Eun. 4. 6.

Sed tu quod cavere possis, stultum admittere est.

Admittere aliquid ad cibos, vel in cibos. Plin. lib. 20. cap. 11. Idem lib. 9. 25. In cibos non admittitur echinicus.

Curationem. Celf. lib. 3. cap. 12. Horror autem eas sere febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur. Ideoque tutissimæ sunt, maximeque curationes admittuntur. Vid. Medicina.

Diem. Plin. Epist. 213. Notarium voco, & die admisso, quæ formaveram, dicto. h. e. Diei luce intronista in cubiculum per fenestras. V. Solem.

Equum, pro Concitate. Cic. 2. de Fin. 61. Quum se devoveret, & equo admisso in medium aciem Latinorum irruebat, &c. Liv. 2. 19. In Pothumium Tarquinius equum infestus admisit.

Admittebant excusationes multæ. Afconius.

Fidem admittere. h. e. Credere. Claud. in Eutrop. lib. 2.

Frigus. Celf. lib. 7. cap. 26. Isque subinde oleo tepido madefaciens est, ut neque frigus ad vescicam admittat, & nervos leniter moliat.

Jocos, Patienter ferre quicquid joco dicuntur. Martial. lib. 4. 8.

Medicinan. Celf. lib. 7. cap. 14. Ex his id quod ex spiritu vitium est, medicinan non admittit. V. Curationem supra.

Preces. i. e. Recipere. Sen. in Theb. 1.

Solatia. Plin. Epist. 169.

Solem, h. e. Radis foliis vaperire. Plin. lib. 12. cap. 1. Commendatio platani non alia major est, quam solem astreare arcere, hyeme admittere. V. Diem.

Sumptum, pro Sumptum facere. Ter. Adel. 5. 7. 15.

Veneri curis, i. e. Inter curas. Lucan. 9. 1977.

Admisit Veneri curis, & miserit armis.

Viam. Claudio 4. Paneg. 503. de Metauro monte,

Admitte viam facta per vescica rupis.

Admittere, pro Accusando ad accusandum, aut testificandum, aut judicandum. Cic. pro Cluen. 116. In litibus affirmans fere, Judices, aut quod sibi eum quem fensel condemnaret, inimicum putant esse: liqua in eum lis capitalissima est, non admittunt.

Admittere, abiolute. Plin. lib. 6. Epist. ad Corn. Tacit. Placuit egredi in littus, & e proximo aspicere ecquid jam mare admitteret, quod adhuc valsum & adversum permanebat. Admittet, i. e. An fluctus posuisset. Cataneus.

Admittere, Peccare, committere. Donat. Admittere plus est quam facere. Plaut. Men. 5. 1. 12. Quid tandem admisi in te, ut loqui non audeam?

In se aliquid admittere, pro Perpetrare aliquod facinus. Cic. 2. Philipp. 47. Tu autem eo liberior, quod ea in te admisi, quæ a verecundo inimico audire non posse. Idem pro Cluen. 167. Quid unquam Avitus in se admisi, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorre videatur?

Culpam admittere. Liv. 1. Bell. Maced. Cæterum non plures tantum Macedones quam ante, tuebant urbem, sed etiam præfrioribus animis, & castigationibus regis in admittit culpa. Culpam in se admittere. Plaut. Trin. 1. 2. 6.

Hic illæ est, fenecta atate qui factus est puer,
Qui admittit in se culpam castigabilem. Ter. Phorm. 1. 5. 40.

Si est, patre, culpam ut Antiphon se admiserit.

Dedecus. Cic. 9. Att.

Delictum in se admittere. Ter. Adel. 4. 5. 48. Me hoc delictum admifite in me vehementer dolet.

Facinus, flagitium. Cic. 3. Off. 95.

Fraudem capitelem. Cic. pro Rab. 26.

Maleficium. Cic. pro Rofe. Amer. 62.

Noxiam. Ter. Eun. 5. 2. 13. — unam hanc noxiā.

Mitte: si aliam unquam ullam admiferio, occidito.

Noxiā aliqui, pro Remittere Condonare. Plaut. Pœnul. 1. 3. 191. Verumetiam tibi hanc admittam noxiā unam Agorafocles: Non sum irata. In emendatis codi, legitur. Amitiam. [Forte Omittam. Sic & ap. Ter. Lindenbr. Faen. Bentl. Amitte.]

Turpe aliiquid in se admittere. Ter. Phorm. 2. 2. 68. de virginē civi loquens, Ut nequid civis turpe in se admitteret Propter egefatem, proximo iūſla est dari.

Admittere & committere. Cic. 3. Fam. 10. Siquid a me prætermissum erit: commissum facinus, & admisum dedecus confitebor.

Admittere, apud rei pecunia scriptores Est maret foeminae, aut mari foeminae admovere ad intum. Columel. lib. 7. cap. 2. Patruus meus arietes ferros mercatus, quosdam in agros transtulit, & manufactos tactis ovibus admisit.

Admittere marem ad concubitum designatur contumax gallina. Columel. lib. 8. cap. 2.

Admittere venuste ad infitionem transtulit. Plin. lib. 17. cap. 18. Qui ver probant, ab equinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire, i. e. Surculum trunko adjungunt: quod est, arbores inferunt.

Admittere, est & verbum augurale. Nam cuim volatu aut voce faustum omen præbent & ratum faciunt aves, Admittere dicuntur. Plaut. Afin. 2. 1. 11. Imperitrum, inaugauratum est: quovis admittunt aves. Ufus est & Liv. 1. 36. & 4. 18. V. ADDICERE.

ADMISSUS. Partic. Intromissus. Hor. Arte Poet. 5.

Spectaculū admissili rūſum teneatis, Amici.

Idem ac Commisſus, ut Admissa peccata. Lucret. 3. 840. Unde.

ADMISSUM, i. n. [παραγένεσις] pro Delicto. Liv. 25. 23. Non erat colloquii copia: quia multorum animi suspecti omnium curam oculosque converterant, nequid falleret tale admittim. Macer. in 1. 2. D. de Abi-geis, Graviter puniri eorum admisum solet.

Admissio honorem amittere. I. ult. D. de poenis. i. e. ob delictum.

ADMISSIO, onis. f. [ἀρέσκεια] Plin. n. Panep. An quisquam studia humanitatis profefius, non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admisionum tuarum facilitatem? h. e. Quod facile quemlibet admittis ad colloquium. Habant autem veteres, primas & secundas admisiones. Id quod hodie servatur in aulis principum. Sen. de Benef. 6. Non sunt iti amici, qui magno agmine januam pulsant, qui in primis & secundas admisiones dixeruntur. Idem 1. de Clement. Totani cohortem primam interioris admisionis ex adverſariorum castris conscripsit.

Admissionem dare, i. e. Jus ingrediendi cubiculum principis. Plin. lib. 33. cap. 3.

Admissio, idem quod Admissura: nempe Actus ipse admittendi mares foemini. Varro de R. R. lib. 2. cap. 7. Horum factura initium admisionis facere oportet ab equinoctio verno ad solstitium, ut partus idoneo tempore fiat.

ADMISSUS, us. m. Idem quod Admissio. Pallad. 6. 1. Admissu folis maturitatē confulere.

ADMISSIONALIS, m. [ἀρέσκεια] Is dicitur, cuius officium est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutandum. Lamprid. in Alexandre, Salutaretur quasi unus de senatoribus, patente velo, admisionibus remotis.

ADMISSIVUS, a, um. Aves admisiva dicebantur ab Auguribus, quæ consulentem juarent. Fefst. h. e. Quæ id, de quo auspicio capiebatur, approbarent, & addicerent.

ADMISSURA, a. [οὐχία] Tempus & actio ipsa, qua mares gregum admittuntur foeminas, factura causa. Varr. lib. 2. cap. 5. Propter facturam hac observare soleo ante admisuram, menem unum, ne cibo & potionē fē impleant. Sic Admissura tempore apud Plin. lib. 10. cap. 12. Idem lib. 8. cap. 42. de equis, Ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per intervalla admisura dantur.

ADMISSARIUS, [αὐτοῖς, οὐχία, βίαιος] denom. ex Admissis. Admissarius equus, qui ad solem procreandam potissimum servatur. Plin. lib. 28. cap. 15. Sanguis equi, præcipue admisarius. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Et equos emittere incipiāt, nec solum mares quos admissarios habeo, ut Atticus, pinguis in foeminas denas.

Admissarium. Cic. in Pison. 69. pro homine libidinis pervagante posuit, ad omniumque foeminarum libidinem exposito. V. ADHINNO.

ADMISSOR, ōris. scil. Facinoris. Lact. Epit. cap. 4. 1. 4.

ADMODÉOR, ari. Idem ac Moderor. Plaut. Milit. 4. 2. 81. Nequo ris fu me admoderari.

ADMÓDULOR, [τιμωδία] ari. Simul modulari. Claud. Fescen. in Nupt. Honor. & Maria, Od. 2. v. 12.

Et Padus electriferis admoduletur alnis.

ADMÓDUM, [τιμή, ἐξ περισσοῦ] Adv. significat Satis: quasi juxta modum, i. e. Mediocritatem: sicut & contrario, Supra modum, & Praeter modum, Plus quam fatis: Intra modum, Minus quam fatis. Alii pro Valde accipiunt, ut sit intendendi adverbium. Cic. de Senect. 10. Eum colere ceperit non admodum grandem natu.

Admodum in reſponſione, pro Etiam. Plaut. Rud. 1. 5. 9.

Nempe equo ligneo per vias coruleas effit vecte.

p. Admodum. Ter. Phorm. 2. 2. 1. Itane patris aīs conspectum veritum hinc abiisse? g. Admodum. Ubi Donatus, Admodum an- nuendi vim habet, duntaxat modo: & subauditur veritum.

Admodum nihil. Cic. in Bruto 210. Curio literarum admodum nihil

sciebat. h. e. Nihil omnino. Idem lib. eodem. Nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum defit, Demosthenem facile dixerit. Nullus admodum. Liv. Decad. 3. lib. 3. Equeſtris pugna nulla admodum fuit, quia simul inclinatum mediam aciem Numidae Maurique viderunt: extemplo fuga effusa nuda cornua defecrunt.

Admodum videtur pro fere interdum accipi. Plaut. Epid. 1. 2. 2. Atque admodum in eum moerorum atque amorum summam dictavit tibi. Admodum, cum genitivo. Columel. lib. 4. cap. 1. Qnum scrobes defodimus, admodum exigui pulveris viviradicis subſicimus. h. e. Paululum, pauſillum.

Admodum, cum adverbis junctum, elegantem vim habet, & significacionem auget: ut Nuper admodum, pro Nuperrime. Ter. Heaut. 11. 1. Quanquam haec inter nos nuper notitia admodum est. Cic. 4. Acad. Iti philopofhi raro admodum coherent.

Admodum, cum verbis, pro Valde, & mirum in modum sumitur. Plin. lib. 9. cap. 38. Pelagio admodum alligatur. Idem lib. 20. cap. 3. Admodum prodeſt.

ADMONEO, [παραγένεσις] iſc. Plaut. Pseud. 1. 3. 150. Hoc ego oppidum admovere, ut hoc die capiatur, volo. Videtur Plautus more suo fixissi pro Obſidere. [In]mo Oppugnare. Cifel. 2. 2. 5. Quot admo- ni vi fabricas?

ADMOLIOR, itum sum, [παραγένεσις] iſc. Admove: proprie dicitur de rebus magnis aut gravibus, ut Moles & Moliri: ut Admoliri faxum, cui contrarium est, Amoliri. Plaut. Afin. 3. 2. 24. Ubi sacro manus sis admolitus. Curt. Velut de industria rupeſ pœctas admolita natu- ra est.

ADMONEO, vi, itum, [παραγένεσις, φέρειν, παραγένεσις, ἀναπαύσινον] ēre. In memoriam adducere, five Commonefacere. Cic. 1. Att. 8. Ut me locus ipſe admoneceret. Idem 4. Ver. Recte admons.

Admoneri ad aliquid faciendum. Cic. 2. de Divin. 134. Quam multi inopes digni præficio deorum, nullo somnio ad theſaurum reperiendū admonetur?

Admonere ad aurem. Cic. 2. de Fin. 69. Et eam tantum ad aurem admoverent (si modo id pictura intelligi posset) ut caveret nequid perficeret imprudens, &c.

Aliquem verbis alterius. Cic. 9. Fam. 6. Caninius noſter me tuis verbiſ admoni ut scriberem.

Flagello, pro Stimulare, infligare, five id percutiſ fiat, five sola fla- gelli conciſione. Columel. lib. 2. cap. 2. Virg. 10. Æn. 586.

Lucagus ut pronus pendens in verbera telo

Admonuit bijugos. Nonius Percurſi interpretatur.

Admonere de. Cic. pro Lege Manil. De quo vos paulo ante invitus admonui.

Amicilime admonere quempiam. Cic. 7. Att. 25.

Praclare aliquem admonere. Cic. 9. Att. 11. Illud me praclare admons, quum illum video, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquer.

Admonemur multa ostentis. Cic. 2. de Nat. Deor. 166. Multa præterea ostentis, multa in exitis admonemur, multisque rebus aliis, quas diuturnus uſus ita notavit, ut arte divisionis efficeret.

Admonemur multa ab amicis. Plin. 5. Epist. 3. Qui scripta sua recitat, multa a multis admonetur: & si non admoneatur, quid, &c.

Admonitum te illud volo. Cic. pro Cœlio, Illud tamen te esse admonitum volo: primum qualis es, talem te esse existimes. Quod barbare dicitur, Ego uolo ut bene ſcias.

pro Obyviam ire, dicimus. Nam adverfatores Romani Servos ap-
pellant, qui eunt adverfum domino, illumque deducunt & reducunt.
Unde apud Plaut. in Moffl. 4. 2. inducitur servus Adverfatoris nomine,
qui cum Phanifco adverfum it domino suo potenti apud amicum. Ter.
Adelph. 2. 1. pr.
- Non reddit hac nocte a cena Aeschinus?
- Neque fervulorum quisquam, qui adverfum ierant? Ubi Donatus,
Proprie locutus est: nam Adverfatores dicuntur.
- A D V E R S I T A S**, [εὐαλλάς] denom. a nomine Adverfus, a, um; est (ut
sic dicam) Contrafetas ac Repugnantia. Plin. lib. 11. cap. 25. Magna,
inquit, putatur esse scorpionibus adverfitas cum Stellionibus. h. e. Stel-
liones & scorpiones creduntur sibi invicem adverfari, contrariaque ac in-
feſti esse.
- A D V E R S I O**, onis. Inde sunt locutiones illae, Adverfione emere, vendere,
conducere, locare. V. A V E R S I O.
- A D V E R T O**, ti, fum, [εὐαλλάς] ère, est Aliquo (h. e. Ad aliquid) ver-
tere. Cui contrarium est, Avertere. Veteres per oſribunt Avertere.
Advertere se aliquo. Terent. Eun. 2. 3. 50. Illa ſeſe interea commodum
huc advertere. In hanc noſtram platecam.
- Advertere urbi agmen. Virg. 12. Ann. 55. i. e. Contra urbein, ait
Servius. Sic Adverti Oriente, & familia. Columel. lib. 3. cap. 12. 6.
Ut in locis frigidis meridiana vineta ſubſiantur: tepidis Orienti ad-
vertantur. h. e. Vertantur ad Orientem.
- Advertere [εὐαλλάς] per metaphoram pro Animadvertere, attendere,
& quafi obſervare. Ter. Heaut. 4. 1. 44. Non adverti primo.
Animum advertere, pro eodem. Ter. Eun. 3. 1. 7.
Animum advertere, pro Intelligere. Ter. Phorm. 5. 7. 16. Postquam
tantopere id vos velle animum adverteram.
- Advertere animum hac, pro Vertere animum ad hæc. Lucret. lib. 2. 124.
Hoc etiam magis hac animum te advertere par est
Corpora, &c.
- Advertere, sine adjecto, pro Intelligere. Plin. lib. 8. cap. 10. Haufa
hirudine, quam vulgo faungulugine copifice appellari adverto.
- Advertere animum, aliter præterea dictum, pro Diligenter obſervare
atque curare: & aliquando pro Attendere ad ea quæ dicuntur. Liv. 4.
45. Adverterem animos ne quid novi tumultus Labeis oriretur.
- Animo, Diligenter confidere. Plin. lib. 22. cap. 1. Evidēt & forma
gratia, ritusque perpetui in corporibus suis aliquas exterarum gentium
uti herbis quibusdam, adverto animo. Quod Cicero dixit, Animad-
verto. Multa Plini exemplaria habent, Animum.
- Aliquid graviter. Ter. Heaut. 3. 3. 9. Diligenter adverte de librii.
Cic. 4. Att. 4.
- Advertere, impersonaliter. Cic. 1. Fam. 1. Nam advertebatur Pompeii
familiares affentire Volcatio. Lamb. Advertebantur.
- Advertit hominem res intigniores, aut nove, aut admirandæ. Plin. 1.
Epist. 10. Multa in Euphrate fi eminent, & reluent, ut mediocriter
quoque doctos advertere & adſciant. Loquuntur de Euphrate quodam ſue
atatis philofopho, & in nonnullis exemplaribus eft, Vertant, h. e. Atten-
tores faciant ad confiderandum, & quafi in admirationem convertant.
- Adverte aliquem ad aliquid. Sil. Ital. lib. 16.
- Illum ego ad incenſas trepidantem & ſeva paventem
Advertam patria fedes.
- Animos monitus. Ovid. 15. Met. 140.
Animos ad religionem. Lucret. lib. 3. 54.
Animum levitatis. Tacit. 13. Ann. 49.
Aures ad vocem. Ovid. 1. Faſt. 179.
Aures monitus. Propert. 1. 1. 37.
Aurem fabulis. Marcial. 6. 64.
Curſum aliquo. Ovid. 3. Met. 636.
Mentem. Virg. 8. Ann. 440.
Numen Iuſibus. Ovid. 2. Trift. 223. ad Augustum Cæſarem.
Oculos. Plin. in Paneg.
- Pedem ripa. Virg. 6. Ann. 386.
Vultum aliqui rei. Ovid. 8. Met. 482.
Duri, i. e. Gravius coēcere. Tacit. 3. Ann. 52.
In aliquo, pro Animadvertere, five Punire. Tacit. 5. Ann. 9. Placi-
tum pothac ut in reliquos Sejanii liberos adverteretur.
- Adverte, ſtabaudi Proram vel Navem, i. e. Appellere, advenire. V.
Drakenb. ad Sil. 1. 288.
- A D V E R T E N S**, entis, i. e. Animadvertere. Ovid. 14. Met. 270.
— adverterns penſas examinat herbas.
- A D V E R T O R**, V. in activo.
- A D V E S P E R A S C I T**, [εὐαλλάς] Instar vesper. i. e. Vespertinum tem-
pus. Et eft de verbis qua Grammatici dicuntur Exemptæ actionis. Ter.
And. 3. 4. 2. Jam adverſeprefcit. Plin. lib. 7. cap. 52. Deinde quum ad-
verſeprefcit. Cic. 4. Ver. 147. Quam jam adverſeprefcit, diſceſimus.
- A D V I G I L**, [εὐαλλάς] Diligenter vigilare, & per translationem,
Aliui rei incumbere, operam dare. Ter. And. 4. 1. 50.
— nam fatis credo, fi advigilaveris.
- Ex unis geminas mihi conficieſ nuptias.
- Heus tu, advigila. Plaut. Ad significat intentionem & eſt επινο-
υσις, ut in Adamare, H. St.
- Si advigilamus pro re dignitate. Cic. de Petit. Conf. 44.
- Advigilare ad aliquid. Cic. 2. de Legib. 29. Ei colenda virgines pra-
ſint, ut advigileſ facilius ad custodiā ignis. h. e. Diligenter vigiletur
juxta ignem, non extinguitur.
- Alicui Tibul. 2. 6.
- Advigilantia pila ſomnis regum. h. e. Regibus dormientibus. Stat. 1.
Theb. 147.
- Non impacatis regum advigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ſerti itatione gementes
Excubia.
- A D V I V O**, [εὐαλλάς] Idem quod ſimplex Vivo, fed eft verbum rarifimum.
Plin. lib. 15. cap. 18. Eadem autem fortuito ſatu adviuit in medio foſo.
Sic legit Hermolaus, cum alia exemplaria habeant. Vivit. Scavola in I.
Alumne. D. de adim, leg. Et alibi in Pandect. frequenter. Inſcriptio
- vetus apud Gruterum, p. 1145. n. 8. CONIVGI CVM QVO ADVI-
XIT SINE QVERELA. Et p. 1115. n. 8. ADVIVENTE EO.
- A D U L A S**, [Ἄδουλος] Mons Germanie, qui Alpibus Rhæticis five monte
Sancti Gotthardi ab ortu conſuetum, continentis quidem jugo: ut Alpium
vel brachium vel maius coru dicunt queat. Adyas vocatur Alciato, quasi
Inaccetus. V. Rhæticæ Alpes, In RHÆTIA, & ſupra ADVALLAS.
- A D U L I S**, [Ἄδουλος] Civitas Rhætopia, quæ & Patos inſula dicuntur. Oppi-
dani dicuntur ADULIPI. V. Stephan.
- A D U L I T O N**, Αδουλιτον Peſtomeo, Oppidum eft maximum in Troglo-
dytarum regione, five ea Rhætopia parte, quæ ſub Egypto ad mare ſpe-
cet, communè Rhætopum & Troglodytarum emporium, a feris, qui
a dominis proſugrarent, conditum, unde & nomen habet, ut indicat
Plin. lib. 6. cap. 29.
- A D U L O R E**, [Ἄδουλος] θυμία, θυμία, θυμία, θυμία] ari. Affentari. Adulatio,
inquit Nonius, eft Blamument propriæ canum: quod & ad homines
træcum confuetudine eft. Valla lib. 5. 56. Adulari, eft Infervire & cap-
tare, ut favorem emerearum quoque modo, vel voce, vel getu. Eſtque
træcum δέσμος, quod eft leuus. Et fane Adulari, ferile eft,
non liberale & ingenuum. Sed ab Alludendo, vel ab Accedendo & lu-
dendo duci, Feflo placet; ibidem Dacerius monet in MSS. legi Adol-
lari pro Adollari, ut fit quafi Ad ollam ire, ollam fecari, quod Para-
fitis folenne. Ovid. 14. Met. 46.
- Agmen adulantium media procedit in aula.
Aperte adulantem nemo non videt. Cic. in Lælio 99.
- Adulari aliquem. Cic. 2. de Divin. 6. Adulatus fortunam alterius. Colu-
mel. lib. 7. cap. 12. de canibus, Illi quoque furem adulantur. Cic. 1.
Off. 91. Cavendum eft, ne affentatoribus pafefaciamus aures, nec
adulari nos ſinamus. Quod quidam paſſive dictum putant. Non de-
ſunt tamen qui active.
- Adulari aliqui. Quintil. lib. 9. cap. 3. Verborum vero figuræ & muta-
tæ ſunt ſemper, & utquæ valuit conſuetudo, mutantur. Itaque ſi
antiquum fermonem noſtro comparemus, pene jam quicquid loquimur,
figura eft: ut, Huic rei invide, non ut omnes veteres, & Cicero
principie, hanc rem: &, Incumbere illi, non in illum: &, Plenū
vino, non vini: &, Huic, non hunc Adulari, jam dicunt: & mille
alia: utinamque non pejora vincant. Quo loco Quintil. dictiōnēs Ci-
ceronianæ ſe valde negligentē ostendit. Totum ſiquidem contra eſe
horum verborum exempla in hoc opere demonſtrant.
- A D U L O**, Vetus dictum pro Adulari. Cic. 2. Tufc. 24.
Tum Jecore opimo farta, & fatiſa affatim,
Clangore fundit vatum: & ſublime advolans
Pinnata cauda noſtrum adulat fanguinem. i. c. Detergit & palpat.
Turnebus. Lucret. lib. 5. 1072. de canibus.
Longe alio pacto gammiti vocis adulant.
Adulandi libido. Tacit. 4. Hiſt. 49.
- A D U L A T R I O**, onis. f. [Ἄδουλα] Cic. 2. de Nat. Deor. 158.
Canum vero tam fida cutodia, tamque amans dominorum adulatio.
Adulatio, in altero significati. Cic. in Lælio 91. Nullam in amicitiis
peſtem eſt huius, quam adulatōnem, blanditiis, affentationem.
Abſurdā adulatio. Tacit. 3. Ann. 47.
Feeſtissima adulatio. Tacit. lib. 3. 57.
Feeſis aduleris Neronem adulatōnibus. Idem 15. Ann. 59.
Glicens. Tacit. 1. Ann. 14.
Indecora. Suet. in Auguft. 3. 4.
Quæſitor adulatio, h. e. Exquisitor. Tacit. 3. Ann. 57.
Segniſ. Tacit. 1. Hiſt. 36.
Trifli Adulatione aduleris ſuperiores. Tacit. 11. Ann. 21.
Adulatio in aliquem. Tacit. 1. Ann. 13. Multa patrum & in Auguftam
adulatio.
- Semper magna fortuna comes adeſt adulatio. Paterc. lib. 2. 102.
Adulationem induere. Tacit. 5. Ann.
Demitti in adulatōnem. Tacit. 14. Ann.
Lapſos in adulatōnem cohiebat ipſe. Tacit. 4. Ann. 6.
- A D U L A T O R**, [Ἄδουλος] Affentari. Qui ſebo amore, & obſequio,
gratiam ac favorem captat: eft igitur Adulatōri contrarius Amicus verus:
nempe qui nihil ſimilat apud eum quem amat, fed libere & ex animo
facit ac dicit omnia. Adulatōr, homo levius atque tallax, ad volunta-
tem facit ac dicit omnia, nihil ad veritatem. Ex Cic. in Lælio 91. extr.
Ubi tamen h. v. non uitur. Sed ad Herenn. 4. 29.
- A D U L A T O R I U S**, Adj. [Ἄδουλος] Tacit. 6. Ann. 32. Vitellius formi-
dine C. Cæſaris, familiariter Claudiu, turpe in fervitum mutatus,
exemplar apud poſteros adulatōri decoris habetur.
- A D U L A T R I X**, icis. [Ἄδουλη] Quæ adulari ſolet. Treb. Poll. Claud.
C. 3. ext.
- A D U L A T U S**, a, um. Partic. i. e. Humi proſtratus. Val. Max. 4. 7.
ext. 2. Mater Dari more Perſarum Ephetionem adulata. conf. Eund.
6. 3. ext. 2.
- A D U L A T U S**, ſis. m. Glosſ. Vet. Adulatus, θυμάτιος.
- A D U L A T O R C U L U S**, i. m. dimin. Parvus adulatōr. Cathol.
- A D U L A T O R I E**, Adv. Auguft. Epift. 148. pr. Si perfunctorie atque adul-
atōri res agatur. conf. Nonius 1. 203.
- A D U L A T U S**, altud Adv. Fulgent. Conſin. Virg. p. 153. Vanæ laudis
appetitus falſa adulatōr ingeffa, velut propria reputat.
- A D U L A T I B I L I S** & e., Qui blanditiis moveri potest. Ennius apud Nonium
2. 669. Huic eft animus propitabilis, ita & adulatibili. Sic, Adulabi-
lis ſermo, ſententia, Amian. 14. 11. & 31. 12. in Valente & Gratiano.
Vicit tamen funesta principis definatio & adulatibili quorundam ſenten-
tia regiorum. H. St.
- A D U L T E R**, éri. [Ἄδουλος] Unde feminum Adultera. Feſtus, Adul-
tera & Adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt.
Adulter in aliqua. Tacit. 3. Ann. 24.
- Adulter omnium cubicularium. Cic. in ſallust. 21. Tu omnium menſarum
aſſela, omnium cubicularium in prima artate pellex, & idem poſta
adulter.
- Callidus adulter. Ovid. 1. Amor. 10. 4.
- Dardaniſ, h. e. Paris. Virg. 10. Ann. 92.
- Fraternus, h. e. Thyeſes, qui cum Merope fratris ſui Atrei uxore adul-
terium fecit. Stat. 5. Sylv. 58.
- Nitidus, i. e. Comptus. Flor. 3. 24. 20.
- Nocturnus. Hor. 3. Od. 16. 4.
- Obſcenus. Claud. de Bell. Gild. 15. 156.

Secretus. Juven. 6. Sat. 236.

Abditus interca latet, & secretus adulter.

Sororis adulter Clodius. Cic. pro Sext. 39.

Temerarius. Ovid. 2. Faſt. 335.

Adultera alicuius. Ovid. 10. Met. 346.

Tunc eris & matriſ pellex, & adultera patris?

Clavis adultera. Ovid. 3. de Arte Am. 46. 3. V. ADULTERINUS.

Conjux. Ovid. 3. Amor. 4. 37.

Mens. Ovid. 3. Amor. 4. 5.

Turpis. Ovid. 13. Epift. 133.

Virgo. Ovid. 6. Epift. 133.

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo. Virgo, ad Aetatem referitur.

Adulter, per synecdochen specie pro genere, pro Amatore. Hor. 1. Od. 33. 9.

Quam turpi Pholoē peccet adultero. Sic alibi ſaep. Ovid. 2. de Arte Am. 637.

— cum nominis extat adulter, i. e. Qui per mendacium gloriatur de amoris feminis.

Adultera, dictum de brutis. Plin. lib. 8. cap. 16. Odore pardi coitum fentit in adultera leo, totaque vi confurgit in prenam.

ADULTERO, onis. Idem quod Adulter. Citat Luberium Nonius, quem ſiquis legeret, ut ille ait, voluerit, ibi inveniet, & fidem noſtram ſua di- ligentia adjuvabit. V. & Gell. lib. 16. cap. 7.

ADULTERIO, [αὐτερίῳ] are. Verbū a nomine Adulter derivatum: Adulterio stuprare. Suet. in Aug. cap. 67. Adulterare matronas. Abſolute Cic. 1. de Legib. 43. Latrocinari, adulterare, teſtamenta ſupponere. Hinc per metaphoram pro arte aliqua quidpiam pro vero adulterare, atque ita rem hincaram corrumperē. Plin. lib. 12. cap. 7. Piper longum faciliſſime adulteratur Alexandrinō ſinapi. Cic. pro Rofe. Com. 17. Adul- terare tabulas.

Adulterare rebus exteris. Plaut. Bacchid. 2. 3. 34. Ubi interpres, Adul- terare rebus exteris. i. e. Fraudem inſicere rebus alienis.

Adulterare, per translationem dictum: ut, Adulterare judicium, pro Corruſcere. Cic. de Amicit. 94. Quum autem omnium rerum ſimilitudine eft vitiosa (tollit enim judicium veri, idque adulterat) tum amicitiae repugnat maxime.

Jus adulterare pecunia. Cic. pro Cæcīn. 73. Quod enim eft jus civile, quod neque inſecti gratia, neque perfringi potentiā, neque adulterari pecunia poſlit?

Naturam. Cic. in Partit. 90. Voluptas naturam boni fallaciter imitando adulterat.

Rationes domini adulterare. Ulp. I. 1. in fin. ff. De ſervo corr. Vel actori ſuſit, five verbis, five pretio, ut rationes dominicis intercederet, vel adulteraret, vel etiam ut rationem ſibi commiſſam turbaret.

ADULTEROR, paſt. ari. Hor. Epop. 16. 31.

Mirus amor, juvet ut tigres ſubſidere cervis,

Adulteretur & columba milvio per adulte- rium ineat.

ADULTEROR, [αὐτεροῖς] ari. dep. Adulterium committere. Cic. 1. Off. 128. Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe eft, fed dicitur non obſcene. Al. Adulterare.

ADULTERATA, h. e. Adulterio ſuprata. Suet. in Cæſ. 48. Libertum gratiſſimum, ob adulterat equitis Romani uxorem (quanquam nullo querente) capitali poena affecit.

Adulterate reliquie Gallorum, i. e. Alienā gente mixta. Flor. 2. 11. 3.

ADULTERATUS, [αὐτεράτος] Partic. Quod aliena rei admittione cor- ruptum eft. Alio nomine Falsum etiam a Plinio dicitur. Huic opponi- tur Sincerum. Laferptum adulteratum gummi. Plin. lib. 19. cap. 3.

Adulteratus nidus. Plin. lib. 10. cap. 9.

ADULTERATOR, oris. Idem eft quod Corruptor & Depravator: ut,

Adulteratores moneta in I. aut facta. in fin. D. de poenis.

ADULTERATRIX, icis. f. Adulteria. Glosſ. Vet. παρούση, Adulteratrix.

ADULTERATIO, onis. f. Glosſ. Cyilli, Adulteratio παρούση: ſicut ibidem Adulterator παρούσης eft, legitur etiam in Lemmatiſ Plini- nis, quae post prefatione loco primiſ ſubſiuntur, ad lib. 12. n. 20. in odoribus aut condimentiſ dicuntur Adulterationes.

ADULTERINUS, [αὐτερίνος] Adj. Quod pro vero affimulatum eft: ut

Adulterium ſignum: i. e. Alieno anno factum, inquit Feſtus. Cic. pro Client. 41. Testamentum in alias tabulas transcriptum, ſignis adul- teriniſ obſignavit.

Adulterina moneta. V. MONETA.

Adulterinum ſymbolum. Plaut. Bacch. 2. 3. 31. — inſit dicere,

Adulterinum, & non cum eſſe ſymbolum. i. e. Signum. Feſtus,

Nummum adulterinum, & Clavem adulterinam dicimus: vulgus dicit

Falsus nummus, Falsa clavis, &c. Cic. 3. Off. 91. Si sapiens adulteriniſ numeros accepit imprudens pro bonis.

Adulterinum, interdum dicitur quāl Ex adulterio procreatū. Plin.

lib. 10. cap. 3. Et ſi coniument humectantemque animadivertit: pra- cipitāt et nido, velut adulterum & degenerem. Lōquitur de aquila pullo.

ADULTERIAS, pro Adulterio a Luberio nimis licenter dicitum, teſte Gellio lib. 16. cap. 7.

ADULTERIUM, [παρούση] a nomine Adulter, Genus eft criminis. Pa-

piniāns in l. 6. §. 1. D. ad leg. Julianam de adulter. Lex Julia ſtuprum &

adulterium promiſue και την παρούσην appellat: Sed proprie Adul- terium in nuptiā committrit, propter partum ex adulterio conceputum,

composito nomine: Stuprum vero in virginem viduamne committit: quod Graci φέρειν την παρούσην appellat. Hanc Papiniā definitionem

Valla lib. 6. cap. 45. approbat: illud tamen addens, Legem Julianam re- cete haec duo promiſue appellat: non quod omne ſtuprum fit adul- terium: sed quod omne adulterium fit ſtuprum.

Adulterium, per metaphoram dictum. Plin. lib. 9. cap. 40. Juvatque

Indere impendio, & lufus geminare miſcendo iterum, & ipsa adulteria-

re adulteriū nature: ſicut teſtudines tingere, argenteū auro conſun-

dere, ut electra ſiant: addere his era, ut Corinthia. Eadem ratione

dicuntur arborum adulteria, h. e. inſiſiones. Idem lib. 17. cap. 1. 8.

Ob hoc inſita & arborum quoque adulteria excogitata ſunt, ut nec

poma pauperibus naſcentur.

Adulteria mercis. Plin. lib. 19. cap. 3. Ad mercis adulteria ſuccum

ipſum, in vaſa confeſſum, admixto furſe, ſubinde conſuſiendo,

ad maturitatem perducebant. Alibi Fraus ab eodem dicitur.

Labes adulterii. Ovid. 3. Am. 5. 44.

Fœdum matris adulterium. Ovid. 8. Met. 156.

Impurum Catull. de cona Beren. 84.

Obſcenum. Ovid. 2. Trift. 212.

Sordidum. Liv. lib. 1.

Turpe. Juvenal. 11. Sat. 175.

Cogere adulterium. Ovid. 2. de Arte Am. 367.

Cogis adulterium dando tempusque locumque.

Committere. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Committere in aliquam ſteminam. Ulpian. in l. 1. §. si quis. D. de offic. praefect. urb. Si quis ſervum ſuum adulterium commiſſile dicat in uxo- rem ſuam, apud praefectum urb. erit audiendus.

Facere adulterium malum cum aliquo. Catull. ad Januam 37.

Inire adulterium. Pater. lib. 2. P. Clodius infantis etiā fororis ſtupro, & actus incerti reus, ob initum inter religiōfissima populi Romani fa- cra adulterium.

Adulterio nobilitatis. V. NOBILIS.

Adulterias calata vaſa. Plin. lib. 14. cap. 22. i. e. in quibus calata ſunt adulteria.

ADULTUS, V. ADOLESO.

ADUMBRO, [ἀδυμβρός] are. Umbra exhibere, five Umbram tegendo facere. Columel. lib. 5. cap. 5. Sub ortu canicule palmis tegetibus vineas adumbribat.

Adumbrare eft Pictorum verbum, & quadantenus aliqid deformare & exprimere significat: non prius tantum linea, velut vulgo interpretan- tantur, circumſcribere, live delineare. Nimirum Adumbratio Latinis, quod οὐαγέρει Greici dicunt: Adumbratio οὐαγέρει. Atque Scia- graphia non eft linearia, qua Ichnographia & Orthographia abſolvi- tur; fed eft, que addit umbras, & oculis non modo linea exhibet, ſed explicatiōes etiā rerum ſpecies ſubjicit, ut Bernardus Baldi ſe re- cete interpretatur. Nempe Pictores primum lineamenta ducunt future imaginis (hac Ichnographia eft) deinde inducent colores, qui aduent umbram, atque hic paulo exprefſiore ſpeciem exhibent, non tanen perfectam. Itac Adumbratio igitur eft, cui poleta accedit manus ultima: cum omnia ad exactam elegantiam ac venitatem explouſuntur. Et hanc ob cauſam Aristoteles Rhetor. 3. 12. genus dicendi, quo in delibe- rativis cauſis utimur, οὐαγέρεις comparat, & Illi ide, que in de- monſtratiōne genere adhibetur, opponit. Hoc enim ut omnium accura- tiſſimum & ornatiſſimum vult; ita illud, ſi exquiſitum minus excul- tum que fit, maxime probat. Quintil. 7. 10. Nam qui pictor omnia, que in rerum natura ſunt adumbrare didicit? Sed percepta ſenſe in in- diatione, alſimilabit quicquid accepit. [Sane videlicet Veteres pictum an- οὐαγέρεις h. v. intelligi voluisse; Sculptura enim exprefſis Adumbratis op- ponunt imagines. Ceterum de Scigraphia notione alter Graec. ad loc. Cic. pro P. Sulla, qui inſra legitur, Athenag. Apolog. p. 19. ed. Stei. h. Unde conat id vocabulum Veteres de Monogrammo quoque picturam pro- prię uti purpura, que nullas umbras exhibet, quicquid V. C. cuius verba ex Lipiensi Thes. huc deſcripta fuerunt, opinatur.

Adumbrare & Exprimere, contraria. Cic. pro Caelio 22. Permuta ma- ximā non exprefſa ſigna, ſed adumbrata virtutum.

Idem 3. Tuſ. 3. Eft enim gloria ſolidā quedam res & exprefſa, non adumbrata. [Conjugit tamen utrunque v. tanquam Synonyma Quintil. Decl. 10. 11.

Adumbrare, pro Imitari. Cic. 3. de Orat. 16. Idipſum ſumus in eorum fermonē adumbrare conati.

Imitari atque adumbrare. Cic. 2. de Orat. 194. Quare nolite exiſtimare meipsum, qui non heroum veteres cauſis factosque lucis vellem imitari atque adumbrare dicendo, &c.

Adumbrare morem alicuius. V. M. O. S.

Res ficta & adumbrata. Cic. de Amicit.

Adumbrare, quavis ratione quidpiam affimulare. Cic. 3. Verr. 77.

Adumbratus publicanus, i. e. Cuius nomen teget, & obumbrat Prä- toris redemptum: qui quum ipſe revera publicanus eft, nomine Ἀ- ffrontioris accommodato utebatur. Hac Budeus. Cic. pro Domo ſua, 80.

Quod ſi non fuit, quid te audacius, qui eius nomen incideris? quid de- speratis, qui ne clementiōe quidem potueris authorem adumbrare nō- hincorem?

Comitia adumbrata. Cic. 2. contra Rull. 30.

Dii adumbrati. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Cedо mihi iſtorum adumbrato- rum Deorum lineamenta atque formas.

Indicium adumbratum. Cic. pro Sulla, 52. Sed quoniam Cornelius ipſe, etiam nunc de indicando dubitat, ut dicitis, informat ad hoc adumbratum indicium, filium.

Intelligentia. Cic. 1. de Legib. 59. Quoniam principio rerum omnium quāli adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit: quibus illuſtrat ſapientia duce, bonum virum, & ob eam ipſam cauſam cernat ſe bea- tum fore.

Lætitia. Tacit. 4. Ann. 31. 2. h. e. Fiſta & ſimulata lætitia non vera.

Opinio virtutis. Cic. 5. de Fin. 69.

Suffragia. Cic. de Lege Agr. 31.

ADUMBRATIO, onis. f. [ἀδυμβράτης] Cic. de Perfect. Orat. 103. Nulla eft enim illo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non fit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. h. c.

Rei veræ ſimiilitudo ac repræfentatio.

ADUMBRATIM, Adv. [ἀδυμβράτης] Subobſcure, non aperte. Lu- cret. lib. 4. 363.

Non tamē ut coram que ſunt, vereque rotunda,

Sed quāli adumbratim paulum fulmata videntur.

ADUNCUS, [ἀδυνκτός] Adj. Proprie dicitur, Quod quāli ad nos h. e. ver- ſus ſuos) uncum live incurvum eft: quale eft, Aquila roſtrum, & canum, leonum, limiliumque unguis. Hic opponitur Reduncus. Liv. 1. 18. Dextra manu baculum fine nodo aduncum tenens, quem item appellaverunt.

Cic. pro Client. 180. Se nuper in auctiōne quadam vidisse in rebus mi- nutis aduncum ex omni parte dentum & tortuosam venire ferrulam.

Aratrum aduncum. Ovid. 2. Met. 286.

Arcus. Ovid. 4. Epift.

Corpuſcula curvata, & quāli adunca. Cic. 1. de Nat. Deor. 66.

Cymba. Ovid. 1. Met. 290.

Dentes aprorum. Ovid. 10. Met. 550.

Falx. Ovid. 14. Met. 628.

Ferrum. Ovid. 9. Met. 128.

K 3

- Hamus. Ovid. 13. Met. 934.
 Naris. Lucan. lib. 2.
 Naso adunco aliquem suspendere, Spernere, subfannare, fastidire, irridere. Acron. Hor. 1. Sat. 6. 5.
 Os. Ovid. 12. Epist. 16. — oraque adunca boum.
 Pedes aquile. Ovid. 6. Met.
 Praepes Jovis adunca. h.e. Aquila. Ovid. 6. Fast. 196.
 Puppis. Ovid. 14. Met. 550.
 Rostrum avis. Plin. lib. 11. cap. 37. Et acuta volucribus rostra, eadem rapto viventibus adunca.
 Ungues. Cic. Tusc. 24.
 Vomer. Ovid. 2. Fast. 295.
- A D U N C I R A S**, Ipsa (ut sic dicam) incurvitas, ut Aduncitas rostri. Plin. I. 8. c. 27. & l. 12. c. 49. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Rostrorum aduncitate.
- A D U N I C A T E**, Populi in Gallia Narbonenii commemorantur a Plin. lib. 3. cap. 4.
- A D U N D O**, arc. ap. Marcellini. I. 31. p. 516. Franci. nisi est error pro Abundare. H. St.
- A D U N O**, [ivis] are. In unum cogere, & quasi Conglobare, verbum rarifex lectum.
- A D U N A T U S**, a, um. Plin. I. 19. c. 2. de Sparto. Vulsum fascibus in acero adunatum biduo. Sed Hard. ex MSS. edidit Animatum. q.v. D. dec. ex duobus MSS. profect. Vmmatum. Forte Viminatum, si commate post Vulum, distinguens. V. 1.
- Sæpe hoc participio Justinus usus est: ut 7. 2. 12. Adunate gentes variorum populorum. Et 15. 4. 22. Adunatis omnium sacerdotiorum copiis. Item 24. 1. 5. Adunato exercitu, &c. Adde Borrich. Cogit. p. 40. sic & Pallad. 4. 10. extr. Germene adunatum. Gloss. Gr. Lat. πορθητικός τε μέγας, Adunatus in tabula. Si Nonio 4. 10. credimus, ipsi etiam Ciceroni Off. 3. c. 8. vindicanda vox est, ubi scriptio dicitur: Et si tum animum attenditis, turpitudinem video adunatum, &c. sed Adjunctam hodie ibi legimus.
- A D U N A T O**, onis. f. apud Cypr. Epist. 57. 1. extr. Epist. 61. 1. sive Oxon. Edit. Epist. 46. & 62.
- A D V O C O**, [αρχοντίαι, επανάσ, περινέμω] Generaliter est Arcessere: Proprie autem ad Jus pertinet, & significat Homines vel patrociniū, vel consilii, vel testimoniū causa convocare. Hotoman. Ter. Phorm. 2. 1. 83. Amicos advoco, ad hanc rem qui aduent. Cic. pro Quintio 5. In his, quos tibi advocati, viris electissimis civitatis. h. e. Quos tibi afferentes, & in iudicando vocati adiutores, quos in consilium adhibui. Pomponius in I. si procurator. D. Rem ratam haber. In id committitur stipulatio, quod interfit agentis. Et ideo sapientis ex ea stipulatione agi potest, prout interfit agentis in eo quod litigat, quod consumit, quod advocat, quod damnatus solvit. Advocat, h. e. Advocatos arcessit.
- Advocor causa. Quintil. lib. 11. cap. 1. Etiam in iis causis quibus ad vocamus, earum differentia diligenter est custodienda.
- Advocare ad consultandum, aut ad aliud agendum, idem significat quod simplex Vocare. Cic. 12. Att. Nam quod non advocavi ad obsignandum, primum mihi non venit in mentem.
- Ad concionem, pro eo quod est, Vocare ad concionem. Nam sine praepositione proprie dicimus, Advocare concionem. Liv. 4.
- Concionem. Cic. 5. Verr. 185. & de lege Agr.
- Consilium. Cic. in Vatin. 15.
- Animum ad seipsum. Cic. 1. Tusc. 75. Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, i. e. a corpore, quum a re familiari, quae est ministra & famula corporis, quum a republica, quum a negotio omni sevocamus animum? Quid, inquit, tum agimus, nisi animum ad seipsum advocabamus, secum esse cogimus, maximeque a corpore abducimus?
- Advocare, Advocati officio fungi. Sen. lib. de Brevit. Vita cap. 2. Hic advocat, hic adest, ille perilitatur, ille defendit, hic judicat. Omnes illi, qui te fibi advocant, tibi abducunt. Idem c. 7. de Brev. Vit. H. Sc. [Verum non qui Advocat officio Advocati fungitur, sed qui Adest potius. Aliquem contra alterum, Cic. pro Quintio, 71.
- In consilium. Cic. Frag. Ep.
- In consilia. Quintil. lib. 3. cap. 10.
- In cœtum. Virg. 5. Æneid. 44. In cœtum advolare focios.
- Advolare artem. Cic. 4. Acad.
- Advocatur India in eo cibi genere. Plin. lib. 15. cap. 26. Inque alio cibi genere India advocatur, in alio Ægyptus.
- Artes advocate. Ovid. 7. Met. 138.
- Enses. Sil. Ital. 17.
- Ergo aper monitis frustra nitentibus enses
Advocat. i. e. Poficit.
- Genus in plantum. Sen. Herc. OEt. 1862.
- Sacramentum in alicuius nomen. Tacit. I. Hist. 55. In Senatus populi Romani oblitterare jam nomina, sacramenta advocabant. h. e.
- In s. p. Q. R. verba jurabant.
- Ventos. Stat. lib. 1. Achil. 219.
- Vires omnes. h. e. Totis viribus conari. Sen. Medea 7.
- hoc age: omnes advoca
Vires, & artes.
- Advocato, Provocato, teste Nonio. Lucil. lib. 29. Amicos hodie cum improbo illo audivimus Lucilio advolare.
- Advocari agro, h. e. ad agrum. Ovid. de Remed. Am. 110.
- Advocare, pro Allicere. Plin. I. Epist. ult. Tranquilli mei itomachum multa sollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas ville, modus ruris, qui advocet magis quam dirigitur. h. e. Qui delectet magis quam occupet. Alii legunt Avocet: interpretanturque, Acuris urbanis removeat. [Recius. V. A v o o .]
- A D V O C A N S**, antis. Vulg. Int. Matth. 18. 2. Advocans Jesus parvulum fratribus cum in medio corum.
- A D V O C A T U S**, [αρχοντίαι, περινέμω] Qui defendit alterum in iudicio, aut Patronus dicitur, si orator est: aut Advocatus, si aut suis fugerit, aut praefaciens suum commodat amico: aut Procurator, si absentis negotiorum iuficetur: aut Cognitor, si praeficiens causam novit, & sic tuetur ut iustum. Ascon. Ped. in Divinat. 11. Cic. 7. Fam. 14. Quod si scribere oblitus es, minus multi te advocate canfae cadent. I. e. te confitulo. Solebant enim Clientibus suis & scripto & verbis cavere Jcti, in quibus Trebatius iuit. Alioqui Advocatorum opera que fuerit, & quomodo litigantibus adesse conveverint pulcre vides in Tercenii Phormione expellenti act. 2. Sc. 2. Quintiliani denunci ac Plini Junioris temporibus ad Patonos vel Caufarum actores id nomen tenet translatum.
- Advocatus, ait Villa l. 4. Quicunque id est alteri in causa, offici maria, Advocatus appellatur, etiam si nihil dicat neque agat, sed qui tantum pa-
- ratus sit defendere. Ter. Eun. 4. 6. 25. Volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac. Cic. pro P. Sylla 81. Consul de pecuniis repetendis Adicatu fuit advocatus.
- Advocatus, pro Patrono, seu Caufidico, sive pro Eo qui causam agit, Ulpian. I. 1. D. de var. & extraor. cognit. Advocatos accipere debemus omnes omnino qui causis agendis quo studio operatur. Atque his caufidum actoribus honorarium feu merces sua solvebatur. V. Ulpian. itemque Torrent. ad Sueton. Ner. c. 17. Quintil. I. 12. c. 1. Frequenter autem accidit, ut iis etiam vera centibus dies defit: videaturque talis advocatus, multa caufa argumentum. Aliquotus post, Non enim forenem quandam instituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (ut aperioribus verbis parcamus) non inutili fane litium advocatum, quem denique caufidum vulgo vocant.
- Advocatus alto cuiusdam. V. A S T O .
 Per advocatingum defendi. V. D E F E N D O .
 Advocatus eo, aut venio amico. Cic. 1. Off. 32. Ut si constitueris te cuiusdam advocatingum in rem praefente effe venturum.
- Invoke advocatingum ad caufam defendandam. Cic. 2. de Orat. 196.
- Advocatum Plautus pro Teste rogato accipit in Poen. 3. 6. 11. Factum a bovis comite, bonam dedidit Advocati operam mili. &c. Verba sunt Agoraflostis ad testes quos advocaverat in Lycum lenonem, quos in primo hujus scena verbi disterre testes vocat. Sed & in superiori scena 20. Lycus Agoraflostis ex aliquid. L Y C .
- Malus es, captatum me advenis cum testibus:
Tuorum apud me nemo, nec quicquam tui. A G O R A .
Memento illuc advocati. A D V O C .
Meminimus.
- A D V O C A T U S**, a, um. ut, Advocatum consilium amicorum, Curt. 6. 8. 1. Advocata concio, Nepos, 7. 6. 4. & Justin. 2. 8. 8. Quis Deus tibi non bene advocatus? Catul. 41. 3.
- A D V O C A M E N T U M**, i. Advocatio vel Remedium ut, Venia advocatingi Plin. 5. Epist. 10. Sed meliores libri Advocandi.
- A D V O C A T I O**, onis. f. [αρχοντίαι, περινέμω] h. e. Advocati officium, aut etiam Patrocinium quod nobis afflertur ab eo. Cic. 7. Fam. 10. Sed tu in re militari multo es cautor, quam in advocatingibus. Plin. Arriano 1. 2. In fine sententiae adiicit, quod ego & Tacitus injuncta advocatinge diligenter fortiterque functi elemus: arbitrii Senatum, ita non fecisse, ut dignum mandatis partibus fuerit. h. e. Præfici accusacione demandata ab Senatu. Advocatus enim tam Accusator est, quam Defensoris.
- Advocatus, Cicerone dicitur quam Confutationem dicimus. 3. Verr. 129. Quo saepe numero senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissime quotidie advocatinges sunt. De æde Castroris loquitur. Budaeus. Copiofici advocatione. Cic. pro Quintio, 147.
- Dictere advocatingem. Cic. pro Domio sua, 54.
- Advocatio, interdum collectivum nomen est, pro Multitudine, & quasi Cohorte patronorum & amicorum qui alijen veniunt advocati. Liv. 3. 47. Virginius fordinatus filiam secum obfoletu veile, comitibus aliquot matronis, cum ingenti advocatinge in forum adducit.
- Advocatio aliter etiam apud Senecam. H. St.
- Advocationem pro Mora & Spatio sapienti posuit Seneca, ut, Dare, petere, portulare advocatingem. Tracta a Judiciis: nam qui parum intructi ad respondentum, advocatingem folent petere: i. e. Moram & tempus delibrandi advocatinge amicos. V. Grav. ad illud, Cic. 7. Fam. 11. Ut singulis interregibus binis advocatinges petent. Adde Burn, ad Petron. c. 96. p. 458. Lips. in illud Seneca ad Marciam, c. 10. Nimis magna advocatingem dedi. Vetus Poeta:
- Cur differs, mea lux, rogata semper?
Cur longam petis advocatingem? Adde Sen. in Ludo, cap. 18.
- A D V O C I T A R E**, Sæpe advolare. Festus.
- A D V O L O**, [αρχοντίαι] are. quasi Ad aliquid volare.
- Advolare, cum dativo, Plin. lib. 10. cap. 40. Capraramque uberibus advolant. h. e. Volant ad caprarum ubera.
- Advolare ad. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Legi etiam scriptum esse, avem quandam qua Platona nominaret, etiam libi cibum quadrare advolantem ad eas aves que in mari mergerent.
- Advolare ex. Plin. I. 9. c. 8. Quamvis occulisti atq; abditus ex imo advolabat. Ex loco in locum. Plin. lib. 10. cap. 29. At in agrum Volaterranum pallumbium vis & mari quotannis advolat.
- Advolare translatum ad homines. Cic. ad Brut. 10. 4. Quamobrem advola obficio. h. e. Veni celestine. Idem, 11. Fam. 27. Oblitumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris ad me Tarento advolaris?
- Advolare ad pectus. Cic. 15. Fam. 16. Sed si infusum Britanniam cœpero cogitare, ejus adiutori mihi advolabit ad pectus.
- In auxilium. Plin. lib. 9. cap. 8.
- Advolare fama aliciu. Virg. 10. Æn. 510.
- Advolare rostra, pro in vel ad rostra. Cic. 1. Att. 14. Hic tibi rostra Cato advolat, convicium Piloni Consuli mirificum facit.
- Urbem vuntus. Claud. 5. Paneg.
- A D V O L A N S**, Nom. propri. Gladiatoris nobilis apud Martial. lib. 5. 25.
- A D V O L I T A N S**, antis. ut, Noctua advolantis prenuntia. Prudent. in Symmach. 2. 573.
- A D V O L A T U S**, us. [αρχοντίαι] Cic. 2. Tusc. 24. Tristis advolatu aduncis laceras unguibus. Advolatus de volucribus dicitur ut Aeneas de hominibus.
- A D V O L O**, vi, utum, [αρχοντίαι] ère, quafi, Volverendo admovere: ut advolvere lapidem. Virg. 3. Georg. 378.
- congeitaque robora, totasque Advolvere focus ulmos, ignique dedere.
- Advolvutus genibus. Liv. 29. 14. Qui advolvutus genibus fatalem rabiem temporis ejus accusat. Advolvutus genibus dicitur. Qui nixus flexis genibus ad alterius genu supplex quodammodo prospicit. Dicitur etiam Provolvutus. Advolvere ad. Plin. lib. 11. cap. 37. Ad ignem advolvutus lora cum corpore excutit.
- Cumulos rerum multarum in unum carmen. Claud. 1. Paneg.
- Clamor advolvutus altris. Tale est illud Virgilii, It celo clamor. i. e. Ad celum usque. Stat. 5. Theb. 143.
- Hinc stimuli ingentes, magnisque advolvitur altris Clamor.
- A D V O R S A**, pro Adversarium veteres dixerunt. Feltus. Scribitur etiam A D V O R E S & A D V O S E S .
- A D V O R S U M**, pro Adversum: & A D V O R T O , pro Adverto: veteres scripsisse, telitomio sunt Plauti ac Terent. Comedia.
- A D U R G E O**, si, [αρχοντίαι] ère. Vehementer urgere. Celsus, lib. 7. cap. 12. Is qui natus est in locum prioris, quotidie digito adurgendus est. De dentibus. Ilor. 1. Od. 37. 17.
- Cæsar

Cæsar ab Italia volantem,

Remis adurgens, accipiter velut

Molleis columbas. De Augusto & navi Cleopatra loquitur.

A D U R O, s. f., stum, [ἀδυρίον] ère. Idem quod simplex Urere. Cic. 2. Off. 23. Quid enim censemus superiore illum Dionysium, quo cruciatus timoris angi solitum, qui cultos metuens tonforos, candente carbone sub ardorebat capillum?

Adure barbam & capillum. Cic. 5. Tusc. 58. Instituit ut carentibus inglandum putaminibus barbam fibi & capillum adurenter.

Aduit folis calor, aduit etiam frigus. Virg. 1. Georg. 93.

— rapido potentis folis

Acrior, aut Boreæ penetrabilis frigus adurat. Ubi Servius, Uno, inquit, fermeo duo diversa conculsi: que tamen unum effectum habent. Nam & frigoris finis, est calor's initium: & summus calor, frigoris est principum. Unde quasi unus effectus est & calor & frigoris.

Adurit Venus. Hor. 1. Od. 27. 15.

Aduri, dicitur etiam de intertrigine. Plin. lib. 28. cap. 15. Femina atteri adurique equitatu, nostrum est. V. simplex Ur.o.

A D U R E N S, entis. Celf. 6. 8. Curare oportet medicamentis adurentibus.

A D U S T U S, a. um. Adj. Adulta nivibus. Plin. lib. 28. cap. 8.

Adultus cibus. Ter. Adel. 3. 3. 72. Hoc falsum'it, hoc adustum'it, hoc lautum'it parum.

A D U S T I O R, compar. Liv. 27. 47. Si quis forte adustior coloris, ut ex recenti via, esset. Hic nota Colorum in homine Medicina dicit, qui ex sole & vento contrahitur in itinere faciendo.

A D U S T I O R, ônis. f. [ἀδυστία] Plin. lib. 14. cap. 20. de resinæ & plicis viciis. Virtus præter supradicta, acut, aut fumidum virus: plicis autem, adutio. h. e. Si pīx inter decoquendum adusta sit.

Adustio infantum, quæ vocatur Sirialis: emendatur adalligatis offibus in canino finis inventis. Plin. lib. 30. cap. 15. Est autem Inflammatio circa cerebrum & tuniculas ejus, quam consequitur cavitas oculorum cum pallore & fuscitate corporis. Hermol. in Plin.

A D U S Q U E, [ἀδύση, ἀρξη] Dictione composita ex duabus præpositionibus, pro Usque ad. Virg. 11. Æn. 262.

Atrides Prothei Menelaus adusque columnas

Exulat. Ubi Servius, Adusque sic est dictum, quemadmodum Siculo propexit abusus Pachyno. Nam cum præpositio præpositione nunquam coherat, adusque & abusus licenter admisimus cit. Gell. lib. 15. cap. 2. Præterea viini libidine adusque ludibria ebriosos.

A D U S T I O, V. **A D U R O**.

A D Y

A D Y A S, V. **A D U L A S**.

A D Y L I S U S, [ἀδύλιος] Mons est ad Thebas Boeotias, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 7.

A D Y N A M U M Vinum, [ἀδύναμος] Plin. lib. 14. cap. 16. de vinis ficti- tiosis: Fictitiorum primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon.

h. e. Invalidum, ac fine viribus. Hermolaus.

A D Y R M A C H I D E, [ἀδύρμαχίδη] Populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte quæ Ægyptum spectat. De horum moribus memorie prodicunt est, uxores in utroque cruce armillam aream gestare: utrinque autem sexum ex æquo comatum esse: quo fit ut plurimos alant pediculos, quos ubi ceperint, præmorsos abiciunt. Virginis ubi maturæ ad Regem convenient, ex quibus illa unam deligit, quam ubi viciari, statim dimittit. V. Cœl. Rhod.

A D Y T U M, [ἄδυτον] Locus est secretior templi, ad quem non nisi fæceroit datur accessus: nam & ex eo oracula reddebantur. Sic inter- pretatur. Cœf. 3. Bell. Civil. 12. 5. Pergamique in occulis ac remotis tem- pli, quæ præter fæceroit adire fas non est, quæ Graci adūm appelleant, tympana sonuerunt. Latine interdum Penetræ dicuntur. Virg. 2. Æn. 115.

— isque adytus hac tristia dicta reportat.

Ima adytæ. Virg. 5. Æn. 84.

Penetralia. Virg. 2. Æn. 15.

Æternumque adytis effert penetralibus ignem. conf. Lucan. lib. 5. 146.

Profunda. Stat. 5. Theb. 646.

Sacra. Lucan. lib. 10. 23.

Terrifica. Stat. 10. Theb. 170.

Vetuuta. Lucan. lib. 10. 179.

A E

Æ Syllabam antiqui Græca consuetudine per a scribabant, ut Musai, aukæ, pœtae. Feftus. & Quintil. 1. 7. Velut & pronunciandam videri contra Lipsium ostendit Rutgerf. 3. Var. Leet. 5. scribendi eam distin- guendam cenfer Schurzleisch. Orthogr. præf. p. 8. non item in minu- sculis compendii & celeritas causa inventis Cellarius Orthogr. p. 16. seq. sed tantum in majusculis, de Syracæli in Phæton. V. Quintil. 1. 5. & ibi Burm. p. 56. & Völl. Art. Gr. 2. 14. p. 198.

Æ A, [αἰ] Nomen puellæ venatricis, quæ Phædis fluvii amplexus fugiens, deorum miseratione in sui nominis insulam versa est. Valer. Flacc. lib. 5.

Æ A, Colchidis urbs, iad Phasin ab Æeta rege adificata. Strab. lib. 1. V. **Æ E U S**.

Æ A, i. [αἴα] Jovis ex Ægina (Servius in 6. Æneid. ex Europa) filius, apud OEnopiam insulam (alii OEnonem vocant) regnavit: quam de matris nomine Æginam appellavit. Describitur Tertius apud inferos judex cum Minoë & Rhadamanto fratribus, ob ejus in populis justitiam. Suscepit Telamonem, & Peleum, & Phœcum. Ex Volaterrano & Servio. Ovid. in Ibis. 187. — tuasque

Æacus in poenas ingenitus crit.

Propriet. 4. 12. 19.

Aut quis posita judex fedet Æacus urna,

In mea fortita judicet osa pila.

Æacus Apofides, h. e. Apofi Boeotiorum regis nepos. Asopus enim pater fuit Æginae matris Æaci. Ovid. 7. Met. 668.

Severus Martial. lib. 10. 5. in maledicuum poetam,

— rapidissima potentis folis

Æacon, accusativus pro Æacum. Ovid. 9. Met. 434.

Nec nocturn feri curvante Æacon anni.

Æ A C I O N E S, a. [αἰακεῖς] Æaci filius vel nepos. Virg. 1. Æn. 103.

Savus ubi Æacidæ telo jact Hector. h. e. Achillis, quem ge-

nuit Peleus Æaci filius.

Æacides, Pyrrhus Achillis filius, & Æaci pronepos. Virg. 3. Æn. 296.

Æacides, Pyrrhus Epitoratrum rex, ab Æaco trahens originem, tum-

eti longa ferit. Virg. 6. Æn. 846.

Æ A C I D E I U S, Adj. [αἰακεῖος, αἰακεῖον] Ovid. 7. Met. 472.

OEnopiam Minos petit Æacidæ tegna. h. e. Æacidarum.

Æ A C I D I N U S, aliud Adj. ut Æacidina minis. Plaut. Asin. 2. 3. 25.

Siquidem hercle Æacidina minis arimisque expeditus incedit.

Irauit si te tetigisti, iratus vapulabit. Non sine proverbii spe- cie dictum est, pro Atrocibus ac superbissimis minis. Vocantur autem Æacidina minis, ab Achille Æaci nepote, quem Homerus ubi que facit stomachabundum ac minitabundum: velut in primo statim Iliados libro, ubi sic incandescit in Agamemnonem ut minimi admis- veat capulo, a convicia ad pugnas venturus, nisi Pallas cum capillis revocaret. Erasm.

Æ A E, cs. five **Æ A**, a. [αἰαί] Insula nomen: Æla lib. 2. 7. Circa Siciliam in Siculo freto est Ææ, quam Calypso habitasse dicitur. Vi- de Cellaria Geogr. Antiq. l. 2. c. 10. extr. Vadianus, Ilæc est, Ææ, ad quam ab inferis regressi Ulysses appulit, allèquente eum cum vi- no per Circæ.

Æ A U S, cs. five **Æ A**, a. [αἰαί] Adj. Virg. 3. Æn. 386.

Infernique lacus, Ææaque insula Circæ.

Servius, Ææ, tres fuit diphthongi: nam genitivus est ab Ææa.

Ææa, Circe a Virgilio dicta est Homeris exemplo, qui ita scribit O- dy. 11. 32.

Ἐς εἰς ἔτος Κίρκη καπέρην τὸ μεγάλου

Aia, διάσπορα. Erat autem Ææa, Colchorum metropolis, de qua paulo ante, atque ejusdem nominis etiam erat insula Circæ, a qua Ææa Circe dicta est. V. Hermol. in cap. 4. lib. 5. Plini.

Artes Æææ. Ovid. 2. Amor. 15. 10.

Carmina. Ovid. 1. Amor. 8. 5.

Illa magas arteis, Ææaque carmina novit.

Et thalamum Æææ flentis fugile puella.

Puella. Propriet. 3. 12. 31.

Æ A M E N E, [αἰαμένη] Regio est Nabathæorum, apud Steph.

Æ A N T, Sinus in Arabia, in quo Heroum oppidum est. Plin. lib. 6. cap. 29.

Æ A N T I U M, Oppidum in Sigeo Troadis promontorio a Khodlis cordi- tum in altero cornu: Ajace ibi sepulto, 30. stadiorum intervallo a Si- geo, & ipso in statione clavis fuit. Author Plin. lib. 5. cap. 30. Stra- bo lib. 13. tradit apud Æantium fusile Ajacis tumulum & templum & statuum, quam ab Antonio ablata & in Ægyptum aportata, Augustus Caesar Ænibus restituuit. Sane Ajax Greco dicitur Æas, Æantos.

Æantium est Magnesia promontorium, Plin. authore, lib. 4. cap. 9.

Est item Æantium, Macedonia oppidum, Ptolemaeo.

Æ A N U M, Macedonia oppidum, quod Æanus Helyni filius Tyrrenorum rex condidit, authore Steph. Hermol. in Plin. Volaterranus autem sic tradit. Æane ab Æano Elymthi regis Hetruræ filio, qui huc applicatae hanc urbem adificavit.

Æ A S, antis, [αἴας] Epiri fluvius, ex Macedonia profuens in Ionium mare. Lucan. lib. 6. 361.

Purus in occulus, parvi sed gurgitis Æas,

Ionio fluidus inde mari. Meminit Strabo lib. 6. & 7. Et Plin. lib. 4. cap. 23. Dicitur alio nomine Aous.

Æ B

Æ B U R A, a. f. Hispanie oppidum juxta Tagum. Liv. 48. 30. & 33.

Æ B U T I A Gens patricia Romæ, de cuius Denariis & viris III. V. Patin.

De Æbutia legé de Ambito. V. Alex. Genial. dier. 3. 17.

Æ C

Æ C A, Italia urbs, a qua Æcani populi. Plin. lib. 3. cap. 11.

Æ C H I N E, es. Nomen est canis apud Xenophon. in lib. de Venatione.

Æ C L U S, Viri nomen. Strabo lib. 10. Post res vero Trojanas Æclus & Cothus ex Athenis profecti habitaverunt: ille quidem Eretrium, Cothus vero Chalcidem. Est autem Eretria totius Eubœæ civitas amplissima post Chal- cideum.

Æ C U L A N I, Populi sunt in secunda regione Italæ, de quibus Plin.

lib. 3. cap. 11. Scribuntur & Æclani.

Æ D

Æ D. **A E D I L**. **C V R**. Ædilis Curulis. **A E D I L**. **P L**. Ædilis plebis.

A E Q U A. **P**. Æquæ persona. **A E R**. Æriarius. **A E R**. **C O L**. Ærc collato.

Æ D E M O N, onis. [αἴδημον] Ptolemai libertus, qui patronum a C. Ce- cæ interfectus ultus est. V. Plin. lib. 5. cap. 1.

Æ D E P O L. Scribi vulgo folēt Ædopol per diphthongum quin sic jurare credunt per adam Pollicus. Gell. 11. 6. Sed non ita est, inquit.

Vofilius in Ætym. f. 9. nam scribendum Ædopol, quod conflatum ex tri- bus vocibus: particuli jurandi Me vel E, & Deus Pollux. simile est Medius fidius. Hec ille rectius emendatusque abesse vult diphthongum, licet utrinque extet in veteribus libris. Sane in Vaticano Te- rentii exemplari aliisque codicis antiquis Ædopol & Ecator sine diphthongo scribi & Faenor monet idem Vofilius in Ecœr. f. 189. non aque illud probem, quod a tribus vocibus originem Vir Doctissimum arcel- lit. Magis hic accedam sententie Joh. Meurii Par. 1. Exerc. Crit. ad Capt. c. 4. p. 80. caſam, cui scribendum ubique sic Ædopol, ita exponentis: mos enim veteribus vocibus longas duplicare & vel H vel D in seruire. Itaque pro Epol scribent Epol, sicut Mecum, Medecum & similia. Nam Epol dicunt quomodo Ecator, Equirine, Ejunio: que duo poitremia non ubique obvia; prius est

est apud Festum legere, posterius apud Solipatrum lib. 2. Sua fecit haec totidem pene Pareus Lex. Crit. p. 419. 420. Sed Marcus Varro affeuerat antiquissimos virus neque per Cæstorum, neque per Pollucem dejerare solitos: sed id iusurandum suffit tantum feminorum, Plaut. Capt. 5. 1. 29. Hædcpol benigne facis. Cic. 2. Fam. 8. Non adepol, quantum egeris rem. V. P.O.L.

Hædesum, Oppidum in Locride, Plinio & Straboni.

Hædes, is. f. [εδε, αἰδεῖσσος] Hædes in plurali accipitur pro Domo, nec unquam alter. In singulari, atque adeo & in plurali, pro Templo. Sed hac in re differt a templo, quod tempore in utroque numero habet adjectionem, ut, In aede Jovis, Mercurii, in aede Concordie, Telluris, Honoris, Virtutis, in aede sacra: & in plurali sacras aedes, aedes deorum, aedes nympharum. Nam cum aut Lucretius, de Jove loquens, lpsfusas aedes disperbat: perinde est si dixerit, Jovis aedes. Igitur pro templo dicimus Duas, tres, quatuor deorum aedes, duas sacras aedes. Pro domo, Binas, ternas, quaternas, privatas aedes. Hæc Valla lib. 3. Plaut. Stich. 1. 2. 8. Nitide aedes mea finit, cum redeam domum. Varron. de L. lib. 4. Hædes ab Aditu: quod plane pede adibant. Itaque ex adibus efferti in dictivo funere praeco etiam eos dicit, qui e tabernacis efferuntur. Fefus, Hædes, domicilium in edito (Aditu Scal.) positum, simplex atque unius aditus. Sive idco aedes dicitur, quod in ea ævum degatur, quod Graece αἰδεῖσσον vocatur. Cic. 3. Q. frat. 17. Reddita est mihi perverus epistola, in qua de aede Telluris me admones. Idem pro Domo sua 127. Confecrabantur aedes, non privatorum domicilia.

Hædes, in nominativo singulari. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Hæc aedes quæ nunc est, multis annis post facta sit, in qua omnia regiis temporibus delubra parva facta. Hæc Nonius 8. 87. Hoc etiam probat ab eo diminutivum Hædecula: ut ab Apis, Apicula. Nam a nominativo Hædes potius fieret Hædecula; sicut a Vulpes, Vulpecula.

Anguita aedes. Ovid. 1. Faft. 201.

Cavæ aedes. Virg. 2. En. 486.

At domus interior gemini, miserisque tumultu

Miseretur: penitusque cavæ plangoribus aedes

Fœmineis ululant. i. e. Tecta camerata. Serv.

Decora. Hor. 1. Od. 30. 4.

Excelsa. Ovid. 15. Met. 812.

Magnas aedes pervolare. Virg. 12. En. 473.

Magnifica aedes aliquem divum dedicare. Ovid. 6. Faft. Cic. 5. Tus. 61. Hædibus in nostris que prava aut recta gerantur. Scribit Gell. (N. A. 14. 6. extr.) hunc Homer ex Odysse, versiculum vice proverbii, semper in ore fuisse. Alii tribuum Socrati. Diocles adscribit Diogeni, ut refert Laertius. Quo verbo monemur, ut ea potissimum quia ad nos ipsos pertinent, curemus: externa atque aliena ne inquiramus. [Hæc ex Erasmi Chil. 1. 5. 85. [Sed fecellit Virum Magnum memoria, siquidem Latinus hic versiculus apud Gelium non legitur, verum Græcus Homer ex Odysse. §. 391.

Ὄ, οὐ τοι μεγάλον κακόν ἀγαπήσεται.

Nisi forte Sciolis cuiuspiam interpretamentum pro Gellianis verbis arripuit.

Marmorea aedes. Ovid. 7. Epift. 99.

Novæ. V. NOVUS.

Perpetuae. V. PERPETUUS.

Prima. h. e. Prima aedium partes. Ovid. 5. Faft. 312.

Prophanæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Fores in liminibus profanarum aedium, janue nominantur.

Regiae aedes. Cic. 5. Tus. 61.

Sacra. Cic. 4. Ver. 119. Idem pro Flacco 44. Pecuniam in aedem sacram reficiendam se per scriptiles dicunt.

Vacua. Hor. 2. Epift. 2. 94.

Votivam aedem reddere. Hor. 2. Od. 17. 31.

Consecrare aedes. Cic. pro Domo sua 127.

Dedicare. Cic. 2. de Legib. 57.

Disturbare aedes. Lucret. lib. 2. 1101.

Inscribere mercede, aut Inscribere aedes venales. V. INSCRIBO.

Intra aedem & in aedem. V. INTRO, & INTROEO.

Obligare. In OBLIGO.

Obscurare. V. Recludere lumen, In LUMEN.

Pericrunt aedes. In PERFO.

Reficerre labantes deorum aedes. Hor. 3. Od. 6. 3. Cic. pro Flacco 44.

Referata aedes. Lucan. lib. 3.

Tendere ad aedes aliquias, pro Ite. Hor. 1. Epift. 7. 89.

Hædes pro Cubiculo. Curt. lib. 8. 6. 3. Excubabant principum liberi, servatis nocti vicibus, proximi foribus aedes, in qua rex acquiscebat.

Hædes, pro Apum alveis. Virg. 4. Georg. 258.

Aut illa pedibus connexæ ad limina pendent,

Aut intus clavis cunctantur in adibus omnes.

Hædicula, dim. pro Cellula in adibus. Plaut. Epid. 3. 3. 21.

In aediculam scorum istuc eat, jube.

Hædicula, Sacellum, i. e. Hædes sacra appendix. Liv. Decad. 4. lib. 5. Iisdem diebus aediculam Victoriae Virginis pro aedem Concordie M. Portius Cato dedicavit. Cic. pro Domo sua 136. Quum Licinia virgo Vestalis, sanctissimo facerdotio prædicta, aram & aediculam & pulvinar sub facro faxe dedicasset.

Hædicula, Loculamentum simulaci. Plin. lib. 36. cap. 5. Hædicula eius tota aperitur, ut confici poslit undique effigies dea. De Venere Cnidia loquitur.

Hædicula, arum. Parva aedes. i. e. Parva domus. Cic. in Parad. 6. 3. M. Manilius patrum nostrarum memoria pauper tandem fuit: habuit enim aediculas in Carinis, & fundum in Labicano. In aediculas habitare. Cic. pro Cet. 17. Nunc demum intelligo P. Clodii infidam effice venalem: cujus his in aediculis habitet decent, ut opinor, milibus.

Hædilium, ii. n. ut Domicilium. Plinio Salmafus it refutatum in Solin. p. 667. Hædilium etiam legitur in perpetuata Romi. Inscriptione.

Hædilulus Deus Domibus peculiariter præterat. V. Lex. Pitif.

Hædifico, avi. [ἀειδέω, αἰδεῖσσος] are. ex Hædes, & Facio compostum. Cic. Off. 138. Qui quum aedificat in palatio plenam dignitatem domum.

Hædificare ad frigora atque aëta vitandos. Caf. 6. Bell. Gall. Ne accurritus ad frigora atque aëta vitandos. Caf. 6. Bell. Gall. Ne accurritus ad frigora atque aëta vitandos.

Hædificare intelligentius est, non solum Qui opus novum molitur, verum is quoque Qui vult reficere. Ulp. I. 1. D. de mort. inferend.

cens inter venena est, excepta Ægira. Ibi enim sacerdos Terra vaticinatu-

ra, tauri sanguinem bibit priusquam descendat in specum.

ÆGIRIA, Urbs inter Ætolos & Peloponnesiacos. Author. Pomp. lib. 2.
ÆGIRINON, i. m. Populneum unguentum [ægirinon].] Ruellius l. 1.
 Usp. 119. Unguentum populneum, vulgo Populeum, quod Ægirinum
 Grecis dicitur, ex uva populi, qua bryon est, confitetur verno tempore,
 cum plurimum gravis est prægnansque refina. V. Herm. Barbarum.
ÆGIROSSA, æ. f. [Ægirossa] Oppidum Æolidis in Asia, cuius meminit Herodot. lib. 1.

ÆGIRUS, Diofor. [Ægirus] Arbor quæ Latine Populus nigra dicitur.
ÆGIRUS, [Ægirus] Vicus est agri Methymmei, cuius meminit Strabo.
 lib. 13.

ÆGIRUS, ut ex Pherenico refert Cælius, Oxyli filia fuit. Hic enim
 cum Hamadryade congregatus forore Caryam genuit, ac Balanum,
 Cranium, Oream, Ægirum, Pteleam, Ampelum, Sycam, quæ &
 Hamadryades nuncupant nymphæ: unde & arboribus conciliata no-
 mina. Haec ille Antiq. Lect. 18. cap. 9. ex Athen. l. 3.
ÆGIS, idis. [ægis] apud Græcos varia significat. Pellicium tegmen
 quod gettant Afri. Preterea maris intumentis undas, ac ventorum
 procellas & turbines. Alii malute effe quid e coroni contextum, aut
 rete ex coronatis contextum. Nec defunt, qui putent significare
 Sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre facram Ægidem, & ita ingredi
 ad eos qui nuper duxerint uxores. Apparet autem in bujusmodi facris
 multum fuisse licentia, quemadmodum & apud Christianos multis in-
 epiis celebrantur nuptie. Unde factum est proverbium, Ægis venit.
 Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulant & impudenter
 agerent. Simil quoque allatum est ad procællam. Ex Erasmi Chilid.
 & Calio Antiq. Lect. 18. cap. 6. & cap. 38. Est infuper Ægis, scu-
 tum Jovis, ut Iliad. 4. & Palladis, ut Iliad. 5. deferritur: in cuius
 medio erat Medusa Gorgonis caput, serpentes vice crinum terrible:
 quod qui intuebantur, mox in lapides vertebantur, ut canit Ovid. 4.
 Met. ad finem. Servius, Ægis proprie est monumentum pectoris aereum
 a Vulcâno fabricatum, habent in medio Gorgonis caput: quod mun-
 umentum si in pectora numinis fuerit, agis vocatur: V. Sil. 9. 444. &
 Broeckhus ad Propert. 22. 60. Si in pectora hominis, sicut in antiquis
 imperator statu videmus, lorica dicitur. Virg. 8. Æn. 352. &c.
 Coruscans. Valer. Flac. 4. Argon. 134.

Cruenta. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 335.

Fuiva. Claud. 8. 163.

Irrata. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 60.

Nigrans. Virg. 8. Æn. 354. — Arcades ipsum

Credunt se vidisse Jovem, cum saepe nigrantem
 Ægida concuteret, dextra nimboisque cieret.

V. Serv. in loc.

Sonans. Hor. 3. Od. 4. 57.

Contra fontanem Palladiæ ægida.

Terrifica. Valer. Flac. 6. Argon. 35.

Ægis, Ornamentum pectorale, Pollici lib. 5. cap. 16. Ovid. autem, Reni.
 Amor. v. 346. Ægidem appellat gemmas & alia hujusmodi ornamenta,
 quibus deformitatem tegunt mulieres.

Auferimus culu: gemmique auroque teguntur

Omnia: pars minima est ipsa puella fui.

Sæpe, ubi si quod ames, inter tam multa requiras:

Decipit hac oculos ægide divæs amor. Idque metaphorice.

Ægis, arbor laricis femina medulla. Plin. lib. 16. cap. 39. ex Theô-

phr. lib. 3. hist. cap. 10.

ÆGISONIS, [ægisonis] Hinc Ægisonum pectus Palladis. Väler. Flac.
 lib. 3. Argon. v. 88.

ÆGISTHUS, i. m. [ægisthus] Thÿestis filius ex Peleopeia filia. Pelops
 enim Tantalî Phrygia regis & Thÿestæ filius, ex Hippodameia Atreum
 & Thÿestem fustulit, Peloponnesi prius, deinde Mycenarum reges.
 Porro iis alternatim administrantibus (sic enim inter eos convenerat)
 Thÿestes cum sciret regnum penes eum fatali dispositione mansurum,
 qui arietem velleris aurei haberet, quem Atreus regiam ingressus dilige-
 nenter custodiebat, corrupta Aërope Atrei uxore, imperium ad se
 transferri posse judicavit. Itaque suprata fratris conjugi, duos filios
 ex ea fustulit, Tantalum & Plithenem. Quod ubi reclevit Atreus,
 Thÿestem regno expulit. Sed paulo post simulato reditu in gratiam,
 eum ab exilio revocavit. Cui tandem Tantalum & Plithenem partim
 elixos, partim alios, non solum apposuit epulandos, sed etiam eorum
 sanguinem vino permixtum propinavit, allataque eorum capita
 post epula ostendit. Quod felius ne videret, Sol cursum retro
 egisse fertur. At vero tam impii facinoris cum Thÿestes a diis ultio-
 nem exquireret, respondit Apollo posse alio sceleri ejus sceleris vin-
 dicem nafæ, si cum Peleopeia filia concumberet. Quo peracto, natus
 est puer: qui a matre propter conscientiam abjectus, uberibus tam
 capræ nutritus, ex rei eventu Ægithus est appellatus. (V. Ælian.
 Var. Hist. 12. 42.) Hic cum adeolevit, Atreum occidit: & Agamemnon
 eius filium ex bello Trojano redemptum intermit, adjuvante
 Clytemnestra uxore, qua cum Ægithus adulterio confluverat. Ipse
 tandem Ægithus ab Oreste Agamemnonis filio peremptus est, ne-
 cem patris ulciscere. Hæc late describit Seneca in Thÿest. & rursus
 in Agam. Lactant. quoque in lib. 4. Thebaid. Hygin. Fab. 84. & seq.

Ægithus adulter, deiñiosus. Ovid. de Rem. 161.
ÆGITHIDES, quia Thÿestis filius. Ovid. 2. de Arte Am.
ÆGISTUM C. Cæstrem genem & indignabundus Pompei vocare solebat.
 Suet. in Cæs. cap. 50. Quemadmodum enim Ægithus cum Clytemnestra
 uxore Agamemnonis summi Graecorum imperatoris consuetudinem
 habuit adulterii, sic Julius Cæsar Maciam uxorem Pompeii summi Ro-
 manæ militie ducis absens adulterio corrupti. Quam propterea répu-
 diavit Pompeius: quanvis ex ea jam tres liberos futilist.

ÆGITHALOS, Avis est apud Aristotelem, quæ a Theodoro Parus vertitur.
 Hermol. in Plin. Avis est inimica apibus. Aristot. de Nat. Animal. 8. 3.
 & 9. 14. & 40.

ÆGITHUS, Avis minima, diffidet cum asino. Plin. lib. 10. cap. 74. Spi-
 netis enim se scabendi causa atterens, nidos ejus diffidat: quod adeo
 pavet, ut vocem omnino ridentis audita, ova ejiciat, pulli ipsi metu ca-
 dent. Igitur aduolans, ulcera ejus rostro excavat. Et paulo post, Æ-
 githum vero odit Anthus in tantum, ut sanguinem eorum credant non
 coire. i. e. commiseri non posse. Arift. Hist. Anim. 9. 1. Eberus & Peu-
 cerus Ægithum interpretantur, nisi ea vero Linacia rubra est. Gybert.
 Longolius eandem facit Curuccæ.

ÆGITRIS, ægis Dioſcoridi, Herba est, quæ notiore nomine Anagallis
 dicitur. Subi?

ÆGIR, [Ægir] Oppidum Achæa, quæ est in Peloponneso, quo in
 loco Jovem a capra nutritum ferunt, unde oppido nomen. Strab. lib. 8.
ÆGLE, es. f. [Ægle] Nymphæ Nomen, Solis ex Neara filiae. Virg. 6.
 Ecl. 21.

Ægle Naiadum pulcherrima. Latine interpretatur Splendor. Est
 etiam Luna nomen. Item Genus ludi. Sed & Placentia genus, testibus
 Pausania & Cratino. Fuit etiam una Hesperidum Hæle, filia Hesperi,
 curatrix una cum sororibus Hortorum in Mauritania, in quibus aurea
 mala nascabantur. V. Hygin. proœmio Fab.

ÆGLES, æ. m. Nomen atlete cuiusdam Samii, qui quum mutus esset
 antea & clanguis, repente loqui coepit. Gell. lib. 5. cap. 9. & Valer.
 Maxim. lib. 1. cap. 8. ex. 4.

ÆGLITES, æ. m. Apollinis cognomen, quo celebratur in Anaphe in-
 fusa. Vid. Apoll. Argon. lib. 4. v. 1716.

ÆGOCEPHALOS, i. m. Avis est siue omnino carens. Authores Aristot.
 lib. 1. Et Plin. lib. 11. cap. 37. Capricornus vertitur.

ÆGORAS, ætis. n. Fœnumgracum. Plin. lib. 24. cap. ult. Nec sono-
 graco minor authoritas, quod Telin vocant, ali Carphos: aliqui Bu-
 ceras: alii Ægoras, quoniam corniculis femen est simile: nos Silicidam.
ÆGOCEROS, òtis vel òtos. m. [ægoceros.] Latine dicitur Capricornus,
 Lucret. lib. 5. 614.

Nec ratio foliis simplex ac recta pateſcit,
 Quo pacte astivis c partibus Ægocerotis
 Brumales adeat flexus: atque inde revertens,

Canceris ut metas vertat fe ad foliitiales. Hunc Jupiter, quod
 cum eo erat nutritus, inter sidera coelestia esse voluit, ut capram nutri-
 tem. Fabulum describit Hygin. 196.

Humidus Ægoceros. Lucan. lib. 9. 540.
ÆGOLETHROS, vel **ÆGOLEPHRON**, [ægolæthros.] Herba in Ponto
 alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod He-
 racleoticum, vel Ponticum vocatur: dicta a capris intermixtus. Plin.
 21. 13.

ÆGOLIOS, [ægolios.] Ulula Plin. 10. 6. Aristot. Hist. An. 9. 17.

ÆGON, omis. m. [Ægon] Viri proprium, qui deficiente olim Argivis
 Heraclidiārum familiæ, ex qua regem creari mos illis antiquus erat, rex
 ab illis creatus est: quod cum sc̄ificantibus illis de rege creando deus
 respondisset, aquilam oftenuram, paucis post diebus aquila super Ægo-
 nis domo confederit. Ex Budæo.

Ægon, ònis. Nomen pastoris apud Virg. 3. Ecl. 2.
Ægon Lytius. Virg. 5. Ecl. 72.

Cantabat mihi Dametas, & Lytius Ægon. Servius: Lytius,
 Cretenis.

Ægon, [Ægon] Caprile sive Caprarium stabulum.
Ægon, pro Mari Ægeo apud Stat. 5. Theb. 55.
 — Delovo sonanti

Pejor, & innomeris quæ spumifer afflit Ægon. Lactantius,
 Ægon, mare Ægeum, quod insulas plurimas habet, dictum ab Ægeo
 patre Thesei. Afflit insulas. i. e. Circumfluit. Valerius Flacc. lib. 1.
 Argon. 629. — vix littore puppim

Solvimus: & quanto fremitu fe fustulit Ægon?
ÆGONENSIS, Porta Romæ, quæ & Quirinalis, ex quod mons ipse Qui-
 rinalis prisus Ægonensis cognominatus est. Calepinus.

ÆGONOMUS, i. m. [Ægonomus] Caprarum duxtor, qui & Æpolus
 dicitur.

ÆGONYCHON, i. Herba est, que & Lithospermon dicitur, & ab aliis
 Semen leoninum. Ab omnibus tam officinis quam medicis hodie Miliū
 Solis appellatur, quod (ut reor) sertum candore solati ac lucis splendore
 fulget. Ruellius lib. 2. cap. 70. V. Plin. 27. 11. & Dioſor. 3. 358.

ÆGOPHAGOS, Cognomen Junonis apud Lacedæmonios, quod ibi ca-
 pacilli immolarentur. Cal. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 5.

ÆGOPHTHALMOS, i. m. [ægophthalmos] Gemma sic ab oculo caprino
 cognominata. Plin. lib. 37. cap. 11.

ÆGOS, [Ægos] Flumen in Chersoneso Thracie, naufragio classis At-
 ticae infigne. Author Mela lib. 2. 2. Marcell. lib. 22. Chersonesum pul-
 lat Ægos potamus, is quo loco lapidem casum ex celo prædicti Ænara-
 xagoras. Hermolaus putat Ægos gentilium esse casum ab Æx nominatio-
 ne: traditique ejus loci accolas a Stephano Ægopotamitas vocari. Plin.
 lib. 2. cap. 58. Celebrant Graci Anaxagoram Clazomenium, Olympia-
 dias septuaginta octava secundo anno prædictissime, celestium literarum
 scientia, quibus diebus satum casum esse sole. Idque factum inter-
 du in Thracie part ad Ægos flumen. Qui laps etiam nunc ostenditur,
 magnitudine vehiculi colore adusto. Apud hunc fluvium classem Atti-
 cam debellavit Lyfander Lacedæmonios, Athenis postea semidirutis, &
 tringita Tyrannis impotis, ut Plutarchus in ejus vita est author. Me-
 minit & Juffinus lib. 5. & Næpol. 6. 1. 4. [Potius] Urs nomen est Ægop-
 tham. V. Cellar. Geogr. Ant. I. 2. c. 15. §. 37. Hard. ad Plin. d. I.
ÆGOSTHENENSES, Græciae populi contributi Megarenibus. Plin. l. 4.
 cap. 7. Horum civitatem Paulianas vocat Ægosthenes.

ÆGOSTHENIA, [Ægosthenia] Civitas est Locridis, quam recentest Pto-
 lemaeus in descriptione Achæa. Forte eadem ac superior.

ÆGRE, **ÆGRESCO**, **ÆGRIMONIA**, **ÆGRITUDO**, **ÆGROTUS**,
ÆGROTO, **ÆGROTATIO**. V. **ÆGER**.

ÆGYEN, sive **ÆGYNGION**, Urbs fuit in Sicilia, non magna, sed valde
 vetusta, & celebris, dearum, quas Materas vocant, religione: quarum
 templum a Cretenibus ibi positum fuisse ferunt, ubi hæsta quedam
 ostendebantur, & ex ære cassides: & hæ quidem Merionis, illæ vero
 Ulyssæ inscriptions habeant, ut Plutarchus in Marcellus prodidit.

ÆGYPTILLA, æ. Gemma est, de qua Plin. lib. 37. cap. 10. Isidor.
 16. 11.

ÆGYPTINI. Dicuntur Æthiopes, quia Ægyptis sunt finitimi. Fethus.
ÆGYPSUS, seu **ÆGYPS**, i. m. [Ægyptus] Urbs ad ripam Hætri flu-
 vii sita, nomen habens ab Ægypto Caſpio conditore. Ovid. 1. de Ponto,
 8. 11. & 4. 7. 21. Varie scribitur. V. Heins.

ÆGYPTA, Ciceronis libertus: cujus idem meminit 16. Fam. 13. al. 15.
 Ægypta ad me venit. Et 8. Att. Epistles mihi tuas Ægypta reddidit.

L. 3. **ÆGYPTES**

Egyptus, & Danaus, [Αἰγύπτος καὶ Δάναος] Filii fuerunt Beli Babyloniorum regis: quorum hic ex diversis uxoribus quinquaginta filias habuit, ille totidem filios. Inhians imperio Egyptus fratri, filiis matrimonio suis filii jungi flagitabat. Abuebat Danaus, quoniam oracula responso accepérat se generi manibus occidendum. Protra iugiter clasfe, Argos profectus est: expulsoque Celanore, Argivorum imperio potius. Porro Egyptus eo multis filios, ea quidem lege, ut ad se non redirent, nisi Danao intercepimus, aut conubibis cum filiis eius initis. Obsidione igitur coactus Danaus, filias suas fratris filiis detinendit, sed ipso nuptiarum die gladios virginibus dedit, quibus prima nocte viros interficerent, necem eis interminatus nisi parerent. Itaque omnes mandata patria sunt execute, demptis una Hypermeletra. Hac enim Lino, seu Lynceo, viro pepercit, eumque a fomo excitatum impulit ut fuga sua salutis consuleret. Author Laetant. in 2. Thebaid. Statii. Egyptus autem, ut scribit Manethon, ejecto fratre Danao, sexaginta octo annis regnum Egypti tenuit, & ex suo nomine regionem Egyptum dixit, quum antea Aeria diceretur. Addit Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1. quosdam fabulari, Nilum fluvium amore captum filia Ogdo regis, qui Memphim urbem condidit, & de filie nomine sic appellavit, in tauri formam conversum, puellam comprefuisse: ex qua ea genitum, quem propter virtutem incole Egyptum dixerat: a quo & regio sit omnis denominata.

Egypti nuptiae, Inauspice & infelices dicebantur. Sumptum a notissima fabula Egypti, qui filios quinquaginta, totidem Danai fratris filiabus maritos dedit. At hi prater unum, omnes a sponsis jugulati sunt. Torqueri poterit in similitudinem amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum revera queratur pomicies ei cui datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut fœderibus principum atrocias nesciunt extiria. Erafm. in Chilid.

Egyptus, [Αἰγύπτος] (ut inquit Pomponius Mela lib. 1. 9. 1.) Asia prima pars, in duas dividitur partes. Delta, ex forma literae, quæ Ptolemaeo, itemque Plinio Egyptus inferior vocatur. Altera, quæ secundum Nilum contermina Äthiopiam meridiem versus usque ad Syenem procedit: Thebais appellata. De Egypti antiquitate, ac disciplina facerdotum (quos prophetas vocant) innumerabilis pene ab auctoribus commemorantur. Huc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, Solon, Museus, Plato, Democritus, Apollonus Tyaneus, compluresque alii eruditios cauca profecti, ipsorum dogmati in suam quisque patriam retulere. Primi liquide omnium Egypti immortalem esse animam dixerunt, eamque de corpore in corpus vagari, ut est author Diodorus. V. Plin. lib. 5. cap. 9.

Egyptus universa, teste Stephano, prius Aeria vocata est, quod fusco & caliginoso sit aëre. Id quod etiam testatur Plin. lib. 21. cap. 7. Rofa, ait, & croucum odoratior, cum ferens diebus leguntur: & omnia in calidis quam in frigidis. In Egypto tamen minime odoratis flores, quia nebulosus & roscidus aës est a Nilo flumen. Meminit & Gellius lib. 14. cap. 6.

Egyptus fec. Hesychium dicta ab Egypto amne qui Nilus postea appellatus fuit: alii putant ab Coptos antiqua urbe, & alii, quod Ebrias Insulam & Regionem, ut Greccorum οὐσια Σον. De Egypti situ, fertilitate, incolarum præterea ingenio insitutisque ac moribus plura llobrates in Butiride. De fertilitate & urbis multitudine Theocrit. Eridyl. 17. v. 79. & seqq. V. & Ammian. 22. 40. seqq. ubi & Religionem describit, quam superstitiosam & immanem, quam foedam, crudelē & ridiculam habuere. de qua multa Juvenal. Sat. 15. & quos laudat Elmenhorst. ad Arnob. 1. p. 15. seqq. Gentem vocat non fidam Lucan. 5. 58. Imbelite atque inutile Vulgus. Juvenal. 15. 124. Vanam gentem ac novandas quam gerendis rebus aptiorem Curt. 4. 1. 30. Quæ omnia quasi in compendio est complexus Vopiscus in Saturnino cap. 8. ubi & de studiis referit quibus maxime delectati Egyptii fuere. Vide & Treb. Poll. 30. Tyrann. in Ämiliano. De invidia eorum qua nemini dogmata & disciplinas suas comunicabant, Beroald. 37. Annos. Tom. 1. Thesaur. Crit. Grut. p. 213. De Egypto & Egyptiis rebus multa congegit Barthius ad Claud. p. 129. seqq. V. etiam celeber. Witthi Egyptiaca.

Egypti fulcus, Libyæ non curat arenas. Adagium ex Antiphili epigrammate depromptum. Dicitur autem de loco non admundum quidam latè, fed insigniter fecundo ac fructuoso: qui longe anteponendus est desertus incultisque agris, tametq; vastioribus. Siquidem Egyptus magnitudine cedit utique Libyæ, fed ita, ut illius tota valitas ne hujus quidem affectetur portiunculam. Nempe Egyptus dicta est veteribus publicum orbis horum. Ex Cæl. Antiq. Lect. lib. 16. cap. 20. V. Barth. ad Claud. Mamert. p. 450.

Fera. Claud. Epig. 87. 5. de Nilo.

Egyptus sine nube fera, imbreques serenos, &c.

Fertilis. Dionysius de situ orbis interprete Priscianus,

Fertilis Ägypti terras fecundat opimas. Plin. lib. 17. cap. 4.

Eft fertilis Thracia frugum, rigor: æstibus, Africa & Egyptus.

Huius. i. e. Ob nimiam fecunditatem diducta. Stat. 4. Theb. 788.

Horrida. i. e. Incompta. Juvenal. 15. Sat. 46. — horrida sane

Egyptus: fed luxuria, quantum ipse notavi,

Barbara famofo non credit turba Canopo.

Jacent per plana. Lucan. lib. 2. de Eridano, 416.

Non minor hic Nilo, si non per plana jacentis

Egypti Libyaç Nilotus fragnaret arenas.

Loquax ac ingenua in praefectorum contumelias provincia Egyptus: in qua etiam qui vitaverunt culpam, non effugerunt infamiam. Seneca in consolatione ad Albinam, sive Helviam. sub fin.

Memphitis. h. e. M. mphitica, a Memphis precipua Egypti urbe. Juvenal. 15. Sat. 122.

— anne aliam terra Memphite siccata

Invidians facerent nolenti surgere Nilo?

Sagax, a studio rerum fideralium. Macrob. Somn. Scip. lib. 1. cap. 21. Claud. in Ruff. lib. 1.

Viridius. Virg. 4. Georg. de Nilo, 291.

Et viridem Egyptum nigra fecundat arena.

Egyptiacus, a, um. Adj. Plin. l. 6. cap. 28. Ad mare nostrum littus que Egyptiacum.

Egyptiace, [Αἰγυπτιαῖς] Treb. Pol. in Zenobia. Loquebatur & Egyptiace ad perfectum modum.

Egyptius, a, um. Adj. [Αἰγυπτιοῦ] Sil. Ital. lib. 13. 474.

— Egyptia tellus. Cic. in Pison. Nomen ad dignitatem imperii, regi Egypti vendidit.

Egyptum Templum. Adag. de Eo quod forinsecus nitet, introrsum fetet. V. Cael. Rhod. 9. 5.

Egyptio Scythia non invidet. Proverbium dici solitum, quando in disfimiles, & quos nunquam noverimus, non exerit virulenta rabies. Cael. lib. 20. cap. 30.

Egypti machinarum artifices. De verfulis, & (ut ait Plautus) confutis dolis dictitatum. Torqueri potest & in perplexis sphætarum argutias, ac sylligismorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in sycomorphas ac delatoras, qui vera falsis perniscendo neunt calumnias. Erafm. in Chilid.

Egypti duplex fuit scribendi genus. Unum, quod vulgo discunt: alterum, quod sacras literas appellant, foli fæceredes attingunt, a parentibus per manus tradicas: quas ab Äthiopibus primum accepere. Non enim literarum compositione, aut a literis verba exprimuntur, sed animalium aut aliarum rerum imaginibus. Scribunt enim Accipitrem, ut rem fieram denotet: Crocodilum, ut malum: Oculum, ut iustitiam: Manus, dextram paſſam, ut liberalitatem: Compressum, ut avaritiam: & iis similia. Denique a dextro ad sinistrum scribunt latum. Hac Volaterr. ex Diodor. Primi (ait Tacitus lib. 11. 14.) per figuras animalium Egypti sensus mentis effinxerunt: & antiquissima monumenta memoria humanae impresa faxis cernunt. Cael. Antiq. Lect. lib. 16. cap. 25. tradit literas id genus appellari Hieroglypha grammata, quod iis mysteria in rebus sacris significantur.

Fallax Egyptiorum gens, semperque alia cogitans, alia simulans. Hirtius in commentator belli Alexandri. cap. 24.

Fusci, ob ingentem regionis calorem. Propriet. lib. 2. 33. 15. Vide Cael. ad Festum.

Egypti a Dione Philoeni nuncupantur. i. e. In vinum proclives, ac philopota, quoniam apud eos reperta primum tradatur vitis in Pliniane civitate: ut scribit Hellanicus: unde facti sunt violenti. Vide Cael. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 3.

Ventoſi Egyptii. Vopiscus. Sunt Egypti ventosi, furibundi, injuriosi, novarum rerum avidi. V. etiam Plin. Paneg. ad Traj. 21.

Egypt, [Αἴγις] Oppidum est Laconicæ regionis apud Stephanum.

A E L

Elana, orum, n. pl. ut ait Hermolaus, Urbs Arabæ felicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Älaniticus maris Arabici sinus, quem alii Eleniticum vocant. Artemidorus Aleniticum, Juba Älaniticum. Plin. lib. 6. cap. 28.

Elætani, [Αἰλαταῖς] Populi sunt apud Strab. lib. 3. intra Iberum, usque ad montem Pyrenæum, & Pompeiana tropheæ habitantes.

Elia, [Αἴλια] Urbs Palæstina ab Älio Adriano Imp. quondam Hierofolyma, Steph. V. supra ADRIANUS. Euseb. Hist. Eccl. 4. & Jos. Scalig. Animadv. Euseb. p. 217. Äliam Capitolinam ex Dione Xiphilinus in Adriano vocat. Ez. Spanh. Orb. Rom. p. 406. 407. Ed. Lond.

Elianus, [Αἴλιας] Sophista Romanus a Philofrato maxime laudatur, quod Romanus homo tam probe Atticis scripsit, tamque eleganter peregrinam a patria vocem retinuerit. Scriptis de Animalibus libros 16. de Varia historia libros 14. de Re militari, quæ omnia ad nos pervenerunt. Fuit auditor Pausanias sub Adriano principe. Decessit annorum sexaginta, sine liberis, quum cælestis fuisset. Volaterr. Ejus meminit Cael. Antiq. Lect. lib. 11. cap. 65.

Älianius Meccius, Italicus medicus, theriaca conservandi contra pestem homines auctor fuit. Galen. de usu Ther.

Elili, vel etiam **Helili,** [Αἴλιαι] dicuntur, Quibus duæ nuperint forores. Cael. Antiq. Lect. lib. 15. cap. 24. Alcianus lib. 2. disputat. cap. 23.

Elia, Gens plebeia fuit Romæ. Nam quod Pomponius scribit in l. 2. D. de orig. jur. Älium Tuberonem patricium fuisse, perspicue fallsum est. Nam ut hoc omittant, Tribunos pl. ex Äliis complures fuisse (quod fane hac in re solet valere plurimum) illud certe fatus magno argumento nobis esse debet, quod cum consulum alter e plebe, alter e patriciis crearetur, authore Livio, Älii cum patriciis semper, nunquam cum plebeis comparati sint. Qui enim primus Äliorum consulat fuit adeptus, collegam Sulpicium habuit: secundus Fabium: tertius Servilium: quartus Valerium, usque ad annum 395. quo quidem anno duo primum et plebe Coss. creati sunt, C. Popilius & P. Älius, ut in tabulis Capitolinis notatum videmus. Äliorum autem alii Pæci sunt, alii Tuberones, Ligures, Catii & Lamia. Pati cognomini qui primus tulit, quod oculis leviter declinatis est, sic dictus est, tette Porphyrio in Floratii Sat. 3. 45. Acro tamen eum cuius oculi huc illuc celeriter moverentur, Patum nominatum existimat. Hoc Äliorum fuisse cognomen Cicero, tum in Sextiana, tum etiam in Cluentiana 72. demonstrat, cum ait, Quid tu, inquit; Pat: hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibz Äliorum delegerat, ne si Ligurem fecisset, nationis magis sua quam generis uti cognomine videretur. Ubi tamen in omnibus, quos ego quidem viderim libris, Pacetus, pro Patre corrupte legitur. Catii a P. Älio dicti sunt, quem Ennius, quia Juris Civilis omnium peritissimus esset, Catun, i. e. Sapientem, authore Varro appellavit. Lamia vero a Lamio Formiarum tyranno. Hor. 3. Od. 17. 1.

Äli, vetusto nobilis ab Lamio (Quando & priores hinc Lamias ferunt Denominatos & nepotum Per memores genus omne factos)

Authore ab illo ducus originem Qui Formiarum membra dicitur Princeps, & innante Marice Litoribus tenuisse Lyrim

Lato tyranus. Hac ex Richardo Streinno.

Äliorum familia Roma pauperima fuit: adeo ut sexdecim eodem tempore Älii fuerint: quibus una domuncula erat, & unus in agro Veientano fundis, inque maximo circa Flaminio spectaculi locu. que quidem loca ob virtutem publice donata polisidebant. Eadem gens nullum ante ferupulum argenti habuit, quam Paulus Perse deo devicto,

Q. *Elio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex preda donaret*
Val. Max. lib. 4. cap. 4.
*Elios cum diphthongo, & Helios cum aspiratione in antiquo marmore invenimus: ut author est Volatert. in Anthrolopologia. Distinguendi tamen sunt Elii ab Helviis auctore Rupert. ad Pomponii Enchirid. p. 356. ubi tabulam quoque Eliorum genealogican exhibet. p. 346. Ieqq. Elii series. h. e. Eliorum familia. Claud. in Land. Seren. regina, epigr. 22. 56. Hispanian alloquens,
— series his fontibus Elius fluxit.*

Elium Catum omnes legati Eliorum in Consulatu prandentem in fictilibus adiunxerunt: misa ab his vasa argentea non accepit: neque aliud habuit argenti ad superium vitra diem, quam duocula, que L. Paulus fecerit ei ob virtutem deicto Perse rego donaverit. Plin. lib. 33. cap. 11. Hic teste Cicero lib. 1. de Oratore, prudentia & Juris Civilis scientia praeditus, hoc carmine celebratur ab Ennio,

Egregie cordatus homo Catus Elius Sextus. Tusc. 1. 9. Censuram cum M. Cethego egit, in qua in spectaculis senatum secrevit a populo, quin promiscue prius spectaret. Cujus rei gratia plebs maxime est indignata. Volaterr. in Anthro. Liv. 4. Decad. lib. 4.

Elius Donatus. V. DONATUS.

Elius Gallus ordinis equitum, Arabiam felicem primus subiugavit Romanis, ab Augusto imperatore missus. Plin. lib. 6. cap. 28. Strabo lib. 2. & lib. 16. & lib. 17. Hujus amicitia usus est Strabo Geographus, & cum eo Nilum navigavit, totamque ferè Egyptum lustravit, ac bonam etiam Africam partem. Tertius ipse Strabo.

L. Elius Grammaticus cognomine duplici fuit: Nam & Praeconinus, quod patet eius praeconium fecerat, vocabatur: & Stilo, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat, tantus optimum fatur, ut Metellum Numidicum in exilium comitatus sit. Sueton. de Ill. Gramm. cap. 3. Plin. lib. 9. cap. 35. Elii Stilonis testimoniom citat adversus Fenestellam. V. Gell. 2. 21. & Burn. ad Quint. 1. 6. p. 81.

Elius Manica Formianus Libertini filius, de quo legendus Valer. Max. lib. 6. cap. 2. 8. Al. Helvius.

Elius Melissus, ait Gell. lib. 18. cap. 6. Nostra memoria fuit Romae summi quidem loci inter Grammaticos: sed maiore in literis erat jactantia & ostentatio, quam opera. Is præter alia quæ scripsit compluria, librum editidit Loquendi Proprietate: ubi matronam eam esse dicit, que semel peperit: quæ sapienti, matrem familiæ, sicuti suis quæ semel peperit, poterat dicitur: quæ sapienti scropha.

Elius Prator; de quo Valer. 5. 4.

Q. Elius Tuberio, vita & oratione durus, incultus & horridus fuit, eamque ob causam honoribus suorum majorum respondere non potuit, ut Cicerone de eo scribit in Bruto, cap. 31. Filium hic habuit L. Elius Tuberio, qui in Africano bello Civili Pompeiano a Senatu missus, & Utican veniens, ab Actio Vero portu & oppido una cum suo filio tum ægrotó prohibitus est: Quam injuriam filius ut ulcisceretur, Q. Ligarium, qui tum in Africa Legamus a C. Confidio relictus erat. apud Cæfarem Dictatorem accusavat, defendantem Cicerone: ut confitit ex ea oratione, quæ adhuc extat. Et cum causam non obtinuerit, a causis agendis ad Jus Civile se contulit: ut scribit Pomponius de Orig. Juris.

L. Elius Verus, Cejonii Commodi F. Ab Hadriano Imp. adoptatus, Cæfaris nomen, a principiis & Aug. nomine distinctum primus, unque Trib. pot. accepit, & succellet ab eodem Imperii definitus, & peto pharmaco Kalendis Januarii anni seq. decellet. Fuit imbecilla valetudine & voluntatis deditus. Ante adoptionem & L. Aurelii Verus appellatus est.

V. Spartan.

Elius, a, um. Adj. ut, Lex Eliastius apud Cic. 9. Att. 1. 16. & 2. 9. **AELLO,** *ūs. [Αἴλος]* Ut Sapphos Apphus, Nomen est unius Harpyiarum: quæ tres esse finguntur, Aello, Ocypete, & Celeno. Tertius Servius in 3. Ann. v. 209. & Ovid. 13. Met. 710. Dicta Aello, quai εἴλος, i.e. alienum tollens. Alii malunt a turbine & procelia, que Graece κάκη dicuntur. Id quod sat invenit Valer. Flac. 4. Arg. 450.

— Harpyæ semper mea pabula servant:

Fallere quas nusquam misero locus, illicet omnes

Deveniunt, niger intorto seu turbine nimbus.

Aello, inter canes Acteonis confutetur ab Ovid. 3. Met. 220.

Prævalidus Leacon, & curvis fortis Aello. Ab impetuosa velocitate nomen habet, ut dictum est.

ÆLURUS, *[Αἴλουρος]* Latine Felis dicitur, animal domesticum, quod vulgo Catus appellatur, οἴαλος τὸ αἰλούριον, h. e. a varia & movenda cauda. Gell. lib. 20. cap. 8. Ælurus quoque oculi ad easdem vices luna aut ampliores sunt, aut minores.

Ælurus, Deus quidam fuit Ægyptus celebris, [I]mo feli pro nomine culta quod ex Herodoto in Euter. Diod. 1. licet cognoscere, & Juvenale Sat. 15. 7. ubi scribit,

Illic Ælurus, hic piscem fluminis, &c. Sic enim legendum certe loet. Brod. Misc. 7. 2. non Cœruleos. [V. ibi Schurzefleisch. Qui pariter cum Doctis plerisque huic Brodati feliciss. conjecturatur. Conf. ibid. Grang. Turneb. Adv. 7. 8. & 8. 17. Athenag. Apolog. a principio.

E M

ÆMATHIA, V. ÆMATHIA, Sic enim scribi debet.

ÆMIDUM, tumidum Fefus, & Gloss. Ildori.

ÆMILIUS, V. ÆMYLIUS.

ÆMINIUM, Hispania oppidum apud Ptolemaeum.

ÆMINIUS, Fluvius Hispanie in Lusitania. Plin. lib. 4. cap. 22.

ÆMOCHARES, *[Αίμοχαρης]* Martis fuit cognomentum, quasi Sanguine gaudens Calep. Sed rectius Æmocharès.

ÆMON, (vel ut alii scribunt, HÆMON) onis. *[Αἴμων]* Viri proprium, cuius meminit Ovid. in Ibis. 56.

Nec tibi liquid amas, felicis Æmone cedat. Egnatius ex Euripide scribit hunc fuisse Creontis filium natu minorem, Menoecri qui se pro patria devovit, fratrem: cui Antigone OEdipi filia defonsata fuerat: illa vero patrem in exilium fecuta, Æmon a Sparte dilaniatus est. Æmon, ut alii tradunt, Juvenis fuit Thebanus, qui tanto amore dilexit Antigonem OEdipi & Jocasta filiam, ut ad mortuæ tumulum sese interficeret. Fuerat

autem Antigone justa Creontis, qui vetuerat Cræcorum cadavera humari, jugulata, quod fratrem mortuum sepulturæ noctu mandasset. Huc putarim respixisse Ovidium in carmine paulo ante citato. Propest. lib. 2. 8. 21.

Quid? non Antigones tumulo Bocotius Æmon

Corruit ipse suo faucus ente latu?

Sternet adversos etiamnum Ismenius Æmon.

ÆMONA, *[Αἴμωνα]* Colonia est in Pannonia. Plin. lib. 3. cap. 25.

ÆMONENSIS, h. e. Æmonius. Cic. pro Flacc. 34. Citat prætu voce maxima-legatos Æmonenses.

ÆMONIA, *[Αἴμωνα]* Oppidum Norici, apud Plin. lib. 3. cap. 24.

ÆMONIA, *[Αἴμωνα]* Regio Gracie. De ea lic Plin. lib. 4. cap. 7.

Sequitur mutatis siépe nominiis Æmonia. Eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, & Dryopis, semper a regitis cognominati.

Ibi genitus rex nominis Græcus, a quo Gracia: Ibi Helleni, a quo Hellenes. Hos cosdem Homerus tribus nominiis appellavit, Myrmidones, & Hellenes, & Achaeos. Strabo in fine lib. 9. tradit eam aliquando Pandoram de matris Deucalionis nomine appellatam: deinde Pyrrhem ab ipsius Deucalionis uxore Pyrrha: sed & Nefonidem a filio Thessali Nefone. Hamonia fuit qui malint, quam Æmonia.

Nivalis Æmonia. Hor. 1. Od. 37. 19.

ÆMONIUS, Adj. *[Αἴμωνιος]* h. e. Thessalicus.

Adulteri Æmonius i. e. Jafon. Valer. Flac. 8. Argon.

Artes. i. e. Artes magice. Ovid. 2. de Arte Am. 99.

Arctus. Ovidius 2. Met. 8.

Per tamen adversi gradieris cornua Tauri,

Æmoniosque arcus. h. e. per Sagittarium celeste fidus. Quod dixit propter Chironem Thessalum, quem fabularunt inter sidera rebatur.

Boreas Æmonius. Sil. Ital. lib. 10. 11.

Culter. Ovid. 7. Met. 313.

Equis. Ovid. 3. Trist. 11. 28.

Gens. Ovid. 1. Trist. 9. 30.

Hespitium. i. e. Jafonis. Propert. lib. 1. 15. 20.

Juvenis. h. e. Jafon. Ovid. 17. Met. 132.

Lyra. Ovid. 4. Trist. 1. 16.

Proceres. Ovid. 12. Met. 213.

Puppis. i. e. Argo. Ovid. de Arte Am. lib. 1. 6.

Ratis. i. e. Argo navis Argonautarum. Vai. Flac. 2. Argon.

Terra. Ovid. de Rem. Am. 249.

ÆMONIDES, *[Αἴμωνιδες]* Nomen viri: non patronym. ut Thucydides. Virg. 10. Ann. 537. V. Servius.

ÆMULOR, *[Ἄιμολοι, Ἀιμολοί]* s. tñ. Interdum pro Invidere accipitur: quia videlicet ex æmulatione fere naescitur invidia. Cic. 1. Tusc. 19. Quinque corporis facibus inflammari soleamus, ad omnes fere cupiditates, coque magis incendi, quod iis æmulemur qui ea habeant quæ nos habere cupimus.

Æmulari propriæ significat Cum quadam invidia atque ambitione & quasi certamine conari, alienum opus superare, ut inde majorem gloriam consequantr, quam illæ quæm amulamur. Plin. 7. Epist. 30. Tu mihi bonus animum facis, qui libellos meos de ultione Helvidii, Demothenis orationi ἡ Μέδια confers. Quam fane cum componerem, illos habui in manibus: non ut amular (improbum enim ac pene suriosum) sed tamen imitarer; & sequer tantum quantum aut diversitas ingeriorum maxim & minimi, aut causa timido tateretur.

Æmulari instituta civitatis alicuius. Cic. pro Flacc. 26. Ut omnes ejus urbis instituta laudare facilis possint quam æmulari.

Vitem amularetur ulmus, ni pondus effet in culpa. Plin. lib. 16. cap. 43.

Æmulari cum aliquo. Liv. 3. Decad. lib. 8. 28. 43. Tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur.

Æmulari, cum dativo. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Nam & consummati jam patrion veteribus æmularuntur.

Æmulari, pro Contendere. Quintil. lib. 1. cap. 3. Sunt etiam nonnulli acuidens puerorum ingenii non inutiles lufus: quum positis invicem cajuscenque generis quætitulæ, æmularuntur.

ÆMULO, arc. Antique activa forma, Idem. Apul. 1. Met. p. 149. Patris tñ virtutes æmularuntur.

ÆMULANS, antis. Partic. *[Ἄιμαλον]* Liv. lib. 1. Decad. 1. 18. Æmulans juvenerum coetum Pythagoram habuisse constat, &c.

ÆMULANTER, Adv. Tertul. advers. Haeret. cap. 40. Diabolus res tam æmularer affectavit exprimere in negotiis idolatriæ.

ÆMULANDUS, a, um. *[Ἄιμαλαντός]* Plin. Epist. 110. Una diligimus, una dilexiimus omnes fere, quos ætas nostra utroque sexu æmularundis tuit.

ÆMULATUS, ūs. m. *[Ἄιμαλος]* Idem quod Æmulator. Hinc Æmulatoris agere, i. e. Æmulari. Tacit. 13. Ann. 46. 5. Otho, ne in urbe æmulator ageret, provincia Lusitania praefictrit.

ÆMULATIO, onis. f. *[Ἄιμαλος, Ἀιμολοί]* Cic. 4. Tusc. 8. Æmulatio autem duplicita illa quidem diecur. ut & in laude & in virtute nomen hoc sit. Nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: sed ea nihil hoc loco utimur: est enim laudis. Et est Æmulatio, Ægritudo, si eo quod quis concupiscat, alias potiar, ipse careat. Ibid. Obrectare vero alteri, aut illa vitiosa æmulatione quæ rivalitatim similiis est æmulari, quid habet utilitatis? quum si æmulari, angeli alieno bono, quod ipse non habeat: obrectantiam autem, angeli alieno bono, quod id eiam alius habeat.

Æmulatio, ab Imitatione hoc distat: quod Imitatio simplex est, & livorem atque invidiam non admittit: Æmulatio autem habet quidem imitandi studium, sed cum malitia operatione. Virg. 6. Ann. 173.

Æmulus exceptum Triton si credere dignum est.

Inter faxa virum spumosa immerferat unda. Ex Nonio.

Alit Æmulatio firmiores profectus in literis. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Alit Æmulatio ingenia. Paterc. lib. 1. sub finem. 17. 6.

Excitatæ Æmulatio laude. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Exercetur Æmulatio infensa. Tacit. lib. 13.

Quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercetur.

Æmulatio, pro Invidia. Valer. lib. 1. cap. de Censoria nota, Inflammat autem æmulationis, animo diffidens.

E M U L A M E N T U M, i. n. o. Tertull. f. Cyprian. adverf. Marc. 4. 1.
Quapropter inerito nos emulamenta locuti.

Ubi perperam antepenultima corripitur.

E M U L A T O R, oris. m. [Εμούλως] Qui aliquem emulatur. Cic. 2. Att. 1.
Quod Sicyonii te ledunt, Catoni & ejus emulatori attribuitur Servilio.

E M U L U S, [Εμούλως] Invidus ut ait Nonius. Virg. 5. En. 415.

— emula necundus

Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Emulam senectus tem dixit, quod videatur quodammodo nobis invidere jucundiorem etatis felicitatem.

E M U L U S, Ejusdem rei studiosus, ut ait Servius: vel, ut Nonius, Sectator atque imitator. Accipitur autem & in bonam & in malam partem. Virg. 5. En. 187.

— partem rostro premit emula pristis. Cic. pro Muren. 61.

Fuit fummo ingenio vir Zeno: cuius inventorum emuli, Stoici nominantur.

E M U L U S & imitator studiorum allicius. Cic. pro M. Marcell. 1.

E M U L U S, Rivalis, & ejusdem mulieris vel rei alterius amator. Ter. Eun. 2. 1. 9. Istum emulum quod poteris ab ea pellito. Cic. 6. Att. 3. Licet eum solus ames, me emulum non habebis.

E M U L U S allicius de re aliqua. Contendens cum aliquo de re aliqua. Plin. lib. 15. cap. 18. Carthago de terrarum orbe per cxx. annos Urbis emula, h. e. Cum urbem Romam certans de orbis imperio.

E M U L U S gumm. arbor. Plin. lib. 1. cap. 9.

Fama emula Herculei laboris i. e. Non minor quam qua de Hercule olim cerebatur: vel, quam si adventaret Hercules. Sil. Ital. lib. 4. 4. Labra emula ros. i. e. Rosarum ruborem imitantia, & velut rubore cum rosis certantia. Martial. lib. 1. 4. 41.

Pæstanis rubeant emula labra ros.

Lingua emula Timagenis, Quæ conatur imitari Timagenem. Hor. 1. Epist. 19. 15.

Lux. Stat. 2. Achill.

Marinis emula mustela. Plin. lib. 9. cap. 17. Lacus Rhæticæ Brigantinus emulas marinæ mustelas generat. i. e. Similes & pares.

Mufa ejusdem emulus. Ursuptrum apud A. Gellium proverbii vice. Quadrabit in eos qui ejusdem artis aut discipline sunt studiosi. Erafm. Sidus Veneris, emulum Solis & Lune. Liv. lib. 2. cap. 8.

Virtus. Lucan. lib. 1. 120. — stimulos dedit emula virtus.

Umbra. Columel. lib. 5. cap. 6. Ne emula umbra viti noceat.

E M U S, five HÆMUS [Αἴμος] Rex fuit Thracie potentissimus, qui Rhodopen Styrmionis fluvii filium duxit uxorem. Hi in tantam arrogationem elati sunt, ut Æmus se esse Jovem, Rhodope Junonem predicarent, seque ut deos adorari iuberent. Quia insolenta Jupiter indignatus, eos in montes conmutavat. Ovid. 6. Met.

E M U S, seu (ut aliui malunt) Hæmus, Mons est Thracie, vasto jugo procumbens in Pontum: cuius excelsitas sex millibus passuum subiicit. Nunc vocatur Costeñaz. Oppidum habuit in vertice Aristaem. V. Plin. lib. 4. cap. 11. In Pontum quidem vergit mons Æmus, catores ejus spatii magnitudine ac sublimitate superans, mediamente Thraciam dividens. Strabo lib. 7. Exifiuit Polybius ex ejus vertice utrumque mare cerni, utpote Ægæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens intervallum, falso probat. Sentientiam tamen Polybii sequitur Mela. Nomen ei inditum ab Æmo Boreæ & Orithyia filio. Author Stephanus de Urbibus. Servius in illud 1. Georg. 492.

Æmathiam & latos Æmi pinguefere campos: tradit montem esse Thessaliae. Sed hoc dixisse putatur, quia Thessaliæ a Thracia Æmus dividit. In eadem est sententia idem Servius in illud 2. Georg. 483.

— ò qui me gelidis in vallibus Æmi
Sifat, &c. Liv. 4. Decad. lib. 10. montem describit.
Gelidus Æmus. Hor. 1. Od. 12. 6.
Geticus. Stat. lib. 1. Theb. 189.
Inferis mille furoribus. Val. Flacc. 1. Argon.
Nivalis. Claud.

Præda sumus iam Bistonis, Æmoque nivali.
Nubifer. Claud. lib. 1. in Ruff. 334.

Nudus. Stat. 5. Theb. 16.

Nondum OÆagrius Æmus. Ovid. 2. Met. 219. h. e. In quo Orpheus OÆagri fluvii nondum fuerat a Mænadicibus disceptus: a cuius interitus poeta cognomen OÆagri fortius est.

Opertus nivibus. Ovid. 4. de Ponto. 5. 5.

Quum gelidam Thracen & opertum nivibus Ænum.

Orpheus, ab Orpho ibi occiso. Martial. de Spectac. 3. 3.

Pulsus Aquilonum Æmus. i. e. Agitatus. Ovid. 10. Met. 77.

Thracius. Lucan. lib. 3. 197.

Umbrofus Æmus. Ovid. 2. Epist. 113. Umbrosum putant appellari ob arborum densitatē. [V. Liv. 40. 22.]

E M Y L I A [In nummis antiquis perpetuo Æmilius scribitur per I] gens Romæ patria antiqua & nobilis fuit, quam Festus ab Æmylio Africani filio ortam scribit. Plutarchus in Paulo a Manero Nume regis filio Æmylios deducit: quod eo facilius credo, quia Æmylii Mameri, & Mamerini, a gentis principe dicti sunt. Æmyliorum autem alii Mamercini erant, a Mamer gentis authore: alii Lepidi, a sermonis lepore: alii Pauli, a pūllo corpore: alii Scauri: alii Barbuti. Ex hac gente fuit Æmylia, virgo Vestalis Maxima, cuius disciplinam (Discipulum legit Pigh. ex MSS.) extinto igne tutam ab omni reprehensione Vesta numen praestitit, qua adorante cum carbafum, quam optimam habebat, foculo impulsi, subiœ ignis emicuit. Valer. Max. lib. 1. cap. 9.

Æmylius Lepidus puer etiam tam progressus in aciem, hostium intercimit, civem servavit. Cujus tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta pretesta, lenatusconfutio polita. Valer. Max. lib. 3. cap. 1.

M. Æmylius Lepidus Miloniano tumultu a Senatu Interrex creatus, deinde bello civili flagrante a C. Cæsare Urbi prefectus est, & mox euident, contra mortem majorum, Praetor absenteum Dictatorem dixit, ab eoque viculum collega in Consulatu & Magister equitum auctis fuit.

Pof necem Cesaris ab M. Antonio Pontifex M. creatus, perinde senatus fiducia abusus, novissime Triumvir Reip. Constituenda fuit cum M. Antonio & Oct. viro. In qua poret. Africam fortius cum viginti legionibus, co imperio clitos, primas sibi partes vendicabat, Octavianumque spernebat: nec auxilium contra Sext. Pompei petentem juvit. Quapropter ab eodem spoliatus exercitu, ac vita modo cum Pontificatu M. sup-

plici concessa Circeios relegatus fuit, ac postremo ludibrii causa in Urbem revocatus, ibidem in summo contemptu habitus senex decollit. Hic Paulum Æmylium Lepidum fratrem ante omnes proscripti, quod ab eodem prius ipse hostis patrie judicatus fuerat. Ex Volaterr. Apian. lib. 5. & Dion. lib. 49. Vellej. 1. 2.

Æmylius Numerus ter Dictator, Fideientes deficientes in potestate cum oppido recepit. Censura honorem, qui anteā per quinquennium gereretur, anni & sex mensum spatio finivit. Quam ob rem Censores eum tribu moverunt, octuplicatoque censu ararium fecerunt. Dictatura violens fe abdicavit. Ex Volaterr. & Liv. 1. Decad. lib. 4. V. Gronov. de Pec. Vet. 4. 1. Spanheim. de Usu Numm. dissert. 10. p. 30. 36.

Æmylius Paulus Consul cum Terentio Varrone temeriter collegæ intire pugnam cum Annibale coactus, apud Cannas cecidit: cujus cadaver inventum, hostis honorifice tumulavit. Ex Volaterr. & Liv. 3. Decad. lib. 2.

Hujus filius L. Æmylius Paulus, primo consulatus, quem post tres repulsa adeptus erat, de Liguribus triumphavit. V. Liv. 5. Decad. lib. 5. Perizon. Animad. Hist. p. 111.

Æmylius Porcina. Cic. in Bruto. 96. M. Æmylius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem temporibus fere, quibus Galba, sed paulo minor natu, & summus orator est habitus & fuit, ut appare orationibus scriptor sane bonus. Hoc in oratore Latino primum mihi videtur & lenitas apparuisse illa Graecorum, & verborum comprehensio, etiam artifex (ut ita dicam) stylus. Hunc stilo duo adolescentes ingeniosissimi & prope æquales C. Carbo & T. Gracchus audire foliti sunt.

Æmylius Regillus. Liv. 1. 37. C. 58. Æmylio Regillo, qui classe praefectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in æde Apollinis quum fatus datus esset, anditis rebus getis eis, quantis cum clavisbus hostium dimicasset, quot inde naves demersisset aut cepisset, magno consenuſ Patrum triumphus navalis est decretus. Triumphavit Cal. Febr.

In eo triumpho undequinquaginta corona aurea translatæ sunt. Æmylius Scaurus nobilis & pauper. Nam pater eius, quanvis patritius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Idem primo dubitavit, honores peteret, an argentinariam faceret: fed eloquentia consuls, ex ea gloriam peperit. Adilis, juri redendo magis quam inuinci edendo studuit. Praetor adverfus Jugurtham pugnavit, ejus tandem pecunia victus. Consul legem de sumptibus & Libertinorum suffragis tulit. V. Auctor de Viris Illust. C. 72. Volaterr. & Valer. lib. 3. cap. 2. & 7.

Item lib. 4. cap. 6. & lib. 8. cap. 5. Cic. pro Fontejo 14. Ecquem hominem vidimus, ecquem vero commemorare possumus, parem consilio, gravitate, constituta, ceteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gellarum ornamenti, M. Æmylio Scæru fuisse? Tamen hujus, cuius injuriat nutu prope terrarum orbis regebatur, iurati testimonio, neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmum creditum est. Hujus filius M. Æmylius Scaurus Sylla privigius fecit in Æditilitate sua theatrum temporarium, opus maximum omnium qua unquam fuit humana manu facta. V. Plin. lib. 36. cap. 15. Hic Praetor provinciam Sardinianam fortis, repetundarum portulatus est apud M. Catonem, & a Cicerone defensus. Alfonius pro Scæro.

Æmylius, apud Sybarim Italia oppidum erat spectata venustatis adolescentis, niuum in modum venandi studiofus. Uxor autem novella cum in alterius pueri complexus ipsuſi ire opinaretur, in fatus egressa deliteſcet. Conquafatis autem arbuculis, canes accinsit, & pro fera discerpunt. Adolescentes seipsum interfecit. Plutarch. in Parallelis.

Æmylius Segeſte in Sicilia tyrannus, cuius meminit Plutarch. Volaterr.

E M Y L I U S, a, um. Adj. [Æmilius] Hinc lodus Æmylii. Hor. de Arte Poet. 32. Æmylii Lepidi lodus gladiatori fuit, quod nunc Polycleti balneum est. Porphyri.

Propriet. 3. 3. de Ennio poeta.

— Et occidit Curios frates, & Horatia pilæ, Regiaque Æmilia vecta trophaea rate.

Æmylia Regio, regi Regio Italiæ, que & Flaminia & Romandiola dicitur: in qua sunt urbes Ariminum, Cesena, Sassina, Faventia, Ravenna, Imola, Forumlivii, Bononia, & Ferraria.

Æmylia tribus. V. TRIBUS.

Æmylia via. Strab. lib. 5. Æmylius Scaurus per Pisæ & Lunam usque Sabatiōniam stravit Æmyliam, & hinc per Derthonem. Alia vero est Æmylia, que Flaminiam excipit. Eodem enim in Consulatu M. Æmylius Lepidus, & C. Flaminius collega fuerunt. Victores autem Ligurum stravere, hic quidem Flaminiam et Roma per Tusciam & Umbriam, usque Ariminum: Alter Æmyliam usque Bononiā, & ex ea in Aquileiam, prope Alpum radices, ducto per gyrum circa paludes opere.

ÆMYLIANUS, Adj. [Æmilianus] Quod est ex familia Æmylia, & Quod ad Æmylios pertinet. Hinc Cornelius Scipio dictus est Æmylianus, cum ex Æmylia familia per adoptionem in Corneliam transviflet. Hic postea etiam dictus est Africanus partim a suo avo adoptivo, partim etiam quod ipse tandem extincta Carthagine plane Africam subjugavit. conf. Dio. Caff. lib. 46. p. 322.

Æmyliana edificia, erant extra Romanam, de quibus Tacit. lib. 15. de Urbis incendo sub Nerone. Plus infamie id incendium habuit, quia prediſ Tigillini Æmylianis proruperat. Videbaturque Nero condensæ urbis nova, & cognomento suo adpellandæ, gloriæ querere.

Æ N

E N A R E, [Aīvāgen]. Insula est in Asia finitima Samo & Lesbo, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

E N A R I A, sc. f. [Aīvācia] Insula est in Puteolano finu, que nomen assumpit a statione navium Æneas, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 6. Hac Homero Inarie dicta, Graecis Pithecūa, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimavere: fed a figiliis doliariorum. Author ibidem Plin. Nunc Ischia vocatur, a nomine oppidi imaginem covendicis in monte præbentis. Hermol. in Plin. in ea aqua que vim medicam habentes: calculosis enim medentur. Author Plin. lib. 31. cap. 2. Stat. quoque 3. Sylv. 5.

Ænarieque lacus medicos, Statinasque renatas. Ænarium, appellavere locum ubi Æneas cladem a Troja veniens aperte. Feuit.

E N A R I U S, i. [Aīvācio] Locus in Achæia, Peloponnesi regione, juxta Olenum oppidum, in quo Achæi de rebus communibus consultaturi conventione agebant. Strab. lib. 8. sub fin. sed idem paulo ante (Ed. Al. di p. 167. Cafaboni p. 265.) Ἀνεασος, Arnarium hunc lucum vocata ita ut alterutrum locum corruptum esse oportet.

ÆNEA, *x. f. [Aeneas]* Civitas postea dicta Janiculum, condita a Romulo filio Æneæ, ut inquit Dionyius. Hermol. in Plin. Dion. Halicar. l. 1. pag. 59.

ÆNEA, teste Herodoto lib. 7. Urbs in regione Cresia contermina Mygdonie. Hanc dicit Livius esse propinquam Thessaloniciæ, & ab Ænea Trojano olim conditam. Et subdit, Proficuntur Thessaloniciæ Æneam ad statum sacrificium, quod Æneam conditori, cum magna ceremonia quotannis faciunt. Hec Liv. 40. 4. At 44. 10. Ænia, peri.

ÆNEADES, Populi, ab Ænea Thracie oppido, qui & Æneatæ appellantur. Hermol. in Pliniunt. Liv. 40. 4. Æneates.

ÆNEATUS, *a. um. Adj. ab Ænea Thracie oppido, cuius lib. 4. Theophratus meminit; Circa Ænæan, inquit, ticus arbor seabiem non sentit.*

ÆNEAS, *x. m. [Aeneas]* Heros Trojanus Anchisæ & Veneris filius creditus. Qui exciuta Troja, post longos errores in Italianum venit: ut scribit Virgilius. Hic sapientia apud Trojanos, uti Hæc fortitudine præstet. Itaque hic manus, ille sensus putabatur: ambo atque statuæ æquales. Autor Philofratus in Heroicis. Dictys autem Cretenis dicit, Æneam & Antenorem, Ilium prodidisse Græcis: domos eorum in direptione incolumes fuisse: postremo in Italianum ambos navigafe. Dares Phrygius Polydamastrum, Antenorem, Dolonem, & Æneam proditores enarrat: dicitque ab Ænea Amphinnachum & Nitrem & Græcis interfectos. Homerus tradit eundem cum Diomede congregatum in pugna: ac jam deficiens, Veneris matris auxilio adjutum: quia demum & ipsa vulnerata, apud Jovem questa, hoc accepit responsum,

Non tibi bellorum partes mea nata dabuntur:

Dulcia conjugij sed tantum vincula cura. De hoc V. Liv. l. 1.

c. 1. & Justin. lib. 43.

Æneas post mortem consecratus Jupiter Indiges dictus est, ut ait Liv. l. 1. c. 2. quasi in loco vel genitus, vel degens, & magis proprius patriæ, loco, & civibus. De Ænea autem a Venere expiato, & deo facto, V. Ovid. 14. Met. v. 580. 603. &c.

Acer Æneas. Virg. 8. Æn. 938.

Anchisæ generatus. Virg. 6. Æn. 322.

Anchisades. h. e. Anchisæ filius. Virg. 8. Æn. 407.

Bonus. Virg. 11. Æn. 770.

Cætus. Hor. in Carm. Sec. Acron, Cætum pro Religioso sive Propitio posuit: ut,

Hac casti maneant in religione nepotes. Alii castum dici putant Æneam, quasi Purum & immunem a propria Troja, quam ardentem ait poëta sine fraude Ænea. Sed hac in gratiam Augusti dicta sunt. V. CASTUS.

Cretus a sanguine Trojano. Virg. 4. Æn. 191.

Venitq; Æneam Trojano a sanguine cretum.

Cythereus, Cytherea Veneris filius. Ovid. 13. Met. 625.

Dardanius. Virg. 6. Æn. 495.

Fatalis. Virg. 11. Æn. 232.

Ferus. Virg. 4. Æn.

Gens deum. Virg. 10. Æn. 229. Servius: propter illud, Diis genite, & geniture deos.

Heros maximus. Virg. 6. Æn. 103.

Iliacus hospes, Trojanus, ab Ilio. Sil. Ital. lib. 8.

Impiger. Tibul. 2. 5. 39.

Improbos. Virg. 11. Æn. 512. i. e. Impiger.

Ingens. Virg. 6. Æn. 367.

Inlignis pictate & armis. Virg. 6. Æn. 403.

Laomedontius. i. e. Trojanus, a Laomedonte Priami patre. Virg. 8. Æn. 18.

Magnanimus. Virg. 1. Æn. 18.

Magnus. Virg. 10. Æn. 159.

Maximus. Virg. 5. Æn. 530.

Penatibus, qui deos Penates secum aportavit in Italianam. Ovid. 15. Met. 450.

Phrygius. Virg. 12. Æn. 579.

Phryx. Propriet. 4. 1. 2.

Pius, quia deos Penates, & Anchisen patrem suis humeris vectum, ab incendio Trojano eripuit. Virg. 1. Æn. 305.

Rhoeteus. h. e. Trojanus, a promotorum Trojae. Servius. Virg. 12. Æn. Romanæ stirpis origo. Virg. 12. Æn. 166.

Sævus. Virg. 11. Æn. 108.

Satus gente deorum. Virg. 8. Æn. 36. Alibi dixit, Deum certissima Proles.

Trojanus. Virg. 4. Æn. 124. Et i. Æn. 596. Troius Æneas. Item 6. Æn. 52. Tros Æneas. Et 10. Æn. 250.

Tros Anchisæ, facilis desensus Averni.

SYLVIUS ÆNEAS. Virg. 6. Æn. 769. Expoteris Æneæ. V. SYLVIUS.

Urbes. h. e. Resonantes propter crebros pelvum & tintinnabulorum æreorum crepitus in colypis Luna pulsari solitorum. Claud. de Bell. Get.

ÆRO, [χρηστός] are significans. Æs misceo, Ære adultero five Ære orno.

Priscian. de speciebus verborum lib. 8. A metallorum quoque nominibus solent nasci verba: ut ab auro, auro auras: ab ærc, æro æras: unde auratus, & æras. Hujus verbi composita sunt Obero, & Subero.

ÆROSUS, a. um. [χρηστός] Fetus, Ærosam appellaverunt antiqui Cyprum, quod in eis plurimum æris nascatur.

Ærofum, Quod multi sunt admissione habent. Plin. 1. 33. c. 5.

E diverso ærofum contrahit se, hebetaturque, & difficulter ferruminatur.

Lapis, Qui multum habet æris, & ex quo as fit. Plin. lib. 34. cap. 1. ubi de æris generibus, Fit & elapido æroso, quem vocant Cadmium: celebritas in Asia, & quondam in Campania, &c.

Pecunia ærofa dicitur a Scævola in 1. 102. D. de solutione. Quæ as mixtum habet. Creditor, inquit, oblatam a debitore pecuniam, ut alia die accepturus distilbit, mox pecunia qua illa respub. utebatur, quasi ærofa, iussu principis sublata est. & cæt. Ita Argentum ærosum vocat Schol. Juv. 9. Sat. 31.

ÆRUSCO, æ. Verbūnus ac obfoletum, significat Æra undique, id est pecunias, colligere. Auctor Fett. Ufus est Gellius 9. 2. de mendicabilo. Musonius aerificant cuiusdam id genus, & Philosophum se ostentanti, dari suffit nimirum.

Sen. 2. de Clem. 6. Vultum quidem non dejicit, nec animum ad æruscantis civis aut pannosi aridam faciem & obnoxiam baculo feneclutem.

Sed in Frob. edit. non est. H. St. V. Grif. not.

ÆRUSCATOR, òris. f. Mendicabilum vagum led proprie de præstigiarium artificibus dicebatur. Hodie id genus hominum ad fores eidem, ubi ludicra sua edituri sunt, constitutuunt certos homines, qui nemine intromittant spectatum, nisi solitus numismi. A colligendo itaque ære, five nummis æris, Ærufacatores dicebantur. Gellius 14. 1. interpretatur, Cibum quelcumque ex mendacibus captantes, atque id nominis de Chaldaeis usurpat. conf. Vulcat. in Castro, cap. 9.

ÆRUSCATIO, ònis. f. Nefas hominum æra adulterantur.

ÆSA, [Aīne] Thracæ oppidum est, Pallene proximum, cuius incolæ dicuntur Æsei. Ex Stephano.

ÆSACUS, [Aīne] Priami ex Alyxothoe nympha filius, quem amore

Helperies nymphæ Cebreni fluvii filiae captus, eam fugientem persequebatur, a serpente in pede icta interit: tantoque dolore Æsacum affectus, ut moriturus e scopulo se in mare precipitarit. Quem infernata Thethys, in mergu transformavit. Ille vero indignatus quod mori non poterit, se mergeret nunquam deflexit: unde & Mergus a Latinis dictus est. Ovid. 11. Met. 762.

Æscus, Fluvius Trojanus ad Idam montem.

ÆSAGÈS, Montis nomen, apud Homerum.

N 2 .

ÆSÆLON, onis: vel ÆSÆLUS, i. [αἰσαλός] Genus accipitris apud Plin. lib. 10, cap. 8. Æsalona Græci vocant, qui solus omni tempore apparet, ceteri hinc abeunt. Idem lib. eod. cap. 74. Æsalon vocatur parva avis, ova corvi frangens: cuius pulli infestantur a vulpis. Invicem hac catulus eius ipsiusque vellit. Quod ubi viderunt corvi, contra auxiliantur, velut adversis communem hostem.

ÆSAPUS, i. [Αἴσαπος] Troadis fluvius. Strab. lib. 13. Post Cyzicenorum igitur urbem & Æsapum, est Troadis initium, secundum Homeri descriptionem. Sunt qui Æsapum scribant penul. prod. quia Graece per scribitur.

ÆSAPUS, teste Homero 6. Iliad. Filius fuit Bucolianis, maximi filiorum Laomedontis.

ÆSAPI, Adj. [Αἴσαπη] Valer. Flacc. 3. Argon. 420.

Ampycides petit aduersis Æsapum tylvis Plumbina.

ÆSAR, aīs. [Αἴσαρ] Fluvius ponitur Theocrito, quem in Sicilia quidam esse affirmant. Alii vero in Calabria apud Crotonem. Hujus mentione Ovid. 15. Met. 22. — lapidofas Æsaris undas.

Straboni lib. 6. Æsarus vocatur, juxtaque Crotonem locatur.

ÆSAR Etrusca Lingua Deus; unde apud Suet. Aug. cap. 97. Illud omen, quod Casar, sublata ictu fulminis ex monumento litera C, post centum dies inter Deos referendum fit.

ÆSAREUS, Adj. Ovid. 15. Met. 54.

Invenit Æsarei fatalia fluminis ora.

ÆSCHINES, Inis. m. [Αἴσχινης] Atheniensis orator Demosthenis amicus: cuius orationes tres extant, & aliquot epistole. Quum populus Atheniensis in duas factiones esset divisus: Quarum altera regi Periarum faverat, ubi principes erat Demosthenes: altera Philippo Macedoni, ubi Æschines: effector pecunia uterque corruptus: orta sunt inter hos duos oratores inimicitia. Philostratus hanc divisionem mavile diversitatem nimirum adscribere. Nam & Æschines potator erat, & dulcis, ac remissus, faceteque pronuntiatus. Ille contra sofriri, gravique superciliosus, infuper aquam potans, ac propterea ut difficilis & morosus taxabatur. Porro Æschines tandem Athenis discessit, minime quidem iussus, sed ut vitaret ignominiam quam accepérat suffragis excidens in accusatione Demosthenis & Ctesiphontis: abitque Rhodus: ubi quam aliquando pulchre legerat eam quam adversus Creiphontem habuerat orationem; admirans Rhodiis quoniam modo canta facundia victa fuisset, putantibus que Athenieses improbum tulisse judicium. Atqui, inquit, nulla vos teneret admiratio, si Demosthenem contra haec differenter audiretis. Quia re non solum inimici collaudavit eloquentiam, sed etiam sententias iudicium exclusavit. Ex Philostrato & Volaterrano. Plin. lib. 7. cap. 30. & Val. Max. lib. 8. cap. 10. & Cic. 3. de Orat. 211. & in Brut. Quintil. lib. 2. cap. 17. Idem lib. 10. cap. 1. Demosthenes plenior Æschines, & magis fulis & grandiori similis, quo minus strictus: carnis tamen plus habet, minus lacertorum. De codice V. Fabric. Biblioth. Græc. 2. 23. 31. & de aliis hujus nominis, 2. 26. 9.

Æschines philosophus, Charini lucanicas faciens, five (ut volunt) Lyfanii filius, Atheniensis, a puro mira indolis, laborumque patientissimus fuit. Quocirca & a Socrate nunquam discessit: atque ideo Socrates de illo dicere solebat, Solus nos colere novit Æschines. Aiant ipsum inopia adactum, venisse in Siciliam ad Dionysium, atque a Platone defecatum, ab Aristippu fuī illi commendatum: ibique prolati dialogi quibusdam accepīse munera: demum Athenas reversum, ibique minime docere philophianam suam aufum, quod illic Platonis & Aristippi esset clarissimum nomen, auditores fibi mercede quaevīsse, deinde in defensione innocentium se ad scribendas orationes judiciales convertisse. Socratem ferunt illi dixisse, quem premiceret inopia, ut a seipso uirtus exigere, fibi subducendo cibaria. Ex Diog. Laert. A quo [Æschines] insuper VII. memorantur. Eum V.

ÆSCHRIO, onis. [Αἴσχριος] Nomen proprium hominis Syracusani, in Heribitenibus decumus publicani, cui uxor fuit Pippa Verri adamata. Cic. 5. Ver.

Æschriōnem alium citat Plin. in indice lib. 10. Meminit & Varro. Non minus hoc & preceptor Galeni fuit, & ali. Hermol.

ÆSCHRODRA, a. f. Nomen Meretricula apud Plaut. Pseud. 1. 2. 62. ÆSCHRON, [Αἴσχρων] Mitylenae verificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximeque ei dilectus, ut tradit Menander Alexandrinus in lib. de Discipulis Aristotelis. Volaterran. V. Diod. Sicul. lib. 20. & Voīs. de Poēt. Gr. cap. 8.

ÆSCHYLUS, [Αἴσχυλος] Poeta tragicus Atheniensis. Hor. in Arte Poet. 278.

Post hunc personæ, pallaque repertor honestæ

Æschylus, & modicis intravit pulpita tignis,

Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno. Val. Max. lib. 9. cap. 12. eum appellat originem & principium fortioris tragœdie.

Hic Athenensis excedens, in Siciliam venit. Quinque audiret in fatis esse, ut certo tempore ruina oppressus occumberet, quin fusilis dies venit, tecum vitans, in Sicilia incornibus urbis, in qua morabatur, egrefitus, aprico in loco refedit: siper quem aquila tellinum ferens, eluta splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi cam illisi, ut fracte tellinum carne vesceretur: coque iteu extinctus est anno atatis LXXXVIII. Ex Val. & Volaterrano. V. Plin. lib. 10. cap. 3. Et Quintil. lib. 10. cap. 1. Cic. 2. Tufc. 23.

Æschylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere uult est. Cic. in Brut. 325.

ÆSCHYLEUS, Adj. Propt. lib. 2. 25. 41.

Define & Æschyleo componere verba cothurno. Brouckh. cd.

Define Achilleo. q. v.

ÆSCHYNOLEM, es. [Αἴσχυνθη] Herba est, Plinio ita dicta, quod

appropinquante manu solu contrahit. Plin. lib. 24. cap. 17.

ÆSCHINUS, i. [Αἴσχινης] Verecundus, οὐτοὶ τὸν εἰδόντα, Nomen adolescentis in Terentii Adelph.

ÆSCULANUS Deus & ARGENTINUS, dicti sunt, Æris & Argenti: i. c. Locupletandorum hominum potefactari habentes. Budaeus lib. 5. de Afie, Quen. Qualitorum ararri natio, ut deum Æsculanum summa veneratione coluit.

ÆSCULAPIUS, [Αἴσκουλπος] fuit Apollinis ex Coronide nymphe filius, & idem medicinae deus habitus. Serv. 6. Aīn. Tarquitius apud Laetantium lib. 1. cap. 10. dicit cum incertis natum parentibus, expositum in sylvis, repertum a venatoribus, caprino (vel ut alli canino) lacte nutritum, & custoditum a cane, mox traditum Clitoni, & sub eo medicina

nam didicisse. Cuius autem fuerit, non minor est controversia. Sunt qui Epidaurem faciant: alii Mellenum, sed Epidauri manifile. Medicina plurimum auxit, & illustravit adeo, ut Androgeonem Minois illum ab Atheniensibus interficeret, & Hippolytum dicatur ad vitam reuocasse. Propert. lib. 2. 1.

Ferunt etiam Æsculapium ab Jove fulminatum: quod Hippolytum fuscatum. Quum Romani saevissima pestilentia laborarent, inspectis Sibyllinis librī didicertur non ultra priftinam recuperari salubritatem posse, quam si ab Epidauro ubi plurimum colebarat, Æsculapius effet accerantis. Itaque missis Epidaurem legatis, Æsculapius pregrandis serpentis specie Romanu navis advectus, in insulam Tiberinam ubi templum ei datum est, transavit, adventuque suo pestilentiam dissipavit. Val. Max. lib. 1. cap. 8. Ovid. 15. Met. Æsculapius (ait Plin. lib. 29. cap. 4.) Epidauro Romanu advectus est, vulgoque pacetur & in dominibus. Quin & anguis multa ineffe remedia creduntur, & ideo Æsculapius dicatur. Sunt qui putent serpentes Æsculapius propterea dicatos, quia sunt vigilansissimi: qualem oportet medicum esse.

Æsculapius apud Syracusas sacrificiis anniversariis colebatur. Cic. 6. Ver. Æsculapii fons Athenis, in quo que immerita sunt, in Phalerico rediuntur. Plin. lib. 2. cap. 103.

Æsculapios multis facit Cic. 3. de Nat. Deor. 57. his verbis, Æsculapiorum primus Apollini, quem Arcades colunt, qui specillum inventile, primusque vulnus dicitur obligavisse. Secundus, secundi Mercurii frater: is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynofuris. Tertius, Arispippi & Arsinorae, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit: cuius in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulcrum & lucus ostenditur.

Afklepius pro Æsculapius legitur in Himerico verfu, quem apud Theodoretum Cyrrhestensem Zenobius Accajolus Latinum fecit. Sic enim habet verfu,

Huic homini pater est Afklepius arte medendi

Clarus.

Epidaurem Æsculapius. Ovid. 15. Met. 723.

Opifer deus Æsculapius. Ovid. 15. Met. 653.

Pergameus deus. Martial. lib. 9. de coma Earini. Pergami enim præcipue religione colebatur.

Phœbigena. Virg. 7. En. 773.

Ipsa repertorum medicina talis & artis,

Fulmine Phœbigenam Stygias detruvit ad undas.

Ubi Servius,

Poenigenam: matre Poena genitum. Alli Phœbigenam legunt, ut Probus. Salutifer. Ovid. 2. Met. 642.

ÆSCULAPIUM, apud Vitruv. lib. 7. est templum Æsculapii, Græca imitatione. Nam Graeci Αἴσκουλπον in neutro genere illius dei templum eff. Cum autem exemplum illud proprie singulariter apud Latinos videtur, admonere lectorum placuit, qui fortasse Æsculans, aliquid agens non antimadcertiles. Minerviu tamen & Diana, de quibus S. l. V. apud Latinos similia e sint: fed locum Vitruvii ascribamus. Item, inquit, Argelius de symmetris Corinthis, & Ionico Trallibus Æsculapio, quod etiam ipse dicitur sua manu fecisse. Turnebus. [Quin talia plurima occurunt, Græca tamen fera originis, apud Latinos scriptores, ut Ptolemaeum ap. Suet. Aug. 18. Ilium & Serapium ap. Lamprid. in Alex. c. 26. Tertull. Apolog. cap. 18. extr. Didymum apud Curt. 7. 5. 28. ubi V. Freinsh. Ut alia omnium. Confab. Fabr. lib. Cr. 2. 1. ubi de Homere. ÆSCULUS, i. f. [Αἴσκος] Arbor glandifera, teste Plin. lib. 16. cap. 6. Jovi sacra, & lib. 12. cap. 1. Hec, ut idem ait lib. 17. cap. 20. provenit cæstra triennio sacerior, nimis morosa nasci. In qua quinque terra feritur, nascitur & balano, fed non nisi Æsculi, scrobe dodtantali. Idem lib. 16. cap. 4. Corona Civica lignea primo fuit: postea magis placuit ex æculo Jovi sacra. Varieturque & cum queru est, ac data ubique que ferat, custodito tantum honore glandis. Virg. 2. Georg. 29.

Altius ac penitus terra desfigitur arbos:

Æsculus in primis: que quantum vertice ad auras

Ætherias, tantum radice in tartara tendit. Ubi Servius: Æsculus, arbor est glandifera, que licet ab Iliu dicta sit, tamen per æ scribitur. Sunt tamen qui fine diphthongo scribant, ab Esca derivantes. Plin. lib. 16. cap. 31. V. Ruell. in Æsculus. Maxima Æsculus. Virg. 2. Georg. 16.

Rigidus Hor. 3. Carm. 10. 17.

ÆSCULUM, i. n. [Ἄσκον] Locus Æsculii confitus. Hor. 1. Carm. 22. 14.

Quale portentum neque militaris

Daunia in latis alit Æsculeis.

ÆSCULEUS, Adj. [Ἄσκουλπος] Palladius lib. 1. tit. 9. Deinde ut axes querne cum Æsculeis non miscantur.

Frons Æsculei, i. e. Corona. Ovid. 1. Met. 449.

— Æsculei capiebat frondis honorem.

ÆSCULINUS, Adj. Idem. Axes Æsculini. Vitruv. 7. 1.

ÆSEPUS. V. ÆSAPUS.

ÆSERNIA, Αἴσερνια Ptolemeo, Samnitum urbs in Italia, hodie Esernia.

Strab. lib. 5. Æsernia & Allite, Samnitica sunt oppida. ÆSERNIUS, [Αἴσερνιος] Viri nomen, cuius meminit Cic. de Opt. Gen. Orat. C. 6. ex Lucilio. Et 3. Q. fratr. 4. cum Æserni Samnitæ Pacideanus comparatus videberat. Erat autem Æsernius & Pacideanus gladiatorum pat, optime compositum longeque omnium nobilitissimum. Quod in proverbiu abit, quo foliemus ut, cum duos in eodem genere artifices optimos, quorum alter alteri ambiguus reddit palmarum, comparamus. V. & Non. Marc. 4. 425. & Ecclm. Adag. ubi Æsernius pro Æsernino ferribit.

ÆSIMA. V. ÆSYMA.

ÆSIS [Αἴση] vulgo Eiso & Fumesino, Umbria fluvius in Italia, unde Æsineses populi. Plin. lib. 11. cap. 42. Cafium Æsinetum ex Umbria mitti tradit. Strab. lib. 5. In his locis priores fuere Italiae termini atque Galliae, licet Imperatores peneumero transponeretur. Antea quidem Æsis flumen terminum faciebat: rufus Rubiconem fluuium. Æsis inter Anconem labitur & Senogalliam: at Rubicon inter Ariminum & Ravennam: uterque in Adriaticum excurrit pelagus. Sil. 8. 445. Hermol. in cap. 42. lib. 11. Plinii, Æsini quoque annis & urbis nomen in Umbria scimus: authore Ptolemeo & ceteris: hodieque ita vulgo dicitur.

ÆSISIUM,

ÆSISIUM, [Αἰσιόν] Urbs Umbrorum, Ptolemao: hodie Assisa.
ÆSIUM, [Αἴσιον] Vicus quidam in Umbria, qui ex Ocrilis Ariminum permeanti, via dextra occurrit. Strab. lib. 5.
ÆSICS, [Αἴσιος] Annis est in ora Bithynia. Plin. lib. 5. cap. 32.
ÆSOLANI, [Αἴσολανος] Populi sunt in Latio, quorum meminit, Plin. lib. 3. cap. 5.
ÆSON, önis. [Αἴσον] Cretheus Æoli filius Æsonem genuit ex Tyro Salmoni fratri sui filia. Æson vero Jasonem: cuius rogitu Medea Æsonem in alieno recouit prifinae juvenuti restituit. Ovid. 7. Met. 285. & V. lateri in Philologia.

ÆSONIDES, æ. [Αἴσονες] Jafon, Æsonis filius. Ovid. 7. Met. 60.

ÆSONIUS, poffell. [Αἴσονος] Ovid. 12. Epift. 134.

Aufus as Æfonia dicere cede domo. Quandoque pro patronymico ponitur. Ovid. 7. Met. 156. — & auro

Heros Æfonius potitur. h. e. Jafon Æfonides.

ÆSOPUS, [Αἴσοπος] Philophorus felivis apologetis commentus Phryx generi, conditione servus, tempore Cresi Lydorum regis, cui fabulas suas dicebat. Floruit circa Olymp. 52. Ante Christ. nat. Circiter 572. aquilis Solonis, Periandri, Chilonis, &c. Vita ejus a Maximo Planude scripta, fide indigna est, & variis commentis repleta. Certiora peti possunt ex Fabricii Biblioth. Gr. 2. 9. qui & alias novem Æfopos commemerat. Ceterum quia Fabularum genus ab Æfopo maxime celebratum est, ad eum referuntur omnes, ejusque nomine insigniuntur, quod Fabius s. 11. obseruat, ad quem locum V. Not. p. 440. Ed. Burni. Sic Phaedrus Fabulas suas Æfopias nominat; quod ad exemplum Æfopi, non ab ipso Æfopo, inventa atque confitetur. Pref. lib. 5. v. 10. Quoniam caperis fabulis, Quas Æfopias, non Æfopi nomine, &c. Proprie autem illæ Æfopae fabule dicuntur, ubi res rationis exercites (ut arbores, fere, &c.) introducuntur loquentes, quo nomine ab aliis eas non tantum distinguunt Philofratius, sed ceteris omnibus etiam preferit. V. eum de vita Apoll. Thyaeni, 5. 5. & in Ieonio. Quo etiam pertinent, quæ Avienus prefat. Fabularum extrema ponit. Duxisse ex Thracibus genus, & tempore Pythagoræ vixisse Æfopum Heraclides in Polit. Tradit. p. 989.

Fuit alius Æfopus, anagnostes Mithridatis eruditissimus, scriptis de Iudibus Mithridatis, & de Helena, ut author est Suidas. Pratera Æfopus tragedus amicitia junctus Ciceroni, qui sape cum eo ad videndum in curia pronuntiantem Hortenium venit, tete Valerio, & ad maximas opes ex histrio nica pervenit, fuitque adeo luxuriosus ut fertur. Clodii Æfopi tragic histrionia patina, fexcentis festiatis taxata: in qua posuit aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales numeris sex lingulas coenpitas: nulla alia induxit suavitate, nisi ut in his imitationem hominis mandaret, ne queritus quidem fuos reveritus illos opimos & voce meritos: dignus prorsus filio, a quo devoratas diximus margaritas. Hor. 2. Serm. 3. 239.

Quæ gravis Æfopus, quo doctus Roelius egit.

Est & Æfopus Libertus Demethonis qui memoratur a Macrob. i. Saturn. 2. Est item fluvis, qui Zeliam praterflabitur, eodem Plinio authore lib. 5. cap. 32. Sed hic rectius Æfopus, vel Æfepus dicitur. V. Supra.

Æfopi patina. Plin. lib. 10. cap. 51. Maxime infignis est in hac memoria Clodii Æfopi tragic histrionia patina, fexcentis festiatis taxata: in qua posuit aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales numeris sex lingulas coenpitas: nulla alia induxit suavitate, nisi ut in his imitationem hominis mandaret, ne queritus quidem fuos reveritus illos opimos & voce meritos: dignus prorsus filio, a quo devoratas diximus margaritas. Hor. 2. Serm. 3. 239.

Fluis Æfopi distractam ex aure Metellæ,
Scilect ut decies solidum exsurberet, acco
Diluit insignem baccam.

Erat autem Metella huius Æfopi uxor. Plin. lib. 9. cap. 35. Clodius tragedi Æfopi filius, ne folis sciret quid saperent margarite, singulos uniones convivis absorbendos dedit.

Æfopi fabellas, qua fabulæ nutritiarum proxime succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollere, condiscant pueri. Quintil. lib. 1. cap. 9.

Ne Æfopum quidem trivisti. De vehementer stupidis & imperitis dici solet, ut testatur Suidas. Extat apud Aristoph. in Avibus,

Inductus enim es, neque sat solers,
Neque trivisti saltē Æfopum.

Nam antiquitus Æfopi fabellas etiam vulgus idiotarum terebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire videbatur. Erafm. in Chiladi.

ÆSOPEUS & ÆSOPIUS. Adj. [Αἴσοπος] Sen. de Brevitate Vita. Non audeo, inquit, usque eo te producere, ut fabellas quoque, & Æfopeos logos, intentatum Romanis ingenii opus, solita tibi venustate connectas. **ÆSOPICUS**, aliud Adj. ut Æfopicus graculus. Proverbium dici solitum in eos qui aliena fibi usurpant, aliorumque bonis ſeſe venditant. Extat apud Lucianum in Pseudoligita. Erafm. Id. 1. 29.

Æfopicus sanguis. Dicitur, aut ubi quis præter meritum acerba patitur: aut ubi propter leſam innocentiam, irati superi poenam immittere videbuntur. Natum ex historia, cuius meminit Plutarch. in lib. περὶ τῶν ἀτὰς θεῶν βεβαίων πρωτεύων, ubi & indicat dici ſolere, quoties ſero pœna datur.

ÆSQUILIA, V. EXQUILIA. **ÆSTAS**, [Ἄεστος] Secunda est ex quatuor anni partibus: olim tamen pars erat anni dimidia. Tunc enim (teſte Servio) annus in duas tantum partes dividebatur: h. e. in aſtivum, & hyemal ſolitum: ex quibus aſtatem ac hyemem intelligimus. Porro ſecundum hanc divisionem aſtas conſat ſex mensibus, & incipit a verno aequinoctio: finit autem aequinoctio autunnali. Virg. 3. Georg. 296.

Incipiens, ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere oves, dum mox frondosa reducitur aſtas. Ubi Servius,

i. e. Donec vernum tempus adueniat. Nam ver & aſtas, licet etiam hyems & autunnus, unum erant ſecundum rationem hemisphaerii. Varro 4. de L. L. Ab eſtu aſtas, hinc aſtivum: niſi forte a Greco αἰστίς. Plin. lib. 12. cap. 19. Autri ibi tam ardenter flant, ut aſtastis ſylvas accendant.

Antiqui, authore Servio, annos per aſtas numerabant. Virg. 2. Æn. 207.
nam te jam septima portat

Omnibus errantibus terris, & fluctibus aſtas. i. e. Septimus annus. Aſtates, que decolorē cutem faciunt, ſimilis vituli cum oleo & gummi manu ſubactum emendat. Plin. lib. 28. cap. 12. Aſtates appellans, macula ſolares, quas Solis favor & aſtas elicere ſolent.

Adulta aſtas. V. ADULTUS.

Atrox. Claudian.

Calida. Virg. de quatuor temporibus anni,

Spica ferta gerit calidissima ſolibus aſtas.

Fervens. Cland. Pr. Conf. Stil. 461.

Florens. Virg. de obitu Maecenatis.

Formosa melibus. Ovid. de Rem. Amor. 187.

Frigida. Stat. 1. Sylv. 5.

Frondosa. Virg. 3. Georg. 296.

Gravis. Virg. 2. Georg. 377.

— gravis incumbens ſcopulis arentibus aſtas.

Ignea. Hor. 1. Carm. 17. 2.

Iners. Homines inertes reddens. Stat. 3. Theb. 258.

Iniqua. Columel. lib. 10. de cultu hortorum.

Lata. Virg. 3. Georg. 322.

At vero Zephyrus quam lata vocantibus aſtas.

Liquida. Virg. 4. Georg. 59. i. e. Serena.

Mollior. Virg. 1. Georg. 312.

— Atque ubi jam breviorque dies, & mollior aſtas.

Nova. Virg. 1. Æn. 430.

Qualis apes aſtas nova per florea rura

Exerct ſub ſole labor. Ubi Servius. Aſtas nova: Bene nova, quia eſt & adulta, & precepſ ſecundum Sallustium. Dicitur autem aſtas nova, primo aſtas mense: adulta, ſecondo: precepſ vel extrema, tertio.

Nuda. Virg. de quatuor temporibus anni,

Strabat nuda aſtas, & spica ferta gerebat.

Petilens. Liv. Gravis petilensque omnibus animalibus aſtas.

Pulverulentia. Virg. 1. Georg. 66.

Salubris. Hor. 2. Serm. 4. 21.

— ille salubres Aſtas perget, qui nigris prandia moris Finiet,

Serena. Virg. 6. Æn. 708.

Ac velut in pratis, ubi aſtas ſerena

Floribus inuidit variis.

Torrida. Virg. 7. Ecl. 47.

Vaga. Claud. in Eutrop. 2.

Sed vaga laſcivis fluert diſcurſibus aſtas.

Ineunte aſtas. V. INEO.

Ingruente aſtas. V. INGRUO.

Ætas & Ætas confunduntur a Librari. V. Drakenb. ad Sil. 3. 385.

ÆSTRIVA, orum. pl. tantum, [Ἄεστις] Loca ſunt in quibus armenta & greges, & milites aſtivant: huc Hyberna, in quibus Hybernant. Liv. 3. Bell. Macc. Educto in aſtiva militi. Scil. Caſtra. Haec enim vox ſubaudit, ut in Stativa, Hyberna. Quin ſepe etiam exprimitur. Vide CASTRA. Virg. 3. Georg. 471.

— nec lingula morbi

Corpora corripunt, fed tota aſtiva repente. Ubi Servius, Loca poſuit pro animalibus. Aſtiva autem ſunt loca umbroſa, in quibus per aſtatem pecora vitant foliis calorem. Conf. Varro de R. R. 2. 2. Aſtiva Praetoris. Cic. 7. Verr. 95. At primo ad illa aſtiva Praetoris aſtendunt. Aſtivorum timor. Cic. 7. Fam. 14. Ad ſeſtivorum timor ut debilitat, aliquid excogita, ut ſecuti de Britannia. i. e. bellū administrandi per aſtatem timor.

ÆSTIVO, āre. Ad aſtum vitandum alicubi morari. Plin. lib. 12. cap. 5. Intra ſepem eam aſtivant paſtores, opacam pariter & nunitam vallo arboſis. Varro de R. R. 2. 2. Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus aſtivant. Stat. 4. Sylv. 4. 22.

Nec non noſter anor, Latius aſtivat in oris. Idem Theb. 5. 16.

— Nido juvat aſtivare ſub Æmo. Sic in Villis ſuis aſtivabant Romani proceres ac Caſares. Suet. Galb. 4. Veſp. 24.

Abigere aſtivatum. Itaque greges ovium longe abigantur ex Apulia aſtivatum. Varr. 2. de R. R. 1.

Aſtivare etiam dicitur de pīcibus. Plin. lib. 9. cap. 15. Multi in Proportione aſtivant. De chynis.

ÆSTIVUS, Adj. [Ἀεſτις] Quod aſtatis est, licet ab Æſtus, non ab Æſtas formatum ſit.

Æſtivi menſes. Cic. 5. Att. 14.

Æſtiva animalia vocat Pulices & Pediculos Plin. lib. 9. cap. 47.

Aqua. Ulp. in 1. 1. D. de aqua quotid. & aſti. Æſtiva, inquit, aqua eſt, qua ſola uti aſtate expedie: huc dicinus Vſtimenta aſtiva, ſaltus aſtivatum, caſtra aſtiva: quibus etiam interdum hyeme, plerunque autem aſtate utimur.

Aque aſtiva, i. e. Tepida. Propriet. lib. 4. 25.

Aura. Hor. 1. Carm. 22. 18.

Aurum. Juv. Sat. 1. 28.

Ventilat aſtivum digitis ſudantibus aurum, Ubi V. Schol.

Calores. Columel. lib. 4. cap. 7.

Candor. Claudian. Paneg. 1.

Canis. Tibul. lib. 1. 4. Vulgo vocant, Dies Caniculares.

Clafles. Claud. de Bell. Gild.

Dies. Cic. 7. Verr. 80. & 1. Q. frat.

Falces. Claudian. de Sext. Conf. Hon. 389.

Fervores. Columel. lib. 4. cap. 24.

Ignes. Propriet. lib. 3. 20.

Jubar. Claudian. de Tert. Conf. Stil. 461.

Leo. Claud. in Ruff. 1. 369. Nempe aſtate viget Leo, fidus celeſte.

Locus, In quem per aſtatem animi gratia ſeccedre ſolemus. Cic. 3. Q. frat. 1. Nunc hoc vel honeſtatem teſtudinis, vel valde bonum aſtivum locum obtinebit. Locus valde depravatus.

Lux. Virg. 4. Georg. 52.

Nilus. Claudian. in Ruff. lib. 1. 135.

Nives. Marſial. lib. 5. 65.

Nox. Hor. 1. Epift. 5. 11.

Nubes. Virg. 4. Georg. 312.

Orbis. Tibul. lib. 1. 2.

Partes aſtiva vītis. Columel. de Arboribus, 5. 4. Itaque optimū eſt vi- quam partem relinquī, atque ita ſummas partes, quas aſtivas ruſi. ap. 1. 1. al- lat, reſecare. Videtur ſignificare ſecundum illud incrementū in ſumma ſumma mitibus, quod circiter menſe Auguſtū fieri ſolent, & quali pīces ſumma viuū quā magis inflata ſunt.

Partus. Plin. lib. 12. cap. 14. Autumno thus legitur ex aſtivo partu. h. e.

Ex eo quod prodiuit aſtas.

N 3

Palvīs

ÆSTIVUS. Claudio. Paneg. lib. 4. 43. Scipio ex æstiva. De poulis vitreis dictum, quod ea tempescere lagenam & potionem potius quam cibum & obsonium queramus. Propriet. --- virtutis æstiva suppellex.

Et Methylmali Graia falfiva meri.

Saltus hyberniæ ætivis quo animo possidemus, quanvis certis temporibus eos relinquimus. Paul. in l. 3. ff. de Acquir. Poëtess.

Sol æstivus. Plin. lib. 12. cap. 14. Et apud Virg. 4. Georg. 28.

Soles. Stat. 4. Sylv. 4.

Sopori. Claud. Eridyll. Nil. 41.

Tellus. Sen. in Med. 10. Æstiva tellus floruit cantu meo. h. e. Tellus meis incantationibus talis facta, qualis astante solet esse.

Tempora. Cic. 7. Verr. 30. Tabernacula quoadmodum confuerat temporibus ætivis, carbafis intenta velis colloccari iussit in littore.

Umbra. Ovid. 13. Met. 793.

Solibus hyberniæ, æstiva gratori umbra.

ÆSTIVE. Adv. Plaut. Men. 2. 1. 29. Cum inspicio Marsupium, viaticati admodum æstive fumus, ubi Æstive viaticari, pro Tenuiter admodum & parce, dicitur; joculari trahitione ab iis, qui per astantem leviter ac expedit ornati: quanquam alter cum locum interpretatur Turneb. Ad. verl. 18. 15.

ÆSTIVALIS, c. Idem quod Æstivus. Hyg. Astr. 3. 24.

Ap. Plat. Ficin. lib. 3. de Legib. H. St.

ÆSTIMO, [πονεῖ, μετέπει] Æstimo. Considerare. Quintil. lib. 2. cap. 13. Consumptus affectibus, non reperiens quo dignè modo vultum patris posset exprimere, velavit ejus caput, & suo cujque animo dedit æstimandum. Cic. 1. de Legib. 1. Sienna ejus amicus omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus æstimare non possumus, facile superavit. Et 7. Verr. 23. Expedite hæc, atque æstimate. Unde dictum est Æstimare pro Taxare: ab Æs æris, & της Græce, quod est pretium Latine.

Æstimare. Videre, propicere, & e loco sublimi considerare. Martial. 14. 64.

Hinc r̄tem dominos videre montes,

Et totam liceat æstimare Romanos,

Albanos quoque, Tusculosque colles.

Æstimare, cum ablative pretii. Cic. 5. Verr. 216. Eodem tempore Antonius tribus denariis æstimavit post messem. De frumento loquitur.

Æstimare, cum accusativo & ablativo. Quintil. lib. 11. cap. 1. Sic egit, ut qui ponam suam honoribus summis efficiatæstimatorum. De Socrate loquitur.

Æstimare item. Cic. 5. Verr. 22. Qua in civitate Caio Catoni clarissimo viro, Consulari homini, sefertarium xvii millibus lis æstimata sit. Litem æstimatum Catoni dicit, i. e. Eum damnatum octodecim millibus nummum judicio repetundarium. Idem in ultima actione. Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua calamitate cineri atque oſibus filii sui solitum vult reportare. Lites æstimatas, vocat pecuniam multatitiam, & nummarias sententias: ut hodie quum judices certa summa, actorum dispensa & incommoda æstimantes, tanta pecunia reos dabant. Id a juris authoribus, quanti interest actoris appellatur. Litis autem æstimatio ita appendix erat damnationis, ut hodie ex formulis judiciali, i. e. quod Damna & intereste vocant. Hac Budæus. Aſconius, Reputundarum causa ita habet, ut si reus convictus sit atquedamnatus, pecuniam redditæ æstimata lite: h. e. in premium redactis omnibus furtis: quam summam pecunia proscriptis ejus bonis factores curabant.

Æstimare nomina aliqui. Cic. 3. Verr. 99. Illa sunt nomina, quæ Dolabella necessario sunt æstimata.

Pecunia. Cic. 7. Verr. 23. Deinde hæc expendite atque æstimate pecunia, vulgo Appretiare dicunt.

Personas accusatorum æstimare, vel de dignitate, vel ex eo quod interest, vel etate, vel moribus, vel alia justa de causa. Ulpian. in l. plures. D. De accusat.

Premium rei. Cic. 7. Verr. 23. Deinde crimen sine accusatore, sententia sine confilio, damnatio sine defensione: æstimare harum rerum omnium pretia. Ac si dicaret, considerare quam parvi haec sint momenti. In busdus leg. Æstima.

Carius. Cic. 10. Fam. 4. Eſti a te propter amorem carius sunt æstimata. Cic. ad Brut. 16. Valde care æstimatis tot annos.

Flocci. Plaut. Mofell. Neque quod dixi flocci æstimat. h. e. Nihili facit. Æstimare magni & magno, h. e. Magni facere. Cic. 2. de Fin. 55. Magni enim æstimabat pecuniam. Ibid. lib. 3. 11. Ne ego istam glorioſam memorabilemque virtutem non magno æstimandam putem.

Magni item æstimare. Paulus in l. Puta. D. ad leg. Aquilam. Qui convenitur, fateatur se occidisse, & paratus fit æstimationem solvere, & adversarius magni item æstimet.

Nomihilo. Cic. 4. de Fin. 62. Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

Æstimare tanti, quanti, tantidem, pluris, & minoris. Cic. 6. Verr. Quantæ hæc eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, æstimentur. Idem. Et aiebat se tantidem æstimate. Idem 1. Acad. Ex iis alia pluris esse æstimanda, alia minoris. Liv. Mancipia minor a annis xx. quæ post proximum lūfum decem millibus æris, aut pluris venient, ea quoque decem tanto pluris, quam quanti essent, æstimentur.

Expendere atque æstimare aliiquid. Cic. post red. in Senat. 14. Iidem expendere atque æstiment voluptates; tententiamque dicunt & judicant: quantum cuique libidinum tribendum effe videatur.

Æstimare ac dispicere. Columel. lib. 4. cap. 27. Quare prudentis est ac maxime callentis vinitoris, æstimare ac dispicere, quibus locis in annum debent materias summittere.

Æstimare aliquem. Plaut. Capt. 2. 3. 4. Nam ego te æstimatum huic dedi viginti minis.

Bene de aliquo: Vulgus dicit, Habere bonam opinionem de aliquo. Cic. 9. Att. Oratio fuit ea nostra, ut bene potius ille de nobis æstimaret, quam gratias ageret. Putarim hoc loco legendum, Existimaret: unde & bonum æstimationem de aliquo dicimus.

Aliquem ex artificio. Cic. pro Rose. Com. 28. Nemo illum ex trunko corporis speculabat, sed ex artificio comicò æstimat.

Aliquid ex veritate, vel ex opinione. Cic. pro Rose. Com. Sic est, vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.

Large liberaliterque æstimare. V. LIBER, liberi.

ÆSTIMANS, antis. Partic. Caesar. 3. Bell. Gall. 1. Perinde æstimans ac vius est.

ÆSTIMOR, æris. paff. Caesar. 7. Bell. Gall. 14. Hæc si gravis aut acerba videantur, multo ille gravius æstimari debere.

Æstimatio piena, ab antiquis ab Ære dicta est, qui eam æstimaverunt ære: ovem decus, bovem cencus, h. e. Decem, & centum aliibus. Festus. [Videatur legendum Quia pro Qui.

ÆSTIMATORIUS, Adj. [παραπονός] ut Actio æstimatoria, quæ de æstimato proponitur, quoties de nomine aliquo contractus ambiguit. Ulpius. in l. 1. D. de æstimat action. Convenire tamen aliquam actionem dari, daretur æstimatoria præscriptis verbis actio.

Æstimatoria exceptione agere. Pompei. in l. Si tamen. D. de ædilit. edict. **ÆSTIMATOR,** Æris. m. [παραπονός] Qui æstimat & considerat. Cic. 3. de Fin. 10. Et quia te æquilibrium habeo eorum studiorum quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & judicem. In Orat. 141. quis tandem id iūtus rerum æstimator reprehendet?

Æstimator, Qui taxat. Cic. in Pison. 89. Unus tu dominus, unus æstimator, unus vendor. Idem Paradox. 6. isti callidi rerum æstimatores præ & arcas quadam magno æstimant, &c.

Accrimus aliquis rei æstimator. Cic. in Brut. De Cæſare & ipſe ita iudico (inquit Atticus) & de hoc hujus generis accrimo æstimatore fæſſimis audiui, illum omnium fere Oratorum Latine loqui elegantillime.

De accrimo æstimatore, i. e. de Cicero. Immodicus æstimator fui. Curt. lib. 8. i. 22. Marcus æstimator. V. PARCO.

ÆSTIMATIO, onis. f. [παραπονός, πάραπονος, διαπονος] i. e. Consideratio & Perpenſio. Cic. 3. de Fin. 34. Quod pondus dignum habeat æstimatione.

Æstimator, Taxatio. Caesar. 1. Bell. Civil. 87. Militibus æqua facta æstimatione, pecuniam pro his rebus solvit.

Æstimator census. Non æstimatione census, verum viētu atque cultu terminatur pecunia modus: Cic. Parad. 6.

Facere æstimationem. V. in FACIO. H. St.

Æstimationem accipere. V. ACCIPIO.

In æstimationem aliquid accipere. Cic. 13. Fam. 8. A M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accipit.

Æstimator, pro Re æstimata. Cic. 9. Fam. 16. Nunc quum tam æquo animo bona perdas, non co finis, ut quoniam me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putas accipere. Etiam hæc levor est plaga ab amico, quam a debitore. Allusit ad æstimationem possessionum, quam Cæſar, pulo ex Italia Pompeio, quum Roman reverenter, per arbitrios causa debitorum fieri voluerat, ut ii creditoribus facilius satisficerent. Quia de re initio lib. 3. de Bell. Civil. his verbis: Quoniam fides tota Italia esset angustior, neque credita pecunie folverentur, constituit ut arbitrio darentur: per eos fierent æstimationes possessionum, & rerum, quanti queque earum ante bellum fuissent, argue ea creditoribus tradenter. Hoc & ad timorem novarum tabularum tollendum, minuendumque, qui fere bella & civiles diffensiones feci confusivit: & ad debitorum tuendam exæstimationem esse aptillimum exitimavit. Haec enim Cæſar, Sueton. etiam in Julio cap. 42. De pecuniis (inquit) mutuis, disjecta novarum tabularum expectatione, quæ crebro movebatur, decrevit tandem ut debitoris creditoribus fatus facerent per æstimationem possessionum, quoniam quasi ante civile bellum compararent, deducto summa æris alieni, liquid utræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione quartæ pars fere crediti deperibat. Hæc Sueton. Quoniam igitur Papirius ex Cæſaris decreto magnam a debitoribus plagam accepisset, æstimatim corum possessionibus, non quanti venire tunc possent, sed quanti ante civile bellum fuissent: iocans Cicero: Non credas, inquit, quoniam me hospitio recipias, æstimationem te aliquam accepturum. Et dixit, Æstimationem aliquam, tanquam si, Magnum aliquod damnum, dixisset. Papirius enim æstimationes, i. e. Prædia per arbitrios inique æstimatæ a debitoribus accipiens, crediti jačuram non minimam fecerat. Deinde sequitur: Etiam hæc levor est plaga ab amico, quam a debitore. h. e. Et tamen, quod ab amico bona tua comedantur, non id tibi æque grave esse debet, atque illud est, quod debitorum causa deperitis: a quibus possessiones, quanti vendere nunquam poteris, accipienda tibi sunt. Idem 9. Fam. 18. Æstimationes tuas vendere non potes. h. e. Res æstimatæ significat enim possessiones per æstimationem a debitoribus acceptas. Hinc est, quod ipse Cic. quondam dicit accipere æstimationem, pro accipere a debito possessionem, aut rem lege Cæſaris æstimatam, ut in exemplo superiori. Et 12. Att. 21. Ovias C. Lolli curanda sunt his. c. Negat Eros posse fine me, credo, quod accipienda aliqua sit & danda æstimator. h. e. Accipienda mihi possessiones aliqua, & domus, aut res a debitoribus meis, & ea Ovias, cui ipse debo, tradenda. Et potius hic Cicero Æstimationem pro Re æstimatione, æstimatæ, inquam, ab arbitris Cæſarianis, quanti ante civile bellum fuissent, addicte Parci Lex. Plant. p. 55.

ÆSTIMABILIS, e. [παραπονός] Quod æstimari potest: unde Inæstimabile. Quod nullo pretio potest æstimari. Cic. 3. de Fin. 20. Æstimabile est dicitur, &c.

ÆSTIMIA, æ, f. Obsol. sic Æstimas Festus exponit æstimationes & in XII Tabulis, Ærisque æstimationes judicati predicatori.

ÆSTIMIUM, ii, n. Hyginus de Lim. p. 152. Ed. Grec. Possessions pro Æstimo ubertas assignata. Sæpius etiam apud Frontin. de Colon. occurrit.

ÆSTRÆUM, Oppidum Macedoniae: &

ÆSTRAEI, Populi sunt ejus urbis incole, teste Ptolæmo.

ÆSTUARIUM, Æstro. V. ASTUS.

ÆSTRUS, ûs. m. [κανών, πύλη, Καραβή, κλίδω] Festus, Æstus solis & æstivi temporis flagrantia. Virg. 3. Georg. 331.

Æstibus, de calido ignis umbracum exquirere vallem. Virg. 2. En. 706.

— propriisque æstus incendia volunt. Ibib. 739.

— exuperant flammæ: furit æstus ad auras.

Æstus, ut ait Nonius, est Marinus impetus & Commotio. Vulgo Maris fluxus & refluxus. Plaut. Alfin. Quo magis te in alium capessis, æstus te in portum referit.

Virg. 1. Æn. 112. — Furit æstus arenis. Ab hac significatione legimus æstuosum mare.

Marinus, sive *Maritimus æstus*. *Cic.* 2. de *Divin.* 3. 4. De *Nat. Deor.*

2. 19.

Reciproci æstus vis inenarrabilis. *Plin.* in *Procœm.* lib. 32. & 2. 97.

Vallis æstus pelagi. *Catul.* Argon. 64. 127.

Æstus maris accedunt, &c. *Plin.* lib. 2. cap. 97. Æstus maris accedere & reciprocari, maxime mirum: pluribus quidem modis, verum causa in sole lunaque. Bis inter duos exortus lune afflunt, bisque remeant vicenis quaternisque femper horis. Et primum attollente se cum ea mundo, intumescentes: mox a meridianæ ecclæ fastigio vergentes in occasum, residentes: rursumque ab occulo subter ecclæ ima, & meridianæ contraria accedentes, inundantes: hinc donec iterum exoriantur, se forfentes. Nec unquam eodem tempore quo pridie, refui: ut ancillante sidere, trahenteque secum avido haustu maria, & allude aliunde quam pridie exoriente: paribus tamen intervallis reciproci, sensisse que semper horis, non cuiusque diei, aut noctis, aut loci, sed aquinoctialibus. Haec tenus *Plin.*

Æstus maris crescit, decedit, recedit. *Plin.* lib. 2. cap. 97. In ripa Batæ oppidum est, cuius putei crescente æstu minuuntur, augescunt decedente. Et cap. 98. His addit Arisototes, nullum animal nisi æstu recedente expirare.

Æstus reciprocus vis inenarrabilis. *Plin.* lib. 32. in proœm.

Æstus maris modici, &c. *Plin.* lib. 2. cap. 97. Modici luna nova æstus, pleniora ab ea exundant, plenaque maximè fervent. Inde mitescunt. Paras ad septimam primis. Iterumque alio latere dividua augentur. In coitu Solis pares. Plane eadem Aquilonia, & a terris longe recedente, mitiores, quam quum in Austris digressa, propiore nîu vim suam exercet. Paulus polt. Dubius aquinotius maximè tunentes, & autumnali amplius quam verno. Inane vero bruma, & magis solitiss. Veterum sententias de maris reciprocatione recentent *Comnibric.* lib. Mete. Tract. ro. 5.

Fervet æstu pelagus. *Cic.* 3. de *Orat.* 155.

Æstus frangitur mare. *Lucret.* lib. 6. 143.

Æstus pro Mari æstuoso. *Virg.* 2. *Georg.* 164.

Tyrensesque fratres immittunt æstus Avernus.

Æstus ulceris. *Cic.* 2. *Tusc.* 19.

Jamiam absumor, conficit animam.

Vis vulneris, ulceris æstus. i. e. Ulceris inflammatio. Eodem modo calor ille febris intensissimus, æstus quoque dicitur.

Æstus, translatum ad Animum. *Cic.* de *Clar. Orat.* 281. Sed hunc quoque absorbit æstus quidam non insolita adolescentibus gloria: pro Vehementiori cupiditate & ardore quodam.

Æstus animi. *Firmic.* lib. 3. cap. 5. Erunt autem semper tales, in æstu anni, & in maximis necessitatibus constituti.

Inter æstus iracundia fluctuare. *Macrobi.* Saturn. 2.

Magnaque irarum fluctuat æstus. *Virg.* 4. Æn. 532.

Ingenii. *Cic.* 3. de *Orat.* 143. Quo quum ingressus essem, repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul a terra abripiuit, atque in altum a conspectu pene omnium abfraxit.

Conscutudinis, Impetus, vis. Allusio est ad æstum maris. *Cic.* 2. de Legib. 9. Ne æstus nos confundit absorbatur.

Commovere æstus bellum. *Lucret.* lib. 5. 1434.

Et bellis magnos commovit funditus æstus. h. e. Tumultus bellicos.

Æstus, pro Amore. *Ovid.* 14. Met. 352.

Ut primum valido mentem collegit ab æstu.

Æstus, Agitatio, & difficultas. *Quintil.* lib. 11. cap. 1. Ilic major æstus ubi quis pudenda queritur.

Æstus, Dubitatio, sollicitudo. *Plin.* lib. 1. epist. penult. ad Pompeium Falconem. Erat hic quoque æstus ante oculos, si forte me appellasset.

Idem alibi, Explica affectum meum. i. e. Dubitationem, inquit Budeus. *Pulchra significatio metaphorica.* In hoc æstu periculorum, Justinus. V. παρὰ βεδαν, ubi exp. Ιδῶν ἐπίπεδο, ut ιδω, ὡς ινον. H. St. Vid. Bud. Comm. p. 331. ed. Bas. 1530.

Anceps æstus. Sen. Medea 12. Anceps æstus incertam rapit. h. e. Incertus animi furor & agitatio.

Æstus, pro Ipsa caloris vi, qualis æstate solet esse.

Ardens æstus. *Virg.* de quatuor anni partibus.

Calidi. *Lucret.* lib. 1. 301.

Dubius. *Cloud.* in *Ruff.* lib. 1.

Fervidus. *Hor.* 1. *Serm.* 1. 38.

Gravem æstum solari fluvii. *Hor.* 2. *Carm.* 5. 7.

Horrifer. V. Errucare æstus horriferos, in *ERUCTO.*

Ignavi. Ab effectu, quod Ignavos homines reddant. *Ovid.* 7. Met. 529.

Incensus æstus avertere, i. e. Febrem. *Virg.* 3. *Georg.* 331.

Leterifer. *Ovid.* 7. Met.

Medii, h. e. Meridies, quo tempore sol ardet maxime. *Virg.* 3. *Georg.* 331.

Mustulentus. *Plaut.* Molt. 4. 2. 90. Mustulentus æstus nares attigit. Joco dictum de vaporis vini recentis & multe.

Nebulosus. V. *NEBULA.*

Rabidi æstus. i. e. Calores. *Aufon.* 3. Sect. 3. ad *Paulinum Epist.*

Rapidus. *Virg.* 2. *Ecl.* 10.

— & rapidi fessi messoribus æstu

Allia, serpulique, herbas contundit olentes. Ubi *Servius*, Rapido æstu, Vehementi & ferventi.

Sicci. *Columnel.* de cultu hortorum, lib. 10.

Sidereus. *Ovid.* 6. Met. 341. h. e. Solis ardores.

Steriles. *Cloud.* in *fec.* Conf. Hon. 277.

— steriles juvat ire per æstus.

Torrrens. *Plin.* lib. 8. cap. 12. Elephants frigidissimum esse sanguinem, ob id æstu torrente praecipue a draconibus expeti.

Tremulus. *Lucret.* lib. 6. 875.

Validus. *Ovid.* 14. Met. 352.

Exæstuare æstus. *Lucret.* lib. 6. 816. & 2. 1136.

Hos igitur tellus omnes exæstuat æstus. i. e. Ebullit & efflat.

Æstu, febrisque jastrati. *Cic.* 1. in *Catil.* 31. Sæpe homines ægri, morbo gravi, quum æstu febrisque jastrantur, si aquam gelidam biberint, prius relevari videntur: deinde multi gravius velenitiusque afflicantur.

Insinuare æstum. *Lucret.* lib. 6. 819, de Sole.

Laborare æstu. *Columnel.* lib. 4. cap. 24.

Relevare æstus. *Ovid.* 3. de *Arte Am.* 697.

Secare. *Virg.* 8. Æn. 674.

Et circum argento clari delphines in orbem.

Æqua verberant caudis, æstumque fecabant. h. e. Maris agitationem, Servius naturalem rem ostendit. Nam semper mare turbatur, quum delphines apparuerunt.

Solari ætum fluviis. V. *Gravem* æstum solari fluviis.

Solvæ æstu. *Lucret.* lib. 1. 493.

Sutinere æstus. *Ovid.* 1. Met. 228.

Torens æstu terra. *Columnel.* lib. 4. cap. 19.

Ælti, pro Æstus. *Pacuv.* Chrys. Ælti forte ex arido. Nonius.

ÆSTUARIUM, ii. n. denomi. Æstuaria (ut Strabo ait) sunt Loca que marinis aquis restringe sunt ex inundationibus pelagi, per quas saepe in mediterranea fluviorum intar navigantes ascendunt: aliquando non nisi nando transflui possunt, a Graecis οὔποτε, h. e. Inundatio dicitur. Æstus ait esse omnia, qua mare vicilium tum accedit, tum recedit. *Cat.* 2. Bell. Gall. 28. Majores natu, quos una cum pueris mulieribusque in æstuariorum ac plaudes collectos dixeramus. *Plin.* lib. 5. cap. 1. Alitudine autem huic æstuariorum & mari flexuoso meani. De ejusmodi æstuaris intelligitur Virgilii periphrasis in 2. Georg. 480.

— qua vi maria alta tumultuantur.

Obicibus ruptis: rursumque in scipia residunt. Ubi *Servius*, Æstuaria Oceani accipimus, qua per Gallias & Hispanias in infinitum erumpit, contemplata legit riparum, ad quas rufus recurrit.

Æstuarium, Quo vapores exhalantur, i. e. emittuntur, sive sit hirtus naturalis, sive foia manifusta: quod & Vaporarium & spiraculum dici potest. *Vitriv.* lib. 8. cap. 7. *Lucera* accensa demittatur: que si pertransferit ardens, sine periculo descendetur. Sin autem eripitur lumen vi vaporis, tunc secundum puteum dextram ad sinistram effunduntur æstuaria, tunc quendam modum per nates spiritus ex æstuaris dissipabuntur. Eandem tentiam, sed brevius habet *Plin.* 1. 31. c. 3.

Æstuaria crant Meatus ab hypocaulto perpetuo unde calores occulti in cameras Caldariorum ipsorum penetrabant. Quod tetigit *Stat.* 1. *Syl.* 5. 58.

— ubi languidus ignis inertat.

Æstibus, & tenues volvunt hypoculta vaporem. *Baccius de Therm.* Vet. cap. 9.

ÆSTUO, [κυανός] atque. Æstu fervere, & quasi Calore suffocari. *Juv.* 3. Sat. 103. — si dixeris, æstu, sudat. *Cic.* 2. *Tusc.* Itemque Lycurgi, laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, effundendo, fitiendo, alendo, altuando. *Columnel.* Ut a sole æstuante uva & a ventis protegantur.

Æstuarie, Exhalare: h. e. Emittere calidum vaporem, qui æstus dicitur. *Virg.* 6. Æn. 297.

Turbidus hic cœno, vastraque voragine gurges.

Æstuar: atque omnem Cocytu eructat arenam. Sic, *Fornax æstuarie* dicitur.

Aer æstuat. *Propert.* lib. 2. 29.

Caloribus æstuarie. *Columnel.* lib. 1. 4. cap. 8.

Desiderio. *Cic.* 7. Fam. 18. Sed magis ut desiderio nostri te æstuarie patarem. i. e. Vehementer me desiderare: quasi Cum quodam animi æstu, i. e. fervore.

Dies æstuat. *Lucan.* lib. 1. 16.

Humor. *Virg.* 4. *Georg.* 308.

Interea teneris tepefactus in offibus humor.

Æstuar.

Ignis. *Virg.* 4. *Georg.* 269.

Æstuar ut clavis rapidus fornacibus ignis.

Mare. i. e. Agitatur. [κυανός, σαραῖος] Curt. Æstuar semper fretum: quoque arcuus volutator inter fulgam & continentem, hoc acris furere.

Æstuarie, [ιανθία] Angi, & cum agititudine animi sollicitum & perturbatum esse. Cic. de Arusp. Resp. 2. Exanguis atque æstuans s'e curia proprie cum quibusdam fractis jam arque inanibus minis. Tralatio ducta a mariis æstibus nunc accendentibus, nunc recentibus. [Potius ab æstu & sudore laborantium in aliq. re.

Æstuarie in aurum. *Cloud.* in *Europ.* lib. 1.

Iste nec Eunuchs placidus, sed pejus in aurum Æstuar.

Pudor æstuat in corde. *Virg.* 10. Æn. 870.

Infolenter æstuarie. *Catul.* 22.

Lenius. *Ovid.* 9. Met. 764.

Æstuarie & tergiversari. *Cic.* pro Flacc. 47. Hunc æstuantem & tergiversantem judicio illi persequitur.

Cupiditatibus æstuarie. *Firmic.* lib. 3. cap. 8.

Dubitazione. *Cic.* 4. Verr. 74. Itaque exæstuat dubitatione, versabat se in utrancum partem, non solum mente, verum etiam corpore.

Æstuarie invidia. Sallust. Cat. C. 32. Nanque pleraque nobilitas invidia æstuat.

ÆSTUANS, antis. Partic. [κυανός] *Catul.* 58. Animò æstuantæ rufus reditum ad vadu retulit.

Æstuantæ refrigerare. *Plin.* lib. 17. cap. 4.

ÆSTUARUNDUS, Adj. Idem. *Pallad.* 11. 17.

ÆSTUATO, ônis. f. [κυανός] ut Æstuar urbanorum civium. *Plin.* lib. 18. cap. 1. Quorum astimatione & gaudio nos quoque relicta astinatione sua illis hominum turbis, pergamus excolet vitam. i. e. Vehementibus desideriis & cupiditatibus. hic vero tres MSS. Libri Exultioni habent. Harduino testante.

ÆSTUOSUS, Adj. [μούσης, καυτός, ζεζμώδης] Quod æstu, i. e. calore plenum est. *Columnel.* lib. 11. c. 2. Septimo Cal. Augustis Canicula apparet, caligo æstuosa.

Æstuarus Affer, Vulturnus & Favonius. *Plin.* lib. 2. cap. 47.

Æstuaria & pulverulenta via iter conficiebam. *Cic.* 5. Att. 14.

Calabria æstuaria. Hor. 1. Carm. 31. 5.

Caligo æstuaria. V. *ÆSTUOSUS.*

Cœlum æstuosum. *Columnel.* lib. 4. Cœlum neque niveale vinea, nec rufus æstuosum defiderat.

Freta. Hor. 2. Carm. 7. 16. Ob æstus maritimis.

Impotentia. Hor. Epod. 16. 62.

Jupiter. h. e. Jupiter Ammon, ad cuius oraculum in Libya Cyrenaica,

Astro flante, his agitanti & æstuant arena, ut mare fluctibus. Authores Pinius, Mela, Solinus, Catullus 7. Epig.

Locus.

Locus. Cels. lib. 8. Locis tamen aestuosis facilius invenitur. i. e. Regionibus calidioribus.

Syrtes. Hor. 1. Carm. 22. 5. Sive per Syrtes iter aestuosa. Ubi Acron, *Aestuosa*, i. e. Procellos, aut Nino sole ferventes. Unde Virg. 4. Ien. 41. — et in hospita Syrtis. Lambinus vero, *Aestuosa*, inquit, vocat, propter aestus maris accidentes & recedentes.

Animal aestuofissum. Columel. lib. 7. cap. 10. de sue. Dies aestuofissimi. Plin. lib. 34. Non fit hoc nisi aestuofissimis diebus circa Canis ortum.

Aestuose. Adv. Plaut. Bacch. 3. 3. 67. Acerime atque aestuose absorbet. *Aestuosa*. Hor. Epop. 3. 18.

Nec munus humeris efficacis Herculis.

Inarsit aestuosa. Sunt qui pro Adj. habent.

Aestifer, éra, érum. [μεταφέρει, κανονίζει] Virg. 2. Georg. 352.

Hoc ubi hiulca situ findit Canis aestifer arva. *Aestiferum canem vocat*, quod *Aestum* aferat, i. e. Calorem vehementissimum. Cic. in Arat.

Aestiferos aliud erumpit flatibus ignes. Ibid.

Aestifer est pandens ferventia sidera Cancer. *Aestifer*, h. e. *Aestum* ferens, seu patiens. Lucan. lib. 1. 206.

— sicut squalentibus herbis

Aestifer Libyes viso leo communis hoste. Stat. 3. Sylv. 3. 91.

— quod mellibus Afris

Verritur, aestifer quicquid terit area Nili.

Campi aestiferi. h. c. *Aestum* ferentes, seu patientes. Sil. Ital. 1. 1. 194.

Aestifer ignis. Lucret. lib. 1. 663.

Aestifer ignis ut lumen jacit, atque vaporem.

Aestyres, æ. Viri proprium. Ex hujus sepulcro ad Trojam extrecto speculabatur Polites quid in suis navibus facerent Graci Trojanam obsecrantes. Homer. 2. Iliad. Strab. lib. 13.

Aesyma, λειψα Stephano, Urbs Thracia, patria Caftianira, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Trojano ab Ajace fuit interfecitus. Homer. 8. Iliad. 304.

Aesymnetæ, [λειψωνται] dicebantur apud Graecos qui parem regiae dignitatis potestem habebant: a quo nomine, Dictatoris imperium traxisse originem creditur. V. plura apud Alex. ab Alex. 1. 4. c. 23. [Translationum id nomen postea ad Agonothetas, ut docuit Ant. van Dale Diff. de Agonothetas &c. que est VII. Syntagma doctiss. C. 1. p. 516.

Aesynnius, Viri Megarensis nomen & ejusdem nominis tumulus. Pausan. in Attic.

Aesynnus, Unus e principibus Gracorum ab Hectori interfactus, teste Homer. 11. Iliad. 303.

Aesyrnus, Urbs Thracia, teste Homer. 8. Iliad.

Aeta, Colchorum rex, Medea & Abfyri pater. V. *Aeta*.

Aetas, atis, f. [άετη] ab ἄεvo deducitur, quasi ἀετος. *Aetate* Varro divisit in infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventam, senectam: quarum tamen singula trifariam dividuntur, ut prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Hinc est quod Virgilus ait,

— viridisque juventa. Serv. in 5. Ien. 295. Alii alter descrip-

runt, de quibus Confinor. de Die Natal. cap. 14.

Aetas sic finivit Servius Tullius rex, quem censu facendi gratia, illas quinque classes populi Romani instrueret, ut pueros esse exstimatorem, qui minores essent annis septendecim. Inde ab anno decimo secundo, quos idoneos jam esse reipublica arbitraretur, milites scripsit: eosque ad annum quadraginta sexum juniores dixit, supradictum enim numerum seniorum appellavit. Author Tubero 1. 1. Histor. apud Gall. 1. 10. c. 28.

Aetas infirma puerorum, puellarum, senioque confectionum hominum.

l. 122. D. de legat. 1.

Aetas adficiorum. l. 58. D. de legat. 1.

Aetas in vino. Plin. lib. 23. cap. 1. Sua cuique etas vino gratissima, hoc est, media. unde *Aetatem ferre*, & *Pati ævum*, dicitur de fructibus non fugientibus. Budæus.

Aetas pro Hominiis in ætate degentibus. Ovid. 2. Met. 418.

Quum subit illa nemus, quod nulla cederat etas. h. e. Nullius etatis homines.

Aetas, pro Juventute. Cic. 7. Verr. Erat ea navis plena juventutis formosissima, plena argenti facti atque signati. Paulo post, Si qui fenes aut deformes erant, eos in holito numero ducit: qui aliquid formæ, etatis, artificique habebant, abducit omnes.

Or. in Salut. extr. omnium cubiculorum in ætate pellex, pro Prima etate. H. St. V. & Cort. ad 1.

Aetas, pro solo anno interdum ponitur. Varr. *Aetatem* vix decimam ingrediens. Virg. 3. Georg. 190.

At tribus exactis, ubi quarti acceſſerit etas.

Carcere mox gyrum incipiat. Serv. i. e. Quartus annus. Nam *Aetatem* plerunque generaliter dicimus pro Anno, pro triginta, pro centum, pro quovis tempore.

Aetas, pro Tempore. Plin. lib. 12. cap. 1. Hoc actum circa urbis captæ etatem. Sic usitate, Nostra etate dicimus, pro Nostro tempore.

Aetas, pro Seculo, i. e. Centum annis. Cic. de Senect. 31. Tertiam enim iam etatem hominum vivebat. De Nestore dictum, qui secundum poetas trecentos annos vixit. unde ipse apud Ovid. sic ait 12. Met. 187.

— viii

Annos bis centum: nunc tertia vivitur etas.

Aetas pro 30. annis. Hor. Epop. 16.

Altera jam teritur bellis civilibus etas. *Ævum* est, quæ appellatur Graecis, 30. annorum, ut Lambinus Torrentiusque demonstrant.

Statius etiam pro Die ponit 3. Theb. 562.

— quid craftina volveret etas,

Scire nefas homini.

Aetas, pro Vita hominis frequenter & veniente accipitur. Est autem pars pro toto, per synecdochem: quæ etates sunt vita partes. Plaut. Rud. 4.7.10.

— in etate hominum plurimæ

Fuunt transennæ, ubi decipiuntur dolis.

Aetas item altera accepta. Virg. 8. Ien. 200.

Attulit & nobis, aliquando optantibus etas

Auxilium, adventumque dei. h. e. Beneficium temporis, ait

Servius. Nos vulgo tempus vocamus.

Cursus etatis. Cic. de Senect. 33. Cursus est certus etatis, & via una naturæ, eaque simpliciter: suaque cuique parti etatis, temporeffirias est data.

Fabulam etatis peragere. Cic. de Senect. 64. Quæ sunt igitur volupta-

tes corporum cum authoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendide ufi sunt, ii mihi videntur fabulam etatis peregrinæ, nec tanquam inexercitati histrioines in extremo actus corruisse. Congruenter autem vice tempora fabulis comparantur: quia sicut fabula quinque actibus confit, ita homini vita quinque etatus seu gradibus.

Fata etatis implere. Ovid. 6. Epist. 36.

Fervor etatis. Cie. de Senect. 45. Epulabur igitur cum sodalibus omnino modice, sed tamen quidam fervor etatis: qua progrediente, omnia hunc etiam in dies mitiora.

Flexus. Cic. 1. de Orat. 1. Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decuru honorum & etatis flexu constitisset.

Flore etatis frui. Lucret. lib. 4. 1994.

Florem etatis tangere. Lucret. lib. 3. 771.

Quove modo poterit pariter cum corpore, quoque

Confirmata cupimus etatis tangere florem.

Vix animi.

Florem etatis pervadere. Lucret. lib. 1. 556.

Freta etatis, Fervores etatis. Lucret. lib. 4. 1024.

Homo id etatis, id etatis sumus, pro Ejus etatis. Cic. 6. Fam. 20. Ita viximus, & id etatis jam sumus, ut omnia que non nostra culpa nobis occidant, fortiter ferre debeamus. V. & 3. Verr. 66. & 4. 37.

Homo etatis fuit, Qui major annis est. Modestinus in l. ex dijobus. D. de negot. gessi. Ex duobus fratribus, uno quidem fuit etatis, altero vero minore annis: quum haberent communia rustica prædia, &c.

Idem etatis, pro Ejusdem etatis. Tacit. 13. Ann. 16. Mos habebatur principium liberis, cum ceteris idem etatis nobilibus, sedentes velci in actuum propinquorum.

Gravitas. Cic. de Senect. 33.

Imbecillitas etatis. Cic. ad Brut.

Infirmitas. Cic. 16. Att. 5. Si quæ minus antea propter infirmitatem etatis, &c.

Launiguis primæ etas. h. e. Juventus in qua barba incipit pubescere. Ovid. 21. Epist. 85.

Quid mirum, si me primæ languinis etas

Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?

Lubricum. V. LUBRICUS.

Maturitas. Cic. 4. Fam. 4. Et si abeat maturitas etatis tam personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile.

Peraclio. Cic. de Senect. 86.

Senectus autem peractio etatis est, tanquam fabule.

Robur etatis quam maturissimum. Tacit. 13. Ann. 29.

Ruina. Ovid. 1. de Pont. 5. 6.

Nec me si subito videas cognoscere possis:

Etatis facta est tanta ruina mea.

Spatium. Cic. de Senect. 60. de Valerio Corvino. Itaque quantum spatium etatis majores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi curlus honorum fuit.

Spatium vetustum. Lucret. lib. 2. 1171.

Specie etatis uti. Ovid. 5. Faft. 353.

Et mons etatis specie, dum floreat, uti:

Contentum sp̄inam quum cedicerit rose.

Tempus etatis. Cic. de Senect. 69. Breve tempus etatis satis est longum ad bene honesteque vivendum.

Temporis extremum. Cic. de Senect.

Temporis futuri etas. Ovid. 15. Met. 85.

Tempus infinitum etatis. Cic. 2. de Fin. 88. Quum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore etatis voluntatem fieri maiorem, quam finitum atque modico.

Tempus nostrum etatis. Cic. 3. Q. frat. 5. Angor, mi suavissime frater, angor, nullam esse rem. nulla judicia; nostrumque hoc tempus etatis, quod in illa autoritate Senatoria florere debet, aut foreni labore jactari, aut domesticis literis sustentari.

Tempora etatis queri. Propert. lib. 1. 7. 8.

Tempus ultimum etatis. Cic. 2. de Fin. 87. Neque expectat ultimum tempus etatis.

Ver breve etatis. Ovid. 10. Met. 85. — citraque juventum

Etat breve ver, & primos carpere flores.

Adulta etate filius, apud Cic. V. ADULTUS.

Affecta etas. V. AFFECTUS.

Anna etas. Plin. lib. 8. cap. 40.

Avida. Senec.

Et quicquid avida per tot annorum gradus

Abcondit etas.

Aurea. Ita enim fuit appellata, quod optimis moribus illo tempore quo Saturnus regnavit, homines floruerint. De etate aurea, argentea, &c. Hefiodus, caterique poëte pallini. Ovid. 1. Met. 89.

Aurea prima lata est etas, que vindice nullo

Sponte illa fine lege fidem rectumque colebat.

Bona, pro Adoleſcentia: que videlicet felicior vita pars existimat.

Cic. de Senect. Quod si ipsi voluntatibus bona etas fruatur, libentius

primum parvulus fruatur rebus. Et Hor. 2. Epift. 2. 216.

Confians. Cic. de Senect. 33. Ut enim infirmitas puerorum, & serocitas juvenum, & gravitas iam constantis etatis: sic fenecluti maturitas naturaliter quiddam habet, quod sue tempore percipi debeat.

Sic ibidem, Num ea jam confians requirit etas? Quæ Media dicitur.

H. St. [Locum Cic. non invenimus.

Confularis etas. V. Confularis in CONSUL.

Craftina. Stat. 3. Theb. 562.

— quid craftina volveret etas,

Scire nefas homini.

Decrepita. V. Provecta etas.

Dura. Hor. 1. Carm. 35. 35. i. e. Ferrea.

Edax. Lucan. lib. 7. 397.

Non etas haec carpit edax.

Efecta. Stat. 6. Theb. 252.

Extrema. Cic. de Senect. 46. Hujus extrema etas in hoc beator quam media, quod authoritatis plus habebat, laboris minus.

Ferox. Hor. 3. Carm. 5. 13;

Firmam etatem dicti putat Galenus, eorum qui medium consistenter seu vigoris etatem, & fenecluti agunt: quum jam crescendi etas & tem-

pus

pus exceffit, neccum tamen senectutis sensus ullus notabilis comparet.
Ex Cal. Antiq. Lect. 26. 20.

Flexibilis. Cic. ad Brut. 18. Videtur enim esse indeos: sed flexibilis
atas: multaque ad deprevidam parati.

Florens. Cic. de Senect. Temeritas est videlicet florentis atatis, pruden-
tia senectutis.

Focunda. Claud. 8. Paneg.

Crescere virtutes, & cunctaque floreat atas.

Futilis. Sil. lib. 16. 655. Puer ille, & futilis atas, Imbellisque anni &c.
Grandior. Cic. 5. Philipp. 47. & Ovid. 6. Met. 28.

Heroicae. Cic. 5. Tusc. 7. Heroicis etiam atatus Ulysses & Nestorem

acceptimus & fuisse & habitos esse sapientes.

Imbecilla. Hor. 2. Serm. 2. 86.

Accedent anni, tractari mollius atas

Imbecilla volet. h. e. Senilis.

Inpenita labori. Lucan. lib. 2. 569.

— atasque impensa labori Dant animos?

Impia. Hor. Epod. 16. 9. hominum scil. impii moribus.

Improvida puerorum. Lucret. lib. 1. 918. & Cic. 5. Tusc. 62.

Incuriosi suorum. Tacit. In Vita Agricola. Clarorum virorum facta mo-
resque posteris tradere, antiquitus uitatum, ne nostris quidem tempori-
bus, quanquam incuriosi suorum atas omisit. i. e. Suos nihil curans.

Inerior. Ovid. 4. Trist. 7-3:

Jam sivebunt anni fragiles, & inerior atas.

Inferior. Cic. 4. Acad. i. e. Junior, & Posterior. De Democrito. Quis
hunc philosphum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquaque in-
terioris atas?

Infirma. Ovid. 6. Fast. 599. Quintil. lib. 1. cap. 3. & Cic. 5. de Fin. 43.
Integra. Ter. And. 1. 1. 4. Egregia forma atque atate integra. Ut Virg.
9. Ann. 255. — integer avi Alcanthus. Nos Florem atas
non inepte appellamus.

Invida atas. Hor. 1. Carm. 11. 7.

dum loquimur, fugerit invida Atas.

Irrevocabilis atas præterita. Lucret. lib. 1. 469.

Justa atas homo. Ulp. in l. cum filiofam. ad finem. D. de legat. 3.

Lacrymabilis. Stat. 2. Sylv. 1. 139. Scil. puerilis.

Non te forma movet, non te lacrymabilis atas.

Lasciva. Hor. 2. Epist. 2. 216.

Legitima atas ad petendum magistratum. Liv. 3. Decad. lib. 5.

Longa atas magistra. Ovid. 5. Epist. 96. Quintil. lib. 1. cap. 8. Longa
atas spatum dabit.

Lubrica. Claud. de Rapt. Proserp. 226.

Mala atas, pro Senectute. Afran. Vopisco.

Si possint homines delinimenti capi,

Omnis habent nunc amatores anus.

Atas, & corpus tenerum & mageratio,

Hec sunt venena formofarum mulierum.

Mala atas nulla delinimenta invenit. Nonius. & Hor. 2. Epist. 2. 216.

Matura. Claud. de Sext. Conf. Hon. 557.

Maturissima, ad Heren. lib. 4. 26. Hi sapienter faciunt, qui adolescentes
maxime castigant: ut quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas
in atate maturissima velint comparare.

Mavortia. Claud. de Bell. Get. 35.

Media. Plaut. Aul. 2. 1. 37.

Militaris, pro Robust. & apta ad militiam. Liv. Nec ulla jam qui milita-
ris atas est, non aut cauo, aut fugato. Pro Anno, quo militare sole-
bant Romani, qui erat decimus septimus.

Pro Juvenibus. Liv. 25. 5. Igitur non militaris modo atas, aut viri tan-
tum, sed foeminae quoque puerique supra animi corporisque vires ad-
sunt.

Mobilis. Virg. 3. Georg. 165. — viamque infeste domandi :

Dum faciles animi juvenum, dum mobilis atas.

Mollis. Ovid. 1. de Arte Am. 10.

Sed puer est, atas mollis, & apta regi.

Mollior luxu. Claud. de Bell. Get.

Nefaria simulandi. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Nobilis. Claud. 22. Epig.

Nubilis. Claud. 1. Pr. Conf. Stil. 69.

Obnoxia injuria. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Omnis atas. Tacit. 6. Ann. 19. Jacuit immensa strages, omnis sexus,
omnis atas, illustres, ignobiles, dispergi aut aggregati.

Otiosa & quieta. Cic. de Senect. 82. Nonne melius multo fuisse, otiosa
atatem & quietam fine ullo aut labore aut contentione traducere?

Opportunitatia. Cic. 7. Fam. 7. Imperatoris liberalissimum, atatem
opportunitatim, commendationem certe singularem habes. h. e. Com-
modissimum, & que munis publicis adhuc probe vacare possit.

Perpetuum atatem reperi. Lucret. lib. 3. 999.

Potesta. V. Praefens atas.

Prætextata. Gell. lib. 1. cap. 23. h. e. Atas pueritiae. Vide PRATEX-
TATU.S.

Prætoria, qua quis Prætorum poterat petere, five Annus quadragesimus.
Præfens. Hor. 2. Epist. 2. 42. — veteres poetæ,

An quos & praefens, & postera respuit atas.

Pretiosior. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 2. 185.

— illuc pretiosior atas, Aurea progenies habitat.

In prima atate pudoris. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.

Puellaris. Quintil. lib. 6. in proem.

Robusta. Ulpian. in l. Si maritus sit. §. lex Julia. D. ad leg. Julianam de
adulteri.

Robustior. Claud. 7. Paneg. & Cic. 5. Philipp. 45.

Senatoria. Tacit. 3. Hist. 9. Magnam eo die pieatis eloquentiaque fa-
mam Vipiani Messiali adeptus, nondum senatoria atate.

Senecta atate. Plaut. Senecta atate qui factus est puer. pro. In senectute.
V. SENECTUS.

Senior. Sen. Oeth. 4.

Sera. Ovid. 1. de Arte Am. 65.

Seu te forte juvata sera, & sapientior atas.

Simplex, h. e. Juvenilis. Stat. 9. Theb. 878.

Strenua. Ovid. 1. Amor. 15. 3.

Superior. Cic. de Senect. 62.

Teneris atatus utilis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Unerior. Ovid. 1. Met. 207.

Velox. Stat. 2. Achil. 80.

Vetus. Ovid. 5. Met. 96. V. mox Volatilis.

At vetus illa atas, cui fecimus Aurora nomen.

Vinofior. Ovid. 3. Fatt. 785.

Viridis atas. Plin. 1. Epift. 12.

Volutilis atas. Ovid. 10. Met. 519.

Labitur occulte fallitque volatilis atas,

Et nihil est annis velocius.

Accedit atas vino, quam inverterascat. V. ACCEDO.

Accedit illi plus atas. Cic. 1. de Orat. 254. Solet idem Roscius dicere,
fe quo plus ibi atas accederet, co tardiores tibicinis modos, & cantus
remilliores esse facturum.

Accipere atatem. V. ACCIPIO.

Adimere atatem vino. Plin. lib. 23. cap. 1. Jam & patres familiæ atatem
admere vinis, que per se cariem traxere.

Adelevit atas, contrar. Vergil. Tacit. 2. Ann. 43. Nau suam atatem ver-
gere: Drusi nondum fatis adelevisse.

Agere atatem dedilise. Lucret. lib. 4. 1130.

Agere atatem in aliquo loco, vel in re aliqua. Cic. in Bruto 172. Quum
atatem ageret Athenis. Idem 2. de Legib. 3. Hic fere atatem egit in literis.

Agere atatem. Cic. 5. Tusc. 77. In India qui sapientes habent, nudi
atatem agunt.

Agere atatem regio cultu. Sallust. in Catil. Alios divites esse, ut regio
cultu atatem agerent.

Acta atas, vel Exacta, pro Extrema senectute, qua Decrepita dicitur:
quia tunc vite tempus propemodum exactum est, i. e. Finitum.

Cic. ad Brut. 2. De me postum idem, quod Plautinus pater in Trium.

2. 2. 38. Mihi quidem atata acta ferme est, tua illuc referit maxime. Liv.

Exacta atata Camillus. i. e. Serio confectus. V. mox Exacta atas.

Atas quiete & pure & eleganter acta. Cic. de Senect.

Atas ante acta. Lucret. lib. 1. 235.

Antecellere atate. Cic. de Senect. 64. Multa in nostro collegio preclarata
fuit: sed hoc in primis, quod ut quisque atata antecellit, ita fentia
principatum tenet.

Anteire aliquibus atate. Cic. 1. Tusc. 5. Nam Galbam, Africanum, Læ-
lium, doctos tuile traditum est: studiolum autem cum qui iis atata an-
teibat, Catonem.

Calens atate. Ovid. 3. de Arte Am. 571.

Illa decent pueros atate & amore calentes.

Coacepsit atas. Cic. de Senect. C. 18. extr. Ut enim non omne vinum,

sic non omnis atas coacepsit.

Composita atas. Tacit. 13. Ann. 1. Virum atate composita, insontem,
nobilium.

Confectus atate. h. e. Valde senex. Virg. 4. Ann. 599.

— confectus atate parentem. Cic. 2. in Catil. 20.

Tertium genus est atate jam confectum.

Confirmata. Cic. 10. Fam. 3. Ego, Plance, necessitudinem constituta-
tam habui cum domo vestra ante aliquanto quam tu natus es: amorem
autem erga te ab incute pueritia tua, confirmata jam atate familiarita-
tem, cum studio meo, tum iudicio tuo constitutam.

Consumere atatem multi labore & studio. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Contere atatem in re aliqua. Cic. 1. de Legib. 5. Ut nolle atatem in
litibus contere.

Corroborata. Cic. pro Cœlio, Et interdum multas vias adolescentia lubri-
cas ostendit, quibus illa insisteret aut ingredi fine casu aliquo aut prola-
phione vix posset: & multarum rerum iucundissimarum varietatem de-
dit, qua non modo haec atas, sed etiam jam corroborata caperetur.

Hæc atas, i. e. Adolescentia.

Decurta atate. Ovid. 12. Met. 448.

Deflecente atatem. Cic. 9. Att.

Degere atatem. Lucret. lib. 3. 509.

Degere tempus atatis. Cic. de Senect.

Degere omnem atatem fine dolore. Cic. 2. de Fin. 118.

Degere atatem cum aliquo, i. e. Vivere. Plaut. Sic atatem agere, ex-
igere, ducere dicimus.

Devena atas a laboribus ad otium. Cic. 9. Att. Et (ut verum loquar)
atas jam a diuturnis laboribus devixa ad otium, domesticarum ne re-
rum delectatione mollii.

Ducere atatem. Hor. 2. Epist. 2. 202.

Est ea atate. Cic. pro Client. Idem pro C. Rabir. Huic quidem affert
aliquam depreciationem periculi, atas illa, quantum fuit.

Emendar atatem. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Emoritur atate ipses in pueris. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Exacta atas. Cic. pro Rose. Com. Quin illis exacta atatis severissime
fructum quem meruerunt retribuan.

Exacta atate est. Cic. de Senect. 66. M. quidem Valerium Corvinum
accepimus ad centesimum annum vitam produxiisse, quem effet exacta
jam atate in agris.

Excellit illi atas ex magisterio tuo. i. e. Desit esse sub ferula tua.

Extinguitur atas. V. Senectat atas.

Festa atas. Tacit. 1. Hist. 12.

Firmata. Cic. pro Cœlio, 43. Virg. 4. Ecl. 37.

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit atas.

Flovere atate. Virg. 7. Ecl. 4.

Ambo florentes atatus, Arcades ambo.

Formare atatem. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Frangit atas, V. Senectat atas.

Fugiens atas. Catull.

Ne fugiens felix obliviscens atas.

Gerere atatem cum aliquo. Cic. 4. Fam. 5. Ut cum aliquo adolescentem
primario conjuncta, atatem gereret. In correctionibus tamen libris le-
gitur, Ageret. q. V.

Habere fatis atas. Cic. pro Rose. Com. 149.

Ingravefecit atas. Cic. 2. Fam. 7. Quare hoc animo in nos esse debe-
bis, ut atas nostra ingravefecit, in amore atque in adolescentia tua
conquiescat. V. & de Senect. 6.

O

Iniens aetas, i. e. Initium adolescentiae, Primi anni pubertatis, Prima adolescentia. Cic. 2. Off. 121. Ineuntis enim aetatis infacia, serum prudenter regenda est. Ineuntis autem aetatem, Adolescentiam vocaverunt antiqui, quod hac sit veluti cognitionis sui ipsius initium.

Mutare aetatem. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Numerare. Propriet. lib. 3. 7. 17.

Obtinere. V. OBTINEO.

Precipitata aetas, pro Senili & vergente. Cic. 11. Fam. 28. An quod adolescentes praefti, quoniam etiam errare cum excusatione possem, id nunc aetate precipitata commutem? Precipitata, quod jam videatur quodammodo praecepis in fatum ruere, ut ait Virgilinus.

Præcurrit aliquem aetatem. Cic. in Orat. 176. Horum uteque Isocratem aetate præcurrit, h. e. Isocrate major natu fuit. [Vel potius tempore superior.

Præterita aetas. Cic. de Senect. 5. Præterita enim aetas quanvis longa, quoniam effluxifet, nulla consolatione permisce posset fulgam senectutem. Procedere aetate usque ad. Cic. de Senect. 30. Livius usque ad adolescentiam meam procellit aetate, h. e. Vixit, vitam produxit usque, &c. Progrediens aetas. V. Fervor aetatis.

Progreffis aetas. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 2.

Progressis aetas. Cic. de Senect. 33. Nihil forte adolescentes, pueritiam: paulum aetate progressi, adolescentiam debeat reuirere.

Provecta. Cic. 1. Tusc. 94.

Provectus aetas. Cic. de Senect. Eum colere coepi non admodum grandem natu, sed tamen jam aetate provectum.

Prudentiores aetate redditum. Sumptum ex illo Telemachi apud Homer. 2. Odys. — eram adhuc puer: ast ubi jani sum

Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,

Ipseque grandescit mi animus. Ex Eraf. Chiliad.

Seneclia aetas. Cic. de Senect. 39. Ita sensim fine sensu aetas senescit. Succedit aetas aetatis. Cic. 11. Philipp. 39. Nihil enim semper floret: aetas succedit aetas.

Tardus aetate. Ovid. 8. Met. 686.

Traducens aetatem. Cic. de Senect.

Transcendere aetatem. Sen. Troad. 6.

Transferunt haec aetate. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Vergit aetas. V. Adolevit aetas. Tacit. 2. Ann. 43.

Vivere tertiam hominum aetatem. V. Aetas pro Seculo.

Volat enim aetas. Cic. 1. Tusc.

Per aetatem, i. e. Aetas progressus, & Aetas permitente. Cic. 13. Fam.

Ut primum per aetatem judicium facere potueris.

In plurali numero haec vox usus est Virg. 7. Ecl. 4. Ambo florentes aetatis. Vitruv. praf. lib. 9. Qui a teneris aetatis doctrinarum abundantia satiantur. Cic. 3. Fam. 4. Duo duarum aetatum plurimi facio, Pompeium & Brutum. Et 14. Att. 12. Aetatis nostris aliena res est. Conf. Quintil. 1. 1.

AETATEM, Adv. temporis. Ter. Eun. 4. 5. 8. Jamdudum aetatem lites sunt inter eos facte maxima. Jamdudum aetatem, pro Longinquo tempore. Lucil. — ut multos mensesque diesque. Non tam aetatem, Aetatem, Diu, longinquo tempore ac prolixo, ut est aetas. Ter. Hec. 5. 1. 21. Nam neque ille hoc animo erit aetatem. Plaut. Afrin. 3. Ut tibi superfluit aetatem siet. Nonius Marcellus 2. 809. Aetatem possum pro Saepa, ac diu. Plaut. Afrin. 2. 2. 18. Adeo ut aetatem ambo ambobus nobis sint obnoxii. Idem 2. 2. 8. Aetatem velim servire, Libanum ut convenient modo. Non autem vere adverbium est, sed nomen, subaudita prepositione PER, quæ continuationem significat, si temporis nominibus propinuit.

AETATULA, dimin. [ἀετιδία] est Tenerior puerorum aetas, & quasi Aetas tyrocinium. Cic. 5. de Fin. 55. Facile est hoc cernere in primis puerorum aetatu.

Aetatu indulger. Suet. in Claud. cap. 10. Nihil amplius quam mouuit, ut aut paciis aetatu indulgeret, aut certe cautius.

Aetatu, pro aetate, blandimenti caufa positum. Plaut. Pseud. 1. 2. 40.

In munditiis, mollitiis, deliciisque aetatalum agitis. h. e. Tempus aetas iucundissimum.

AETERNUS, a, um. Adj. [ἀείως, αἰώνιος, ἀειστάτως] quasi Aeternus, teste Varrone, de L. L. lib. 5. cap. 2. proprie significat Quod sine caret. Nam avum, inquit Servius, proprie aeternitas est. Idem enarrans illud Virg. 6. Aen. 727. Mens agitat molem: Si, inquit, ut Cicero dicit in Tulularis, aeternum est quicquid in aeterno motu est: sine dubio etiam animus aeternus est. Semper enim in motu est, adeo ut ne nobis quidem quiecentibus conquiescat. Virg. 1. Georg. 468.

Impiaque aeternam timuerunt secula noctem. Cic. 4. Acad.

Et quicquid est, mortale sit, an aeternum.

Aeternum de eo dictum, quod finem habeat. Ter. Eun. 5. 2. 33.

At nunc dehinc spero aeternam inter nos gratiam

Fore Thais. h. e. Donec vivemus.

AEVUM aeternum. Ovid. 1. Met. 663.

Aurum. Stat. 5. Sylv. 1. 189. Dicitur de statua aurea.

Caufa. Cic. de Fato 28. Nec si omnes enuntiatum, aut verum aut falsum est, sequitur illico caufa immutabiles, easque aeternas.

Confilia. Hor. 2. Carm. 11. 11. Ubi Acron, Aeterni: i. e. Infiniti & diurni.

Corpus. Lucret. lib. 1. 640.

Decus aeternum habere. Ovid. 3. Trist. 1. 46.

Deus aeternus. Cic. 2. de Fin. 88. Quid est igitur cur ita semper Deum appellat Epicurus beatum & aeternum? Dempta enim aeternitate nihil beator Jupiter quam Epicurus.

Dolorum aeternum perferre. Lucret. lib. 3. 1003.

Excubia diuin. Virg. 4. Aen. 201.

— vigilemque sacraverat ignem,

Excubias diuin aeternas. Servius, Definitio est aeterni ignis.

Exilium. Hor. 2. Carm. 1. 28.

Foedera. Virg. 11. Aen. 356.

Honores. Hor. 2. Carm. 1. 15.

Ignis. Ovid. 3. Faft. 420.

Ignibus aeternis aeterni numina praesunt.

Caesaris. Per ignes aeternos intelligit ignem illum qui a virginibus Vefta confecratis, perpetuo & summa diligentia colebatur & afferbatur. Unde & Hor. 3. Carm. 5. 11. aeternam Veftam appellat.

In aeternum condita urbs. Liv. 3. Decad. lib. 8. i. e. Ut aeterna sit.

Imperia. Virg. 1. Aen. 230.

— ò qui res hominumque deumque

Eterna regis imperis, & fulmine terres.

Laborem aeternum carpe. Catull. 59. 310.

Loporem. Lucret. lib. 1. 29. Eternum da dictis, Diva, leporem.

Luctu aeterno tabescere. Lucret. lib. 3. 924.

Mors. Lucret. lib. 3. 1102.

Motus. Lucret. lib. 2. 1054.

Mundus. Ovid. 5. Met. 239.

Natura. Lucret. lib. 3.

Nomen aeternum emere fanguine. Ovid. 2. Amor. 10. 32.

Nomen aeternum tenere. Virg. 6. Aen. 235.

— aeternumque tenet per secula nomen.

Nox. Virg. 10. Aen. 746.

— in aeternam claudunt lumina noctem.

Opus. Ovid. 3. de Arte Am. 83.

Sed iam invigilare juvat. quis noſſet Homerum,

Ilias aeterni ſi latuſſet opus? i. e. Semper victurum,

Pacem aeternam exercere. Virg. 4. Aen. 99.

Quin potius pacem aeternam, pacſtoſque Hymenæos

Exercemus?

Pergama. Virg. 8. Aen. 37. h. e. Nunquam famam neque nomen suum

perditura.

Poſteritas. Ovid. 15. Epift. 374.

Quies. Sen. Agam. 7. — & miseros libera mors vocet:

Portus aeterna placidus quiete.

Regna. Lucan. lib. 1. 34.

Sacerdos. Ovid. 3. Amor. 7. 20.

Tempus. Lucret. lib. 3. 634.

Ex aeterno tempore. Cic. 1. de Fin. 17. Eumque motum atomorum

nullo a principio, fed ex aeterno tempore intelligi convenire.

Ver aeternum, i. e. Continuum & Immutabile. Ovid. 1. Met. 116.

Ver erat aeternum, placidique tepeſtibus auris

Mulcabant Zephyri natos fine femine flores.

Veſta aeterna. Hor. 3. Carm. 5. 11. V. Ignis aeternus.

Virtus. Salust. in Catil. Virtus clara, aeternaque habetur.

Vitam aeternam dare. Virg. 12. Aen. 880.

Quo vita dedit aeternam? cur mortis adempta eft

Condicio? h. e. Immortalitatem.

Urbs aeterna, pro Roma. Ovid. 3. Faft. 72.

Jam, modo quo fuerant fylve, pecorumque recessus,

Urbs erat, aeterna cum pater urbis ait.

Eternam vocat, de qua Jupiter apud Virg. 1. Aen. 283. Imperium fine fidei dedi.

Vulnus aeternum fervare ſub pectore. Virg. 1. Aen. 36.

Perpetuus & aeternus. Cic. 1. de Nat. Deor. 40. Idemque etiam legis

perpetua & aeterna vim, quæ quaſi dux vite & magiftra officiorum fit, Jo-
vem dicit effe.

Aeternus, pro Magno atque immenso. Virg. 8. Aen. 394.

Tum pater aeterno fatur devictus amore. Et Curtius lib. 4. 1. 22.

fere eodem modo scriptit, Abluc Corpus illuvia aeternisque fordibus

ſqualidum. Ex Turneb. V. ibid. Freinsh.

Aeternus & Semperitus, pro eodem. Cic. poſt red. in Senat. 33. Quod

ſi mihi aeternam effe propositam arcam arbitraſ: morte me ipſe

potius, quam ſemperito dolore multaſem.

AETERNIOB, ōtis. compar. Plin. lib. 14. cap. 1. Nec est ligno ulli aeternior natura. pro Durabilior, & minus corruptibilis. Idem de Cedro, Nullum aeternum lignum.

AETERNALIS, e. Idem. Tertull. adv. Judæos. cap. 6. Lex aeternalis. Inſcript. apud Gruter. p. 752. n. 3. SOMNO AETERNALI SA-
CRVM. & apud Reinel. p. 649. SOMNO AETERNALI.

AETERNABILIS, e. Idem. In Theod. Cod. aliquotis viſitum. add. locum Accii apud Non. 7. 64.

AETERNITAS, ōtis. f. [ἀειδία] Tempus fine carent. Cic. 1. de Nat.

Deor. 21. Sed fuit quadam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla cir-

cumscriptio temporum metebatur. Aeternitatem ut deam coluerint anti-

qui, cuius imaginem tempus effe dixerunt Pythagorici, Plato, & Hermes

Trismegitus. Eam enim per tempus intelligimus. Describitur vero co-

pioſe & elegante a poeta Claudio in Panegyrico, de laud. Stilic. 2. 424.

Bocatius carmen interpretatur in suis Genealogis.

Ad memoriam aeternitatis. Cic. 12. Philipp. 14. Nec dispersis bustis hu-

mili ſepulcris crematos, fed conectoris publicis operibus atque muneri-
bus, eaque extirptione que fit ad memoriam aeternitatis, aravirtutis.

Immutabilis aeternitas. Cic. de Univerf. 5. Neque aeternitate immutabi-

l continetur.

Ab omni aeternitate. Cic. 2. de Divin. 19. Si enim nihil fieri potest, nihil

accidere, nihil evenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit effe

futurum raro tempore; que potest effe fortuna? Rufum lib. 1. Animus

vixit ab omni aeternitate.

Ex omni aeternitate. Cic. 1. de Divin. 125. Fatum est ex omni aeternitate

fluens veritas ſemperita.

In omni aeternitate. Cic. 2. de Nat. Deor. 115. Ordo autem ſiderum, &

in omni aeternitate confitanta, neque naturam ſignificat, &c.

Donare aeternitatem aliqui. Cic. in Pison. 7. Mihi populus Romanus uni-
versus illa, in concione non unius diei gratulationem, fed aeternitatem

immortaliter donavit.

Aeternitate donare, Immortalē facere. Plin. lib. 2. cap. 7. Nec mortales

aeternitate donare.

Mandare aeternitati. V. MANDO.

AETERNO, [ἀειδός, ἀποειδέλχω] ōtē. Varro rerum humanarum, lib. 2.

Literisque ac laudibus aeternare. ex Nonio. Verbum antiquum est, pro

Aeternum seu immortale reddere. Hor. 4. Carm. 14. I.

Que cura patrum, que cura ſpiritum,

Plenis honorum muneribus tuas

Augite virtutes in avum

Per titulos memoresque factos Aetemet?

AETERNO, Adv. [ἀειδός] Idem quod Aeternum. Plin. lib. 2. cap. 107.

Viret aeterno hunc fontem igneū contexens fraxinus.

AETRNUM, Adv. pro Semper. Virg. 6. Aen. 617. Idem 2. Georg. 400.

— glebae veris

Aeternum frangenda bidentibus. i. e. Perpetuo, ſemper, Serv.

AETHAIA, [Αἴθαια] Oppidum regionis Laconice, apud Steph.

AETHALIA,

ÆTHALIA, vel **ÆTHALE**, Insula [Αἴθαλη, Αἴθη] ex Strab. lib. 5. descriptione, non procul abest a Corfica & Sardinia: qui etiam ferri Æthalici meministi. Diod. Sicul. lib. 6. cap. 4. Sequuntur post Liparam insulae ad Tyrrenum pelagus fite: in quibus una est nomine Æthalia, Populonia opposita urb., distans a continentis stadiis ferme centum: quis id nomen ab Æthalo, qui ei praeputit, dux fortissima est. In ea effudit petra, ex qua ferrum excuditur.

Æthalia, insula adjacens Italie in mari Ligustico, ut author est Plin. lib. 3. cap. 6. Idem aliam quoque facit Æthaliam quæ & Chios dicitur, lib. 5. cap. 31.

ÆTHALIS, vel **ÆTHALIDES**, æ. m. (i. e. Fuliginosus) Praeo, Mercurii filius, inter vivos modo, modo inter mortuos existens. Apoll. 1. Argon. 641. Eum se fuisse glorificabatur Pythagoras, ut refert Diog. Laert. Vita Pythag. addit. Val. Flacc. 1. 437.

ÆTHALIUS, i. m. Uvirum genus in Egypto. Plin. lib. 14. cap. 7. Euthalo conficit legendum Harduin.

ÆTHALIONES, [ἀιθαλίονες] Cicadae dista, μῆρα τὸ ἀιθάλη τὰ τὰ ἄλις, h. e. Propterea quæ a sole adaurantur. Cœl. lib. 17. cap. 6. ex Theocrit. interprete.

ÆTHEA, Una ex centum urbibus Laconia. Steph.

ÆTHER, èris, m. fine pl. [ἄιθην] Surat qui Ætherem pro Elemento ignis accipiunt, inter quos est Anaxagoras: ali pro Aere. Arisot. lib. 1. Meteor. hoc nomine Cœlum intelligit: dictum, ut ipse putat, ἀπὸ τοῦ αἰθέρος: ut alii, ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, a perpetuo motu. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Restat ultimus, & a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens celi complexus, qui idem Æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi. Æther ex aere dignitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 84. Et quum quatuor genera sint corporum, viciitudine corum mundi natura est continua. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrosum vicim ex æthere aëris, inde aqua, ex aqua terra infusa. Ætherem, Serv. in commentariis in Virg. tribus fere modis accipit. Pro Igne, i. e. Supremo elemento: pro aere, & pro Jove, quem & ipsum dicti aetherem esse. Ceterum hoc unum conitanter assert, quod aether proprie fit ignis.

Æther & Dies, parentes Cœli, Cœlum vero Saturni. Cic. 3. de Nat. Deor.

Æther, pro Jove. Lucret. lib. 1. 250.

Pofremo pereunt imbrebus: ubi eos pater æther

In gremium matris terrai precipitavit. Virg. 2. Georg. 325.

Tunc pater omnipotens fecundans imbris æther

Conjungit in gremium latè descendit. Cic. 4. Acad. 126. Zenoni & reliquo fer Stoicis æther videatur summus deus, mente prædictus, qua omnia regantur.

Æther, pro aere. Virg. 1. Georg. 407.

— raptim fecat æthera penitus.

Æther, pro Cœlo. Ovid. fecutus Arifotelem, s. Trist. 2. 51.

Sic habites terras, & te desideret æther.

Æther, pro Diis; Ætherem, h. e. Cœlum incolentibus. Claud. 3. de Rapt. Proferp.

Phlegra nobis inferior æther. h. e. Multo

magis sunt irati nobis dii quam gigantes.

Æther, pro Lumine. Valer. 5. Argon. 182.

— simul ætherea piena corufo, Pallas.

Flamma ætheris. Cic. 2. de Nat. Deor. 118. Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat.

Abditus tenebris æther, i. e. Obscuratum cœlum caliginibus. Sen. Agam. 7.

Albus. Catull. de Berecynth. & Aty. 40.

Altus. Virg. 3. Georg. 338: de Sole: Nec quum invectus equis altum

petit æthera, i. e. In cancro, quo altius nequit ascendere.

Altus æther: h. e. Aëris. Virg. 4. Georg. 78.

— æthere in alto Fit somitus.

Altus æther, pro Cœlo alto. Virg. 12. Æn. 156.

Apertus æther. Virg. 1. Æn. 591. ut Cœlum v. 159.

Arduis, æther. Virg. 10. Æn. 102.

Attritus. Stat. 1. Theb. 34. Attritus subita face rumpit æther.

Avis. Stat. 5. Theb. 14.

Aureus, pro Cœlo splendido. Ovid. 13. Met. 587.

Clarus. Sen. Herc. 9.

Concupis. magitibus. Virg. 3. Georg. 150.

Diffusilis: h. e. Agibilis, qui in omnes partes agitari potest & diffundi. Vel, quaqueverum diffusilis. Lucret. lib. 5.

Sic igitur tum se levis ac diffusilis æther.

Gelidus. Virg. 8. Æn. 28.

Igneus. Valer. 1. Argon. 616.

Ignifer. Cic. in Arat.

At propter se aquila ardenti cum corpore portat,

igniferum mulgens tremebundis æthera pennis. Lucret. lib. 5.

499. — inde æther ignifer ipse.

Immensus. Cic. 2. de Nat. Deor. Aërem amplectitur immensus æther, qui constat ex aliisimis ignibus.

Impulsus sonitus. Lucan. lib. 1. 152.

Incensus ducit nubila. Valer. 1. Argon. 307.

Innubilus. Lucret. lib. 3. 21.

Lævus. Stat. 5. Theb. i. e. Sinister & adversus.

Lætus. Claud. in prefat. lib. 3.

Levis. Virg. 1. Georg. 409.

Liber nubibus æther, i. e. Serenus. Lucan. lib. 3. 522.

Liquidus æther, five aëris. Virg. 7. Æn. 65.

Longus. Stat. 10. Theb.

Mitior. Claud. de Bell. Gild. 152.

Nitidus. Valer. 3. Argon. 467.

Perlucus. V. Tenuis ac perlucens æther.

Pervius, i. e. Aëris penetrabilis. Ovid. 6. Met. 654.

Providus. h. e. Deorum providentia. Claud. 4. Paneg.

Rapidus. Lucret. lib. 5. 520.

Sacer. Ovid. 1. Met. 254.

Serenus. Lucan. lib. 1. 58.

Signifer. Lucret. lib. 5. 499.

Vol. I.

Stellatus. Valer. 2. Argon. 42.

Summus æther, i. e. Cœlum. Ovid. in Ibin 70.

Tenuis ac perlucens. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

Tenuissimus. Cic. 2. de Nat. Deor.

Sidera autem æthereum locum

obtinent: qui quoniam tenuissimus est, & semper agitatur & viget,

neccesse est quod animal in eo signatur, id & sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse.

Vastus. Virg. 5. Æn. 821.

Gravitate carens. Ovid. 1. Met. 68.

Ferit æthera clamor nauticus. Virg. 5. Æn. 140.

Mulcere æthera cantu, dicunt volucres affectu ripis. Virg. 7. Æn. 34.

Obscurare æthera pennis dicunt volucres. Virg. 12. Æn. 253.

Obumbrare æthera telis. Virg. 12. Æn. 578.

Onerare æthera votis, i. e. Deos. Virg. 9. Æn. 24.

Purgatis ætheri, defucillis nubibus. Sil. lib. 12.

Plangoribus refonat æther. Virg. 5. Æn. 668.

Verberare alis æthera. Virg. 11. Æn. 756.

ÆTHRA, æ. [ἄιθρη] pro Æthere vel Aere: poetum est. Virg. 3.

ÆTHRA, æ. [ἄιθρη] pro Æthere vel Aere: poetum est. Virg. 3.

Nam neque erunt astrorum ignes, nec lucidus æthera

Sidera polus. Est autem Æthra Latine formata ab accusativo

Græco Æthera per syncopen. Cic. 2. de Nat. Deor. 117.

Aërem complexa summa pars cœli que Æthra dicitur, & suum retinet ardorem

tenuens, & nulla admixtione concretum, & cum aëris extremitate con-

jungitur.

Albens æthera. Sil. lib. 5.

Æthra flammæ. Macrob. 6. Saturn. 4.

Lenis. Valer. Flacc. 6. Argon. 748.

Liquidus, i. e. Purus aëris. Sil. lib. 4.

Rubra. Ennius apud Macrob. 6. Saturn. 4. Virg. 12. Æn. 24.

Nanque volans rubra fulvus Jovis ales in æthra.

ÆTHEREUS, five **ÆTHERIUS**, Adj. [ἄιθρεος] ut, Cœlum æthereum dicitur, five Olympus æthereus, pro Cœlo. Virg. 8. Æn. 319.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo. Cic. 2. de Nat. Deor.

Sidera autem æthereum locum obtinent. Locum æthereum pro Cœlo dixit, quæ est stellarum fedes.

Puto ex errore esse **ÆTHEREUS**, neque enim est Grace **ἄιθρεος**, &

Æthreus, & si diceretur & hoc per eum, esset illud & longum. H. St.

Hanc H. Stephani observationem ex Veterissimo Codice MSS. Virgilii confirmat Aldus Manut. in Orthogr. ed. auctoris p. 22.

Arcti æthereæ, i. e. Uræ. Sen. Thylest. 5.

Ars ætherea, pro Divinatione. Stat. 6. Theb. 379.

Arx ætherea, Cœlum. Ovid. 4. Trist. 3. 5. Variant codices, sed quacunque lectione standum sit, de Folo, Arctico exponentum.

Altra. Virg. 5. Æn. 838.

Aura ætherea velci, pro Vivere. Virg. 1. Æn. 547.

Axis, Cœlum. Ovid. 5. Fatt. 368.

Curvis. Virg. 6. Æn. 536.

Dea, pro Pallade, quod in æthere, h. e. in cœlo habitat. Ovid. 6.

Fatt. 427.

Domus, Cœlum. Hor. 1. Carm. 3. 29.

Haustris. Virg. 4. Georg. 221.

Fite apibus partem divina mentis, & haustris

Æthereos dixerit. h. e. Divinos spiritus.

Ignes. Cœlestes, h. e. Siderales. Lucret. lib. 2. 1097.

Iter. Ovid. 5. Fatt. 88.

Lux. Sen. Hippol. 8.

Nubes. Ovid. 15. Met. 804.

Pater. Ovid. 2. Argon. 84.

Plaga. h. e. Aëris regio. Virg. 1. Æn. 394.

Sedes æthereas sperare. Ovid. 5. Met. 348.

Semen æthereum. i. e. Divinum. Virg. 7. Æn. 28.

Solibus æthereis altoque recanduit astu. Ovid. 1. Met. 435.

Trophæa ætherea, i. e. Cœlestia, & honori deorum dicata. Claud. 2.

de Rapt. Proferp.

Vertex, Altus. Tibul. 1. 7. 15.

Via. Ovid. 15. Epist. 72.

Vindex æthereus, Jupiter. Ovid. in Ibin 476.

ÆTHERA, quæ pofta dicta est Æthiopia. Plin. lib. 6. cap. 30. Æthiop. Æthiopias nominat Strab. lib. 2.

ÆTHICUS, Populi Macedoniae. Homer in catalogo. Strab. lib. 9.

ÆTHICI, Thessalici populi, accolte Pindi. Strab. lib. 7.

ÆTHIOPE, Insula est mariis Oceani, Macaria ante appellata. Plin. lib. 5. cap. 31.

ÆTHIOPIA, [Αἰθιονία] Pars Africae, torridæ zona subiecta, inter Ara-

biam & Egyptum. Sic dicta ab Æthiope Vulcani filio. Plin. lib. 6.

cap. 30. Prius dicta est Æthera, deinde Atlantis, tandem Æthiopi.

Æthiopia duæ sunt, una circa ortum Solis: altera circa Oceanum, in Mauritania. Virg. 4. Æn. Plin. lib. 5. cap. 8. Verissima est corum opinio, qui desertis Africæ duas Æthiopias superponent, & ante omnes Homer, qui bipartitos tradit Æthiopias, ad orientem, occafamque versos. Æthiopia etiam est vel superior, quam constitutum regnum Abyssinorum, vel inferior, quæ plura regna continet. V. Cellar. Geogr. Homer. Od. v. 2. 23. Plin. lib. 5. cap. 8. & 6. 30. & Mela. 3. 9. Æthiopia æstivis imbris non habet. Proinde in ea omni serunt mensæ, ut in Egypto & India. Plin. lib. 17. cap. 18.

ÆTHIOPIA, Diana cognominata est (teile Stephano) a regiuncula qua-

dam Lydia, Æthiopian nomine, ubi colebatur: vel quod cum apud

Æthiopias ageret, eam Apollo abduxerit. Alii μῆρα τὸ ἄιθριον, ab ardore

videlicet, quod Luna sit, ut Callimachus ait: aut quia sit Hecate, &

quam semper facibus estis instruamt credimus est, ut Eratosthenes

prodit. V. Cal. Antic. Lect. lib. 16. cap. 15.

ÆTHIOPS, [Αἰθρίος] Vulcani filius: a quo Æthiopia dicta est.

ÆTHIOPS, opis. Qui ex Æthiopia est.

ÆTHIOPS, opis. Qui ex Æthiopia est.

Æthiops non albescit. Dicit solitum de iis qui munquam mutatur sunt

ingenium. Fertur Æthiopicus apologus de quadam, qui empro Æthi-

pi (cum eum colorum arbitratetur non nativum esse, sed domini su-

perioris accidisse neglectu) assida lotura faciem divexit, ita ut

morbum

morbum etiam adjungeret, colere nihil quam antea fuerat, meliore. Ex Erafia. Cuiuslibet.

AETHIOPES, ut plerique volunt, nomen habent ab *ætho* creno, & *æph* aspectus: quod Solis vicinitate torreantur. Sunt tamen qui sic dictos putant, quod eorum oculi frequentibus venulis ex calore fint sanguinei. Author Vadian. in lib. 3. Pomp. Mele. **AETHIOPES** vicini fideris vapore torri, adufisque similes signi, barba & capillo vibrato, non est dubium, at Plin. lib. 2. cap. 78. V. Diod. Sicul. lib. 4. cap. 1. Strab. lib. 15. Cael. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 15.

Rubentes **AETHIOPES**: quia juxta mare rubrum sunt, ait Lactant. ad Stat. s. Theb.

AETHIOPUS lectum est: sed tantum **AETHIOPS** dicimus. Serv. in illud 7. Æn. 605. Hycrane, Arabische variante.

AETHIOPICUS, Adj. **AETHIOPIANUS** Ipectans: ut, Oceanus **AETHIOPICUS**. Plin. lib. 6. cap. 30. **AETHIOPICAE** naues. Idem 5. 9.

AETHIOPIS, Idis. [æthiopis] Herba magica, naescens in **AETHIOPIA**, in Ida quoque monte Troeas & in Meffenna. Plin. lib. 27. cap. 4. **AETHIOPIDE** herba dicunt annes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Plin. lib. 26. cap. 4. Idem lib. 24. cap. 17. tradit **AETHIOPIDA** in Meroe nasci, ob id & Meroidem appellari, folio lactuca, hydropicis utilissimum & multo potam.

AETHRIUS, Jovis filius, & pater Endymionis. Hesiod.

AETHON, [æthōn] Unus ex equis Solis: sunt enim quatuor, Pyrois, Eous, Aethon, Phlegon. Alii alii etiam nominibus appellant. Bocat. lib. 4. Ovid. 2. Met. 154. Est & **AETHON** nomen equi Pallantis, apud Virg. 11. Æn. 89. Servius, **AETHON** nomen equi, quo & Aurora equus vocatur. Apud Homerum jugalis est equus Hectoris: apud Claudianum Plutonis, ad finem libri 2. de Rapt. Profer.

AETHON, præterea Nomen est proprium viri, In quem extat Epigr. Martial. lib. 12. 78.

AETHONES, [æthōnes] dicuntur Quidam tripodes, ab ignis usu, & ad hoc ipsum comparati: alii Anathematici, qui ornatus gratia dominus dicunt, vel templis, profunus ignibus immaculati, intacte fuit: unde & ab Homero ætnae nuncupantur. Hos tamen intelligent nonnulli, qui necdum ignibus sint admoti, æthonas vero jam flammis succensos. Cael. Rhod. lib. 8. cap. 15.

AETHRA, [æthra] Pitthei filia, Thesei mater. Author Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 5. & Plutarch. in Theseo. Ovid. in Ibin. 577.

Utque nepos **AETHRA**, Veneris moribundus ob iram

Exul ab attonis excutias equis.

Fuit & alia huius nominis, præcipua comes Helenæ. Ovid. 10. Epist. 131. Et comitum primas Clymenyenque **AETHRAMQUE** tuarum.

AETHRA, pro **AETHERA**. V. **AETHERA**.

AETHRAE, Infusa quæ nunc Rhodos dicitur. Plin. lib. 5. cap. 31.

AETHRIA, Infusa mari ægei non procul a Lemno, aliquando dicta Aeria, postea Thassos. Plin. lib. 4. cap. 12.

AETHRIA, Urbs quæ postea dicta est Atria, a qua mare Atriacum, quod nunc Adriaticum. Atria (inquit Stephanus) Hetruforum, a Diomede condita est, **AETHRIA** primo nominata. Hinc & Hetrufos dictos crediderim, aut Hermolaus in Plin. lib. 3. cap. 16.

AETHURIA, V. **HETRURIA**.

AETHUSA, [æthusa] Infusa est in mari Libyco, quæ a quibusdam **AEGUFA** dicitur. Plin. lib. 3. cap. 8.

Est & **AETHUSA**, Porticus peritylos, foli exposita, unde & nomen habet. Cael. lib. 12. cap. 3.

AETHYIA, Minerva cognominata, quasi *æthya* dicas, i. e. Mergus, quod humana prudenter ex cogitatum fit navigare, mergi quadam imagine. Minerva **AETHYIA** meminit in Attic. Paean. Cum (inquit) ab Apollinis & Diana agrestis templo descendis, Pandionis heroum occurrit, quem eo loco sepultum jam diximus, quem Minerva **AETHYIA** scopulum vocant. Hec ille, Memini & Cael. lib. 14. cap. 18.

AETHYSSEI, Populi Libyæ, Marmaridis vicini. Steph.

AETHIA, orum. [æthia] Libri nomen a Callimacho poeta conscripti: de quo Martial. lib. 10. 4. Quo poëmatica sacrorum ritus & caufas complexus est: unde nomen. Servius Æn. 1. & 3. meminit. Priscianus quoque Callimachi versum citat ex **AETHIAS** lib. 1. Quippe *æthia* caufam significat: & **AETHIA** eodem pene argumento, quo noſtri Fafii, constabant. Ex Jano Parrhasio in lib. 3. Claud. de Rapt. Profer. Domitus tamen apud Martiale legit Ethia, interpretaturque de opere Callimachi in Ibin.

AETIOLOGIA, [ætiołogia] Latine, Causæ redditio dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 9. Sententia quoque & Chriæ, & **AETIOLOGIA**. Quorum omnium similis est ratio, forma diversa: quia Sententia universalis est vox, **AETIOLOGIA** personis continetur. Sed rectius legitur **Ethologia** q. V. Exemplum hujus Figura est in Ter. Eun. 1. 1. 14. Sed ipsa egreditur fundi nostri calamitas. Nam quod nos capere oportet, hac intercipit. conf. Quintil. 9. 3. Isidor. 2. 21:

AETITES, a. m. [ætines] Plin. lib. 36. cap. 21. **AETITES** lapis ex argumento nominis magnam famam habet. Reperitur in nidis aquilarum. Ajunt binos inventari, mare & foeminam: nec sine iis parere aquilas. Genera eorum quatuor. Paulo post, **AETITES** omnes gravidis adaligati mulieribus vel quadrupedibus, in pelliculis ac fabricatorum animalium, continent partus, non nisi parturiant removendi: aliquo vulva excidium fit. Idem lib. 37. cap. 11. **AETITES** nomen habet a colore aquila candide cauda. Rursum lib. 30. cap. 14. Lapis **AETITES** in aquile reperitus nido, custodit partus contra omnes abortuum infidias. Lib. 10. cap. 3. Tribus primis & quinto aquilarum generi inadficatur nido lapis **AETITES**, quem aliqui dixerunt Gagatum, ad multa remedia utilis, nihil igne depersend. Est autem Lapis ite pregnans: intus cum quatias, asio velut in uero sonante. Sed vis illa medica nonnihil nido direpens.

AETIUS, [ætius] Nomen authoris in medicina, cuius decim libri extant, & quædam epistole. Dictus **AETIUS**, i. e. Aquilinus, *æthiæ*: nam *æthiæ*, aquila dicitur. Puit ex Antiochia Syrie, discipulus Eunomii, tempore Constantini magni imperatoris, pauper natus, ab initio auctiñam ob inopiam exercuit. Paulo post ob nobilis praecceptoris commendationem, qui nuper & Tyro venerat, felle literis & eloquentie studiis tradidit. Cumque esset Christianus, & a Leontio praefule Antiocheno diaconatus ordinis adiunctus esset, Eunomianorum Ariariorum facta fe addixit. Quapropter Athos vocatus, & ex Antiochia puluis est. Ejus vitam Eunapius author Græcus persequitur. Vola-

terr. lib. 13. [Imo Oribasii, non Aetii vitam persequitur. Duos hic Aetios confundit Hæreticum nempe, Syrum genere Antiochenum alterum, alterum Medicum Amidenum, cuius extat Tetrabiblos. V. de utroque & aliis insuper Fabrici Bibl. Gr. Vol. 9. p. 318.]

AETNA, [ætna] Mons nocturnus mirus incendiis. Crater eius patet ambitu stadiorum viginti. Favilla Tauronimium & Catananus usque pervenit servens: fragor vero ad Maronen & gemellos colles. Plin. lib. 3. cap. 7. 8. Idem lib. 2. cap. 103. ad finem, tradit **AETNAM** flagrare in tantum, ut quinquaginta & centena millia passuum arenas flammam globo crucet: ad ejus tamen radices exire scaturireque fontes. V. Strab. lib. 6. & Solin. lib. 11. Nunc vulgo vocat **Mongibel**. Oliverius in Melam dicit nunc vulgo vocari **Sbolcar**: nec amplius cum flagrare, Conflat hunc montem olim ab ea parte quo Euris & Africus flant, speluncas habuisse plenas fulphuris, & usque ad mare deductas. Hæ speluncas fringunt in se fluctus, ventum crebant, qui agitatus ignem gignebat ex sulphure: unde erat (quod videbatur) incendium. Hoc autem verum esse illa comprobatur ratio: quia & alijs flantibus ventis, nihil ex se emitit: & pro modo flatum Euri vel Africi, interdum fumum, interdum favillas, nonnquam evomit incendia. **AETNAM** defribit. Virg. 3. Æn. 674. &c. Quem locum scribit Macrobius Saturn. lib. 5. cap. 17. & Gell. lib. 17. cap. 10. ex Pindaro de promptu a Virgilio.

AETNAM & Athonem montes, in molestia tediue proverbiū abiisse teitatur Lucilius apud Gell. lib. 16. cap. 9. **AETNA** quippe Enceladum gigantem sua mole premvit, juxta poetarum fabulas. Elit etiam ob crebra incendia gravis ac pernicioſis accolis. Unde & Cic. de Senect. dixit, **Onus AETNA** gravis fuit inire. Athon vero, live Athos, ob ingentem celitudinem, sua umbra moleſtus est, quam in Lemnum usque trecentis dilitant stadiis mitit. Obstet & navigantibus, quod toto longo dorso procedat in pelagus, qua continentī adhæret. Unde & a Xerxe perfoliſ. Ex Erafia. Chiliad.

Alta **AETNA**. Ovid. 4. Faſt. 491.

Fera. Propriet. lib. 3. 2. 7.

Gravis. i. e. Ponderosa. Claud. in præf. Paneg.

Igneus. Ovid. 15. Met. 340.

Ignifera. Stat. 1. Achill. 490.

Impetus **AETNA** fuit ignibus. Lucret. lib. 2. 593.

Ingens. Virg. 3. Æn. 579.

Rapida. Ovid. 5. Trist. 3. 75.

Sicana. Hor. Epod. 17. 32.

Sicanus, i. e. Sicula. Ovid. in Ibin. 598.

Sicula. Lucan. lib. 1. 540.

Trinacria. Virg. 3. Æn. 579.

Typhois **AETNA**, a Typhoeo gigante sub **AETNA** sepulto. Ovid. in Epist. Sapphus, 11.

Æstuat **AETNA**. Virg. in **AETNA**, 71.

Ardens. Hor. de Arte Poet. 465.

Excandescit **AETNA**. Virg. in **AETNA**.

Fervens. Sen. Thyeſt. 7.

Fumans. Stat. 11. Theb. 8.

Immugit **AETNA** cavernis. Virg. 3. Æn. 674.

Redundans. Claud. de Diis fratribus.

Undans. Virg. 1. Georg. 472.

quoties Cyclopum effervere in agros

Vidimus undantem ruptis fornacibus **AETNAM**:

Flammarumque globos, liquefactaque volvere faxa?

Vaporifera. Stat. 6. Theb. 716.

Camini **AETNA**, i. e. Crateres, vel Fornaces **AETNA** montis. Sen. OEth. 9.

Cyclopes **AETNA**. Virg. 8. Æn. 440.

Deus **AETNA**, Vulcanus. Valer. Flacc. 2. Argon. 420.

Frates, Cyclopes. Virg. 3. Æn. 678.

Fulmen. Ovid. 3. de Arte Am. 490. Fabulanter enim poeta Vulcanum & Cyclopas Jovi fulmen in **AETNA** fabricare.

Ignes, i. e. Tam magni, quantos habet **AETNA**, inquit Servius. Virg. 7. Æn. 786.

Pafor, Polyphemus. Ovid. in Ibin 269. & 2. de Ponto, 2. 115.

Tellus, Sicilia. Ovid. 8. Met. 260.

AETNA cantharus, de Magnis & stedis usurpat Aristophanes in pace.

AETNA autem dixit, quasi prægrandem: vel quod in **AETNA** varii maximique fcarabeī ſin: vel **AETNA** dixit, tanguam inſtar **AETNA** montis maximum. Porro ſcarabeus inſecti genus, quod a ſtercore ut naſcitur, ita paſcitur.

AETNENSIS, Adj. ut, Ager **AETNENSIS**. Cic. 3. Verr.

AETNA, Sicilia civitas, alio verbo Adranium dicta, quam fluvius ejusdem nominis aluit. Author Steph.

AETNA, Oppidum tane exile, monte confaciens accipit atque transmittit. Hic enim primus montis aſcenſus inchoat. Strabo lib. 6.

AETNA, Urbs Siciliae, que & Catana dicta est. Strabo lib. 2. Hujus coriditores Hieronemus tuſſis Pindarus inquit.

AETOLIA, [ætolia] Græcia regio in tertio ſin Europe, Epiro, Acarnania, & Locris ſinidina, dicta ab **AETOLIO** Martis filio. Cic. in Pison. **AETOLIUM**, quæ procul a barbaris diſjuncta gentibus, in ſin pacis poſta, međere fere Græcia gremio continetur, decedens inſicram perdiuiti.

AETOLIO, apud Ovid. 3. Amor. 3. 37.

Nec tanti Calydon, nec tota **AETOLIA** tanti. Ille mollaus tamen in verſum illum qui legitur apud Plin. lib. 35. cap. 10.

Marcus Ludius Elotus **AETOLIA** oriundus: ſic ait, Elotus per synalphen legitur, elita litera ſ & ad imitationem Græcorum, **AETOLIA** penultima produxit.

AETOLICUS, Adj. [ætolicuſ] Liv. 4. Decad. lib. 7. **AETOLICUM** magis ad Thermopyla bellum, quam regium fuit.

AETOLUS, five **AETOLUS**, [ætolus] Adj. ut, **AETOLUS** heros, Dio-medes Teyde **AETOLIA** regis filius. Ovid. 14. Met. 461.

Arpi **AETOLI**. Virg. 10. Æn. 25. Ubi Servius: De **AETOLIA** Diomedes ve-nit, qui Arpos in Apulia condidit.

AETOLUS, ut scribit Plin. Ep. 56. lib. 7. Martis fuit filius. Homerii au-tem enarrator, de **AETOLI** ſic tradit, **AETOLUS** filius Endymionis fuit: qui cnde

cade per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem quæ posset ab ipso Ætolia dicta est, ibique genuit filium Pleuronem, a quo urbs Ætolia dicta. Huius autem duo filii fuerant, Cures & Calydon, a quibus turfus alias urbis nomina data sunt.

E TUATII, [Ætia] Populi Gallæ, de quibus sic Strabo, Rheno autem vicina omnium primi colunt Ætuatii, quibus fluminis origo vici- na est, in Diadella monte. Hac ille lib. 4. [Forte legendum *Naufragium*, vel *Naufragium*.]

ÆTUS, [Ætus] olim appellatus fuit Ægypti fluvius, qui postea Nilus dictus est, ut ex Lycophrone annotavit Cœl. Antiq. Lect. lib. 20. cap. 13. Quod nomen a cursu velocitate illi impositum fuisse apparebat, quod felicit volatum aquile (quam Græci vocant *ætus*) propemodum æquare videbatur.

Commemoratur & in Scythia fluvius nomine Actus, qui quod Promethei agrum obereū alioqui crebris exundationibus infestaret, fecit locum fabule, ut Promethei continuo renascens jecur, ab aquila exedi dicetur. Ex ejusdem Cœl. lib. 7. cap. 27.

Æ V

ÆVUM, [ævum] Servius, Ævum proprie Æternitatis est: quæ non nisi in deos venit. Ennius,

Romulus in coelo cum dis genitalibus ævum

Degit. Unde Cœl. 1. Tufc. dixit, Ageræ ævum cum diis in coelo.

i. e. Æternum vivere.

Ævum sic definit Censorinus in lib. de Die Natali, 'cap. 5. Est enim immensum, line origine, fine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est: neque ad quenquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria dividitur tempora: præteritum, præ- sens, futurum. ex quibus præteritum initio caret: exitus futurum: Præsens autem, quod medium est, adeo exiguum & incomprehensibile est, ut nullam accipiat longitudinem, neque aliud esse videatur, quam transacti futurique conjunctio: adeo porro instabile, ut idem sit nunquam: & quicquid transcurrit, a futuro decerpit.

Ævum, pro Ætate. Virg. 2. Æn. 633.

— Vos ô quibus integer ævi

Sanguis, ait. Ubi Servius, Plenam ætatem significat ex san- guine, qui non est integer nisi in juvenibus.

Ævum, pro Rebus aliquo ævo gethis. Virg. 8. Æn. 637.

Haud varum ignarus, venturique incisus ævi. Ovid. quoque 15. Met. 11. — veteris non incisus ævi.

Ævum, pro Tempore. Virg. 8. Ecl. 28.

— avo sequenti

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Plin. lib. 10. cap. 6. Umbritis aruspicum in nocte ævo peritissimum.

Ævo nostro accidit. Plin. lib. 2. cap. 13.

Ad hoc ævi, pro Ad hoc usque tempus. Plin. lib. 16. cap. 4.

Ævum, pro Vita. Hor. 2. Serm. 6. 97.

Vive memnor quam his ævi brevis.

Confutus ævo. h. e. Ætate. Virg. 11. Æn. 85.

Flos ævi. Ovid. 9. Met.

Gravior ævo. Virg. 2. Æn. 435.

Maturus. Virg. 5. Æn. 73.

Metas ævi transtendere. Stat. 5. Sylv. 3. 255.

Præsens ævum. Sil. lib. 17.

Reparator ævi immensi. Stat. 4. Sylv. 1. 11.

Robur ævi. Ovid. 15. Met.

Sator ævi Jupiter. Sil. 9. 306.

Situs ævi. V. SITRUS.

Tenor ævi. Stat. 3. Sylv. 3.

Terminus ævi angustus. Virg. 4. Georg. 206.

Venerabilis ævo. Stat. 11. Theb.

In ævum. Callistratus in l. liberorum. 202. D. de verb. signif. Ete- nime idcirco filios filias concepimus atque edimus, ut ex prole eorum earumve, diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus. i. e. In perpetuum.

Æquale ævum. V. EQUALIS.

Æterni. V. ÆTERNUS.

Anno sum. Lucan. lib. 9. 359. Plin. lib. 4. cap. 12.

Breve. Hor. 2. Carm. 16. 17. & 2. Serm. 6. 97.

Canum. Claud. 3. Paneg.

Condito ab ævo. Plin. lib. 7. cap. 43. Tribuit ei pop. Rom. quod nunquam ulli alii a condito ævo.

Extempo ævo vivere. h. e. In eternum. Hor. 2. Carm. 2. 5.

Vivet extento Proculeius ævo.

Futuri ævi eventura videre. Tibul. lib. 3. 4. 47.

Grande ævum. Lucret. lib. 2. 1141.

Ignavum. Claud. 3. de Rapt. Proserp.

Immensum. Stat. 4. Sylv. 1.

Immortalis ævo cum pace frui. Lucret. lib. 2. 646.

Incertum. Ovid. 15. Met. 874.

Longianquo ævo omnia fluunt. Lucret. lib. 2. 68.

Longum ævum prorogare. Hor. de Arte Poet. 346.

Magnum durare per ævum. Lucret. lib. 5. 62.

Memor. Virg. 9. Æn. 446. — liquid mea carmina possunt,

Nulla dies unquam memori vos exsimt ævo.

Miserabile. Virg. in Epigr. de litera Y, v. 120.

At qui dehiciam, luxomque sequetur inertem:

Dum fugit oppolitos incauta mente labores:

Turpis inopsque simul miserabile transigit ævum.

Mutable. Virg. 11. Æn. 425.

Occulto velut ævo crescit arbor. Hor. 1. Carm. 12. 45.

Parvum. Ovid. ad Liviam, 285.

Perbreve ævum. V. PRÆBREVIS.

Perpetuum. Lucret. lib. 5. 162.

Placidum ævum degere. Lucret. lib. 2. 1093.

Semipaterno ævo frui. Cic. de Somn. Scip.

Senius. Sen. Hippol. 742. Fama miratrix senioris ævi.

Spatio sum. Ovid. 3. Met. 529.

Tenerum. Claud. 4. Paneg.

Velox. Sen. Herc. 3.

Viride. Ovid. 3. Trist. 1. 7.

Agere ævum securum. h. e. Sine sollicitudine & cura vivere. Lucret. 5. 83.

Agiture ævum sub legibus. i. e. Vivere. Virg. 4. Georg.

Colere vi ævum. h. e. Vitam traducere in mutua violentia. Lucret. lib. 5. 1144.

Consumere ævum in curis. Lucret. lib. 5. 1430.

Defunctum. Cland. 3. Epig.

Deperire ævo omnia. Ovid. 1. Amor. 15. 32.

Ducere ævum per gradus. Sen. Hippol. 4.

Durare ævis. Plin. lib. 35. cap. 14. In Africa Hispanaque ex terra pa- rietes ævis durant, incorrupti imribus, ventis, ignibus.

Exigere ævum studi virilibus. Ovid. 12. Met. 208.

Fellus ævo. Lucret. lib. 3. 459.

Finite ævum. i. e. Vitam. Ovid. 5. Met. 400.

Florens. Lucret. lib. 5. 1021.

Ineunte ex ævo. h. e. A principio ætatis & nativitatis. Lucret. lib. 3. 745.

Infractum. Sil. lib. 15.

Labens. Sil. lib. 17.

Notare ævum. Virg. 3. Georg. 100.

— animos ævumque notabis

Præcipue. Ubi Servius, Ante omnia ætatem magnanimitatemque requires.

Pacifici. Stat. 1. Theb. 319.

— hac ævum cupiat pro laude pacifici. h. e. Pro illo die totius vita sue libenter offerre velit tempora.

Patii. V. PATER.

Peragere. Ovid. 15. Met. 485.

Perdere. Stat. 5. Theb. 136.

Prorogare. V. Ævum longum.

Rediens ævum. V. Ævum conditor, in CONDO.

Renovare. Ovid. 7. Met.

Senefere ævo. Lucret. lib. 1. 326.

Soluti annis & ævo. Ovid. 8. Met. 712.

Tardans ævum. Stat. 6. Theb. 559.

Terere ævum. Claud. 3. Epigr.

Traducere leniter. Hor. 1. Epit. 19. 97.

Tranfigere in armis. Claud. 2. Epigr.

Vergit ævum. Plin. lib. 7. cap. 16.

ÆVUS, i. m. Idem apud veteres. Plaut. Poen. 5. 4. 14. Per quem vivitas vitalem ævum. Et Lucret. lib. 2. 561. & 3. 605. Ævum per omnem.

ÆVIAS, atis. f. [ævias] antiqui pro Æras q. V. vel Annos dixerunt. Varro Tithono, Quam voluntatem ævitas extima attigit metam ævitatis.

Gell. lib. 10. cap. 1. Si in jus vocabit, si morbus ævitatis que vitium esset, qui in jus vocabit, jumentum dato. Sunt autem verba ex XII. Tabul. Cic. de Legib. 3. 3. Cenores Populi ævitates, foboles, familiæ, pecunias certento. Ex iisdem.

ÆVITERNUS, a, um. Unde factum est Æternus. Hinc Ævinterni dei appellantur, quod ævum permaneant: qualis Jupiter, quem sic vocavit Ennius. V. Crinitum lib. 12. cap. ultimo. & Lilium de diis gentium, pag. 26. Ulus eo Apul. de Deo Socrat. p. 43. Proflus & retro ævinterni Dii. & Varro apud Præfician. 2. p. 593. Per ævinternam hominum domum tellurem proprio gradum.

Æ X

ÆX, [æx] Plin. lib. 4. cap. 11. Ægæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium verius quam infula, Æx nomine, a specie caprae, quæ ita Græcis appellatur.

ÆXONES, Populi fuerunt in Attica, dicacitate & intoleranda mordacitate. infinges, ut ægæoæ signatum inde verbum sit, quo significatur intoleranda mordacitas. Cœl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 25. Hinc acerrimi convicatores, Æxes vocantur.

ÆXONENSIS, Idem ac Maledicus. Suid. & Eust.

Æ Z

ÆZANUS, Tantali filius, a quo Æzani populi. Herodianus apud Her. molam in Plinio.

ÆZICA, Pars Thracie. Steph.

A F F

AFAÑAS, Locus Siciliae obscurus, unde vulgo dicitur, Abi ad Afannas, de rebus incertis, & extra locum positis. Fuit etiam Locus Amantidis tribus Atticae. Buleng. de Theat. 1. 42. ex Pitif. Lex.

AFER, Afri. V. AFRICA.

AFFABILITAS, V. AFFOR, aris.

AFFABRE, Adv. [συνεδρια, σύνχρονος] i. e. Pulchre, ut ait Nonius. Ceterum, ut ex ipsa origine apparet, non modo pulchre significat, sed magis etiam artificiose. Cic. 2. Verr. Deum denique nullum Siculam, qui ei paulo magis affabre atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. Fit autem Affabre ab antiquo nomine Affabrum: quod (ut Festus ait) veteres dixerunt pro Fabrefactum, i. e. Artificio factum. Scribitur & antiquo more per d, Affabre.

AFFABULATIO, onis. f. [περιεργη] dicitur Breve documentum, quod fabulos subnexum earum explicat utilitatem. V. Cœl. lib. 18. cap. 7.

AFFANIAE, ärum. [ἄφαια] Diction Appuleiana, pro Nugis, a Fando inclinatum nonem. Is lib. 4. sic inquit, Hæc alias similes affanias oblatrantes, eos retrorsum addicunt pagani.

AFFATIM, [ἀφάτι, ἀφάτι, ἀφάτι, ἀφατίγος] Adv. qualitatibus, primam teste Gell. lib. 7. cap. 7. acut. Festus. Affatim dictum a copia fundi, significat Abundanter. Liv. Affatim edi, bibi, lufi. Terentius adlatim dixit, pro eo quod est, ad latitudinem, hæc Fest. Servius ad I. Æn. 127. Fatiscit, abundanter aperiuntur. Fatim enim abundanter dicimus: unde & affatim.

Lamprid. in Alex. Severo p. 225. Frob. in fine: Ipse cibò pluri reficiat, vino neque parce, neque copiose, affatim tamea. H. St.

affatim

O 3

Affatim diximus. Plin. lib. 17. cap. 24. Affatim materia. Liv. 2. Bell. Maced. Item affatim lignorum, apud eundem.

Affatim est. Plaut. Bacch. 3. 1. 94. Tibi divitiarum affatim est. Idem Cifell. Aflorium est affatim qui faciant.

Affatim proflus. Cic. 16. Att. 1. H.S. LXX, satis esse, affatim proflus.

Affatim fatisfacere. Cic. 2. Att. 16.

Vefci re aliqua. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Iisdemque seminibus & homines affatim vescuntur.

AFFECTATE, AFFECTIONATI, &c. V. AFFICIO.

AFFERO, affer, attuli, allatum, [ἰπέρω, αφέρειν, ἀπομένειν] afferre. Apportare.

Afferre & Efferre, contraria. Cic. pro Quint. Itaque te obsecrat C. Aquili, ut quam exultationem, quam honestatem in judicium tuum attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre.

Afferre os ciborum manu. Plin. lib. 10. cap. 46.

Aliquem. Plaut. Pfeud. 2. 4. 21. Attuli hunc. p. quid attulisti? c.a. adduxi volui dicere. Plautinus jocuſ.

Me, te, se. Virg. 8. IEn. 477. — fatis hic te poscentibus afferes.

Fati necelitate factum est ut venires. Servius. Plaut. Amph. 2. 4. 6. Ejus iſuſ nunc huic me affero. Periphrazis poetica, pro Venire vel accedere. Cic. pro Cœlio 53. Atque ita Cœliſ ad illam attulit fe.

Seſ a monibus. Virg. 3. IEn.

Afferre & referre. Ter. in prol. Phorm. 22. Quod ab ipso allatum est, ſibi effe id relatum putet. Ubi Donatus, Proverbiale est, Quod detinat, recepit. V. mox Ad defensionem aff.

Afferre, pro Conferre. Cic. 2. de Fin. Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beatē vivendum aliquid afferre.

Aliquid ad rempub. Cic. 1. Off.

Aliquid ad communem fructum five utilitatem, pro Conferre. Cic. pro Archia 12. Ut nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum, lucemque proferre. Idem 1. Off. Et ſemper aliquid ad communem utilitatem afterendum.

Afferre, pro eo quod est Nuntiare. [ἰπέρω, ἀπομένειν] Cic. 8. Att. Complures attulerunt, Cafarem iter habere Capuanum.

Ad aliquem. i.e. Aliqui nuntiare. Cic. pro Cœl. Rumor attulit ad aliquius aures. Cic. pro Lege Manil. Non ex prælio nuntius, sed ex ferme rumor affereret.

Afferre, quod dici vulgo ſoleat Allegare & adducere: [ἀποδεκταὶ, αφερεῖσθαι, προσερεῖσθαι] ut, Afferre argumenta, exempla, excutiones. Cic. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda verfarunt fene- autem negant. Idem. 2. de Orat. An atatem afferet? quadriennio minor est.

Ad ea qua dixi, affer, ſiquid habes. Cic. 7. Att. Plin. Jun. quanvis (ut opinor) citra veterum authoritatem, Allegare exemplum dixit.

Caufam, vel Crimen in judicium. Cic. pro Client. Simplex in judicium caufa, certa res, verum crimen allatum est.

Ad defensionem. Cic. pro Cœc. 85. Idque me non ad meam defenſionem attulit, fed illorum defenſionem retulit.

Aliquid in contraria partem. Cic. 2. de Orat. Aut ſi ita non refellas, afterendum est in contraria partem, quod fit aut gravius, aut æque grave.

In medium. Cic. 1. Off. In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes utilitates in medium afferre. pro Afferre in commune: i.e. Communicare.

Accessiōnem, i.e. Augere. Cic. 16. Att. Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.

Acerbitatem. Cic. 1. Q. Frat. 1.

Adjumentum alicui ad aliquam rem. Cic. 1. Off. 1.

Res alienum attulit mihi haec res. Cic. 7. Fam. 23.

Amaritudinem alicui, i.e. Parere, generare. Plin. lib. 13. cap. 1.

Angorem. Cic. 3. Tufc.

Animum alicui. Cic. 7. Att. 13.

Animum vacuum ad ſcribendum. Cic. 12. Att. 37.

Animi magnitudinem ad caufam alicuius. Cic. pro Milon.

Argumentum afferunt, quod citiflīm aſcias retundat. Plin. lib. 16. cap. 40.

Authoritatem voluminibus, pro Dare authoritatem. Plin. lib. 24. cap. 17.

Authoritatem oratione affer. Cic. in Orat. 121.

Authoritatem peccandi afferre. Cic. 3. de Nat. Deor. 85.

Authoritatem in judicium. Cic. 2. Att. 1.

Bellum. Ovid. 13. Met. 5.

Poſt modo qui raptā longūnū cum conjuſe bellum

Attulit in patriam.

Calamitatem & cladem. i.e. Afficere calamitate, clade, dolore, & ſimilibus. Cic. pro Client. 168. Ut ne cui innocentī mērōr tuus calamitatem & falsum crimen afferret. Idem 2. de Nat. Deor. Qui rifus clavis devicta multas iſpi Claudio lacrymas, magnam populo Romano cladem attulit.

Caufam. Ter. Heaut. 4. 3. 23. Quid dicam? aut quam caufam afferam? Quod per Allegare ſupra declaravimus. Quid caufe prætexam?

Caufam bellī civiliſ ad aliquem. Cic. Philipp. 2. Ego ad illum bellī civiliſ caufam attuli.

Caufam mortis voluntarię. i.e. Preberet caufam. Cic. 3. de Fin. 61.

Caufam, quoniam. Plin. lib. 16. cap. 25. Caufam afferentes, quoniam in Thessalia, Macedoniaque plurima tunc focus exeat.

Caufas, quod. Cic. 11. Att. 15. Quoniam iusta caufas afferes, quod te hoc tempore videre non poſſim.

Commutationem voluntatis. V. paulo poſt, Offenſionem afferre.

Compertum. Liv. 7. Quidam compertum attulerunt T. Quintium in Tulculano agrum colere. i.e. Pro certo nuntiarunt.

Confidantiam. Cic. 8. Fam. 8. Quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus.

Conjecturam, Præberet occaſionem conjecturæ. Cic. pro Rofc. Com. 26.

Confectionem voluptatis. Cic. 1. de Fin. 7. Ut enim quoniam cibo potioneque famis fitiſque depulsa eſt, iſpa detracſio moleſta confectionem affert voluptatis: ſic in omni re, doloris amotio, ſuccellionem efficit voluptatis.

Confilium alicui. Cic. 15. Att. 1.

Confilium in aliquam rem. Liv. 5. Bell. Pun.

Conſolationem alicui malo. Cic. 10. Att.

Constantiam. Cic. 1. Off. 69. Quæ afferet tum constantiam, tum etiam dignitatem.

Conſuetudineſ ſerviendi. Cic. 2. Philipp. 116.

Contemptioneſ ad omnes afferre. Cœf. 3. Bell. Civil. 60. Facere ut omnes contempnent. V. paulo poſt, Offenſionem afferre.

Crimen falſum alicui. Cic. pro Client. & pro Rabir. Poſth. 27.

Cumulum aliquem artibus aliorum. Cic. 3. de Orat. 141.

Curam. Cic. 7. Att. 5.

Afferre delectationem. Cic. 7. Fam. 1.

Dentes in dominum. Varro de R. R. lib. 2. cap. 9. de canibus Actæona deorabitur.

Deperitionem. Cœf. 1. Bell. Civil. 11.

Detrimentum, ut ſupra, Afferre calamitatem. Cœf. 1. Bell. Civil. 32. & Cic. Att.

Difficultatem alicui. Cic. 1. Q. frat. 1. Atque huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani.

Dignitatem affer fortuna. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Dolorem. Plin. lib. 23. cap. 1. & Cic. 2. Tufc. 27.

Dubitatem. Cic. 2. de Nat. Deor. Et 3. Off. 18.

Afferre egeſtatem & luctum alicui. Cic. pro Rofc. Amer. 13.

Errorem animis. Cic. 1. de Divin. 36.

Excutionem. Cic. 10. Fam. 4.

Exemplum. Plin. lib. 8. cap. 6. Unum antiquitatis exemplum afferam & Cic. 7. Att. 12.

Exilium. V. paulo poſt, Peſtem atque exilium afferre.

Expectationem. Quintil. lib. 3. cap. 8. & Cic. 1. Att. 18.

Facultatem. Cic. 1. de Orat. 152. Qui a ſcribendi conſuetudine ad di- cendum venit, hanc afferat facultatem, ut etiam libito ſi dicat, tamen illa que dicuntur, ſimplia ſcripторum effe videantur.

Fama afferetur. Liv. 4. Fama afferetur, ſumma vi ad bellum coortos.

Faſtidium alicui. Cic. pro Muren. 21.

Faſtidia cibo afferat hec res. Columel. lib. 11. cap. 2.

Hilaritatem, vel jucunditatem, aut latitiam. Plin. lib. 26. cap. 11. & Cic. 3. Verr. 109.

Honorem. Plin. lib. 17. cap. 1.

Jacturam. Columel. lib. 1. cap. 2.

Incrementum. Cic. 2. de Fin. 88.

Inertiaſ alicui. Cic. 12. Fam. 20.

Initium morbi. i.e. efficeret. Cornel. Celf. in procēmio lib. 1. Eviden- tes cauſas appellant, in quibus querunt initium morbi calor attulerit, an frigus: fames, an ſatietas. Sic Morbum, ubi barbari Caufare.

In medium afferre. V. AFFERO. H. St.

Interitum. Cic. 2. de Fin. 27.

Laborem. Cic. 11. Att. 25.

Labores afferre. Propert. lib. 1. 6. 23.

Lacrymas alicui. Cic. 12. Att. 14.

Lætitiam alicui. Cic. 4. Tufc. 2.

Langorem alicui. Cic. 3. Off.

Laudem alicui. Cic. 4. Tufc. 2.

Laudi oratoria aliquid. Cic. 1. Tufc. Siquid oratoria laudi noſtra at- tulimus induſtria, multo ſtudioſius, &c.

Levationem. Cic. 4. Fam. 6. Major mihi levatio afferri nulla potest.

Literas. Cic. 1. Att. Niſum raro nobis abs te literæ afferuntur.

Lucis aliquid rebus. Cic. 2. Att. 1.

Luctum alicui. Cic. pro Rofc. Amer. 3.

Lumen memoriae. Cic. 2. de Orat. 3. ordinem effe maxime qui memo- riae lumen afferret.

Manus pro ſe quicquid afferet. Cic. 3. Verr. 67. i.e. Depugnat.

Manus alicui. i.e. Vim inferre. Cic. 1. Off. 23. Nam qui iniuste im- petum in quempium facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitat, is quaſi manus videtur afferre ſocio. Pro codem dicitur Injicere. q. V. Manus fibi. Cic. 10. Fam. 23. Manus, quas iuſtius in Lepidi perniſiem armasset, fibi afferre conatus eſt. i.e. Sibi mortem conciſcere.

Manus bonis alienis. Cic. 2. Off. 23. Quoniam enim dando egere cope- rint, alieni bonis manus afferre coguntur. i.e. Alienā invadere: quod & Manus injiſcere dicitur.

Manus vulnēribus. Cic. 3. Att. 15. Sed non faciam ut aut tuum animum angam quarelis, aut meis vulnēribus ſiepius manus afferam. quaſi Do- lores meos renovem. Notanda translatio.

Medicinam. Cic. 2. Att. 35.

Memoriam. Cic. 5. de Fin. 2. Cujus etiam illi hortuli propinquui non memoriam folium mihi afferunt, ſed iſpum videntur in conſpectu meo ponere. Pro eo quod eſt, Non folium me admōnent.

Metum alicui. Cic. 7. Verr. 62.

Moleſtiam. Cic. 1. Att. 14. & 7. Fam. 13.

Moram alicui rei, pro impeditre & retardare. Cic. pro Sext. 129.

Morbum alicui. Plaut. Aſin. 3. 1. 29. Salvere me jubes, cui tu abiens afferis morbum.

Morte uno iſtu. Cic. 7. Verr. 117. & 4. Fam. 12.

Motum animis. Cic. in Partit. 5.

Munus Reip. Cic. 2. de Divin. 5.

Necem. V. N.B.X. Plin. lib. 17. cap. 24. & Cic. in Vatin. 24.

Necelitatem. Cic. 10. Philipp. 2. Sed mihi Patres conſcripti, necelitatem attulit paulo plura dicendi, &c. i.e. Coegit.

Nervos & induſtriā. Cic. pro Sylla. 24.

Oblivionem trifitię. Plin. lib. 25. cap. 2.

Obſcuritatem. Cic. 7. de Orat. 47. Ut oratio que lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat.

Obſcuritatem laudibus alicuius. Cic. pro Detor. 12.

Odium. Plin. lib. 25. cap. 2. Pavorem aquæ, potusque omnis afferens odium. i.e. Generans.

Odium in aliquem. Cic. in Pison. 93. Sic odium quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ac simulacrum profulerunt. h. c. Domi conceptum illuc attulerunt.

Odium alicui. Cic. pro Sylla 3. Mihi majorem haec res dolorem quam Q. Hortensio, mihi magis odium afferre debet? i. e. Gignere, parere.

Offensionem. Cic. 1. Att. 14. Quidnam accidisset quod afferret Q. fratri meo, aut offensionem tam gravem, aut commutationem tantam voluntatis? Cat. 3. Bell. Civil. 60. Magnam tamen haec res illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit. Quod barbari dicunt, Pofuit, vel fecit eos esse in malitia gratia & contemptu apud omnes.

Operam alicui, idem quod Ferre operam. i. e. Opitulari. Ter. Phorm. 3. 3.

Operam afferre. Ovid. 2. de Arte Am. 673.

Aut latius, aut vires, operamque afferte puellis.

Opinione populo, i. e. in opinionem populum inducere. Cic. 2. Off. 46.

Otium. Cic. pro Muren. 1. Eaque res vobis populoque Rom. pacem, tranquillitate, otium, concordiamque afferat.

Pacem animis. Cic. 1. de Fin. 47.

Pacem ad aliquem. Plaut. Amph. prol. 32.

Pavorem. V. paulo ante, Odium afferre.

Pedem. Catull. 14. 22. Abite, unde (malum) pedem attulisti? h. c. Unde venisti? Vulgo leg. Tullistis.

Periculum. Cic. 8. Fam. 10.

Perniciem. Cic. 2. Off.

Perturbationem rerum. Cic. 11. Fam. 10.

Potest atque exilium. Cic. pro C. Rabir. 25.

Pestilentiam. Plin. lib. 10. cap. 28.

Pondus. Cic. 9. Att.

Quætionem. Cic. in Orat. 66. Nam etiam poëte quætionem attulerunt, quidnam esset illud, in quo ipsi différerent ab oratoribus. i. e. In medium adduxerunt, proponuerunt.

Rationem quoniam. Plin. lib. 31. cap. 3. Sed hi rationem afferunt, quoniam levissima sit imbrum aqua. Et Cic. 4. Fam. 13. Reliquum est ut afferant rationes, quibus coner.

Religionem. Cic. 6. Verr. 78.

Repulsum attulit haec res. Cic. 2. Off. 58.

Requiem. Ovid. 12. Met. 146.

Rumores afferuntur. Cic. 16. Fam. 21. Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito.

Spes rumoribus afferuntur. Cic. 3. Att.

Salubritatem. Columel. lib. 5. cap. 10.

Salutem. Cic. 4. Fam. 3.

Satiatem. Cic. in Orat. 209. Si enim semper utare, satietatem affer. Scientiam. Cic. Affect autem vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibiliter fieri possit.

Seditiones. Cic. pro Sylla, Greges hominum perditioni, metum nobis seditionesque afferabant.

Sentientiam. Cic. 5. de Fin. 72. Suam quisque videri voluit afferre sententiam.

Solatium. Cic. de Amicit. 104.

Solicitudinem. Cic. 10. Fam. 18. Ea nunc magnam afferit sollicitudinem, magnumque habet cafunum.

Somnum. Cic. 9. Att. 6. Quod & somnum inducere, & conciliare somnum dicitur.

Spes matura decessioris. Cic. 1. Q. frat. 1.

Splendore voce. Plin. lib. 20. cap. 6.

Sumptum alicui. Cic. 9. Fam. 16.

Supperias. Plaut. Men. 5. 7. 14. In quibusd. leg. Ferre.

Suspitionem. Cic. in Pison. 12. 18.

Tabem. Columel. lib. 6. cap. 5.

Tædium. Liv. 4. Bell. Maced.

Terrorum, i. e. Terrere. Liv. 6.

Terrores ad aliquem. Cic. 6. Att. 8. pro Nuntiari.

Tetimonium. Cæf. 3. Bell. Civil. 53.

Torporem. Plin. lib. 20. cap. 21.

Vim. Cic. 9. Att. 14. Armati, vim & manus afferrent.

Vim afferre alicui. Cic. 2. de Legib. 19. Sex. Tarquinius vim Lucretiæ Tricinctiæ filii attulit. h. e. Invitam stupravit.

Vim viræ & corpori. Cic. pro Cæc. 61. Sed perinde valebit quasi armatis fuerint, si reperiunt ita parati fuisse, ut vim vitæ aut corpori potuerint afferre.

Vim & celeritatem afferre. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Efficiimus etiam domum nostrum quadrum pedum sectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipsi aferit vim & celeritatem.

Vim in docendo, i.e. Ad credendum quodammodo cogere. Cic. 4. Acad. 117.

Vim oculis. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Vim sensibus. Cic. 2. de Fin. 16.

Vim afferre, alter possum, pro Cogere. Cic. in Lælio, Vim hoc quidem est afferre. Quid enim refert, qua me ratione cogatis? Cogitis certe.

Vinculum ad aliquod copulandum. Cic. 3. Fam. 4.

Vitam aliam afferat haec dies. Ter. And. 1. 2. 18. Nunc haec dies aliam vitam afferat, alios mores postulat. Vbi Donatus, Affer, h. e. Recte & severè & inexorabiliter denuntiat.

Voluptatem. Plin. in procen. lib. 16.

Utilitatem. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Affertur, imperi [ἀπεισθατε] Liv. 4. Volcos exiisse prædatum afferatur. i. e. Nunciatur.

A LLAT U S, Partic. [ἀλλαγόδης, ἀλλαγόζες] ab Affector. Plaut. Afr. 13. Allata peregre epistola.

Allatum vel mihi, vel ad me, de morte ejus. Cic. in Bruto. Et 3. Fam. 10. Allatus nuntius. Cic. 15. Fam. 1.

A LLAT U R O S, [ἀλλαρούδης] Cæf. 8. Bell. Gall. 10. Timorem suum sperabat fiduciam barbaris allaturn.

A FFICIO, éci, ectum, [ἀδινῆναι, ἀστεῖναι] ére. ex Ad & Facio compotum, interdum ad corpus, sed saepius ad animum referuntur. Quicquid enim, teste Quintiliano, rationem vincit, affectus est. Ergo Affectiones nos, aut animum nostrum dicitur, quicquid ita moveret, ut rationem conturbet, & pene a statu mentis dejectat, sive sit bonum, sive malum. [In]mo Quicquid moveret, commovet, percellit animum simpliciter. Afficerem vocare in diversum, i. e. Varie. Tacit. lib. 11. Cæterum is terror milites hostesque in diversum affectat.

Animos afficere. Cic.

Beneficiis afficere. Cic. 7. Verr.

Cæd. Liv. 5. Bell. Pun.

Calamitate. Cic. pro Rosc. Amer.

Commodis. Cic. pro Client.

Corpus afficere, præ eo quod est Macerare, domare. Cic. 1. Off.

Corpora famæ & fatis afficiunt. Liv. 8. Bell. Pun. Ut prius altus a meridiano sole, laborque standi sub armis, & simili famæ, sitisque corpora afficerent, quam manus cuic hoste confererent.

Cruciati. Cæf.

Cura. Cic. Att.

Delectatione. Cic. Atr.

Desiderio. Cic. 2. Fam. 12.

Difficultate. Cæf. Sic Cic. pro Quint.

Domicinio clientem. Martial. lib. 12. 78.

Errorre mentis. Cic. Att.

Gloria. Cic. in Epift.

Honore. Cic. 1. de Nat. Deor. 38.

Ignominia. Cic. pro Rosc. Amer. 123.

Incommodo. Cic. 2. de Fin.

Injuriis. Cic.

Lactitia. Cic. pro Milon. 78.

Litera tua sic me affecerunt. Cic. 14. Att.

Lucro afficere. Plaut. Amph. prol. 2.

Moleftia. Cic. 15. Att. 1.

Muneribus aliquem afficere. Cic. 2. Fam. 3.

Nomine aliquo, i. e. Appellare. Cic. pro Deict. Ut eum amplissimo regis honore & nomine affecteris.

Praemio. Cic. pro Balbo.

Sepulitura, i. e. Donare sepulcro, humare. Cic. 1. de Divin. Moneri vi- fuis est ne id faceret, ab eo quæm sepultura affecterat.

Solicitudine. Cic. 6. Att. 3.

Solicitudo ex te affectis me. Cic. in Brut.

Stipendio afficere. Cic. pro Balbo. Idem in angustiis ærarii, victoreum exercitus stipendio affectit, pro. Stipendum dedit ei.

Afficeret, absconde, idem est ac Commovere, irritare, ut. Hoc maxis affect. subaudi Animum. Cic. 14. Att. 13. Litera tua sic me affecterunt.

A FFICIOR, éris, pass. [ἀπενέγκω] ut, Admiratione affecti, h. e. In admiratione esse, cui opponitur Contemni. Cic. 2. Off.

Animis. Cic. 1. de Orat. 87. Et uti, qui audirent, sic affecterentur animis, ut eos affici vellet Orator.

Affigritudine. Columel. lib. 7. cap. 5.

Boloribus pedum. Cic. 6. Fam. 19.

Exilio. Cic. Parad. 4.

Honore. Cic. pro Rosc. Amer. 147.

Laude. Cic. de Clar. Orat. 7.

Morte. Cic. de Invent. 3.

Macula. Cic. pro Rosc. Amer. 13.

Pena. Ibid.

Timore. Cic. pro Quint.

Tornibus. Plin. lib. 29. cap. 5.

Voluptate. Cic. 5. Att. 20.

Voluptate animi. Cic. 3. de Fin. 37.

Vulnibus. Columel. lib. 4. cap. 11.

A FFECTU S, a, um. Partic. [ἀπαγόρευσθαι, ἀπαγορεύεσθαι, ἀπαγορεύεσθαι] ab Affector: ut, Affectus prena, præmio. Cic. pro Balbo.

Affectus interdum absque ultra effectus voce ponitur. Ter. Eccl. 3. 1. 45. Quoniam modo Philumenia mea nunc te offendam affectam?

Affectus ad munus fungendum. Cic. 3. Tufc. 15. i. e. Aptus, sive, ut vulgo loquuntur, Bene dispositus. Idem in Topic. Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus quæ quodammodo affecta sunt ad id de quo queritur. i. e. Adjungere aut propinquia aut apta.

Ærumnus affectus. Lucret. 3. 50.

Omnibus arumis affecti denique vivunt.

Animo. Cic. 1. de Legib. Oculi rūmis arguti, quemadmodum animo affecti fumus, loquuntur.

Artibus affectus animus. h. e. Præditus, Qui artes callet. Ejus contrarium, Animus inertius affectus. V. paulo post, Virtutibus affectus animus.

Beneficio. Cic. in Pison. 32. Quum tantis a vobis p. c. beneficiis effectus sim, tantis honoribus.

Defperatione. Cic. 14. Att. 22.

Difficultatibus. Cic. 13. Fam. 7. maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus.

Honore, imperio. Cic. 1. Off. 149. Bene de Repub. sentientes a be-ne meritos, aliquo honore aut imperio affectos, observare & colere debemus.

Inertia affectus animus. h. e. Ignorantia artium & imperitia prædictus. V. Virtutibus affectus.

Inflammatione. Cels. lib. 7. cap. 26.

Lætitia. Cic. ad Brut.

Moleftia ex aliqua re. Cic. 1. Fam. 9.

Morro. Cic. 1. de Divin. 63. Nam & idipsum vident, qui sunt morbo gravi & mortifero affecti, instare mortem.

Morte. Cic. 4. Fam. 12.

Muneris deoūm. Cic. 3. de Nat. Deor. 67.

Pestilentia. Liv. 5. Decad. lib. 1.

Pramis. Cic. in Pison. 90.

Senectute. Cic. 3. de Orat. 65.

Solicitudine. Cæf. 7. Bell. Gall. 40. Magis affectus sollicitudine hoc nuntio Cæsar.

Affecta sterilitate terra, quasi quodam morbo. Columel. in pref. 1. lib. 2.

Valeundine. Cic. 4. Tufc. 81.

Virtutibus affectus animus. Cic. in Partit. 35. Animis autem spectantur, atque quemadmodum affecti sunt virtutibus, viis, artibus, inertius, aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate, moleftia.

Vitiis. Cic. pro Muren. Non debes temere Confidem populi Romanii fatigatore vocare, sed confidere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit cum cui vere illud objici posset. Et 14. Philipp. 7.

Affectus,

Affectus, Profligatus, afflictus. Cic. ad Octavium, Subito prope jani affectam ac prostratam Remp. tuis opibus extulisti. [Nisi afflictam legendum.

Affecta, ex proprie dicuntur, quae non ad finem ipsum, sed proxime finem deducta sunt. Cic. de Provinc. Conf. 19. Bellum affectum videamus, & (ut vere dicam) pene confectum. Ibid. 26. Nam ipse Cesar, quid est quod in ea provincia commorari velit: nisi ut ea qua per eum affecta sunt, perfecta Reipublica tradat? Item in OEconom. Quum vero affecta juu propre affecta, uivas a sole mitefere tempus est. Ex Cell. lib. 3, cap. 16. & lib. 15, cap. 5. Sic Aedificia (ut ibide scribit) quae prope absoluta sunt, affecta esse dici Latine possunt.

Affecta etas, & quae & Gravis dicuntur, & Effecta, nempe ipsa senectus. Cic. 6. Verr. 91. Et 1. de Orat. 200.

Animos affectos recreare. h. e. Inminutos, debilitatosque. Liv. 3. De- cad. lib. 1.

Cecum affectum, i. e. Dispositum. Cic. 2. de Divin. Etsi ad rem pertinet, quomodo celo affecto compositus fideibus quodque animal oritur.

Corpus, i. e. Lefsum, debilitatum. Liv. 1. Dec. lib. 9. In corpore tamen affecto vigebat vis animi consilique.

Affectum corpus Celfo, corpus male habitum. h. e. quod indocte dicitur, Male dispolitum.

Affectum malis medicamentis corpus. i. e. Vitiatum. Celf. lib. 3, cap. 22. de tabe quam Graeci *κακόν* vocant, Quid fere sit, quum longo morbo vitiata corpora, etiam illi vacant, refectionem tamen non accipiunt: aut quum malis medicamentis corpus affectum est.

Corpora sic affecta. Cic. 1. de Divin. Jubet igitur Plato sic ad somnum proficiunt corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat.

Affecta tabo corpora. Liv. 4.

Affecta fides, Labefactata. Tacit. 3. Hist. 65.

Hyems, i. e. Pene finita. Sil. Ital. lib. 15.

Jamque hyeme affecta mitefere coeparat annus.

Opes. Tacit. 2. Hist. 69.

Res, i. e. Labefactata. Liv. 1. Decad. lib. 6.

Spes, i. e. Imminuta, fracta. Valer. Flacc. 4. Argon. 60.

Vires corporis. Liv. 1. Decad. lib. 5.

Avidio sum affectus de Fano: quod nisi fieri video, incursum habuit in te dolor meus. Cic. 12. Att. 40.

Graviter affectus. Cic. 14. Att. 19. Quem pridie Neapoli affectum graviter videram. i. e. Agrotum.

Male affectus. Cic. 13. Fam. 68. Istam partem Recipublica male affectam tueri.

Varie sum affectus tuis literis. Cic. 16. Fam. 4.

Affectus quam absoleto ponitur, fere accipitur pro Languente. Propert. lib. 2. 21.

Jupiter, affectae tandem miserere puellæ. h. e. ægrotat.

Ovid. 2. Amor. 2. 21.

Ibid ad affectam, quæ non languebit, amicam.

AFFECTISSIMUS, superl. Patrc. lib. 2. 84. Vigebat in hac parte miles atque imperator, illa marcebant omnia: hinc reges firmissimi, illinc inopia affectissimi. legendum vero Remiges cum Lipio.

AFFECTUS, us. [ἀρετής, ἀρετή] V. AFFECTIO.

Affectus amoris. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Affectus metus. Quintil. ibidem.

Affectus, pro Amore. Plin. lib. 3. Epist. 10.

Exhibere aliqui affectum parentis, i. e. Amorem parentum. Plin. lib. 2.

Epift. 1. Ille tutor mihi relictus, affectum parentis exhibuit.

Affectus, pro Morbo. Celf. lib. 2. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationem necessaria sunt.

Continguum affectum desiderant nonnullæ materiae. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Dubii affectus. Ovid. 8. Met. 473.

Duros affectus mollire. Stat. 1. Theb.

Falſi. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Lenes. V. Concitat affectus.

Mites. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Perturbatores. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Pessim. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Sanos affectus teneri, i. e. Temperatos. Sen. Hippol. 2.

Tacito affectu latari. Ovid. 7. Met. 147.

Trues affectus comprimere. Sen. Agam. 3.

Veri affectus. V. Ficti & imitati affectus.

Affectus vehementissimus quam invalidit, &c. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Advocate affectum. Quintil. lib. 4. cap. 2. Serum est enim advocate his rebus affectum in peroratione.

Afflumere affectus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Commoti affectus. V. Concitat affectus.

Commove affectus. Quintil. lib. 4. in proem.

Compositi affectus. V. Concitat affectus.

Concitat. Quintil. lib. 6. cap. 2. Affectus igitur hos concitatos, *πάθος*: illos mites atque compositos, *πάθος* esse dixerunt. In altero vhemener commotis, in altero lenes: denique hos imperare: illos persuadere: hos ad perturbationem, illos ad benevolentiam prævalere.

Effundere totos affectus. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Erumpt affectus. V. Ficti & imitati affectus.

Diligere fido & incorrupto affectu. Firmic. lib. 6. cap. 10. Fido & incorrupto affectu maritos diligunt uxores.

Diligere tenero affectu. Firmic. lib. 6. cap. 32. Qui filios suos tenero diligat semper affectu.

Ferrit totu cordis affectu. Firmic. lib. 5. cap. 7. Qui ad omne voluptatum genus totu cordis affectu sepius ferantur.

Ficti & imitati affectus. Quintil. lib. 11. cap. 3. Sed quum sint alii veri affectus, alii ficti & imitati: veri naturalius erumpunt, ut dolentium, irascientium, indignantium: fed carent arte, ideoque non sunt disciplina traditione forandini. Contra qui effinguntur, imitatione artem habent.

Inducere judicem in affectus. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Intrare in affectum. V. INTRO.

Mollire affectus. Stat. 1. Theb.

Movere affectus. Quintil. lib. 4. cap. 2. Idem lib. 6. cap. 1. Athenis affectus movere citiam per praecomen prohibebatur orator.

Occupari affectibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Pati affectus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Prosequi affectu dilectionis. Firmic. lib. 5. cap. 14. Homines tamen faciet, qui flatus mulieres ac temerarias summo dilectionis prosequantur affectu.

Solvere affectus tristes. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Tenere affectus sanos. V. Sanos affectus tenere.

Trahere affectus. Quintil. lib. 6. cap. 1. ad finem.

Veratur affectus in periculis. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Affectus, pro Liberis, uxoris, parentibus, & aliis simili propinquitate conjunctis accipitur in l. 26. lib. 12. Cod. Theod. & Capitol. in M. Anton. & in Gordiano.

Et in Clodio Albino Capitolini aut Spartiani in Epist. quam afferit: Quod interim a te publicari nolo, ne ant ad ipsum Papirium, aut ad ejus affectus pervenierat. H. St. Excat. C. 10. extr.

AFFECTIO, ônis. f. [ἀρετή, ἀρετή, περιστώ] Valla lib. 4. Cic. 1.

de Invent. 36. Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de caufa communatio, ut latitia, cupiditas, metus, molesta, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. Ibid. 1. 176. Affectio est quædam ex tempore, aut ex negotiorum eventu, aut administratione, aut hominum studio, communatio rerum: ut non tales quales ante habentia sint, aut plenius haberit soleant, habende videantur. Idem au-

thor, 1. Tusc. 43. & alibi, voluntatem hominis affecti ad virtutem, atque ipsam virtutem, animi appellari affectionem ait: qualis non est affectus, qui Graece dicitur *πάθος*, quod ipse Cicero interpretatur, perturbationem malens dicere, quam morbum, quo nomine sapere utitur. At Quintilianus non perturbationem, sed affectum nominat: neque ipse aut solus, aut primus, sed plerique ante eum, ut Seneca, Plinius, Rusticus, Columella, Valerius, Livius, aliquie multi.

Animi impetus, commotio, affectione. Cic. 2. de Invent. 19. Illum impetus, & quandam commotionem animi, affectionemque verbis & sententiis amplificate debet.

Afrorum affectio. Cic. de Fato 8. Afrorum affectio valeat, si vis ad quasdam res.

Celci. Cic. 2. de Divin. 92. Fac in pueru referre, ex qua affectione coeli primum spiritum duxerit.

Diftorta & prava. Cic. 4. Tusc. 29. Affectio est illa quidem discrepans fibi ipsa dum est insipiens, sed non distorta nec prava.

Firma corporis, i. e. Dispositio. Cic. 5. Tusc. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in vifceribus medullisque consideris, & definieris summum bonum firma corporis affectione, explorataque spe contineri, fortius aditus interclusiti?

Inconfatis. Cic. 4. Tusc. 29. Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconfatis.

Manens. Cic. 4. Tusc. 30. Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem moventes, ut non possint affectionum manentium partes esse.

Affectio erga aliquem. Plin. lib. 8. cap. 54. Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio. Adnotavit H. St. Sic dicitur Affectus V. Affectus ex Firmico.

AFFECTO, [ἀρετή, ἀρετή, περιστώ] āte. ab Affectu deductum verbum; significat Appeto, & Nimio affectu rem aliquam investigo. In Rhetor. ad Herenn. 4. 31. Sic dicimus, Affectat laudem undequaque. i. e. Venatur & caput. Affectat videri doctus. Affectat quietem, pro Cupit, non recte dixeris.

Affectare, est Pronum animum ad faciendum habere. Festus.

Cruorem aliecius. Stat. 11. Theb. 539.

Dextrum. Virg. 3. Æn. 670.

Verum ubi nulla datur dextrum affectare potestas. Ubi Serv.

Dextrum intendere, scilicet sic, ut posset navem tenere.

Diligentiam in supervacuis. Plin. lib. 17. cap. 1.

Iter. Cie. pro Roſe. Amer. Nunc vero quam viam muniet, quod iter affectet, videbit.

Regnum, Ambitioſe ad regnum aspirare. Liv. 1. 46, & Plin. de Viris Illust. 1.

Spes. Ovid. 5. Met. 377. Adm. H. St. περίσσων εἰπεῖν οὐτε περιστώ. Polyb. I. 1.

p. 4. Baſil. de Hierone, Majores spes affectare.

Validius affectare aliiquid. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Ad aliiquid, pro Alpirare. Firmic. in pref. lib. 5. Hos Romanis tuis libros scripsimus, ne omniſiſciliarum arte translati, folium hoc opus extitif-ſe videatur, ad quod Romanum non affectaret ingenium.

Viam ad aliiquid, est Ad aliiquid magno affectu studioque tendere, aspirare: interdum in bonam, interdum in malam. Virg. 4. Georg. 562.

— viamque affectat olympo. i. e. Ad divinos honores aspirat.

Ter. Phorm. 5. 8. 71. Hj gladiatorio animo ad me affectant viam.

Affecto, cum infinitivo. Sil. lib. 4.

Dum prima deces affectat decerpere pugnae.

Affectare, pro eo quod est. Confut. aliquip affectu facere. Ulpian. in l. Quod ait lex. D. Ad legem Julian de adult.

Affectare aliquem dannis, Afficere. Plaut. Bacch. 3. 1. 9.

Pifocle, tua flagitia, aut damnia, aut despota, bula,

Quis patrem, & me, teque amicosque omnes affectas tuos. Nonius.

[Immo jungendum cum inf. seq. Appellere. V. 1.]

AFFECTOR, aris. dep. [ἀρετή, περιστώ] Varro, Affectatus est regnum, pro Affectavit. Obsoletum est.

AFFECTANS, antis. Partic. [ἀρετή, περιστώ] Ovid. 4. de Ponto 59.

Sic affectantes coelestia regna gigantes

Ad styga nibiferi vindicis igne datos.

AFFECTATUS, a, um. Partic. [ἀρετή, περιστώ] ut Affectatus sermo,

Affectata oratio: & Affectata verba dicuntur. Nimis anxiæ, & (ut ita dicam)

curiose queſita. Ejusmodi autem sermo affectatus reprehendit a do-

cētis, & Grammatici inter orationis vitia posuerunt. Plin. in Paneg. Af-

fēcta alii castitas, tibi ingenita & innata. Stat. 5. Sylv. 2.

Nec tantum pietas, sed protinus ardua virtus

Affectata tibi.

Verbus affectata difficultatis, i. e. Studio quæſite. Quintil. 1. 1. extr.

conf. cund. 12. 10.

Affectata, vel Adfectata femina vel in bonam partem dicitur, velut hono-

ra: vel in malum, quasi ad extremum periculum adducta. Felt. ubi

V. Scalig. & Daecr.

AFFECTATIO, ônis. f. [ἀρετή] Nimis studioſe, i. e. Affectu nimio

quæſita

quæstia diligentia. Alii sic: Affectatio, est Æmulator sive appetitio rei, fere in malum sonans, quam Græci Cacozeliam appellant: i. e. Malam & pervergam affectationem. Quintil. lib. 1. cap. 6. Nihil odiosius affectatione. i. e. Affectu conatus æmulandi alterius virtutem, quam affectu nequas, refragante natura, vel nimio affectu nimioque conatus alterius virtutem æmulandi, ita ut turpe sit ac deformare sic avide æmulari.

Affectatio frigida & puerilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Nimia. Quintil. in proem. lib. 1.

In bonam partem usus est Seneca Epist. 89. cum Philosophiam sapientie amorem & affectationem definit. [Forti tamen Affectatio legendum.]

AFFECTATOR, öris. m. [Ἐρωτός] Quintil. lib. 6. cap. 3. Noster vero non solum extra iudicia, sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimius rufus affectator. De Cicerone.

Affectator imperii. Florus lib. 2. cap. 7. 2.

Liberitas. Quintil. lib. 6. cap. 2.

AFFECTATRIX, icis. f. Ad simulatum fictumque studium referre videtur Tertull. adv. Har. c. 7. Istam sapientiam humanam, affectatricem & interpolatricem veritatis.

AFFECTATE, Adv. qualitatis ab Affectatus; i. e. Curiose, vel Cum affectatione: ut, Affectate scribit epistolæ. Affectate loquitur, nos vulgo ille quoque affectus.

AFFECTUS, Adj. Amoris plenus. Tertul. de Anim. cap. 19. Infancia naturaliter affectiofa.

AFFECTUOSUS, Adj. Idem. Usi hoc nomine sunt avi posterioris authores. Macrob. 2. Saturn. 11. Piam affectuofamque rem fecisse. Cagliod. Ep. 5. 2. Tertull. adver. Marc. 5. 14.

AFFECTUOSE. Adv. Cagliod. Epist. 3. 4. Sidon. Epist. 4. 11.

AFFECTUS, AFFICTITIUS. V. AFFINGO.

AFFIGO, xi, xum, [ἀφέγω, ἀφεπλάνω, παραγγέλω] ēre. Ad aliquid figere. Liv. 8. Bell. Pun. Laceratosque verberibus, cruci affigi justis. Adhæsum affigere, h. e. Adhædere & consequenter creare. Lucret. lib. 4. 1236

Affigere aliquid ad rem aliquam. Cic. pro Rosc. Amer. 57. Sed si ego hos judices, bene novi, literani illam cui vos usque eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut poltea neminem animi nili fortunas vestrarum accusare possitis.

Aliquid ad terram. Liv. 1. Decad. lib. 4. Cuspidem ad terram affixit.

Ad rem, i. e. Cum re conjungere. Cic. 1. de Invent. Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videtur ad rem, neque ab ea possunt separari.

Aliquid animo suo familiarius. Quintil. lib. 2. cap. 7.

Affigere arma. Plin. lib. 16. cap. 39. Cui viri fortes affixerant arma.

Humi affigere particulam divinae auræ, pro Anum ad res terrenas de- mettere. Hor. 2. Serm. 2. 79.

Leoto aliquem. Hor. 1. Serm. 1. 81.

Aut aliud casus lecto te affixit. Sic legit cl. Bentleius; sed Lambini & Cruquii Codices exhibent, Affixit.

Literas puéras, h. e. Eorum memoria tenaciter infigere, facere que ut hærent. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Oscula affigere. Claud. de Bell. Get. 619.

Blanda cruentata affigunt oscula dextris.

Terra radicem. Virg. 2. Georg. 318.

Rura gelu tum claudit hyems: nec femine jacto

Concretam patitur radicem affigere terre.

Affigere per translationem dictum. Plin. lib. 30. cap. 1. Hunc enim maxime affixisse animis eam dulcedinem constat. Cic. 2. de Orat. Ea maxime animis affigi nostris, que essent sensu tradita, atque impressa.

i. e. Tenaciter inhærent.

Affigere & Affigere sæpe miscent Librarii. V. Drakenb. ad Sil. 1. 674.

AFFIXUS, Partic. [ἀφεπλάνθετο] Tibull. lib. 1. 3. 87.

Ac circa gravibus penitus affixa puella.

Lateri affixus. Virg. 10. En. 161.

Affixa mundo sidera. Plin. lib. 2. cap. 8.

Alicui. Cic. 3. Q. frat. 1. Dedit etiam alteram mihi, qua jubes eum mihi esse affixum tanquam magistro. i. e. Mibi inhærente, & a me non discedere. In axis. Cic. 1. de Orat. 196. Ut Ithacam illam in afferimis faxilis tanquam nudum affixam, sapientissimus vir immortalitatibz anteponeat.

Affixus alius in re aliqua. Cic. 1. Fam. 8. Quibus in rebus me ille affixum habebit.

Affixum atque institutum in animo & sensu. Cic. 7. Verr. 138. Sed in anima sensuque meo penitus affixa atque intata est.

AFFINGO, inxi, icum, [ἀπαλλάσσω, ἀφεπλάνω] ēre. Idem quod simplex Finger, aut Fingendo accommodate. Cic. 3. de Orat. 177. Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affectam tamquam formam quasi perfectam reperiens.

Addere & affingere rumoribus. Caf. 7. Bell. Gall. 1.

Affingere & Detrahere, contraria. Cic. 1. de Divin. 118. Parvis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.

Aliquid alicui. Cic. pro Lege Manil. 50. Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam, Quirities, ut neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa affecta esse videatur.

Affingere alicui orationem. Cic. in Orat. 74. Poeta peccat etiam, quoniam probam orationem affingit improbo, stulto sapientis.

Sic dicit Ἀριστοφ. lvi Πρύνη, Plato de Poeta, Politicor. lib. 3. H. St.

Affingere aliquid, pro Mendaciter addere. Cic. 3. Tusc. 80. Qui nihil opinione affingat, assumatque ad aggritudinem. Idem pro Cluent. 9.

Facianque ut intelligatis in tota illa cauila, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflarit.

Affingere hominumores, pro Assimilare. Cic. 2. de Orat. In quibus describuntur hominum mores, & ita affinguntur, ut aut re narrata aliqua, quales sunt intelligentiarum.

AFFECTUS, Partic. [ἐπικαθάδεις] Cic. 2. de Orat. 325. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tanquam citharedi procerum affectum aliquod, sed coherens cum omni corpore membrum esse videatur.

AFFECTITIUS, [ἐπιπλάνθετο] formatum a supino Affictum. Varro 3. de R. R. cap. 12. pr. Actus secundi generis affectitius ad villam qui foliæ esse.

AFFINIS, e. Adj. [ἀφεπλάνω, ἀποπλάνω, ἀποπλάνω] ex Ad, & Finis compotum. Affines, in agris, Vicini sunt: in hominibus, Confanguinitate conjuncti, ait Festus. Modestinus l. non facile. D. de grad. & affin. Affines

sunt (inquit) viri & uxoris Cognati: dicti ab eo quod duas cognationes, que diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit.

Affinitus nomina haec sunt: Socer, focus: Gener, nurus: Noverca, virtricus: Privignus, privigna.

Affinitas Cognati, Necissitudo. H. St. Videtur indicare voluisse horum nonum differentialis esse declarandas. V. COGNATIO.

Affines, vocat Sallustius, Qui finitos & conjunctos possident agros. Sic enim scribit, Inter ea parentes, aut parvi liberi militum, ut quisque potenteri affini erat, fedibus pellebantur. Annotavit Turnebus.

Affinis, per translationem dicitur Alieius rei particeps, & quasi Coniunctus ei. Jungitur autem genitivo vel dativo.

Affinis alieius culpa, & alieius culpa. Cic. 2. de Invent. 129. Affinem esse alieius culpa. Idem pro Kef. Amer. 18.

Facinori. Cic. 4. in Catil. 6.

Negotis. Plaut. Trin. 2. 2. 50.

Noxa. Liv. 9. Bell. Macciad.

Rei capitalis. Cic. 4. Vert. 94.

Rerum affinis quas fert adolescentia. Ter. Heaut. 1. 2. 39.

Sceleri, vel sceleris. Cic. pro Syll. 70. & Author ad Herenn. lib. 4.

Supliciorum. Cic. pro Sylla 7. In quibusdam legitur, Sufpcionem.

Turpitudini. Cic. pro Cluent. 127. Duos filios video autoritate Censorum affines ei turpitudini judicari.

Vincula affinis, i. e. Vincula affinitatis. Ovid. 4. de Pont. 8. 9.

Jus aliquod faciunt affini vincula nobis,

Quæ semper manente illabefacta, precor.

AFFINIS, Subst. c. Cic. Post red. in Senat. 17. Tu misericordie me affinem tuum constitutum inimicis Reip. tradidisti: tu affinem tuam &c.

AFFINITAS, atis. f. [ἀφεπλάνω, συγίνεσθαι, προσειν, συνεινέσθαι] denom. est Hominum affinitum inter ipsos conjunctio. Cic. 1. Off. 54. Sequuntur connubia & affinitates: ex quibus etiam plures propinquai. Affinitatis conjunctio. Cic. pro Cluent. Affinitatis conjunctionem digniori fore putavit.

Arctissima affinitas. Pater. lib. 2. 100. Honoratum etiam matrimonio sororis sue filia, in arctissimam affinitatem receperat.

Perpetua. V. PERPETUUS.

Affinitate festa devincere cum aliquo. Cic. in Brut. 1. 98.

Affinitates jungere. Liv. 1. Næque hospitio modo cum primoribus eorum, fed affinitates quoque jungetur.

Dirimere. Tacit. 12. Ann.

AFFIRMO, [ἀφεπλάνω, ἀφεπλάνω, διαφεπλάνω, συμβεβλέπω] ēre. ex Ad, & Firmo, as, compotum. Cic. 4. Acad. Quid dubitamus igitur affirmare? Affirmare aliquid de bonitate vini. Causa in l. Si vina. D. De peric. & commod. rei vendit. Si vina, quæ in dolis erant, venierint: eaque ante quam ab emptore tollerentur, sua natura corrupta fuerint: si quid de bonitate eorum affirmavit venditor, tenebatur emptori. Quod si nihil affirmavit, emptoris erit periculum.

Certum affirmare. Liv. 3.

Affirmo tibi. Cic. 2. Att. 15.

Affirmare asseveratione. Cic. 13. Att. 23. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi credas velim, &c.

Fortissime. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Jurejando. Liv. 29. 23. Data ultra citroque fide, eosdem amicos, initiosque habitus jurejando affirmatur.

Crimen, i. e. Verisimile reddere. Liv. 2.

Pro certo. Liv. 1.

Temere de aliquo. Cic. ad Brut. 1.

Valde de aliquo. Cic. 7. Att. 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?

Affirmare, pro Confirmare, stabilire. Tacit. 14. Ann. 22. 7. Iram Deum affirmavit.

Opinionem affirmare. Liv. Decad. 4. lib. 2. Vulgo credebatur, de industria rem in serum tractam, ne tempus dari posset Achæis Ætolisque ad respondendum, & eam opinionem ipse affirmavit, potendo ut summiotis alii, cum ipso imperatore Romano licet sibi colloqui. Affirmavit, i. e. Confirmavit.

Affirmare se animo, h. e. Confirmare se, & animum firmum inducere. Catull. 71.

Spem. Liv. 1. Ea res utique Trojanis spem affirmat. Alii hic legunt, Confirmat.

AFFIRMATUS, a, um. Partic. Liv. 4. Decad. lib. 8. Rhodiis affirmata, quæ data priore decreto erant. h. e. Confirmata.

Kationibus aliquid affirmatum. Cic. 1. de Invent. 67.

AFFIRMATIO, önis. [Ἀφεπλάνω] Actus ipse affirmandi. Plin. lib. 28. cap. 2. Constantissima animalium affirmatione.

Affirmatio & Dubitatio, contraria. Cic. 9. Fam. 17. Sed quoniam explorati nihil haberent: nec tibi sollicititudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui.

Affirmatione aliquibus credere. Cic. 10. Fam. 21.

Affirmatione aliqui alteri recipere. i. e. Promittere. Cic. 10. Fam. 7.

Affirmatio relig. Cic. 3. Off. 104. Est enim iuris iurandum affirmatio religiofæ.

Multa in Atheniensis contulit, & pro Agonotheta resedit. Budaeus. [Plenius de horum munere Van Dale Diff. 7.] Certaminis designatio. Theod. Cod. l. 12. tit. i. Nec cogi ad agenothelium volumus invitum. [Præfatis officiis est, sive prædictum ipsum in certaminibus. Quod multi, ob sumptus faciendo desugebant.

AGONOTHETICUS, a, m. [ἀγωνοθετός] ut, Fundi agonothetici juris, i. e. Qui sumptibus certaminum deputati erant. l. 14. Cod. de fund. patrum. Agonothetice possessions, l. 5. C. de div. prædiis Urbaris.

AGORACRITUS, Parius Statuarius, Phidite discipulus; ei atque gratutus. Itaque & suis operibus pleraque nomini eius dona sibi fertur. Condiscipulum habuit Alcamenem Atheniensem. Certavere autem inter se ambo discipuli in Venere facienda: vicitque Alcamenes, non opere sed civitatis suffragis, contra peregrinum suo faventis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemeum. Id possum est Rhampante pago Atticae: quod M. Varro omnibus signis præstulit. Et in Matri magnarum delubro in eadem civitate Agoracriti opus. Hec Plin. lib. 36. cap. 5.

AGORAEUS, [ἀγοραῖος] non ab Ago deducitur, ut quidam falso existimavere; sed Graeca vox est, & a nostris Nundinariis dicitur.

Agoraeus apud Gellium pro Illiterato sumitur. Sic enim ait lib. 17. cap. 3. Riferunt hoc ad illudendum, ex iis qui ibi aderant, unus atque alter, male homines literati, quod genus Graci ἀγοραιοί appellant.

Agoraeus panis, i. e. Forensis, & venalitius & Atticus vocari solet. Hic etiam Encryphias dicitur. Ruell. lib. 2. cap. 14.

Agoraeus Minerva, i. e. Forensis, a Lacedæmoniis culta. Author Paul. & Cæl. lib. 18. cap. 5.

Agoraeus quoque Mercurius dicitur, quod ejus statua in medio esset foro. Itemque Agoraeus Jupiter, eadem de causa.

AGORANOMUS, i. m. [ἀγοραῖος] Adilis dicitur. Plaut. Capt. 4. 2. 24. Mirumque adeo est, nil hunc fecerunt sibi Ætolii Agoranomus. Sic dictus ab ἀρχῇ & νέω, quafi qui fori ius habeat. Habebat enim curam annonæ forensis, copiæque cibariorum, ut scribit Dionys. Halicar. lib. 5. Budæus in Annotat. Ædiles vocant Latini.

A G R

AGRA, x. [ἄργα] Mordacissimi serpentis genus, quo nomine vulgo Demosthenem vocabant, scurrilem quandam mordacitatem in eo notantes.

AGRA, [Ἄργα] Regia Leanitarum Arabie Populorum. Plin. lib. 6. cap. 28. Hinc Agrai, populi, [Ἄργαι] Stephano.

AGRADATUS, Perfarm rex, postea Cyrus a Cyro fluvio nuncupatus, Strab. lib. 15. V. Palmer. ad l.

AGER, [ἄρξη] vel ut alii ἄρξη, Locus Athenis extra urbem. Ubi illorum taceretur (ait in Atticis Pausanias) locus occurrit, qui Agræ dicitur: & Diana Venatricis templum, quo loco primum Dianam venationem exercuisse, quum ex Delo venisset, fama est, qua ratione ejus simulachrum arcum habet.

Significatur & Militum quoddam genus hoc nomine.

Eft & Agræ, arum. [Ἄργα] Oppidum Mediterraneum Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

AGRÄGAS, [Ἄργασ] Mons est Siciliae, muro cinctus, in cuius summa parte oppidum ejusdem nominis. Unde & Cic. 4. Ver. 123. ait, Ad mare intrare moenia ante oppidum expectabat. Virg. 3. En. 703.

Arduus inde Agragas ostentat maxima longe Menia.

Oppidum celebratur Ptolemaeo, Strabon. Plinio, quod & Agrigentum Latinis frequenter dicitur: unde Empedocles philosphus, & Phalaris tyrannorum sevissimus, originem duxerunt. Scribitur a nonnullis Agragas, V. Supra. Vulgo *Gergenti*.

AGRAGANTINUS, sive **ACRAGANTINUS**, [Ἀργαραῖος] Adj. Idem quod Agrigentinus. Lucret. lib. 1. 717.

Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. V. ibid. & mox in AGRIGENTUM.

AGRAMMATUS, i. m. [ἀργαμματός] Illiteratus. Vitruv. 1. 1. Non debet nec potest esse Architectus Grammaticus, ut fuit Aristarchus, sed non Grammatius. Cairod. de Div. Leçt. 1. 28. Multi agrammati ad rerum intellectum proveniunt, conf. Graece Modest. Jct. l. 6. §. ult. D. de Exequat.

AGRANI, Oppidum Mesopotamiae maximum, a Persis dirutum. Plin. lib. 6. cap. 26.

AGRARIUS, V. AGER.

AGRAULOS, [Ἄργειος] Nom. propr. uxoris & Filiae Cecropis fuit, & Minervæ item cognomen. Harpocration. Latini videntur legiſc Aglauros, ut apud Ovid. 2. Met. 560.

Populus etiam Athenis tribus Erechtheidis fuit ἡγεμον, teste Stephanus: qui & sine aliquando ἡγεμον vocatur.

AGRE, [Ἄργει] Civitas est Lydiae, apud Stephanum.

AGRESTIS, V. in AGER.

AGREUS, [Ἄργειος] Apollinis & Cyrenes Hypsei filii fuit. Quatuor enim filios Apollinem ex Cyrene futilis produnt, Aristeuum, Nomium, Euthochium, & Agreum. Justinus ex Togo lib. 13.

AGRIA, x. [Ἄργεια] Species scabiei, quæ asperior est, magisque prurit, & eo difficulter tollitur. Celsus lib. 5. 28. interpretat Feram scabiem. [Substantive nusquam sumunt hoc vocabulum sed subintelliguntur vox ἄργεια. V. infra AGRUS.

AGRIAM, sive Ariam appellat Theophrastus, sempiterne frondis arborum, inter robur & illicem medianum. Theodorus aquifolium sive aquifoliam intellexit. Ruell. lib. 1. cap. 88.

AGRIACANTHA, [Ἄργειακάνθα ἡ αργεια ἄργεια] Spina est sylvestris, carduo timilis, dentis horrens spinis. Author Dioscor. & Ruell. lib. 1. cap. 6.

AGRICOLA, V. AGER.

AGRICOLA, Cognomen Virile Rom. Cn. Julius Agricola Forojuliensis, Cornelii Taciti sacer: cuius vitam ipse Tacitus descripsit.

Agricola, & Vitalis ejus servus, Martyres sub Maximiano Bononiae passi, & a beato Ambrofio sepulti.

AGRIPOLIUM, Planta est Paliuro Africanæ similitudine respondens. Constat autem foliis perpenitus, lauri, latioribus tamen, subpinguis, & per ambitum aculeatis, cortice viridi, ramis lentis, ac flexilis. Fructus ei rotundus, lucidus, ruber, rufcum & cedarum bacis amulans. Hujus radicum cortice incola viscum parant, quo etiam modo ex viburno conficiunt. Mathiolus in lib. 1. Dioscordis.

AGRIGENTUM, V. AGRAGAS.

AGRIGENTINUS, [Ἀργειαῖος] possell. Plin. lib. 31. cap. 7. Sal Agigentini ignium patiens, ex aqua exilit.

Agigentini luxuria nomine, pariter ac Tarentini, male audiebant apud antiquos. V. Diog. Laert. lib. 8. S. 63. & ibi Menag. Elian. V. H. 12. 29. & ibid. Petri. Cael. Antiq. Leçt. lib. 13. cap. 11.

AGRIL appellantur, qui & Cynamolgi. Strab. lib. 16.

AGRIMENSORES, [Ἄργειοις] Cairod. lib. 3. Ep. 52. Var. Leçt. Agrimenor (inquit) more vaſiſſimi fluminis, aliis ſpati tollit, aliis rura concedit. Unde appetit ceniſores, live agrimenſores fluminum vice, ut hæc illorum vice, ex publico in privatum, & ex privato in publicum, & ex uno in alium addicere. I. ergo. s. humina. D. de acquirend. rer. domin. [Plenius de horum officio Gœſius Antiq. Agrar. c. 4.

AGRIMONIA, Herba vulgo vocata, verum vel Eupatorium Gracorum. Ruell. lib. 3. cap. 95. Graece ἄργειον.

AGRIOCARDAMUM, & Lepidum Paulus tradit appellari herbam quæ liberis existinatur. Ruell. lib. 2. cap. 105.

AGRİDOS, Unus ex canibus Acteonis. Ovid. 3. Met. 224.

AGRION Nardum, [ἄργεια νέρπη] Herba est folio oleris atri, quam Dioſcorides Phu. οὐδὲ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarent. Recentiores vocant Valerianam majorem.

AGRIONIA, Felta erant Dionysii apud Boeotios quotannis celebrata. Plutarch. in Problem.

AGRIOPE, es. f. Uxor Orphei. Alii conſtanter Eurydices vocant, fed Agriopon Hermetianam Poæ, versibus, quibus Orpheo defensum ad inferos describit, apud Athenæum lib. 12. fol. 597. Scriptiſſe hoc idem (quod nempe Orpheo Uxor fuerit Agriope) Minnernus citatur, inquit Cerda ad Virg. 4. Georg. fol. 56. Sane Minnernus hic nominant Car. Steph. Dictionar. Voce Agriope, & Jos. Scalig. ad Virg. Cul. p. 27. Sed natus error est ex male inspecto Athenæo. qui proxime ante Hermetianæctem etiam Minnerni mentionem inicit, sed de alia re.

AGRIPHAGI, Populi Æthiopum versus Occidentem, qui telle Solino c. 43. folias pantheram & leonum carnes edunt. Plin. l. 6. c. 39.

AGRYPHILLON, [Ἄργειοφύλλον] Herba est, quæ alio nomine Peucedanum appellatur. Dioſcor.

AGRIGRĀNOS, i. m. [Ἄργειογάρον] Sylvestre origanum. Dioſc. 3. 34.

AGRİSELINUM, [Ἄργειολίνον] Herba est eadem cum Hippofelino Dioſcorides.

AGRIPPA, V. AGER.

AGRIPALMA, Urtica fetida, Urtica mortua vulgo dicitur officinis, quæ a multis putatur esse Galeopsis: optime cognita mulieribus quas ſepe triangulans uterū opprimit. Nanque ſuo gravi odore revocat, & velut exanimis recolligit. Ruell. lib. 3. cap. 119.

AGRIPPA, [Ἄργειος] Olim prenomen, postea cognomen Ro. Gell. lib. 16. cap. 16. Quorum in nascendo, non caput fed pedis primi extiterat, qui partus difficulter agerrimus habetur. Agrippa appellati vocabulo, ab ægritudine & pedibus. [Si quidem antiquiores illi, fed inter Juniores artis obstetricina peritos, secundum eum, quæ capite partus procedit, difficulter esse conſtat.] Plin. l. 7. c. 8. ab Ægro partu, i. e. Difficili, Agrippas dictos putat. Sic enim ait, In pedes procedere nacentem contra naturam est: quo argumento eos appellaverat Agrippas, ut ægre partus. Ex cœlo nacentem Quintil. lib. 1. cap. 4. brevius. Conf. Glosſ. Philox. Alter tamen Salmat. in Solin. f. 21. q. V.

Agrippa plures memorantur in Ro. historia. Agrippa Silvius, Tiburii filius, Romuli, (five Aremuli) Silvii pater, qui Albæ regnavit ab Afranio IX. Liv. lib. 1. cap. 3. Agrippa Menenius Lanatus, cum P. Postumio. A. V. 251. cof. qui diffidenter a Patribus plebeis, cum in Montem Sacrum fecerit, fabella de membrorum corporis cum ventre diffidio proposita, reduxit, ac cum novarum tabularum, tum Tribunorum plebis creandorum auctor fuit, cui mortuo adeo exiguae copia familiares fuerunt, ut ſumpitus funeri decſſet. Liv. lib. 2. cap. 16. 32. 33. Agrippa Furius cum T. Quintio Capitolino Cos. A. V. 309, qui Equos & Volvos vicit: & iterum A. V. 364. (nisi alius forte est) tribunos militum Cos. potestate creatus, Salpinares ad inducas petendas adegit. Liv. lib. 3. cap. 66. seq. & l. 5. cap. 32. Dion. Halic. lib. 5. & 6. Ant. Ro. Flor. lib. 1. cap. 23. ubi Camert. V. Nec minus illuſtris memoria M. Vipsanius Agrippa, l. f. principis anicorum Caf. Augufti. Cujus & gener factus est, ducta Julia, cum prius Pomponiam T. Pomponii Attici, defunctaque ea, Marcellam Sororis Aug. filiam in matrimonio habuifet. Urbem operibus, amplissimis ornavit, operam non ſolum adverſus Antonium bello Perulino, verum etiam adverſus S. Pompejum bello Siculo & adverſus M. Antonium Actiaco bello Cafuri egregiam navavit, atque externa quoque bella pari ſuccēſu concifit. Quare ab Augusto ad tertium consulatum proiectus, cum alios honores, & in his triumphum etiam ſibi oblatum detracſet, id quoque præcipue obtinuit, ut nummi cum imagine ejus, corona navalis insigni decorata, S. C. cuderentur. Decellit Ao. Jul. 34. Et. L. egrelus, relictis Cajo & Lucio Caſſ. & M. Agrippa Poſthumo, Agripinaque & Julia liberis. Ex quibus Agrippa minime tanti patriæ memoria reſpondit. Hæc ex Vellejo Pat. Seneca, Plinio, Plutarcho, Suetonio, Dione. De Duobus Agrippis Judæor. regibus V. in HERODES. Agrippa, cognomento Caſtoris, vir in primis doctus: contra XXIII. Baſiliſi heretici volumina, quæ contra Evangelium ille ſcriperat, acerrime differunt. Author Hieronymus.

AGRIPPENSES, Bithyniae populi. Plin. lib. 5. cap. ult.

AGRIPPEUM, [Ἄργειοπεῦ] in Ceramico theatrum, meminit in Alexandro sophista Philostratus. Cæl. lib. 7. cap. 19.

AGRIPPIAS, adīs. Urbs quæ prius Anthedon dicebatur, ab Herode poſtea dicta Agrippias. Josephus Antiquit. lib. 13. cap. 19. Idem tamen bellū Judæi, lib. 1. cap. 16. sic ait, loquens de Herode; Anthedona quoque renovatam, quam bella ſubverterant, Agrippum vocavit.

AGRIPPIA, Cognom. Fœm. Ro. ab Agrippa deductum. Ejus nominis tres celebrantur. Duo M. Agrippæ filia, altera ex Pomponia, Attici nepis, quæ Tiberio Cæfari primum, deinde Alfonso Gallo nupta fuit; altera ex Julia, Augufti nepis, quæ Germanico Cæfari nupta fuit; Caligulae mater, a Tiberio relegata & ad mortem denique tædio arumnum adacta; Tertia huius & Germanici filia, nepis M. Agrippæ, quæ ex Domitio Ahenobarbo priore marito Neronem Cæfari genuit, eodemque veneno necato, postremo a Neronæ F. infiditis præventa, crudelis morte perire.

AGRIPPINA, [Αγριππίνη] Insignis urbs Germaniæ inferioris, metropolis, & colonia olim Romanorum. Hæc Pompeianus. Colonia Agripina (inquit Volaterranus) M. Agrippæ monumentum, qui hos populos a se viatos ac volentes in citeriore ripam Rheni traduxit. Cornelius Tacitus tamen 12. Ann. 27. Rem ita prodidit: Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat, ut eam gentem Rheno transgressam avus Agrippa in fidem acciperet.

AGRIPPINENSIS, c. Adi. ut Colonia Agrippinensis. Tacit. 1. Hist. 56. 4. &c. Et Agrippinenses, Incolæ, olim Ubii; Tacit. de Germ. 28. 8.

AGRIPPUS, [Αγριππός] Laconibus dicitur Olea steriles. Hinc illud vulgi ferme tritum, Sterilior agrippo, de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignavos, nulliusque industriae homines. Auth. Zenodotus & Suidas.

AGRISIS, Herba & dulcedine præcipua, & hominibus ac jumentis utilis: quæ potissimum velcebantur Ægyptiæ. Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 1.

AGRIVS, a. um. Adj. ex Gr. οὐρανός Ferus, agrestis. Tribuitur Animalibus, plantis, rebus naturalibus. Sic Agrium Nitrum, Plin. lib. 31. cap. 10. de Nitrī generibus loquens. Minus etiam fit in Thracia, juxta Philippopolis, fordidum terra, quod appellant Agrium. Tribuitur & morbis, ulceribus &c. V. Supra AGRIA:

AGRIVS, [Αγριός] Parthaonis, Martis fili, filius, qui ut vidit Oeenum fratrem orbum liberis factum, egente regno expulit, atque ipse regnum posedit. Hyginus Fab. clxxv. Hinc corrigitur locus Ovidii in Heroid. Epift. 9. 153. qui in omnibus exemplaribus, quæ mihi vide contigit, corruptus est, & a nemine interpretum intelleximus. Locus autem illi est:

Heu devota domus! folio sedet acrior alto. Ubi pro Acrior, reponi debet Agrivs, & hoc modo legi, — folio sedet Agrivs alto. Quo & versus planus est, & sententia poetae clara. Hic pater fuit Thersites Gracorum turpisissimi. Ovid. 3. ex Ponto, 9. 9. Fuit etiam Agrivs Puer, de quo Stat. 9. Theb. 266.

AGROLA & Hyperbius ad arcis Atheniensis radices domicilia habuerunt omnemque ambitum murorum arcis fecerunt, preter eam particulam quam Cimon Miliadae Sardis regnavit, ut scribit Herodot. lib. 1.

AGRON, Primus qui inter Heracladias Sardis regnavit, ut scribit Herodot. lib. 1.

Agron, Medicus. V. ACRON.

Agron, Nini filius, a Græcis dictus, quod in agris natus esset. V. Cæl. Rhod. lib. 23. cap. 5.

Agron Illyriorum rex, Pleurati F. ob ferocissimos Ætolos a se domitos, temulentæ indulgens pleuride morbo corruptus, interiit. Author Polybius l. 2. c. 2. seq.

AGROSPIS, [Αγροσπίς] Populi Arabia. Plin. lib. 6. cap. 33.

AGROSTE, es. [Αγροστε] Phalangii species apud Nicandrum.

AGROSTIS, [Αγροστίς] Herba est geniculatis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga & acuminate in modum parvæ arundinis, qua boves jumentaque pascuntur: Latini Gramen appellant. V. Diofor. lib. 4. cap. 26. 30. 31.

AGROSUS, a. um. Agris abundans. Varro 4. de L. L. 1. extr. Si ab Agro ad Agrosu hominem & Agricolam pervenero.

AGROSUS, Mons est, ubi nunc Roma, quem Faunus rex Evandro ex Arcadia pulso concedit, eumque ille postmodum Palatinum appellavit. Calep.

AGROTERA, [Αγροτέρα] Diana cognomen est, quod templum ejus Agræ (vel in Agris) fuerit quæ est regiunctula terræ Attica, prope Ilium fl. ubi ferunt Dianam primum venationem exercuisse, quum ex Delo illuc venisset. Pausan. in Attic. pag. 17. & Cæl. lib. 8. cap. 7.

AGRYPNIA, æ. f. [Αγρυπνία] Pervigilium, insomnia. Mart. Capell. lib. 2. p. 27.

AGUMENTUM, teste Varrone, Quod ex immolata hostia defectum in jecore impoendo agende causa. Hæc ille lib. 4. de L. L. 22. Sed apud Arnob. 7. p. 230. est Augumen, teste in Not. Gothofr. Vide AUGUMENTUM.

AGUNCILA, æ. f. Parva imago live puppa: ut, Aguncula puellaris. Suet. Ner. cap. 56. ut vult Pareus Lex. Crit. p. 66. pro Icuncula. Ubi & Ciceroni 6. Att. 1. extr. vindicare conatur, Quinque Agunculae, ubi alii Plangunculae. Cafubal, ad Suet. l. c. conjectit leg. Acuncula.

AGUNTUM, [Αγύντων] Oppidum est Norici, quod & a Plin. recensetur lib. 3. cap. 24.

AGURUM, V. AGYRINI.

AGYIUS, Graece Ἀγύιος, trium syllabarum vox, Apollinis epitheton, testibus Pausan. in Att. & Macrob. 1. Saturn. cap. 9. Steph. de Urb. v. αγύιος, quasi viis praepositus urbanis. Erat item eo nomine Columna fastigata, atque in acutum definens, prope januas errecta, Apollini sacra. Nam veteris moris fuit, Apollinem ut alexicacum colere

ante januam. Cui etiam sacra erant Agiyatides aræ, quas quidam Therapnas nuncupant. Hæc. Cæl. lib. 6. cap. 18. V. etiam Lex. Pitif. Hor. 4. Carm. 6. 28.

Phoebe, qui Xantho lavis amne crines,

Daunia defende deus Camonea

Lavis Agyieum. Ubi Acron, Agyiae vero Atheniensi lingue Vici dicuntur: quo nomine ideo Apollo vocatus est, quia ex oraculo responso in vicis publicis urbis sue, statutis altaribus, ei sacrificia instituerant, unde Agyius dictus est.

AGYLLA, quæ nunc Cære [Αγύλλα] dicitur, urbs est Tuscia, a nomine conditoris, quem Virg. 8. Aen. 479. ex Lydia venisse ostendit, quem ait.

Hand procul hinc faxo colitur fundata vetusto

Urbis Agyllinæ sedes: ubi Lydia quandam

Gens bello preclara, jugis infedit Hetruscis.

Ubi Servius, Agylla civitas est Tuscia, a conditore appellata, cui ex inscrita Romana aliud est inditum nomen. Nam quum Romani euntres per Tusciam, interrogarent Agyllinos quæ diceretur civitas: illi, utpote Graci, quid audiret ignorantes, & optimum ducentes si prius eos falquarent, dixerunt ξάξης, quam salutationem, Romani nomen civitatis esse putaverunt, & detracata aspiratione, eam Cære nominaverunt, ut scribit Hyginus in lib. de Urribus Italicis. Conf. Plin. lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 5. V. CÆRE.

AGYLLÆUS, [Αγύλλαιος] Qui ex Agylla est. Virg. 7. Aen. 652.

— Agyllæa necquicquam ex Urbe fecutos. Codd. emend.

Agyllina.

AGYLLÆUS, h. e. Herculis filius. Stat. 10. Theb. 243.

Insper Hercules ibi jungit Agyllæa vates.

Agyllæa, luctator Cleonæs, statura prægrandis, nec minor Hercule, palæstra tamen a Tydeo vicit. Stat. 6. Theb. 834.

— levat ardua contra

Membra, Cleonæs stirps jactator Agyllæus, &c.

AGYLINUS, V. AGYLLA & AGYLLÆUS.

AGYRINI, five AGYRINENSES, [Αγυρίνες] ab urbe Sicilia AGYRIO. Abelt vero Agyrium, five quod idem est, Agurium, a Centuris 5. mil. paſſ. ex Antonino. Stephanus Agyrinam vocat. Hermol. in Plin. lib. 3. cap. 8.

AGYRTÆ, Athletæ sic dicti. V. Lex. Pitif. De Agyrtis & Metragyrtis, five mendicabilis & furris per speciem religionis cum cymbalis & crotalos, ac simulachro Matris Magnæ discurrere solitis V. Van Dale Diff. 1. cap. II.

AGYRTES, [Αγύρτες] Patrem interfecisse scribitur. Ovid. 5. Met. 148.

— & cæso genitore infamis Agyrtes. add. Stat. 9. Theb. 231.

AH, [ᾳ, ἀ] Interjectio, sèpius dolentis est: interdum tamen ad alios affectus explicando accommodatur. Itaque pro sensu & materia conditione, particula hæc accipienda erit. Fit autem ab Aha, teste Prisciano, per apocopen: interdum vero genimatur: ut, ah ah.

Ah, dolentis. Virg. 1. Ecl. 15.

— ah, silice in nuda connixa reliquit.

Ah, flentis, aut lamentantis, inquit Donatus. Ter. Adel. 3. 2. 11.

Ah me miseram. Legitur & Ah ah, hoc loco.

Ah, indignantis sibi ipsi, & se ipsum arguentis. Ter. And. 3. 1. 12. Ah vix tandem sensi stolidus.

Ah, desiderii. Plaut. Asin. 3. 3. 2.

Ah, quanto amplius valerem, si hic maneres.

Ah, indignantis & stomachantis alteri, cum reprehensione. Ter. And. 1. 5. 18. Nam quid ego dicam de patre? ah, tantamne rem tam negligenter agere?

Ah, leniter arguentis, five reprehendentis. Plaut. Bacch. 1. 1. 1. Ah, nimium ferus es. Ter. And. 5. 2. 27. Ah, ne favi tandem.

Ah, objurgantis. Ter. And. 2. 1. 8. Ah, quanto fatius est, te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoreas tuo, &c.

Ah, abnegantis. Ter. And. 3. 3. 11. Ah, ne me obsecra.

Ah, incrépant cum indignatione. Ter. Eun. 2. 1. 3. Satne hoc mandatum est tibi? p. Ah, rogitate? quid difficile sit.

Ah, quasi corrigitur alterius dictum. Ter. Eun. 5. 2. 50. Tamen si pater. c. quid? ah volet, certo scio.

Ah, reclamantis, aut contradicentis. Ter. Hec. 5. 1. 17. Meum receptum filium ad Pamphilum. b. ah, fine dicam. Cic. 2. de Orat. 185. Ah, Patres concripsi, non ego mihi illum iniquum ejero, versus omnibus.

Ah ah, inquitantis. Plaut. Moft. 3. 1. 50. Scio te bona esse vocare: ne clama: p. hercle ego vero clamabo. tr. ah ah, morem inibi gere.

Ah ah, suspirantis. Plaut. Mil. 4. 8. 48. Habe bonum animum. p. A. ah ah, quum venit in mentem mores ut mihi mutandi sient.

AHA, [ᾳ, ἀ] Interjectio indignantis alteri, & ipsum arguentis. Plaut. Bacch. 4. 7. 11. Aha Bellerophontem jam tuus me fecit filius.

Aha, abnegantis.

Plaut. Bacch. 1. 1. 54.

Manum da, & consequere.

b. aha minime.

AHALA, non Hala, Serviliorum cognomen teste nummo vetere, suffragantibus etiam fatis Capitolinis, & antiquis Inscriptionibus. Cic. etiam & Liv. in editionibus accurriortibus. Vide etiam Lex. Pitif.

AHARNA, Oppidum Heturiæ, cuius meminit Liv. lib. 10. Decad. 1.

AHENUM, i. n. [χαλκῶν] Paul. in I. Quum de lanionis. D. de instruct. & instrum. legit. Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod supra focum

focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitor. Virg. 1. En. 217.

Littore ahena locant alii. Ubi Servius, Ahena, quibus utebantur non ad elixandas carnes, sed ad se lavandos. Heroicis enim temporibus carne non vcepcabant elixa.

Ahenum dicimus, per h[ab] interpositam inter a & e: non Aen[um]; ut sonus sit vividior, vegetiorque: teste Gell. lib. 2. cap. 3.

Ahenum s[ecundu]m numero habetur pro Amplifonia vase, in quo tingitur purpura. Unde multa habet epitheta ex iis locis in quibus claruit usus purpura. Ut,

Agenoreum ahenum, i. e. Tyrium, vel Sidonum. Agenor quippe rex fuit Phenicie, in qua fuerunt Tyros & Sidon urbes purpura nobiles.

Martial. lib. 10. in Caium, 16.

Quicquid Agenoreum Tyros improba cogit aheno.

Amyclaeum, ab Amyclis urbe Laconiae, in qua plurimus fuit usus purpura. Ovid. de Rem. Amor. 707.

Assyrium, i. e. Tyrium. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 24. 164.

Getulum. Sil. Ital. lib. 16. h. e. Purpura que apud Getulos tingeatur.

Sidonium. Seneca.

Tænarum, i. e. Laconicum, a Tænaro Laconiae promontorio. Val. Flacc. 5. Argon.

Tyrium. Stat. 1. Sylv. 2. 151.

Ardens. Juven. 15. Sat. 81.

— nec ardenti decoxit aheno,

Aut veribus, h. e. Nec elixavit, nec assavit.

Calidum. Ovid. 7. Met. 279.

Cavum. Ovid. 6. Met. 645.

Fervens. Seneca. Thyest. v. 1061.

Parvum. Ovid. 8. Met. 645.

Spumans. Sen. in Thyest. v. 60.

Tepidum. Virg. 1. Georg. 296. Servius legit Trepidi. nec aliter Pier. ex MSS.

Undans. Virg. 6. En. 463.

HĒNEUS, vel **AENÆUS**, Adj. [χαῖνεος] Poëticum pro Æreus: ut, Ahenea proles pro Æreatae. Ovid. 1. Met. 125. Hor. 1. Epist. 60.

— hic murus aheneus esto,

Nil consciere sibi: nulla pallescere culpa, h. e. Fortissimum ac tūtilissimum animi monumentum. Gellius tamen usus est lib. 16. cap. ultimo ad finem, Simulacra duo ahenea, &c.

Jugum aheneum. Hor. 3. Carm. 9. 11. i. e. Forte, ut ait Acron & Porphy.

Signa. Hor. 2. Epist. 1. 248.

Turris. Hor. 3. Carm. 16. 1. & Ovid. 2. Amor. 19.

HĒNUS, Adj. [χαῖνεος] Idem quod Æreum, i. e. Ex ære factum: sed hoc proprie poëticum est.

Acus ahena. Ovid. 2. Fast. 577.

Cadus. Virg. 6. En. 225.

Cassis. Stat. 6. Theb. 226.

Cor. Stat. 3. Theb. 280.

— sed scopulos, & ahena precando

Flectere corda para.

Cornu arietis militaris ahenum. Propert. lib. 4. 10. 33.

Crateres. Virg. 9. En. 165.

Fores. Virg. 1. En. 453.

Forma. Propert. lib. 4. 2. 61.

At tibi, Mamuri, formæ calator ahena,
Tellus artifices ne terat Ofca manus.

Jugum. Val. Flacc. 7. Argon. 595.

Labrum. Virg. 4. En. 22.

Lux. Virg. 2. En. 470. i. e. Splendor armorum.

Manus. h. e. Fortis & dura, teste Acrone. Hor. 1. Carm. 25. 19.

Maffa, pro Dico aereo. Stat. 6. Theb. 648.

Moles, pro Clypeo laminis aereis gravi. Stat. 4. Theb. 47.

Porta. Stat. 10. Theb. 257.

Postes. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 33. 74.

Signa. Lucret. lib. 1. 312.

Thoraces. Virg. 7. En. 633.

Trubes ahena. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 33. 242.

HĒNIPES, five **AENIPES**, édis. Duras unguis habens. ut, Ahenipedes boves, Ovid. 6. Epist. 32. Tauri, 12. Epist. 93. V. Heinsum ad utrumque locum. Nam vulgo leg. Aripes. q. V. ut & **AERIPES**. totidem modis enim scribuntur.

HENOBARBUS cognomen fuit Domitorum, quod primus tulit L. Domitus, & ad posteros fusi propagavit. Castram autem & originem hujus cognominis persequitur Suetonius in Nerone, cap. 1. cuius verba adscribere supervacuum arbitror. Quidam scribunt sine aspiratione Ænobarbus, & nonnulli Æneobarbus. Sed in antiquis lapidibus & monumentis semper est Ahenobarbus. Ita in numismis gentis Domit. & lapidibus capitol. V. Pitiſc. Lex. & Fulv. Ursin. Fam. Romi.

AHORUS, i. m. [ἀρός] Præcoci morte præventus. Tertull. de Anima, cap. 57.

AJAX, [Αἴας] Telamonis filius ex Hesione filia Laomedontis, fortissimus Græcorum post Achillem. Sed Achille occiso, quum illius arma peteret, ab Ulyssie eloquentia in judicio superatus, præ dolore infania correptus, in pecora Græcorum fævit, credens Ulyssem & Atridas esse, deinde ubi ad se redit, pudore & indignatione adductus scipium gladio transfixit. Hinc, Ajacis rufus, In eos qui temere ac recorditer rident: id quod appolite dicetur in homines mortiferis volupatis bus gaudentes, brevi perituros: aut qui malefactis gaudent, mox peccatas datur. Nec impetum torquebitur in eos quibus rufus obortitur nulla de causa: quem vulgo dicunt aut infânia, aut stultitia argumentum esse. Erafin. V. Sophoclis Ajax Maffigophorus Tragedia.

Alter fuit Ajax Oilei filius rex Locrensis, velox pedibus, & peritus hastæ vibranda. Hic capta Troja Caſſandram virginem & vatem in

templo Palladis violavit: quam ob causam domini repetens, fulmine a Pallade exutus est in mari cuim sua navi, ut testatur Virgilus 1. En. 45.

Turbine corripuit, scopuloque infix acuto. Ovid. in Ibis. Sen. in Agamemn. Philoſ. lib. 2. Iconum.

Ajax aceritus. Virg. 2. En. 414.

Fortis, Fortissimus in furore. Cic. 4. Tus. 51. & 464.

Heros ab Achille secundus, i. e. Virtute & fortitudine post Achillem primus. Hor. 2. Serm. 3. 193.

Impatiens contumelie. Cic. 1. Off. 114.

Impatiens ire. Ovid. 13. Met. 194.

Invictus. Ovid. 13. Met. pr.

Moderator Ajax. de Oilei filio: nam Telamonius erat ferocior. Ovid. 13. Met. 56.

Narycius heros, Ajax Oilei filius. Naryx enim, five Narycium, urbs fuit Locridis: Ajax autem Locrensius rex. Ovid. 14. Met. 408.

Oileus Ajax. Ovid. 12. Met. 622.

Oïlides. Propert. lib. 4. 1. 117.

Stolidum Ajacem Telamonum vocat Ulysses apud Ovid. 13. Met. 327.

Telamone creatus. Ovid. 12. Met. fin. & 13. 266.

Telamonius ab Jove tertius. Ovid. 13. Met. pr.

Telamonides, Telamonii filii. Ovid. 13. Met. 231.

Telamonius, Jovis pronepos. Ovid. 13. Met. 142.

Telamonii Ajacis crux in flore hyacinthum. Plin. lib. 21. cap. 11.

Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum praesens ejus quem Apollo dilexerat: aut ex Ajacis cruce editi, ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura A I legatur inscripta. Meminit & Ovid. 13. Met. fin.

Telamonii Ajacis sepulcrum. Plin. lib. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13.

Telamonius heros, pro Ajace. Virg. in Culice,

Hinc erat appolitus contra Telamonius heros.

Ajax, Tragedia, quo nomine inter Sophocles, quæ extant, prima, εἰς παράδοξον. Ejusdem argumenti cum tragediam Augustus Cæsar scribere exorsus est, non succedente Stylo, abolevit, quarantibusque, quid Ajax ageret, respondit; Ajacem suum in spongeam incubuisse: respiciens ad mortis genus quo Telamonius Ajax pereit. V. Suet. Aug. cap. 85.

Ajax, Unus et regis Antiochi elephantis. Plin. lib. 8. cap. 5. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Ajax, alioquin dux agminis semper.

AIDONEUS, [Αἰδονεύς] Pluto seu Orcus appellatus est, & tempore Lyncei regis Argivorum, atque Erechthei regis Atheniensium regnavit, ut scribit Eusebius. V. Ammadv. Scalig. p. 39. Fuit autem rex Molossorum, cuius nomen nomine Persephoneum, Thœfus conatus fuit rapere, non procul ab Acherei fluvio: unde factus est locus fabule, Thœfus ad inferos descendisse, & Persephoneum Ditis uxorem rapere. Plutarch. in vita Thœf.

AIGLEUCOS, [ἀιγλεῦκος] Civitas est, in Arabici sinus recessu sita, de qua Strabo lib. 16.

AITINUS, i. m. [Ἄῖτης] Eon Valentini apud Tertull. adv. Valent. cap. 8.

AIO, [Ἄϊη] Verbum anomal. & defect. sic declinatur, Aio, ais, ait.

Plur. aiant.

Imperfect. Aiebam, integrum est. Quintil. lib. 6. cap. 4. Siculi aiebant in Delphico sedile.

Perfect. Aifi. Plur. Aifis.

Imperat. Ai. Plaut. Vel ai vel nega. Nævius ap. Priscian. lib. 10. pr.

An nata est spolia pregnans? vel ai, vel nega.

Præf. subiunct. Aias, aiat. Plur. Aiam, aiant. Cic. de Fin. 70.

Quasi ego id curem, quod ille aiat, aut neget. Gell. lib. 16.

Sive aias, five neges, hæribis in captione. Priscianus aiamus dicit lib. 1. de Confluct. Plaut. Rud. 2. 4. 14. Vel tu mihi aias, vel neges.

Partic. Aiens. Cætera non sunt in usu: licet quidam ponant, Aiam, aies, aiet. Cic. in Topic. 49. Contraria aientibus, inquit, negantia.

Aio & loquor. Cic. 2. de Divin. cap. 32. Quid ergo Aius iste loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen invenit: posteaquam & fedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit?

Aio & Nego, contraria sunt. Nam Aio, proprie Fatcor significat.

Ter. Eun. 2. 2. 21. Negat quis, nego: ait, aio. Cic. 3. Off. 91.

Diogenes ait, Antipater negat.

Ait. Ter. Eun. 1. 2. 59. Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi.

Ubi Donatus, Semper ait dicimus, quum vel invisa nobis & audiendibus, vel vanâ dicta narramus aliquibus.

Ais, pro Inquis. Hor. 2. Serm. 72. Non sum nescius, ais.

Aiunt. Ter. And. 1. 2. 21. Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. P. Ia aiunt. Ubi Donatus, Aiunt: hec credunt, & loquuntur universi. Et est trepidus confitio, & quasi invitit responſio.

Aiunt. Ter. Phorm. 2. 3. 72. Actum, aiunt, ne agas. Ubi Donatus, Aiunt dicimus, quum proverbiū significamus.

Ut aiunt. Cic. 2. de Orat. 233. Et docebo fus (ut aiunt) oratorem, &c.

Idem pro Flacco, Vos oro & obreſtor, Judices, ut totam cauſam quam maxime intentis oculis (ut aiunt) contemplemini.

Quomodo aiunt. Cic. in Pison. 69. Ite claudus (quomodo aiunt) pi- lam retinere.

Ain', pro Aife; sicut Viden', pro Videsne, & similia. Ter. And. 5.

3. 4. Ain' tandem, civis Glycerion est? Ubi Donatus, Ain', perconatum verbum est. Idem Phorm. 2. 2. 26. Ain tandem carcer? Ubi Donatus, Ain', αντίστροφο nota est, quæ separat e ab n, & interimit s litteræ fonsum. Est enim integrum Aife.

Ain'tu? Ter. Hec. 3. 4. pr. Ain'tu tibi hoc incommodum evenisse iter? Ubi Donatus, Ain'tu, pro Aisne tu. Et sic jam aliquid dixisse magni in praecedentioratione, ex respondentis fermeo demonstratur. Cic. 6. Att. 1. Ain'tu? Scipio hic Merellus proavum suum necit Cenforem non fuisse? Loquatio est ad ostendendum admirationem usurpatam.

Ain'tu! Indignantis vox & stomaticans, atque adeo communitans. Plaut. Afr. 4. 2. 3. Ain'tu, apud amicam munus adolescentuli fungare? Verba sunt Diaboli Demanetum absentem, tanquam adest, pax fure, nec etira communiationem alloquuntur.

Ain'tandem? Cic. 3. de Legib. 14. Ain'tandem? etiam a Stoicis ista tractata sunt?

Ain' vero, V. VERO.

AIENTIA, ae. f. [x̄εύφαστος] Mart. Capell. lib. 4. p. 115. Opponitur Aientia negationi. Idem p. 119.

ASICOPES, [εἰσοπῆς] Aves famispomies: omnibus enim anni temporibus conspicuntur. Sic Gaza vertit in Aristotele. V. de his Cael. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 14.

ÄTHÄLES, n. [ἀθηλίς] Herba, q. d. Semper virens. V. Apul. de Herb. cap. 123, alias Aizoon, q. V.

AJUGA, V. ABIGA. & Voss. Etym. p. 15.

AIUS LOQUENS Deus Romanus creditus, de quo haec Cic. 2. de Divin. cap. 32. At paulo post auditu vox est, monitus, ut providerent ne a Gallis Roma caperetur: ex eo, Aio Loquens aram in nova via consecrata. Quid ergo? Aius ite Loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eis nomen invenit: postea quam & fedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit? Meminit & Cic. 1. de Divin. 101. cap. 45. Plutarch. in lib. de Fortun. Roman. Liv. 1. Decad. lib. 5, 50. Loquitum appellans. Templum Aio Locutio fieri. Sed ibi, Aio Locuto, legendum Siganus suscipitur ad Epit. Liv. 5. V. etiam Gell. lib. 16. cap. 17.

AJULLIUS Larinas, homo nequam. Cic. pro Client.

A I Z

AIZOON, [Αἴζων] Herba sic dicta, quasi Sempervivum. Ideo Graeci sic appellant, quoniam sempiternum sit fronde. Romani, Jovis oculum & Sedum noninventi. Duplex est Aizoon: Majus hodie Galli Joubaram, quasi Jovis barbam appellant: Minus vulgo Vernicularis, & Cauda muris, dicitur. V. Ruell. lib. 3. cap. 16. & Plin. lib. 25. cap. 13.

A L A

ALA, ae. f. [ἄλεψις] Qua aves volant. Virg. 1. En. 397. Ut reduces illi ludunt stridentibus alas. De cygnis loquitur. Ala, [μυράδην] Pars homini concava subter brachium, que & Alaxa dicitur. Plin. lib. 21. cap. 20. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vita. Hor. Epod. 12. 5. & 1. Epist. 13. 12.

Ala, etiam in brutis. Plin. lib. 11. cap. 30. Elephas tantum sub armis duas nec in pectore, sed circa, in aliis occultas.

Ala in herbis dicitur, Cavus inter caulem & ramulos anfractus, unde si matutina nova proles egreditur, facta ab humanis translatione. Plin. lib. 25. cap. 5. de Mercuriali herba, Alarum cavis multis.

Ala foliorum. Plin. lib. 22. cap. 18. Quibusdam in locis viscum gignit album sub aliis foliorum.

Ala, de ranis marinis. Plin. lib. 9. cap. 51.

Ala, derivatur ab Axilla per contractionem, fugaliter vaftioris, inquit Cic. in Orat. 153. h. e. Ut litera illa vaftior x, qua vim duarum consonantium habet, & sonum quandam agrestem, fugeretur.

Ala hominis vellere. Juven. 11. Sat. 157.

Ala, pro Velocitate, figurata, ab effectu: quia scilicet ala avibus velocitatem faciunt. Virg. 5. En. 319.

— & ventis & fulminis ocyo ala.

Ala, arum, [ἰαρά] vocantur alarum similitudine, Equitum ordines, ut docet Cincius apud Gell. lib. 16. cap. 4. quod circum legiones dextra finistratra, tanquam ala in avium corporibus, locabantur. Liv. 6. Bell. Pun. Plusque aliquanto damni haec ala equitum amissa Annibali, quam Salapia fuit. Virg. 4. En. 121.

Dum trepidant alae, fatalusque indagine cingunt. V. Serv. in loc. & Lipf. 2. de Militia Rom. Dial. 6. & 7.

Ala de pede tribus Copiis aliquando, Sociorum viz. usurpantur. V. H. Rab. Schelium ad Hygini Gromat. de Cistratram. Rom. p. 66. sq.

Ala dicuntur etiam Columnarum ordines ad latera aedis apud Vitruv. 6. 4. conf. Salmac. in Solin. p. 857.

Conamen alarum. Lucret. lib. 6. 835.

Remigio alarum volare. Virg. 1. En. 305. de Mercurio. Idem 6. 19.

Verbera alarum. Virg. 12. En. 876.

Ala atriorum. Vitruv. lib. 6. cap. 3.

Fatalis tardare, i. e. Mortem. Hor. 2. Carm. 17. 29.

Fulminis ala. Virg. 5. En. 319.

Legionum. Cic. 11. Att.

Mortis, V. Atrae.

Sagitta alae. i. e. Pennæ. Virg. 9. En. 578.

— erga alias allapla sagitta. Servius.

Somni, V. Molles, infra.

Velorum. Virg. 3. En. 520. — & velorum pandimus alas.

Ventosus ala suis Cupido. Ovid. 2. Amor. 9. 49. ad Cupidinem.

Aëria alae. Virg. in Cyri, v. 487.

Aëriis potius sublimis futufulis alas.

Ambiguus alis volat hora. Sen. in Hippol. 11.

Affiduis alis circumvolare. Stat. 1. Theb. 51.

Atra ala mortis. Hor. 2. Serm. 1. 58.

Audaces. Ovid. 17. Epist. de Dædalo.

Bibule. Ovid. 1. de Arte Am. 233.

Vinaque cum bibulis sparsere Cupidinis alas.

Celeras cum commoveare. Virg. 5. En. 217.

Deficiente. Stat. 10. Theb. 460.

Denit. Virg. 1. Georg. 382.

Frenigeria. Stat. 5. Sylv. 1. 98. de Equitum ala viz.

Fulva Somni. Tibul. lib. 2. 1. ad finem. Legendum ex MSS. Fufca. cum

Broekh.

Grandes. Juven. 14. Sat. 171.

Hirsute. h. e. Pilosa brachiorum axillæ. Hor. Epod. 12. 5.

— an gravis hirsutis cubet hircus in alis. Hircum appellat alarum foctorem hircino similem.

Humentes. Stat. 10. Theb. 142.

Infernae. Claud. 2. in Eutrop. 23. 1. Nisi potius ad v. Tenebris pertinet adj.

Infignes. Virg. 4. Georg. 52. de apibus loquitur.

Lafaste. Ovid. 1. Mct. 308.

Loquaces. Claud. 2. Paneg. 22. 408.

Madidis cantat quæ Sofstratus alis. Juven. 10. Sat. 178. Ubi Schol. V.

Madidis Notus evolat alis. Ovid. 1. Met. 264.

Molles alæ somni, i. e. Suaves. Sil. Ital. lib. 10.

Nigrantes. Ovid. 2. Met. 535.

Nova. Ovid. 7. Met. 401.

Olorinae. Ovid. 10. Met. 718.

Pares. Ovid. 2. Met. 708.

Pendentes, V. PENDEO.

Pernices. Virg. 4. En. 180. de Fama.

Plantares alæ Mercurii. Stat. 1. Theb. 304.

Plaufa. Ovid. 14. Met. 577. Particip. V. in PLAUDO.

Præpes. Stat. 2. Theb. 39.

Rapidae. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 36. 254.

Recentes. Ovid. 11. Met.

Rofæ alæ Pavonum. Claud. 1. in Eutrop. 21. 87.

Rutilantes. Claud. 1. Paneg. 29. 72.

Spatientes. Ovid. 4. Met. 364.

Tenera. Stat. 3. Theb. 541.

Trepidae. Stat. 9. Theb. 840.

Veloces alæ. Ovid. 4. Met. 723.

Ventosæ. Virg. 12. En. 848.

ventosæque addidit alas. De Diris.

Viceatæ. Ovid. 1. de Arte Am. 391.

Volucris. Valer. Flacc. 7. Argon. 186.

Accommodare alas humoris. Ovid. 2. de Arte Am. 209. de Dædalo.

Addere alas alicui, dicuntur figura proverbiali, qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt. Erasm. in Chiliad.

Afflumere alas humoris. Ovid. 11. Met. 789.

Atterere alas in duris cotibus. Virg. 4. Georg. 203. de apibus.

Concitere. Claud. in Ruff. lib. 1. 3. 122.

Eripere regibus apum. Virg. 4. Georg. 107.

Everberabat alas. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Everberare alas aliquid. Virg. 12. En. 866. Clypeumque everberat alas.

Exuere alas, i. e. Deponere. Virg. 1. En. 689. de Cupidine loquitur.

Formare alas fulminis horrifici. Valer. Flacc. 2. Argon. 97.

Frenate alas signa moderari. Stat. 4. Sylv. 7. 47. i. e. Equestris.

Increpare alas. Ovid. 10. Theb. 456.

Instigare alas vocibus. Virg. 11. En. 730.

Fertur equo, variisque instigat vocibus alas,

Nomine quemque vocans.

Infistere alas. Lucret. lib. 6. 836.

Imitar alas avium. V. IMITOR.

Movere. Sen. Hippol. 3. Ovid. 8. Met. 216.

Nita alas. V. NITOR.

Pandere alas ad foliem ætivum. Virg. 4. Georg. 27. de apibus.

Plaudere alas. Virg. 5. En. 515.

Porrigerre alas. Ovid. 8. Met. 544.

Portare alas sublimem. Virg. 4. En. 240.

Quatere alas. Virg. 3. En. 226. de Harpyis.

Scissæ alas velorum. Claud. 4. Paneg.

Spargere alas coloribus. Virg. 7. En. 191. De Pico in avem mutato.

Strepitanæ alas. Tibull. 1. 2. 17. [Trepidantes meliores libri, quos sequitur Broekh.]

Stridentes. Ovid. 4. Met. 615.

Sumunt alas pedes. Ovid. 11. Met. 337.

— jam tum mihi currere viuis

Plus homine est: alasque pedes fumifesse putare.

Sumptis alas effugiere. Ovid. 5. Met. 287.

Supervolitare tecta alas. Virg. 6. Ecl. 81.

Tardare alas fati. V. Fati alas, &c.

Trepidantes alas. Ovid. 7. Met. 352.

Verberare alas æthera. Virg. 11. En. 576. de aquila.

Vertere alas ad aliquem. Sil. Ital. lib. 15.

Alas lupi querere. De iis qui querunt ea quæ nunquam facturas quod minatur: neque enim fieri potest ut lupus alatus inveniatur. Proverbium recensetur a Suida.

ALARIS, e. [ἱαράς] denom. ab Ala: &

ALARIUS, Adj. pro eodem; ut Equites alariæ, & Cohortes alariæ. Liv. 10. 40. Cum cohortibus alariis. Idem 5. Bell. Maced. Qui prærat alaris equitibus; & 35. 5. 40. 40. Cœf. 1. Bell. Gall. 51. Omnes alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudine militum legionariorum, pro hostium numero valebat, ut ad speciem alaris iteretur. [Ubi Græci Int. ἵππαι, Infœc. V. Lipi. u. f. Idem 1. Bell. Civil. 19. Alari Transpadani. Cic. 2. Fam. 17. Quod autem meum erat proprium, ut alarius Transpadani usi negarem, id etiam populo se remississe scribit. V. Grav. in loc.

ALATUS, Adj. [πτερυγωπής] Alas habens: Sic Mercurius a poetis inducit alatis pedibus, propter talaria quæ illi attribuantur. Virg. 4. En. 259.

Ut primum alatis tetigit magalia plantis.

Alati equi Solis. Ovid. 3. Fast. 416.

ALÆ, arum, Urbs Cilicia. Hermol. in Plin. 5. 27. Altera Alæsa, vel Ha-le-sa. q. V.

ALATA CASTRA, Regia Scotie. Ptolem. 23. V. infra.

ALIFER, i. Adj. [πτερυγωπός] Alatus. Ovid. 4. Fast. 562.

— alifero tollitur axe Ceres. i. e. Curru alato.

ALIGER, Adj. ex Ala & Gero; Alatus. Plin. lib. 12. cap. 19. Aligerisque serpentibus. Et lib. 36. cap. 5. Algerosque ludentes cum ea Cupidores.

Proprie tamen est poeticum. Virg. 1. En. 663.

Ergo his aligerum dictis affatur amorem.

Agmen aligerum, i. e. Ayes. Virg. 12. *Æn.* 249.

Aliger Arcas, pro Mercurio. Stat. 3. *Sylv.* 5. 50.

Summi Iovis aliger Arcas Nuntius.

Genus aligerum. Sen. in Hippel. v. 338. Ignes sentit genus aligerum. h. e. etiam aves sentiunt flamas amoris.

ALIPES, *edid.* [Αλιπέρης] ex Ala, & Pes. Hinc Alipes curtus, i. e. Velox. Sil. Ital. lib. 7. 700. Alipedem planta currum premis.

Alipedes equi, i. e. Veloces. Virg. 12. *Æn.* 484.

Alipedumque fugam curru tentavit equorum. Sic Ovid. 2. Met. 48. de equis Solis verbascias.

Alipedes, pro Equis velocibus. Virg. 7. *Æn.* 277.

Inistratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Sic, Alipedes turma apud Sil. Ital. lib. 15. 554.

Cervi, i. e. Veloces. Lucret. lib. 6. 765.

Citus. Stat. 11. Theb. 198.

Alipes deus, Mercurius alatus pedes habens. Ovid. 5. Fast. 100. & 11. Met. 312.

ALIPIUS, i. [Αλιπίλος] Qui alarum pilos in balneis manu aut vellere vellit. Sen. Epist. 56. Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quo fit notabilior, subinde experimenter, nec unquam tacitent nisi quin alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cet. lib. 30. cap. 19. & 16. 46. In Glosfis est **ALIPILARIUS**, άπανταις, qui dropace, i. e. unguento & pice pilos vellit. V. **DROPAX**.

ALABA, Oppidum Hispanie Tarraconenis. Sunt enim tres urbes in Tarraconenis, Alaba, Alabon sive Alabona, & Labana. Ptolem. author. Hermol. in lib. 3. Plin. cap. 3.

ALABENSES, ab Alaba: **ALABONENSES**, ab Alabone oppido non procul Cesaraugusta. Hermol. in lib. 3. Plin. c. 3. [legendum Alabanenses.

ALABANDA, æ, sive **ALABANDA**, orum. n. pl. [Αλαβάνδα] Urbs Cariae, Stephanio in Comm. de urbibus, ab Alabando, Eupippi (al. Caris) filio, quem ex Callirhoe Meandri filia suscepit, conditore, nomen fortita est. Siquidem est postquam in equi pratio strenue navassif operari, Alabandus est dictus: i. e. Equo vincens. Cares enim sive Jingua **ALA** vocant equum, **Banda** victoriam. Eamque vocem, ait Steph. Romanis in usu fuisse, ut Bandam victoriam dicerent. Hinc durat & Germanis ea vox, qua prepotenter & antiquae nobilitatis principem, **Bandorum** vocant, ut viator olim hoc honoris virtute bellica fibi pepererit. Alabanda quoque alterius in eadem Caria Stephanus meminit. [Quanquam alii Geographi uniuers mentionem faciant.

Alabandam, recenset Juven. 3. Sat. 70. inter urbes barbaricis deliciis ac luxu perditas,

Ilic alta Sicyone, ait hic Amydone relicta,

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis. Stephanus quoque admetet, olim Alabandam inter Cariae civitates opulentissimam ac florentissimam sive, ut proverbi locuta fecerit: Alabanda Carum fortunatissima. Quod quadrabit, ubi volenus intelligi Fortunam amplam, & vite genitum voluntarium, a literis & virtutis studio alienum. Velut si dicat aulicus aut negotiator quispiam: Alii se in literis macerent, ali cum paupertate philophuentur, Alabanda Carum fortunatissima. Poterit & per irrationem usurpari: veluti si joceris in quenpiam parum egregium, qui tamē in gente vehementer barbara crafta præcellere videatur. Erafm. in Chilafid.

ALABANDUS, [Αλαβάνδος] de quo paulo supra, pro Deo cultus est ab Alabandensibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 50. Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, a quo est ubi illa condita, quam quenquam nobilium deorum: apud quos non inurbane Stratonicus, quem quidam ei molestius Alabandum deum esse confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus.

ALABANDENSIS, & **ALABANDEUS**, Adi. Cic. 13. Fam. 56.

Alabandensis Apollonius. Cic. 1. de Orat. 75.

Alabandensem illum Meneclem, & ejus fratrem Hieroclem. Cic. 2. de Orat. 95.

Qualis in historia Timæus, in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandens, magis etiam Menecles frater ejus fuit. Cic. in Bruto, 325.

ALABANDICUS, possef. Alabandici libelli pro Barbaris & ineptis a Gracis capiuntur. Hermol. in Plin. V. Chil. p. 372.

Alabandicos carbunculos vocat Plin. lib. 37. cap. 7. in Orthofia caute nascentes, sed qui perficiuntur polianturque, Alabandis.

Alabandicus lapis terra sua nomine, quanquam & Miletii nascens, niger est, ad purpuram tamē magis aspectu declinante. Idemque liquatur igni, ac funditur ad usum vitri. Plin. lib. 36. cap. 8.

ALABANDIACUS, [Adj.] Idem quod Alabandicus. Hermol. in Plin. ex Steph.

ALABASTER, m. sive **ALABASTRUS**, f. & **ALABASTRUM**, n. [Αλαβάστρος, Αλαβάστρον] Vas unguentarium ex alabastrite factum. Cic. 2. Acad. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere videtur. Merc. Putre esse. ap. Non. 15. 17. Adnotavit h. l. H. St. Alabastra plena, Sic ap. Erafm. citatur in Adag.

Quod Cosmī redolent alabastra, focique deorum. Martial. lib. 11. 9.

Unguenta optime fervantur in alabastris: odores in oleo. Plin. lib. 13. 2.

V. **ALABASTRITES**.

Alabastra figuram nonnihil exprimit Plin. lib. 9. cap. 35. de unionibus loquens. Elenchos (inquit) appellant fastigata longitudine, alabastro. longa figura in pleniorum orbem desinentes.

Alabastrum, ait Maffarius in Plin. erat Vas unguentarium forma turbinata, sine anulis, quod ex lapide alabastrite hebat, quoniam optime in eo fervantur incorrupta.

Alabastrum, f. per metaphoram dicitur Calyx rose antequam sit expansa. Plin. lib. 21. cap. 4. ubi de rosa, Germinat omnis primo inclusa grano. fo. cortice, quo mox intumescere, & in virides alabaistros fastigato, paulatim rubefcens deficit, ac lesto pandit, in calycis medio fui stan. tes complexa luteos apices.

ALABASTRUS, fluvius Æolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

LABASTRITES, æ. m. [Αλαβαστρίτες] est genus marmoris, alio nomine Onyx: de quo sic Plin. lib. 36. cap. 7. Onychon etiam tum in Arabia montibus, nec usquam alibi nasci putavere nostri veteres. Deinde capite frequenti ita subfingit, Hunc aliqui lapidem Alabastrites vocant, quem cavant ad vas unguentaria: quoniam optime ea incorrupta fervare dicitur. V. Georg. Agricolam de hujus nomine.

Alabastrites etiam Gemma est, nascens in Alabastro Ægypti, & in Syriae

Damasco, candore intercincto variis coloribus: qua cremata cum fossili fale ac trita, gravitates oris & dentium extenuare dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

ALABASTRUM, Oppidum Ægypti. Plin. l. 5. c. 9. Idem l. 37. c. 8. Recentissimi autores & circa Thebaidum Alabastrum oppidum nasci dicunt Tropizium. V. Salmas. Exerc. Plin. p. 169. &c.

ALABETAE, Pices in Nilu haec nascentes. Plin. l. 5. c. 9. Alabes hic pīcīs Straboni dicitur l. 17. p. 566. quem & in Nilo nasci tradit. Mustela hic pīcīs fluvialis forte est: nisi sit Lampetra. V. Gesner.

ALABON, V. **ALABA**. [Αλαβών] Sive Alabus oppidi & Fluvii nomen in Sicilia, Alabis Silio. 14. 228. V. **Geographos**.

ALABURION, [Αλαβούριον] Syrie oppidum Stephano.

ALACHROAE, Populi, qui & Lotophagi dicuntur. Plin. l. 5. c. 4.

ALACER, eris, ere. vel **ALACPI**, ere. [Αλαρίς, αλαρίου] Virg. 5. *Æn.* 182. Ergo alacris, cunctisque putans excedere pugna. Ter. Eun. 2. 3.

Quid tu es trifitis? quidve es alacris?

Alacris, live Alacer (utrumque enim dicitur) is est qui viget sensibus universis: quod est indicium erecti animi atque sublimis. Nam & contrario Lacet dicitur, amputatis in corpore sensuum membris: hoc est, auribus, oculis: que ad animum sapientia transferuntur. Sicut enim perlungat fit, ut afficto animo sensus non utamur erectis: sic alacer dicitur est cui omnis sensus in suo quisque loco degat: Ex quo illud intelligitur, aliud esse alacrem, aliud esse letum. Sunt qui alacrem feltinantem & propinquum putant, quasi alacrem. Hec Aeonius in Divinatione Ciceronis. Alacer & erectus. Author ad Heren. 1. 2. 29. Nam quum feras bestias videamus alacres & erectas vadere, ut alteri bestie noceant, &c. Ad didicte Erectas, quasi expons Alacres.

Alacer atque ketus Catilina. Cic. pro Muren. 49. Ita repente ex alaci atque late sic erat humilius atque dimidius. Proprie Latitia, animi est: Alacritas autem, corporis: quam 4. Tusc. vocat latitudinem gestientem. Itaque hominis propria Latitia, quippe que opinione confest: Alacritas autem communis omnium animalium. Idem 2. de Divin. 56. Galli gallinae ciuitates alacritate & quasi latitia ad canendum excitantur.

Alacer & promptus. Cic. 1. de Orat. 184. Erectum & celsum alaci & prompto ore ac vultu hue atque illuc intuentem.

Alacer animo sum, Cic. 5. Fam. 12. Illa nos cupiditas incendit festinationis, quod alacres animo sumus, ut & ceteri, viventibus nobis, ex libris tris nos cognoscant.

Monitu. Sil. Ital. lib. 13.

Odio. Stat. 1. Theb. 425.

Alacer animus ad aliquid. Cet. 3. Bell. Gall. 19. Nam ad bella fascienda Gallorum alacer & promptus est animus.

Ad maleficia. Author ad Heren. 29. Si huic sit remissum, multos alacres ad maleficia futuros.

Ad tutandam rem publicam. Cic. in Somn. Scip. 4.

Animus alacer. Sallust. in Catil.

Certamen alacre. Sil. in Ital. lib. 1. 184.

Annibalem voce, atque alaci certamine pescit. i. e. Studio & contentionem.

Enses. Claud. in Eutrop. lib. 2. 281.

Equum alacrem latens aspexit. Cic. 1. de Divin. 73.

Legiones alacres. Cic. 1. Tusc. Quom legiones scribat Cato sepe alacres.

Sylva. Virg. 5. Ecl. 58.

Ergo alacres sylvas, & cetera rura, voluptas,

Panage, paftoresque tenet, Dryadasque puellas. Al. Alacris, rectius.

Taurus. Claud. 2. de Laud. Stil. 21.

ALACRIMONIA, æ. f. Cathol. Idem ac Alacritas.

ALACRITAS, [Αλαρίτας, αλαρίου] Vigor, & animi erectio, nec non & Latitia gemitis, qua secundum Donatum, proprie est mutatio quadam vultus gestientis in spem aliquam: & media est inter latitiam, atque trititiam. Cic. in Tusc. Virigitur temperatus, constans, sine metu, sine agitudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus. V. Nonium 6. 49.

Alacritas & latitia. V. Alacer atque latetus.

Alacritas & cupiditas bellū gerendi Cet. 1. Bell. Gall. 41. Summaque alacritas & cupiditas bellū gerendi innata est.

Canum alacritas tanta in venando, quid significat aliud, nisi se ad hominem commoditates effe generatos? Cic. 2. de Nat. Deor. 159.

Alacritas laboris in Laconis canibus. Plin. lib. 10. cap. 63.

Egregia alacritas animi. Cic. 1. Fam. 9.

Inanis. Cic. 4. Tusc. 36. Cupiditas avide semper aliquid expetens, & inanis alacritas, id est latitia gemitis, non multum differunt ab amentia.

Ingens. Liv. 1. 3. Pottquam ingenti alacritate clamor est sublatius.

Innata. Cet. 3. Bell. Civ. 92. Est quedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, que studio pugnae incenduntur.

Additis mihi ferribendi alacritatem. Cic. 16. Att. 3.

Affert mihi alacritatem summan Reipub. defendenda frequentia vestrum incredibilis. Cic. 4. Philipp. 1.

ALACRITER, [Αλαρίτης] Adv. qualitatibus. Plin. l. 20. c. 12. Sequuta etas alacer defendit. Hic pro Acriter potissum est; ut plerique libri habent.

At. lostin. 1. 6. 10. Repeto alacris certamine. Amian. Marc. 14. 8. In certamine alacriter configurare.

ALACRE, [αλαρίας] pro Alacriter. Plant. Amph. Verum quidem & loco compellemus alacre. Poeticæ nomen posuit pro adverbio.

ALALOCENIAS, [Αλαλογενες] Uriculæ Cephalenæ insulæ. Strab. lib. 9. Alalocomeniam Minervam vocat, & urbem ipfam Alalocomenias.

ALALIA, [αλαλία] Urbs insulæ Cyreni, Phoenicium colonia. Herod. lib. 1.

ALAMENES, V. **ALCAMENES**.

ALANITICUS, Sinus maris Rubri, qui & Alanicus & Læanicus dicitur. Hermol. in Plin. l. 5. c. 11. Memini & Plin. l. 6. c. 28.

ALANUS [Αλανός] Scythæ fluvius, a quo Alanii populi Plin. l. 4. c. 12. dieti sunt, iuxta quos Roxanai. Amianus 31. 6. scribit Alanos dici, quos prisci Nestagetas dixerunt. Hi carnius vescontur, & spanem non manducant.

Alanos Ptolemeus in parte Scythæ ponere videtur: Capitolinus in parte Dacie: Marcellinus, Plinius, & Dionysius ad Sarmatia Europe.

V. Eustath. ad Dionys. v. 305. Josephus lib. alt. ait inter Tanaim &

Mæotidem habitare, ac inita cum Hyrcanis societate Medos suo tempore fuile depopulatis.

Hi demum fure, qui uno fere tempore cum Vandali Gallias, deinde Hispanias petierunt: sed brevi & ipsi Gothis,

cum quibus eandem fere gentem & binguam esse Procopius dicit, expulsi

pulsi regnum amiserunt. Author Volaterr. Alanorum amplissime meminit Egehippus de Excid. Hierofol. lib. 5. cap. 50. V. etiam Barth. ad Briton. Aremor. p. 29. 30. 31. Ardentes Alani. Valer. Flacc. 6. Argon. 42. Duri. Lucan. lib. 8. 223.

Et sequeru duros aterni Martis Alanos. i. e. Semper pugnacces. Feri. Sen. Thyest. 8. Incaute Alani calor. Claud. de Sext. Conf. Hon. 224. Miler. Valer. Flacc. 6. Argon. 648. Patiens ditionis Alannos. Claud. de Bell. Get. 581. Gens Alana. Claud. de Bell. Get. 583.

A L A N U S, Author vetutus; scriptif parolas quasdam versibus indoctis, que jum exstant. Cognominae foli Infusilis, ab Infusilis oppido Flan-driæ ubi natus est. Titulus etiam Doctoris universalis ipsi tribuitur ob omnigenam erudititudinem. De eo v. Henr. Gandav. de Script. Ecl. & ibi Mirae, f. 166. Trithem. de Script. Ecl. p. 99. Vofl. de Poet. Lat. pag. 75.

A L A P A, *et*. Idem quod Colaphus. Sed hoc Græcum [κάλαφος] Valla in Raudensem. Juven. 8. Sat. 192.

— Ridere potest qui

Mamercurum alapas.

Alapæ, mimorum. Martial. lib. 5. 62.

O quam dignus eras alas Mariane Latinus!

Te succesfūrum credo ego pauciculo. Mimi in Theatralibus spectaculis, quum dabantur, alios mimos ad ritum excitandum alapis cedere solebant, quod & Septimus Flores significat quum scribit, Insper contumelias alaparum sic objicit, quasi de præcepto domini ludat. Phadr. 2. 5. 25. Multo majoris Alapæ mecum veneunt, i. e. Libertas carius a me redimitur. De hac Alapa manumissionis V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 406. Et Burn. ad Petron. cap. 38. p. 164. [Wilh. a Loon. de Manumissione. 1. 3. 2. Mirari tamen se ait Bentlejus tot egregios vitos ita Phædron interpretatos esse. Sane mirarum nos alter Bentlejum interpretari.

A L A P O, *are*. Glos. Gr. Lat. [επίμω] Expalmo. Etiam pro illo quo dicitur Alapam impingere, Glosiatri veteri est Alapari; Vox scriptoribus probis ignota. Alapare aliquem non dixerit, inquit Vossius de Vit. Serm. p. 653. Sed colaphum alicui ducere, vel infringere. Usus est scriptoris aevi scriptor Bonaventura voce passiva, Part. 1. Stm. Div. Amor. cap. 13. de Salvatore. Sustinet alapari qui mundum plasmaverat.

A L A P A T O R, *ōris*, *m.* Qui colaphos alias gaudet incutere. Glos. Lat. Gr. Alapator, καυγόντος.

A L A P U S, *i. m.* Parasitus propter mercedem Alapas ferens, in Glos. Isidor. V. Barth. Advers. 19. 22.

A L A P I S T A, *ā. m.* Idem. Hinc Alapistarum strepitus apud Arnob. 7. p. 239. pro Minis & Iudionibus qui, finito spectaculo, ut loquitur Ter-tull. de Spectac. cap. 23, faciem suam contumelias alaparum objiciunt: his enim alapis tibi invicem infictis spectatores ad ritum commovebant. Ita locum Arnobii restituit Scaliger pro Salapitarum strepitu.

A L A P A T H U S, [ἀλαπάθης] Herba purgatoria, quam Lapathon Diocesrides, & Latini Runicum appellant. Graci enim ἀλαπάθη, purgationes vocant. Ruell. lib. 2. cap. 49.

A L A R I C U S, [Ἀλαρίκης] Nomen Gothorum regis, qui Roman obfedit, destruxit. V. Zolim. 5. 38. Fuit & alter Alaricus, Gothorum rex quartus, creatus anno 854. qui etiam Roman urbem cepit: sed post-nodium per fraudem in die Paschæ occisi sunt Gothi. Claud. de Bell. Get. 546.

Rumpit omnes Alarice moras: hoc impiger anno

Alpibus Italie ruptis penetrabis ad Urbeum. V. Aimonium 1. 20. fcp.

A L A R I S, *V. A L A*.

A L A R O N I I, [Ἀλαρόνιος Stephano] Populi sunt circa Pontum, de qui bus Herodotus lib. 3.

A L A R U M, *i. n.* Herba floribus cassiae similibus. Isidor. 17. 9.

A L A S I, Oppidum Africæ Cyrenaicae. Plin. lib. 5. cap. 5.

A L A S F O R, Plutonis equorum unus. Claud. 1. de Rapt. Proferp. 286. his veribus quatuor complectitur, cum aliis tantum tres esse existimunt:

Orphæus crudeli micans, Ἀθēnonque sagitta

Ocyor, & Stygiæ crudelis gloria Nycteum

Armenti, Ditisque nota signatus Alafor.

Alafor, Unus et focis Sardpondis Lycie regis, ad Trojam occisus ab Ulyssè: id quod ipse tellatur apud Ovid. 13. Met. 257.

Alafor, Nelei filius fuit, Nestoris frater. Author Asclepiades apud Parthafium.

A L A T A, [Ἀλάτα] Civitas est in Arabia felici, apud Ptolemaeum lib. 6. cap. 7. Item altera ejusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem lib. 5. cap. 19.

Alata Castra [Ἀλάτα κάστρα] Ptolemaeum] alio nomine Castrum puellarum, vulgo Edenburg, Scotia regia.

A L A T E R N U S, *i. f.* Arbor five Frutex, nullum semin aut fructum ferens: cui sunt folia inter illicem & olivam. Author Plin. lib. 16. cap. 26. & Co-lumel. lib. 7. cap. 6.

A L A T I U M, [Ἀλάτιον] Oppidum Hierapolis iuxta Emesam, quod & Elatium dicitur. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 23. & 26.

A L A T I I, ab Alatio oppido. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 23.

A L A T I U M, Urbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt, saxosa Campania loca incolentes. Volaterr. Vulgo Alato. V. Lex. Pitif. Scribitur & ALETRIUM. q. V. Hinc

A L A T R I N A T E S, Hernicorum populi. Liv. 1. Decad. lib. 9.

A L A T U S, *V. A L A*.

A L A U D A, *æ.* [Ἀλαύδας] Avis est, quæ teste Plin. lib. 11. cap. 37. Galerita dicitur: quod apicem habeat, hoc est criftam in capite ad similitudinem galeri. Varro appellat Galericum: & a Græcis dicitur Corydalus. Cellius 2. 29. Caffitam appellat. Ante Caffarem Latinis hoc vocabulum incognitum erat, sed postea admissum. V. Bernegg. ad Cef. Suet. cap. 24. 2. & Lex. Pitif.

Alauda, Legio quadam erat Romana. Plin. lib. 11. cap. 37. Atque ab illo (Apice) Galerita appellata quondam, poite. Gallico vocabulo etiam legio nomen dederat Alauda. Cic. 13. Philipp. 3. Huc accedunt alauda, ceterique veterani seminarium judicum tertia decurie, qui suis rebus exaultis, beneficis Cælaris devoratis, fortunas nostras concupierunt.

V. etiam Cic. 16. Att. 8. Meminit & Sueton. Cef. cap. 24. V. Ca-faub. ad loc. Torrent. item & Bernegg.

A L A U D I U M, *ii. n.* Vox barbara, a Laudando, id est nominando auctore, profecta esse videatur, quod qui prædia eo jure habeant, laudare auctorem suum nemini teneantur. ut qui nullum foli dominum agnoscant nec patronum. Budæus. Alii scribunt Allodium. Sunt autem Allodium & Feudum verba contraria a Gothis derivata: quibus Ortenius in libris de Feudis frequenter utitur. Allodium enim vulgo, appellant, quod ab omni clientela liberum & solutum est, vel cuius caufa nemini possessor fidem atque obsequium debet. Homotoman.

A L A U N U S, [Ἀλαῦνος] Duorum fluviorum nomen est in Britannia, quorum alter est in orientali eius insula plaga: alter in meridionali. Proble.

A L A Z A I A, [Ἀλαζαιά] Oppidi nomen Straboni lib. 12.

A L A Z O N, *ōnis*. Fluvius est Albaniam ab Iberia differminans, in Cyrum aminem & Caucasus montibus defluens. Plin. lib. 6. cap. 10. Alazonius vocatur Straboni lib. 11. Val. Flacc. 6. 102.

— Tota non audit Alazonia ripa.

A L A Z O N I A, *æ. f.* [Ἀλαζονία] Jactantia, ostentatio. Ulpian. Interp. Demosth. ait, Alazoniam eorum esse qui plura promittunt quam praestare possunt.

A L B

A L B A, [Ἄλβα] Urbes hoc nomine due in Italia fuere. Condita ab Alcanno, filio Eneæ, Alba Longa dicta sub monte Albano, ab alba sue imposito nomine, Albanorum regum sedes seu Latia regia, quam Tullius Hostilius rex Romanus evertit. Virg. 6. Æn. 766. & 8. 43. Liv. lib. 1. 3. Alcanno abundantia Laviniæ multitudine, florentem jam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matre, seu noverca, reliquit: novam ipse aliam sub Albano monte condidit, quæ a situ porrectæ in dorso urbis Longa Alba appellata. Hæc

Cella, Lucan. lib. 1. 198. Et residens cella Larialis Jupiter Alba.

Dardania, quia a Dardanis condita. Stat. 3. Sylv. 1. 61.

Iliaca. Ab illis enim condita est, qui ex Ilio profecti sunt. Lucan. lib. 5. 400.

Trojanæ, a Trojanis condita. Stat. 5. Sylv. 2. 118.

Alba, altera fuit in Marlis ad lacum Fucinum, a qua Albenses dicuntur. Varro de L. 7. 18. Plin. 3. 12. quamvis etiam Albani quandoque vocentur. Meminit & tertia in agro Piceno sita ex Procop. 2. Goth. 7. Cellarius Geogr. Ant. T. 1. p. 610. fed de qua minus conitat. His addi potest in Liguria Alba Pompeja ad Tanarum fl. Vulgo Alba de Montferrato.

Extra Italiam, in Hispania Alba Urgao, in Dacia Provincia Alba Julia vulgo Weissenburg. In Gallia Narbonensis Alba Helviorum Helvia & Alba Augusta dicta, que nunc Viviers. Recentioris appellationis est Alba Graeca, vulgo Greciæ Weissenburg & Belgrad, quondam Taurunum in Pannonia Inferiori; & Alba Regalis, Stulweissenburg, in Hungaria Inferiori. Est & Alba Hispania Fl. de quo Plin. 3. 3. qui Mela Clodianus.

A L A N U S, *æ. d.* Quod est ab Alba Latii urbe: unde Albani patres.

Columna Alba. Suet. Aug. cap. 72. [i. e. Ex lapide Albano rubro ac molli, de quo Vitruv. 2. 7. Plin. 6. 21.

Forum Albanum Capuae fusse, Val. Max. author. est I. 9. 1. 1. ext. Her-mol. in Plin. lib. 34. cap. 11. [Nihil de foro Valerius ut nec Cic. 2. Agr. cap. 34. extr. Videatur potius Albana, æ. f. dicendum, ut SEPLASIA. q. v.

Lacus Albanus, apud Val. Max. lib. 1. cap. 6. 3.

Mons Albanus. Liv. 1. 2.

Secures Albanae. Hor. in Carm. Secul. v. 54. Ubi Schol. Cruquian. Romanos magistratus, ab Albanis descendentes ut:

Albanique patres, atque altæ Moenia Romæ.

Addit de Alba civitate morem esse traditum, ut damnati primo viri caderentur, deinde secuti ferirentur.

Tumuli Albani. Cic. pro Milon. 31.

Vinum Albanum, de quo sic Atheneus: Nascitur autem in agro Cumano, qui est in Campania, vinum Albanum quod appellatur, ad potionis usum accommodatum, & leve ab annis quinque. Hor. 2. Serm. 8. 16.

A L B E N S I S, ab Alba. [Ἀλβενῖσ] Quintil. lib. 1. cap. 6.

Albenium & Albanorum meminit. Plin. lib. 3. cap. 5.

A L B A Spina, [Ἀλβασπίνα] Herba est aculeata, folia habens chamaeleontis albi familia. quam officina Bedegarum appellant. Vid. supra ACANTHALBEUC.

A L B A N A, [Ἀλβανα] Ptolemaeum, Urbs felicis Arabie.

A L B A N I A, [Ἀλβανία] Regio ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram Oceanii Septentrionalis usque ad Maeotidas paludes per deferta extenditur. In ea Albania civitas, & Albanius nivus. Apud

hanc habent canes ferociissimi, qui tauros & leones occidunt. Plin. lib. 8. cap. 40. Hæc Nomadicæ generi proxima est inter Iberiam & mare Caspium, ab ortu foliis mari conjuncta, ab occidente Iberia finitima. Boreale latus munitur Caucasicis montibus, Australe Armenianum contingit. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia fedet, iuxta Dyrrachium, quorum pars fuit Georgius Scanderbech, qui multa adversus Turcas strenue ac feliciter gerit.

Albanian Orientalem describit Plin. lib. 6. cap. 10.

In Albania tradit Ilionis Niceensis quosdam gigni glauca oculorum acie, a puerita statim canos, qui noctu plusquam interdiu cernant. Plin. 1. 7. c. 2. Ob hinc forte dicta est Albani. Meminit & Gell. 1. 9. c. 4. Solinus c. 25. Albani, qui posteros se Jafonis credi volunt, albo crine nascuntur. Canitum habent auspicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Jutlinus lib. 42. dicit eos ab Albano Italica monte nomen retinere, quod inde sequuti fuerint Herculem, quum extincto Geryone arminta ejus per Italianum duceret.

A L B A N U S, [Ἀλβανός] ut, Albana porta, qua ita in Albaniam. Val. Flac. 3. Argon. 497.

Albanus tyranus. i. e. Styrus rex Albaniæ. Val. Flac. 5. Argon. 258.

A L B A N E N S I S, Populi in conventu Cluniensi. Plin. 1. 3. c. 3.

A L B A N O S, [Ἀλβανός] Flumen est in Armenia, quod per Albaniam una cum Caffio fluvo decurrit. Plin. 1. 6. c. 13.

ALBANOPOLIS in Macedonia finibus civitas: unde Albani populi sunt in eadem Macedonia, Ptolemaeo authore. Strab. & Lex. Pitif.

ALBARIUM, V. ALBUS.

ALBATENIUS, vel Albategnus, Galeni libros primus in Arabum convertit idioma, teste Joanne Serapione. c. 192. Idem scripsit commentarios in Aristoitem.

ALBATRUS, V. ALBUS.

ALBEGMINA, Partes extorum, quae diis immolabant. Festus. Scaliger Albegmina legit. q. v.

ALBEDO, ALBEO. **ALBESCO**. V. ALBUS.

ALBEROLUS, V. ALBEUS.

ALBESIA, Scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. Hac eadem Decumana vocabantur, quod essent amplissima, ut Decumani fluctus. Festus. V. Dempster. ad Rosin. Ant. Rom. 10. 10.

ALBEUS, & dimin. **ALBEOLUS**, Sic perperam quidam scribunt & pejus alii **ALBIUS**, pro **ALVEUS** & **ALVEOLUS** q. v. de confusis literis V & B. Suo loco.

ALBI Montes, in Idæis Cretæ inf. unde nives nunquam absunt. Plin. 6. 33. & 31. 3.

ALBIA, Fluvius, V. ALBIS.

ALBIA, Regiuncula est montana Carnis finitima. Strab. l. 7. [Error videtur.] **ALBIANUS**, a. um. Adj. ut. Albianum iudicium. Cic. pro Cæc. 28. Albianum negotium. Idem 14. Att. 18. & 20. Quod ad Albiū pertinet.

ALBICERA Oliva, inter species olivarum, five olcarum. Plin. lib. 15. c. 5. Eadēm **ALBICERIS** Catoni de R. R. cap. 6. & Varro 1. de R. R. cap. 124.

ALBICERATA Ficus, [Αλβικερίτης] Pediculo minimo, latissima. Plin. lib. 15. cap. 18. Ratione nominis reddit Colum in Hort.

Albaca, qua servat flava cognomina cera.

ALBICI, [Αλβισαι] Populi Massiliensibus vicini. Cæs. 1. Bell. Civil. 34. Albicos barbaros homines, qui in Massiliensem fide antiquitus erant, montesque supra Massiliam incolebant, ad se vocaverant. Strabo lib. 4. p. 140. Post Sallyes tenent Albientes, & Albici, & Vocontii montana in Septentrionem vergentia.

ALBICO, **ALBIDIUS**. V. ALBUS.

ALBIENSES, V. ALBICI.

ALBIGAUNUM, [Αλβιγανού] Ptolemaeo Liguria urbs, hodie Albinga, vulgo Ital. **Alberga**. Albingaunum vocatur Plinio lib. 3. cap. 5. vel plenus potius Albiū Ingaunum. V. INOX ALBIŪ Intemelium.

ALBIGERIUS Carthaginensis, Viri proprium, qui sic in vaticiniis generibus omnibus excelluit, ut quid quisque egisset, aut omnino cogitasset, daemonibus afflantibus responderet. Hac ex Augustino refert Cœl. Antiq. Lect. lib. 13. cap. 6.

ALBININIMUM, [Αλβινινῖον] V. mox Albiū Intemelium.

ALBINOVĀNUS, Cognomen viri proprium. Hor. 1. Epist. 8. 1.

Celio gaudere & bene rem gerere Albinovano.

Muta rogata refer comiti scribaeque Neronis. V. Torrent.

Ovid. 4. de Ponto, 10. 4.

Duritiae confers Albinovane meæ?

C. Pedro Albinovanus, Poeta erat Heroicus, ut ex Quintil. 10. 5. Et Seneca Staf. cognoscimus. Martial. Epigrammatum scriptoribus accentet in epist. præf. lib. 1. Epigr. conf. lib. 2. 77. & lib. 5. 5. Seneca Philosophus Epist. 122. Fabulatorum elegantissimum vocat. Magni spiritus fusile Ovidius innuit, Sidereum appellans, i. e. sublimem. Vixit enim ejus aetate, hoc est Augusto Imp. nec aliis est ad quem Eleg. 10. lib. 4. de Ponto, directa est. Unde cognoscimus & Thesei geita Albinovanum, præter alia scripsisse. Condidit & de navigatione Cœf. Germanici Carmen. V. Seneca Staf. 1. Huic & illas Elegias duas quæ vulgo cum Ovidio editi solent, quarum altera in obitu Mæcenatis; altera de morte Drusi ad Liviam, scripta est. Scaliger tribuit: repugnante ramen, de ultima imprimis, Pafferatio. De qua re V. J. H. Meibomii Mæcanas cum notis in Pedonis Carmen. Alius fuit ab isto Celio Albinovano, quem Horatius familiarem habuit.

ALBINUS, Cognomen fuit gentis Postumiæ, factum ex alio ejusdem gentis, Albus. Utrunque autem a colore corporis impositum est. V. Lex. Pitif. & Fulv. Ursin. in Fa. Ro.

I. **Albinus**, Gallos fugiens, ex rheda uxorem filiosque descendere jussit: & Veftales, qua cum facis ipsa pedibus fugitabant, impo- fuit. Author Liv. 5. 40. & Florus lib. 1. cap. 13. Valer. 1. 1. 10. f Plerique tamen codd. habent L. Albinus.

Albini duo, A. & SP. inter oratores referuntur a Cicerone de Clar. Orat. 21. & 25. A. Posthumius Albinius, qui consul cum Lucullo fuit, res Romanæ Graeco sermone scripsit. V. Cellius, 11. 8. ex Cornel. Nepot. de Vir. III. Suidas, Macrobius. 1. Sat. Spurius A. V. C. 644 cum Q. Minucio Rufo Cos. Numidæ præfuit. Sall. Jug. D. Clodius Albinius, Casparis appellationa a Septimio Severo accepta, imperii consors factus est. Sed ab eodem mox, ex Oriente post sueratum Pescennium Nigrum reverso, insidiis petitus, belli fortuna vario succello tentata, postrē voluntaria morte perit. Capitolin. Hero- dian. &c.

ALBINUS, i. [Αλβίνης] dicitur, Qui calce pura parietem illinit. I. 1. C. de excusat. artific. V. ALBARIUS.

ALBIOULUS, V. ALBEUS.

ALBIONA, Ager trans Tiberim dicitur, a luco Albionarum: quo loco bos alba sacrificabatur. Feftus.

ALBION & Bergion, [Αλβίων καὶ Βέργιον] Gigantes, Neptuni filii, contra quos dimicavit Hercules, ut testatur Pompei. Mela. lib. 2. in Gallia descriptione, & Diiodorus Siculus. Meminuit & Plin. lib. 4. cap. 16.

ALBION, Britannia insula, sic dicta ab Albis rupibus, quas mare aluit. V. ANGLIA.

ALBIS, [Αλβίς] Fluvius est Germania celebratissimus, in Oceanum defluens. Nunc vulgo Germanorum lingua dicitur, die Elbe. Oritur ex Bohemia montibus, ejusque ostia hodie Thethmaris & Wildermari tenet. Sufcipit autem Multum humen, Præfertem præterfluentes civitatis: deinde Eram: postea Salam atque Elternum, deum civitatem Hamburgum præterfluentem, in Oceanum Germanicum

VOL. I.

vasto evolvit ore. Itaque manifesto falsus est Tacitus, qui in Her- munduris (in quibus post Marcomenos, sive Bohemos, Mæcenates fuerunt primi) oriri letibit, de Germania, cap. 41. Quem recte Velleius 2. 106. 2. Seminorum Hermundoriumque fines præterfluerunt. De hoc Lucan. lib. 2. 51. & Plin. lib. 4. cap. 14.

ALBITO, V. ALBUS.

ALBIVM Intemelium, [Αλβίνη Ιντεμελίου] Oppidum Ligusticum. Nam cum Ligures partim Ingauni, partim Intemelli dicentur, corum coloniae ad mare deducunt, altera Albiū Intemelium, quasi Albiū Intemelium, altera Albingaunum vocata sunt. Strab. lib. 4. Plin. lib. 3. cap. 4. & 5. Ptolemaeo Albitinum. Hodie Vintimiglia. Vide Cellar. Geogr. Ant. I. 2. c. 8. 101.

ALBIUS, Nomen Gent. Rom. Hor. 1. Serm. 4. 28.

— stupet Albius ære. h. e. Infano tenetur amore vasorum signorumque arc Corinchio factorum.

Albius Tibullus, Poeta elegiographus, facile omnium princeps, Horatio & Ovidio familiariter cognitus ac dilectus, natus est Roma, ut quidam putant, Hirtio & Pania col. equitati generi, Messidianum Corvinum in expeditio Syriae fecutus ager Corcyra subfuit, ut ipse lib. 1. El. 3. testatur, deinceps valetudine, Ciliciam, Syriam, Egyptum perfluvit. Major Proprio, Junius Gallus. De tempore, quo diem obiit, omnia incerta, V. Jani Doufe Sched. Succ. I. Brouckhus. ad lib. 3. El. 5. 17. Petr. Crinit. de Poet. Lat. Gyrald. de Poet. hiit. Dial. 4. p. 163. ed. Baf. Ejus mortem elegans Elegia deflevit Nafo, qua est Amor. 3. 9. Hor. 1. Epist. 4. 1.

Albi notrorum sermonum candidè judex.

ALBO, arc. V. ALBUS.

ALBOGALERUS, [Αλβογαλέρος] a Galea nominatus: est enim Pileum capitum, quo Diales flamines, i. e. Sacerdotes Jovis, utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Jovi cæfa, cui affigebatur apex virgula ocellina. Fettus. conf. Ruben. Elec. 2. 25. & Lex. Pitif. Scalig. ad Fest.

ALEONENSES, Liburni populi, in conventu Scardonitano. Plin. lib. 3. cap. 21.

ALBOR, oris. V. ALBUS.

ALBOSIA, V. ALBESIA.

ALBUCILLA, Deminutivum ab Albucia. Mulier multorum amoribus famosa, cui matrimonium cum Satrio Secundo coniunctionis in Tiburium indice fuerat, delata est impetratis in principem. Tacit. 6. Ann. 47. & 48.

ALBUČUM, i. n. [Αλβοδίλῳ] Herbe genus: vulgo *Amphodillo*. Plin. lib. 21. cap. 17. Aphroditi mentionem & Homerus fecit. Radix eius napis modicis similiis est, neque alia est numerosior, lxxx. simul acervatis saepe bulbis. Theophrastus & fere Græci, princepsque Pythagoras caulem ejus cubitalem, & saepe duam cubitorum, foliis porti vifestris, Anthericum vocavere: radicem vero, i. e. Bulbos, Asphodelon nostri illud Albucum vocant, & asphodelon Hastrum regiam. Ea est & caulis acinosi, ejus duo genera faciunt. Albucu est capsus cubitalis, & amplius, purus, levius.

ALBUĒLUS, Uva genus est. Plin. lib. 14. cap. 2. Albuēlus summis arboribus fertilior est, viscosa imis. Quamobrem circa easdem fate, diversitate naturæ locupletant. V. Columel. 3. 2.

ALBUGO, inis. f. [Αλβογάρα, Αλβορά] Macula in oculo. Plin. lib. 20. cap. 5. Idem lib. 21. cap. 26.

Albugo, Cætrix est oculorum altiscula, sicut utique in summo nubecula. Hermol. in Plin. 20. 5. & 24. 5.

ALBŪLA, f. [Οὐραζεῖ] Fluvius Italiae, ex Apennino Romanam fluens, alio nomine Tiberis. Virg. 8. Æn. 33.

A quo post Itali fluvium cognomine Tibrin.

Diximus: amit verum verus Albula nomen. Plin. lib. 3. cap. 5. & Liv. lib. 1. 3. Dictus autem est hic fluvius Albula ab albo aquæ colore: Tiberis autem a Tiberino Sylvio rege Albanorum, quod is in eo extinctus est. Fettus.

Videtur Albus & Albus generale Epitheton fusile aquarum, earum praesciri quibus vel spuma vel sulphur album colorem adderet. Vide Cerd. ad Virg. 7. Æn. 83. & 517. Ita forte capiendus locus Martialis infra citatus.

Albula, f. protulit Ovid. 4. Fast. 68.

— & tanto est Albula pota deo. At m. Martial. lib. 12. uit.

Quem Bromius, quem Patlas amat, cui rector aquarum

Albula navigetur per freta pandit iter.

Albula, Aquæ medicatae agri Tiburtini. Juxta Romanam Albula aquæ vulneribus medentur: egelidæ ha. Plin. lib. 31. cap. 2. ubi V. Hard. & Strabo lib. 5. Itaque in hoc significato dicimus Albula, æ; & Albula, arum. Stat. 1. Sylv. 3. 75.

Ilic sulfureo cupit Albula mergere crines.

ALBULATES, Fluvius est in quinta regione Italie. Plin. lib. 3. cap. 13.

ALBUM, Promontorium Africae, v. m. paſſi. Fieto a Mellaria Hilparie vico dicentur, Plin. in procem. lib. 3. Est & alterum ejusdem nominis promontorium in Phoenice, non procul a Tyro, de quo idem lib. 5. cap. 19.

De Albo Decurionum. Prætoris, Judicium, & Senatorum. V. infra ALBUS.

ALBUMEN, inis. f. [Αλβοκαρά] Albus liquor ovi. Dicitur & ALBUM ovi & ALBOR ovi. Vitellus vero quod in ovo croceum est. Plin. lib. 28. cap. 6. & 20. 13.

ALEUMENTUM, i. Idem. P. Veget. de Re Vet. 2. 57. V. Rhod. in Lexico scriben.

ALBUNEA, æ. [Αλβονέα] Nomen fontis & sylvæ in Tyburtinis montibus. Virg. 7. Æn. 82. Servius: Albunea est in Tyburtinis altissimis montibus, dicta ab aqua qualitate que in illo fonte est. Unde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt.

Albunea, decima Sibylla, Tyburti colitur ut dea, juxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulacrum inventum esse dicitur, tenens in manu librum. Laclant. lib. 1. cap. 6. Eam videatur Albunam appellare. Tibul. lib. 2. 5. 69.

Quasque Albuna facras Tiberis per flumina fortes portat, siccō perfluerit. Alii Albana legunt. Librum autem quem portavit, puto fortes fusile, quas erit aqua perfluerat, siccas & fisco pectorē gesferat. Turneb. Adver. 11. 26. Glosse Cyrilli, Albunea Mater, Λευκότια. Ergo, Albuna, Albunea, Leucothea, quæ & Matuta, S. 2. eadem

eadem Dea: quod confirmant aliae Glossae Philoveni. *Αλβητία*, Albunea Mater, Matuta. V. Taubm. ad Virg. p. 764. Albunea refonsans. Hor. 1. Carm. 7. 12. Ubi Acror: Albunea delectabilis nemus est, conficerunt Albunea nymphæ, a qua & nomen accepit.

ALBURNUS, i. [σίας διάρρη] quid sit declarat Plin. lib. 16. cap. 38. his verbis, Humor & corricti arborum est: qui fanguis eorum intelligi debet, non idem omnibus. Et paulo post, Atque in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium cutis, fanguis, caro, nervi, vena, ossa, medulla. Item paulo post, Proximi plerisque adipes. Ii vocantur a colore albumnum: mollis ac pelema pars ligni, etiam in robore facile putrefascens, teredini obnoxia: quare semper amputabatur.

ALBURNUS, Lucanæ mons a candore verticis dictus. Virg. 3. Georg. 146.

Est lucos Silari circa, illicibusque virentem

Placitus Alburnum volitans, cui nomen Afilo. Similiter loci hujus Deus Alburnus dictus est. Tertull. contra Marc. 1. 18.

Alburnus, Nomen pscis apud Aufon, in Mosella, v. 126.

Quis non & virides vulgi foliata Tincas

Norit? & Alburnos pradam puerilibus hamis?

ALBUS, Adj. [ἀλός, ἀλέρνος, ἀλεύθερος] Nomen est coloris notissimi. Sunt qui Album a Candido se distinguunt, ut album pallori conjunctum sit, quale est linteum: candidum splendori, ut videmus in nive. Et certe haec est utriusque propria significatio: sed ab authoribus sape confunditur. Albo opponitur Artron: Candido Nigrum. Fefust, Album quod nos dicimus, a Græco quod est ἄλβος est appellatum. Sabinatamen Alpum dixerunt. Unde credi potest nomen Alpium a candore nivium vocatum. [Ap. Fest. ἄλβος scribendum. V. Hefych. & Suid.]

Color determinus albis. Virg. 3. Georg. 81. De equis loquitur.

V. Serv. ad loc. Plaut. Capt. 3. 4. 115. Albo corpore & oculis nigris. Quod nos Album, Hebrei *Labeo* dicunt. Unde fieri potest ut ex Hebreæ voce per primarum literarum transpositionem facta sit Latina.

Album vinum. Plaut. Album, an atrum vinum potas?

Album, pro Pallido, interdum accipitur. Perf. Sat. 3.

Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur:

Horat. 2. Carm. 2. 15.

— & aquosus albo Corpore languor.

Albus, pro eo quod vulgo *Bererinum* vocant, ut est Pilus asinorum. Perf. 1. Sat. 59.

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. De auribus enim afini loquitur.

Albus an ater fis, nescio. Solet dici de homine vehementer ignoto. Cic. 2. Philipp. 16. Et quidem vide, quam te amaris, qui albus atvere fueris ignorans, fratris filium præterit. Erafmus.

Alba, dicimus Felicia: sicut Infames, Nigros: propterea quod Pythagoras aiebat id quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere; quod aro, malo. Plutarchus in Vita Periclit. Universam multitudinem partitus in octo partes, fortibus vtebatur; & cui contigisset alba faba, huic ceteris pugnantibus permittebat in convivis atque otio agere: quapropter etiam aiunt eos quibus res aliquæ suavititer succedunt, eum diem album vocare, nimurum ab alba faba. Eraf. in Chilian. 1. 5. 54. Prov. Creta notare &c.

Albas pro Unionibus Lampridiis & Venantius & aliis mediae Latinitatis scriptores absolute dixerunt. V. Lamp. Elagab. cap. 21. & ibi Salmat. Item pro Vestimentis talibus. Unde & in veteri Ecclesia Septimanianam in albis appellarunt, que proxime Paschalem sequitur, nam baptizandis Catechumenis Pascha olim destinata fuit, & Baptizati velle candidi indebantur. De Diaconorum Alba administratione Cœnæ V. Pignor de Servis. pag. 50. seq. Du Frene in Gloff.

Album & nigrum novit. Duplicem in sententiam accipi potest. Aut, Novit differenti recti, pravique: aut, Novit id quod nemo vel indutus ignorat. Nam evidenter est albi nigrique differunt, quam ut quisquam non videat. Videtur esse tractum a priscis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores noverant, Album & Nigrum, teste Pompeio. Eraf. in Chilian.

Alba avis, pro Re nova atque auspiciata dixit Cic. 7. Fam. 28. Fit hoc etiam frequentius quam solebat, quod quasi albam avem videntur, bene sentientes citem videre.

Album calculum addere. i. e. Approbare. Inde sumptum, quod antiquus misilis in urnam calculis, ita ferebantur a judicibus sententiae, ut albis abfollerent, nigris dannarent. Qui si forte fuissent æquales, tamen liberabatur reus, ejusque rei caufam Aristoteles copiosissime reddit in Problematisbus. De calculorum more meminit Ovid. 15. Met. 44. Plin. 1. Epist. 2. Confitebor & ipsum me & contubernales ab editione non abhorre, si modo ut fortasse errori nostro album calculum adjeceris, i. e. Si nostrum hunc errorem tuo judicio comprobaris. Eraf. in Chilian.

Alba gallina filius. h. e. Feliciter natus. Juven. 13. Sat. 141.

— quia tu gallina filius alba. Vel quod Latæ atque auspiciata Latini Alba vocant: vel quod proverbium alludit ad Faratænum illam gallinam, de qua Suetonius in Galba, his quidem verbis: Liviæ olim statim post Augusti nuptias Veientanum suum reviseni, prætervolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem demiliit in gremium. Quoniam nutritio alitem, ac pangit ramulum placuisse, tanta pullorum foiboles provenit, ut hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur. Convenit igitur adagium in eos qui rara & fatali quadam felicitate succelusque rerum utuntur. Huic diversum est illud apud eundem Juvenalem, Nati infelicitus ovis. Erasmus in Chilian.

Albus Lucifer. Ovid. 3. Trist. 5. 97.

Pallor. Hor. Epod. 7. 15.

Quadrige. Plin. lib. 7. cap. 30. Platoni sapientia antistiti Dionysius tyrranus, alias levitatem superbieque natus, vittatam navem misit obviam: ipse quadriges albis egredientes in littore exceptit.

Senecta. Propriet. lib. 3. 5. 24.

Sparifer integras alba senecta comas.

Alba sententia, apud Senecam dicuntur, que Aperte erant, faciles, non obscuræ, non tenebriofice, quod que alba sunt nihil atrum, nihil caliginosum habeant, sed clara quadam luce suffusa pellueant.

Ejus verba sunt; Sententia, quas optime Pollio Albinus albas voca-

bat. Id Græco more factum esse suspicor, cum praesertim apud Euzebius scriptum numero legamus Αλβητία, pro clarissimo & facilissimo. Turneb.

Stella Cætoris & Pollucis. Hor. 1. Carm. 12. 27.

Dicam & Alciden, puerosque Ledæ,

Hunc equis, illum superare pugnis

Nobilem, quorum simul alba nautis

Stella resulfit. Acron: Alba, Serena. Nam fre-

quentius dum oritur, tempestates facit, sed hic prosperum posuit. Porphyrius, Alba nautis stella, nunc candida & benigna.

ALBUM, i. n. absolute positum pro colore albo. Virg. 2. Ecl. 41. & 3. Georg. 56.

Album oculi. Celf. lib. 7. cap. 7. Ubi albo ipsius oculi palpebra inhæsit.

Idem lib. 2. cap. 8.

Album ovi pro Albumine, absolute dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. 3.

Cum ovi albo illūsum. Sic idem saepe albi. Celf. lib. 6. cap. 6. Ovi & album, & vitellus. V. supra ALBUMEN & ALBUMENTUM.

Album, abfoli, ac substantiæ pos. pro Alba tabula, in qua atramento scriberebatur: quod ex Cic. 2. de Orat. 12. intelligitur; Res omnes (inquit) singulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. referatque in album, & proponebat tabulam domi, potetas ut effet populo cognoscendi. Ex quo loco & illud facile intellectum est non literas (ut Theophilus exigitur) sed tabulas ipsas albas fuisse: quod etiam suspicari licet ex Plauti Pers. 1. 2. 22.

Si hic fæs, ne illi fixum usquam apparent,

Qui hic albo rete aliena oppugnat bona. Ut autem pontifices res gelatas, sic prætors edicta sua in album referant, & proponebant tabulam in publico, potetas ut effet populo cognoscendi, quemadmodum anno quisque suo ius dicturus esset. Paul. lib. 9. D. de Juris. Si familia alicuius album corpperit, non similiter hic edicetur ut in furto. Album autem Latini dixerunt ut Graci λαζαρεῖον. Nam & Græci in albo leges scriberant, ut ex Demosthene contra Timocratem intelligitur. Hotom. De Plautino loco non multum abit Erafm. in Chil. 3. 7. 18. V. adl. I. F. Gronov. Alter Scalig. ibid. Jan. Guil. Verif. 3. 13. Voss. Inft. Or. 4. p. 194.

Ad album adverfarium producere. lib. 1. D. de eden. Eum quoque edere Labco ait, qui producat adverfarium suum ad album. i. e. Qui adducit eum ad album prætor.

Ad album se transferre. Quintil. Inft. lib. 12. C. 3. Quorum alii se ad album ac rubras transtulerint, & formulari, ac (ut Cicerio ait) legulei esse maluerunt. Hic Album dixit pro Jure prætorio, & Rubricas pro Jure Civili: ut & Formularios ad prætorias regult formulas: Leguleios ad Jus Civili & xii. tabul. leges Turnebus.

Est etiam Album Decurionum, unde tit. in D. De albo scribendo, in quo præcipitur quo ordine scribi debeat Decuriones. Ulpian. I. 1. D. de albo scrib. Decuriones in alba ita scriptos esse oportet, ut l. municipali præcipitur. Ibidem: in sententia quoque dicendis idem ordinatio spectandas est, quem in albo scribendo diximus.

Album cithareddorum. Suet. in Nerone, cap. 21. Sine mora nomen suum in albo profunditum cithareddorum julisti adscripsi.

Album judicum, Suet. in Claudio, cap. 16. Album judicum appellat, in quo corum nomina deseripta erant, qui earum erant Decurioni, quæ unoquoque tempore judicabant. Hæc Budæus.

Album judicum, per metaphoram dictum a Plinio in præfatione lib.

1. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Allust enim ad morem eorum, qui causas acturi in foro, aut declamaturi, auditores corrogabant, quasi futuros judices eloquentia aut facundiæ. Budæus.

Mittere in album judicum. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 7.

Album Senatorium, in quo Senatorum nomina a Centoribus perficerantur.

Albo senatorio eradere aliquem. Tacit. 4. Ann. 42. 5.

Per istud Philosophia sunt nigrae & turpes, infamesque, etiam ad albu[m] fedentibus exceptiones. Seneca Ep. 48. ext. H. St.

ALBULUS, dimin. Adj. Catul. 27. v. 8. in Julianum Cæarem.

Ut albulus columbulus Dionæus. vulgo Albulus Columbus aut Adonues.

ALBARUM, five Opus albarium [κριτία] dicitur Quod illinitur testorio, quum paries pingendus non est: & ex pura calce fit. Plin. lib. 35. cap. 16. Eademque lacte dilata, & testiorum alba interpolantur. h. e. Tectoria quibus propter vetustatem color albus induci solitus exolevit, exalbantur renovanturque. V. Vitruv. 7. 2. & Pallad. 1. 14.

Albarium opus. Plin. lib. 36. cap. 23. Contra in albario opere, ut macerata calx seu glutinum bareat. conf. 35. 16.

ALBINUS, ii. m. Qui albarium facit. Leg. 2. Cod. Theod. de excus. artif. V. ALBINUS.

ALBATUS, Adj. [ἀλβάς] ab Albo. Varr. de L. L. 4. 14. ut, Albatrus homo, i. e. Vestibus albis ornatus: cui contrarium est, Atratus. Hor. 2. Serm. 2. 60.

Ille repotia, natales, aliosve dierum

Fetos albarus celebret. Veteres albiti convivia publica ini- bant, ut declarat locus Cic. in Vatin. 30. Atque etiam illud scire cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes: quem unquam vide sis, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris, &c. Quis unquam coenavit atratus? &c. cum ipse epuli dominus Q. Arius albus eset, tu in templum Cætoris te cum C. Fidilio atrato ceterisque furiis tuis fumetum intulisti: quis tum non ingenuit? &c. huic tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? Et cetera que se- quuntur.

ALBEDO, inis. f. Boethius lib. 2. de Differentiæ topicis. Quaratur enim an albedo substantia sit: hic queritur an albedo substantia velut generi supponatur, &c. Apud veteres, Ciceronem & æquales, aut paulo minores, hac vox non reperiatur. Sever. de numini Sulph. Hist. Sacr. 1. 16. de Manna; Glaciali abeline erat. Onomast. vet. Albedo, *ἀλβός*, *ἀλβητία*.

ALBEGMINA, V. ABLEGMINA.

ALBELIO, onis. f. Tegumentum capitis apud Juven. Schol. ut visum Rutgerio Var. Lect. 6. 18. & Volfis de Vit. Serm. 1. 16. [Adducit quidem Volfis Scholastæ, unde hanc lectionem excuspsit, hæc verba: Aut albedine

abidine caduceo cucullo, tanquam ad Sat. 9. v. 102. Ego vero nihil inventio eiusmodi. Sed ad v. 30. legitur: Veneti, ut albidum caducum cucullo. Nec alter ex Schedis suis Schurzli.

ALBUNCULUS, i. m. dimin. apud eund. Juven. Schol. [ad Sat. 8. 145. Sed editum est, Ardelunculo. Hennin. conjicbat Bardo cucullo.]

ALBEO, uir, [ἀλβεῖος] ēre. a nomine Albus; significat Album esse. Virg. 12. Æn. 36.

— campi ingentes offibus albent. Plin. lib. 12. cap. 19.

Damnatūt in primis molle cinnamomum, aut cui albet cortex.

Come albens. Ovid. 4. de Ponto, 12. 30. & 2. de Art. Am. 666.

Equi. Plin. in Paneg.

Oliva. Ovid. 11. Epist. 14.

Rosæ. Ovid. 3. de Arte Am. 182.

Spumis albensis frena oblitera. Ovid. 15. Met. 519.

Villi albentes. Ovid. 11. Met. 176. de villis interioribus auricularum asininarum Midas.

Vitta. Ovid. 5. Met. 110. & 15. 676.

ALBESCO, [ἀλβεσκός] ēre. Album fieri, aut Album esse. Cic. 4. Acad. 33. Quodque nunc quia a sole colluccet, albescit & vibrat. Virg. 1. Georg. 367.

Flammarum longos a tergo albescere trahit.

Albescit fluctus in undis fractus. Sil. Ital. lib. 8.

Albescit lux. Virg. 4. Æn. 586.

Regina e speculiūt primum albescere lucem. Vedit, &c. Ubi Servius: Hypallage est. Luce enim albescunt omnia, non lux albescit.

Albescit messis aridis maturis. Ovid. 5. Fast. 357.

ALBESCENTS, Partic. [ἀλβεσθεῖσι] ut, Albescens capillus, h. e. Se-

neccus. Hor. 3. Carm. 14. 25.

Albescentes endæ. Sil. Ital. lib. 8. 452.

ALBICO, [ἀλβικόν] ēre. Albere, sive Album esse: sed Albere est rarissimum, Albicare frequenter. Plin. lib. 27. cap. 5. Mutat colorē, sed ex nigro albicare incipit. Hor. 1. Carm. 4. 4.

Nec præter canis albicans pruinus.

Albicari, Candidatur & albicit. Varro, Cave canem. Ubi sforte Ut! rivos precipitatur in nemore, deorum rapitur, atque offensus aliquo a scopulo lapidoso albicitur. Author Nonius. Ex ejus interpretatione videatur Albicari esse pallivum: sed quia Albicare neutrum est: malum interpretari Albicatur pro Albicari, ut sit deponens.

ALBICANTER, Adv. unde Conpar. Solinus cap. 43. de Hyacinth. Aut nubilo obducitur, aut albicanus in aquaticum eliqueficit.

ALBICASSO, ēre. antique pro Albicare. Matius apud Gell. 15. 25. Jam jam albicassit Phœbus. Alii legunt Albicascit. [Rectius.

ALBICOLOR, oris, ut Albicolor campus. Corippus 17. 329.

ALBICOMUS, 2. um. ut, Albicomis flores, apud Ven. Fortunatum.

ALBEDUS, [ἀπολαθεύσης] Aliquantulum albus. Columel. lib. 2. cap. 9. Granum quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicutum candidum, leve, &c. Plin. lib. 8. Epist. 20. Color coeruleo albidiōr, viridiōr & pessior.

Albidum ulcus. Celsus lib. 5. cap. 26. Ulcus quod aut pallidum, aut albidum, aut lividum, aut nigrum est, id purum non est.

Spuma. Ovid. 3. Met. 74.

ALBIDULUS, dimin. ut, Color albidulus. Palladius in Februario, ubi de liquamine ex pyris.

ALBINUS, V. supra.

ALBITUDO, [ἀλβητός] Idem quod Albor. Plaut. Trin. 4. 2. 32. Ubi habetur, & item alterum ad istam capitis albitudinem. Antiquum est, teste Nonio.

ALBO, [ἀλβίνος] ēre. Album facio, Priscian in Perieg. cuius passivum, ALBOR, ari. Albus filo. Haec Calep. Obsoletum. Utitatum magis compo-

situs Dealbo & partic. Albutus.

ALBOR, oris. m. [ἀλβίνος] ab Albo, sicut Candor a Candeo, est quod vulgo dicitur Albedo. Varro. Qui vident alborem ejus admirantur. Conf. Lexic. Scribon. Rhodii h. v.

ALECIUS. V. ALBUTIUS.

ALBUS Spinus, Arbor est aculeata, pruni magnitudine, flore albo, odorato, acinis quam pubescunt viridibus, quam maturerunt, rubris, ligneo intus nucleolo. Sunt qui tradunt hanc stirpem fulmine non ici, nec unquam de celo tangi. Aiani quoque pisces marinos floris odore perculos, confitimus corruptionis sentire contagia. Vulgaris deturbañis calculis utitur acino, singulari remedio exvino, quem peculiari voca-

bulo Senellam nominat. Ruell. lib. 3. cap. 12.

ALBUTIUS, vel potius **ALBUCIUS** Hor. 2. Serm. 2. 48. & 2. 2. 67. Albiti senis, pro Albuti. Porphy. Hie est Albutius, qui & avans, & elegans conviviorum apparator, favus est habitus in servos: qui ob cupiditatem nimiam habent alienam uxorem, suam veneno necavit.

T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicitur scripsisse Satyros Luciano stylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miscentem notat his verbis,

Græcum te Albuti quam Romanum, atque Sabinum, &c. V. re-

liqua apud Cic. 1. de Fin. 3. & 5. Tusc. 37.

Albutium alnum Seneca in Declamationibus dicit suo tempore fuisse nobilis declamatorem. [Idem ac seq.].

Albutius Silus, Novariensis orator Romam venit, receptus in Planci oratori conterubem. Jam vero senior ob vitium vomicae Novariam rediit: convocataque plebe causis propter quas mori destinasset, in con-

cione redditis, abstinuit cibis. V. Suet. Clar. Rhet. n. 6.

Albutius, philosophus, Cic. 1. de Nat. Deor. 93. Fuerunt & alii plures eodem nomine apud Romanos, de quibus Cic. 3. de Orat. 171. de Provinc. Conf. 15. in Pison. 92.

A L C

ALCEA, æ. [ἀλκέα] Cauda, proprie leonis. Plin. lib. 8. cap. 16. Nec in leone tantum intelligitur alcea, sed in equo item, & bove, & id genus aliis que utuntur cauda ut adiutorio. Callimachus absurdè etiam in musca alceam posuit. Cælius lib. 7. cap. 29.

Alcea, Herba etiam ἀπὸ τῆς αλκῆς, ob infirmum vim. Vulgaris Bismalvan vocat, & Malvam silvicatum: malvae hortensi similis est; V. Plin. lib. 27. cap. 4. Scribitur & Alcea.

ALCEUS Atheniensis, Poeta Tragicus. Domitius Calderinus in Sappho Ovidii. Alceus, [Ἀλκέας] Poeta Lyricus, patria Mytilenæus de quo Ovid. 15. Epift. 29.

Nec plus Alceus, consors patriæ, Iyraeque,

Laudis habet: quamvis grandius ille sonet. De hoc meminit his verbis Quintil. I. io. c. 1. p. 896. Burm. Alceus in parte operis auro plectro merito donatur, quia tyrranos infectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis, & magnificus, & diligens: Homer similes: sed in latus & in amores descendit, majoribus tamen aptior. Cic. quoque 4. Tusc. 33. Fortis vir in sua Republica cognitus, quæ de juvenum amore scribit Alceus? Idem 1. de Nat. Deor. 79. Nobis qui adolescentulæ delectantur, etiam virtus sepe jucunda sunt. Nævus in articulo pueri delectat Alceum. At et corporis macula nævus: illi tamen hoc, lumen videbatur. Strab. lib. 13. Alcei poemata suorum esse dicit, quod bella civilia & seditiones in suis tractaret. quem militiam quoque exercuisti ipse tellatur, & Hor. 1. Carm. 32. 6. Eum vocans Feroem bello, quia res bellicas gessit adversus tyrranos, & Pitacum Mytilenæum victimam expulit, ut aucti Acron & Porphy. Proinde Pugnax dicitur Politano.

Alcei Camenæ minaces. Hor. 4. Carm. 9. 7. Ubi Acron & Porphyri, Minaces Alcei Camenæ dictæ sunt, quoniam auctor amarus fuit, ut au-

steritate carminis sui multos de civitate ejiceret.

Alcei sonans aureo plectro. Hor. 2. Carm. 13. 26.

ALCUS ab ortu vocatus est Alcmenæ filius, cui post Herculis cognomen est inditum: non quod propter Junonem sit gloriā ademptus, sicut Matris ait, sed quia virtutem præfici illi Herculis Ægypti imitatus. Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 2.

Alceus item fuit Amphitryonis pater, avus Herculis: unde Alcides dicitur est.

Alceus, Omphales & Herculis filius. Domitius Calder. in Sappho Ovidii. V. etiam Herodot. 1. 7.

ALCAICUM Metrum, [Ἀλκαιὸν ἐπός] ab Alceo poeta Lyrico dictum est. Teftis Acron in Hor. 2. Carm. 13. Constat autem Alcaicum ex Epitrito secundo, Choriambis duobus, & Bacchio. quale est illud Hor. 1. Carm. 8. 4.

Oderit campum, patiens pulvris atque solis.

ALCAMENES Teleclii F. & Succelior in regno Laconico, ex genere Agidarum, sub quo Messeniacum bellum exarbit, Clarus iustitia & innocentia laude. V. Paufan. Lac. & Mess. Plut. in Apophthegm.

ALCARNES, [Ἀλκάρνης] Nobilis Itatarius fuit, Pludic discipulus, qui Agoracritum Parium concidicipulum in facienda Venere, populi Atheniensium suffragans superavit. Plin. lib. 36. cap. 5. & 34. 8. Paufan. paſſim.

ALCANDER, dri. [Ἀλκανδρός] Unus ex comitibus Sarpedonis Lyciae regis, ab Ulyssse ad Trojam occisus. Ovid. 13. Met. 24.

ALCANES, officinis, Ligulatum Latinis, Gallis Troena vocatur. Ruell. lib. 1. cap. 94.

ALCARNOR, Viri proprium, cuius meminit Virg. 10. Æn. 338.

ALCAQUENGI, officinae Mauritani sequente, vocant Halicacabum, ruora nostra Cocretum. Sunt qui Vesicariam appellant, quod folliculi speciem vesicarum imitantur, vel quod vesicae calculis medeatur. Cocretum quippe vintonum propinatum magnam arenularum vien deturbat. Ruell. lib. 3. cap. 109.

ALCINENES, [Ἀλκυνήν] Poeta tragicus, Megarensis. Suidas.

ALCARMES, & Carmes lycica Punica, (an Arabica? H. St.) vocatur Coccus infectior, seu Vermiculus, ex quo fit elegans ille rubor & coccineus color, quem inde Carmelinum dicimus vulgo Cramois. Ruell. lib. 2. cap. 136. Frequenter scribitur ALKERMES seu ALCHERMES.

ALCATHE, Urbs fuit ut quidam putant, eadem cum Megara, de qua Ovid. 7. Met. 443. & 2. de Arte Am. 421.

ALCATHOUS, Pelepis filius, qui cædis Chrysippi fratri suspectus, Megaram venit, occisoque leone, qui Cytheronus a loco dicebatur, multoque & in his Megarei regni filium Euripiump necaverat: auctus Megareo gener, in regno succedit. Author Direchidas. De hoc Alcatheo plura Paufanias in Atticis.

Epigr. Græc. lib. 4. p. 351. Εἰς τὸν ἐν Μεγάραις κήρατον λίγον.

— ὅτε παῖς οὐντος ἴνομος εἴησε δοξίαν

Λαζ, λαζαῖνος ἡθοῦσα κέρατον. H. St.

Alius Trojanus, qui Anchises filiam, Hippodamiam uxorem habuit, occisus ab Idomeneo. Homer. 13. II. conf. Virg. 10. Æn. 747.

ALCE, [Ἀλκέ] Urbs Hispanæ, quam Gracchus post debellatos Celtiberos oppugnatam, ad deditonem compulit. Liv. 4. Decad. lib. 10. 40. 48.

ALCE, [Ἀλκέ] Canis nomen apud Xenophonem πηγὴ κυνῆς. & Ovid. 3. Met. 217. & Columel. lib. 8. cap. 12.

ALCE, Nomen meretricis. Gell. lib. 4. cap. 11.

ALCEDO, inis, [ἀλκέω] Avis est sic dicta quasi Alcedo, quod frigidissimis temporibus nidificet. (In quo puto a Græco ἄλκη, sive ἀλκέω). H. St. Dicitur a Gracis Halcyon. V. suo loco. Plaut. Pren. 1. 2. 142.

Jam hercle tu periti: nisi illam mihi tam tranquillam facis, V. Taubm. Festus, Alcedo dicebatur. Antiquis pro Halcyone. conf. Varr. 4. de L. L. 13.

ALCEDONIA, pl. [ἀλκεδονῖς] dicuntur ab Alcedine, sicut ab Halcyone, Halcyonides, h. e. Tranquilli dies, quibus nidificant halcyones. Plaut. Casin. prol. v. 26. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum. Ubi interpres, Alcedonia, tranquilla tempora, vel tranquilli dies. V. HALCYON.

ALCENOR, [Ἀλκενώη] V. Argivus fuit, qui ea in pugna, qua trecenti Argivi cum totidem Lacedemoniis de finibus certarunt, folsus cum Chronio ex suis superfuit, hostibus quoque omnibus, uno Othryade excepto, ad interneem deletis. Herod. lib. 1.

ALCES, Bithynæ fluvius. Plin. lib. 5. cap. ult.

ALCES, is; seu **ALCE**, es, [ἀλκέ] Græcorum more (ut ait in Plin. Hermol.) Animal est in Septentrionalibus regionibus nascens, ut author est Plin. I. 8. c. 15. Cæsar, ubi de feris Hercynia sylva, 6. Bell. Gall. 27. Sunt item quæ appellant alces harum est consimilis capreis figura, & varietas pelli: sed magnitudine paulo antecedunt, multaque sunt cornibus, & crura fine nodis articulisque habent: neque quietis causa procumbunt: neque

neque si quo afflictæ casu conciderunt, erigere se aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus, ad eas sese applicant: atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt, quarum ex veltigiis, quum est animadversum a venatoribus quo se recipere confueverint, omnes eo loco, aut a radicibus subruunt, aut abscondunt arbores, tantum ut summa species earum stantiam reliquuntur. Huc quum se ex consuetudine reclinaverint, infirmas arbores pondere affligunt, atque una ipsa concidunt. Plin. lib. 8. cap. 15. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut afnorum Asia & Africa: praeterea alieni, ni proceritas aurium & cervicis distinguita, jumento similem. conf. Spanheim, de Ufo & Pr. Num. Diff. 4. p. 196.

A L C E S T E, [Ἀλκέστη] five Alcestis, filia fuit Pelias Thessalorum regis: quae peruersa a Medea sororibus, ut Peliam patrem jugularent, sola tantam impietatem abnuit. Hanc Jason mortuo Pelia nuptui dedit Admeto regi Thessalia, ut testatur Diidorus Siculus lib. 5. cap. 3. quac pro viro salute se morti tradidit. Nam rege ægrotante responsum fuit ab oraculo brevi moriturus, nisi quis amicorum pro eo morti se traderet. Quod quum omnes recusarent, ipsa promptissimamente obtulit. Lega Euripiidis tragœdiam ejus nominis. Meminit & Juven. 6. Sat. 651. V. DILECTUS.

Alcete Pagasa, a Pagasa urbe Thessalæ. Ovid. 3. de Arte Am. 19.

Alcete Thessala. Claud. in Laudib. Seren. 22. 13.

A L C E T A S, Tharypi filius, a quo in Pyrrhunus Achillis filium, quindecim virorum generationes sunt. Pausan. in Attic.

Alcetas Macedo, inter magnos vini potatores resertur, ab Eliano V. H. 2. 41. ubi V. Periz.

A L C E T E S, Arymbæ filius, Æacida fratre natu major, Epirotarum rex, sed impotens iracundia vir, atque idcirco a patre expulsus, quum in Epirotas quoque favore ac furere inciperet, noctu conspiratione facta, una cum liberis de medio sublatu est. Cui interfecto Epirotæ Pyrrhum Æacida filium substituerunt. Pausan. in Attic.

A L C H I D A S Rhodius, Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamavit, atque in eo amoris vestigium reliquit. Plin. lib. 36. cap. 5.

A L C H I M I L L A, æ. f. Herba Tabern. p. 248.

A L C H I O N E, [Ἀλκιόνη] Mons Macedonæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

A L C H Y M I A, V. ARCHYMYIA.

A L C I A T I E S, [Ἀλκιάτειδος] Patre Clinia natus, matre Dinomache, ut Plutarchus, vel ut Plinii appellat, Demarate: Vir Atheniensis pulcherimus, nobilissimus, & rei bellicæ peritisimus. Sed lingue fuit balbutiensis, & proinde taxatus ab Aristophane Comico duobus his versiculis,

Eis! Αλκιάτειδος ἄνα τοῦ με τραγουδεῖτος.

Οὐρανὸς Θεός, τὴν κύρωσιν πολεμεῖτος ἔχει.

Author Plutarch. Omni vitiorum genere deformatus; nisi quantum eum ab illis retraxi disciplina Socratis, cui se erudiendum tradidit. Vitam eius copiose scripti Plutarchus Graece, Latine perquam eleganter Cornelius Nepos. Multa de codem historici passim, Thucyd. lib. 5. seq. Xenop. hist. lib. 1. & de Dict. & Fact. Socr. Elianus. Var. Hist. Plutarch. in Apophategm. Plin. lib. 34. cap. 8. & cap. 22.

Alcibiades Sileni, in proverbium abiurunt: quo licet ut vel de re quæcum in speciem, & prima (quod aiunt) fronte vilis ac ridicula videatur, tamen interior ac proprie contemplati sit admirabilis: vel, de homine, qui habuit vultuque longe minus præ se ferat, quam in animo claudat. V. Erafm. Chil. 3. 3. 1.

A L C I B I A D O S, [Ἀλκιβιάδης] duas hoc nomine plantas memorat Diodor. lib. 4. cap. 24. & 27.

A L C I B I O N, [Ἀλκιβίων] Herba adversus serpentum morsus remedium habens. Plin. lib. 27. cap. 5.

A L C I D A, [Ἀλκίδα] Fera stupenda, ex terra nata, plurimum ignis ex ore vomens, primum in Phrygia apparuit, regionem quandam comburentis, que hucusque exulta Phrygia dicta est. Deinde ad montem Taurum transcends, sylvas continuas usque ad Indos incendio vastavit. Postmodum per mare in Pheniciam reverta, sylvas Libani incendit: perque Egyptum in Libyan profecta, ad loca pervenit occidua. Postremo illyris circa Ceraunia destructis, omnique incensa patria, quum homines partim flammam absunti effent, partim timore patriam linquentes ad remotoria diffugerent loca, Minervam ferunt tum sapientia tum fortitudine ac viribus fletam, eam necesse, pelleme peccatori circundedisse, tum vestitus tutelæ corporis gratia, tum ad virtutis partaque gloriae memoriam ostendendam. At vero Alcide mater Terra commota, deorum hostes, gigantes peperit: quos postmodum Jupiter Minerva Dionysique ac caterorum deorum ope delerit. Author Diod. Sic. lib. 4. cap. ult.

A L C I D Ā M A S, Lætator inquis. Stat. 10. Theb. 500. & Ovid. 7.

Met. 369.

Alcidamas Eleates, Philosophus, & Rhetor imprimis nobilis Isocratis realis ac discipulus Gorgie Leontini. Hunc inter scriptores Rethoricae numerat Quintil. lib. 3. cap. 1. Meminit Laertius in Empedocle & Protagora. Is mortis laudationem scriptit, authore Cic. 1. Tusc. 48. Extant ejus aliquot Orationes in Volumine Orationum Rethorum Aldino. Non nonnulli perperam vocatur Alcidamus. V. Fabr. Bibl. Græc. Vol. I. p. 900. not.

A L C I D E S, [Ἀλκίδης] Hercules dictus ab Alceo avo, patre Amphitryonis, Servio authore: Sane Alcides (inquit) volunt quidam dictum, *ἀπὸ τῆς ἀλλῆς*, i. e. a Virtute. Quod non procedit: quia a prima atate hoc nomen habuit ab Alceo patre Amphitryonis. De quo Charon apud Virg. 6. Æn. 123.

Nec vero Alciden me sum latatus euntem

Accepili lacu, &c.

Clarus Alcides. Sen.

Clusus Alcides tempora hiatus Cleonæ. i. e. Habens caput testum pelle leonis Cleonai. Val. Flac. 1. Argon. 34. Tale est illud Seneca in OEth. Vallante feri tempora dentes.

Deus. Sen. Octav. 4.

Ferus. Stat. 8. Theb. 5.

Insanus. Ovid. 9. Epist. 133.

Lætus. Valer. Flac. 3. Argon. 633.

Magnanimus. Lucan. lib. 4.

Magnus. Virg. 5. Æn. 123.

Mortalis. Sen. OEth. 15.

Pius. Stat. 6. Theb. 282.

Trux. Martial. lib. 9. 26. in Afrum.

A L C I M A C H U S, Pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11. Alcimachus

pinxit Dioxiippum, qui pancratio Olympia citra pulveris tactum (quod vocant *ἀριστήν*) vicit: *νομίνη* Nemeæa.

A L C I M E D E S, Phylaci filia.

Fuit & Alcimedea uxor Æfonis, & Jafonis mater, ut tradit Pherecydes. Quoniam Homeri enarrator Æfoni, ex Polymela Jafonem genuisse scribit. Val. Flacc. 1. Argon. 317. & Stat. 5. Theb. 235.

A L C I M E D E S, Poeta tragicus, Megarensis, ut scripsit Suidas. 3. Ecl. 37.

— pocula ponam.

Fagina, celatum divini opus Alcimedontis.

A L C I M U S, Orator omnium qui in Gracia tum florebant, eminentissimus, Stilponis Auditor. Diog. Laert. lib. 2. in Vita Stilp. S. 114. [Si modo locus famus est, Cumi altum sit apud Antiquos de hoc tam oratore silentium.]

Alcinus Lydorum rex, præcipua insignis pietate ingenuo mitissimo fuit. Promide universo eius tempore Lydis altissima contigit pacis tranquillitas, & divitiae affluentissima: & ita quidem, ut intrepide ageret unusquisque, emminoque citra insidiarum ullum metum. Cæl. lib. 10. cap. 69.

Alcimus, Æaci filius, memoratur a Theocriti Scholiafie.

Alcimus, Historicus, Siculus generi, qui, ut Atheneus auctor est lib. 10. scripsit Historiam Italicanam, cuius etiam Festus Pompeius meminit in v. Roma. conf. Martial. lib. 1. 89.

Alcimus Rhetor, a Sidonio Apollinari, nominatus s. Epist. 10. & 8. Epist. 11. V. Voff. c. 5. de Poet. Lat. p. 67. Inter Professores Burdigalenses memoratur ab Aufon. Carm. 2. & ab Hieronym. in Chron. Euseb. laudatur ad Ann. Christi CCCLX.

Junior eo fuit Alcimus Eddicus Avitus Archiepiscopus Viennensis qui Zenonis & Anafastis temporibus claruit, Poeta Christianus. Ut adeo inter Alcimum Rethorices Professorem, & Alcimum Episcopum ac Poetam totius sit feculi intervallum. Hujus Poemata quare in Geor. Fabricii Poetis Christianis. Seorsim editid Joach. Zehnerus, & emendatissime una cum Epistolis ejus Jac. Simondus.

A L C I N Ó U S, [Ἀλκίνοος] Nautiloi filius, teste Homero 7. Odys. rex Phæcum in Corcyra insula justissimus, dicente Orpheo in Argonauta.

— *κρίνεται οἰκείωτος βασιλεὺς*. Fuitque diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit Virg. 2. Georg. 87.

Pomaque, & Alcinoi sylva, i. e. Arbores pomiferæ. Hujus neminit Ovid. 12. Met. 565. Ferunt horum pomariorum tantam fructu fertilitatem, ut maturis fructibus novi statim succederent. Stat. 1. Sylv. 3. 81.

Quid bifa Alcinoi laudem pomaria? vosque

Qui nunquam vacui proditis in æthera ram? Meminit & Plin. lib. 19. cap. 4.

Alcinoi meritis vocat Gregorius Theologus ad Basiliū, Menſam lux redundantem. Non ad Lotophagorum inopiam, sed Alcinoi menſam. Erafm. in Chilia.

Alcinoi apolodus. dicitur de longis & anilibus fabulis. Resertur a Diogeniano, & Julio Polluce, lib. 6. Sumptum ex Homer. Odyssæa, ubi Ulysses in convivio Alcinoi Phæcum regis, prodigios ac ridiculis fabulas, & portentia mendacia commemorat de Lotophagis, Lestrigoniis, Circe, Cyclopus, atque id genus alibi plurimis miraculis, fretus videlicet Phæcum inficta: ut sit Alcinoi apolodus, ficta narratio apud Alcinoi habita. Hoc proverbio usus est Plato de Repub. lib. 10. Haud tibi sum narraturus Alcinoi apolodus. Erafm. in Chilia.

Alcinos Corcyrae, ab insula Corcyra, in qua regnavit. Martial. lib. 8. 68.

Alcinos munificus. Ovid. 2. de Ponto 9. quod Ulyssem hospitio suscepit.

Fuit item Alcinos philosophus Platonicus, qui epitomen composuit decretorum Platonis: sed hujus libelli verum parentem esse Arium Didymum, non, ut suspicatur Prefatione in Alcinoi Jac. Carpentries, Didymum Alexandrinum, docet Theoph. Raynaud. Theol. Nat. Dist. 1. n. 42. p. 61.

A L C I O N, [Ἀλκίων] Medicus, de quo Joseph. Antiq. Judaic. lib. 19. cap. 1. Scribitur *Ἀλκίων*, Alcyon.

A L C I P H R O N, [Ἀλκιφρών] Magnesius, Alexandri temporibus Philosophus. Suidas.

A L C I P P E, [Ἀλκίππη] Una ex Halcyonei gigantis filiabus, quæ Halcyonides dictæ sunt. Suidas.

A L C I P P E, [Ἀλκίππη] Martis filia. De hac vide Pausan. in Att. f. 19. Gr.

Alcipe, Mulier quæ elephantum peperit. Plin. lib. 7. cap. 3. i. e. Puerum cum capite elephantino, ut forte portentum illud sit, quod Livius 27. II. & Val. Max. 1. 6. 5. narrant.

Alcipe, Nomen est rusticæ mulieris proprium, cuius saepe meminit Theocritus, & Virg. 7. Ecl. 14.

A L C I P P U S, [Ἀλκίππη] Civis Lacedemonius, qui ex uxore Damocrita duas fulcepit filias. Is quum & optimæ civitati consisteret, & ea ageret quæ Republica esse intelligeret, eorum invidiam in se concitauit qui adversus ei partes in Republica foebant. Quorum fulsis sermonibus peruersi Ephori, velle Alcippum leges disolvere, exilio virum multarunt. Itaque exiit ille Sparta. Damocrita vero uxor, quæ se viro comitem una cum filiabus prebere vellit, prohibita est. Quin & ejus bona publicarunt, ne dos virginibus supereret. Sed quum nonnulli puerillas fibi ob paternam virtutem uxores postularent, Senatusconsulto ab inimicis prohibiti fuere illas accipere: quippe qui de ipsarum matre votum dicentes auditum, ut fibi quam ocyisthe liberi ex filiabus orientur, qui patrem vindicarent. Quam igitur undecunque Damocrita impugnaretur, communem quardam totius populi celebratatem observavit, ad quam mos erat, ut ana cum virginibus domesticisque omnibus atque infantibus mulieres convenienter. Quia vero ex nobilitate essent, seorsum ipsa a ceteris in magno quodam androne pernoctabant. Ibi illa gladio sub ueste accincta, comites secum filias educit, nocteque in templum proficisciatur: obseruatoque tempore, quo omnes mysteriis intenti essent, quin obclusæ foræ essent, magnam lignorium vim juxta eas confundi.

confidavit: quippe qua ad manum praefoque ferent, ad facrorum usum convecta. Tum ignem immisit. Accurrentibus autem auxilio vi- ris, filias ipsa sua, tum se se ipsam Damocriti gladio interfecit. Quapropter quam minime haberent, in quos iram effuderent, extra fines corpora Damocrite filiarumque proiecunt. Quamobrem irato deo, in gens ille traditur Lacedaemonie terre motus extitisse. Plutarch. in Narrat. Amator.

ALCIS. is. m. Numen apud Naharvalos, Germanicam gentem, cultum, quod Caftorem ac Pollucem Romana interpretatione memorabant. Vide Tacit. de Germ. cap. 43.

ALCISTHÈNE, Piétris nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

ALCISTHÈNE Sybarita, præ delicis vestem hujusmodi composuit, ut propria ea ad spectandum in Lacinio promontorio, quo universa Italia, in Junonis panegyri, seu festo, concurrebat, maxime omnium que propria sunt, admiratione cunctis fuerit: quam Dionysius Major nactus Carthaginibus centum & viginti talentis vendidit. Athen. Deipnosc. lib. 12. ex Aristotele.

ALCITHÈDE, [Ἀλκιθέα] Mulier Thebana, Minei filia, qua Bacchum esse Jovis filium negabat: alisque Thebanis mulieribus sacra Bacchi celebrantibus, lanificia una cum foribus & ancillis operam dabant. Ira itaque Bacchi carum tele in hedera & vitem mutata, domoque incensa, ipse in vespertiliones sunt converte. Ovid. 4. Met. Fab. 1.

ALCMÆON, [Ἀλκμαιόν] Amphiarai varius & Eriphyles fuit filius. Huic Amphiarau ad bellum Thebanum proficisci coactus, nequitanus Eriphyles in se aperuit, eique futura mortis sua vindictam reliquit: qui defuncto patre memori precepit, ut in patrem pietatem servaret, impius in multum factus est, anque necavit. Ex Boctatio. Huic fabula a ceteris additur, Quum postea ob matris caedem Alcmæon furiis agitaretur, venille eum ad flumen Phlegenum, (al. Phegeum) a quo luitur est. Et quum filiam ejusdem Alphitebam amasset, donato illi monili, quod matris Eriphyles fuerat, uxorem illam duxisse. Ceterum, quum aliquando ad Acheloum fluvium post ea tempora forte venisset, plauisfetque ipsi Callirhoe Acheloii filia, monile quod superiori conjugi dederat, etiam huic nuptiarum spē pollicitum esse. Ad quod repetendum quum proficeretur, a fratribus Alphitebosis, Temeno, & Axione occisum esse: qui tamen & ipsi ab eodem mutuis vulneribus petiti, perierunt. Vel, ut Ovid. 9. Met. 18. Fab. tradit, a filii Callirhoeis, quos Jupiter natos, statim viros fecerat, in ultionem patris occisi sunt. V. etiam Hygin. Fab. 73. & 245.

Amphiarai Alcmeon, Amphiarai filius. Ovid. 2. Faft. 43.

Amphilochi frater. Ovid. de Rem. Amor. 455.

Crudelis. Virg. 6. Æn.

Alcmeon Crotonotes, Pirithi filius, Pythagore auditor, plurimum tam in medicina versatus, videtur primus de natura ratione scripsisse, ut Phavorinus in omnimoda traxit historia. Animam dixit immortalē, anoverque modo Solis. Diogenes Laert. 1. 8. S. 83. & Aristot. 1. de Anim. 2. Alia ejus dignata refert Aristoteles, 1. c. & i. Metaph. 5. ipsi alias parum contentiens, siquidem, ut est apud Laert. 1. 5. aduersus Alcmæonis dicta librum scriptis. A nonnullis dicitur Alcman, & consumuntur cum Poëta de quo infra. [Alquin] utrunque nomen idem sonante, cum Alcman Doricum sit, Alcmeon vulgare, docuit Faber in Vit. poet. Gr.

Alcmeon Sophista, quem Crœsus tanto auro donavit, quantum ille corpore suo efferre posset, quam lepidum Historiam Herodotus scriptit 6.125. Alcmeon, a um. Adj. ut Alcmeonie furiae. Propert. 1. 3. 4. 41.

ALCMAN, [Ἀλκμαν] Poeta lyricus Lacon, secundum alios Sardus, Damente patre genitus, vixit circa Olymp. 27. inventor amatoris carminis, scriptus lingua Dorica, author Suidas. Is morbo pediculari perire, ut scribit Heraclides de Polit. qui & eum dicit fuisse Aegedis fervum, sed propter ingenium libertate donatum. Quod autem ad morbum pediculariem attinet, refatur & Plin. 1. 11. c. 33. & Aristot. 5. Hist. Anim. 31. V. Diidor. Sicul. 1. 5. c. 6. Observa Vossio c. 3. de Poet. Gr. p. 13. duos hoc eodem nomine poetas fuisse Lyricos, unum Lacedaemonium, qui lingua scriptis Dorica, Messenium alterum. [Idem olim Suidas monuit. Sed junioribus quibusdam non perfuerat.

Alcman, Tibicen apud Ælian. Varr. Hist. 12. 50. Sed V. ibi Periz.

ALCMANES. Lega ALCMANES.

ALCMENA, [Ἀλκμένη] Electronis filia, & Amphitryonis uxor, ex qua Jupiter dole comprefessa genuit Herculem. Ovid. 9. Met. Fab. 5. V. Diod. Sicul. 4. 9. Hygin. F. 29. Plaut. in Amphit. Comodia. Archaike Alcmena. Imago ejus a Zeuxide picta. Plin. 35. 9.

Alcmena Argili. i. e. Alcmena Argiva. Ovid. 9. Met. 276.

Genitrix Alcida. Sil. Ital. lib. 8.

Mater Herculea. Stat. 10. Theb. 106.

ALCONEAE, [Ἀλκονεῖαι] Ithaca insula civitas est, a qua Ulysses Alcmenae a poëta appellatur. Stephan. Altera Illyria ibid.

ALCON, [Ἀλκων] Nomen viri proprium. Stat. 9. Theb. 121.

— sequitur Sicyonius Alcon.

Alcon, Faber argentario, a patria Myleus cognominatus. Ovid. 13. Met. 683.

Alcon, Cretenis sagittarius, comes Herculis, cuius quum filium draco invaserit, tanta arte direxit sagittarii, ut ea carentis in serpentis desiceret vulnere, nec transiret in filium. Hec Servius enarrans illud Virg. 5. Ecl. 11.

Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.

Alcon Saguntinus, infici Saguntini, qui tum obsidione premebantur, pre- cibus aliquid moturum se ratus, quum ad Annibalem noctu transiuerit, postquam nihil lacrymae movebant, conditionesque tristes, ut ab irato vi- cto, serbabantur, transiuga ex oratore factus, apud hostem manifit: mo- riturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Liv. 1. 21. c. 12. ubi reliqua V.

ALCORĀNUS, i. m. Vox Arabica notans lectionem, five collectionem, scil. Scripturæ, qua Mahomedes cum Sergio monacho & quibusdam Gudeis, ex Gentilifimo, Judaismo, & Christianismo mixtas leges & summa religionis Turcice capita concinnavit.

ALCOFOHUS, Lega ALCATHOUS.

ALCUINUS, i. m. Caroli M. præceptor, qui apud Parisios primum literatum ludum aperuit. V. Voss. de Hist. Lat. 2. 30.

ALCUMENA, æ. f. Tragedia Euripidis. Plaut. Rud. 1. 1. 4. V. ALCMENA.

ALCYONE, [Ἀλκυόνη] Adantis filia ex Pleione, ut scribit Bocat. de Ge-

neal. Deor. lib. 4.

Alcyone, uxor Caycis. V. HALCYON.

ALCYONUS, [Ἀλκυόνης] Antigoni filius, Diog. Laert. lib. 4. in Arce-

filo. & lib. 7. in Zenone Cittio.

Alcyoneus, [Ἀλκυόνης] Gigas fuisse traditur, Porphyrius frater, ab Her-

cule tunc confosus: cujus & filii, quas septem numerant, ob patris mor- tem in mare precipitantes se, ab Amphikritre in alcyones (ut quorundam opinio est) sunt mutatae. Harum nomina sunt, Phœnix, Ante, Methone,

Alcipe, Pallene, Drymo, & Afteric. Ex Suida. Alii scribunt Halcyoneus.

ALCYONIUM, ii. [Ἀλκυόνη] Plin. l. 32. c. 8. Fit in mari (inquit) ex

nido, ut aliqui existimat, alcyonum: alii ex fordibus frumentarum craticie-

tibus: aliis e limo, vel quadam mari lanugine. Hæc ille. Sunt tamen qui

sic dictum putent, quod alcyones super illud marinis undis simili conge-

stum nitidificant. V. Iatius apud Dioscorid. & ejus interpret. Mathiol.

lib. 5. & Cels. 5. 6.

A L E

ALEA, [ἀλεά, παισία, κυνία] est omnis ludus majori ex parte in for-
tune varietate consistens, & complectitur omnes lusus, tam simplices quam
mitto, ut sunt Tessellarum, talorum vel taxillorum, cuborum, scruporum,
astragalarum, chartarum vel foliorum, atruncularum, equorum lignorum.
Sed proprie dicitur de Tessellarum. V. Lex. Pitisc. Cic. in Catil. 2. 10. Quid si
in vino & alea comedentes folum & fostra quererent, essent illi quidem
desperandi, sed tamen ferendi, Martial. 1. 14. 18. de Nucibus,

Alea parva nucis, & non damnosa videtur:

Sepe tamen pueros abstulit illa nates.

De Alea & universa eius ratione plurimum colligit & observavit Salinus ad Vopisci Proculum f. 468. & Gonfal. ad Petron. cap. 33. Romanis legibus vetitam fuisse, Hor. 3. Carm. 24. 58. & Dig. Tit. de Aleatoris bus, offendunt. Attamen fetis Diebus, qui Iudo & otio deflant, pro-
bro caruisse alea lumen videtur suadere Suet. locus Domit. cap. 21.
Christiani primum in commune, dein seorum Clericis interdictum fuisse Canon. Apost. 43. & Can. Syn. 6. Item Novelli Julianian. 123. docent.

Aleam Palamedes in castris Greorum contra Trojanos reperit, dum otia miles ageret, ut author est Philo in Heroicis. Volaterr. lib. 29. Phi-
lolog. Cælius tamen lib. 2. cap. 14. & alea & tessellarum, & pilæ lufum Lydis inventionem tribuit, sequuntur Herodoti autoritatem.

Alea pro Fortuna & cafa. Liv. Nec tam celestem aleam universi certami-
nis cernens, Cic. de Divin. Non perficitis aleam quandam inesse ho-
titis diligendis?

Alea non modo pro Fortuna, sed etiam pro Dubitatione & Periculo ponitur. Plin. in pref. l. 1. Utitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenii aleam positus. h. e. Extra omnem dubitationem, & extra omnem periculum ut aliquis ei ingenio preferatur. Budensis lib. 1. de Ars: Extra omnem ingenium aleam, id est extra omnem discriminum judiciorum. Varro 1. de R. R. c. 4. Quare si fabritas non est, cultura non aliud est, quam alea domini vitæ, ac rei familiaris. Colunel. in pref. l. 1. Maris & ne-
gotiationis alea.

Alea fati, i. e. Periculum & casus incertus. Lucan. lib. 6. 7.

Alea ludo similem esse vitam humanam dixit Plato, teste Plutarch. Ad quod respxisse videtur Ter. in Adel. 4. 7. 21. Vitam hominum perinde dicens esse, quod quum ludas teſſeris: ut quod jaſtu non cecidit, idar-
te ut corrigas.

Blanda. Ovid. 1. de Ponto, 5. 45.

Damnoſa. Juven. 14. Sat. 4.

Fallax. Ovid. 4. de Ponto, 2. 41.

Fettiva & honesta alea lufare. Cell. lib. 18. cap. 13.

Periculosa plenum opus alea. Hor. 2. Carm. 1. 6.

Pernox, in qua aviditate lucri pernoctatur. Juven. 8. Sat. 10.

Precipus. Hor. 1. Epist. 18. 21.

Turpis. Juven. 11. Sat. 175.

Vetita legibus. Hor. 3. Carm. 24. 58.

Adire aleam. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 11. Itaque ut aquiro animo adi-
rent aleam, danda illis aliqua potestas fuit.

Decoquit alea. Perf. 5. Sat. 57.

Hic campo indulget, hunc alea decoquit. Pro hujus bona, H. St.

Emere aleam, h. e. Incertum rerum eventum: quod fit quum captus pi-
ficium, vel aviū, vel milifium emitur. Pomp. in l. Nec emptio. D. de

centrales, empt. & vendit. Aliquando tamen & fine re vendito intelligi-
tur, veluti cum quanæ alea emitur, quod fit cum captus pifficium, vel

aviū, vel milifium emitur. Emptio enim contrahitur etiam si nihil in-
ciderit: quia spe emptio est. Ufus est queque hac loquitione Paul. in

l. quum hereditatem. D. de Hæred. vel act. vend.

Jacere aleam, est Rem periclitari, fornicareque arbitrio committere: si-
quidem Alea, fortuna ludus est magis, quam artis. Erasmus. Cef. apud
Suet. c. 32.

Sequiri aleam. Varro: Sequentes aleam, non rationem. i. e. Eventus anci-
pitis expectationem.

Subire aleam. V. SUBEO.

Ire in dubiam servitum imperieque aleam. Liv. 1. i. e. Anceps fortuna est,
dubius eventus, utrum dominatur, an servituri simus.

ALEĀRIAS, a, um. Idem quod Aleatorius. Annian. 28. 4. Amicitia
Romæ alearia sole, &c.

ALEARIUM, ii. n. Locus ubi luditur. Cathol.

ALEATORIUS, ὄρις, m. [ἀλεάτηρ] denom. ab Alea; Qui ludum aleæ, quasi

artem quandam exercet. Cic. in Catil. In his grecibus omnes aleatores,

omnes adulteri, omnes impuri, impudicique verfantur. Idem 2. Philipp.

27. Domus erat aleatoribus referita, plena ebriorum.

Aleatorius, Ad. [ἀλεάτηρ] Quod ad aleam pertinet. Cic. 2.

Philipp. 27. Suggerebant etiam sapientem, non enim semper ille felix, da-
mna aleatoria.

Forum aleatorium, apud Suet. in Aug. cap. 71. Lusimus per omnes dies,

forumque aleatorium calcificimus. Verba sunt Augusti.

Ritus aleatorius, apud Gell. lib. 18. cap. 13.

ALEATORIUM, ii. n. erat locus ubi aleatores alea ludebant & pilæ

ludo fessi vires integrabant. Erat prope Sphaeristerium. Sidon. Epit.

11. 2. Atque illic aleatoribus lafis consumpto sphaeristerio faciat. Eu-

leng. de Lud. Prolus. pag. 4. & cap. 58. Savar. in Sidoniam.

A L E O,

ALEO, onis, m. Idem quod Aleator, teste Festo ex Nævio, Pessimum perfume, audax ganeo, lurco, aleo.

ALEOLA, dimin. parva Alea. Cathol.

ALEA, [Αλεά] Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. Plin. lib. 4. cap. 6. & Stephan.

Item Minerva cognomen, que circa hanc urbem colebatur, ut videre est apud Herodot. lib. 1. & Pausan. Arcad. Verum in duabus hisce potremis significacionibus prima corripit, quam aliquo producit. Statius in Sylvis.

Aut Aleæ lucis vidit Tegea fæcitos. Et 4. Theb. 288.

ALEBAS, a. m. [Αλεβας] Nomen proprium viri, qui apud Larissam Thessaliam urbem crudelissime regnans, satellites adhibuit, a quibus tandem est interfactus. Ovid. in Ibis. 323.

Quosque putas fidos, ut Larissæ Alebas,

Vulnere non fidos experire tuo. Ibid. 511.

ALEBECRII, Gallæ Narbonensis populi. Plin. lib. 3. cap. 4.

ALEBRIA, Veteres dixerunt pro Bene alentibus. Festus. Et Glosf. Lat. Gr. ALEC, V. **HALEC**.

ALECTO, u. [Αλεκτος] Una est ex tribus Furii. Tres enim a poetis describuntur, Alecto, Megera, & Tiphone. Porro Furii dicuntur a poetis filia Acheronis, & Noctis, ut notant Virgilii interpres. Orpheus in hymnis canitæs eis Plutonis & Proserpina filias. Alecto significat idem quod Irrequia, Non definens, ab = privativa particula, & νύξ, quieto, defno, cesso, quod nullum seculis inultum prætereat. Alecto facie torva & membris furialibus. Virg. 7. Æn. 415.

Atra Alecto. Virg. 7. Æn. 329.

Sata nocte. i. e. Noctis filia. Virg. 7. Æn. 324.

Atrox. Claud. 1. in Ruffin. 3. 25.

Coccyta. Virg. 7. Æn. 479.

Dea. Virg. 7. Æn. 346.

Erinnys. Virg. 7. Æn. 447.

Infecta venenis. Virg. 7. Æn. 341.

Invisa. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 33. 279.

Iustifica. Virg. 7. Æn. 324.

Sæva. Virg. 7. Æn. 84.

Torquata colubris. Ovid. 2. Epist. 119.

Trititis. Virg. 7. Æn. 617.

Cincta facibus atris. Claud. 1. in Ruffin. 49.

Mugit cruentum. Claud. in Ruffin. 65.

Alæ Alectus stridentes anguis. Virg. 7. Æn. 561.

Alæ Stygia Alectus. Virg. 7. Æn. 773. Idem eas appellat Fuscas, lib. eod. 408.

Oculi flammæ Alectus. Virg. 7. Æn. 448.

Os rabidum Alectus. Virg. 7. Æn. 451.

Voces rabidae Alectus. Claud. in Ruffin. 1. 44. Alectus, hic in præcedentibus, est genitivus casus, Graece Αλεκτος, quartæ contractar.

ALECTOR, [Αλεκτος] Filius Anaxagoræ, Iphim genitui & Capaneum, qui fuit unus ex septem discibus Argivorum apud Thebas. Volaterr.

ALECTORIA, ω . Lapis qui in ventriculo galli invenitur. Gallus enim, $\alphaλεκτος$ dicitur. Plin. l. 37. cap. 10. Alectoriæ vocant in ventriculis galinaceorum inventas crystallina specie, magnitudine fabe: quibus Mi-
tione Crotoniænum uitum in certaminibus, invictum sufficere videi vol-
lunt. Solino vocatur Alectoriæ lapis. cap. 4. ad finem.

ALECTOROPHOS, [Αλεκτοροφος] Herba est rufiuentibus utilis, fo-
liis galli gallinacei crista similibus, caulem tenuem, semenigra nigrum
in foliis habens. Latinæ Crista dicitur, teste Plin. lib. 27. cap. 5. Alii
Alectropophos vocant.

ALECTRYON, [Αλεκτρυον] Adolescentis fuit, Marti adeo familiaris, ut adulterio quo Veneri illi communicabatur, conficius adhibetur, foribusque custos apponetur, ne Solis intervenerit deprehendetur adulter. Verum cum ille somno oppressum, negligenter excubias ageret, amantes, ejus fiducia in utrunque aurem dormientes, a Sole deprehensi sunt, & apud Vulcam delati, adamantis catenæ sunt impliciti. Quia de cau-
fa indignatus Mars, Alectryonem in avem sui nominis transformavit, quem Gallum Latinæ appellant: qui etiam hodie veteris negligentiae memor,
Solis adventum cantu suo prenuntiat. Lucian. in Micylo.

ALECTRYONES, um. pl. Criftati Carum militæ dicti a Persis, ut ex Piutarcho referunt Casaub. & Bernegg. ad Suct. Cæs. 24. 2.

ALEGULA, V. **HALECA**.

ALEGORON, Unus fuit filiorum Boethi: quatuor enim fuerunt, Hippo-
damus, Electrius, Archilucus, Alegenor, teste Diod. lib. 5.

ALEIOS Campos, [Αλειος] Strabo prope Mallum & Magaron consti-
tuuit. Meminit & Plin. in Cilicia situ. Mentionem facit in Bellerophontis fabella Homerus. Expofit Eustathius, & ab errore quidem nuncupatos interpretatur, quia $\alphaλειος$ Græcorum lingua, errare fit: quoniam per eos aberriat primum exsculus Pegaso Bellerophontes. Sunt qui Campos vacuos Latinæ sint interpretati. Nec desunt ex Græcis, qui Aleios dici campos putent non ab errore, sed ab oppido quod Alas nuncuparetur: adductum inter Pinarum & Cydnum annes collocari. Caelius l. 9. c. 47.

ALERMANNIA, [Αλεμαννια] Regio Alemannorum, pars Germanie quondam, quod nomen poetae universæ tributum fuit, atque etiam nunc ab exteris tribuitur. Claud. de 4. Conf. Honor. 449.

Implorato tuum supplex Alemannia nomen. Ita occurrit in pluribus nummis, quod ideo prefert Spanhem. Sed ALAMANNA in uno nummo aureo, quem Nic. Heinicus exponit ad Claud. l. c. conf. eund. de laudib. Stil. 1. 234. & Inscripte Gruteri, p. 159. & 160. [In omnibus, qua quidem viderim, monumentis antiquis gentis illius & regionis nomen cum simplici, non geminata, litera in prima Syllaba scri-
bitur, ita quod liquido apud Claudiannum & Sidonium metri quoque ra-
tio postulat: Si Mediobraco Co. fidere licet in nummis sèpius, licet ne-
gaverit. Oisclus, ALAMANNA scribitur. Gracis perpetuo $\alphaλεμαννια$ vocantur. Ceterum de origine nominis Virorum doctorum conjecturis, quas magno numero jam protulerunt, non multum fane trüberim. Pre-
ter eas, que max proponuntur, alias V. apud Cellar. Geogr. Ant. 2. 5.
4. & 70. Guillim. de Reb. Helvet. l. 1. c. 3. Plantin. Hely. Ant. extr.

ALEMANNI, [Αλεμαννι] fuit idem qui Germani: dicti (ut quidam putant) a Marino Teutonis de filio. Absurdum autem est quod alii ex-
stiment, diotos esse Alemanno a Lemano lacu. Nam conflat eos qui ad lacum Lemanan confederunt, non Alemanno, aut Germanos, sed Helvetios semper diotos esse a veteribus, neque inter Alemanno aut

Germanos ab iis unquam numeratos. Non minus absurdum videtur quod scribit Alinius Quadratus Italus, Alemanno esse ex varia gentium collu-
cie collectos, & eam ob causam Alemanno dictos, quasi $\alphaλεμαννοι$, hoc est errantes. Nam verisimile non est, gentes quo longe meliores regiones possidebant, in Alemanniam, terram olim incultam & apercam confuxisse, ut recte Tacitus de Morib. Germanorum c. 2. disputat, qui contra, indigenas esse Germanos scribit, minimeque aliarum gentium adventibus & ho-
spitis mixtos. Itaque rectius multo nominis origo ex eorum lingua peti-
tur. Illis enim A. totum significat, & M. A. virum: ut Alemanni di-
cti fini quasi Toti viri & bellatores fortissimi. Cui rei & alia appellatio con-
venit. Nam quod inferiores Germani dicunt A. l., hoc superiores dicunt G. A.: Utisque autem M. A. virum significat: ita ut vocabula Germani & Alemanni, eadem vix habeant. Non tamen & hoc ineptum est, Ale-
mannos dictos esse ab uitata ad virtutem & fortitudinem adhortandi for-
mula. *Alsmaner*: hoc est. Ut viri decet, quomodo etiamnum in
præliis fæse mutuo cohortantur. Germanos autem, quasi Heermannos. i. e.
Viri exercitus, viri militares, mutatione h. in g; que est etiam origo veteris appellationis Hermionum, que est apud Plin. l. 4. c. 14. Qui Tacito Hermiones. [Fallsum est, Alinius Quadratus Alemanni nomen a variarum gentium colluvione arcessere, cum is tantum de origine gentis locutus sit, de nomine quod additur ab Agathia prefectum; tametsi video Guillimannum quoque sic accepisse.

Alemanni etiam vocabantur Teutones & Teutoni, a Teutone sive Tuiscov-
ne. V. loco.

ALEMANNICUS, a. um. Adj. ut, Tentoria Alemannica. Amm. Marcell. 27. 3. Tributum Alemannicum. Nicet. Alex. 1. V. Buleng. de Vectig. cap. 84. Gruteri Inscr. ubi supra.

ALEMANNUS, Fluvius apud Ryssos, originem a Rubro caffro (*Rotenburg*) trahens. Hic ad Kelheim oppidum jungitur Danubio. Vulgo *Atmolavel* Atmöl appellatur. Calepin.

ALEMBICUM, i. n. vel **ALEMBICUS**, i. m. Vas distillatorium. Vid. Reinef. Vari. Lect. 3. 18. p. 668.

ALEMON, onis. M. Pater Mycelli qui Crotonem condidit. Hinc

ALEMONIDES, ω . m. ipse Mycellus. V. Ovid. 15. Met. 19. & 26.

ALEMONA, ω . f. Dea, de qua Tertull. de Anim. c. 37. Supersticio Ro-
mana Deam fixinæ Alemanonam, alendi in utero factus.

ALEMUSII, Atticae populi, apud quos est Cereris legiferæ ac Proserpinæ templum. Pausan. in Attic.

ALEO, onis. V. **ALEA**.

ALEON, Fluvius. Plin. lib. 5. cap. 29.

ALEOPETRA, Insula in Mæotide. Calepin.

ALEOS, Amnis est Erythris urbe Græcia inter Megaram & Thebas, qui pi-
los gignit. Plin. lib. 31. cap. 2.

ALERIA, Corsica colonia a Sylla dictatore deducta. Plin. lib. 3. cap. 6.

ALES, itis. absolute polit. [αλησ, αλισ] Avis dicta ab alarum magnitudine. Sunt enim Alites proprie majores aves: ut Gallinae, anferes, cor-
nices, corvi, grues. Plin. l. 10. c. 19. Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas diffidit species, oscines & alites. Illarum generi cantus origi-
nis magnitudo differentiam dedit. Hoc nomen proprie foeminitum est. Martial. l. 14. 67.

Altis eximia cauda superba fuit. i. e. Pavonis. Sic ubique Plin. quantum quidem obserbare potui. Poeticæ tamen & in masculino legitur. Virg. 12. Æn. 247.

Nanque volans rubra fulvus Jovis aethra. i. e. Aquila.

Alitum, genit. pl. per epenthem, pro Alitum. Virg. 8. Æn. 27.

Alitum, pecudumque genus fopor altus habebat.

Ales & avis. Cic. 1. de Divin. Eademque efficit in avibus divina mens, ut
tum huc tum illuc volent alites. Item 2. de Nat. Deor. 64. Aves quad-
ram & alites, & oscines, ut nostri Augures appellant, rerum auguranda-
rum causa natas esse putamus.

Palladias ales, pro Noctua. Ovid. 2. Faft. 89.

Pandionis ales. Lucan. ad Pison. v. 255. Hirundinem intelligit, aut Lu-
sciniam. Progne fiquidem & Philomela filia fuerunt Pandionis.

Phafiani, pro Phafiano. Stat. 4. Sylv. 6. 8.

Cylenius, pro Mercurio. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 440.

Cythereia, pro Columba. Sil. Ital. lib. 3. Est enim Veneri dicata.

Daulias ales, pro Philomela sive Luscinia, a Daulide oppido. Sen. OEth. 3.
v. 192.

Gangeticus, pro Phœnix. Aufonius in Ternario.

Phœbicus, pro Corvo. Ovid. 2. Met. 544.

Tegeaticus, pro Mercurio. Stat. 5. Sylv. 1. 102.

Titanus, pro Phœnix. Claud. Epigr. in Phœnic. v. 7.

Argentea. i. e. Alba. Ovid. 2. Met. 536.

Ales avida, pro Vulture jecur Tityi jugiter exedente. Sen. Herc. fur. 13.

& Agam. 1.

Canorus, pro Cygno. Hor. 2. Carm. 20. 15. 16.

Criftatus, pro Gallo. Ovid. 1. Faft. 455.

Flammiger, pro Aquila que Jovis fulminibus servit, ut exponit Laclan-

tius. Stat. 8. Theb. 675.

Impiger, pro Mercurio. Stat. 1. Theb. 202.

Interitus. Sil. Ital. 5.

Longæva, pro Phœnix. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 33. 217.

Lugubris, pro Malo & infelici aufsicio, ut interpretatur Acron. Hor. 3.
Carm. 3. 61.

Matutinae. Propert. lib. 1. 16. 46.

Miserabilis. Ovid. 11. Met. 733.

Potio alite aliiquid facere. i. e. Meliori aufsicio. Hor. 4. Carm. 6. 23.

Regia, pro Aquila. Ovid. 4. Met. 362.

Sæva. Sen. OEdip. 12.

Seconda alite aliiquid facere. i. e. Prospeto aufsicio, ut interpretatur Por-
phyrio. Hor. Epod. 16. 24.

Secondis alitibus procedere. i. e. Felici & prospero aufsicio. Claud. Paneg. 7. 9.

Vafta ales, pro Struthiocamelo. Claud. 2. in Eutrop. 134.

Delata pennis ales in aliquem locum. Lucret. lib. 6. 821.

Lapta ales ab aëre, pro Ave deorum volante. Virg. 1. Æn. 394.

Alites volatu aufsicio facientes ita putabantur: Buteo, Sanqualis, Immu-
sculus, Aquila, Vulturius, Fetus. V. eundem in Ofcines.

ALES, Adj. omn. gen. [αλε, αλεπος] ponitur a poetis pro Velozi. Sil. 12. 67.

Alite vectus equo. Virg. 8. Æn. 430. — Alites austri.

Ales, item adjective possum pro Alarus, i. e. Alas habens. Cic. 1. de Invent. Angues ingentes, alites, juncti jugo. Poeticum est.

Ales avis. Cic. 2. de Nat. Deor. 44.

Inde est ales avis late sub tegmine coeli.

Curru. Sen. in Medea.

Deus, pro Mercurio. Ovid. 2. Met. 714.

Equis. Ovid. 3. Amor. 11. 24. pro Pegaso.

Pafus, Velox. Ovid. 10. Met. 587. — passu volat alite virgo.

Pegasus, Hor. 4. Carm. 11. 26.

Planta, h. c. Velox. Sil. Ital. lib. 4.

Plumbum ales, pro Glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem.

Sil. Ital. lib. 3. 623.

ALESIA, Civitas est Sicilia, Ptolemaeo. Hinic Aleſinus, a. um. Cic. Fam.

In Aleſina urbe, &c. V. & Strab. lib. 6.

Alefus, Item opidum est Cilicia, Straboni lib. 40. al. Haleſa.

ALESCO, [Αλέσκος] ēre. Antiquum verbum ab Alo, aliis; idem quod Nutricari, crescere. Unde fit Coalescere, ultimatum verbum pro Concreſcere. Varro 1. de R. R. cap. 44. Quæ nata sunt (inquit) in fundo aſſunt, adulta conſipiunt.

Aleſcendo roborari. Varr. 2. de R. R. cap. 4.

Aleſcendi cäcum tangeri. Lucret. lib. 2. 1128. Lamb. Oleſcendi.

Sed quicquid dicunt Grammatici, ab hoc v. derivanda videntur, quæ illi ab inuitato Oleſeo derivant, Adoleſco, suboleſco, exoleſco &c. a, in u primum deinde in o mutato.

ALESLIA, V. ALEXIA.

ALFSIUM, vel Aleſium est quod nunc Aleſium vocant, Locus ad Amphilo- chidem proximus, in quo omnibus mensibus accola forum congregant. Ja- cet autem in via montana, qua ex Elide ad Olympiam commeatatur. Prioribus autem seculis agri Piseſi civitas fuit, alias alio modo variatis locorum terminis propter Imperiorum permutationes. Strab. lib. 8.

Aleſium, Oppidum Peloponnesi, ab Aleſio filio Silvanus, Σιλαντος Steph. unitus & procis Hippodamiae.

Est & Aleſius campus in Epiri, & mare Aleſium, & promontorium, & fluvius.

ALESIUS, [Αλέσιος] Mons Arcadiae prope Mantineam, sic ab erro Rheo nuncupatus. Paſan. apud Cæl. lib. 9. cap. 47.

ALESUS, Nomen viri proprium. V. ALSIUM & ALESES.

ALETHES, Nomen fuit proprium viri Trojanorum, quasi ἀλέθης, i. e. verax fuerit. De quo Virg. 1. Æn. 125.

— & quæ grandavus Alethes. Et 9. 246. Item primus Rex Corinthiorum, de quo Paſan. lib. 2.

ALETHIA, x. f. [Αλέθεια] i. e. Veritas: Ηεον hæreticorum apud Ter- tull. adv. Valent. cap. 12.

ALETIDES, [Αλέτιδες] Sacrificia quædam Athenienſium, pro Icario & Eri- gone, quæ oſſilis agebantur. Cum enim in finibus Athenienſium multæ virginis sine cauſa ſuſpendi ſibi mortem conſiſcerent, propter Erigonem, habito ab Apolline oraculo, ſacrificium ſolenne inſtituerunt, quod publice privatim faciebant, & id Aleſides appellebant, quod Erigone cum cane ignota & ſolitaria patrem Icarum mendica perſequita fit, quas Graci ἀλέται nominant: & ἀλέτης, Mendicus, vagus, & erro dicitur. V. Hyginus. Fab. 130. & P. A. 2. 4.

ALETIUM, Oppidum Salentiniorum in Italia, authore Ptolemaeo, & Plin. lib. 3. cap. 11.

ALETRINI, Salentiniorum populi. Plin. lib. 3. cap. 11.

ALETRINAE, Italæ populi, ab oppido ALETRIO, quod & Alatrium

ſcribitur. V. Supra h. v. Plin. lib. 3. cap. 5. ALETRINI, apud cum-

dem lib. 3. cap. 11. Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati. Cic. pro Cleuent. 20.

ALETRINENSIS, Cic. pro Corn. Balb. 22.

ALETUDO, inīs. f. Corporis pinguedo. Author Festus, ab Alendo, ſed obſoletum.

ALEV, Inſula nomen in Arabia, Plin. lib. 6. cap. 28.

ALEURON, i. n. Farina, proprie triticæ: Alphiton vero, hordei. hinc Aleurites panis apud Ruellium lib. 2. cap. 14.

ALEUS, Aphidensis filius, qui Minerva templum condidit apud Tegeam Arcadiæ urbem, authore Paſanis.

ALEUS, Adj. [Αλεύς] ut Alea Minerva. Stat. 4. Theb. 288. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 47. vocat Haleam.

ALEX, ēcis. f. fine plur. Genus eſt liquaminis, quod Plin. Murice vitium,

& imperfictam nec colatum faciem appellaſt lib. 31. cap. 8. conf. Litter. ad Apic. 7. 2. p. 188. & 7. 6. p. 196. ſcribitur & Alex. q. V.

ALELUIA, vel ALELUIA, dimin. Columel. 1. 6. c. 8. & 8. 15.

ALECATUS, a, um. ut, Jus alecatum. Apic. 7. 6.

ALEX, [Αλέξ] Fluvius Reginum agrum a Locrensi diſterminans, per vallem profundam curſum habet. Strab. l. 6. apud quoniam ſcribitur Alex, Aleſis: apud Theocritum vero Alex., Aleſis. Hic fluvius Plin. Carcinus appellatur: Paſanis & Eliano Cæcins Volaterr. V. Cellar. Orb. Ant. p. 738. Periz. ad El. 8. 18.

ALEXAMENUS Aſtolus, Nabidis tyranii Lacedemonii interfeitor, mox ab Lacedemoniis ipſis in regia obturcatus. Liv. 4. Decad. l. 5.

ALEXANDER, ALEXANDRVS nom. viri propt̄ Alexander Moloforum rex.

Tarentinus, a quibus invocatus fuerat, infenſus, publicum Graecorum con-

ventum tractus illius, eorum compulſus odio, ad Thuriorum agrum tra-

ducere conatus est, cum in Herculea Tarentina tellure ade celebrari mos

erat. Author Strab. lib. 6.

Alexander Aphrodiſiensis, [Αφροδιſια] ſub Severo & Antonino Cara-

calla philoſophia profefus, primus omnium Ariftotelem ante viris do-

cū magis laudatum, quam intellectum, commentatoris eranavit: e cu-

sibus ſchola viri docti emanarunt, Themistius, Ammonius, Simplicius, Phi-

lōponus, Olympiodorus, Ariftotelis omnes commentatores. Volaterr.

Alexander Egeus, interpres Ariftotelis, Praeceptor Neronis. Franc. Patric.

Tom. 1. Difc. Perip. lib. 3. f. 32.

Alexander Aſtolus, ex civitate Pleuronis, Grammaticus, idemque Poëta

Tragicus, inter ſeptem tragedia ſcriptores numeratus, qui cognomi-

nati ſunt Pleias, tempore Ptolemei Philadelphi. Suidas & Volaterr.

Eius meminit & Strab. lib. 14. Gell. 15. 20. Macrob. Sat. 5. 22.

Alexander Ephelius, qui Lychnus eſt cognominatus, Orator magnus eſt

habitus, & in Republica verſatus, & hiſtoriam ſcript, & carmina, in quibus

de coeleſtibus tractat, & terræ continentis deſcribit. Author Strab. l. 14.

Alexander Epicureus. Plutarch. 2. Sympof. Q. 3.

Alexander Epirotæ, ſeu Rex Epi. Liv. 8. 24.

Alexander Grammaticus, Aſclepiade filius, ex Cotiæ Phrygiae oppido,

VOL. I.

de varia Historia five materia viſitiquatuſ ſcripſit volumina, penitillimus etatis ſite vir. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. ult.

Alexander & Scelena Cilicie, Magiſter ciſſularuſ Ciſſarum M. Antoni- ni principis, Herodis aequalis, docuit Romæ & athenis, cognominatus Hædorat. Volaterr.

ALEXANDER MAGNUS, Philippi Macedonum regis & Olympiadis filius, forma fuit ſupra hominem augulta, cervice celta, ſetis oculis, & illuſribus, malis ad gratiam rubeficiulis, reliquo corporis lineamentis non ſine majestate quadam decorus. Praeceptoribus Ariftotele & Callithene ulis, terrarum orben vicit orograviti. Subiecti Afam, Iberiam, Ibaniam, Cap- padociam, Syriam, Agyptum. Taurum, Cauc. ſumque montes transgrediſſus, Baſtors domuit: Medis, & Perſis imperavit. Cepit Indiā, emenſis omnia ad quæ Liber & Hercules acceſſerunt. Victor omnium, vino & ita victus, morbo vinolentia apud Babylonem exemptus est. Solinus c. 14. Seneca Epit. 83. Quanquam plures int̄ qui veneno extinctum ceſſant. Lege Plutarch. in ejus Vita, & Curt. I. 10. extr. Haud ſufficiunt ſibi unum or- bem exiftimavit: ob eam cauſam Graci ἀδελφοὶ δέ προ τῷ θεῷ, admirabile diuerxerunt ut ad I. 3. Sili Heintius obſervat. Memorabile eſt quod refert Polyenus 4. 3. 1. cum deſcrevitis homines omnes, non homines, fed Alexandros appelleat. Ejus geſta multi præter Plutarchum & Arrianum apud Gracos ſcripſerunt: apud Latinos Q. Curtius.

Alexandri Ferula quid fit, docet his verbiſ Strabo I. 13. Alexander Homericus ſtudioſus fuit: unde etiam Homerica poētæ emendatio quædam fertur, qua ex Alexandri ferula Nearthœ dicuntur, poſterior Callithe- nis & Anaxarchis correctione. Is enim quædam adnotavit, quæ poēta in ferulan conjectit, quan in Perſica gaza invenerat ſumptuofuſtū inſtructam. Eadem tentiſt habet Plin. lib. 7. cap. 37. & Cic. 5. Fam. 12.

Fortis Alexander. Hor. 2. Epit. 1. 241.

Magnus. Hor. 2. Epit. 1. 232.

Alexander Milesius Polylitus cognominatus, libertus Cornelii Lentuli, Grammaticus, Roma docuit. Sylla temporibus extinctus eſt ex incen- dio domus apud Laurentes, Sirdas & Volaterr. V. etiam Hieron. Quæſt. Ebr. cap. 25.

Alexander Myndius, ſcriptor ὁμοίως. Artemidor. 2. 71. Aelian. de Animal. 3. 23.

Alexander Pheræus in Thessalia tyrannidem apud Pheræos exercuit. De hoc Cic. 2. Off. 25. Quid Alexandrum (inquit) Pheræum quo animo viſile arbitramur? qui quum uxorem Theben admodum diligenter tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum & eum quidem com- punctum notis Threicis, diſtriicto gladio jubebat anteire: præmittebatque deſtipitoribus ſuis, qui feruarent arculas muliebres, & ne quod in velmentis telum occularetur, exquirerent. O militer, qui fideliter opinio: ab ea enim eti ipſe propter pellicatus fuſcipionem inter- fectus. Ovid. quoque meminit in Iōb, v. 321.

Inque tuo thalamo juguleris more Pheræi,

Qui datus et leto conjugi enſe fuſe. Et Val. Max. lib. 9. cap. 14. Plutarch. & Nepos in Pelopid. cap. 5.

Alexander Priami filius, qui poēta Paris fuit appellatus. V. PARIS.

ALEXANDER SEVERUS, vel potius M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER, a Senatu Ro. occiso Macrino, cum Diadumeniano F. Cæſir appellatus, deinde ab Elagabalo conſobrino ſuo, Maſa avie artibus adoptatus, poſt eius cædēm Imperator ſalutatus eſt. Omni laude genere inclitus, dum tuendis ac propagandis Imperii Ro. finibus intentus eſt, devictis jam Parthis, in expeditione Germanica, Maximini ſcelere ad dolis, cum Matre Mamæa ad Moguntiam A. Et. XXIX. Imp. XIV. occiſus eſt.

ALEXANDRA, qua & Cassandra dicta eſt, Priami filia, ac vates. Eius nomine Lycophronis inſcribitur poēma de Alexandra Paride. Volaterr. V. CASSANDRA.

Alexandra, Alexandri Judæorum regis uxor, cui vir mortiens adminiſtracio- nem regni reliquit. Hegesippus I. 1. r. 12. de Excidiu Hierofolym.

ALEXANDRIA, [Αλεξανδρεία] Nomen eſt trium urbium ab Alexandro Macedonem conditaram. Siquidem una eſt in Agypto, ad oſtium Nili ſita, quod a nonnullis Canopicum dicuntur, ut ſcribit Solinus cap. 45. Hanc deſcribit ampliſſime Strabo lib. 17. Arrian. lib. 3. Ammian. lib. 22. Curt. lib. 5. Plin. lib. 5. cap. 10. Egeſipp. 1. 27. confer etiam, qui in laudem ejusdem plura collegit. Barth. not. ad Zach. Mytilenaum p. 285. seqq. & Lex. Pitie. Hodiſtanderū vulgo dicitur a Turci. Altam eodem no- mine condidit in Asia, altam item in Scythia ſuper Tanai. Dicitur item Alexandria. Propriet. lib. 3. 9. 33.

Noxia Alexandria, dolis apiftima tellus. Sic. Hor. 4. Carm. 14. 35. Eſt præterea Alexandria, Urbs Liguriæ ab Alexandro Pontifice condita.

Alexandria, Civitas eſt in Margiane regione, qua diruta a barbaris, An- tiochus Selencus filius eodem loco reſtituit Syriam, interfluente Margo, qui corrivatur in Zatale. Is maluerat illam Antiochiam appellari. Hæc Plin. lib. 6. cap. 16.

Alexandria, Urbs Troadis, Romanorum colonia, olim Troas Antigonia dicta. Plin. lib. 5. cap. 30.

Alexandria, Nomen eſt agoræ. Strabo lib. 14. Chalcidibus lucus immi- net, Alexandro Philippi filii dicatus. Hoc in loco certamen Alex- andria nuncupatum, ab universa Ionia celebratur.

ALEXANDRINUS, Adj. [Αλεξανδρείου] Quintil. lib. 1. cap. 2. Ne Alex- andrinis quidem deliciis verba permittenda riſu & oſculo excipimus. V. paulo inſta de his Deliciis, quo pertineant.

Alexandrine Laurus, V. DAPHNITIS.

Alexandrine Naves. Suet. cap. 98. & Sen. Epit. 77. pr. que ſupportando frumenta maxime, quanquam & alii mercibus, in Italiano ab Auguſto inſtituta etiſſa fuit, de qua Lipſi in Electis 1. 8. Nilicium Cataplum vo- cat Martial. lib. 12. 75. Eo interpretanda & Pharia Puppis apud Stat. 5. Silv. 5. 66.

Lafcia autem & corruptilima ea Natio fuit. Unde Alexandrina vita atque licentia apud Cæl. 3. Bell. Civil. 110. pro corrupcta militia pro- ponitur.

Alexandrina Delicia tamen apud Quintil. ſupra, non de Mol- litie gentis απλαν interpretanda ſunt, verum proprie, de pueris Ale- xan-

xandrinis, qui ob dicacitatem Romanis in deliciis erant. V. ibi Burm. p. 27. & ad Petron. cap. 31. 119. & Barth. ad Stat. Sylv. p. 107. legg. ALEXANDRIDES, *a. m.* Historicus qui res Delphicas descripsit. Confunditur quandoque cum Anaxandride, nisi hoc unicum diversorum viorum nomen est. V. Kuster. ad Aristoph. Plut. Schol. 926. & Cesaub. in Atheneum 6. 18.

ALEXANDRIUM, [Αλεξανδρία] Judeæ oppidum apud Josphom lib. 14. Antiq. Judaic. cap. 6. Meminit & Strab. lib. 16. Vulgo Alexandrin.

ALEXANDRÖÖLIS, Parthorum civitas, sic dicta ab Alexandre Magno conditore, ut author est Plin. lib. 6. cap. 25.

ALEXETERIUS, *a. um.* [Αλεξετήριος] Depulforius, depellendi vim habens, ab ἀλέξει, arceo. Ut Alexeteria armæ. Plin. 32. 8.

ALEXETERIUM, *ii. n.* Remedium, amuletum apud Medicos. V. Cæl. Rhod. 6. 12.

ALEXIA, Ptolemaeo Regiacum [Οεσιάκη] Aleiam appellat Diodorus Siculus Bibl. lib. 4 & 5, ab Hercule conditam, totius Celtaicæ metropolis. Meminit Strabo lib. 4. & Florus 3. 10. 23. Hodie vicus est in Dug. Burgundie. Aliae vocant. Eam Cæsar longa obfitione oppugnavit, ut appeter ex eis lib. 7. de Bell. Gall. 68. confit. Plutarch. in Cæf. Vellei. 2. 47. Tacit. 11. Ann. 23. 3. V. Lex. Pitif.

ALEXICACUS, [Αλεξικάκη] In malis adjutor, defensor, malorum aversor ac depulfor, hominum defensor. Alexicaci Daemones a veteribus dicebantur, qui noxas & diras arcerre amoliriique exstimatabantur: qui & ἀπομυχεῖται & ἀποτρέψεται: necnon λυποι, & φόβοι appellabantur. Bud. & Cælius lib. 1. cap. 32. Contra diu mali inferentes, his nominibus vocabantur. ἀπομυχεῖται, ἀποτρέψεται, πατεραγανοι, πατεραγανοι, authore Polluce. 5. 26. Proprie tamen tribuebatur Epitheton istuc Herculi & Apollini. Pausan. in Attic. Alexicaci Apollinis simulacrum effixit Calamis. Id deo nomen inditum autem, quod pellentia, quum bello Peloponnesiaco in Attica graffaretur, oraculo Delphis reddito, populum liberavit. De Hercule V. Lactant. 5. 3. Varro 6. de L. L. 5. Cæl. Rhod. 16. 19. & Lex. Pitif.

ALEXIO, *ονīs.* Medicus, Ciceroni familiaris, cuius meminit Att. 15. 1. 2. & 7. 2: 13. 25.

ALEXIPHARMACON, *i. n.* [Αλεξιφάρμακος] est Genus pharmaci: quod nomen veri potest Axiare medicamentum, five Remedium cām auxilio. Plin. lib. 21. cap. 20. Nec magis alia herba convertit medicamento, quod alexipharmacum vocant. De Polio.

ALEXIRHÖE, *es. f.* Nympha que peperit Telegon, Priami filium. Ovid. 11. Met. 763. al. Alixothoe. [Locus admodum vexatus.

ALEXIS, quem dicitur Alexandrum, Afini Pollionis servus, sive dictus quasi sine respunctione, ac superbus: quem Virgilius rogatus ad prandium, quum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit, eumque dono accepit. Hec Servius enarrans illud Virg. 2. Ecl. 1.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexi. Apuleius, Apolog. p. 279. Elm. Quanto modestius tandem Mantuanus, inquit, Poëta, qui itidem ut ego, puerum amici sui Pollionis bucolico ludicru laudans, & abstinenus nominium, sese quidem Corydonem, puerum vero Alexi vocat? Alexi autem nominavisse suspicatur de nomine illius pueri, quem epigramate Platō laudarat, cuius initium est, Νῦστρον Αλεξις, &c. Turnebus. Adv. 29. 13.

Alexis, Statuarius nobilis, Polycleti discipulus. Plin. lib. 34. cap. 8. Alexis, Amanuensis Attici. Cic. 7. Att. 2. Alexi humaniusquam puerum, nisi forte dum ego absum, adolescentis factus est (id enim agere videbatur) falvere jubeas velim.

Alexis Thurios, [Αλεξις Θύρως] qui prius Sybaris dicebatur, Poëta Comicus ante Menandrum. Reliqui plures fabulas, habuit filium Stephanum, poëtam & ipsum Comicum. Stidas. Meminit Gell. lib. 2. cap. 23. addit. Voissium de Poëtis Græcis cap. 8.

A L G

ALGA, *æ. [φυκὶς θαλάσσης]* Herba que nascitur in aquis marinis. Dicta ab Algore aquæ, vel quod crassitie pedes alliget. Plin. (locum non rep.) Litus non arenofum, sed alga & fluviorum foribus plenum. V. Virg. 7. Æn. 590. Hor. 2. Serm. 5. 8.

Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est. Virg. Ecl. 7. 42. Alga inutilis. Hor. 3. Carm. 17. 10.

Marina. Palladius.

Mollis. Val. Flacc. 1. Argon. 232.

Rubra. Claud. de Magnete. v. 15.

Viridis. Claud. in 1. Ruffin. 387.

ALGENSIS, *e. denom.* ab Alga. Plin. lib. 9. cap. 37. Lutenses & algenses purpure. Quæ in limo & alga enerviuntur.

ALGIĀNS, *a. um.* Idem. Olea algiana. Columel. lib. 5. cap. 8.

ALGOSUS, [φυκὸς] Plin. lib. 32. cap. 9. Purgant & myaces: quotum natura tota in hoc loco dicetur. Acervant muricatum modo, vivuntque in algosis. h. e. In locis alga abundantibus. Aufon. Epit. 7. v. 42. Algofum litus.

ALGEBRA, *æ. f.* Arabica numerorum scientia. V. Casp. Schotti Curs. Mathem. p. 527.

ALGEO, *si. [χρυσός]* ēre. Idem quod Frigere. Videtur tamen esse Frigere vehementius. Algeo, inquit Festus, ex Graeco ἄλγω dicitur, i. e. Dolo: ut sit Frigus. Dolor quidam membrorum rigore conjectus. [Collectus conjectib] Vulcan. forte. Rigori conjunctus]. Cic. 2. Tuse. 34. Itemque Lycurgi leges, laboribus erudiant juventutem, venando, currendo, esuendo, huius, algendo, astuendo.

Huius in Arte Poët. 413. Qui studet optatam cursu contingere metam,

Multa tulit, fecitque puer, sudavit & alit. Juven. 1. Sat. 74.

— Probita laudatur & alget. h. e. Friget virtus: quia pauci eam exercent. Inimo Alger inopia.

Algentes [χρυσόν] pruine. Stat. 3. Theb. 469.

ALGESCO, ēre. Prudentius Apotheos. v. 142.

— rabiem flammarum algefcere cogit.

ALGIDUS, *Adj. [χρυσός, χρυσός]* Idem ac Algens, gelidus. Catul. 58. de Berecynthia & Aty. 14. nivem vocat algidam.

ALIUS, [χρυσός] compar, ab Alius, unde & Aliosus. Cic. 4. Att. 8. Nihil queritur, nihil alius, nihil amarus. Idem 3. Q. frat. 12. Jam apodyteri nihil alius, nihil mucosius.

Alia corpora, Quæ frigus ferre non possunt. Lucret. lib. 5. 1014.

ignis enim curavit, ut alia corpora frigus

Non ita jam possent cœli sub tegmine ferri. V. Giphian. & Interpr. in loc.

ALSIOSUS, *Adj. [χρυσός]* Quod natura est frigescens, & facile a frigore leditur. Plin. lib. 20. cap. 13. Alfiosus crudam dederunt in cibo: Idem lib. 21. cap. 10. Abrotorum & adionum alfiosa admundum sunt. Sie Alfiosum pecus. Varro 2. de R. R. 3.

Quaque Aventinum tenet, Algidumque.

ALGIFICUS, [χρυσόπιτος] Gell. lib. 19. cap. 4. Quod timor sit omnibus algificus, i. e. Frigus inducit, algorem facit.

ALGOR, *ονīs. m. [χρυσός, χρυσός]* ab Algeo, sicut Calora Caleo; Idem quod Frigus five potius Frigus vehementius. Plin. lib. 14. cap. 2. Ἀλτū magis, quam algore vexantur.

Patiensalgoris. Sallust. in Catil. c. 5. Corpus patiens inedia, vigilie, algoris.

ALGUS, *ūs.* Idem quod Algor. Plaut. Rud. 2. 7. 24. Tu vel suda, vel peri algū. Idem, Paupertatem, algum, famem. Lucret. lib. 3. 733. — morbis, algique, fameque. Nomen obfoletum, fine plurali. Nonius 2. 28. legit Algo, sed vel usus est corruptis libris, vel ipse mendosus est, atque apud eum legendum Algo pro Algoro, & loci omnes qui ab eo preferuntur, sic sunt restituendi, ex Prisciano, & Charisio antiquis grammaticis. V. Lambin. in Lucret. & Lex. Parei.

ALGIDUM, [Ἀλγίδην] Italia oppidum, non procul a Tusculo in alto monte situm, ex aëris algore propterea dictum, nunc κοινὴ τῆς πάπα ex veteris siti descriptionis exstimat, syllava proxima adhuc Alii syllva cognominatur. Volaterr. lib. 6. Strabo lib. 5. dicit Algidum esse oppidum post montes Tuscanulos, ad quos descendebat via Latina. Hor. in Carm. Secul. 69.

ALGIDENSIS, *Adj. [Ἀλγίδην]* Plin. lib. 19. cap. 5. Algidense raphani genū a loco, longum, atque translucidum.

ALGIDUS, [Ἀλγίδην] Mons ab Urbe xii. passum millibus distans: ab affido frigore sic dictus. Et ab hoc quoque sylva Algida dicta est, huic monti subiacens. Cic. in Orat. c. 45. Vos qui accolitis Hisstrum fluviunt atque Algidum. Plin. lib. 18. cap. 13. Eutrop. 1. 15.

Algidus ferax. Hor. 4. Carm. 4. 58.

Gelidus. Hor. 1. Carm. 21. 6.

Nivalis. Hor. 3. Carm. 23. 9.

Nam quæ nivali pacit Algidus. V. Lex. Pitif.

ALGOR, *V. ALGO.*

ALGOR, in verbis quibusdam, qui afferuntur in regulis Grammaticis calibus:

Gratulor & Lator, Delector & Algoror, adde Glorior, Expercitor, Contentor quoque, Triflor, Atque Verecundor &c. Paulo post in seq. Regula: Hæc solum casum non Deponentia poscent. H. St.

ALGOSUS, *V. ALGA.*

ALGUS, *V. ALGO.*

A L I

ALIA, ALIAS, ALIBI. V. ALIUS.

ALIARTUM, Bœotia oppidum, a M. Lucretio Prætore expugnatum. Liv. 5. Decad. lib. 2.

ALIBANTES, [ἀλιβάνεται] Mortui dicuntur, πρέπει τῷ μὲν ἔχειν λεῖψα, h. e. Eo quod humido illo naturali destituti sint. Cæl. Antiq. lib. 3. cap. 12.

ALIBILIS, *V. ALO.*

ALICA, *æ. [χρυσός]* Potio: dicta quod corpus alat, ut ait Festus. Pultis genus esse videtur intelligi posse ex Plin. l. 18. c. 11. ubi ejus conficiunt multas rationes commemorat. Alica (inquit) fit zea, quam semen appellavimus: tundit granum ejus in pila linea: ne lapidis duritia conterat. Et paulo post, Alica adulterina fit maxime quidem e zea, quæ in Africa degenerat. Latiore ejus spicæ nigrioresque, & brevi stipula, piniflum cum arena, & sic quoque difficulter deterunt utriculos, pinnula dimidia mensura, polteaque gypfi pars quarta inspargitur: atque ut cohasit, farinario cribro subcurrent. Quæ in eo remansit Exceptitia appellatur, & grandissima est, &c. Idem Plin. pro Frumenti genere posuit lib. 18. cap. 7. ubi frumentorum genera & eorum fatione commemorat. Aliqui (inquit) verna, milium, panicum, lentic, cicer, alicum appellant. Ibid. Tunica frumenti plures. Hordeum maxime humid & alica, sed præcipue avena. V. quoque Ruell. lib. 2. cap. 26. & Palladium in Junio, cap. 12. Item Cels. 2. 18. 20: 3. 6. 7. & 4. 7. & Plin. 2. Epist. 1. 15.

ALICARIÆ Meretrices appellabantur in Campania, folite ante pistrina aliariorum verfar, queftus gratia: sicut haec quæ ante fabula fēdebat, dicebantur Proftibula. Festus.

ALICARII, [χρυσόποδας] Qui alicam conficiunt, venduntve. Lucil. Sat. 15. apud Charis. lib. 1. p. 75.

ALICULA, [χρυσόποδα] dimin. ab Alica. Martial. lib. 12. 83.

Mitebat Umbri aliculum mihi pauper;

Nunc mitti alicam: factus enim dives.

ALICASTRUM, Genus faris est, ea forma ab Alica derivatum, qua Silqua quadrata in Silqua. Columel. lib. 2. cap. 26. Semen trimestre, quod dicitur Alicastrum, idque pondere & boritate præcipuum est.

ALICUBI, ALICUNDE. V. ALIUS.

ALICULA, *æ. five ALICULÆ.* Allicula recensentur ab Ulpiano inter Pueriles vestes, in 34. ff. t. 2. l. 23. §. 2. D. de aur. & arg. ubi tam in vulgatis libris legitur Alicubi. Legendum putat Hotomannus. Allicula, ut manicata tunica intelligentur, quæ pueris decore, grandibus autem minus honeste apud Romanos erant: ut patet ex Gell. lib. 7. cap. 12. Nam ἀλιξίς (ut inquit Hesychius) κατὰ χρυσόποδα est. Id est, Allix, est Tunica chirodata, id est, manicata. Velius Longus. Allicula existimat dictam, quod alas nobis injecta confinat. Petron. cap. 40. f. Fragm. Trag. p. 12. Allicula Subornatus. Vid. Schefferi Not. p. 83. Burn. p. 179. & Turneb. Advers. 18. 23. & 28. 5.

ALIENIFOLIA, ALIENATUS. V. post Alieno in ALIUS.

ALIENIGENA, *æ. com. g.* (vel omni secundum Probum) [ἀλλαφύλαχ] significat

significant Externum, vel Alieni generis, vel Inter alienos genitum. Gell. lib. 2. cap. 24. Neque vino alienigena, sed patro ueros. Hic & in similibus Priscianus sit figurare neutro generi junctum esse. Cic. pro Font. 22. Iniquos aequis, alienigenas domesticas.

Alienigenarum multitudine. Livius l. 39. pag. ima. Jam tum multitudo alienigenarum Urbein onerante. H. St. Est cap. 3. extr.

Alienigenae dii. Cic. pro Cornel. 25.

Hoffes. Cic. 4. in Catil. 10.

ALIENIGENO, *āre*. Legitus in veteri Inscript. apud Fabretum, p. 69.

Cum monumentum vendere aut alienigenae voluerit. pro Alienare.

ALIENIGENUS, *a*, *um*. Adj. [ἀλιεγένης] Column. I. g.c. 16. Ne nos alienigeni pices decipiant. Val. Max. 1. 5. ext. 1. Adiici nostri duo ejusdem generis alienigena exempla non absurde possunt. Hoc in loco ita sentit Priscianus declinandum esse. Probus tamen diceret esse a primo declinatu.

Alienigena iustitia, pro Justitia exterorum. Valer. I. 6. c. 5. de Jutitia.

Ligna alienigena. Lucret. lib. 1. 873. i. e. Ex elemento diversa natura.

Membra Centaurorum. i. e. Humana & equina. Lucret. l. 5. 878.

Mores. Val. Max. 226.

Res. i. e. Alienorum genitorum, sive naturarum diversarum. Lucret.

lib. 1. 866.

Studio. Val. Max. 2. 1. prope fin.

Terra. Lucret. lib. 1. 870.

ALIENO, **ALIENS**. V. ALIUS.

ALIFA, [ἀλίφα] Samnitum urbs Ptolemæo, V. infra. **ALIPHE**.

ALIFER, *αλιέρη*. V. ALIA.

ALIGMON, *οῖς*. Nomen fluvii. Claud. de Bell. Get. 17. 41.

Et fructu rapidum dannant Aligmona Bessi.

ALII, Populi sunt Elenies, vel **ELEI** aliter vocati: quo gestissæ bellum cum Ætolis ex Polybœ cognoscimus. Plaut. Capt. 1. 1. 32. Pater Capitios commercatur Alios. i. e. Eleos mercatur. Eodem modo in prologo,

27. Capit captivos commercari hic Alios. Sic restituunt Turnebus.

ALIMA, [ἀλίμα] Medicamenta dicuntur, quæ famem aut sedant, aut

prohibent obrepere. V. supra in dictione ADIPSA.

ALIMALA, [ἀλιμάλα] Stephano, Locus est in Lycia.

ALIMENTUM, &c. V. ALO.

ALIMODI, V. ALIUS.

ALIMON, n. Aero, herba que gustantes esurire non patitur. Theodorus

ali quando vocat Aleram, Albicum. Dicitur & Alimos. Plin. l. 17. c. 24.

Nec viscum prodest & cytus: nec aero, quod alimon vocant Graeci.

Sed. V. Hard. ad l.

ALIMONTIA Mysteria, apud Arnob. l. 5. p. 176. Quæ sint incertum est, cum & lectio in incerta.

ALIMUS, [ἀλίμος] Frutex est sepimentis idoneus, similis rhamno, sine

spinis, foliis oleæ, sed latioribus. De hoc Dioscor. l. 1. cap. 105. Ubi

Halimus cum aspiratione rectius scribitur. Plin. lib. & cap. 22. & Galen.

lib. 6. Simplic. Medicam.

ALINDA, [ἀλίνδα] Urbs Caria, in qua regnavit Ada filia Hecatomni re-

gis Caria, auxilio Alexandri magni. Strab. lib. 14.

ALINDOIA, [ἀλίνδοια] Civitas Makedonie. Stephanus.

ALIO, &c. id genus, V. ALIUS.

ALIPHANA vel **ALIPANTA**, Emplastrum quæ constant ex medicamentis

non pinguis. Cels. lib. 5. cap. 19. Sane *αλιπάνιον* id significat quod Im-

pinguo: a vero particula est privativa. Antiquiores editiones *Alipanta*

exhibit, Jo. Cœfarius ex conjectura Alipara, Guil. Pantin. ex Actio *ἀλιπάνιον*

reposita, probante Ronfleo. Henr. Steph. *αλιπάνιον*, quanquam in

Theb. Gr. *ἀλιπάνιον* agnoscit.

ALIPES, V. AIA.

ALIPHANI, vel **ALLIFANI**, [ἀλιφανεῖ] ab Aliphe urbe. Plin. lib. 3.

cap. 5. Hinc Aliphana, Pocula grandiora apud Hor. 2. Serm. 8. 39.

Invertunt Aliphaniis vinaria tota. V. Sil. lib. 12. §26. Liv. 22. 13.

Alifanus ager. Cic. 2. de Lege Agr. 65.

Tractus Alifanus. Cic. pro Planc. 22.

ALIPHE, es. [ἀλιφή] Strabo lib. 5. Æfneria & Aliphe, Samnitica sunt

oppida: alterum bello Marsico deletum, alterum superflues adhuc. Sil.

Ital. lib. 8. §36.

Aliffa, & Clanio contempta semper Acerra.

Sic enim scribendum nomen ejus oppidi ex lapidibus antiquis docuit Cel-

lar. G. A. I. 2. c. 9. 110. V. Liv. 8. 25. 9. 38.

ALIPHÆI, Populi Arcadiæ, authore Plin. lib. 4. cap. 6. ab Alipha

oppido, cui nomen dediit Lycaonis filius creditur, ut tradit Hermolaus

in Plin. Cic. 6. Att. 2. Arcadia censetur esse Lepreon quoddam mari-

num. Tene autem, & Aliphera, & Tritia *τρίτια* ei videbantur. Idque

τρίτια *τρίτια* *τρίτια* confirmabat, ubi mentio non fit itorum.

ALIPILUS, V. ALA.

ALIPTERIUM, [ἀλιπτερίον] Locus erat in balneis, in quo loti ungeban-

ter. Cal. lib. 16. cap. 48.

ALIPTES, a. m. [ἀλιπτεῖ] Unctor, qui athletas certatores ungebant, &

& magister ac preceptor athletarum dicebatur. Juven. 3. Sat. 76.

Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. Idem 6. 421.

Cic. 1. Fam. 9. Sed vellere non solum salutis meæ, quemadmodum

medici: sed etiam ut alipte, virium & coloris rationem habere volui-

fent. V. Mercurialis de A. Gymnastica. Et Petr. Fabr. Agonistica. De ali-

iptis inter balnearios servos V. Pignor. Plenius Van Dale Diff. 8. c. 8.

ALIQUA, V. ALIQUIS.

ALIQUAMULTI, **ALIQUANDIU**. V. ALIQUANTUS.

ALIQUANDO, [ἀλικανδόν] Adv. temporis, antep. acut, sicut ex-

terta ex Quando composita, teste Prisciano l. 15. p. 169. b. Ald. & signifi-

catur, In aliquo tempore. Plin. lib. 3. cap. 11. Aliquando Syris vocitata.

Aliquando, pro interdum. Cic. 3. Off. 3. Liceret ei dicere, honestatem

ali quando cum utilitate pugnare.

Aliquando, pro Tandem. Cic. pro Cluent. Collegi me aliquando.

Aliquando tandem, vel Tandem aliquando. Cic. in 2. Catil. pr. Tan-

dem aliquando Quirites, &c. Idem pro Quint. 94. Spes est & hunc

miserum atque infelicem tandem posse confitire.

Aliquando, de tempore præterito. Cic. pro Cluent. 67. Ut etiam bestiæ

fame dominante, plerunque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint,

revertantur.

Nonnunquam & aliquando. Cic. pro Cæcin. 14. Voluntarius amicus

mulieris, &c. magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando

fidelis. I. c. Semel, unquam, ullo tempore. Ceterum Aliquando &

VOL. 1.

Unquam quomodo differant pulcre docet Priscianus l. 17. p. 186. a. Aldin.

Aliquando & sero. Cic. pro Quint. 43. De rationibus & controversiis

societas vult dijudicari. Serò. Verum aliquando tamen. Idem in

Orat. 166. Aliquando, idque sero, &c.

Aliquando fore. Cic. i. de Orat. 95. Non despero fore aliquem aliquando,

qui, &c.

ALIQUANTUS, Adj. [ἀλικανδόν] ex Aliquis & Quantus, Idem pene

quod Mediocris vel Modicus significat. Sallust. Jugurth. cap. 105. Ti-

mor aliquantis, sed spes amplior, quippe victoribus. Quasi dicat, Ali-

quantum quidem timuerat. &c. Idem, Romani signorum & armorum ali-

quanto numero, hottom paucorum potiti sunt.

Aliquanti, æ, a. plur. pro Aliquot: avii inferioris, ut Barthius Advers.

25. 12. obseruator. Eutrop. 4. 11. 6. Aliquanta oppida. Palladius 1. 19.

Aliquanta diebus. Orof. 3. 13. pr. V. Cur. postr. Cellarij p. 201.

ALIQUANTO, [ἀλικανδόν] Adv. quantitatibus, ex ablative Aliquantum fa-

ctum, Idem significat quod Aliquantum: sed comparativis proprijs jun-

gitur. Plin. lib. 21. cap. 6. Folio aliquanto latiore. Cic. 6. Verr. Ali-

quanto amplius quam ferre possent.

Aliquanto ante, Aliquanto post. Cic. 1. Off. 23. Et aliquanto ante con-

stituere quid accidere possit. Idem pro Cæcin. 4. Aliquanto post argen-

taria dissoluta.

ALIQUANTUM, [ἀπικανδόν] Adv. quantitatatis, positivo, aut verbo pro-

prie jungitur. Plaut. Bacchid. Credo timida es aliquantum foror. Cic. 5.

Fam. 13. Aliquantum labefactata atque convulta.

Aliquantum, cum comparativo. Ter. Eun. 1. 2. 51. Ejus frater aliquantum

ad rem est avictor. Liv. 1. Habitum formamque viri aliquantum

amplior, auguistiorumque. In quibusdam exemplaribus habetur

Aliquantum.

Aliquantum cum verbo. Cic. 2. de Fin. Quod quale est, non tam defini-

tione, quæ sum usum, intelligi potest, (quācum aliquantum potest)

quam communis omnium iudicio. Idem ibid. lib. 3. 48. Qui

processit aliquantum ad virtutis adicunt.

Aliquantum cum genitivo, ut Aliquantum nummorum. Cic. pro Client.

126. Aliquantum agri in medio relictum est. Idem 1. Off. Aliquantum spatii.

Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus. Cic. 7. Att. 13.

Aliquantum noctis, i. e. Obseruator. Ovid. in Ibis, 63.

ALIQUANTULUM, dimin. [ἀλικανδόν] Ter. And. 2. 6. 16. Subtristis visus

est esse aliquantulum.

Aliquantulum deflecente. Cic. in Læl. 40. Deflexit enim jam aliquantulum

de spatio curriculoque confectuudo majorum.

Aliquantulum, interdum est nomen: ut, Aliquantulum frumenti, ali-

quantulum fimi. Plin. lib. 17. cap. 8. Et hic etiam potest esse adverbium,

sicut Aliquantum. Cic. pro Quint. 15. Aliquantulum aris alieni.

ALIQUANTULO, Idem. Vopisc. Aurel. cap. 34. Etsi aliquantulo tristior.

ALIQUANTILLUM, [τὸν αλικανδόν] Adv. quantitatis dimin. ab Ali-

quantulum dimin. Plaut. Capt. 1. 3. 34. Foris aliquantillum etiam quod gusto,

id beat.

ALIQUANDIU, [τὸν αλικανδόν] Adv. temporis; Aliquo tempore, non autem

longo admodum: quasi tu dicas, Aliquantum diu. Cic. 1. Acad. Ari-

stum Athenis auditivum aliquandiu. conf. Liv. 3. 70. Caf. 1. Bell. Gall. 40.

ALIQUAMULTI, Rarissimum, pro Aliquot, i. e. Neque multi admou-

dum, neque pauci. Cic. 6. Verr. 6. Sunt vestrum, judices, ali-

quantum illi qui L. Pisonem cognoverunt. Alia exemplaria habent. Sunt

vestrum Judices, quam multi, qui L. Pisonem cognoverunt. Apul. 1.

Met. p. 113.

Apid Suet. in Claud. c. 20. princ. pro Quam multa fortasse legendum est,

Quammulta, aut, Et Quammulta. H. St. unica voce. feil. V. Ca-

faub. ad l.

ALIQUAMULTUM, Adv. Apul. Apol. 1. p. 276. Haec defensio aliquam-

multum a me remota est. Aldus legit Aliquantulum.

ALIQUAMPLURES, Tertull. Apol. cap. 12. Senecæ aliquampluribus

& amarioribus de vestra superflitione perorantibus probatis.

ALIQUANTISP, [τὸν αλικανδόν] Adv. temporis. Ad temporis brevi-

tem refertur, ut alias lib. 2. Plaut. Pseud. 1. 5. 158. Aliquantisp concedere hinc mihi introbvet. Ter. Heaut. 3. 3. 11. Concedas aliquo, ab ore eorum, aliquantisper. Quod barbare dicitur, Pro aliquo tempo- re. Non est plane idem, ac Paulipper, ut plerique exponunt.

ALIQUAPIAM, V. Aliquapiam in ALIQUIS.

ALIQUATENUS, V. ALIQUIS.

ALIQUIS, a, od vel id. [ἀλις, ἡ, ἡ, αλικανδόν] ex Alius & Quis est com-

positum. Donatus, Aliquis vim habet pluralem, quamvis singulariter di-

catur: non enim est aliquis, nisi de multis. Plant. Merc. Aperi te hoc ali-

quis. Ter. Adelph. 4. 4. 24. Aperi te aliquis actuum ostium. Figuræ

sunt orationes, pro Aperiatis aliquis.

Aliquis, f. pro Aliqua legitim apud Lucret. lib. 4. 264.

— herique perinde videmus

Corpo tum plaga in nostris, tanquam aliquæ res

Verberet, &c. Alii Aliqua res legendum putant, aiuntque a ultimam

vocalem esse longam, etiam si fit recti casus. Quidam docti legendum

centent, Tanquam aliqua re, in sexto casu. Verberet autem, nempe

Ventus. Ex Lambino.

Aliquis, incertam personam significat: & est idem quod Quispiam. Unde

quædammodum dicimus, Si aliquis: ita, Si quispiam. Ter. And. 4. 6.

18. Simul arbitror jam esse aliquem amicum & dilectionem ei.

Aliquis de nobis. Cic. 3. de Legib. 7. Puto posse, & quidem aliquem de

tribus nobis. Idem pro Cæcin. 7. Aliquis de familia.

Aliquit de. Cic. 1. Att. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

Aliquis ex. Plin. lib. 13. cap. 3. Aliquis ex privatis arduvius jussisse.

Aliquis cum genit vo. Plin. lib. 13. cap. 4. Ex palmis, gentium aliqui-

bus panis. Cic. 1. 51. expectabam aliquem in morum.

Aliquis certus homo. Cic. 1. de Invent. 7. Demonstratum genus est,

quod tribuunt in aliquis certa persone laudem aut vituperationem.

Aliquis. Cic. pro Ligur. 22. Aliquis se imperatore esse maluisse: at-

que si tamen aliquis, Ligarius non fuit.

Unus aliquis. Cic. 4. Verr. 129. Examinant unum aliquem diem. Idem

2. Off. 41. Nam quum premeretur in initio inchoatio ab iis qui majores

opes habeant, ad unum aliquem configubant virtute præstantem.

Unum aliquem nominare. Cic. pro Client. 185.

Tres aliqui. Cic. 2. de Fin. 62. Tres aliqui aut quatuor.
 Aliquis, veniente subauditum ante relativum Qui, que, quo l. Cic. 2. Off. 7. Primitibatque de filitoribus suis, qui percurerunt arculas muliebres. i. e. Quosdam, five aliquos. Hor. 2. Serm. 1. 1.
 Sunt, quibus in satyra videat nimis acer. *Eis* &c. H. St.
 Aliorum res dicuntur, etiam si non sint communes, sed alia unius, alia alterius. 1. litrus. §. fin. de verb. signif.
 Aliqui, pro aliquo: vel pro Quicunque, sicut pro Quo, dicitur Qui. Plaut. Moft. 1. 3. 18. Te, Scapha, donabo ego hodie aliqui. Aul. prol. v. 24. Aut ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat. & Truc. 5. 7. 30. Hoc vetulum est.
 Aliqui Manutius in Epistola Caelii antique dici ait, pro Aliquis V. nostrum PseudoCiceronem. H. St.
 Aliquo modo. Plaut. Stich. 4. 2. 41.
 Aliquo pacto. Ter. And. 5. 3. 13. Ubi Donatus; Aliquo pacto, Quoquo modo.
 Aliqua ex parte. Cic. 5. de Fin. 38. Idem pro Cluent. 67. Si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere.
 Aliquid, si est ut, Insigne aliquid lucri. Aliquod vero adj. ut, Aliquod dominum. Plaut. Capt. 3. 4. 54. Profecto jam aliquid pugna edidit. Cic. 2. Fam. 5. Grave est enim homini prudente aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet.
 Aliquid loci. Plaut. Rud. 2. 7. 13. Da mihi aliquid loci ubi condormiscam parum, pro Aliquam locum.
 Aliquid fessus, pro Aliquantum fessus. Plin. I. 5. c. 9. adverbialiter.
 Aliquid monstralunt. Ter. And. 1. 5. 15. Ubi Donatus, Duplex contumelia, & MONSTRUM, & ALIQUID: minus enim esset, Aliquid monstrum. Sic, Quid mulieris uxorem habes?
 In aliquo referam gratiam. V. IN.
 Aliquo alium juvare. i. e. In re aliqua. Virg. 10. En. 84.
 Nos aliquid Rutulos contra juvile, nemandum est.
 Et aliquid, pro Non proflus contemnendum est. Ovid. 13. Met. 24.
 Et aliquid, de tot Graiorum milibus unum
 A Diomedē legi. Idem 6. Faft. 27.
 Et aliquid nupissime Jovi, Jovis esse fortem.
 Aliquem, vel Aliquid esse, pro eo quod est Exificatione præditum esse, In aliquo numero haberi. Cic. 1. Ver. 45. Ut tuum aliquid esse videare. Ibid. Et Cæcilius tum denique se aliquid futurum putet. Idem 3. Att. 15. Itaque fac ut me velis esse aliquem: quoniam qui fu, & qui esse potui, jam esse non possum. i. e. Velis esse me non proflus obsecrum & abjectum.

ALIQUILIBET, Cael. Aurel. Chron. 1. 4. 70. Aliqualibet causa.
ALIQUISPIAM, Nomen inventum raram, pro Quispianam, Aliquis. Cic. pro Sext. 29. Atque ille etiam si aliquipiam vi pelleretur. Alia exemplaria habent, Alia quipiam vi expellentur ex hac urbe, facile patetur. Idem 3. Taft. 9. V. etiam Gronov. ad Liv. 41. 7.
ALIQUISQUAM, Idem Liv. 41. 7. Cic. 2. de Divin. 50. V. Gronov. David.
ALIQUA, [πᾶ] Adv. per locum; Per aliquam partem, aut locum. Cic. 3. Ver. 67. Cuperat aliqua evolare e poftet.
 Aliqua evadere. Liv. 6. Bell. Pun. Siqui evadissent aliqua.
 Aliqua, Aliquo pacto, aliquo modo. Ter. Phorm. 4. 1. 19. Vereor ne uxor aliqua hoc rescribat mea. Virg. 3. Ecl. 13.
 Et, si non aliqua nocuiffes, mortuus es. [In omnibus his exemplis subintelligitur Via].

ALIQUATENUS, [πᾶς τοῖς] Adv. quantitatis; Usque ad aliquam partem, five Aliqua ex parte. Usque ad alijs finem. Plin. I. 27. c. 12. Cauilibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus.
 Aliquatenus se confirmavit. Columel. I. 4. c. 3.
 Aliquatenus ludicror. Quintil. I. 10. c. 1.
 Aliquatenus novare rem aliquam. Quintil. I. 3. c. 9.
 Aliquatenus nova. Quintil. ibid.
 Aliquatenus culpa reus est. Caius in l. Ex maleficio. §. ultimo. D. de action. & oblig.
ALIQUO, [πᾶ] Adv. Ad vel In aliquem locum. Ter. Heaut. 3. 3. 11. Aliquo profugiet militatum.
 Aliquo, quoniam significet In aliquem locum: interdum tamen additur ei accusativus cum præpositione In. Ter. Adelph. 3. 3. 32. Credo abductum in ganeum aliquo. pro In aliquod ganeum. Ibid. 5. 2. 11. In angulum aliquo abeam.
 Abigere aliquo. V. ABIGO.
 Abjicere aliquo. V. ABJICERE.

ALIQUOD, V. ALIQUIS.
ALIQUORUM, Versus aliquem locum. Adv. ex Aliquo, & Versus compotum. [Si uspiam legitur, pro Aliquo vorsum positum est, per Synopen.]

ALIQUOVERSUM, Plaut. Caf. 2. 4. 8.
ALIQUOSECUS, Ulpian. I. 1. de Off. Procons. [Ex Thes. Lips. susp.
ALIQUOT, [πᾶς, εἰσι] Nomen numerale, pl. tantum num. indecl. ex Alii & Quo compostum; id significat quod vulgo dicitur, Necio quot. Ter. And. 3. 3. 2. Aliquot me adire. Ubi Donatus, Aliquot, h. e. Nec multi, nec pauci.
 Aliquot anni sunt, quoniam, &c. Cic. 9. Att. 11. Liv. 21. 11. Virg. 1. Ecl. 10. Aliquot fariam, [πᾶς τοῖς] Aliquot locis. Varro 1. de R. R. c. 2. In eo agro aliquot fariam in singula jugera dena culca vini fiunt. Vox inustata.
ALIQUOTIES, five, ut alii scribunt, ALIQUOTIENS, [πᾶσι] Adv. numeri. Cic. 4. Ver. 24. Aliquoties ad focios literas de istius injuriis miserat.
ALIQUOUSQUE, Adv. Usque ad aliquem locum, vel Usque ad aliquod tempus.
ALIS, pro Alius. V. ALIUS.
ALISARNA, [Ἀλισάρνη] Oppidum est Troadis apud Stephanum, a quo fit genitile Alisarneus.

ALISMA, atis. n. [Ἀλισμα] Dioforidi 3. 160. Herba est, quam alii Damafion, aliis Lyon appellant. Plin. I. 25. c. 10. Ruell. I. 3. c. 73. tradit ea a recentioribus Ptolemaem fistulam vocari, quod singulari scapo rudis fistule & longitudinem & effigiem quandam videatur imitari. officina, herbaria, rura, a similitudine & natalibus Plantaginem vocant aquaticam: est enim arnoglossi folio, sed angustiore; amatique situs aquosus.

ALISONTIA, i.e. m. Amnis qui in Mosefiam delabatur: hodie contractius de Elitz, apud Auf. Edyll. 10. v. 371. ut Freher, ad l. legit, *Die Alf*, vel *Alb*, ut statuit Scaliger. Auf. Leet. 1. 2. Sed incerta omnia, judice

Cellario. q. V. Tom. I. p. 218.
ALISTA, Herbam appellat Hetruria: Latium, Paradisi florem: Galli, Dei oculum: Quara nostra, Coccoderas nominant. Ruell. I. 2. c. 135.
ALISTA, [Ἀλίστα] Infulæ, Corsica urbs, in latere Meridionali. Ptolem. Hodie Amata.
ALISTUS, [Ἀλίστος] Ptolemaeo] Oppidum Germaniae, in tractu maritimno Saxonie.
ALITUM, [Ἀλίτος] Ptolemaeo] Oppidum in Septentrionali plaga Germaniae, non procul a Sicambria.
ALITER, V. ALIUS.
ALITURA, V. ALO.
ALIUBI, ALIUNDE. V. post Aliter in ALIUS.
ALIUS, a, ud; gen. alius, dat. alii. [Ἀλίος] Priscianus 6. p. 717. Alius & Alia in gen. inventur. Cicil. I. 5. Nullius aliae rei, nisi amicitia eorum caufa. Gel. I. 4. Erat enim ius senatori, ut sententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet alius rei, & quoad vellet. Hic casus raro admodum legitur. Idem I. 17. c. 5. Neque alius modi iti sunt, quam cuius effe os supra docuimus. V. Priscian. I. 6. f. 66. b. Ald.
 Alia, genit. f. Cic. 2. de Divin. 30. Sed si eadem hora alia pecundis jecur nitidum atque plenum est, aliae horridum & exile, quid est quod declarari possit habitat extorum & colore? Gel. I. 17. c. 9. Inscriptio alia, aliae locum & nomen teneret. ita Plaut. Mil. 3. 1. 204.
 Alii, in dativ. Quintil. I. 9. Non enim necio cui alii prius: nec postea fibi uni, sed omnibus præcipit. V. Alius geminatum. col. seq.
 Alius vocativo caret, & ex eo complicit: ut, Aliquis, Aliquantus.
 Alius, pro Alter, five Secundus. Cic. 6. Ver. 28. Tam te has phaleras a Philarcho Centuripino astulisse dicebant, quam alias item nobiles ab Aripto Panoritano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano.
 Inter Alter & Alius. Alter, de duabus dicitur; Alius, de multis. hoc est, Alter, unus est de duobus; Alius, ex tribus aut pluribus. ut, Anibal in transitu Apennini amicit alterum oculum. Non aliun velim, quam te ipsum, judicem. Navius, Cui capo edendo, oculus alter profluit. Sallust. in Catil. c. 1. Animi imperio, corporis servitio magis utinam. Alterum nobis cum diis, alterum cum bellis commune est. Sed haec dux voces sapientia confunduntur, ut videre est paulo infra.
 Alius Lyssipo, pro A Lyssipo, five Quam Lyssippus: idque poetice. Hor. 2. Epit. 1. 240.
 Edictio vetuit ne quis se præter Appellem
 Pingere, aut aliis Lyssipo duceret aera,
 Fortis Alexandri vultum simulanta. Idem 1. Epit. 16. 20. & Sall.
 Jugurth. cap. 81. Alind Bello mallet. ex Jani Palmeri emendatione quam adfert Spicileg. in Sallust. in Face Crit. Gruteri. Tom. 4. p. 649. (quoniam plerique libri, Quam Bellum, habent) Ac ita Liv. 5. 54. Expertis alia experiri. & Phiedrus 3. 1. 41. Si accusator aliis Sejanu forec. conf. Curt. 5. 4. 9. Agnoftas autem in his locutionibus absorptionem elective particula, illi similem qui in comparativis est locutionibus. Ea nimis vis est ablative ut absorbeat particulas, Quam, Ac, Atque. Frequenter exprimitur præpositio a. Cic. 11. Fam. 2. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud a libertate communii quæstis exitus declarat.
 Aliorum fit iudicium. Cic. 1. Off. 1. Nos autem quantum in utroque preficerimus, aliorum fit iudicium.
 Alius, dictum de duobus, ubi fine conjunctione hoc nomen geminatur. Dubitatur uter excellat, Sallustius an Livius: & alius nomen præponit. Loquendi compendium est, pro eo quod est, Alii præponunt alterum, ali alterum. Nec tamen hic lecas dicere Alius alterum, auctore Valia. Sallustius in Catil. ubi de Cesare & Catone, Genus, artas, eloquentia, pro paria fuere, magnitudo quoque animi & gloria: sed alia ali. i. e. Diverbi utrique, alia Cesari, alia Catoni.
 Alius geminatum cum verbo aut adj. plur. Plaut. Stich. 2. 2. 46. Alius aliun percontamur, cuja est navis? Sallust. in Catil. Alius alio more viventes.
 Aliud equo, aliud bovi. Cic. 5. de Fin. 26. Sed naturas esse diversas, ut aliud equo fit natura, aliud bovi, aliud homini, & tamen in omnibus summa communis.
 Alius aliun. Ter. And. 4. 5. 39. Fallacia alia aliam trudit.
 Alius aliun, pro Alii aliis. Quintil. lib. 1. Praefat tamen ingenio aliis aliun. Sallust. in Catil. Alius aliun hortari.
 Alius aliun cum comparativo. Cic. 7. Att. 2. Venio ad epistolas tuas, quas ego flexentes una tempore accepi aliam aliis jucundiorum. Cic. 7. Fam. 25. Habes Sardos veniales, aliud alio nequiores.
 Aliud aliio. Cic. 1. de Divin. 76. Simia, quam rex Molosorum in deliciis habebat, & fortis ipsa, & cetera que erant ad fortem parta distracti, & alind aliis dissipavit. i. e. Varios in locos disiecit.
 Alius ali modo. Cic. 2. de Divin. 89. Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Grace ζωντες dicitur, talem, ut ejus orbis unaque pars ali alio modo moveat, immutante colum.
 Aliud ali tempore. Cic. 3. Q. frat. 1. 7. Quad multos dies epistolam in manus habui proper comminationem tabellariorum, ideo multa conjecta sunt, aliud ali tempore.
 Alii aliis. Cic. 1. Off. Ut ipsi inter se, aliis aliis prodeſſe possent.
 Alii spieſ repetitum. Aliquis significat in priore, vel in primo loco. Cic. in Latio 6. Divitias ali præponunt: bonam ali valetudinem, ali poteniam, ali honores, multi etiam voluptates.
 Alia Leucon, ali Leuconis afinus portat. subauditur verbum Dicit, ut sit sensus, Alia Leucon dicit. In eos dicetur, quorum oratio dissidentia factis. Ex Zenod. & Diog.
 Aliud stans, aliud fedens. Sallust. in Cic. Aliud stans, aliud fedens de Repub. sensis.
 Alius geminatum, interposita conjunctione Varietatem significat. Liv. 7. Bell. Pun. Alix atque alia religiones. i. e. Multæ religiones, eademque diversæ.
 Alius atque aliis. Cic. in Orat. 72. Eadem res sepe aut probatur, aut reiūciunt, ali atque alio clatis verbo.
 Alio atque alio loco exoritur. Plin. lib. 2. cap. 10.
 Alius, pro Diversus: ut, Aliud est anima, aliud corpus: vel sic, Alias est anima, alia corpus. h. e. Anima & corpus res sunt diversæ inter se. Ter. And. 1. 2. 18. Nunc haec dies aliam vitam affert, alios mores portul. Ubi Donatus Aliam vitam, pro Diversis & contraria.
 Alius, pro Diversus, venute jungitur adverbio Longe, & adverbii in o,

more comparativorum: ut, Alius es multo, quam soles. Sallust. in Catil. Longe alia mihi nōn est. Author Valla lib. 1.

Alius, pro Diversus, sequente r. Cic. pro Cacin. 57. Non enim alia causa est equitatis in uno fero, & in pluribus. Idem 2. Off. 62. Alia causa est ejus qui calamitate premitur, & qui res meliores querit nullis rebus suis adyerit.

Alius & diversus. Cic. 2. de Invent. 12. Quum communiter quādām de omnibus praecipi possint, separatim quoque alia sunt cujusque generis & diversae preceptiones.

Alius geminatum, itidem pro Diversus, & fere in diversis casibus sine conjunctione: ut, Alia omnia delectant. Compendium sermonis est, pro Alia delectant alios: alia item omnia. Sallust. in Catil. Sed in magna copia rerum, aliud aliū naturiter ostendit. Virg. 1. Georg. 276.

Ipsa dies alias alio dedit ordine Luna.

Idem & Aliud, contraria. Cic. in Topic. 8. Comparisonum duo genera sunt: unum de codem & alio: alterum de maiore & minore. Kursus ibid. Huius generi finitimum est illud quod appellari de codem & altero diximus.

Alius ab illo, pro Diversus ab illo, veniente dicitur. Idem in propria significazione, Alius sum ab illo quem putas. i. e. Non is, quem putas. Cic. 11. Fam. 2. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud a libertate communi questisse, exitus declarat.

Alius ac, vel atque, pro aliis quam, eleganter dicitur: & in hoc genere loquendi pro Diversus quoque accipitur. Ter. Phorm. 4. 4. 3. Aliud mihi respondes, ac rogo. Cic. in Orat. 237. Potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud aliās videtur. Idem 1. Fam. 9. Non aliis esse atque nunc sum.

Aliud ex alio, nonnulli exponent per Post: ut fit, Aliud post aliud. Cic. 9. Fam. 9. Me quotidie aliud ex alio impedit, quali dicat, Sine intermissione & requie. Virg. 5. Aen. 494.

— Nos alia ex aliis in fata vocamus. Sic Aliū super alia mox. Rerum canfas alias ex aliis aptas & necessitate nexus videt. Cic. 5. Tusc. 70.

Ut aliud ex alio. Cic. 16. Att. 13. Tamen vide, si forte in Tusculano recte esse possunt, ne id melius sit: (ero libentius: nihil enim ignorabo,) an hoc, quum Antonius venerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin quod Graci ^{ad} hanc, nos officium. Compendium est sermonis, in quo subauditur verbum aliquod praesenti sermoni conveniens. h. l. incidit, vel in mentem venit.

Ex alio in aliud viciillito atque mutatio. Cic. 5. Tusc. 69.

Aliud in alio peccare. Cic. 9. Att. 12. Vidi Pompeium plenum formidinis. Illo ipso die sensi quid ageret. Nunquam mihi posse placuit, nec unquam aliud in alio peccare desisti.

Aliā super alia, significat Plura codem ferme tempore, & quasi acervatum aut fieri aut evenire. Plin. 1. 7. Epist. 8. Aliis super alias epistolis egit mihi gratias. Ubi V. Thomaf.

Aliā super alia audere. Liv. 3. Quæ impie nefarieque per biennium alia super alia es auctus.

Alier dicimus, Alii super alios cederunt, & similia. Liv. 1. ab Urbe, Super aliū aliū, vulneratis tribus Albanis, exspirantes coruerunt.

Ubi tamē de duobus loquitur. Ibidem, Alios super altos trucidare. Alii menes, pro Aliā cœli temperie & constitutione. Nam locis calidis & frigidis non iidem videntur esse menes, sed diversi. Manil. lib. 5.

— totumque voler transe profundum. Clasibus, atque aliis menes, aliquam videre. Phasian.

Alius, partitivum nomen est, & genitivo jungitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Terrestrium aliis denticulatae aperitatis venter.

Alius, relativum est, ut Grammatici loquuntur, substantia. Virg. 2. Eccl. 49.

Tum casia, atque aliis intexens suavibus herbis. Ex quo sequitur, casiam familiariter herbam suavem esse. Sic Sallustius citante ibidem Servio, Leonem atque alias feras. Jug. c. 6.

Inter aliū relativum & Ceteri: sive reliqui. Alii, indefinite significat aliquos eiusdem generis de quo agitur, non autem omnes: Ceteri, fine exceptione omnes alias significat. Ter. Eun. 4. 7. 6. Cedo alios. Ubi Donatus. Non reliquos dixit: sed alios, quasi multi sint. Sallust. in Catil. Omnes homines qui sepe studient præfaretur ceteris animantibus.

Hinc dicimus omnia alia, & cuncta alia pro ceteris. Virg. 1. Aen. 347.

— scelere ante aliis immanioris omnis. Plin. lib. 7. in procedendo, Principium in jure tribuetur homini: cuius causa videtur cuncta alia genuina Natura. Interdum tamen ornatus gratia OMNES cum CETERI conjungitur. Cic. Fam. 1. Ceteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio. Satis erat ceteris: sed durior ac minus plena suffit compitio.

Alius nemo, elegantius dicitur, quam Nemo aliis: licet ordo naturalis exigat ut dicamus, Nemo aliis. Sic, Aliud nihil, aliis quidam, aliis quisquam, aliis nullus.

Quicquam aliud. Cic. 11. Fam. 2. Non ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud a libertate communi questisse, exitus declarat.

Alius quidam. Ter. Adel. 5. 2. 4. Est aliud parvitaliter parvulus. Gell. Alius quidam veterum poëtarum.

Quis aliis, infinite possum pro Aliquis aliis. Cic. 1. Off. 10. Si verum est Q. Fabium Laboneum, seu quem aliū, &c.

Alius quisquam. Plaut. Amph. 1. 1. 244. Nec nobis, præter me, aliis quisquam est servus Sofia. Sic, Nemo quisquam, apud Terentium.

Alius eleganter ap. Plaut. Epid. 2. 2. 28. in distributione. Tum captivorum quid dicunt fecum? e. pueros, virgines, Binos, ternos, aliis quinque.

Alius alter. Cic. 2. de Divin. 146. Quomodo autem distingui possint vera somnia a fallis, quum eadem & aliis alter evadant, & iidem non semper eodem modo?

Longe aliis. V. LONGUS. & supra hac col.

Aliud, sequente particula nisi. Cic. de Senect. 5. Quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi natura repugnare? Idem in Lælio, Amare autem nihil aliud est, nisi cum ipsum diligere, quem ames. In hoc genere nihil refert utrum QUAM sequatur, an NISI: sublatu autem nomine Aliud, non recte per QUAM sic dixeris: licet recte per NISI. Author Valla, lib. 3.

Alia, partim. Sallust. in Orat. Corra Conf. ad pop. Multa mihi pericula domi, milicia, multa adversa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli decorum auxiliis & virtute mea. Dicere poterat, Alia toleravi, alia repuli.

Alias res agere. V. AGO.

Aliis Omnia confere: ire, Discedere, vel Transtire, in alia omnia, modus loquendi ex formulâ tria sicut peritus, qua magistratus Ro. Quibus more majorum senatum habere licuit, cum Senatus consulatu per discessiōnem faciebant, utebantur. Qui hoc censetis, illuc transite, qui alia omnia in hanc partem. His verbis premit, *Ci, quam diuersa sed magistratus*) omnis videlicet causa, ne dicat, qui non censetis. Verba sunt Fetti 1. 15. Negativa enim particula *diuersa* & habita, ob eiusdem rationem & Nona infusca. Fufus de codem more Plin. Jon. 1. 8. Ep. 14. q. V. Cic. Fam. 1. 2. Poltulatum est, ut libili sententia dividatur. Quatenus de religione dicebant, quicque tecum iam oblitus non poterit, Biblio asserunt eliz de tribus legis frequentes ierunt in alia omnia. Ienit. 1. 10. Ep. 12. de Sententia Servilii: Frequens cum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Hirt. 1. 3. de Bell. Gall. c. 53. Sententissimum dictum, discessione faciente Marcello, senatus frequens in alia omnia transit. V. Pitisci Lex. v. ALIA.

Aliis, pro Alius: & Aliud, pro Alied veteres dicebant. Lucret. 1. 263. • Quando aliud ex alio reficit natura. Idem lib. 5. ad fin.

Nanque aliud ex alio clarecerere corde videbant. Sic 3. 984. & alibi frequenter. Carrillus de Coma Berenices, 66. v. 27.

An non bonum oblitis es facinus, quum regium adepta es Conjugium, quod non fortior auctis aliis. Sic enim est legendum. i. e. Audeat alius. Chatif. 1. 2. Veteres non tantum aliis dixerunt etiam aliis, Priscian. lib. 15, cap. de Adverbio, Alii vero affumus dative T E R, penult. corrept. ut, Fortis, fert, fortiter; Utilis, utiliter, utiliter. Paulo polt, Alter, quoque ab eo quod est Aliis, aliis, ali; pro Alius, aliis, ali; secundum tipudicat analogiam protut.

ALIA, Adv. loci, Per locum significans. Domitus in Hec. Ter. **ALIAS**, [ἀλλας] Adv. temporis; Alio tempore. Hoc autem adverbium præter Latinam regulam accentum habet circumflexum in ultima, telle. Priscian. Cic. in Lælio 1. Sed de hoc alia. subaudi. Agemus.

Alias, Alio loco vel modo. Ulp. in 1. palam. D. de ritu nupt. Si quia in taberna, caupona, vel alia pudori suo non parcat. Alias, pro Alter, vel Alioquo. Plin. 1. 8. c. 25. de crocodilo, Unum hoc animal terret vel longe uia caret: unum superiore mobili maxilla imprimitur rorsum: alias terribile, pectinatum ripante scendentem serie. Sic idem lepiflime. Licet Valla fecundo in Poggium dialogo reget. Vir aliis docillimus. Macrob. 5. Saturn. cap. 19.

Alias, pro Alibi. Plin. lib. 24. cap. 14. Idæus rubus appellatus est, quoniam in Ida, non alias nascitur.

Alias, geminatum, pro Interdum geminato. Cic. in Orat. 256. Sed aliis ita loquor: ut concecum est: alias, ut necesse est.

Alias, triplicatum. Plin. lib. 7. cap. 55. Alias immortalitatem animarum, alias transfigurationem, alias tentum inferis dando.

Alias, quadruplicatum. Cic. 1. de Invent. 99. Atque hic item ut in nostra persona licet alias singillatim transire omnes argumentationes, alias ab participatione singula genera referre, alias ab auditore quid defideret querere, alias haec facere per comparisonem suarum & contrariarum argumentationum.

Interdum & Alias. Cic. 3. de Orat. 204. Geminatio verborum habet interdum viri, Iepōrem alias.

Alias aliud. Cic. 2. de Orat. 30. Itaque & illi alias aliud iisdem de rebus & sententiis & iudicant.

Quum sepe alias, tum. Cic. in Brut., 144. Idque quum sepe alias, tum apud Centumviro in M. Curius causa cognitum est.

Sæpe alias & maxime. Cic. 1. de Orat. 38. Quorum pater & sepe alias, & maxime Censor fatui Reipublica fuit.

ALIAS, [ἀλλας, ἀλλα] Adv. In loco significans: i. e. Alio in loco. Virg. 1. Georg. 55.

Hic segetes, illic veniunt felicis uite: Arborci fructus alibi. Plin. 1. 2. c. 1. Præterea visus probacione alibi plaustris, alibi urfi, tauri alibi, alibi litera figura, candidiore medio super verticem circulo. Item 13. 1. & 34. 14.

Alibi, pro In reale. Cic. 4. Acad. 103. Illud sit disputatum, non inesse in his propriis, qua nusquam alibi esset, veri & certi notum. Plaut. Bacch. Atque ego si alibi plus perdiderim, minus ægre habeam.

Alibi de Perfoma. Ter. Hec. 3. 1. 14. Habebam alibi annuum amoris deditum.

Alii quam. Quintil. lib. 11. cap. 1. Pleraque qua natura non sunt reprehendenda, atque ideo interim sunt necessaria, alibi quam nos permisit, turpia habentur. Aliquando Q U A M omittitur. Ulp. 1. 2. f. ignorancia. D. de his qui nos infam. Ignominia missis, neque in urbe, neque alibi, ubi imperator est, morari licet. [Inmo nihil videtur omisum.

ALICUI, [ἄλικος] Adv. significat Aliquo in loco. Cic. 9. Att. 1. Ita ut si falsus sit Pompeius & consisterit alicubi.

Hic alicubi. Cic. pro Flac. 71. Omnino mallem, & magis erat tuum, si jam te crassi agri delectabant, hic alicubi in Crastumino aut in Capenati paraviles.

ALICUNDE, [ἄλικον] Adv. i. e. Ex aliquo loco. Ter. And. 2. 4. 3.

Venit meditatus alicunde, ex solo loco. Idem Adelph. 2. 2. 35. & Phorm. 1. 5. 75.

Alicunde, non semper Locum significat, sed sepe ad Rem aut hominem referunt. Plaut. Perf. 1. 1. 44. Alicunde exora iuratum. i. e. Ab aliquo homine.

Procul alicunde. Cic. 4. Vert. 48. Non quæsivit procul alicunde.

ALIENUS, [ἄλιενς, ἄλιτεν] dicitur Quod est aliorum, i. e. Quod non nostrum non est. Ovid. 1. de Arte Am. 349.

Fertiior feges est alienis semper in agitis.

Alienus cibus. Ter. Eun. 2. 2. 34.

Aliene domi esse. Cic. 1. Tusc.

Alienum forum. Marital. in pref. lib. 12. Videor mihi litigare in alieno foro.

Alienus. Qui non est de nostris domiliciis aut familiaribus. Plaut. Stich. 3. 2. 31. Apud me coenant alieni novem.

Item, Alieni homines, Qui nobis propinquui non sunt, nec ultra cognatione aut affinitate coniuncti. Cic. in Lælio 5. Itaque cives potiores sunt, quam peregrini: & propinquui, quam alieni. [Jungitur Extrario synon. ap. Ter. Phorm. 4. 1. 13. & 16.

Alieno more vivere. Ter. And. 1. 1. 125. Contrar. Suo modo.

Aliena oratio. Plaut. Milit. 3. 1. 51. Et meam partem itidem tacere, quam aliena est oratio. i. e. Quum aliis loquitur.

Orbis. Plin. lib. 12. cap. 1. Sed quis non jure niretur, arborem umbra gratia tantum, ex alieno petitat orbe? i. e. Non nostro, sed peregrino & longinquio.

Res. Cic. in Lælio. & 1. Off. 30.

Alienum, abfolute, pro Re aliena. Sallust. in Catil. 5. Alieni appetens, sui profusus.

Aliena jacis. Quoties res parum ex animi sententia cadit. Translatum ab iis qui ludunt ales, quibus jacientibus interdum ea cadunt quae minime fuit ad victorian accomodata. Proinde siquando fructifrat nos spes, recte dicemur, Aliena jacere. Adagium referunt a Diogeniano. Largin ex alieno. Cic. 3. Fam. 8. Quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim refractorior.

Alienus, pro Alieniano, five eo qui non est nostras. Plin. lib. 7. cap. 1. Tot gentium fermones, tot linguae, tanta loquendi varietas, ut exterius alieno pene sit hominis vice.

Alienus & Coniunctus atque amicus contraria. Cic. 3. Fam. 6. Ut tuum factum alieni hominis, meum vero coniunctissimi & amicissimi esse videatur.

Alienus, pro Alienato. Ter. Hec. 1. 2. 83. Postquam hunc alienum ab se videt. At in Phormione, 3. 3. 12. Quid? ego vobis, Geta, alienus sum? i. e. Vos me alienum putatis, negligitis, ut alienum.

Alienus, Corruptus. Scribonius Largus Comp. 201. Si os sebarum, aut pretre vetutate vitii factum est, expurgat & educit quantum ejus alienum est. V. ALIENO.

Alienum, cum Negatione, q. d. Præter institutum. Cæs. 6. Bell. Gall. 10.

Non alienum effevidetur, de Gallia Germanique moribus, & quo istæ nationes differant inter se, proponere. V. Nep. 1. 6. 1.

Aliena losqui dicuntur, qui vehementer aggreditur aut mente capti delirant, nefficientes quid dicant. Ovid. 3. Trist. 3. 19. ad oxorem,

Quin etiam hic me aliena loquatum,

Ut foret amentis nomen in ore tuum. Eodem sensu

Alienus, Qui aliena loquitur, vel mente captus. Firmic. lib. 3. cap. 6. Si cum Sole Mars & Saturnus fuerint inventi, facient alienos, delitos, cardiacos, aut phreneticos.

Alienum, quod alias dicunt Contrarium, Celsus Siepius Inimicum i. e. Infalubre & noxiun. Celf. lib. 4. cap. ult. Equitare, podagricis quoque alienum est. conf. Sallust. Bell. Catil. cap. 56.

Alienus cibus stomachi. Celf. lib. 4. cap. 5. Sumendi cibi faciles, & stomacho non alieni. [Idem plenius] l. 2. c. 25. de toto genere, cui opponuntur stomacho Aptæ & Idonea.

Alienum, cum genitivo. Cic. 1. de Fin. 11. Quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, &c. Lucret. lib. 6. 68.

Alienaeque pacis corum. Idem 6. 1063. & 3. 832.

Aliena consili domus. Sallust. in Catil. c. 40. Ille eos in dominum D. Bruti perducit, quod fôro propinquâ erat, neque aliena consili propter Sempronianam.

Alienus, cum dativo. Quintil. in procœm. lib. 1. cap. 5. Ego autem quum exigitim nihil arti oratione alienum. Cic. pro Cæcina. 24. Quod illi causa maxime est alienum. V. Tacit. 2. Hist. 74. 2. & Sen. præf. 4. Nat. Quæst.

Alienus, cum ablativo. Alienum amicitia nostra. Cic. 11. Fam. 27. Sum admiratus te, quicquam a me commissum quod esset alienum nostra amicitia, credidisse.

Alienum dignitate. Cic. de Provinc. Conf. 1. Sed alienum sibi videri dignitate imperii. V. mox a Dignitate.

Alienum ingenio suo. Plaut. Capt. 1. 1. 31.

Alienum institutis meis. Cic. 5. Fam. 17. Non putavi esse alienum institutis meis, hac ad te scribere.

Alienum majestate. Cic. 1. de Divin. 83. Neque hoc dii alienum ducunt maiestate sua.

Alienum meis rationibus. Sallust. in Catil. c. 56. Alienum suis rationibus existimans, videri caufam civium cum servis fugitivis communicaſſe.

Alienus sanguine regibus. Liv. 1. 29. 29. Exstitit quidam Mezetus nomen, non alienus sanguine regibus. i. e. Coniunctus sanguine regibus.

Alienus locus, pro Iniquo, Adverfo, Incommodo. Cæs. 1. Bell. Gall. 16.

Alieno animo esse ab aliquo. Cic. pro Deiot. 24.

Alienum animum ab aliquo habere. Cic. in Lælio 8. Ab altero, propter probitatem ejus, non nimis alienos animos habemus. Sic pro Rofc. Amer. 136.

Alienum tempus, Minime aptum, vel opportunum tractandæ aut gerende rei de qua agitur. Cic. 15. Fam. 14. Sin majora, considera ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus.

Alienum fortunæ suæ vultum gerere. i. e. Male convenientem. Sen. de Vita beata.

Alienum a dignitate. Cic. 9. Fam. 14. Est tamen non alienum a dignitate, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, habere aliquem in consilio capiundum. Idem 4. Fam. 7.

A literis. Cic. 4. Verr. 64. Letilius quidam, homo non alienus a literis.

A sapiente. Cic. 4. Acad. 132. Si Polemone peccat Stoicus, rei false assertiens, num quidem nihil esse dicitis a sapiente tam alienum?

A vita aliucius. Ter. Adel. 5. 8. 21. Abfurdum atque alienum a vita mea videatur.

Alienus ab ætate nostra labor. Cic. 16. Att. 3. Movet etiam navigationis labor; alienus non ab ætate solum nostra, verum etiam a dignitate.

Ab amore nostro. Cic. de Petri. Conf. 1.

Alienus in re aliqua. Cic. 1. de Fin. 17. Epicurus in physicis, quibus maxime gloriatur, totus est alienus. i. e. longe aberrat.

Alienior, pro Alienus. Ter. Adel. 1. 2. 30. Alienore ætate post faceret tamen.

Alienor hæres, Qui nella necessitudine coniunctus est ei, cui succedit. Cic. pro Cluent. 162. P. Elīi testamento propinquus exharedatus quum esset, hæres hic alienor infinitus est.

Alienor est a me. Cic. 2. Fam. 16. Sit a me est alienor, nihil tibi meæ literæ proderunt. i. e. animo a me abalienato.

Alienisti homines a Clodio. i. e. Minime & conjuncti & propinqui. Cic. pro Domno sua, 170. Quam legem esse homines alienissimi a P. Clodio judicarent, Piso & Cabinius: cam nullam esse frater P. Clodii judicavit.

Alienissimum Reipub. tempus. Cic. de Clar. Orat. 2. Augebat etiam molefista, quod magna sapientum ciuium, bonorumque penuria, vir egregius coniunctissimusque mecum consiliorum omnium societate, alie-nissimo Reip. tempore extinctus, & authoritatis & sapientiae sua triste nobis desiderium reliquerat.

Alienissimus rustica vita, pro eo quod est, A vita rustica. Columel. 1. 3. cap. 21.

ALIENITAS, atis. f. Alienatio, Alienæ rerum constitutio. ut, Alienitatem obtrauo. Cel. Aurel. Tard. 5. 4. Idem de excrementis, Acut. 3. 3. Manens alienias gravat, &c. Idem Acut. 2. 39. Ad mentis alienitatem detrahendam.

ALIENO, [ἀλιενία] ēre. Alienum facere: verbum ex nomine Alienus. Plin. lib. 20. cap. 18. Sacopenum quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. h. e. Propter transmarinum fit alienum, & ab usu removetur. Immo longe discrepat a transmarino, ut Hard. exp. Vendere & alienare. Cic. 6. Verr. 134. Preti parvo ea que acceptifera majoribus, vendidisse atque alienasse. Rem quampli alteri. Ulp. in l. Item de alienat. judic. mut. cauf. fact. Item si res fuerint uscapatae ab eo, cui alienata sunt.

In perpetuum alienare: i. e. Ita ad alium transferre, ut nunquam ad nos redeat. Cic. de Lege Agr. 54. Venire vestras res proprias, & in perpetuum a vobis alienari. In his idem significare videtur quod Abalienare. Alienare vectigalia. Cic. de Lege Agr. 33. Permittrit infinita potestas innumerabilis pecunia conficiende de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis.

Alienari mente. V. ALIENATIO & ALIENATUS. Plin. l. 28. c. 8.

Aliquem tentientis dicendis. Cic. 7. Att. Est tentientias dicendo aliquem a favore avertire.

Quempiam a fe, est Ab amicitia nostra, vel consuetudine disjungere, separare, & removere. Cic. 1. Att. Mirum in modum omnes a fe bonos alienavit.

Ab aliquo voluntatem. Cic. 7. Bell. Gall. 10. Cic. 3. Fam. 6. Conabantur alienare a te voluntatem meam.

Alienare sibi animum aliquicu. Patrc. lib. 2. cap. 112. extr. Agrippa mira pravitate animi atque ingenii in precipitia conversus, patris atque ejusdem avi fui animum alienavit sibi.

Alienare & Reconciliare, contraria. Cic. de Provinc. Conf. 21. Nonne uno tempore cum fuis inimicissimus in gratiam redit, quibus cum omnibus eadem Republica reconciliavit quae alienarunt?

Alienare & immutare. Cic. 5. Fam. 8. Sed quadam pestes hominum laude aliena dolent, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutauit tibi.

Plane alienari a Senatu. Cic. 1. Att. Summum erat periculum, ne si nihil impetrasset, plane alienarentur a Senatu.

Ab interitu, hisque rebus quae interitum videantur afferre. Cic. 3. de Fin. 16. i. e. averfari, defugere interitum &c.

Alienari, pro Corrumpli, quod vulgo dicitur Alterari. Celf. lib. 7. cap. 16. Si vero adhuc ea fui coloris sunt, cum magna festinatione succurrentum est. Momento enim alienantur, externo & infuso spiritu circundata. Loquitur de intestinorum vulnerantur curationibus. [Gangræna vitiatas & corruptas partes hoc verbo denotare confuevit.

ALIENATUS, Partic. [ἀλιενάτως] Qui alienus est factus. Fefus. Plaut. Merc. 3. 4. 26. Alienata est abs te mulier. Cic. in Lælio, cap. 21. Propter diffensionem autem que erat in Repub. alienatus est a collega nostro Metello.

Alienatus ad libidinem animus. h. e. A virtute ad libidinem abductus. Liv. 3. 48.

Alienatus mihi est usus redditum. h. e. Mihi ablatus. Plaut. Merc.

Alienatus mente. Plin. lib. 28. cap. 8. Sensu animus. i. e. Sic immutatus, sic dimotus ac dejectus a ratione, ut nihil rectum sentias. Liv. 2. 12.

Sensibus. Liv. 5. Bell. Pnn. 39.

ALIENATIO, onis. f. Cic. in Orat. 144. An quibus verbis facrorum alienatio fiat, docere honestum est: quibus ipsa facra retineri, defendique possint, non honestum est? His politum est pro Abalienatione & venditione: in qua significazione frequens est haec vox apud Jurisconsultos. Dicitur & Alienatio in alia significazione, quasi Separatio atque disjunctione cuiuspiam ab alio: h. e. Quam ab alio quis alienat animum, studium, amorem, aut voluntatem. Cic. 2. Bell. Civil. 31. Castrorum autem mutatio quid habet, nisi turpi fugam, & desperationem omnium, alienationem exercitus? Cic. in Lælio, 78. Ut non statim alienatio disjunctione facienda sit.

Alienatio ab aliquo ad alium. Cic. 1. Philipp. 1. Tuamque a me alienationem ad cives impios tibi glotis esse putavisti.

Alienatio mentis, est Tanta commissio perturbatio rationis, ut homo non sit compus sibi. Plin. lib. 21. cap. 21. Celf. lib. 4. cap. 2.

Alienatio, pro Mentalis alienatione. Firmic. lib. 4. cap. 1. Luna aliis facit caducos, aliis alienationis decernit incommoda, aliis plerunque decernit infanias.

De sensibus variis a Alienationis inter. Jctos V. Lex. Pitific. in voce

ALIENATOR, oris. m. Imp. Cod. 1. t. 5. l. 10. Orthodoxæ fidei venditor, vel quocumque modo alienator.

ALIOMODI, pro Aliomodi, apud Fefum.

ALIO, [ἄλλος] Adv. loci. Ad alium locum significans. Plaut. Mil. Alio misfus sum. Ter. Eun. 2. 2. 49.

Alio conferre animus. i. e. Ad aliam rem se convertere. Ter. Heaut. 2.

4. 10. conf. eund. 2. 2. 49.

Alio responsionem suam derivavit. Cic. 3. Verr. 139. h. e. Aliud respondit quam quod interrogabatur.

Alio servare aliquid. Cic. 2. de Fin. 27. Appellat haec desideria naturæ, cupiditatis nomen servet alio. i. e. Ad aliud.

Alio transferre sermonem: i. e. Ad aliud (ut dicunt) materiam. Cic. 1. de Orat. 133. Sed (si placet) sermonem alio transferamus.

Alio vocat vestra expectatio. Cic. pro Cluent. 63. Vocat me alio jam-dudum tacita vestra expectatio. h. e. Ad aliud tractandum dicendumque. Quo alio. Cic. 9. Att. 20. Ex illius sermonem statuum, Arpinum mihi cundum sit, an quo alio. i. e. In aliquem alium locum.

ALNÆUS, Adj. ab Alnus; Quod fit ex Alno. Vitruv. 3. 3. Locus palis alieni configuratur.

ALNÆTUM, [ἀλνετόν] ut, Quercetum, Dumetum, Esculetum; Localis confitutus. Gu. Brito. 8. 303.

Dificiles ubi densa via alncta tenebant.

A L O

ALO, ui, itum & altum, [Ἄλφω] ēre, est Rebus ad victum cultumque necessariis sustentare: quod vulgus dicit, Interventre: ut, Alere familiam. Cic. Parag. 8. Multi exte audierunt quum dices, Neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset fuis fructibus.

Copias militum alere. Cic. pro Deiot. 22.

Inter Alere & Educare. Nonius, Alere & Educare hoc distant: Alere est viu temporali vitam sustentare. Educare autem ad satieratem perpetuanum educere. Accius in Andromeda, Alui, educavi: id facite, gratum tu si seni.

Inter Alere & Pascere. Idem Nonius alio loco, Pascere & Alere hoc distant, authoritate Varrionis [παραπομπάνω], ut sit Alere sufficiendi generis curam habere: Pascere, natos cibo saginare. Ter. And. 1. 1. 29. Aut equos alere.

Alere & Nutrire, pro codem. Nutrir est parvolorum ut crescant (unde nutritrices dicuntur, nutritrique qui curam infantum habent, habuerunt ve) & adulorum, ut vivant. Ali quoque in eodem significato. Unde lex illa xii tabularum, Liberi parentes alant, aut vinciantur. At in rebus incorporeis frequenter ut crescant. Quintil. in præf. lib. 1. Sed alere facundiam, vires augere eloquentiae possit. Perinde est ac si dixisset, Augere facundiam, augere vires eloquentiae possit. Virg. 5. Æn. 231.

Hos successus alit. i. e. quasi Horum animos successus augescere facit. Hæc Valla lib. 5. cap. 46.

Alere quenquam de bonis alterius. Paulus in l. Nefennius. D. de negot. getis. E contrario dicebatur: hoc recte dici, cum de suo aliis mater probaretur, at in proposito aviam, quæ negotia administrasset, verisimile esse, de re ipsius nepotis cum aliis.

Alit binos fratres ubere. Virg. 3. Ecl. 30.

Alut rhombos aquora. Hor. 2. Serm. 2. 48.

Aluere victum mortaliū glandiferis arboreos. Plin. in procem. lib. 16.

Alunt aperitae aquarum arboreos. Plin. l. 12. c. 9. i. e. aqua falsa.

Tellus alit laxat. Lucret. lib. 2. 1155.

Nec mare, nec fluctus plangentes faxa crearunt,

Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit ex se.

Alere aliquid & majus facere. Cic. 2. de Invent. 162. Confuetudine jus est, quod aut leviter a natura tractum, aut & majus fecit usus, &c. Alere & sustentare. Cic. 2. de Nat. Dcor. 301. Spiritus ductus alit & sustentat animantes.

Ali & augescere. Cic. in Læl. 104. Sed nec illa extincta sunt, alunturque potius & augentur cogitatione & memoria. Cic. 3. in Catil. 26. Memoria vestra res nostra alentur, sermonibus crescent.

Ali & augeſcere. Cic. 2. de Nat. Dcor. 51. Multaque a luna manant & fluant, quibus & animantes alantur, augeſcantque & pubescant, matutinæque aſſequantur quæ oriuntur e terra.

Ali & crescere. Cic. 2. de Nat. Dcor. 23. Sic enim res se habet, ut omnia quæ alantur, & qua crescunt, contineant in se vim caloris, fine qua neque ali possent nec crescere.

Ali & sustineri. Cic. 5. Ver. 11. Re frumentaria ex Sicilia alinur ac sustinemur.

Ali, apud Lucretium non est Nutriri plerunque, sed Altum, & adultum evadere. Itaque crescent apud eum res, deinde aluntur. Nec vero praeposteria ordinis perturbatione videre potest id dicere, cum perspicue in ea notio quam dixi verbum illud ab eo usurpetur: ut, l. 2. 1129.

Donec aſſcendit summum tetigere cacumen. V. ALESCO. Iterum lib. 2. 546.

— neque quod superest progrescere aliisque. Rursum lib. 1. 192.

Quaque sua de materia grandescere, aliisque. Monuit Turneb. Ali ab. Lucret. lib. 1. 812. — atque alinur nos

Certis ab rebus.

Viduitate & solitudine alicujus ali. Cic. pro Cæcin. 13. Æbutius iste, qui jam diu Cesenniæ viduitate ac solitudine aleretur, &c. Cibus alit. Lucret. lib. 1. 839.

Dudit in venas cibus omnes, auget, alitque

Corporis extremas quoque partes, unguiculosque.

Agellus quum eum non satius aleret, ludimagister fuit. Cic. 1. de Nat. Dcor. 75.

Ali viuit. Lucret. lib. 4. 634.

Pax alit vites. Tibul. lib. 1. 11. 47.

Uſus alit aliquid. V. Alere & majus facere.

Alere se conſumptione & ferio fui. Cic. de Univers. 16.

Amor alitur divitis. Ovid. de Rem. Amor. 746.

Audaciām alere. Cic. 2. de Invent. 4. Dicendi aſſiduitas aluit audaciām.

Bellum. idem quod Bellum fovere. Liv. 31. 15. extr.

Capillum. Plin. lib. 24. cap. 15. Infantibus illiti capillum alunt.

Cogitatione ali. V. Ali & augeri.

Confutudo alitur. Cic. 14. Att.

Controversiam alere. Caf. 7. Bell. Gall. 32.

Copiam verborum alere. Cic. in Orat. 27.

Culpam. Proper. lib. 4. 4. 70.

Flammus. Ovid. 10. Met. 173.

Euroſ effrenatus alitur impunitate diurna. Cic. pro Sext. 82.

Gloriam alere. Cic. in Bruto 32. Ifocrates forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo est postea consequetus.

Ira leones alit. Stat. 12. Theb. 740.

Memoria ali. V. Ali & augeri.

Mens hominis alitur difendit. Cic. 1. Off. 105.

Monstrum alere. Proverbium ubi quid occulti vitii latere significamus.

Ter. And. 1. 5. 15. Aliquid monstri alunt.

Situm alere. Ovid. 3. de Ponto, 1. 18.

Spem alere. Cic. 1. in Catil. 80.

Spe ali. Ovid. in Ibis, 128.

Stataram. Vires alere. Caf. 6. Bell. Gall. 21. de Germanorum moribus, Qui diutissime impuberis permanerant, maximam inter fuos ferunt laudem.

Hoc alit stataram, ali hoc vires, nervosque confirmari putant.

Vitium alitur. Virg. 3. Georg. 454.

— alitur vitium, vivitque tegendo.

Vulnus alere. Virg. 4. Æn. 2.

At regina gravi jandundum fauca cura,

Vulnus alit venis: & caco carpitur igni.

Ali formidine mortis vulnera vite, i. e. vita. Lucret. lib. 3. 64.

Vitan alicujus alit posteritas. Cic. pro Marcell. 29. Illa vita est tua, Cæsar.

qui virgebis memoria ſeculorum omnium, quam posteritas alet.

Alere mollius more nutricum. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Plenius alit viva vox. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Pluribus inſinuo fatidio alitur stomachus. Quintil. lib. 2. cap. 12.

ALTUS, & ALITUS, [ἀλτός] Plin. Ovillo lacte altus. Cic. pro Planc. 81. Cui non locus ille mutus, ubi ipſe altus aut doctus est, &c. Natus & altus. Cic. in Bruto 50. Videſne igitur ut in ea ipsa urbe in qua & nata & alta sit eloquentia, quam ea fero prodierit in lucem?

Altus & renovatus. Cic. 2. de Nat. Dcor. 118. Stelle vaporibus aquarum aluntur his, quia ſole ex agris propeſatis & ex aquis excitantur: quibus altæ renovaſeque ſtelle aſſequuntur, aether redundant eadem, & rurſum trahunt indidem. Sed contractum hoc est ex Altus quo uſus eſt Liv. 30. 28. Altio atque educato inter arma. Val. Max. 7. 2. 7. Et Curt. 8. 10. 8. Similiter in opimis Cic. codicibus.

ALENDOUS, [ἀλένδος] Ovid. 2. de Arte Am. 152.

Dulcibus est verbis mollis alendus amor.

ALTELLUS, i. m. dimin. Felt. an Paulus? Altellus Romulus dicebatur, quia Altus in tellure, vel quod tellure ſtiam aleret, five quod aleretur telis: vel quod a Tatio Sabinorum rege poſtulatus fit in colloquio paſis & alernis vicibus audierit, locutusque fuerit. Sicut enim fit diminutio a Macro Maccellus a Vafro Vafellus, ita ab Alterno Altellus. Ubi Scalig. & Dacer. V. ſic fane ab Ager Agellus, a Sacrum facellum, a Culter Culfellus, a Lucrum Lucellum, Pulcher Pulchellus, aliaque ſimiliter ſormantur a ſimilibus, ab Altero rogit potius, quam ab Alterno deducendum fuit, ut pro Gemello dictum videatur. Sed mallem Graſmaticus veteris alicujus auctoris locum protulisset, unde de nomine ita Romulo ſatis conſtat, quam ut tam anxiæ in etymon inquiretur.

ALTUS, ū. ni. Nutractio. Macrob. 1. Saturn. 2. Rerum naturæ altu nutritur universitas.

ALIYTUS, ū. ni. Donat. in Vita Virgilii; Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat.

ALTILIS, e. [ἀλτίς] ex ſupino Altum, ab Alo. Sunt autem Altilia, Ani-

mancia que inclufa alentur: live aves in corte aut avario, live quadrupedes

des in roborio , five pisces in vivario . Valla lib. r. Altilis avis , altillis quadrupes , altillis pisces , qui fagina altus five altus est , atque faginatus . Plin. l. 10. c. 50. Prater unam gallinam quae non effet altillis .

Aper altillis . Juven. 5. Sat. 115.

Cochleas altiles , apud Plin. lib. 9. cap. 50.

Altilia , pl. n. Satur altiflum . Hor. 1. Epist. 7. 35.

Altilis , active , pro Alilibi Macrobi , 7. Saturn. c. 4. In venis & arteriis , quae sunt receptacula sanguinis & spiritus , tertia fit digestio . Nam acceptum sanguinem quodcummodo defecant : & quod in eo aquosum est , venae in velicam refundunt : liquidum vero purpure & altilem sanguinem lingulis totius corporis membris ministrant .

Altile , non solum Pingue ab aendo : verum etiam Opulentum . Plaut. Ciliell. p. 572. ed. Gronov. in fragm. Prohibet divitias maximi dote altili atque opima . Nonius .

ALITILIARIUS . i. m. Qui altilia curat . Glosf. Lat. Gr. Altillarius ἀγνοεῖσθαι .

ALTOR , oris. m. [ἄλτος , ἄλτη] Qui alit . Cic. 2. de Nat. Deor. 86. Omnium autem rerum quae natura administrantur , feminator & fator & parens , ut ita dicam , atque educator , & auctor est mundus . Sen. Herc. fur. v. 1247.

— five me altorem vocas , Seu tu parentem . Laclant. 1. 21.

Ovid. 11. Met. 101. Gaudens altore receptio .

ALTRIX , icis. [ἄλτριξ , ἄλτριξ] Que alit . Plin. lib. 10. cap. 64. Altricem que habent per se vitam illam quae fatis , arboribusque contingat .

Altrix terra . Cic. pro Flacco 62. Et eorum eadem terra parens , altrix patria dicatur .

Altrix Apulia . Hor. 3. Carm. 4. 10.

Altrix bellorum Numidia . Sil. lib. 1. 218.

Romani nominis altrix . i. e. Lupa , quae Romulum & Remum laete aluit . Cic. 1. de Divin. 20.

Altrix nix . Valer. 6. Argon. 325. conf. Plin. Paneg. cap. 28. Ovid. 11.

Met. 683. & Apul. de Mundo cap. 57.

ALIBILIS , c. [ἄλιβης] Quod facultatem habet alendi . Varro 2. de R. R. cap. 11. Elt enim lac omnium rerum quae cibi causa capimus liquentium , maxime albile . Kurfum ibidem paulo post , Caleum quam molles sunt , magis alibiles , in corpore non residens , veteres & aridi , contra . Compar . Idem . 3. 9. Pulli alibiliores .

ALUMNUS , i. m. [ἄλυμνος] & **ALUMNA** , a. f. dicitur sicut Filius & Flia . Est autem Alumnus , Qui ab aliquo altius est , & est nomen ad aliquid dictum . Refertur enim proprie ad nutrictum , nutricione : ut , Alumnus meus , quem educavi . Cic. 4. Ver. 66. de suppliciis , Iuliam autem alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio fixum videtur . Varro . Et ecce de improviso ad nos accedit cana veritas , Atticae philosophiae alumna . V. Nonium 4. 25. Serv. ad Virg. 4. Aen. 72. Caper. de Orthograph. Isidor. 10. in Apr.

Arefites ille alumnus evertet domum . Senec. in Agamem. 7. de Egisto nutritio in agri .

Dulcis alumnus . Hor. 1. Epist. 4. 8.

Indecores . Stat. Theb.

Juvenis . Ovid. 11. Met. 99.

Parvus . Hor. 3. Carm. 18. 4.

Artis alumnus . Stat. 6. Theb. 178.

Pacis . Cic. 7. Philipp. 8. Ego itaque pacis (ut ita dicam) alumnus .

Pietatis . Ovid. 14. Met. 443.

Ruris . Ovid. 3. Amor. 15. 3.

Nemorum . Stat. 10. Theb. 362.

Alumnus disciplina mea . Cic. 9. Fam. 14.

Alumna bene constitute civitatis eloquentia . Cic. de Clar. Orat. 45. Pacis est comes , otium focialia , & jam bene constituta civitatis quasi alumna quedam , eloquentia .

Alumnus ponitur interdum & active , pro Eo qui alit . Plin. l. 3. c. 5. Terre omniis terrarum alumna , eadem & parens , numine deum electa . De Italia loquitur . Licet tamen hic passim capere . Provincie enim Africa praesertim & Egyptus alebant Italiam . Sed active (si dis placet) Curt. 9. 2. 28. Alumnum commilitonemque velutrum . Sic Stat. i. Silv. 3. 6.

— Nemee frondentis alumnus . Flor. 3. 21. 12. Client & alumna Urbis Ostia , qua sit Romanus commenatus ex aliis regionibus eo convexit . conf. eund. 1. 4. 3. Virg. 11. Aen. 33.

— Caro datum ibat alumnus , i. e. dominus , auct . Nonius . conf. Taubm. ad loc . Valla Eleg. 1. c. 1. [Cuius procubilus sentientia prior est , semper id nomen Passive sumi , ut vel ex hie adductis locis lique puto ; quanquam video Nomini sentientia etiam in Lipsiensi Theatru calculum adiectum ubi pereram Servius ad Virg. 4. Aen. 72. pro Taubmanno adseritur . Verum prolixius haec adhuc alterius loci est .

ALUMNARI , [ἄλυμναρις] Alcre & Nutrie significat . Apul. 1. 8. de Asino , p. 209. Quos ad tutela præsidia curiose fuerant alumnatus . Hinc Alumnatus . Educatus . Pueræ in penetralibus virginis alumnatae . Mart. Capell. 1. 9. p. 302. Sed utrumque non satis receptum Latinis .

ALIMENTUM , [τροφή , διατροφή] Nutrimentum . Cic. de Univers. 16. Nec vero desiderabat mundus alimenta corporis .

Alimenta & Cibaria differunt . Nam illorum nomen ea omnia continentur , sine quibus ali corpus non potest : horum vero tantum quae ad cibum pertinent . Itaque Jabolenos Alimentorum legato & cibaria , & vestitum , & habitacionem contineri tradit . I. 6. D. de alim. & cibar . Ulp. autem Cibariorum legato ea contineri negat . I. 21. D. eod . ex Hotomanno .

Largum alimentum . Plin. l. 11. c. 14. Hoc quidem attingi vetant : ut largo alimento validia exeat soboles .

Liberalius alimentum . Cels. l. 8. c. 10. Liberalius alimentum , longa a vino abstinenteria .

Alimenta mitia . Ovid. 2. Met. 288.

Alimenta perpetua . V. PERPETUUS .

Alimenta flamme vel ignis . Ovid. 15. Met. 532. Plin. l. 14. c. 20. Fæxi vini fiscata recipit ignes , ac fine alimento flagrat per se .

Alimenta ignis arida . Sil. Ital. lib. 17.

Alimenta lactis dare puer . Ovid. 3. Met. 315.

Alimenta nibium . Ovid. 1. Met. 271.

Vitiorum . Ovid. 2. Met. 769.

Alimentum virtutis honos . Val. Max. 2. 6. 5.

Alimenta arcu expedire , Victum sibi arcu & sagittis querere . Tacit. 6. Ann. 43. Artabanus in Hyrcanis reportus est , illuvic oblitus , & alimenta arcu expediens .

Alimenta reponere in hyemem . Quintil. lib. 2. cap. 16.

Subministrare . Cels. lib. 8. cap. 1. Interque ea venie discurrent , quae his alimentum subministrare credibile est .

ALIMENTARIUS , Adj. Quid ad alimentum pertinet : ut Lex alimentaria , quae providebat ut filii alerent parentes ad inopiam redactos . Cic. 8. Fam. 6. [Immo V. Manut. ad loc .

Alimentaria causa . Ulpijan. in l. Quom hi. §. si eidem . D. de transact .

Alimentaria ratio . Martian. in l. 4. D. Ad leg. Julian pecular .

Alimentarius , Cui alimenta legata sunt : sepe legitur in jure civili , V. Leg. 8. §. 9. & 24. D. de Transact .

Alimentarii pueri , funi Qui publice aluntur . Jul. Capitol. in Antonino Pio , cap. 8. Puellas (inquit) alimentarias in Faustina honorem Faustianas constituit . Gruter. Inscript. MXXII. 6. PVERI ET PVELLAE ALIMENTARI .

ALIMONIA , a. [ἀλιμονία] Victus necessarius . Utitur frequenter Macrobi . Saturn. c. 4. & 5. Plaut. Pers. 1. 2. 1. Quæstus alimonie . Cell. 17. 15. Naturalis alimonie fundamentum . addit Suec. Calig. c. 42. Prudent. Cathe. 19. 19. Plur. numero usitata Apul. 2. Met. a pr. Non modo fæguinis verum etiam alimoniarum scoria .

ALIMONIUM , i. n. Nutrimentum . Varro 1. de R. R. c. 8. Ubi enim natura humida , ibi altius vitis tollenda , quod in partu & alimonio vivum , non ut in calice , quarit aquam , fed sole . Idem l. 3. c. 16.

Hæc omnia vocant a mellis alimonio , alvos .

ALITURA , [ἀλιτύρια] Nutrictio . Gell. lib. 12. cap. 1. Non partionem solam , fed alituras quoque feram , & sevam criminatus est .

ALOE , es. f. [ἀλόη] Herba est amarissimi succi . Unde per metapohoram dixit Juvenalis , 6. Sat. 180. Plus aloës quam mellis habet . h. e. Plus amaritudinis quam dulcedinis . De hac herba si habet Plin. lib. 27. cap. 4. Aloë folia similitudinem habet , major & pinguiseribus foliis ex obliquo striata . Caulis ejus tener est , rubens medius , non dissimilis antherico : radice una , cœpalo in terram demissa , gravi odore , gustu amara , laudatissima ex India affertur : fed nascitur in Afria , &c.

ALOEUS , per aliphontum [άλοεύς] fuit Gigas Titanis & Terra filius , cuius uxor Iphimedea & Neptuno compresa , Otum & Ephialtem peperit , gigantes maximos , qui novem digitis per lingulos menes crecebant . Hic Aloidae dieti sunt : quorum meminit Virg. 6. Aen. 582.

Hic & Aloidae geminos immania vidi
Corpora , qui manibus magnum rescindere coelum
Aggrepsi : superisque Jovem detrudere regnus .

Aloeus impius . Lucan. lib. 6. 410.
Impius hanc prolem superius immisit Aloeus . V. Apollod. l. 1.

Hygin. F. 28. Serv. ad loc . Virg.

ALOGIA , [ἀλογία] Latine Irrationalitas (ut ita dicam) interpretari potest , cum scilicet vera ratio non subjungitur . Senec. de morte Claudi . Citius mihi verum dico , ne tibi alogia excutiam . Ubi Interp. V. Aug. ad Cusulan. Epist. 86. Alogian immodicum conviviorum luxum appellat . Dicitur etiam Alogia , [vel potius ἀλογος] V. H. St. Thef. Gr. 1 cum principiis liberalitate , gratia , neccesfia reddendarum rationum cupiam remittuntur . Hinc

ALOGII Crimen , Cum rationem quispiam reddere neglexerit eorum quæ in magistratu gerferit . Caelius lib. 8. cap. 3.

ALOGISTIA , [ἀλογίστια] Est (ut docet Caelius lib. 7. cap. 6.) cum Redendarum rationum neccesfia remittuntur , quæ & Alogia dicitur .

ALOGISTA , [ἀλογίστια] Rationibus reddendis liber & solutus . Ut Alogista tutores dicuntur qui administrationis sua rationes non redditunt , in l. 5. §. 5. D. de admin. tut. Ita enim in vulgaris exemplaribus legitur : Quidam decedens suis filiis dederat tutores , & addecerat , Eosque Alogistas esse volo . In exemplaribus autem Florentinis legitur , Eosque Aneologistos esse volo .

ALOGUS , Irrationalis . Alter Lineæ aloga , Spatia aloga , Pedes alogi , ap. Mart. Capell. lib. 6. p. 232. & lib. 9. p. 321. & 329.

ALOGIANI , [ἀλογίστων] Hæretici fuerunt , hec vocati tanquam sine Verbo , propterea quod ἐπὶ τῷ ἀλογῷ , h. e. Dei filio , qui patris Verbum appellatur , divinitatem non agnoscerent , Joannis Evangelium respuentes . Cael. lib. 16. cap. 17.

ALOIDEA , V. Iup. ALOEUS .

ALOITE , [ἀλοίτη] Herba est vim habens soporificam , quæ alio nomine Mandragora dicitur . Calep.

ALONE , Insula inter Lebedum & Teon repente enata . Plin. lib. 2. cap. 87.

Est & Alone , Oppidum Hispanie ad finum Illicitanum , ut apud Melam legitur , qui vulgo Gofo d' Alcante .

ALONESUS , V. HALONESUS .

ALONI , Populi Mesopotamie , Gordyæis juncti , per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit . Plin. lib. 6. cap. 26.

ALONTICELI , Hispanie populi in conventu Hispalensi . Plin. l. 3. c. 1.

ALONTIUM , V. ALUNTIUM .

ALOPE , Græcis αλόπης , fuit Cercyonis filia , ut testatur Pausan. in Atticis , a cuius nomine cognominata Alope Thessalidæ civitas : de qua mentionem facit Hom. 2. Iliad. Memint & Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7. conf. Steph. Byzant.

ALOPECE , Insula est in Ponto Euxino , ut author est Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31. Straboni l. 11. ALOPECIA .

Alopeces , medicis Carunculae sunt lumbis circinette , quæ item φίλες dicitur summissus ejusdem artis author Hippocrates : etiæ mīli pīfys Hieronymus Renes interpretatur . Cal. Antiq. Leet. lib. 19. cap. 1. extr.

ALOPECIA , Insula , V. ALOPECE .

ALOPECIA , a. [ἀλοπεκία] Morbus in capite humano & barba , ex viatio humorum , qui fit cum profluvio capillorum . Dicta vulpe , quam Græci vocant ἀλοπέκη , quod ea cerebro id genus morbi p̄stitutur . Plin. lib. 24. cap. 19. Linguis herba est , quæ circa fontes nascitur : cuius radix combusta & trita , alopecias emendat . Idem lib. 29. cap. 6. & lib. 13. cap. 22. Item Galen . apud Hippocrat. lib. 6. Sentent . Item Paul. Aegin. lib. 3. Sunt tamen qui a proprietate utrinque ejus animalis , hoc nomen ducunt velint . Ubi enim id lotum fuerit affulum , e velutino infructuofus efficitur locus , aerecentibus herbis , nec succrefcentibus novis . Cal. lib. 10. cap. 41. & 19. 8.

ALOPECIAS , Pīfys marini genus , apud Plin. lib. 32. cap. 11.

ALOPECIDES , [ἀλοπεκίδης] Canum genus , ex cane & vulpe pregnatum . Pollux .

ALOPECTIS , Uva candas vulpium imitata . Plin. lib. 14. cap. 3. & 7.

ALOPE-

A L O P E C O N É S U S, Urbs Asiae, circa quam nobilissima haecuntur tubea. Plin. lib. 19. cap. 3.

Est præterea ejusdem nominis Insula ante Thracie Chersonesum, non procul a Cœlo eiusdem Chersonesi portu. Plin. l. 4. c. 12. [Deceptum fuisse nomine, & Insulam pro Oppido posuisse Plinium Cellarius docuit Orb. Ant. Vol. I. p. 1065.

A L O P E C U S, F. Herba. Plin. lib. 21. cap. 17. Alopecurus spicatum habet inollem, & languidum densum, non dissimilem vulpium caudis, unde ei & nomen. V. Gesner.

A L O P E C I O S U S, Declaratio capilli laborans. Octav. Horatian. 1. 6.

A L O R O S, [Ἄλορος] Ptolemeo, Macedonice urbs, auctore Pomponio l. 2.

A L O S A, [Ἄλοσα] Piscis est, sic dictus a Gallis & Campanis, quem Hispani *Sardus* appellant. In Italia vulgo *la Cappa*. Apud Arriatorem vetero, Straconem, Elianum, Oppianum & Atheneum Thriles legere est; quam vocem Alosam interpretatur Gaza. Aufonius in Mosella, v. 127.

Stridentesque foci oblonga plebis alas.

A L O S A N T H U S, i. m. [Ἄλος ἀνθεῖ] rectius Halosanthus, Flos sali qui & Ambra nonnullis dicitur colligitur in mari. Sperma ceti seu balaena vulgo vocant. V. Matthiol. Commentar. in Diolc. s. 88.

A L O S A N T H I N U S, Flore salicunditus. ut, Vinum Alofanthinum. Diose. 5. 76.

A L P E S, Alpium. [Ἄλπεις, τῷ Ἀλπαινὶ ἔρη] A candore nivium dictæ sunt: quia perpetuis fere nivibus albescunt. Sabini enim, Felto teste, pro Album dicuntur Alpum, unde credi posse, idem ait, nomen Alpium a candore nivium vocitatum. Cluverius Celticum vocabulum existimat. Legem eum lib. 1. Germaniae Vet. item in peculiari libro de Vendelicia & Norico. V. Serv. ad Virg. 3. Georg. 474. & ad 4. Enn. 442. Sunt montes excelsi Alpium separantes a Gallia & Germania. V. Strab. lib. 4. Cic. de Provinc. Confus. 34. Alpibus Italianum munierat ante natura. Has cum exercitu primus Hercules Graius transiit, unde & Graius fatus appellatae: deinde Hannibal Poenus, qua de castra Poenias vocatas nonnullis viis, quos redarguit Livius 21. 38, qui potius a summo montis iuglo quod Pennium Incolae vocabant sic dictas afferit. A tertio Cælius transiit Julianus Alpe, appellatae vult Gonfald. ad Petron. cap. 121. p. 204. De Alpium altitudine Rupert. ad Flor. p. 344. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 269. De nivibus Alpini ipsius Alpibus Polyb. 3. 55. Herodian. 2. 11. & 8. 1. & ad loc. pr. Boecler.

Alpes, Alpis, sing. num. Claud. in Sec. Conf. Stilich. 285.

— extemplo frondosa fertur ab Alpe. Lucan. lib. 3. 299.

Agmine nubiferum capo super evolat Alpem. Eodem numero dicuntur Ovid. 3. de Arte Am. 150. Lucan. 1. 688. Juven. 10. Sat. 152. Sidon. 16. 95. & alibi.

Alpium juga. Hor. Epod. 1. 11.

Mirus Alpium. Cic. 5. Philipp. 37. Ut ejus furorem ne Alpium quidem muro cohære possemus.

Vallum Alpium. Cic. in Pison. 81. Alpium vallum contra ascensum transgreditionemque Gallorum objicio & oppono.

Acrie Alpes. Ovid. 2. Met. 226. Item Virg. 3. Georg. 474.

Alte. Catullus. 11. 9.

Celsi. Sil. lib. 1.

Devexa. Lucan. lib. 2. 429.

Edomita. Claud. 2. in Ruff. 1.

Gelida. Lucan. lib. 1. 183.

Geminæ. Sil. 2. 333. i. e. Pyrenææ & Italicae.

Ilyberæ. Hor. 2. Serm. 5. 41.

Inexuperabiles Alpes. V. INEXUPERABILIS.

Infames frigoris Alpes. V. INFAMIS.

Latebrose. Ovid. ad Liv. 15.

Maritimæ. Tacit. 2. Hist. 12.

Nubiferae. Claud. de Quart. Conf. Hon. 441.

Patulæ. Sil. lib. 15. h. e. Perviæ & apertæ.

Rheticae. V. RHETICA.

Sæva. Juven. 10. Sat. 166.

Trepidae. Claud. Bell. Get. 194.

Ventose. Ovid. 2. Amor. 16.

Laxare Alpes. Claud. de Sext. Conf. Hon. 266.

Reclusæ Alpes. Claud. de Bell. Get. 197.

Madidis Euri resolutæ flatibus Alpes. Lucan. lib. 1. 219. propter nives liquefactas.

Tremuerunt Alpes. Virg. 1. Georg. 475.

Armorum sonitum toto Germania cœlo

Audiit infolisit tremuerunt motibus Alpes.

Tremendæ Alpes. Hor. 4. Carm. 14. 12. Prudentius Pass. Laurent. v. 438. etiam Pyrenæos montes Alpes appellavit: Sidonium montem Atho quem Xerxes persedit, Carm. 2. 510.

Turgida Silvola currebant vela per Alpem.

Et Carm. 9. 44. Juxta frondifera cacumen Alpis. Unde & Vet. Glosso. ἡνὶ ψῆφα interpretatur. V. Scalig. Lect. Aufon. 2. 16. p. 133.

A L P I N U S, [Ἀλπίνος, Ἀλπίνιος] Adj. Alpine gentes, Liv. 21. 43. Item venti Alpini, flantes de Alpibus.

Alpina arbor. Plin. lib. 16. cap. 81.

Alpina bella. Lucan. lib. 8. 808.

Alpinum dorsum. Stat. 1. Sylv. 4. 58.

Alpina gesa. Virg. 8. En. 661.

— duo quisque Alpina coruscant

Gesa manu. Alpina dixit, bonitatem materiae demonstrans.

Constat enim materiam campestrarem esse molliorem & teneriorem: montanam duriorem atque rigidiorem, & hastilibus aptiorem. Nam & montium fictio & aridior habitus, lignum magis durat & adstringit, & ventis ibi ad felicitatem & firmitatem tenduntur arbores. Turneb. Glacies. Claud. 2. de Rapt. Proterp. 176.

Alpina Juga pro ipsis Alpibus. Claudian. de iv. Conf. Honot. 105.

Mures. Plin. 8. 37. V. MUS.

Pruine. Claud. in Conf. Propl. & Olyb. 255.

Rigor. Ovid. 14. Met. 794.

A L P I C U S, Qui in Alpibus habitat. Nep. Hannib. 3. 4. Alpicos conantes prohibere transitum concidit. Lambin. tamen ibi Alpinos. Inscript. Vet. apud Spon. Miscell. p. 84. PER MONTES ALPICOS.

A L P H A, Nomen prime Graecorum literæ.

Alpha penulatorum. Martial. lib. 5. Epig. 27.

Quod alpha dixi, Codre, penulatorum. Te nuper. conf. 2. 57. Videbatur significare Codrum luſile primum penulatorum: h. e. Inter plebeios & pauperes primum tenueſſe locum.

A L P H A R E T U M, i. n. [Ἄλφαρετον] Dicatum ab α, β, primis duabus literis. Tertull. de Precept. c. 50. Hieron. 1. Epist. 32. Plin. 37. 10.

A L P H A T E R I U S, i. Tiro, Abcedarin. q. V.

A L P H A T I C U S, a. um. Secundum ordinem alphabeticæ.

A L P H E A Diana, [Ἄλφεια Λήγη] Culta & nominata ab Eleis, ut docet Pausanias. in Eliac. Aliunt enim Alpheum Diana antore eruptum, eam precibus ad nuptias deflectere nequivisse. Quare ad infidias converſus, noctu ciem inverte tentavit, una cum Nymphis ejus comitibus:

quas infidias quam Diana sensilit, luto sibi ac Nymphis faciem illevit. Ingessus Alpheus, quem Diana est minime discernere potuit: quare illus defecit. Hinc Letriniæ Dianam Alpheum non habuerunt.

Alphioe [Ἀλφεων] etiam dicitur, ut apud Pindarum notant interpres in Pythiis. Alpheus Diana meminit & Strab. lib. 8. quo tamen loco Alpheonia legitur, cuius lucum ait ad oltum Alpœ fuisse.

A L P H E I A S, [Ἀλφειας] dicitur Arcetrius apud Ovid. 5. Met. 487.

Tum caput Eleis Alpheus exuluit undis.

P. ALPHENUS Varus Jurisconfutus cos. fuit Anno U. C. 754: cum

P. Vinutio, quem Pomponius 1. 2. Dig. de Orig. Jur. §. 44. Servi Sulpitii discipulum fuisse scribit, plurimumque ex ipsius auditoribus authentatis habuisse. Meministi hujus & Gel. lib. 6. cap. 5. Hor. urbane hunc derideret lib. 1. Serm. 3. 130. Quod abjecta furrina Romanus reuerit, rbi magistro usus Sulpitio tamquam sibi Juris scientia existimationem peperit, ut Consulatū adiisperceretur. Plura V. in Dochilino ad eand. 1. comment. C. A. Rupert. I. 3. c. 10. Alphenum item alterum ad hoc Lampridius inter Alexandri Imp. consiliarios numerat, Ulpiani, Pauli, Pomponii aequalē.

A L P H E S T R O P A, Phege filia, Alcænoni nupta, qui detracitum occise a se matre Eriphyle monile nuptiale donum ei dedit. Quod cum postea, ut Callirhoe donaret, ab ea repetitum venisset, a fratribus ilius occisus est. V. Propert. lib. 1. 15. 15. Coniunge Pausan. in Arcad. Ita etiam vocatae omnes eleganter formæ puelle. V. Muret. ad Propter. p. 152. & Gilb. Cognat. Adag. 327.

A L P H E S I O B O E, Pafte quidam, cuius meminit Virg. 8. Ecl. 1.

A L P H E U S, [Ἀλφεος] Fluvius est Eliidis civitatis Arcadiæ juxta Pifas (ubi colitur Olympicus Jupiter) defluens, longo tandem cursu in Achaea demergit, & ibi a terra absorptus, atque subter mare defluens, ex Graecia in fuentem Arethusaum apud Syracusam in Sicilia se attollit, inde in mare Siculum cadit. unde Virg. 3. En. 694.

— Alpheum fama est huc Eliidis annem Occultas egisse vias subter mare: qui nunc

Ore Arethusa treo Siculis confundit undis. Servius: Eliis & Pifa civitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingens, qui ex feo duos alveos creat, Alpheum & Arethusat. Unde fit ut fingantur conjungi in exitu, quos origo conjunxit. Meniust & lib. 6. & lib. 8. Strab. Alpheum dictum existimat, quod ἄλφους, i. e. Maculas albas & impingentes curvet. Vide seq. quibus hunc Virgilii locum Scrivius expouit, & Plin. 2. 103. Sen. Nat. Quast. 2. 26. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 575. Heinr. & Drakenb. ad Sil. 14. 54. Pausan. Eliac. I. 1. p. 153.

Alpheus celerr. Sen. Hippol. 4.

Alpheus astut. Ovid. 2. Met. 250.

Alpheus facer. Sen. Med. 121.

A L P H E U S, Adj. ut Pifa Alpheus. Virg. 10. En. 179.

A L P H I O N, Lucus in Pyrrha, vitiliges tollit. Plin. lib. 31. cap. 2.

A L P H I U S, Nomen viri proprium. Hor. Epod. 2. 67. extr. V. el ut in vertutis membranis est, teste Torrentio. Alfinis. Proculdubio idem qui, ut Columel. 1. de R. R. 7. auctor est, dixisse fertur, Veloptima nomina non appellando ferri mala. Flavi cujusdam Alfini mentio fit apud Plin. 9. 8. unde veritas scripture quam Torrentii membranæ præferunt, egregie illabilitur.

A L P H O S quid sit, docet his verbis Cels. I. 5. c. ult. Vitiliginis tres species sunt: ἄλφος vocatur, ubi color albus est, fere subasper & non continuus, ut quedam quafi guttae dispersæ cœlentur. V. VITILIGO.

A L P I N U S, V. A L P E S.

A L P I N U S, Malus quidem poeta fuit, qui Mennonis aurora filii bella descripti: sed tam male, ut ab Horatio, 1. Serm. 10. 36. dicatur, Mennona suis carminibus jugulari,

Turgidus Alpinus jugulat dum Mennona, &c.

A L S

A L S A, Fluvius est Venetiæ Aquileiam præterfluens. Plin. lib. 3. cap. 18.

A L S I A Nomen villa, de qua sic Andreas Alciatus in Annal. in Corn. Tacit. Cæcilius Plinii vicina Corne urbe genitum Virginum Rubum tradidit. (I. 2. F. 1.) quapropter secum habuisse conjunctas pofſiones, tum suæ villa nomen Albia: ut dubio procul Virginus Mediolanensis fuerit, quod ostendunt frequentia marmora que passim hic occurunt Virginum nomine inscripto. Sed & Albia adhuc servat nomen in Variforti praefectura: unde & familia est mea. Haetene ille. Plin. lib. 6. Ep. 10. ad Albinum. Quum venient in focus meæ villam Alfiensem, qui ali quando Ruffi Virginii fuit, &c. [Aliensis villa, & Alfiense ab Allio dicitur, de quo infra.

A L S I N E, es. [Ἄλσης] Herba est quam alii Myosota, Italia Muris auriculata vocat: quod nomen inventum a solis, quibus aures muscularum imitantur. Hanc vernaculo sermone Centonem & Paverinam appellant, eo quod anteribus grauitat peñulm submisiunt. Ruell. lib. 2. cap. 113. Dicta est Alline, quod in lucis nascatur quos Graeci ἄλση vocant, & nemorosis opacitatibus gaudeat. Nanque magna ex parte umbrosa sequitur, & maxime paries hortorum adamat. V. Plin. l. 27. 4. Apul. de Herb. cap. 81. Dioscor. 4. 87.

A L S I O S, &c. V. ALGO.

A L S I U M, [Ἄλσιον] Urbs Tiforum Prol. vulgo s. severina. Plin. lib. 3. cap. 5. Hard. Pals q. V.

Allium Plinii & Ptolemaeus in littore ponunt, ubi nunc s. severa: esse nonnulli arbitrantur ipsum ex conjecturis, cum aliis, tum propinquatis. Nam Strab. xiii. miliaria distare dicit. Volaterranus. Sil. Ital. lib. 8. 475.

Necon Argolico dilectum littus Alefo
Alfum. Ab hoc Alefo conditore dictum putant, & sublindicat
poeta, Alfum, quasi Alfiunum. Hinc Alfiensis Villa. V. ALSIA. &
ALSIENSE apud Cic. pro Milon. 55. & Alisia tellus Rutil. Itiner. v. 223.
A L S U S , V. AL G E O .
A L S U S , Nomen est paftoris apud Virg. 12. En. 304.
— Podalirius Alfum
Pastorem, primaque acie per tela ruentem,
Ense sequens nudo superuenientem.

A L T

A L T A N U S , [ἀλτάνος] Genus venti five flatus et terra confurgens. Plin. lib. 2. cap. 43. Nanque & e finibus ac sinibus, & e mari videmus, & quidem tranquillo, & alias quos vocant altanos, e terra confurgere. Flatus omnis (inquit Servius) i. e. & qui ripa est & qui pelagi, qui altanus vocatur. Hac ille in illud Virg. 7. En. 27. Quum venti poufere. Ubi planissime Ventum ab Alto five Pelago furgentem Altanum appellatum docet, contra ac Plinius, nisi forte trajectione hic laborat, scribendumque: tranquillo, quos vocant altanos, & alias et terra conurgere. Servii certe sententiam pulcre Isidorus confirmat l. 13. c. 11. q. V. locus enim prolixior est. Hardiuinus Servii verba male truncata ad Plin. exhibet, sicut hic quoque ante hac legebatur. V. & Vitruv. 1. c. 12. Ubi Altanum inter Austrum & Libonotum collocat.

A L T A R E , is. n. [βωύς] Fefus, Altaria, sunt in quibus ignis adoletur. Idem : Altaria ab Altitudine dicta sunt: quod antiqui diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant: diis terrefribus in terra: diis inferis, in effossa terra. Virg. 2. En. 515.

Hic Hecuba & natæ necquicquam altaria circum. Ubi Servius, Superorum & are sunt & altaria: inferorum tantum ara. Plin. l. 15. c. 30. Ut ne propitiandi quidem numinibus accendi ex his altaria aere que debeat. Festa altaria. Sil. lib. 12.

— fed enim ante omnes altaria fument, Festa Jovi.

Fumida. Ovid. 12. Met. 258. Religiosissima. Cic. de Arusp. Resp. 9. Ab altariis religiosissimis fugatus.

Thurea. Stat. 4. Theb. 412. Admotus altaribus. Liv. 21. 1. Fama est, Annibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcar, ut duceretur in Hispaniam, quem perfecto Africo bello exercitu eo trajecturus sacrificaret, altaribus admorum, tactis facis jurejurando adactum, se quam primum posset, hostem fore populo Romano.

Altaria adulori donis. Lucret. lib. 4. 1230.

Altaria tredicatis adulore. Virg. 7. En. 71.

Impositis ardent altaria fibris. Virg. 3. Georg. 490.

Altaribus numerum divisorum augere. Virg. 7. En. 211.

Altaria cumulari donis. Virg. 11. En. 50.

Altaria molli vitta cingere. Virg. 8. Ecl. 64. ubi improprie & κατεπειρασμος;

Nam sacra magica describit quæ inferis fiebant.

Altaria culta. Claudian.

Culgateque jam tumidis lucent altaria flammis.

Dicata altaria. Sen. Med. 1.

Faccere altaria pinguis thure. Ovid. 2. de Ponto, 3. 99.

Altaria fumant. Ovid. 1. Epist. 25.

Argolici redire ducēs, altaria fumant.

Pateris altaria libant. Virg. 12. En. 174.

Struere altaria donis. Virg. 5. En. 54.

Vaporata altaria. Stat. 1. Theb. 556.

Aliquando Altare est Arae cacumen seu summittas. Solin. cap. 9. Ed. Sal-

mal. Ara est, cuius altaribus figura de exitis inferuntur. Prudentius Altare cum Ara conjungit Hymn. Jejun. 203. & in Rom. 49. ubi Ifo Magister

Aram planitiem interpretatur. Vet. Gloss. Altarium, ιερός.

Metonymia apud Plin. 15. 40. Ne propitiandi quidem numinibus ac-

cendi ex lauro altaria aræ debent. conf. Virg. 8. En. 285.

ALTAR , pro Altare Prudent. posuit. V. Barth. Advers. 8. 12. Pruden-

tium imitatus Alcuin Poem. 241. f. 1735.

ALTARIUM , pro Altare. Sulp. Sever. Hist. Sacr. 1. 19. Hieron. Epist. 83.

ad Ocean. sub fin. Paul. Warneford. 2. de Ges. Longob. 13. Supra in

ALTARE. ex Vet. Gloss.

ALTARIOLUM , Parvum altare. Cath.

ALTERAS , Antiqui dicebant pro Alias . . . Fefus.

ALTER , éra, érum; [ἄλτερ] erius, éri. V. ALIUS . Vocativo caret:

sicut ex eo compositum Alteruter: proprie de Duobus dicitur, ut Alius de

Multis.

Alterius fors. Hor. 1. Epist. 14. 11.

Cui placet alterius, sua nimurum est odio fors.

Alteris in dativo protulerunt veteres. Ter. Heaut. 2. 3. 30. Hoc ipsa in

itineri altera dum narrat, forte audiui. Columel. lib. 5. cap. 11. Ut al-

teræ deliberate parti convenient. Plaut. Rud. 3. 4. 4.

Alter, partitiv, ideoque construirum cum genitivo: ut, Alter nostrum falli-

tur. Aut cum ablative cum prepositione: ut, Alter ex nobis fallitur. Cic.

Due sunt ex opinione boni: quarum altera voluptas, altera cupiditas.

Alter in plurali eleganter usurpat, non modo cum iis nominibus que

carent singulari numero, verum etiam cum aliis. Curt. 3. 7. 5. Alteris ca-

fris pervenit ad oppidum. Cic. 13. Att. 22. Alteris jam literis nisi ad

me de Attica. Idem 5. Tusc. extr. Ad Brutum nostrum hos libros alte-

ros quinque mittemus. Virg. 3. Ecl. 71.

Aurea mala decem milii: crux altera mittam. i. e. Altera decem quæ mihi restant. Cic. 4. Fam. 14. Binas a te accepi literas Corcyra das-
tas: quarum alteris minni gratulabatur: alteris dicebas te velle, que egis-
sem, bene & feliciter evenire. In priore quoque loco potuit recte dici
Quarum unis. ut, Idem 3. Fam. 9. Nam quas ex itinere antequam ex Afia
egressus es, ad me literas misisti, unam de legislati a me prohibitis profici-
isci, alteras de Apameiorum edificatione impedita, legi perinvitus.

Alter bis positum si ad precedenta duo referatur capi plerisque sic debet

ut eodem servato ordine prius prior, posterius responderit. Cic.

1. Off. 90. Philippum quidem Macdonum regem rebus gestis & gloria

superiorum a filio, facilitate & humanitate video superiori fuisse. Itaque

alter (Philipus) temper magnus, alter (Alexander) fæpe turpissimus fuit.

Plerisque dixi. Nam si quis purat ubique hoc observari, facile is errabit.

V. Cic. pro Quint. init. & infipitos alio.

A L T

Alter, pro Alius , post N E M O . Quintil. lib. 2. cap. 9. & lib. 7. cap. 1. Qui tantum inter se distant generi dicendi, ut nemo sit alteri simius. Alter pro Aliis , aut pro Quovis alio. Cic. ad Brut. 4. Non soleo mi Brute (quod tibi notum esse arbitror) temere affirmare de altero. i. e. De aliis affirmare. Idem in Lel. 67. Aperte enim vel odioso alterum, magis ingenuum est, quam fronte occultare sentientiam. Sic legi in vetustis codicibus: licet recentes immutant, Alium pro Alterum scribentes. Plaut. Truc. 1. 2. 58. Qui de altero obloquitur, ipsum se conturi oportet. Cic. 3. Off. 13. Detrahere autem alteri sui commodi causa. In hoc genere precipuum habet elegantiam genitivus Alterius. Cic. 2. Off. 22. Atque etiam subiungit se homines imperio alterius, & potefati pluribus de causis. Alteri dimicant: alteri victorem timent. Cic. 6. Fam. 3.

Alter etiam de duobus dictum, nonnumquam incertam personam significat: licet proprie ad certam personam referri. Cic. in Lel. 8. Quanto id magis in homine sit natura, qui & se ipse diligit, & alterum anquirit, cuius animum cum suo committit?

Alter de duobus quando dicitur, de ipsis maxime dicitur qui sunt pares: Secundus enim dicitur qui impar est atque inferior. Nep. Pelop. cap. 4. 3. Hæc fuit altera persona Thebis, sed tam secunda, ita ut proxima esset Epaminondas. Eumenius, Paueg, Conflantius, cap. 14. Itaque Fronte Romanus eloquentia non secundum sed alterum decus. h. e. Quod dixit Hor. 1. Carm. 12. Simile aut secundum. i. e. Alterum aut secundum. V. In sequentibus.

Unus & alter, veniente pro Duobus dicitur. Cic. pro Client. 38. Unus & alter dies intercesserat, quum, &c. i.e. Duo dies intercesserant. Idem, Nilhufpicari: dies unus, alter, plures, non refertur. Quafi tu dicas, Unus, duo, tres, deinceps. Idem 12. Att. 21. Utrem getam Dolabellam tantopere laudarem, adductus sum tuis & unis & alteris literis. Virg. 3. En. 356.

Jamque dies, alterque dies processit. Hic subauditur Unus. In hoc genere, telle Valla, accipitur Alter pro Secundo ex duobus, pluribusve: ut, Unus, alter, tertius, quartus: una, altera, tertia, quartæ litera.

Alter, Differens, dissimilis, mutatus ab hoc, qui nunc est. Hor. 4. Carm. 16.

— quoties te speculo videris alterum. Sic Graci ἄλτες usurpant: ut auctor est Fefus. Ex Lambino.

Alter pro Secundum. Columel. lib. 5. cap. 6. Usque in alteram vel tertiam geminam. Cic. in Orat. 175. Hæc & multa hujusmodi dicens, fidem faciebat: quod est e tribus officiis oratoris alterum.

Altero quodque die: h. e. Secundo quodque die. Cels. lib. 4. cap. 12 Altero quoque die vinum vel aquam bibere.

Alter & Neuter. Quintil. lib. 1. cap. 1. Ita fieri, ut quum aequali cura lin-
guam utramque tueri coepimus, neutra alteri officiat. i. e. Sibi invi-
ceme non officiant. Cæs. 1. Bell. Civil. 35. Quare paribus eorum benefi-
ciis , parem se quoque voluntatem tribuire, & neutrum eorum contra alterum juvare.

Alter post Uterque. Quintil. Quum enim uterque alteri obijicit: palam est utrunque fecisse. Cic. in procem. Off. Eodemque modo de Arifotole & Isocrate judico: quorum uterque suo studio delectatus, contemptis alterum.

Alter & altera. Cic. 3. de Nat. Deor. 51. Non videt Solem deum esse, Lu-
namque: quorum alterum Apollinem Graci, alteram Dianam putant.

Primus & alter. Cato cap. 157. Prima est levis, altera est crassa.

Unus & alter. Auth. ad Herenn. 1. 3. 33. Duplices sunt similitudines, una
funt rerum , altera verborum.

Alteri & utriusque. Cic. pro Syl. 61. Ita charus utriusque est atque jucundus,

ut non alteros demovisse, sed utrosque constitutio videatur.

Alter mensa. Hor. 4. Carm. 5. 31. — & alteris

Te mensis adhibet deum. Senfus est, Romani tui, Auguste, pro deo te colunt, & in mensa secunda, in qua folet libatio fieri, & deo precatio, ut te deum obsecrant, & tibi ut Laribus libant. Turneb.

Alter geminatio fine conjunctione. Liv. 1. Uterque vociferari: & certa-
tum alteri obstrepare. Sic dicimus, Alter alteri invidet, Alter alterum accusat, & similia.

Alter alteram non minuit. Ulp. in l. Neratius. D. De servo corrupt. Nec sufficit alterutra actione egisse: quia altera alteram non minuit.

Alter item geminatio, sed de pluribus dictum pro Alius. Suet. in Calig. cap. 56. Nec cœfavit ex eo alterum alteri criminarum, atque inter se omnes committere. Plin. lib. 11. cap. 30. de formicis, Et quoniam ex diverso convehunt, altera alterius ignara.

Alter præterea ejusmodi geminatio cum verbo plurali figurare jungitur: sicut Alius, Quisque, Uterque. Cic. 3. de Fin. Quum alter alterum videremus. Pro eo quod est, Quum uterque nostrum alterum videret. Eadem figura ut possumus in verbo secunda persona: ut, Alter alterum docet. i. e. Docetis vos mutuo. Sed hoc de duobus dictum intellige. Nam de pluribus, haud ficio an loqui sic licet, Alter alterius onera portare. pro Alii aliorum.

Alter circa geminacionem cum verbo quoque plurali legitur. Plaut. in Truc. 2. 4. 30. Quondam fuit, quoniam inter nos foderemus alteri. Hoc durisculi dici, pro eo quod erat, Quoniam alteri foderemus.

Alteria die quam. Liv. 1. Bell. Mace. Navibusque ex clasfe c o s . Cor-
nelii lectis, altera die quam a Brundusio solvit. i. e. Secundo die, vel Duobus diebus postquam , &c. V. QUAM.

In altera iura cedere. Hor. 2. Epit. 2. 174.

Alter , junctum numeralibus iis quæ ordinaria dicuntur , pro Primus ac-
cipitur. Cic. 12. Fam. 25. Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi
Cornificius altero & vicefimo die (ut dicebat) reddidit. h. e. Vicefimo-
primo. Alii acriter contendunt idem valere quod Secundus: ut sit
Altero & vicefimo, idem quod Vicefimo secundo. V. Manut. Aufor
Dial. de Orat. cap. 34. Alterum & Unum opponit in hac formula. Uno
& vicefimo anno Cæsar Dolabellam: altero & vicefimo Asinius C. Catonem iis orationibus infœciunt. Virg. 8. Ecl. 39.

Alter ab undeviis jam tum me ceperat annus. Super quo pariter sunt diversa cruditorum sententia. Alii Duodecimum intelligentum contendunt: ut Signon. 1. Emend. 16. Perizon. Animadv. cap. 7. p.

282. V. Burnam, ad Petron. cap. 108. p. 497. Alii Tertiundecim-
num. Quæ sententia non tantum Manutius atque Scalig. ad Manil. 1. 548. sed ex Vett. citam Servii est. Alterum inquit, quod duobus dicitur. Et ita Domatus illud Ter. And. 1. 1. 50. Unus & item alter. de tribus in-
terpretatur. Post unum, inquit, duo: ex quibus alter, ut sint tres. In-
quit

qui enim post, Nam hi tres sumi amabant: ut Alter ab undecimo, ergo alter non est secundus, sed tertius. Sed ut indubitatum est istuc. Ter. loco Alterum designare ita est extra controversiam dari alia ubi secundum notet. Cic. pro Milon. fin. Centelima lux est hec ab interitu Clodii & ut opinor, altera, de quo tamen loco consulas Manut. & Grav. Alter, alter, tertius. Cic. 3. de Divin. 53. Joves tres numerantur qui theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Coelo, qui genui Minervam dicitur: quam principem & inventricem belli ferunt. tertium Cretensem Saturni filium.

Primus, alter, tertius. Cic. in Partit. In primo conjectura valet, in altero definitio, in tertio ratio.

Proximus, alter, tertius. Cic. 1. Philipp. 32. Proximo, altero, tertio, denique reliquias confequuntur diebus, &c.

Unus, alter, tertius. Cic. Unum, alterum, tertium annum Saffia quiebat.

Alter quisquam, pro Quisquam aliis. Plaut. Asin. 2. 4. 85. Neque me Athenis est alter quisquam, cui credi recte aequae putent.

Ille alter. Ter. Eun. 2. 3. 8. Ludum jocumque dices suisse illum alterum, prout hujus rabies que dabit. Cic. De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum.

Eccce autem alterum. Ter. Eun. 2. 3. 5. Eccce autem alterum, nescis quid de amore loquitur. Ubi Donat. Sic dicimus, quoniam propter alterum, de altero venit in mentem.

Alter ab altero adjunxit. Cic. in Brut. 13. Liv. 5. 11. Noxii ambo alter in alterum causam conferunt. Atque hac ratione Alter bis positum idem vallet ac Invicem, mutuo.

Alter ex duobus. Quintil. in proem. lib. 6. Prior, alterum ex duobus eruit lumen.

Alter pro altero. Cic. in Læl. 84. Omniaque alter pro altero suscipiet. De duobus amicis loquitur.

Altera ætas, pro Grandi & amplio pretio ponitur: in quo Homerum est limitatus: apud quem Iliad. 1. Phœnix negat Achilli se ulla conditione passurum, ut ab eo distraherat, non, si deus ipse promittat senectute absenter atque ablata, adolescentiam & pubertatem. Hor. 1. Epist. 18. 18.

— precium etas altera sorbet. Hec Lambin.

Alterum tantum. Liv. 8. 8. Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur. i. e. Tantudem. Rursum lib. 10. 46. Militibus ex præda centenos binos astes, & alterum tantum centurionibus atque equitibus divisit. Cic. in Orat. 188. Pes qui adhibetur ad numeros, partitum in tria; ut necesse sit partem pedis aut aquilonem esse alteri parti, aut altero tanto, aut fessus esse maiorem. Plaut. Bacch. 5. 2. 65. Alterum tantum aurum non meream. Idem Epist. 3. 4. 8. Etiam si alterum tantum perdendum est. Nep. 18. 8. 5. Altero tanto longior anfractus.

Alter quali abundat. Plaut. Epid. 1. 1. 24. Quem dices dignorem esse hominem hodie Athenis alterum?

Alter ab illo. Virg. 5. Ecl. 49.

— tu nunc eris alter ab illo.

Alter, pro Similis eleganter ponitur. Liv. 1. Bell. Pun. Sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti volunt. Cic. 7. Verr. 87. Alter Verres luxuria & nequitia. Idem 5. Fam. 8. Me fecit alterum parentem observat. Idem de Senect. 35. Alterum lumen civitatis. Sic altera patria, altera Roma. Flor. 2. 6. 42. & 3. 5. 15.

Alter ego. Cic. Att. 1. Pompeius ad omnia me alterum se fore dixit. Sic 2. Fam. 14. Dicerent inquit, nonne plane post annum de provinciis decessisse, quoniam alterum me reliquistem. Et 7. Fam. 5. Vide quare mihi perfueris, te, me esse alterum.

Alter idem. Cic. in Læl. 82. Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem.

Alter pro Alteratus. Non potest uterque sapiens esse quoniam tantopere dissentient, sed alter. Cic. 2. Acad. 12. Hos tanquam medios nec in alterius favorem inclinatos miserat rex Philipus. Liv. 11. 20.

Alter & pro Non bono ponitur: ut in auguris altera quum appellatur avis, quæ utique prospera non est. Sic Alter nonnunquam pro Adverso dicitur & malo. Feitus. Hinc P. Syr. Ames parentem si æquus est: si alter, feras.

ALTERNUS, Adj. [ἀλτεράς] Quod fit (alternatin, seu alternatis) vicibus, seu in vicem, alterum post alterum. Cic. pro Arch. 25. Quod epigramma in eum scilicet, tantummodo alternis versibus longiusculis. Virg. 7. Ecl. 18.

Alterni igitur contendere versibus ambo
Cœpere. i. e. Dicere versus alternis vicibus.

Alternus, pro Vario. Virg. 5. Ecl. 14.

Carmina descripti, & modularis alterna notavi. Ubi Servius, Alterna, varia: propter musicam, cuius sonus varius inventur ex pedum dilimitudine.

Alternus, pro Mutuo. Catull. 107. 6.

Alterum hoc sanctæ fœdus amicitiae. i. e. Mutuum fœdus inter nos.

Alternus, pro Secundo. Virg. 12. Æn. 233.

Vix hosteni alteri si congregiamur habenuis. i. e. Secundus quisque. Sic 12. Æn. 389. dixit,

Altornos longa nitentem cuspide gressus. Pro Passus alterius vulnerati pedis hafti sustentant & fulcentem. Turneb.

Alternas ripas Statius dixit pro Ambas, 1. Silv. 3. 25. Quem ad loc. Gevar. 1. Lect. Papin. 24. p. 78. hanc interpretationem aliis exemplis adstruit. V. & Barth. ad Claud. p. 64.

Alternum, absolute positum. Virg. 3. Ecl. 59.

— amant alterna Camœnæ. Ut puta versus alternos, aut cantus.

Alterna loqui. Hor. 1. Serm. 8. 40.

Annis alternis: i. e. Altero semper ex duobus: Seu Altero quoque anno. Alternis annis agrotat. Cato de R. R. cap. 59.

Brachia jactat alterna. Virg. 5. Æn. 376.

Civitates alterna rejecta. Cic. 4. Verr. 2. Quod privatas a populo petit, aut populus a privato, Senatus ex aliqua civitate, qui judicet, datur: quoniam alterna civitates rejecte sunt. i. e. Alternatio a privato & a populo: quoniam privatus nunc hanc, nunc illam rejecit: populus similiter illam ac illam.

Confilia alterna rejecta. Cic. in Vatin. 27. Et quoniam crebro uspas, legem te de alternis confillis rejiciendi tulisti: ut omnes intelligent te ne recte quidem facere sine fecere potuisse: quero, &c.

Die quoque alterno. Cels. lib. 3. 21. Utilis quotidianus, aut alterno quoque die potū cibum vomitis. Altero quoque exhibent libri emendati. Diebus alternis. Plin. lib. 8. cap. 16. Karcs in potu, vesci alternis diebus. Loquitur de leonibus.

Judicium alternorum rejectio. Cic. pro Planc. Neque enim quicquam aliud in hac lege nisi editios judices es sequitum. quod genus judiciorum si est aquum nulla in re, nisi hæc tribuaria, non intelligo quamobrem Senatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulit in easter casas: de ipso denique ambitu, rejectionem fieri voluerit judicium alternorum.

Manu alterna periere. Ovid. 5. Trist. 234. de fratribus qui se mutuo occiderunt: alter alterius manu.

Morte alterna fratrem redemit Pollux. Virg. 6. Æn. 121. Pedem alternum facere, apud Papinum esse videtur Claudiare: nam sic de elegia, cujus alter versus longior, alter brevior, dixit,

Quas inter vultu petulans elegia propinquat
Cellior affuet divasque horratur, & ambit,

Altérnum factura pedem. Turneb.

Pede alterno terram quatare, pro Saltare. Hor. 1. Carm. 4. 7.

Pedibus alternis infistre. Plin. lib. 10. cap. 2. de gruibus loquitur.

Pulvis Alternus. Plin. lib. 2. cap. 82.

Quies alterna. Quintil. lib. 1. Nam quæ sensu & anima carent, ut servare vim suam possint, alterna quiete retinentur. Ovid. 4. Epist. 89.

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Sermonibus alternis aptus lambus. Hor. de Arte Poet. 81. i. e. Dramatico generi.

Tempore alterno. Lucret. lib. 5. 976.

AMĀRĀCUS, i. m. vel **AMĀRĀCUM**, [*ἀμάρακος, ἀμάρακη*] Herba quam Sampuchum alias dictum vulgo Majorana. Plin. lib. 21. cap. 22. Sampuchum five amaracum in Cyprio laudatissimum & odoratissimum, scorpionibus adversatur ex acetato & sole illitum. Amaracum & Sampuchum idem esse confit Plinii Dioctordisque decrexis. Verum Galeno & Paulo Ameracuus ea est herba, quam majores dixerunt Parthenium, nunc officinae vocant Matricariam. Ruell. lib. 3. cap. 34. Matthiolus Senensis putat non Parthenium esse, sed Marum, quanvis opinionem Ruellii non improbat.

Mollis amaracus. Virg. 1. En. 696.

Idalia lucos ubi mollis amaracus, &c.

Olens suave amaracus. Catull. 59. 7.

Cinge tempora floribus

Suave olentis amarici.

AMĀRĀCINUS, Adj. [*ἀμάρακινος*] Quod ex amaraco factum est, ut, Amaracum oleum. Plin. lib. 21. cap. 22. ubi de Sampuchu, seu amaraco, fit ex eo oleum quod Sampuchum vocatur, aut amaracum, ad excalafaciendos emolliendosque nervos.

Amaracum, n. Absolute. Unguentum ex amaraco factum. Gell. in praf. Noët. stuarum: *Vetus adagium* est: Nihil graculo cum fidibus, nihil cum amaracino sibi. Lucret. lib. 6. 973.

Denique amaracum fugit sibi: & timet omne

Unguentum. V. Erat. Chit.

AMARANTI, [*ἀμαράντη*] Populi apud quos Phasis fluvius oritur: unde Amaranthus a quibusdam appellatur. Steph.

AMARANTUS, i. m. [*ἀμαράντη*] Flos, ab immortalitate nomen debens, quia non marcescit, ex & priv. & v. *μαράντη* Marcefo. Scribi debet sine aspirata. Plin. lib. 21. cap. 8. Amaranto non dubie vinclatur. Est autem Spica purpurea verius quam flos aliquis, & ipse fine odore: mirumque in eo, gaudente decerpere, & letius renascere. Provenit Augusto mensis, durat in autumnum. Alexandrina palma, qui decerpitus aftervatetur, mirumque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua redivicit, & hybernas coronas facit. Summa ejus natura in nomine est, appellata, quoniam non marcescit. Hac Plin. Tibull. 3. 4. 33.

Ut quin contextunt amaranthus alba puerella

Lilia.

AMARALI, Populi sunt Hyrcanis ad finum Scythicum Strab. lib. 11. p. 350. Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 13. & 17.

AMARADS, Mediae fluvius Ptolemaeo, 6. 2.

AMARAF, **AMARESCO**, **AMARITIES**, **AMARITUDO**, **AMAROR**, **AMARULENTUS**. V. AMARUS.

AMARIACE, Populi Hyrcanis vicini, latere Mediae. Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 16.

AMARICE, [*μαρύκη*] dicitur & Erice, & Tamarice. Hermol. in Plin. lib. 10. cap. 16. Porro Tamarice tradit Ruellus lib. 1. cap. 99. frumentum illum esse notissimum, qui Myrice vocatur. Vulgo *Eryaria*, *Bruere*.

AMĀRICO, [*μαρέκης*] Amarum, i. e. Asperum facio, & quasi Exacerbo. Augustinus, Ipsi amaricaverunt Deum, qui peccando in eam ægritudinem devenierunt. Vox est barbara, & Latinis auribus inaudita.

AMARISPUS, legi debet **ARMASPU**, de quo vide suo loco.

AMĀRUS, Adj. [*μαρέκης*] Id quod est Dulci contrarium. Virg. 1. Ecl. 79. — & dulices carpetis amaras. Plin. lib. 12. cap. 9. Facilius hoc & crutiosum, amariisque.

Amarus amores experiri. Virg. 3. Ecl. 110. Apium. Virg. 6. Ecl. 68.

Buccæ amarae. Virg. 2. Georg. 86. i. e. Asperæ. Nonius. Calices amiores ingerere. Catull. 25. 2. Catus. Ovid. 5. Trist. 4. 15.

Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros. Curarum eluere efficax.

Amaros amores experiri. Virg. 3. Ecl. 110. Cortex. Virg. 6. Ecl. 62.

Dicta. Ovid. 3. Trist. 11. 31. Dies. Tibul. lib. 2. 4. 11.

Doctor. Prudent. de Celsiano Martyre Hym. 9. 27. Doctor amarus enim dicensi semper ephobo Nec dulcis illa disciplina infantiae est.

Fibra. Virg. 1. Georg. 120. Folia. Virg. 2. Georg. 314. Fumus. Virg. 12. Æn. 588. Ovid. in Ibin, 239. Historia. Hor. 1. Serm. 3. 88. Holtis. Virg. 10. Æn. 900. Inulae. Hor. 2. Serm. 8. 51. Lucus, qui dicuntur in Egypto. V. Strab. lib. 17. Leges. Val. Max. lib. 7. 6.

Lingua. Ovid. 2. de Arte Am. 151. Luctus. Ovid. 14. Met. 465.

Ines. Ovid. de Pulice. Melis. Ovid. 3. de Ponto, 1. 24. Monitus. Ovid. 18. Epist. 115. Mors. Propert. lib. 1. 19. 20. Mulier. Ter. Hec. 4. 4. 88.

Noctes amaras exercet in me Venus. Propert. lib. 1. 1. 33. Os amarum dicitur Corn. Celso lib. 1. cap. 3. quoniam Amarorem quandam sentimus in lingua & palato.

Pericula ponti. Ovid. 5. Trist. 2. 29. Rumores amari, i. e. Acerbi, authore Nonio. Virg. 4. Æn. 203. Isque amens animi, & rumore accensus amaro.

Sales. Quintil. lib. 10. cap. 1. in mentione Callii Severi, Præterea ut amari fæles, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est.

Scripta. Ovid. 4. de Ponto, 1. 24. 37. Sermo. Hor. 1. Serm. 7.

Sonitus. Stat. 10. Theb. 547. Succus. Ovid. de Rem. Amor. 227. Umbra noctis amarior. Tibul. lib. 2. 4. 11.

Amara rufa lento temperare. Hor. 2. Carm. 16. 16. Al. Lato. Amariorem me facit senectus. i. e. Acerbiorem, austeriore: & (ut vulgus loquitur) rudiorem. Cic. 14. Att. 24.

AMĀRE, Adv. [*μαρέκης*] Acerbi. Caius in l. Si quid. D. de Ædilit. edidit. Hac omnia videtur eo pertinere, ne id quod affirmavit venditor, amare ab eo exigatur, fed cum quadam temperamento. Plaut. Truc. 1. 2. 77. Coida amare facitis amantes. V. AMAREFACIO.

Compar. Tertull. adv. Marc. 2. 10. Diabolus amarus punitur. Superl. Sueton. Aug. cap. 70. & Tiber. cap. 54. & Lactant. 1. 21.

AMĀRĪTER, Idem. Hieron. ad Marcell. Epist. 23. init. Petrus amariter flens.

AMĀRUM, Idem. Apul. Met. 6. p. 178. Contortis superciliis subridens amarum, conf. Amian. 21. 9.

AMĀRŪLUS, Dimin. Apul. Flor. 4. Crateram bibi dialectice amatulam. Elementi legit Auterulam. Tibul. lib. 2. 4. 36.

AMARESCO, [*μαρέκης, μαρύκης*] ēre. Amarum fieri. Palladius. Januar. cap. 15. Amygdalus si rodatur, amarescit.

AMARĪTUS, ait. *μαρέκης*, Glotis Philoxeni. Rei amara fapor, qui Dulcedini opponitur. Amaritas fucci. Vitruv. 2. 9.

AMĀRĪTES, ēi. Idem. Catull. 66. 18. Multa facis lusi, non est dea nescia nostri Que dulcem curis miscer amaricem.

Amarities ex Vitruvio in Lexico Constant. in *μαρέκης*. H. St. Ideo amarities tantum habent amaritudinem, ut a canibus non attingantur.

Ingrata amaritudo. V. INGRATUUS.

Tralate ad alia referunt, & convicandi acerbitas est. Attendas ne in billem aut amaritudinem vertat injuria. Plin. 6. Epist. 8.

Amaritudo animi. Lamprid. in Alex. Sever. cap. 20. Carminum. Plin. lib. 36. cap. 5.

Iamborum. Author de Caulis corrupte eloquentie, cap. 10. Studiorum. Quintil. Initit. 1. 1.

Temporum. Ammian. 21. 16. Amaritus, ēi. Amaranthace. Avienus Epist. ad Flav. Myrmecium, Hec ut amice petam cogunt futilia longis Nata malis, & quod penitus fellitus amarans Ora fapor nil dulce meo hinit esse palato.

AMĀROR, *ōnis*, m. [*μαρέκης*] Idem quod Amaritudo. Virg. 2. Georg. 248. Ora

Ora Trifia tentantum sensu torquebit amaror.

Amaror tangit Lucret. lib. 4. 225.

Quoniam tuimus misericordia ab synthia, tangit amaror. adde lib. 6. 930.

AMAROCEUS, apud Theod. Prisc. de Dicit. cap. 9. **AMAROLENCEUS**, Adj. [*μαρός*] Valde amarus. Per metaphoram, Animis dolor in invidium aut malevolentem exacerbatus. Gell. lib. 3. cap. 17. Amarulentus librum maledicentissimum conscripsit.

AMAROLENTIA, & f. [*μαρόντη*] Vox nova.

AMAREFACIO, etc. Nonnullus est compositum apud Plaut. Truc. 1. 2. 77. V. supra in AMARE. Id lane, ut ex Plauti consuetudine, placet.

AMARUSIA, [*Αμαρουσία*] Diana cognomen est, tractum (ut Pausanias in Att. videtur) ab Amarynho Eubœa vico, ubi summa cum veneratio ne celebatur Diana.

AMARYLLIS, idis. [*Αμαρύλλις*] Nomen sicut pueræ rusticæ, de qua Vitg. 2. Ecl. 14. Amaryll, vocativus Graecus est, qui brevis est quo rie scilicet in is terminatur nominativus, ut Pieris apud Hor. 4. Carm. 1. 18.

Dulem quæ strepitum Pieri tempora. Virg. 1. Ecl. 37.

Mirabat quid ineta deos Amaryll vocares.

Tenera. Ovid. 2. Trist. 537. V. Heinl. ad loc.

AMARYNCEUS, Epeorus rex, in Bupratio sepultus. Strab. lib. 8.

AMARYNTHUS, [*Αμαρύνθος*] Fluvius in Alpheum labens, Arcadiam terminans. Strab. lib. 8.

Amarynthus, Vicus est Eubœa insula, juxta Eretriam, in quo Diana celebatur. Strab. lib. 10. Paupur. V. **AMARUSTA**.

AMASCO, &c. Amare cupio. Glosf. Isidor. Diomed. p. 334. Ab Amo vett. inchoatio inodo diverunt Amasco. Inde

AMASCUS, i. m. Amator. Plaut. Truc. 3. 1. 13. Iltos mundulos amascos.

AMASENUS, [*Αμάσηνος*] Fluvius Volscorum. Est & alius in Sicilia eodem nomine: de quo Ovid. 15. Met. 280. Virg. 11. En. 542.

AMASIA, & f. ab Amasis. 9. V.

AMASIA, [*Αμάσια*] Germanie civitas est, authore Ptolemaeo, hodie Marpurgum, vulgari lingua Germanica Marpurg. Immo Matium sive Matiacum caput Cattorum vocabatur.

AMASIA, five AMASIAS. V. **AMISIUS**.

AMASIA, [*Αμάσια*] Oppidum Cappadociae, quod Iris fluvius præterfluit. Strabonis Geographi patria, ut idem Strabo testatur lib. 12. Vi de Steph. Plin. 6. 3. Spanh. de Uso & Pref. Num. diff. 9. p. 600.

AMASIS, [*Αμάσης*] Rex Egyptiorum, cuius tumulus sicut una pyramidum, docente Lucano lib. 9. 155.

Non mihi pyramidum tumulus evulsum Amasis.

Ante quem, Poniponio Mela teste 1. 9. triginta supra trecentos reges in Ægypto fuerunt: quare vetustissimos hominum predicant Ægyptios. Ille legem condidit, ut quisque quotannis apud præsidem rationem vite redderet, demonstraretque unde vivet, aut quo quasi sustentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis transfusa ad Athenienses.

Fuit etiam Amasis pedum Darii dux contra Cyrenenses missus. author utriusque Herodotus. V. etiam Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 1. & 2.

AMASIUS, Germanice fluvius, Ptolemaeo, qui Plinio Amilius dicitur, & Pomponio Melae. Vide infra, **AMISIUS**. vulgo Ems.

AMASUS, [*Αμάσης*] Amator. Plaut. Casin. 3. 3. 27. Miserrimum hunc hodie ego habeo amasum. Gell. lib. 19. cap. 9. Audite, ac discite nostros quoque antiquiores poetas amasios ac veterios suis.

AMASIO, & onis. Idem. Apul. 7. Met. p. 197. Festivus hic amasio.

AMASUNCULUS, i. m. dimin. Petron. fragm. Trag. p. 25. Burn. cap. 45.

AMASUNCULA, & f. dimin. Petron. fragm. pag. 70. Burn. cap. 75.

AMASTRIS, Uxor fuit Dionysii Heraclie tyranni, & filia Oxyathris fratris eius Darii qui cum Alexandro bellum gessit. Ea & trium urbium incolis unam confecit civitatem, nimurum e Sefamo, Cytoro, & Cromna, eamque de nomine suo appellavit. Strab. lib. 12. Hoc est

AMASTRIS, [*Αμαστρίς*] Urbs Ponti, five Paphlagonia, ut idem docet pofta in peninsula, portus habet ex utrque Isthmi parte. Sefamum olim nuncupatum docet Plin. lib. 6. cap. 2. Sil. lib. 14. 268. & Catull. 4. 13. Hodie semisire. Inde

AMASTRIACUS, ut, Amastriæ ora. Ovid. in Ibin. 329. &

AMASTRIANUS, [*Αμαστριανός*] Strab. 1. c. & Steph.

AMATA, [*Αμάτη*] fuit uxoris Latini regis, & foror Veniliae deæ, ut auctor est Servius ad Virg. 6. En. 90. Hic 7. En. 343.

Celfa petiti, taciturne obfedit lumen Amata.

Amata, omnis virgo Vestalis, quæ a Pontifice max. capitul. ut vestalis fiat, appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine tradidit est. Gell. lib. 1. cap. 12.

AMATHA, ôrum. [*Αμάθη*] Regio Arabiae: unde

AMATHÆI, Arabie populi. Plin. lib. 6. cap. 28. Horum meminit Joseph. lib. 1. Antiqu. cap. 12. & Steph.

AMATHA, es. [*Αμάθη*] Stephano] Oppidum est Phœnices, & alterum Siciliæ.

AMATHUS, i. [*Αμάθη*] Fluvius Pylon urbem Nestoris patriam praeterlabens, a cuius nomine Pylos ipsa Anatœfæa videtur appellata. Hic etiam Pamis vocatur. Strab. lib. 8. Idem aliquanto post, tradit hunc nominari & Mamaum & Arcadicum.

AMATHUS, untis. [*Αμάθη*] Urbs est Cypri insula maris Ægæi, Veneri sacra, unde tota insula Amathus dicebatur, ut est apud Ptolemeum. Virg. 10. En. 51.

Est Amathus, est cella mihi Paphos, atque Cythera, &c.

Amathus urs, ab aquis calidis vocabulum sumptis, quod aquarum vapor Syro ferme Amathus dicitur. Therma ergo Grace dicitur, eo quod calidum fonte habeat intra muros. Hegeſip. de Excid. Hierosol. lib. 4. cap. 16.

Amathus foecunda metallis. Ovid. 10. Met. 22.

Gravida metallis. Ovid. 10. Met. 531.

AMATHUNÆS, Adj. [*Αμαθυντες*] ut, Amathunæ bidentes. Ovid. 10. Met. 227.

— maſtacis crederet illic

Lactantes vitulos, Amathunæsque bidentes.

Alia exemplaria habent Amathusiacas, ab Amathusia: & Amathusianas.

AMATHUSIA, [*Αμαθυσία*] Insula in mari Cilicio, ab Amathunte urbe sic appellata, que nunc Cyprus dicitur. Plin. lib. 5. cap. 31. Inde & Venus Amathusia, ab urbe in qua celebatur. Tacit. 3. Ann. 62. 4. Delubra Paphie Veneri auctor Acrias: post filius ejus Amathes Amathusia Veneri, & Jovi Salaminio Teucer posuerunt. addit. Catull. 61. 51. & Ovid. 3. Amor. 15. 15. a quibus absolute Amathusia vocatur.

AMATHUSII, [*Αμαθυσῖοι*] Cypri sunt, ab Amathunte urbe. Strab. lib. 8.

AMATHUSIACUS, & **AMATHUSIAS**, f. V. **AMATHUNTEUS**.

AMATIO, **AMATOR**, **AMATORIUS**, **AMATRIX**, V. **AMO**.

AMAUROSISS, [*Αμαυρωσίς*] Obfucatio, Vifus in oculis impedimentum. Dioſe. lib. 7. cap. 17.

AMAXA, [*Αμάξη*] Stephano] Bithynice locus, a quo gentilia Amaxæs, & Amatæs.

AMAXIA, [*Αμάξια*] Cilicie urbs est, materia ad fabricandas naves maxime abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strabo lib. 14.

AMAXITIS, is. f. Herba eadem quæ Agrostis. Apul. de Herb. cap. 77.

AMAXITOS, [*Αμάξιτος*] Urbs Doridis, Plin. lib. 5. cap. 29.

AMAXITUS, Urbs Phrygiae, que continue Lecto promontorio subjacet. Juxta Amaxitum ara est duodecim deorum, quam Agamemnon construxit. Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incole. Strab. lib. 13. Steph. Stephon: Apollodoro, Amaxiteni. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 30.

AMAZONES, [*Αμαζόνες*] Scythicae erant foeminae primum juxta Tanai fluvium habitantes, unde se posse ad Thermodonta fluvium Thracia transtulerunt; quod etiam Sallustius testatur: Dein (inquit) campi Threilli quos habuerunt Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob causam digressa. Hæc Sillitius. Dicuntur porro Amazones, quasi *αὐτοίς* θραν, quod simili vivant fine viris: vel quod unam mammam exstant habent, quasi *αὐτοὶ μαζῆς*. Hæc Servius ad Virg. 1. En. 490. Amazonas tradunt Metrodorus Scopius & Hippocrates, septentrionem verius, Gargarenibus esse finitimas, sed radibus montium Caucasi, qui Ceramia vecantur: & eam alias operari quæ ad arationem insitionemque pertinent: sed præcipuum pæfendorum equorum curam habere: robustiores vero, in equis venationes ac bella exercere, omnes ab infantia dextram mammillam exstant, ut habilius liberiusque ad omnem usum brachio ut possint: sed in primis ad jucundationem utri arcu, securi, & pelta: e ferarum pellibus conficerre galeas, subligacula, & alijs operimenta: mensis duos veris eximiios habere, quibus montem proximum condescendunt, qui eas distinguit a Gargarenibus, quo & illi more quodam perverto confidentes sacrificant, & prolis gratia cum mulieribus coeunt, idque obscuræ inter tenebras, in quincunque incidenter: quas postquam prægnantes fecerint, remittunt illas. Hæc si feminam peperente, secum retinent: si mare, illis tollendum reddunt. Tradunt Gargarenes cum Amazonibus ex Themifyra in haec loca condescendisse: posse ab illis discipulos, cum Thracibus & Ebois quibusdam errabundis adversum eas bellum gelissi: quo compedito, illi inter se conditionibus conveniente, ut in filiorum prole communicarent, viverent autem utrique separatis. Hæc & plura Strab. lib. 15. Justin. lib. 2. Diodor. quoque Sicul. lib. 3. cap. 11. Rursum lib. 5. cap. 2. Curt. 6. 5. Dionyl. lib. 4. Plin. 6. 7. 14. 8. & 36. 5. Sex. Empir. lib. 3. Pyrrhon. Hypot. p. 155. Eustath. ad Hom. Il. v. 189. Herodot. Melpom. 110. Inter Receptiores conferunt Goropius beccanus libro qui Amazonica inscribitur, & Petit. in Sing. Diatrib. de Amazonibus. Diodor. Sicul. etiam lib. 4. preter has Scythicæ Amazonas ad Thermodontem fluvium habitantes, alias quoque fact in Libya, Hesperam Tritomidis paludis influam habitantes.

Anus amazon fulgens pharetra. Claud. in Eutrop. 1. 240. Bellatrix. Lachant.

Ferox Argolicas turmas stravit. Sen. Troad. 6. i. c. Penthesilea. Sic interpres.

Mavortia. Val. 5. Argon. 89. — qualem Mavortia vidit Amazon.

i. c. Bellicofa; vel potius ad id respexit poeta, quod Amazones generatas se Marte prædicabant, ut tradit. Justin. lib. 2.

Peltata. Sen. Agam. 217. Martial. lib. 9. 104.

Peliferia. Stat. 12. Theb. 761.

Non cum peltifer atque hac tibi pugna puellis.

Primas mortalium amazonas equum scandere ausas, Lygia oratori creduntur. Hermol. in Plin. lib. 36. cap. 5.

Sæve. Claud. Fæfec. 32.

Securigera. Virg. de Laborib. Hercul. 6.

Threiciam festo spoliavit Amazona balteo. h. e. Hippolytam Amazones, cui bello victa baletum detraxit, quemadmodum ei mandatum fnerat ab Euritheo. V. Diodor. Sicul. lib. 3. cap. 11.

Amazones bellantur pœtis armis. Virg. 11. En. 660.

Amazones, pro Pauperioribus & tenuiori promiscuo victu utentibus apud Gracorum scientissimos repenterunt, veluti qui Mazam, i. e. Panem, non habeant. Sed & Amazones ipsæ possent videri inde appellationem ducere, quod nec Eustathio displicet, quoniam lacertis ac testudinibus & id genus feris alercentur. Quamobrem etiam Sauromatæ, five Sauropatidas nuncupatas volunt, quia *σωρός*, i. e. Lacertas conculcent, ac eis vescantur: quoniam alii quod in Sauromatæ Seythia habitarent, dictas ita opinantur: quod Stephanus tradit. Cœl. lib. 5. cap. 31. Et Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 5.

AMAZONIDES, [*Αμαζονίδες*] i. e. Amazones. Virg. 1. En. 494.

Ducit Amazonidem lunatis agmina puluis,

Penthesilea furens. Ubi Servius; Amazonidum derivatio est pro principitate: fieri Scipiadis durus bello, pro Scipionibus.

AMAZONICUS, [*Αμαζονίγος*] Adj. ut Amazonica parma. Plin. lib. 3. cap. 5.

Secures peltæque. Sueton. Neron. cap. 44.

Mons. sc. Pars Tauri. Plin. lib. 5. cap. 27. Mela 1. 19.

AMAZONIUS, Adj. Idem.

Amazonio auro calatus balteus. Ovid. Epist. ult. 119.

Genus. Sen. Hippol. 332.

Pelt. latus intercludere. Stat. 5. Sylv. 1. 131.

Amazonian pharetram victor habeto. Virg. 5. Aen. 311.

Amazonis ritu. Claud. in Eutrop. 1. 499.

Securis. Hor. 4. Carn. 4. 20.

AMAZONIUM, Amazonum castrum. Mela 1. 19.

A M B

AMBACTUS, i. apud Ennium (inquit Fetus) significat Servum. Cas. 6. Bell. Gall. 14. Ut quisque est genere copiosus amplissimus, ita plurimos circum se ambos clientesque habet. Ab Ambigendo dictus, quia mercedis gratia hic illuc circumageretur. Servum conductum Vetus. Glos. οὐδεὶς παθῶντι, interpretatur. V. Salmas. ad Vopisc. Carin. cap. 16. Cluver. Germ. Antiq. 1. 8. Scalig. ad Fett.

AMBEDDO, V. AMBEDO.

AMBAGES, f. [πεπτάλη, περιποτή] Circumitus. De hoc nomine apud veteres tantum legi has tres voculas, Ambage, Ambages, & Ambagious. Liv. 9. 11. extr. Et vix pueris dignas ambages sene & consulares falleniae fiduci exquireris. Ibid. Sexto ubi quid vellet parens, quidve preciperet, tacitus ambagibus patuit. Idem. lib. 19. cap. 8. Sanguinarium illud responsum has facti ambage reddidit.

Vide unde sit hic locus, Ex Plinio affertur, Multiformi ambage. H. St. [Nimirum prior locus per etremo Livio adscribitur, cum sit Plinii, alter Ejusd. est l. 2. c. 9. a princ.

Ambages fallaciola. Bell. lib. 14.

Flexa ambage. Stat. 4. Theb. 645.

Labitur, & flexa dubios ambage resolvit.

Multiformi. Plin. lib. 2. cap. 9. Multiformi hac ambage torfit ingenia contemplantium.

Ambages obscuræ. Ovid. in Ibin, 377. de Sphinx.

Nexa. Stat. 1. Theb.

Affore quos nexas ambagibus augur Apollo.

Succinæ ambages. Perf. 3. Sat. 20. — quid istas

Succinæ ambages?

Ambage longa morari aliquem. Ovid. 7. Met. 520. — sine ullo

Ordine nunc repeatam, nea longa ambage morer vos.

Ambage verborum obscurum carmen magico demurmurata ore. Ovid. 14. Met. 57. de Circe loquitur.

Horrenda canit ambages. Virg. 6. Aen. 99. de Sibylla.

Longe ambages. Virg. 1. Aen. 345.

Millis ambagibus. Hor. 2. Serm. 5. 9.

Positis ambagibus vera loqui. Ovid. 10. Met. 19.

Non ambita ambage. Tacit. 6. Ann. 46. 4. V. ABDITUS.

Ambage remissa. i. e. Millis ambagibus. Ovid. 7. Epist. 149.

Hos populos potius in dotem ambage remissa Accipe,

Remota ambage. Ovid. 3. Fast. 337.

Per ambages fatigare. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Per ambages tenere. Virg. 2. Georg. 45.

— non hic te carmine fieri

Atque per ambages, & longa exorsa tenebo. Quint. 61. b. Nec discentem per ambages fatigabit.

Per ambages aliquid tegere. Liv. lib. 1.

Ambage variarum viarum dicit in errorem. Ovid. 8. Met. 161. de Dædo.

Ambages æquoris renata. i. e. Longinque. Claud. Paneg. 1. 35.

Ambages recti resolvit. Virg. 6. Aen. 29. de Dædo & Labyrinto.

AMBAGO, iinis. Idem. Vet. Glos. Manil. 4. 394.

Et verum in cœco est multaque ambagine rerum.

AMBRAGIO, ònis. f. Idem ac Adagio. Varri. 6. de L. L. 3.

AMBAGIOSUS, Adj. [πεπτάλης] Gell. 1. 14. c. 1. sub fin. Non enim comprehensa (inquit) neque definita, neque percepta dicunt: fed humiliata atque ambagiōsa conjectura nitentes, inter falsa atque vera pedentium quasi per tenebras ingredientes eunt. [Nisi Ambagiōsus scripsit.

AMBANTIA, Populi sunt Asia, Ptolemaeo.

AMBAR, V. AMBARUM.

AMBARRI, a Cæsare inter Gallæ Celtice populos numerantur, 1. Bell. Gall. 11.

AMBARVÆLOS, Hostiae appellabantur, qua pro arvis a duobus (vel potius a duodecim, ut notat Ant. Augustinus) fratribus sacrificabantur. Fefluss. Servius. Ambarvale sacrificium dicitur, quod arva ambari victimæ. Ambarvalia, Sacra Romanis erant, cum per agrorum fines lustro quodam hostia duebatur; hinc illud Maronis, Ecl. 74.

Hac tibi semper erunt, & cum solemnia vota

Reddeamus Nymphae, & cum lustrabimus agros. Neque vero id a ruficis tantum fiebat, sed & a Romanis fines agri Romani lustrantibus, qui inter quintum & sextum lapidem (ut author est Strabo) erant, quod factum Ambarvalia (ut inquit) vocabant, quod (ut opinor) circum agri Romani terminos facrum fieret. Hæc Turnebus.

AMBÄRUM, i. [ἀμβρό] Odoramentum genus, quod nos vulgo vocamus, Ambrarene. Hoc in maris alveo non fecus atque in terra fungos oriri, ac deinde faventibus procellis & profundo elici, & in litus expui quidam tradunt. Nonnulli vero referunt pīfem azelum nomine, Ambarum: hoc avidissime profequi, ejusque eju necem fibi statim conficerere. Quod cum sciant pīfatores, bujus rei perit, pīfem hunc mortuum, undisque fluctuantem, coniectis uncis, & funibus extrahente, & Ambarum, pīfem animalis ventre, eruunt. Alii alter historiam recensent: de quibus vide Matthiol. ad Dioicord. lib. 1. cap. 20.

AMBASTÆ, Populi sunt Asia, Ptolemaeo authore.

AMBASTUM, Fluminis nomen in Asia, Ptolemaeo authore.

AMBAXIOQUI, pl. Pīfem sunt Circumeunte catervat. Scaliger putat legendum Ambaxioqui. Vossius Ambaxioqui vel Ambaxies.

AMBE, Varro 6. de L. L. 3. Profectum verbum ab ambe. Quem locum emartans Turnebus, Hoc verbū, inquit, follis & anxios habet Grammaticos. Ego Ambe puto esse Circum, quod diminutum dicitur An, ut in Aiquo. Integrum est incoluē in explicacione Ancilium in libris antiquis. Nam editionum certos eum quoque locum violarunt, atque ierunt, Ancilia dicta ab Ambecis. Dicitur & Ambu, ut in Ambuba-jis. Hæc ille. V. Voss. de Arte Grammat. 2. 18. conf. A.M.

AMBÈDO, òdi, òsum, [πεπτάλη] edere velesse. ex Am, & Edò; i. e. Circumdere. Tacit. 15. Ann. 5. 4. Vis locufarum ambederat quicquid herbidum aut frondosum. Et l. 38. ff. de adquir. rer. domin. Flumen ambedit agrum. Plaut. Merc. 2. 1. 15.

Dicit caprini, quam dederat servandam fibi,

Sua oportet ambedisse, oppido

Mibi illud videri mirum, ut una ille capra

Uxor Simias domet ambederit.

In novissimis edd. exp̄sum Ambadedisse, & Ambadeaderit, ita ut verbum sit decompositum Ambadeodo. V. Acidal. ad loc.

AMBEDO, & **AMBENS**, ab Ambesse. Tralate Lucret. lib. 5. 397.

Ignis enim superavit, & ambens multa perfluit.

AMBÈSUS, [πεπτάλης] Parte. ut, Ambese mensa. Virg. 3. Aen. 256.

Quam vos dira famæ, nostræque injuria cædis

Ambæs fūtigat malis confundere menas.

Ambæ flammis robora. Virg. 5. Aen. 752.

Ambefum multo vulnere. Sen. Hippol. 12.

AMBEST, Tertia persone verbum cit, ut nullam aliam habeat declinationem. Author Fetus. Hoc autem verbum potius videtur esse a Sum, es; quam ab Edò, es. [Contra cenfet Dacer. Nec sane video quid significet, si a Substantivo verbo derivetur.

AMBESTRÍA, i. c. Ammian. Marcellin. 29. 17. (cap. 3. Valef.) Cum duas haberet uras favas hominum ambeſtrices.

AMBEGNI, Bos & Verxes appellabantur, quum ad eorum utraque latera agni in sacrificio duebantur. Fetus. Ambegna oves. Bæb. Macer, qui fastos dies scripti, ait, Junoni, eas que geminas parerent oves, sacrificari cum duobus agnis altrinfectus alligatis, quas oves ambegnas vocari, quasi ex utraque parte agnos habentes. Ex Nomio. V. Varr. 6. de L. L. 3. & Voss. Etym.

AMBANI, [Αμβανοί] Gallæ Belgicæ populi, Plinio 4. 16. Ptolemaeo, Cæſari. Bell. Gall. 4. & Pomponio. Vulgo Amens.

AMBIDENS, five **BIDENS**, [δύοδες] Ovis dicitur quæ superioribus & inferioribus est dentibus. Fetus.

AMBIDENTRÍA, m. Qui sinistra æque ut dextra uitur. άμβιδέξιος, & αὐτοδιδέξιος Græcis, περιπλεκτος Synclo, Pro Ambiguo in Dion. p. 32. Appellatur etiam Ambidens in Vet. Glos. Symmachus Equimanum dixit 9. Epist. 105. addit. Ibid. 10. 1.

AMBIPARIUS, Duplex. ut, Ambiparia fabule. Arnob. 5. p. 181. Ambiparia obtiſſione. Idem 182.

AMBIPARIAM, Adv. Apul. Apol. p. 276. Ambipariam diffovere. & 4. Florid. p. 360.

AMBIPARIE, Idem. Claud. Mamert. de Statu An. 1. 3. Ambiparie subdivisum propofit.

AMBIFORMITER, Adv. ut, Ambiformiter dictum. Arnob. p. 183. h. e. Ambigue.

AMFIGA, s. f. [αμφίγα] Vasculi species. Apic. 67. Aves in ambigas sublatæ. Cæſ. Aurel. Tard. 4. 7. V. Athen. 9. 8. [Utricæ Cœlio fallo v. Ambigla, æ, affingit, cum sit Accusat. pl. nominat. Ambix, gis, vel cis.

AMBIGATUS, Gallæ Celtice Rex, virtute & fortuna prepossessus, de quo Liv. 1. Decad. lib. 5.

AMBIGO, [αμφίγα] quasi Circumago, vel, In ambas tanquam partes ago.

Ambigere, Litigare & controverſiam habere. Liv. 21. 31. Regni certamq[ue] ambigent fratres. Ter. Heaut. 3. 1. 33. Vicini nostri hic ambigunt de finibus.

Ambigendi. Cic. 3. de Orat. 109. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua queri & diſceptari potest. His Ambigendi, videri accipi paffive. Non enim res ambigit, sed ambiguit & controvertitur.

Ambiguit aliquid ex contraria scriptis. Cic. 2. de Orat. 110. Ex contraria scriptis liquit ambiguit, non novum genus nascitur, sed superioris generis causa duplicatur. i. e. In controversia vocatur.

Ambigere cum aliquo. i. e. Controvertere. Cic. 1. de Invent. 122. Ambigunt agnati cum eo qui est secundus haeres. Vide totum locum.

Ambigere patriam. Tacit. 6. Ann. 15. extr. Deivis plerunque itineribus ambigens partam & declinans. h. e. Ambiens, & non ingrediens.

Ambigere verbis. Liv. 3. Decad. lib. 1. Et id de quo verbis ambigebatur. Ambiguit aliqvid inter homines. Cic. 2. de Orat. 104. Nihil est enim quod inter homines ambigatur, in quo non aut quid factura sit, aut fiat, futurumve sit, queratur aut quale sit, aut quid vocetur.

Ambiguit, imperf. Plin. 16. 16. cap. 40. de ipso simulacro dea ambiguit. Cic. 2. Verr. 117. Si de hereditate ambiguitur.

Ambiguit feaya de morte. Stat. 12. Theb.

Ambiguit aliqwid idcirco quod. Cic. 2. de Orat. 109. Quoniam idcirco aliqwid ambiguit, quod aut verbum, aut verba fini prætermissa.

Ambiguit quis aliqwid inter peritos. Cic. 1. de Orat. 142. In eo autem jure quod ambiguit inter peritissimos. i. e. Qnod controversia est inter Juriſperitos.

Ambigunt cause prepter scriptum. Cic. 2. de Orat. 110. Ita fit ut unius genus in iis causis qua propter scriptum ambiguntur, relinguatur, si est scriptum aliqwid ambigue.

Theodosius Gaza pro Participante, & Jam ad hujus, jam ad illius naturam accedere. Homo autem (inquit lib. 4. de Generat. Anim.) cum omnibus generibus ambiguit. Nam & uniparum animal, & pauciparum, & multiparum interdum est, &c. Idem de urtica pīfē, Urtica (inquit) est ambigens & plantæ & animalis.

Vide an hic Plinio imitetur Gaza. H. St.

AMBIGUUS, Adj. [αμφισσάσ] Dubius. Festus, Ambiguum est, quod in ambas agi partes animo potest. Ter. Heaut. 4. 4. 26. Ambiguum hoc mihi jamdūdum fuerat.

Ambiguus cum genitivo. Tacit. 2. Am. 40. 2. Ambiguus pudoris ac metus. Futuri. Idem. 1. Ann. 7. Tiberius cuncta per Confites incipiebat, tanquam vetere Republica, & ambiguus imperandi. h. e. Incertus an imperare deberet.

Ambiguus vita jacuit. Claud. 1. in Eutrop. 53. Ambiguus alis volare. Sen. in Hippol. 11. Volat ambiguus mobilis alis hora.

Aqua. i. e. Diversi natura prædicta. Ovid. 15. Met. 333. Est lacus Arcadiæ, Phœnum dixere priores, Ambiguus suspectus aquis, quas nocte timet: Nocte nocent portæ, sine noxa luce bibuntur.

Dicitis ambiguis animi sententia praetendantanda mihi erat. Ovid. de Biblio-
de, 9. Met. 587.

Domus ambigua. Virg. 1. Aen. 661.

Quippe domum timerit ambiguum. Ubi Servius, Domum am-
biguum, in qua habitat mutabilis templa.

Error ambiguus. Stat. 5. Theb. 437.

Favor. Liv. 21. Per ambiguum favorem haud dubie gratiam victoris spe-
ctantes.

Fidei ambiguus vir, i. e. Lubricæ, qui se modo huc, modo illuc incli-
nat. Liv. 4. Bell. Pun.

Fides. Liv. 6. 2. Per annos prope centum nunquam ambigua fide in ami-
citis populi Romani fuerant.

Heres tanti certaminis ambiguus. Ovid. 13. Met. 129.

Infans. Sen. Hippol. 5. Scelusque matris arguit vulta truci ambiguus in-
fans. Minotaurum intelligit.

Ingenium. Plin. 4. Epist. 2. Erat puer acris ingenii, sed ambiguus.

Iter. Pers. 5. Sat. 34.

Labor ambiguus ignotus fortis. i. e. Dubii exitus. Sen. Hippol. 7.

Lapu ambiguo résuētum, fluitque. Ovid. 8. Met. 163. de Mæandro
fluvio Phrygiae.

Mares ambiguus. Claud. 1. Eutrop. lib. 462.

Eunuchi vestros habiunt, insignia sumunt

Ambiguus Romana mares.

Ambiguus modo vir, modo foemina. Ovid. 4. Met. 280. de Scythene.

Nomen. Cic. 3. Tusc. 20. Ab Invidendo autem Invidencia recte dici po-
test, ut effugiamus ambiguum nomen invidie.

Proles. Virg. 3. Aen. 180.

Agnotivus proteinus ambiguus, geminosque parentes. Servius: Am-
biguum: Non incertam, sed duplēcē: ut in sequentibus probat, di-
cens, Geminosque parentes.

Proteus. Ovid. 2. Met. 9. quia in variis se mutat formas, modo ursi,
modo leonis, modo aquæ, modo ignis.

Rem ambiguam primum videre, deinde distinguere. Cic. de Clar.
Orat. 152.

Scriptum. Cic. in Topic. 96. Id autem contingit, quum scriptum ambi-
guum sit, ut dua differentes sententiae accipi possint.

Sensu ambiguus. Claud. 1. in Ruff. 16.

Vates. i. e. Qui rem oblitus verbis involvit. Sil. Ital. lib. 7.

Verba ambiguia diffinximus. Cic. in Orat. 102. vulgo Äquivoca dicunt.

Verba ambiguia perplexa voce jacis. Sen. Hippol. 5.

Virginis. Ovid. 3. Amor. 12. 28. Ambigua captos virginis ore viros.

Voces ambiguas in vulgum spargere coepit Ulysses. Virg. 2. Aen. 98.

Vulnus ambiguus. Hor. 2. Carm. 5. 24.

Ambiguum relinquentur. Virg. 5. Aen. 36.

Transfact clapsus prior, ambiguumque relinquit. Ubi Servius:

Ambiguum, minus firmum ad celeritatem. Turnebus hunc locum me-
lius exponit: Ambiguum (inquit) id est, Parem & ambigentem cum
eo de cursu palma & victoria; & Relinquere hic est Præterire; quasi di-
cat, Prætereat eum qui cum eo juris est futurus ambiguus, cum simul ad
meum pervenerint.

AMBIGUUM, i. n. [ἀμφιβολία] Cic. 2. de Orat. 102. Statim occurrit
animo que sit causa ambiguū.

Ambiguum est. Ovid. 1. Met. 765.

Ambiguum est, Clymen precibus Phæthontis, an ira

Mota magis dicti sibi criminis.

Non habeo ambiguum. i. e. Non dubito. Cic. 11. Fam. 11.

In ambiguo esse. Tacit. in Vita Agric. 5. 4. Non sene alias exercitatio
magis in ambiguo Britannia fuit. h. e. In majore defectionis &
rebellioris periculo. V. 11.

In ambiguo servat. Hor. 1. Epist. 16. 28.

In ambiguo verbum relinquentur. Lucr. lib. 4. 1130.

Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur: sed non semper in joco, sa-
pe etiam in gravitate veluntur. Cic. 2. de Orat. 150.

AMBIGUÍGAS, atis. f. [ἀμφιβολία] dicitur, Quoniam de aliqua ambi-
gitute. Cic. 2. de Invent. 74. Sed nobis ambiguitate nominis videntur er-
rare. Ambiguitas nominis, est que minus doce Äquivocatio dicitur.

Ambiguitates exquites. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Ambiguitatem explicare. Quintil. lib. 7. cap. 6.

Solvere. Quintil. lib. 7. cap. 3.

AMBIGUE, Adv. [ἀμφιβολός] Dubie. Cic. 4. Acad. Quid ambigue di-
ctum sit.

Ambigue agere. Tacit. 1. Hist. 3.

Ambigue certare. Tacit. 2. Ann. 21. 3. h. e. Varia fortuna.

Ambigue possum verbum. Cic. pro Cæc. 81. i. e. Quod in eodem lo-
co duplēcē aut varie potest accipi.

Ambigue scriptum. Cic. 2. de Orat. 110.

AMBÍMĀNUS, Gloss. Vet. περιπέτεια. V. suprà, AMBI DEXTER.

AMBIO, i. v., itum, (penult. longa, propter crasis vocalium ex Ambi,
præter morem compositorum ex Eo) [περιπέτεια, περιπέτεια] ire. al. ex
Am., & Eo, b interposita; significat omnius cingere, circundare. Cic.
de Univers. 26. Ut terram lunæ cursus proxime ambiret. Virg. 10. Aen. 243.

— atque ora ambīt aurō. De clypeo loquitur.

Ambire maximo circulo. Plin. lib. 2. cap. 8.

Ambit terram aquis Oceanus. Ovid. 5. Fast. 82.

Ambire baculum nebulis. Ovid. 5. Met. 659.

Muros mare ambiat. Curt. 4. 2. 9. Ovid. 5. Met. 361. Ambiat. Vid.
Freinetum.

Littora natatu. Stat. 3. Sylv. 2. h. e. Circuire.

Ambire torrentibus. Virg. 6. Aen. 550.

Ambibat fundamina Sicula terra. Ovid. 5. Met. 361.

Vallum armis. Tacit. 1. Ann. 68. 1.

Ambire, [περιπέτεια, περιπέτεια] Ambitionibus appetere, ut ait Nonius:
vulgo Brigare dicunt: h. e. Magistratus vel honore petere, & ad eam
rem omni studio incumber. Cic. 11. Philipp. 19. Quod si comitia pla-
cent in Senatu habere, petamus, ambianus. Virg. 4. Aen. 283.

— quo nunc regnare ambiere furentem

Audeat affatu? Ubi Servius, Ambire, blanditiis circumvenire.

Nonius interpretatur Interpellare.

Ego ambio, ego periclit. Plin. Epist. lib. 6. 6.

Ambire palnum histriobus. Plaut. Amph. prol. 69.

Ambit vocibus variis, i. e. Ambitiose circumvenit. Valer. 7. Argon. 256.

Ambire, cum Int. pro Cupere. Stat. 2. Sylv. 1. 254.

— hunc ipse choro plaudente Philetas,

Callimachusque fenex, Umbroque Proprietus antro,

Ambitudo laudare diem.

Ambit vitalium mater, pro Affectatur, & studiose comitatur. Claudi. 1.
de Rapt. Proserp. 127.

Ambit signis augitorum infans. Claud. Paneg. 3. de Honor. August. 150.

AMIÉN, s. Partic. Curt. 7. 26. Scelus ambientibus ramis concreta est. Sueton.

Cæs. c. 18. Cum ambienti ut legibus solvereetur multi contradicerent.

AMBIENTER, Adv. Sidon. 7. Epist. 9. Ambienter expere.

AMBITUS, Partic. Ovid. 1. Met. 37.

Julius & ambitus circumdare brachia terre. Cic. pro Planc. Populus

Ædiles facit eos a quibus est maxime ambitus. Tacit. 3. Hist. 93. 3. Inte-
gris quoque rebus a Cæcina & primoribus partium nam Vitellium aper-
tentibus ambitus.

AMBITIO, ònis. f. [ἀμβιτία] Ipsa actio ambientis, ait Festus. Circui-
tus, ambitus. Solin. c. 48. Nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambi-
tio tantum extime cutis cohicit. Idem c. 35. Navigant autem vimincis
alveis, quos circumdant ambitione tergorum bubulorum.

Item Affectatio dignitatis aut honorum, ut Cic. 1. Off. 87. Miserrima

est omnino ambitio, honorumque contentio. Hoc per epexegesit ad-

didit Cæs. Nam Ambitio, nihil aliud est quam Inmoderata cupiditas

honorum, aut glorie: sicut Avaritia, Cupido pecuniae. Quod utrumque

Sallustius multis verbis perseguitur in Catilia, ubi de Corruptis

Romanorum moribus agit.

Ambitio, duplex. Cic. in Sallust. 6. Cedo si fuerim in honoribus pen-
tendis nimis ambitios, non hanc dico popularem ambitionem, cuius me

principem confiteor: sed illam perniciosem contra leges, cujus prius

ordines Sallustius ducit.

Ambitio nutrix avaritiae. Claud. 1. in Conf. Stilich. 114.

Ambitione metiri omnia. V. METIOR.

Ambitione labi. Cic. in Bruto, 244. Non puto, inquam, existimare te,
ambitione me labi, quippe de mortuis.

Cretata ambitio. Pers. 5. Sat. 177.

Demens. Claud. 2. Paneg. 186.

Impatiens. Stat. 1. Theb. 129.

Impotens. Sen. Thycet. 4.

Inams. Hor. 2. Epist. 2. 207.

Levis. Ovid. 1. Fast. 303.

Mala. Hor. 2. Serm. 6. 18.

Misera gravique solitus. Hor. 1. Serm. 6. 129.

Prava. Hor. 1. Serm. 6. 51.

Solicita. Ovid. 4. Trist. 10. 38.

Timidus. Cic. pro Milon. 43. Scio enim quam timida sit ambitio, quam

quanta & quam folclora cupiditas Confulatus.

Ambitio nostra nititur in Domitio. Cic. 1. Att. 1. Sane sum perturbatus,

tum ipsius Satyri familiaritate, tum Domiti, in quo uno maxime ambi-

tionis nostra nititur.

Ambitio mortis. Claud. in Seren. Regin. 166.

Ambitio exarserat. Liv. 4. Decad. lib. 5. In exitu janu annus erat, & ambi-

tio magis quam unquam alias exarserat Confularibus comitiis.

Ambitionis manifestus aliquis. Tacit. 14. Ann. 29. Magna dum vixit te-
veritatis fama, suprēmis testamento verbis ambitionis manifestus.

Ambitione relegata dicere possum, i.e. Sine amoitione. Hor. 1. Serm. 10. 34.

Ambitiones. Cic. 4. 12. Ut studia cupiditatesque honorum, arque ambi-

tiones ex omnibus civitatis tolleret. Idem 2. Tufc. 62.

Ambitio preter notum significavit, Obsequium gloriis significat. Sue-
ton. in Othon. cap. 4. Nullo offici aut ambitionis in quenquam genere

omnī. Budens. [Cur gloriis? coni. Sall. Jug. 45. & 86.

Ambitio, pro Acupatione gratie. Cic. 1. Q. frat. 1. præfertum quoniam ii

mores tantum jam ad nimiam lenitatem & facilitem incuberunt. Ta-
cit. 1. Hist. 1. 4. Sed ambitionem scriptoris facile aversari: ebrectatio
& litora proris auribus accipiantur.

Ambito, Contentio & flagitatio. Cic. 13. Fam. 5. Nam quoniam multi a me

petunt multa, quod de tua erga me voluntate non dubitant, non comit-
to ut ambitione mea corturbem officium tuum.

Ambitione summa a populo contendunt magistratus. Cic. 4. Ver. 131. Et

proper magnitudinem potestis hic magistratus a populo summa ambi-

tione contenditur. i. e. Petitur: de Cenura loquitur. Nonnumquam

est offici ostentatio quædam Nep. 10. 2. 2. Magna eum ambitione Sy-
racusas perduxit.

AMBITIÖSUS, Adj. [περιπέτεια, φλερπο] propr. Qui multum am-
bit, multaque amplectitur. us, Amnis ambitiosus. Plin. 1. 5. c. 15. de

Jordane loquens: Amnis amoenus, & quantum locorum sitas patitur,
ambitiosus. i. e. Magni ambitus, sive Multa arabiens. Laetivis hederis

ambitiosior. Hor. 1. Carm. 36. 18. Ambitiosa oppida dixit. Solin. c. 17.

pro Oppidis quae magni sunt ambitus.

Ambitiosus, & qui ambit, & qui ambitus dici potest, inquit Gell. 1. 9.

c. 12. [Sel vellen, ut in alius, sic in hac quoque voce ancipitis hu-
ius significatio exempli protuliflet.

Ambitiosus, Ambitione labores. Cic. pro Flacc. 42. qui ita sit ambitio-

fus, ut omnes vos, nosque quotidie perstaret. Hor. 2. Serm. 3. 165.

— verum ambitiosus & andax.

Amititia ambitiosa. Quæ plurimæ ostentationis, nihil aut parvum rei ha-
bent: cujusmodi nunc sunt inter alios. Cic. 1. Att. 13. Nam illæ ambi-

tiose nostræ, fucosaqæ amicitiae, sunt in quoddam splendore forensi,
fructum domesticum non habent.

Atria. Martial. lib. 12. ad Client. 69.

Atria si sapientis ambitio colas.

Amor. Ovid. 2. Amor. 4. 48.

Ars. Plin. lib. 29 cap. 1. De arte medica loquitur.

Casa. Martial. lib. 12. 67.

Et casa divitias ambitio latet.

Colus. Claud. Quart. Conf. Hon. 533.

Decreta ambitiose vocantur, Quæ per gratiam & favorem facta sunt. Ul-
pian. 1. 3. ff. De minor. D. Severus hujusmodi Consulim vel Präfi-
demur decreta, quæ ambitiose illæ interpretari lunt.

Diligentia. Ulpian. 1. Si bene collocate. D. de usu. & fruct. Nam inter

infelicitatem curiositatem, & diligentiam non ambitiose multum intererit.

Diligentia non ambitiose est, iusta & accurata, nec nimia, nec affectata,

nec fama auctoratrix. Budæus. Dux.

Dux. i. e. Gratiae auctor. Liv. 4. Decad. lib. 9. **Carminalia** a militibus ea in Imperatorem dicta, ut facile appareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici: triumphumque esse magis militari favore quam populari celebrem.

Festinatio. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Gloria. Stat. 6. Theb. 435.

Homo. Cic. 13. Fam. 1.

Honor ambitiosus. Ovid. 8. Met. 277. i. e. Qui ambitiosos facit: ab effectu, vel Quem ambitiosi fecerunt ambitiosi. Heinr. edidit Invidiosus q. V.

Imperator. Cic. pro Muren. 20.

Ornamenta. Hor. in Arte Poet. 447. De versibus loquitur.

Pauper. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Rogationes. Cic. 6. Fam. 12.

Sententia judicis. i. e. Per gratiam & favorem lata. Suet. in Domit. c. 8. Ambitiosus in malis. Quintil. lib. 6. Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum augere casus volo. & Ovid. 3. de Ponto, 1. 84.

Pro nostris ut sis ambitiosus malis.

In honoribus perpendis. Cic. in Sallust. 6.

In laude. Martial. lib. 1.

In aliquem. Cic. 1. Q. frat. 2.

Ambitiosum etiam, Enixum dicunt, & Affectatum, quod Graeci *περισταθείν* dicunt, i. e. Ingenti studio factum. Tacit. 2. Hist. 49. de Othoni loquens, Ambitiosus id precibus petierat, ne amputaretur caput, iudibrio futurum. Budeus. Cic. Valent tamen apud Casarem non tam ambitiosus flagitationes, quam necessaria. Ita Amicitia ambitiosus, Rogationes supra. Praeceptor ambitiosus utilia praesert. Quintil. 1. 2. Idem 6. 5. Ambitiosum declamandi studorem.

Ambitiosus pro Gratiosus posuit Juttin. 17. 2. 6. Ambitiosus apud populares. Et 30. 2. 2. Ambitiosus pulchritudinis scortum. [Pote tam & his locis accipi, pro Favorem captante & Valde blandiente. Videbis & rute expende utrumque locum.]

AMBITIONE, Adv. [φρέσκας] Per ambitionem. Liv. 1. Isque primus & petitius ambitiosus regnum, & orationem dicitur habuisse, &c.

Ambitiosus agere. Cic. 7. Att. 3. Utrumque vero simul agi non potest, & de triumpho ambitiosus, & de Repub. libere.

Ambitiosus corrigerere orationem. Cic. 15. Att. 1. Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina, perivitque a me, ut eam ne ambitiosus corrigerem, ante quam ederet. Ambitiosus autem corrigerere dicitur is qui in amici scriptis pauca mutat, quod vereatur ne eum offendat, ambitiosus in eius gratia retinenda. Alii aliter exponunt: Ambitiosus quam honctius defendere. Tacit. 4. Hist. 40.

Ambitiosus facere aliquid. Cic. 3. Fam. 7. Quum in isto genere multo etiam ambitiosus facere soleam, quam honos mens, & dignitas postulae. Ambitiosus fovere aliquem. Liv. Decad. 4. lib. 8.

Ambitiosissime petere provinciam. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Ambitiosus pro aliquo scribere. Cic. 13. Fam. 69.

Ambitiosus trifis. Martial. lib. 1. prefat. Siquis tamen tam ambitiosus tri- fuit est, ut apud illum in nulla pagina Latine loqui fas sit.

AMBITUS, ñ. m. [περιστάθειν] Varro 4. de L. L. Ambitus iter, quod circumteritur, nam Ambitus Circutus: ab eoque XII. tab. inter- pretes, ambitus parietis, circutus illae describunt. Festus, Ambitus proprius dicitur inter vicinorum adiuncta locus duorum pedum & semi- pedis ad circumeundi facultatem relietus, ex quo etiam honoris ambitus dici coepit a circumeundo, supplicandoque. Ambitus proprius dicitur Circutus adiectorum, parentis in latitudinem pedes duos & feminei, in longitudinem idem quod adiunctum. Sed & eodem vocabulo, crimen avaricia vel affectati honoris appellatur. Hactenus Festus. Nisi posteriora Pauli sunt descriptoris.

— lethalisque ambitus Urbi,

Annuu venali referens certamina campo.

Ambitus aedium. Cic. in Topic. 14. Quoniam P. Scavola id solum esse ambitus aedium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa te- stum projectetur.

Aqua. Hor. de Arte Poet. 17.

Mollis ambitus pinguis viscera obtundit sinus. Sen. OEdip. 370. Navigationis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Nomina. Plin. lib. 15. cap. 30. i. e. πολυωνυμία.

Operis totius ambitus. Curt. 5. 1. 26. conf. 4. 8. 2.

Rotundus ambitus. Cic. de Univers. 23. Sic atinus a medio profectus, extremitatem cœli a supra regione rotundo ambitu circumcidit.

Stellarum rotundi ambitus cognoscuntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.

Metaph. Ambitus facere circa aliquam rem. Liv. 27. 27. extr.

Ambitus suo adfringere. Sen. Epist. 12.

Ambitus verborum. Columel. lib. 2. cap. 2.

Ambitus verborum, pro Periodo. Cic. in Bruto, 162. Comprehensio, & ambitus ille verborum (si sic *περιστάθειν* appellari placet) erat apud illum contractus & brevis. Cic. 2. de Orat. 148. Quia si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus: sic enim has orationis conversiones Graci nominant. Cic. in Orat. Perfecto completo que verborum ambitu gaudentias meas, & curta sentiunt, nec amant redundantia. Idem ibid. Arguti, certique & circumscripsi verborum ambitus conceduntur.

Ambitus, pro affectati honoris, & malis artibus petiti criminis. Lucan. I. 1. 179. Ambitus & largitio. Cic. 2. de Orat. 105. Et de ambitu raro illud datum: ut possit liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione se jucunere.

Ambitus arior. Tacit. de Germ. 37. V. ACER.

Immanis. Cic. 2. Q. frat. epist. ult. Ambitus redit immanis: nonquam fuit par.

Accusari ambitus. Cic. pro Cœl. 16.

Damnari ambitus. Cic. de Clar. Orat. 180.

Judicium ambitus. Cic. pro Cluent. 114.

Lex ambitus: Que de ambitu vindicando lata est: quales fuerunt multe: de quibus confite Ant. Augustini. de Legg. & Senatusconf.

Ambitus, pro Auctoritate gratiae, & virtutio emerenda fame cupiditate, a Quintil. ponitur, lib. 4. cap. 1. Et enim (inquit) non nunquam pravis judicibus hic ambitus adversus amicos. Idem lib. 12. cap. 7. Summovenient vero est utrumque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditanti operam suam, vel illud etiam jactantius minoris ut: que contra dignitatem attollendi.

Ambitus item Quavis contentio nimia & dedita opera navata. Scit. Med. 399. — Segnis hic ibit dies

Tanto petitus ambitu tanto datus. Tacit. 1. Hist. 19. 5. Ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vespes impulerat. Flor. 1. 16. Germeis & argenteis armis, discolori vespe usque ad ambitum ornata gentem, i. e. usque ad ostentationem exquisito luxu.

AMBITUDO, ñ. f. Circuitus. Apul. in Asclep. Tempus per alterius ambitudinem rediens.

AMBITOR, ñ. m. Qui ambit. Paulin. Epist. 13. fect. 16. **Ambitorum** conf. Lamprid. in Alex. cap. 28. & Salvian. lib. 5. de Guerr. p. 118. Baluz.

AMBIVIUS, Nomen gent. Roman. ut **Ambyvius Turpion**, auctor comicus qui plerasque Terentianas fabulas docuit. Meminit autor Dialog. de Orat. cap. 20. & Symmachus 10. Epist. 2.

AMBIVIO, Idem quod **Bivium**. Varro apud Nonium 6. 15. His in ambitu namcum confundimus paluarem.

AMBЛАДЕН, a. f. **Pifida** Urbs. Steph. & Strab. lib. 12. Hinc Ambladenie vinum. Strab. I. c. p. 392.

AMBO, a. o. [ἀμφορεύ] Nomen est collectivum de duobus. Cic. 1. de Divin. 70. Quorum amborum generum una ratio est. Fit a Graeco ἀμφορεύ, ut ait Festus.

Uterque & Ambo, differunt. Utrumque fecisse dicimus, si & hic & ille fecerit divisum; ut Uterque fecit domum: ergo duæ domus sicut sunt. Ambos fecisse dicimus, si duo conjunctim aliquid fecerint; ut, Ambo sibi monumentum constituerunt: h. e. Unum monumentum commune. Ter. propl. And. 10. Qui utramvis recte norit, ambas noviter. [Sed aliud Utervis, ac Uterque. Ambo (ait Solopater lib. 1.) non est dicendum, nisi de iis qui uno tempore quid faciunt: ut puta, Eteocles & Polynices ambo perirent: quasi dicas, Una. Romulus autem & Africanus non Ambo triumphaverunt, sed Uterque, quasi Diverso tempore. Ex Parthio in Claudianum. [Sed hanc differentiam neglexisse optimos auctores satis appareret vel ex illo Tibulli, 3. 5. 18. quod totidem verbis Ovid. 4. Trist. 1. leg. 10. v. 6. expressit, si fides MSS. Cum cecidit fortis confusus uterque pari. Ambo & uterque. Cic. in Orat. 11. Vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque (si verum quærum) potius expers.

Ambo una. Ter. Eun. 4. 4. 35. Una ambo abierunt foras.

Ambo, m. in accus. Hor. 2. Serm. 3. 180.

Præterea ne vos titillat gloria, jure Jurando obstringam ambo. Plaut. Rud. 3. 5. 7. Jube dum recedere istos ambo illuc modo.

Ambo iter paragunt. Hor. 2. Serm. 6. 99.

Ambo convenientius. Virg. 5. Ecl. 1.

Ambo florentes atatus. Virg. 7. Ecl. 4.

Ambo una feruntur junctis frontibus. Virg. 5. Æn. 158. de Centauro & Præf. navis loquens.

Ambas buccas iratus inflat. Hor. 1. Serm. 1. 21.

Ambas palmas ad cœlum tendit. Virg. 10. Æn. 596.

Amabus manibus proverbiales est pro Sedulo, toto conatu. Ambobus pedibus fugere, Celiter.

AMBO, ñ. m. [ἀμφορεύ] Sugestus aut Cathedra unde verba fuent. V. Bebel. de Abus. L. L. p. 50. *αμφόρευ*, i. e. *αναβαύειν*. V. Spelm. Gloss. in verb. & Voff. Eym. fol. 22. Phavor. Lexic. in verb. Utuntur hac voce Scriptores Ecclesiastici. Priscis Latinis ignota est. Bebel. in Facet. de Sacerdoti. Cathedra illa concionatoria, quam indecni ambonem vocant.

AMBRACIA, [Αμβρακία] Nobilis est civitas Thesprotia Epiri, ab Ambrace Thesproti filio, hodie vulgo **Larta** appellari dicunt, quod negat Hard. ad Plin. lib. 4. cap. 1. Qui **Ambracia** potius vocari docet hoedique. Aliquando dicta est Epuria & Paralia. Hermolaus ex Steph. Meminit Plaut. Stich. 3. 2. 35. Hanc diu oppugnatam in dedicationem accepit M. Fulvius Conful. Roman. Liv. lib. 38. 9.

AMBRACIUS, [Αμβρακίδης] Adj. Qui ex Ambracia est. Frondes. Stat. 2. Sylv. 2. 8.

Ora. Lucan. lib. 5. 652.

Pontus. Stat. 4. Theb.

Situs, quo merita est Acarnania, ut testatur Plin. lib. 2. cap. 90. Hodie *Le golfe de Larta*.

AMBRACIENSIS, Ambracienses cives & incolæ. Liv. 4. Decad. lib. 8. Ut Ambracienses compellenter ad dedicationem. Sic ibidem iterum ac sepius.

AMBRACIOTÆ, Idem qui Ambracienses. Aurel. Vict. in Fulv. Nobiliori c. 5. 2. Conful. **Ædipos** Ambraciotaque in dedicationem accept. Plin. 14. 7. Apollodorus Medicus in volumine quo suavit Ptolemae regi que vina bibet, laudavit Leucadium, Ambracioten & Peparethium. Græcum tamen potius, quam Latinum est.

AMBRICES, Tegulae, que transversæ, asperibus & tegulis interponuntur. Festus. Turnebus Adv. 14. 12. Regulas non Tegulae legit, id quod fensus, inquit, ipse declarat: fed & Francorum lingua, quæ articulo addito tabellas quibus lacunarria texuntur, aut ædes obduncuntur. **Ambris** vocat: quod cum fit, aedes **Lambricæ**, pro Ambricari dicit. Forte tamen Festus Ambrices, antiquæ pro Imbricibus posuit, quod est tegularum genus. Illud enim ex Gr. *αμβριξ* facilius, quam posterius deflectit, unde placet arcessere Grammaticis.

AMBRONES, fuerunt gens quadam Gallica, qui subita inundatione mari quum amissum fedes suas, rapinis & predationibus se fuosque alere ceperunt. Eos, & Cimbros, Tenthonesque C. Marius delevit. Ex quo tractum est ut turpis vita homines Ambrones dicentur. Festus. Ita Hidor. Ambro, Devorator, decoctor, luxuriosus, profusus. V. Chiliad. & Scalig. ad Fest.

AMERONIUS, a. um. Adj. Autor. Anon. apud Cathol. Tu habes lurconianam buccam & ambroniinam labia.

AMBROSIAS, [ἀμπροσία] Herba quam alii Botrys, alii Artemisia vocant, teste Diofor. & Plin. lib. 27. cap. 4.

Poeta fabulantur Ambrosiam appellari cibum, idemque Unguentum deorum: quemadmodum Nectar, potum. Hinc etiam dictam aiunt ex *Στρατηγῷ* & *Βερτῖ*, mortalibus: interposito *μῆλον*, vocalitatis gratia: vel quod mortales eam non edant: vel quod eam ederint, immortales evadant. Ovid. 1. de Ponto, 10. 11.

Nectar & ambrosiam laetices epulasque deorum.

Ambrosia aliendus, proverbiali figura dicuntur, Qui est egregius & velut diu aquandus. Ufus est Cic. 2. de Orat. 234.

Ambrosia

Ambrosia dulci dulciss. Catul. 9. 6. 2.

Ambrozia fabulris. Virg. 12. Æn. 419. — sparginque salubris

Ambrozia succos, & odoriferam panaceam. [Nisi accipit pl. est Salubris h. l.

Ambrozia, Antidotum nomen, quod Zopyrus Ptolemao regi composuit.

Cels. lib. 5. cap. 23. 2.

Ambrozia, Dionysi festum, apud Iones in primis, qua Lenæa & Choæ

dicebantur. Cœl. lib. 28. cap. 25.

AMBROSIUS, [Ᾱμβροσίος] Proprium nomen, quod interpretatur Divinus, seu Immortalis. In primis clarus hoc nomine episcopus Mediolanensis, qui floruit seculo Christiano quarto, temporibus Valentiniiani, Gratiani, Theodosii & Honori Imp. Numeratur inter 4. patres Latinos, quos quia ceteros antecellunt, Cardinales vocamus. 3. reliqui sunt Hieronymus, Augustinus, Gregorius M. Cum Ambrosius ab Iustina imperatrice persecutionem patuerat, instituit hymnos & psalmos more Orientalium decantari, ne populus meritoris tæcio contabesceret. Durand. 1. 5. Rational. p. 82. ex Augustin. quem vide 9. Confess. 7. Ipse quoque Ambrosius (V. Cœl. Epist. ded. in Hymn. Fcl.) haud paucos hymnos venustissime conscripsit: quorum haec fere ratio est, ut quanto quoque versu sententia abolviantur, ut alterius vicibus cantari possint. Qui canendi mos mire ecclesiis placuit. Hinc Hymni omnes hanc ratione compotiti, quorum in ecclesiis usus est, dicuntur **AMBROSIANI**, quemcumque tandem auctorem habeant. Tales multa sunt qui a nonnullis Ambrosio tribuuntur, nec vero ab illo compotiti sunt, sed ab aliis ad illius modulum. v. g. qui incipit, Magna Deus potentie, &c. item, Conditor, alme siderum, &c. in primis, Te Deum laudamus, &c. Ambrosianus Hymnis dicitur.

AMBROSIUS, a. um. Adj. [Ᾱμβροσίων] i. e. Ex ambrosia, vel Ad ambrosianum pertinens. Martial. lib. 4. 8.

Temperat ambrosias quam tua cura dapes. Virg. 1. Æn. 403.

Ambrosiaque comæ. Ubi Serv. Ambrozie comæ, aut deorum unguento oblite. h. e. Ambrofæ: aut certe abusive dixit, Divina comæ.

Color ambrosius April. Milie. 10. p. 254. Corpus. 8. p. 205. Pedes 11. p. 258. pro Pulchris, quales corum sunt qui pafcentur ambrosia.

Liquore ambrosio membra spargit. Stat. 9. Theb.

Sinu ambrofio puerum complexa. Claud. Epit. 22. v. 110. V. Barth. Advers. 24. 22.

Succus Ambrosius. De Vinis. Sil. Ital. lib. 7. 210. Columel. lib. 10. c. 39.

AMBROSIACUS, alterum Adj. [Ᾱμβροσιακός] ut, Ambrosiaca vitis. Plin. lib. 14. cap. 3. Sed sunt etiamnum infinges, uva non vino, ambrosiaca, duracina.

AMBREYSUS, vel **AMPHRYSSUS** Nomen duarum urbium, quarum unam Strabo locat in Phocide, alteram in Beotia. Quidam Amphrysum rectius dicit affirmat. V. Steph.

AMBUBAIAS, [Ᾱμβυραια] sunt, Porphyrione authore, Mulieres impudicæ, vagæ ac vilæ: quibus nomen hoc caſu vanorum & ebrietate balbutientum verborum videtur esse inditum. Aeron vero sic: Ambubaie dicuntur mulieres tibicina lingua Syrorum. Etenim lingua corum, tibia five symphonia, Ambubia dicuntur. Dicta ab Ambub, quo vocabulo Syri εὐωνία significant. Inde Ambubia, ή αὐλαῖες, ut docet Scaliger. Conject. ad Varri. p. 54. & comment. in Copam. Virg. p. 256. Alii dicta putant, quod a M., i. e. Circum BAIAS, Locum amoenissimum, & voluptatibus plenum, verasentur. V. Hadr. Turneb. 11. Advers. 23. & Læv. Torrent. Comm. in Suet. & Lex. Pitifc. Suet. in Neron. c. 27. Inter scortorum totius urbis ambubaiarumque ministeria. V. ibi Cœl. qui Scaligeri & Caninii, qui præram putam Syram tradidere hanc vocem, opinionem laudat ac conformat. conf. Steph. Le Moine in notis Sacra, p. 471. Hor. 1. Serm. 2. 1.

Ambubaiarum collegia, pharmacopole,

Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne.

AMBUBIA, [Ᾱμβυρια] vel (ut alias placeat) **AMBUGIA**, Ηgyptio nomine nobilior est quam Latino. Cichorium enim nemo neficit. Dicitur & Erraticus Intubus, flore coruleo, qui nubilo etiam die panditur, & cum eo circumagit in occasum, noctu semper compreflus. Hæc Ruell. l. 2. c. 120. Idem l. 1. c. 20. Erraticum vel agrestem intubum, cichorium, ambubiam, & Grecis pierida, eadem esse herbam cenfunt, qui bonus authores evolvent. Ambigiam apud nos quidam appellavere Intubum erraticum. Plin. l. 20. c. 8.

Ubi Hermolaus docet tam a Cornelio Jœcili vocari Ambubiam. 2. 30. Alii putant Cœli codices, unius literæ perverſione, ex Ambubia in Ambubiam deflexisse, nomine videlicet ductio ab Ambubendo: quod mira convenit cum voce Pliniani Erraticum. Vetus Budæi codex membranaceus in illo Plinii loco habet Ambubalam. Sex allii codices Pliniani, & ipsi vetutis, atque adeo membranacei, qui apud nos sunt, habent Ambulam. V. Harrau. ad Plin. l. 20. c. 8. Conf. Lud. Non. de Re Cib. l. 1. c. 12.

AMBULACRUM, V. **AMBULO**.

AMBULO, [Ᾱμβουλος] are. ab Ambulo deducitur, quod est Circuire; significat autem hic atque illuc ire, propriæ tamen exercitationis, aut animi caſta: quod & Deambulare dicimus. Plaut. Men. 2. 2. 4. Convivæ ambulant ante oſtium.

Ambulare, [πορεύεσθαι, βαζεῖσθαι] ire, gradiri, incedere. Plin. lib. 10. cap. 65. Mures Ηgypti bipedes ambulant, cœu Alpini. Plaut. Bacch. 4. 8. 55. Cum illa neque cubat, neque ambulat.

Ambulare pedibus. Plaut. Truc. 2. 6. 46.

Ambulare paslus quingentos, aut pentingenta millia passuum. Plin. l. 20. cap. 2. Cic. pro Quint. 79.

Ambulant aves. Plin. lib. 10. cap. 38. Ambulant aliquæ, ut cornices: faſiūnt aliquæ, ut paſſeres, merulae, &c.

Ambulant naves. Cato de R. R. cap. 1. Annis, qua naves ambulant.

Ambulare maria. Cic. 2. de Fin. 112. Quum Xerxes tantis clavisibus, tantisque equitribus & pedetribus copiis, Helleſponto juncto, atque per follo, maria ambulavit, terraque navigasset, &c. Ubi nota ambulare ἐνεργεῖσθαι (active) usurpari.

Ambulavit posſello per multos. Ulp. in l. Sed. & si §. Perinde D. de petit. hæred., i. e. Sæpius posſello mutata est, & ab uno ad alterum translata: quia in significacione hæc verbo JC̄ti utuntur. Nam & Emptiones eodem modo per pluræ personas ambulasse dicuntur in l. sed ubi 15. D. de minor.

Ambulare foro transverso. Cic. 3. de Orat. 131. M. vero Manlium nos etiam vidimus transverso ambularem foro.

In littore. Cic. in Bruto, 96.

In sole. Cic. 2. de Orat. 60.

Cum aliquo. Cic. 4. Acad. 5.

Recte. Cic. 9. Att. 5. Si enim recte ambulaverit qui hanc epistolam tu-

VOL. I.

lit, in ipsum tuum diem incidit.

EO modo aurem ambulat Cœſar. Cic. 8. Att. 22. Eo modo autem ambulat Cœſar, & iis diariis militum celeritatem incitat, ut timeant ne citius ad Brundutum, quam opus sit, accelererit.

Ambulat demilis tunica. Hor. 1. Serm. 2. 25.

Ambulat libera per tutas vias. Ovid. 1. Fast. 122. de Pace loquitur.

Ambulet ante noctem cum sacibus. Hor. 1. Serm. 4. 51.

Ambulare creto peccore. Claud. in Eutrop. 1. 307.

Ambulare superbum. Hor. Epop. 4. 5.

Licet superbus ambules pecunia,

Fortuna non mutas genus.

Ambulare in jus. Plaut. Circ. 5. 2. 23. Ambula in jus. Ter. Phorm. 5. 7.

(al. 8.) 43. In ius ambula. Ubi Donatus, Ad judicem eamus scilicet: nam Ius pro Loco est. Sed in quo Prator redit: Itaque in ius ire & ambulare, non est Ad judicem ire (ut putat Donatus) sed Ad Pratorem.

Quid sibi velit hæc correctione Donati interpretationis non affequor. Ipse Donatus quidem paulo infraad v. 88. In ius eamus. Ad pratoris, inquit fellam. Sed minus recte, ut equidem censeo, in Fabula Graeca seu Palliata Pratorum mentio iniicitur. Poterat melius verbis ipsius Terentii Ad judices. V. Act. 1. Sc. 3. v. 79. & 2. 1. 52. Pertinebat enim Actio εὔποιης, seu Neglectarum nuptiarum ad Heliastarum dicasterium Athener.

Ambula hoc caput per omnes leges, Plin. lib. 10. cap. 50. quasi dicar, Tervagantia est, utpote in legibus paſſus repetitum.

Bene ambulato. Plaut. Capt. 2. 3. 92. & ibid. 4. 2. 119. Bene ambula & redambula: formulae sunt bene precardi abituri.

Dionyſii Catopis praeciput est: Cum bonis ambula, i. e. Conversare, ut Boxbornius in Quæst. Rom. interpretatur. Quæ ratio loquendi veteri Bibliorum interpreti frequentius usurpata.

Ambulari, palli, in tertius perf. Plin. l. 23. c. 1. Si statim bina stadia ambulant. Et impersonaliter. Varro 5. de l. L. 1. Sedetur ambulatur. Conf. Gell. 1. 2. c. 2. Ambulatum deducabantur milites ordine velut dimicatio- nis causa. Veget. 1. 27. Exercitum militare de quo V. Lex. Pitifc. in voce **AMBULATUM**.

Ambulans coena, i. e. Ambulatoria. Martial. lib. 7. 47.

Pro mensis habet Annus ministros:

Transcurrunt gabatae, volantque lances

Has vobis epulas habete lauti,

Nos offendimur ambulante coena.

Ambulans fluvius. Plin. lib. 5. cap. 9.

AMBULATIO, ōnis. f. [Ᾱμβολατία] Cic. 5. de Fin. 1. Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.

Ambulatione cibos perferre Athletas malunt. Plin. lib. 11. cap. 73.

Ventum est in ambulationem. Cic. 1. de Orat. 28.

Ambulatio, Locus ad ambulandum, idem quod Ambulacrum. V. Lex. Pitifc. Vitruv. lib. 5. cap. 9. Cœla theatra sunt porticus & ambulationes: que videtur ita opportere collocari, ut, &c. Columel. lib. 1. cap. 6. Ambulations meridiano æquinoctiali subiecta sint, & ut hyeme plurimum folis, & aestate minimum recipiant, conf. Catull. 56. 6. & Buchn. ad Plin. Epist. n. 513.

AMBULIUNCULA, dimin. [Ᾱμβολινδα] Cic. 2. Fam. 12. Cum una mehercule ambuluncula, atque uno sermone noſtro omnes fructus provinciae non confero.

Ambuluncula, Parva ambulatio. De loco dictum. Cic. 13. Att. 29.

Tecta igitur ambuluncula addenda est.

AMBULATOR, ōnis. m. [Ᾱμβολατός] Qui hue & illuc ſæpe ambulat. Cat. cap. 5. Villicus ne ſit ambulator. Columel. lib. 1. cap. 8. Villicus enim (quod aut Cat.) ambulator eſſe non debet. Martial. lib. 1. 42.

AMBULATRIX, ūnis. f. [Ᾱμβολατρία] Cat. cap. 14. de villicæ officio loquens. Ad coenam ne quo eat, neve ambulatrix fieri.

AMBULATORIUS, Adj. [Ᾱμβολατης] ut, Turris ambulatoria, que rotis & machinis admovetur muris, ad urbes oppugnandas: ut meminit Veget. 4. 17. Hirt. Bell. Alex. lib. 4. cap. 2. Præterea ambulatorias totidem tabulatorias confixerant. tubauid. Turres. V. Vitruv. 10. 19.

Ambulatoria porticus. Ulp. in l. ficuti. §. Competit. D. Si fer. vind.

Ambulatorius, Jœti ponunt pro Mutabilis & inconfatis, quemadmodum & Ambulare pro Mutare, ut ante diximus. Hinc

Ambulatoria actio, i. e. Mutabilis, a persona in personam transiens. l. fin. C. de furt.

Condicio in l. servus 34. D. de statu lib.

Potestis legis. l. erit. 10. D. de fund. dot. i. e. Mutabilis ad permittendam alienationem.

Voluntus ceſtatoris usque ad mortem. l. quod si 4. D. de adim. leg.

Ambulatoria voluntas. Cœl. Caleagn. in Orat. pro Alphonſo duce Ferr. p. 533. H. St.

Ambulatorium operculum. Plin. lib. 21. cap. 14. de alveariis loquens.

i. e. Quod facile hue & illuc moveatur.

AMBULATORIUM, i. n. Locus aptus ad ambulandum. Cathol.

AMBULCRUM, i. n. [Ᾱμβολατρία] Locus in edificiis ad deambulandum accommodatus. Festus, Ambulacra, ambulations. Perotus dicit Xystum Graecæ dici locum exercitationis corporis accommodatum. Latinæ autem Ambulationem vel Ambulacrum. Plaut. Mol. 3. 2. 69. Gynæcum adficere vult hic in suis, & balneis, & ambulacrum, & porticum.

Longa ambulaca. Gell. lib. 1. cap. 2. Propulſamus caloris incommodum lucorum umbræ ingentium, longis ambulacris & molibus ædium porticis refrigerantibus lavacris nitidis.

Luculentum, V. **LUCULENTUS**.

AMBULATILIS, Adj. [Ᾱμβολατης] hinc Ambulatiles funduli Vitruvio lib. 10. cap. 13.

Ambulatûra, a. f. Veget. de R. Vet. 2. 5. Ambulatæ gratiam perdere.

AMBULATUS, ūs. m. Idem. Arnob. lib. 1. p. 28. Christus leuitur ambulatum dedille contractis. i. e. Ambulandi facultatem.

AMBULUS, cognominati sunt a Laconibus Cæſtor & Pollux, quorum etiam atq[ue] fuit eo in loco ubi & Jupiter & Pallas eodem cognomine colebantur. Paſſuani.

AMBURALE, vel **AMBURBIUM**, dicitur Sacrificium, quo urbem circuit & ambit victimæ, uit atq[ue] Scrivens in Virg. 3. Ecl. 77. Fetus vero, Amburbiales (ioquit) holtæ dicebantur, quæ circum terminos urbis ducebantur.

Amburalia erant quæ & Robigalia, feria illæ, quibus supplicabatur ad urbis, agrorum & fegetum calamitas avertendas, quarum exemplum fere

X

jan

jam superest apud Catholicos. Veterem hunc ritum solennem describit Lucanus lib. 1. 592. &c. V. Lex. Pitif.

AMBULUS, m. stum, [*περιφύλη, μενίας*] ēre. Circum urere. Plaut. Epid. 5. 2. 9. Quaque tangit, omne amburit.

Amburi, de cadavere dictum. Cic. pro Milon. 87. Sine funere, oblitus cruce & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburetur etiam abjectus. h. e. Imperfecte cremaretur. De Clodio loquitur.

Amburum ponitur etiam pro Combure. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundini pulli ad cinerem ambusti, multis morbis medentur. i. e. Combusti. [*Quomodo fortassis legendum est. conf. l. 30. S. 12. Cels. l. 4. c. 4.*] Adscripta H. St. Immo non idem est.

AMBUSTUS, a, um. [*περιφέγγος, περικαυπόδης*] Vet. Gloss. Circum uitus, inquit Festus.

Ambusta fortunatum reliqua. Cic. pro Domo sua, 113. Qui denique ambusta fortunatum necarunt reliquias suas domos compartiri juberent. Apud Valerium Caput est De Ambustis. Livius l. 22. (c. 35.) Tum experita nobilitas, parum fuisse virium in competitoribus, L. Emilius Paulum, qui cum M. Livio confusa fuerat, & damnatione collega & sua prope ambustus evaserat, infeluum plebi, diu ac multum recusantem, ad petitionem competit. Idem: (c. 40. in oratione Pauli) Se popule incendium priore confutare feniūlū effugisse. Idem h. 1. Semifusus (quod priore loco Ambustus). Tracta metaphorā, inquit B. ab invidia (quodam criminis, qua flagrare dicitur, vel a fulmine accusationis). H. St. [*Ego vero potius, a fulmine Damnationis dixisem, quam Accusationis, ut hic vero fore caeca.*] Catull. 62. 197. Amens metus incubat. Lucan. lib. 2. 27. Amens terror. Claud. in Ruff. 256.

AMENTIA, a. f. [*ἀνεία, ὑβρία*] denom. ab Amens. Cic. 3. Tusc. 9.

Nec minus illud actus, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam, candemque dementialem. His verbis Iatī ostendit Amentem & Dementem pro eodem accipi.

Amentia gravis. Ovid. 5. Met. 511.

Conficit lana mens cum amentia. Cic. 2. in Catil. 25.

Flagrante amentia. Cic. pro Cluent. 12.

Incide in amentiam. Cic.

Praditus amentia. Cic. 4. Ver. 104.

Rapi amentia. Cic. 16. Fam. 12.

Tener amentiam aliquem. Author ad Herenn.

Veriat amentia. Hor. 2. Scim. 3. 249.

Ludere par impar, equitare in arundine longa,

Si quem delectat barbatum, amentia veret. i. e. Agit.

AMENTO, āre. Gloss. Gr. Lat. *ἀνείσθι*, amento.

AMENTUM, i. n. [*ἀνείσθι*] Lorum quo aliquid retinetur, aut ligatum est: ut, Solecarum corrigere, & lora in quibusdam jaculis. Plin. l. 34. c. 6. Corne Gracchorum matris fedens posita statua est, foliisque linea amento insignis. Festus, Amenta (inquit) sunt quibus, ut mitti possint, vincuntur jacula, sive folaceum lora: ex Graeco quod est *ἀνείσθι*, sic appellata: vel quia aptantes, ea ad mentum trahunt. V. Dacer. Vel quasi aplimentum, ab apere quod est ligare, jungere. Servius, Amentum est lorum quo media hafta religatur & jacit. Virg. 9. Ien. 665.

Intendant acres arcus, amentaque torqueant. Liv. 7. Bell. Maced. 41. Et jaculorum amenta emollierat. Plin. l. 7. c. 56. Jaculum cum amento feuit invenire. Etolum Martis filium. Sen. Hippol. 6. Amentum digitis tende prioribus, Et totum jaculum dirige viribus. V. etiam Ovid 12. Met. 321. & Lex. Pitif.

Amentum, etiam Cachryni roboris significat. Ruell. lib. 1. cap. 86. Her mol. in Plin. lib. 16. cap. 8.

AMENTATUS, Adj. five Partic. ab Amento, est Quod amentis ligatum est ut, Amentata soleat, quibus felicit utuntur mulieres: aut quod amentetetur.

Amentatum jaculum. Cic. de Clar. Orat. 270.

Amentata hafta oratoris. Cic. 1. de Orat. 242. In eo autem jure quod ambititur inter peritillimos, non esse difficile oratori ejus partis quamcumque defendet, autem oratoris lacerti viribusque torquebit. Metaphorice dicitur, ipse eas oratoris lacerti viribusque torquebit.

AMENTO, [*ἀνείσθια*] āre. Lucan. lib. 6. 221.

Quum jaculum parva Lybia amentat habena. i. e. Aut Jaculum amentatum contortit: aut ut torqueat, munivit amento, quibus habena.

AMENTATIO, five **AMENTATIO**, ōnis. f. Actus amentandi, iter Actus jaculandi: deinde Jacula ipsa, sive Tela. Tertull. ad Nation. 1. 10. Quo macheris veltris admventionibusque cedatis.

AMEOS, V. AMNIUM.

AMERIA, [*Αμέρια*] Oppidum est Umbriæ, patria Rosci Amerum quem defecit Cicer. vulgo *Amelina*. Amerianum Cato ante Persecutum conditam annis nonagesim sexaginta quatuor prodidit. Plin. lib. 3. cap. 14.

AMERINUS, Adj. [*Αμέρινος*] ut, Amerina salix apud Plin. lib. 2. cap. 9.

Amerina retinacula, pro Vixinibus, peripherasim. Virg. 1. Georg. 26.

Atque amerina parant lente retinacula viti.

Ubi Servius Amerina retinacula, Virgus de quibus vites religantur. Quae virge aburant circa Amerianum oppidum Italiae, cuius crebram in Rosciana fecit Cicer. mentionem.

AMERINA, ōrum. n. pl. Subst. Genus pyrorum. Stat. 1. Sylv. 6. 18.

Et malis Amerina non percutit. Plinius inter scripsima Pyrorum genera numerat, quem V. lib. 15. cap. 15.

AMERIAS, a. m. Grammaticus fuit antiquissimus, Atheniensis & Sophocles atque Apollonii veteri Scholastae laudatus non raro. V. Casaub. cap. Lect. Theocr. p. 9.

AMERICA, a. f. Terra illa nova, ab inventore secundario Americo Vespucio dicta, non sine injuria Christophori Coloni, quem alii corrupte voco Columbum vocant. Quandoquidem is A. C. 1492. primo influxit Hispaniolam, Cubam & Jamaiacam detexit: quinquaginta demum portu viz. A. C. 1497. Americus Vespucius Florentinus ulterius est prope quippe jamia per priorem illum putes facta, viaque monstrata. An veteribus fuerit cognita disquisit Bernegg, quæst. ad Tacit. qu. 188. Balau in Brasilia p. 40. 41. Rupertus ad Val. Max. 4. 6. difserit. 2. pa.

296. fe

ier, Amen, amen, i. e. Veritas; aut Verum hoc erit: aut Sit ita. Suidas exponit per ἀληθῆ, πιστόντως. Gr. ἀληθή in V.T. passim Septuaginta reddunt 2406, fat. Particula est Assverandi, approbandi & optandi. Fortun. de P. V. ult. primat corripit, tandem producit Aufon. Ephesi. Orat. v. 85.

AMEN, īnis. n. ab ἀληθή, vinculum, nexus, extrito altero m. ab ἀληθή, neceto. Tributari Arnobio l. 7. p. 230. sed lecio variat. V. Heraldi Ani- madv. p. 271. Hinc Amentum, de quo mox.

AMENANUS, i. m. Fluvius Siciliae, Ἀττα monti propinquus. Strabo l. 5. p. 166. Eundem retribuunt esse apud Ovidium pro Amelanus & Amenus evicere dudum Fulv. Utrinus, & Phil. Cluverius. Versus est 15. Met. 279.

Necon Sicanias volvens Amenanus arenas. Ubi vulgo Amelanus legitur, cuius nominis in Sicilia nullus est fluvius Amenanum peraliquet annos aquis detinuit, & iterum fluere tradit & Strabo V. Heinr. & Burm. ad l. Ovid.

AMENS, entis. Adj. [*ἀνείσθι, ἀνείσθι, ἀνείσθι*] Idem ac Demens. Qui a mente sua discifit: utat Varro s. de L. L. Est enim amens, non Qui mente caret, sed Qui aliqua perturbatione sic mente motus est, ut ob ratione turbat, quid agat, quid dicat, cercere non possit. Ter. And. 1. 3. 13. Nam inceptio est amentum, haud amentum. Cic. 2. de Fin. An me (inquis) tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquer?

Vecors & amens. Cic. in Pison. 21. Homo amentissimus, atque omnibus consiliis praeceps & devius. Cic. 5. Philipp. 17.

Consilium amentissimum. V. CONSILIU M.

Amens animi. Virg. 4. Ien. 203.

Amens dolore, feminis procubuit. Ovid. 1. Trist. 3. 92. Burm. Gravis. q. V.

Amenti fur oreca. Catull. 62. 197.

Amens metus incubat. Lucan. lib. 2. 27.

Amens terror. Claud. in Ruff. 256.

AMENTIA, a. f. [*ἀνεία, ὑβρία*] denom. ab Amens. Cic. 3. Tusc. 9. Nec minus illud actus, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam, candemque dementialem. His verbis Iatī ostendit Amentem & Dementem pro eodem accipi.

Amentia gravis. Ovid. 5. Met. 511.

Conficit lana mens cum amentia. Cic. 2. in Catil. 25.

Flagrante amentia. Cic. pro Cluent. 12.

Incide in amentiam. Cic.

Praditus amentia. Cic. 4. Ver. 104.

Rapi amentia. Cic. 16. Fam. 12.

Tener amentiam aliquem. Author ad Herenn.

Veriat amentia. Hor. 2. Scim. 3. 249.

Ludere par impar, equitare in arundine longa,

Si quem delectat barbatum, amentia veret. i. e. Agit.

AMENTO, āre. Gloss. Gr. Lat. *ἀνείσθι*, amento.

AMENTUM, i. n. [*ἀνείσθι*] Lorum quo aliquid retinetur, aut ligatum est: ut, Solecarum corrigere, & lora in quibusdam jaculis. Plin. l. 34. c. 6. Corne Gracchorum matris fedens posita statua est, foliisque linea amento insignis. Festus, Amenta (inquit) sunt quibus, ut mitti possint, vincuntur jacula, sive folaceum lora: ex Graeco quod est *ἀνείσθι*, sic appellata: vel quia aptantes, ea ad mentum trahunt. V. Dacer. Vel quasi aplimentum, ab apere quod est ligare, jungere. Servius, Amentum est lorum quo media hafta religatur & jacit. Virg. 9. Ien. 665.

Intendant acres arcus, amentaque torqueant. Liv. 7. Bell. Maced. 41. Et jaculorum amenta emollierat. Plin. l. 7. c. 56. Jaculum cum amento feuit invenire. Etolum Martis filium. Sen. Hippol. 6. Amentum digitis tende prioribus, Et totum jaculum dirige viribus. V. etiam Ovid 12. Met. 321. & Lex. Pitif.

Amentum, etiam Cachryni roboris significat. Ruell. lib. 1. cap. 86. Her mol. in Plin. lib. 16. cap. 8.

AMENTATUS, Adj. five Partic. ab Amento, est Quod amentis ligatum est ut, Amentata soleat, quibus felicit utuntur mulieres: aut quod amentetetur.

Amentatum jaculum. Cic. de Clar. Orat. 270.

Amentata hafta oratoris. Cic. 1. de Orat. 242. In eo autem jure quod ambititur inter peritillimos, non esse difficile oratori ejus partis quamcumque defendet, autem oratoris lacerti viribusque torquebit. Metaphorice dicitur, ipse eas oratoris lacerti viribusque torquebit.

AMENTO, [*ἀνείσθια*] āre. Lucan. lib. 6. 221.

Quum jaculum parva Lybia amentat habena. i. e. Aut Jaculum amentatum contortit: aut ut torqueat, munivit amento, quibus habena.

AMENTATIO, five **AMENTATIO**, ōnis. f. Actus amentandi, iter Actus jaculandi: deinde Jacula ipsa, sive Tela. Tertull. ad Nation. 1. 10. Quo macheris veltris admventionibusque cedatis.

AMEOS, V. AMNIUM.

AMERIA, [*Αμέρια*] Oppidum est Umbriæ, patria Rosci Amerum quem defecit Cicer. vulgo *Amelina*. Amerianum Cato ante Persecutum conditam annis nonagesim sexaginta quatuor prodidit. Plin. lib. 3. cap. 14.

AMERINUS, Adj. [*Αμέρινος*] ut, Amerina salix apud Plin. lib. 2. cap. 9.

Amerina retinacula, pro Vixinibus, peripherasim. Virg. 1. Georg. 26.

Atque amerina parant lente retinacula viti.

Ubi Servius Amerina retinacula, Virgus de quibus vites religantur. Quae virge aburant circa Amerianum oppidum Italiae, cuius crebram in Rosciana fecit Cicer. mentionem.

AMERINA, ōrum. n. pl. Subst. Genus pyrorum. Stat. 1. Sylv. 6. 18.

Et malis Amerina non percutit. Plinius inter scripsima Pyrorum genera numerat, quem V. lib. 15. cap. 15.

AMERIAS, a. m. Grammaticus fuit antiquissimus, Atheniensis & Sophocles atque Apollonii veteri Scholastae laudatus non raro. V. Casaub. cap. Lect. Theocr. p. 9.

AMERICA, a. f. Terra illa nova, ab inventore secundario Americo Vespucio dicta, non sine injuria Christophori Coloni, quem alii corrupte voco Columbum vocant. Quandoquidem is A. C. 1492. primo influxit Hispaniolam, Cubam & Jamaiacam detexit: quinquaginta demum portu viz. A. C. 1497. Americus Vespucius Florentinus ulterius est prope quippe jamia per priorem illum putes facta, viaque monstrata. An veteribus fuerit cognita disquisit Bernegg, quæst. ad Tacit. qu. 188. Balau in Brasilia p. 40. 41. Rupertus ad Val. Max. 4. 6. difserit. 2. pa.

296. fe

296. **seq.** Alique qui de origine gentium Americanarum setiferunt, v. g. Hornius, Zieglerus, Dapper. [Columbi nomen non corruptum esse apparet ex Vita ipsius descriptione, a Filio eius Ferd. Columbus Hispanice edita, & Italice ab Alf. Ulloa redditu. 8. Venet. 1571.] **AMERINONIS**, [ancientis] Herba est que alio nomine Aizoon majus appellatur. Plin. lib. 25. cap. 13.

AMERIOLA, Oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5. Aut amite levia rara tendit retia. Amites (inquit Porphyrio) hodie appellantur quoque Furculae quibus retia in venatione vel in aucupio suspenduntur. Pallad. l. 10. c. 12. Nunc in amibut apudret acupium nocturna, catagere instrumenta capture. Idem l. 7. c. 2. Vetus Glos. amites, *επιστροφέας*: item Amites *επιστροφέας*. Quia in Gr. Lat. Gloss. *επιστροφέας* interpretantur. Varos Lucanus appellat.

AMESTRATUS, [Αμεστράτος] Sicilia oppidum, cuius incolae dicuntur Amestratini author. Steph. Horum meminit Cie. 5. Ver. **AMETRIS**, Regina fuit Persepar, uxor Xerxis, de qua multa Herodotus. **AMETHYSTUS**, i. m. [ἀμεθύστης] Gemma, que purpurea est, colore viole, dicta Amethystus, quasi Minime ebria, ἀπὸ τοῦ πρὶν, & μετεψεῖται, ebrius. Caufum nominis (inquit Plin. l. 37. c. 9.) afferunt, quod usque ad vini colorum accedens, prius quam cum degulterit, in violam defluit: fulgorum que quidam in illa purpurea non ex toto igneus, sed in vini colore deficiens. Perlucit autem omnes violaceo colore, sculturis facilis. Indicat ab solitum purpuram colorem habent: ad hancque tingentium officinae dirigit vota.

Amethystus, Uva genus. Columel. lib. 3. cap. 2.

Amethystus purpureus. Ovid. 3. de Arte Am. 181.

Amethystum herbam qui existimat contra ebrietatem pollere, plane hallucinat: & qui gentilem huic gemmam ita nominari, quod vinolentiae refragetur: utrumque enim a colore sibi nomen ascivit. V. Plutarchum qui hujus opinione authorum opugnat Aristoitem. De calculo fatis convenit. Ceterum amethysti herba folium meracoris vini colore amulatur. Ruell. lib. 1. cap. 14. & cap. 20.

AMETHYSTINUS, [ἀμεθυστίνος] Nomen duriuscula derivatum ab Amethystinus. Martial. lib. 2. 57. in fictum dicitur. Hic quem videtis gressibus vagis lentum,

Amethystinum medita qui fecit septa. Hominem dicit amethystino colore ornatum, licet Purpuratum dicimus. [Dicendum potius Amethystinae colora, ut etiam sic Purpuratus *επιπεριφέας*, qui Purpura fulgens incedit. Amethystina enim neut. pl. substantiae usurpabant, ut Coccina & Ianthina apud Martial. 2. 39. V. vox subiecta. Unde porro apparet nihil in hac derivatione durum inesse.

AMETHYSTINUS, Adj. [ἀμεθυστίνος] Juven. 7. Sat. 135. Caufidum vendunt amethystina. i. e. Vefes ex colore amethystino. Hoc autem dicit: Ideo purpurat, aut amethystinata incedunt caufidici, ut suas operas carius vendant. Hic enim color maximo pretio, qui in istis ex purpura. Plin. lib. 9. cap. 41. Martial. Apophorep. Ep. 152. Inde cum Tyro prohibitus a Nerone. Suet. cap. 32. De pretio violaceae purpurae, sive Amethystini coloris Nepos apud Plin. lib. 9. cap. 39. De tribus præcipuis purpuris V. Lex. Pitisc. in voce AMETHYSTINA.

Amethystinus color. Plin. 1.21.c.18. Amethystinum colorem dicimus, qui in viola micat: & ipse in purpureum, quenque lanthinum appellavimus.

AMETHYSTIZONTES, [ἀμεθυστίζοντες] carbunculi. h. e. Quorum extremitas igniculus in amethysti violantur. Plin. lib. 37. cap. 7.

AMEROR, oris. [αμερίας] Matrem non habens, apud Tertull. de Præscript. c. 53.

A M I

AMIA, a. Pifcis marinus Pelamydi vel scombre corporis specie, pinnis & cauda similis; rostro acuto, ventre crasto, cauda tenui, in figuram lunæ in cornua curvata pinnis ejus conformatis, dorso, cornu eo que spidente dico dicitur. Dicitur ab a. & p. quod nunquam folus conspicitur. Hoffst. Delphinus ut tradit Oppian. Halietus. 2. 553. &c. ubi pugnam eorum describit. conf. Plin. 5. 15. Incrementum ejus lingulis diebus percipitur secundum Plin. 9. 15. V. Rondeletium.

AMIANUS, [αιμιάνης] Lapis eff. friabilis in modum lance, alumini scilicet adeo similis, ut pro eo a seplastarii supponatur. Vulgus Gallorum vocat Alumen plumbum, fallo exultimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide teniores conficiunt ellychnia, propterea quod ab igne non consumatur. Textur quoque in vefes & mappas: que fordidata, igni purgantur. Diceruntur ab alumine scilicet, quod hoc aqua innatet: amiantus autem mergatur. Guttu quoque dignoscitur: nam alumen scilicet, substantia tenuitate linguam mordet, & tandem exulcerat: amiantus vero, accrimonia omnis mortificatusque exper est. Adhac, amiantus in ignem conjectus, perpetuo durat: alumen autem liqueficit, bullasque excitat. V. Plin. l. 35. c. 15. & l. 36. c. 19.

AMICA, V. paulo post, ante AMICUS subf.

AMICABILIS, AMICÆ. V. AMICUS adj. **AMICIMEN**, inis n. Idem quod Amictus. Apul. 11. Met. p. 261. Mulieres candido splendente amicimine. Et codem lib. p. 268. Linteo & tudi contextus amicimine. Debet h. v. in ed. Lugd. & ab H. St. adjecta fuerat, sed ex Beroldi Am. in Suet. Vesp. p. 294. b. nullo Vef. auctore adducto.

AMICUM, Utris pediculus, ex quo vim diffunditur. Feitus.

AMICIO, Ivi & ixi, icum, [αμικίας] i.e. Vefere operire. V. infra in AMICRUS. Suet. in Vesp. c. 21. Dum lutebat, & calcabat ipse sepe, & amicibat.

Amicibat, vefete dictum pro Amicior. Flaut. Pers. 2. 5. 6. Subnixus alis me inferam atque amicibor gloriose, conf. Diomed. p. 364.

Amicitur in fulvis alis. Ovid. 5. Met. 546. Amicitur chartis. Hor. 2. Epist. 1. 270.

Amicitur vefibus ulmus. Ovid. 3. de Pont. 8. 13. Amicore item & Induere apud veteres criticos ita differunt; ut hoc de vefte interiore, illud de exteriori semper accipiat. Ferrar. Anal. de Re Vef. cap. 26. V. AMICUS.

AMICUTUS, Partic. [αμικήτης] Idem quod Vefitus vel opertus. Cic. 2. Philipp. Sedebat in rostris collegatus, amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus.

Nube candentes humeros amictus. Hor. 1. Carm. 2. 31. Amicta offa lurida pelle. Hor. Epod. 17. 22.

Amicta loca nive. Catull. de Berec. & Atty. 64. 71. Velis amictos, non togis. Cic. in Catil. 2. 22.

Amicta vefibus ulmus. Hor. 1. Epist. 16. 3. **AMICUTUS**, is. [αμικήτης, αμικήτης, αμικήτης] Quicquid, quo quis amictus,

five opertus est: sicut Vefitus, quo vefitum. Est enim utrumque generale nomen. Cic. 5. Tusc. Nihil amictu cl Scythium tegmin. Tibull. l. 1.8. 13.

Frustra jam veftes, frutu mutant amictus. Amictu dictum, quod Amiectum, i. e. Circumiectum, a quo etiam quod vefitu se involvunt. Circumiectu appellant. Varr. 4. de L. L. 30. Amictu autem & Circumiectu more veteri a Varone dictum elegantissime cenfer Turnebus: cuius eleganti ignari has exterminaverunt loquitiones, & feculi nostri balbutium inverxerunt, Ad amicendum &c. Observat. Brokh. ad Tib. 1. 9. 3. Veftes esse indumenta interiora, amictum, quicquid vefibus superinjicitur. V. etiam Lex. Pitisc. Conf. in AMICIE ad fin.

Aurato amictu velutur. Ovid. 14. Met. 263. Coeli amictus. Lucifer. lib. 6. 1131.

Croco amictu velutus Hymenaeus. Ovid. 10. Met. 1. Duplex. Virg. 5. En. 421.

Hæc fatus, duplicum ex humeris rejecit amictum. Ferrugineus. Claudi. 2. de Rapt. Proferp. 275. Glauco amictu caput contexit. Virg. 12. En. 885.

Lineus. Tacit. 3. Hist. 74. Levis. Catull. Argon. 62. 64.

Multa amictu nebula circumfudi dea gradientes. Virg. 1. En. 412. Perlucus. Ovid. 4. Met. 313.

Purpureus. Hor. 1. Epist. 17. 27. Sordidus. Virg. 6. En. 301.

Deponere amictus. Joven. 1. Sat. 142. Læsifere summos amictus. Stat. 2. Sylv. 1.

Lapis ex humeris amictus. Ovid. 3. de Arte Am. 268.

Tectus plebeio amictu. Lucan. lib. 2. 18. Tenues amictus laniavit. Ovid. 4. Met. 104.

Amictu crepto nuda. Propert. lib. 2. 1. 13. Oneratus madido amictu. Claud. de Bell. Get. 351.

Pallefecit refugo amictu nox afflata rotis coruicis. Claud. de Picen. 6. Evitare amictu tela alienijus. Proverbial figura dictum est a Caroll. 113. 7.

Contra nos tela ista tua evitamus amictu. h. e. Non armis, non clypeo, sed facile depellimus, non fecis quam muscarum infestus. Exoleverunt Graeci amictus. Tacit. 14. Ann. 21.

Velavit amictu femineo. Stat. 2. Achill.

Amictus, pro Modo & ratione vefiendi corporis, & decoro vefitus. Quintil. lib. 11. cap. ult. Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatum est. Iterum, & Negligenter amictus, & foluta ac velut labens undique toga.

AMICULUM, [αμικούλην] Feltus: Amiculum, genus vefimenti a circumiectu dictum. Cic. 2. de Divin. 143. Visus est in somnis amictu, esse amictus amiculu.

Amicula exure. Curt. 5.1.38. Feminarum convivia ineuntium in principio modestus est habitus: deinde summa quæque amicula exuant, pati latimque pudorem profanant, ad ultimum ima corporum velamenta proponunt.

Amiculum purpureum. Liv. 27. 4. & 34. 7. Amiculum videtur appellare Curtius. Veftem quam Darius ut insigni regni geflat. Sic enim de Dario fugiente ait: l. 3. 12. 5. Insignibus quoque imperii, ne fugam prederent, indecora abjectis. Aliquanto vero post illi, Unus namque & captivis spadonibus amiculum quod Darius, sicut pauci ante dictum est, ne cultu prederetur, abiecerat, in manibus ejus qui repertum serebat, agnivit. V. Lex. Pitisc.

AMICULÄTUS, a. un. Amictus, vefte tectus. Solinus cap. 65. (al. 52.) de India, Pars nudi, pars obsecna tantum amiculati.

AMICÖRUM, [αμικούρων] Vefimentum puellare, candidum & subtilissimum ex lino, de quo Martial. in distichis lib. 14. 149.

Mammofas metuo, tenera me trude pueillæ, Ut possint niveo pectore linea frui. Hujus enim distichi lemma est Amictorum. Glosf. Gr. Lat. *περιστόλινον*, amictorum, opertorum.

AMICA, a. [αμία, αμία] Amata, vel Quæ amatur inhoneste, Hor. 1. Epist. 1. 20. — — — ut non longa, quibus mentitur amica.

Uxor & Amica opponuntur. Ter. And. 1. 3. 10. Sive uxor est, five amica est, gravida est e Pamphilo.

Culta amica. Ovid. 2. de Arte Am. 175.

Dura. Ovid. 1. Amor. 9. 19.

Fallax. Ovid. 2. Amor. 9. 38.

Me modo decipiunt voces fallacis amicæ.

Formosa. Ovid. 5. Faft. 339.

Magna. Juven. 4. Sat. 20.

Mollis. Ovid. 3. Epist. 114.

Tenera. Ovid. 1. de Arte Am. 465.

Venales amica ad munus. Propert. 2. 13. 21.

Infinatur ad amicam alterius. V. INSINUO.

AMICULA, [αμικούλην] dimin. ab Amica. Plin. lib. 3. Epist. 9. Misferat etiam epistolam Romani ad amiculam quandam. Cic. 2. de Orat. 240.

Cum esset cum eo Taracinae de amicula rixatus.

AMICU'S, i. m. [αμίκους] ex Am. & Equeus, i. e. Utrinque æquus: vel q. Amicæus. V. AMICUS. vel ab Amendo. Paulus in l. 223. Ó. de verb.

signif. Amicos appellare omnes debemus, non levi notitia conjunctos, sed quibus fuerint jura cum patre, honestis familiaritatis quæsta rationibus.

Amicus & Amator dñi. Cic. 5. Ver. 145. Si hoc docco, pectorite ab Alba tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator absolvere?

V. AMATOR.

Amicus, necessarium communis. Cic. pro Client. 86.

Amicus ac perneccularius alijus. Cic. pro Flacc. 14.

Valde amicus alicui. Cic. 1. Fam. 8. Pompeium tibi valde amicum esse cogovi.

Amicus æqueus. Virg. 5. En. 452.

Bonus. Tacit. 4. Hist. 7. Nullum magis boni imperii instrumentum,

quam bonos amicos.

Certus. V. CERTUS.

Chari amici. Hor. 4. Carm. 9. 51.

Communis. Manil. lib. 5. 66.

Indelatae properant corda vigore,

Insta erit populi, totaque habitat in urbe

Limina pervoltans, unumque per omnia verbum

Mane Salutandi portans communis amicus.

Y 2

Sic restituit Turnebus: cuni ante nullo sensu legeretur,

Inde relaxato properantia corde videre. Communem autem amicum vocat sane perquam suavitatem, Eum hominem qui solet obire multa ciuium potentiam limina, quotidianaque officio fas salutare.

Difcolor amicus infido securus. Hor. 1. Epist. 18. 4.

Dulcis. Hor. 1. Serm. 3. 69.

Ex animo amicus. Cic. 1. Philipp. 34. Pompeius unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicorum vereque benevolum, unum fidelem populo Romano judicavit. [Hic Amicus adject. videtur, ut & in sequenti exemplo.

Hercule amicus dives. Hor. 2. Serm. 6. 12. i. e. favente, propitio.

Fidus. Hor. 1. Epist. 5. 24. — ne fidos inter amicos

Sit, qui dicta foras eliminet.

Ordinis inferioris amici. V. ORDO.

Inops. Perf. 6. Sat. 28.

Intentatus & novus amicus. V. INTENTATUS.

Jucundus. Hor. 1. Serm. 3. 93.

Lector. Ovid. 3. Trist. 1. 2. [Et hic est Adj.

Purus. Hor. 1. Serm. 6. 69.

Sterilis. Juvenal. 12. Sat. 96.

Tenuis amicus. Lucan. ad Pison.

Rara domus teneunt non apernatur amicum.

Verus amicus est tanquam alter idem. Cic. in Læl. 82. Hor. in Arte Poet. Amici Principum, dicebantur proceres, Consiliarii Principum, corumque domestici, familiares & ministri. V. Exempla in Nepote 1. 3. 2. & 21. 3. 1.

Curt. 4. 1. 19. &c. Et in Notis J. G. Gravii ad Juffin. 1. 4. & ad Cic. 15. Fam. 2. Hi aequaliter & Comites appellati, a Comitando. Quid cum faciebant, hoc est, procedenti principi aderant offici causa, praecedere solebant;

nam servi & minus honorata ministeria sequerentur: unde & Peutie qui dicit. Illi enim Anteambulones, item Antipedes appellati, ut notat Salma-

fius ad Treb. Poll. f. 3. 6. & erant Amici isti seu Comites principum in diversas classes distincti prout ratione honorum quos sustinebant, quae de re Lip. ad Ann. 6. Tacit. Not. 29. & Comm. ad Senec. de Ben. 6. 3. n. 229.

Salmas ad Spartan. f. 307. Marcius, ad Hor. 1. Epist. 9. videtur. V. COMES. Ita Amicos Cæsarum se vocabant Reges minorum. V. Spanh. de Uf. & Praef. Num. diff. 8. p. 525. Sed & Potentes & Magni amici principum sunt;

Qui gratia apud eos floruerunt aucti, & prima admissione purparunt; magnos. V. Burn. ad Quintil. 5. 12. p. 454. Sic & ipsi Patroni & quibus praestamus obsequia, Amici saepe dicuntur. Hor. Epod. 1. 1. Idem 2. Carm. 18. 12 : & 1.

Epist. 18. 44. Juven. 3. Sat. 5. & 6. 31. 2. & Sen. de Brev. Vitæ c. 7. V. Lex. Pitilc. Adscribi aliquibus amicum. Cic. 5. Tusc. 62. Utinam ego (inquit) ter- tius vobis amicus adscriberem.

Exornare amicos. i. e. Honoribus augere. Plin. lib. 2. Epist. 13.

Facere amicos alicui. Cic. 1. Off. 35. Illud enim honestum quod si pœ- dicimus, etiam in alio certaminis, tamen nos movet, atque illi in quo inesse videtur amicos facit. [Hic quoque Adiectivum videtur.

Fungi munere propriis amici. Hor. 1. Epist. 9. 5.

Plorare equalorem causam dicentes amici. Juven. 15. Sat. 134.

Remanens amicus in duris rebus. Ovid. 1. Trist. 8. 23.

Roderem amicum absentes. Hor. 1. Serm. 4. 82.

Spoliari amicus charis. Claud. 1. Epist. 24.

A M I C U S. Adj. [φίλος, φίλη] Cæs. 2. Bell. Civil. 18. Quas Cæsar esse

amicas civitates arbitrabatur, i. e. Amicitia conjunctas.

Amicus consiliarius. V. CONSILIO.

Amicas vires acquirit bello. i. e. Amicorum vires. Ovid. 7. Met. 459.

Amicus, si cum te inanimata jungatur, significat Utile vel Gratum, ut,

Amicus pratis humor, Amicus frigibus æstas. Virg. 2. Æn. 255.

— tacite per amica silentia luna. Ubi Servius; Amica, Sibi grata.

Amicus Musis. Hor. 1. Carm. 26. 1.

Amicorum agmen. i. e. Amicorum. Ovid. 1. Epist. 45.

Animus. Ter. Hec. 3. 3. 29. Hor. 4. Carm. 7. 19.

Arvum. Ovid. 4. de Ponto, 15. 21.

Aures. Hor. in Carm. Secul. 71.

Dictis sutor amicus. Virg. 2. Æn. 147.

Manas. Ovid. 10. Epist. 12.

Numen male amicum. Virg. 2. Æn. 735.

Opes. Virg. 5. Æn. 41.

Pondus levant amicum. Stat. 10. Theb. 374.

Portus amicos intramus. Virg. 5. Æn. 57.

Quies amica, h. e. Grata, jucunda, placida. Claud. in præf. Sext. Conf. Hon. 2. Sidus apparet amicum. Hor. Epod. 10. 9.

Sus amica luto. Hor. 1. Epist. 2. 26.

Tempus agit amicum fol. Hor. 3. Carm. 6. 43. h. e. Gratum laborantis, bus, nimis quando occidit. Tunc enim dant se quieti.

Tempus fraudibus amicum. Stat. 5. Sylv. 2. 39. i. e. Opportunum.

Vento amico navem ferri. Ovid. 1. Trist. 4. 17.

Vultu amico promittre spem. Ovid. 3. Met. 457.

Vultus amicos veneratur. Claud. Conf. Mall. Theod. 13. 3.

Amicum est, pro Placer. Loquutio Græca. Sic enim illi τὸ φίλον usurpant.

Hor. 2. Carm. 17. 2.

Nec diis amicum est, nec mihi, te prius

Obire Maecenas, &c. Lambin.

Immo φίλος isti dicunt, non τὸ φίλον isti. H. St. [Videtur evallatio, cum sepiissime Graci omisso v. substantivo efferant, articulus autem eur adjectus sit nemo non videt. V. ipsius Steph. Thef. Gr. Ling.

Amicus fibi, est intelligentus est, non qui sit φίλος. [Est enim hoc nomen odiosum, & in virio locum habet: nisi ita accipias, ut eleganter explicat Aristoteles, pro eo qui optimam sui partem, i. e. mentem colit] sed qui suauiter & jucundus vivat, qui fibi faciat bene. Hor. 1. Serm. 2. 20.

— hic, vix credere possis

Quam fibi non sit amicus. Idem 1. Epist. 2. 101.

Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum. Lambin.

Compar. Cic. 8. Att. Neque enim ego amicior C. Cæsari unquam fui, quam illi: neque illi amiciores Reip. quam ego. Amicior undis fraxinus. Strat. 9. Theb. 493.

Superel. Cic. 3. Fam. 3. Successor conjunctissimus & amicissimus.

A M I C U L U S, i. m. [φίλος] dimin. ab amicus. Cic. 5. Vetr. 79. Hor. 1. Epist. 17. 3.

Difice docendum adhuc censem amiculus.

Amiculus dulcis. Catul. ad Alphenum 31. 2.

Jam te nil miseret dure cui dulcis amiculi.

A M I C I, [φίλοι, φίλαι] Adv. i. e. Amici amiti; quod est, cum amore & benevolentia. Cic. in Læl. 97. Facis amic. Ibid. Et hac accipienda amice.

Amice & benevoie. Cic. 1. de Fin. 34. Quos tu proulo ante, cum memoriare tunc etiam erga nos amice & benevoie collegisti.

Familiaris & amicissime vivere cum aliquo. Cic. 1. Verr. 29.

Amicē, cum darivo. Cic. 1. Off. 29. Hac praescripta fervantem licet graviter, magnifice animo neque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vita hominum amice.

Amicissime. Cic. 5. s.

A M I C I T E R, Adv. pro Amicē. Plaut. Perf. 2. 3. 3. Quia meo amico amiciter hanc commoditat copiam danunt argenti minutū. & Pacuv. apud Nonium 11. 12.

A M I C A B I L I S, ē. [φίλος] Ut, Opera amicabilis, Affectionis amicabilis. i. e. Amica. Plaut. Mil. 4. 4. 8. Vos modo porro, ut occuperitis, operare mandate amicabilem. Alii legunt Adiutabilem.

Affectionis amicabilis. Ulp. in I. idemque 10. D. Mandati. Et est verum, eum qui non animo procuratori intervenit, sed affectionem amicabilem promisit in monendis procuratoribus & actoribus mandati non teneri. Ha- loander & Pandecta Florentinae habent Amicalem. Scamnis amicabilibus deputari. Sidon. 1. Epist. 3. de quibus V. Lex. Pitic. vel Chimentell. de Honor. Bisell. cap. 22.

A M I C A L I S, ē. Idem. Ulp. lege 10. Dig. Mandat. vel contra §. Si quis ea. Qui ad affectionem amicalem promisit. Apul. de Mundo, p. 75. in Divinis nominibus Hospitalis & Amicallis recenset. addé Sidon. 1. Epist. supra.

A M I C I T U S, i. m. Qui amicas prabet. Diomed. 1. p. 313.

A M I C O S U S, Qui multas amicas habet. ibid.

A M I C O, [φίλων] Are. Stat. 3. Theb. 470.

Ac prior Hæclides solita prece nomen amicat. i. e. Amicum sibi facit, propria, placat, conciliat.

A M I C I T I A, [φίλια, φίλεια] ab Amicis dicuntur. Cic. in Læl. 20. Est autem amicitia, nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa confusio. Idem 2. de Invent. 166. Amicitia, est voluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipsum causa quem diligit, cum eius pari voluntate.

Amicitia, pro Amicitia genit. usus est Lucret. lib. 3. 83.

Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitia Rumpere.

Amicitia adjutrix virtutum. Cic. in Læl. 85.

Amicitia, etiam inter res inanimas. Cic. 1. de Nat. Deor. 123.

Communes amicitia, in Læl. 79.

Conciliatrix amicitia, virtutis opinio. Cic. in Læl. 37.

Condilimentum amicitia haudquaque mediocre, suavitatis sermonum atque morum. Cic. in Læl. 65.

Dignus amicitia. Cic. in Læl. 81.

Exercita amicitia cum aliquo. Tacit. 15. Ann. 62.

Fautrix, ut amicitia non modo fautrices fidelissima, sed etiam effectrix, ces sunt volupsum tam amicis quam sibi. Cic. 1. de Fin. 67.

Fideles in amicitia. Cic. 2. de Fin. 81.

Fines in amicitia qui fint, & quasi termini diligendi, constituti sunt. Cic. in Læl. 56.

Fons amicitia a natura constitutus bonorum inter bonos benevolentia. Cic. in Læl. 50.

Graves principum amicitiae. Hor. 2. Carm. 1. 4.

Gloria amicitiae excellens Lælius. Cic. in Læl. 5.

Immortales amicitias, Inimicitias mortales esse debere, vulgi dictum & Proverbii loco fuisse Liviū docet 40. 46. V. etiam Quintil. Declam. 257.

Infausta amicitia gravis exitus imminebat. Tacit. 4. Ann. 74.

Jus amicitia in eo est, ut unus quasi animus fiat ex pluribus. Cic. in Læl. 94.

Justa & verae amicitiae virtus est lex illa, ut idem amici semper volunt.

Cic. pro Planc. 5.

Leves amicitiae. Cic. in Læl. 100.

Locus amicitiae ubi esse potest, ant quis amicus esse cuiquam quem non ipsum amet propter ipsum? Cic. 2. de Fin. 78.

Mediocres amicitia. Cic. 2. de Fin. 84.

Necesse studio amicitiae conjugationis. Cic. in Læl. 73.

Nomina amicitiae sanctum & venerabile. Ovid. 1. Trist. 7. 15.

Novis amicitias indulgere. Cic. in Læl. 54.

Officio amicitiarum nomine iniquinas criminosa. Cic. pro Planc. 46.

Ornamentum amicitiae verecundia. Cic. in Læl. 84.

Par amicitia Consularis. Cic. pro Domo sua, 27.

Parte amicitie. Cic. 1. de Fin. 67. Ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus.

Peltis in amicitia nulla major quam adulatio, blanditia, assentatio. Cic. in Læl. 93.

Præsidium amicitiae firmissimum. Cic. 1. de Fin. 63.

Prætextata amicitia. V. Prætexta, in P R A T E V O.

Pyladeca amicitia. i. e. Summa, & qualis fuit inter Pyladem & Orestem. Cic. 2. de Fin. 84.

Satiates amicitiarum esse non debent. Cic. in Læl. 69.

Semipiterne amicitiae. Cic. pro Rabir. Poeth. 32. Neque me vero pñnitit mortales inimicitias, semipiterne amicitias habere.

Simulatio amicitia. Cic. in Læl. 26.

Stabiles amicitiae permanent. Cic. in Læl. 76.

Strictæ amicitiae. Firmic. lib. 5. cap. 10. Qui similiū sibi principum stricetas amicitias necessitudinesque concilient.

Swavis amicitia. Lucret. lib. 1. 142.

Validus amicitia alicuius. Tacit. 12. Ann. 18.

Venenum amicitia, odiūm. Cic. in Læl. 81.

Vera amicitia mihi ditior & affluenter videtur esse. Cic. in Læl. 58.

Vera amicitia sempiterna fuit. Cic. in Læl. 32.

Vetus amicitia puer pueri vincetus. Ovid. 4. de Ponto, 3. 12.

Vinculum amicitia nullum est certius quam consensus & societas consilio- rum & voluntatum. Cic. pro Planc. 5.

Vis amicitiae. Cic. in Læl. 15.

Ufus amicitia varius est & multiplex. Cic. in Læl. 90.

Vulgares amicitiae. Cic. in Læl. 78.

Accedere ad amicitiam. V. ACCEDO.

Accipere

Accipere aliquem in amicitiam. Liv. 4. Decad. 1. 4. 12. V. ACCIPITIO.
Adjungere sibi amicitias aliquorū. Cic. 5. Fam. 20.
Adrepere ad amicitiam. V. ADREPTE.
Adscrīberē aliquem ad amicitiam. Cic. 3. Off. 45.
Alicit & attrahit ad amicitiam similitudo. Cic. in Læl. 50.
Amplēcti amicitiam aliquis. V. Extere amicitiam.
Aperire fores amicitiae. Cic. 13. Fam. 10.
Appetere amicitias. Cic. in Læl. 46. V. APPETE.
Applicare fe ad amicitiam aliquis. V. APPLICO.
Avertere se ab amicitia aliquis. V. AVERTO.
Carere naturali amicitia. Cic. in Læl. 82.
Cernuntur amicitiae, charitate & amore. Cic. in Partit. 88.
Claudicare amicitia videtur. Cic. 1. de Fin. 69. V. CLAUDICO.
Coepit amicitia perenne fœdus. Stat. 4. Sylv. 6.
Colere amicitias. Cic. in Læl. 53.
Comparare amicitias. i. e. Acquirere. Cic. 1. de Fin. 67.
Complecti se concordi amicitiae & charitate. Cic. de Univers. 13.
Conciliat amicitias & conservat virtus. Cic. in Læl. 100. V. CONCILIATIO.
Conferre se ad amicitiam aliquis. Cic. in Bruto 280. Quum Cratius initio atatis ad amicitiam se meam contulisset.
Confirmari potest itabilitas amicitiae. Cic. in Læl. 84.
Conglutinare amicitias. Cic. in Læl. 12. Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata disolvetur.
Conjungere. ut, Ad conjungendas amicitias quantum vim habeat studiorum ac nature similitudo, fecit omnes. Cic. pro Cuent. 46.
Conjugare. ut, Jucundissima ea est amicitia, quam similitudo morum conjugavit. Cic. 1. Off. 58.
Connecterit amicitia cum voluntate. Cic. 1. de Fin. 67.
Connectere amicitias. Plin. lib. 4. Epist. 15.
Constituere amicitiam & Tollere, contraria. Cic. 2. de Fin. 78. Si utilitas amicitiam constituit, tolleret eadem.
Consequi amicitiam. Cic. in Læl. 84.
Constitutus amicitiam utilitas. V. CONSTITUO.
Contineat amicitiam. V. CONTINEO.
Contrahit amicitiam virtus. Cic. in Læl. 49.
Converterant se amicitiae in graves iniamicities. Cic. in Læl. 80.
Convertere aliquem in amicitiam. V. CONVERTO.
Dare terga amicitia. Ovid. 3. Trist. 5. 6.
Dat censu amicitias. Ovid. 1. Faſt. 218. — dat censu honores,
Census amicitias: pauper ubique jacet.
Depolite amicitie. Cic. in Læl. 79.
Defereſe ſus amicitie. Cic. in Læl. 35.
Detrahere perfonam amicitiae dicimus, quum Aperte que fentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos. Vultus enim ab animo discrepans, perſona verius eft quam vultus. Erafim. in Chiliad.
Dimittere amicitias. Cic. in Læl. 76.
Dirumpere amicitias. Cic. in Læl. 87.
Diffidere. Cic. in Læl. 76.
Difficiat amicitias diffimilitudo morum. Cic. in Læl. 76.
Diffolvere. Cic. in Læl. 32.
Diffluere amicitias. Cic. 1. Off. 120. Læl. 76.
Gratia difflituit, puto Horatius. H. St. [Immo Diffilituit. Ep. 1. 18. 42.
An potius hunc locum, memoria lapsus, indicare cupiebat. 1. Ep. 3. 31.
— An male farta,
Gratia nequicquam coit, ac refcinditur?
Divelli amicitiam a voluptate non poſſe. Cic. 2. de Fin. 82.
Durant amicitie firmissime. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Elevare amicitias remifionis uifus. Cic. in Læl. 78.
Eſſe in amicitiam & in amicitia aliquis. V. IN.
Est mihi amicitia cum eo. Cic. pro Cuent. 117.
Evertere funditus amicitiam. Cic. 2. de Fin. 80.
Exardecit amicitia. Cic. in Læl. 200.
Excludere fideles amicitias. Cic. in Læl. 54.
Expetenda amicitia. Cic. 2. de Invent. 167.
Expletum eft amicitiae munus. Cic. in Læl. 69.
Extincta amicitia. Cic. in Læl. 80.
Extere amicitia aliquis. Tacit. 6. Ann. 8.
Faciunt quidam, moleftas amicitias quum ipſi ſe contemni putant. Cic. in Læl. 74.
Fingere amicitias utilitatis cauſa. Cic. in Læl. 51.
Frui amicitia recordatione. Cic. in Læl. 15.
Gerere amicitiam. Cic. 3. Fam. 8. Doctiflimis hominibus authoribus, quorum ſunt de amicitia gerenda præclariffime ſcripti libri.
Habere laxillitas amicitias habenas, quas vel adducas cum velis, vel remittas. Cic. in Læl. 45.
Impediri amicitiae rationem ſi ſummi bonum in voluptate ponatur. Cic. 1. de Fin. 71.
Incepta amicitia a parvis. V. INCIPIT.
Incideſe in amicitias malorum. Cic. in Læl. 42.
Increpuit amicitias mulieres. Tacit. 5. Ann. 2.
Indeclinata amicitia. Ovid. 4. Trift. 4. 24.
Teque (quod eſtrarum) preſta conſtanter ad omne
Indeclinata minus amicitiae.
Indulgeret amicitia novis. V. INDULGEO.
Injuinxit amicitiam cum eo. V. INJUNGO.
Inſtituere amicitiam cum aliquo. V. INSITUO.
A N A D E M A, vel **A N A D E M A**, a, tis. n. utrumque enim reperitur [ἀναδέμη] in Lucret. lib. 4. 1122.

Et bene pars patrum, fuit anademata, mitra. h. e. Qui bona magno labore a majoribus parta sunt & acquisita, ex iis venditis anadema comparantur emunturque. Paul. in l. 26. quanvis. D. de am. & arg. legat. Ornamentorum esse confit, quibus uti mulieres venustatis & ornatus cauæ cœperunt: neque referre, si quedam eorum alium quoque pum præbeant, sicuti mitra & anademata: quanvis enim corpus tegant: tamen ornamentum, non vestis esse. Suidas p. 228. dicit esse capitum ornamentum. Dicitur ab αναδέμη verbo, quod cerono, ligo, redimio, significat. V. & Polluc. Hesych. & Interpret. ad Virgil. 9. Æn. v. 616. Qui rectius Latina voce Kedimicula mitre dixit.

A N A D E N D R O M A L Ā C H E, [ἀναδένδρωμαλάχη] Malva arboreascens, quam Galen. 4. Therapeuticæ eandem facit cum Althea. Dicitur & Hibiscus. Apul. de Herb. cap. 38.

A N A D I P L O S I S, f. [ἀναδιπλωσις] Dici potest Reduplicatio. Est enim conformatio dictionis in ultima parte verbi, & prima frequentis. Virg. 8. Ecl. 55. Certent & cygnis ubila: fit Tityrus Orpheus,

Orpheus in lybris, inter delphinias Arion. V. Item 6. Ecl. 20. & 10. Æn. 180.

A N A D Y O M È N È, [ἀναδυομὴν] Plin. l. 35. c. 10. Venerem execuntem e mari divus Augustus dicavit in delubro patris Cesaris, quæ Anadyomene vocatur, veribus Græcis tali opere dum laudatur visio, sed illustrato: cujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipsa injuria cellit in gloriam artificis. Confenuit hac tabula carie: aliquam pro ea Nero principatu substituit suo, Dorothei manu.

A N A E A, [Ἄναια] Urbs Caria, a qua Adj. Anaeus. Oppidanos ejus loci Thucydides Anaitas pronuntiat, dicta ab

A N A E A, Una Amazonum, que nomen urbi dedit, testis Steph. & Hermolaus in Plin. lib. 26. cap. 36.

A N A I T I C A, [Ἄναιτικα] Regio majoris Armenie, quæ ab Euphrate alii iuitur. Plin. lib. 5. cap. 24. Dicta ab Anaitide Dea & Ejus cultu.

A N A I T I C U S, a, um. gent. Plin. l. 16. c. 36. Calami probatores Gnidii, & qui in Asia circa Anaiticam lacum nascuntur.

A N A I T I S, idis. f. [Ἄναιτις] Dea ab Armeniis obsecrata religione culta.

Anaitidem deam colunt in primis Armenii, ita more condito, ut vel nobilitate prestantes ejus ministerio dedicent filias, que inibi corporis pudicitia in vulgo data, velut inde auguftiores factæ, mox traduntur viris, nemine non conjugia id genus alacriter admittente. Hæc Plin. lib. 33. cap. 4. conf. Strabo lib. 11. & 12. & 15.

A N A G A L L I S, idis. f. [Ἄναιγλη] Herba est quæ in duo genera dirimitur. Femina flore cœruleo conspicitur, mas punico. Hodie Mergelina, five *Gallina moris* vulgo nominatur. Ruell. lib. 2. cap. 109.

A N A G L Y P H A, orum. n. [Ἄναιλυφα] dicuntur Vafa cælaturis eminentibus & exparsis ornata, quæ & Toreumata vocantur. Plin. lib. 33. cap. 11. Nunc anaglypha, in aperitatemque excisa, circa linearum picturas querimus. Itius generis sunt illa sagina pocula de quibus Virg. 3. Ecl. 37. seqq. Idem 5. Æn. 267. ubi Serv. V. mox subiecta.

A N A G L Y P T A, orum. [Ἄναιλυπτα] Idem. Martial. lib. 4. 39.

Nec mentis anaglypta de paternis. [Et apud Plin. Haidinus Anaglypta legit. Ovid. 5. Met. 81. Altis Extantem lignis cratera. & 12. v. 23. 5.]

Fortè fuit iuxta signis extantibus asper

Antiquus crater. Juven. Sat. 1. 75.

Argentum vetus, & stante extræ pocula caprum.

Ubi Schol. Emblematicum opus, indicate Schurzli. ex MSS.

A N A G L Y P T E S, a, [Ἄναιλυπτες] Sculptor dicitur talium opetum.

A N A G L Y P T I C E S, [Ἄναιλυπτικα] Ars eadem sculpendi. V. Cal. Rhod. 29. 24.

A N A G L Y P T I C U S, a, um. i. e. Calatus. Sidon. 13. Epit. 9. Geruli caput plicantes anaglyptico metallo.

A N A G N I A, [Ἄναιγνια] Ptolemaio, J. Civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius forore Augusti contempta, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam ferri justif. Virg. 7. Enn. 684. — quos dives Anagnia pacit, &c. conf. Sil. Ital. lib. 8. 393. & lib. 2. 533. & Cic. 16. Att. 8.

A N A G N I N U S, a, um. Adj. Plin. 3. 5. Cic. 12. Att. 1. & 15. 26.

A N A G N O S T E S, a, um. [Ἄναιγνος] Nep. 25. 13. 3. In familia crant pueri literatimi, agnoscere optimi. Obtinuit apud veteres, qui in re aliqua essent, & paulo elegantiore vivendi rationem instituerint, ut inter alia ministraria haberent pueros, qui coenantes legerent eruditorum hominum, quos vellent, libros. Hos Agnoscetas ex ipso vocabant Græco vocabulo. Lectores Latine appellavit Suetonius Aug. c. 78. (ex quo loco cognoscere non tantum in Coena, sed noctu etiam, cum experientia somnis recuperari statim non posset, sive adhibitos itemque in. 8. F. p. 1. & 3. 5. Iterum Nepos 25. 14. i. Nemo in Convivio ejus aliud actoama audivit, quam agnoscet, neque unquam line lectioenem etat, ut non minus animo, quam ventre delectarentur conviva. Ubi habes, quæ ratio fuerit pulcherrimi hujus instituti. Agnoscetas in theatris apud Græcos legiſte

Poetas ex Gellio 18. 5. cognoscere est. V. Pignor. de Servis. & Meurs. Aut. Philolog. cap. 4. supra **A C R O A M A** & infra **E C T O R**.

A N A G U N T E S, Populi sunt Gallia Aquitanicae. Plin. lib. 4. cap. 19.

A N A G Ÿ G E, es. f. [ἀναγγεῖ] Recellus subtilis, sive Excelpha, aut superior intelligentia. Figura, quasi Subductio, quum sensus ad aliora tollitur. uitetur Hieronym. prol. in Nahum. V. de hoc & seq. vocab. Suicer. Thef.

A N A G O G I C A, [ἀναγογία] Mystica sunt, quæ hominem mortalem sublimi divinaque meditando in coelum subvehunt. Et sensus anagogicus dicitur, quum sensus literalis (ut vocant) in spirituale vertitur. Bud.

A N A G R A M M A, a, tis. & **A N A G R A M M A T I S M U S**, i. m. Ingeniosa permutatio, vel transpositio literarum, in una pluribus dictionibus, unde alia sententia generatur, ut Laudator per Anagi. Adulator. Galenus per Anagr. Angelus. V. Voss. Etym. p. 240.

A N A G R A P H E, [ἀναγραφή] Perscriptio & acta. Sic etiam appellatur Commentarius & breviarium, & liber census peracti. Budens Comment. Ulp. in l. ult. D. de reb. authorit. judic. poft. Anagraphen vocat, quod alibi Inventarium, & Repertoriū, & Synopsis appellat.

A N A G Y R I S, [ἀναγύρις] Herba quæ odore tetro proverbiū peperit, in eos jaetari solitum, qui obfutura fibi commovet. Vulgo *egelo*. Meminit Dioscor. lib. 3. V. Matthiol. in Diosc. 3. 149. V. & Erasm. in proverbio, Anagrym commoves.

A N A I T I S, V. paulo ante **A N A E A** & **A N A I T I C A**. & seq.

A N A L P H A B E T U S, [ἀναλφαβῆτος] A Græcis dicitur, Qui ne elementaris quidem literas novit, quas Fulgentius Abecedarias appellat in tertio Mythologicō. V. **A B E C E D A R I U M**.

A N A L E C T A, orum. n. [ἀναλεκτα] Reliquia sub mensa, quæ quod colligi debeant, id sunt fortitæ homen. Cœl. l. 13. c. 31. Martial. l. 14. 82.

In pretio scopas testatur palma fuisse;

Sed pretium scopis nunc analæcta dabunt. V. Voss. Etym. p. 27.

Translate hinc inde excerpta & in unum consarcinatum librum Analæcta dicunt: alii lat. vocab. Collectanea.

A N A L E C T E S, a, [ἀναλεκτικα] Qui colligit aut verrit analæcta. Sen. Epist. 27. per translationem, Sufit illi ut Grammaticos haberet analæctas. De Calvilio loquens, qui seruos literatos in conviviis ad pedes habebat, ut verius quos retteret, fugerent. Sed quid sunt Grammatici analæctæ? Quidam interpretantur Doctissimos, qui omnia ad manum & in numerato habeant, alii eos qui minutissima quæque colligunt ex authoribus. Ego (inquit Turnebus) neutrī assentior: quid enim esset in eo sensu leporis & argutie? Potius exitimaverim fannia quadam derisum ab eo Sabinius fuisse. Ut enim analæcta ferri dicebant, qui reliquias cœnæ, aut ea que ceciderant de mensa, colligere solebant (ea autem analæcta dicebantur) sic cum ipse Sabinius inter coenandum in veribus, quos subiectos referebat, subinde excederet. Quadratus festive dixit, ei grammaticis analæctis opus esse, qui colligerent cum cädentem, & verba quoque ei excedentia intēc coenam reddenter. Hæc ille, conf. Cal. Rhod. 7. 52. & Woverium cap. 13. Polymath.

A N A L E C T I D E S, [ἀναλεκτίδες] dicuntur, Quibus ex xylinolo, vel quavis materia, puelle tamquam pulvilli confingunt scapulas prominentes, ut videri habituos possint. Ovid. 3. de Arte Am. 273.

Convenit tenues scapulas analæctas altis:

Angustum circum scapula pectus eat. Cœl. l. 13. c. 31. Apud Ovidium corrupte legitur Amelictides. Varia Monstra lectionum profert. Hein. qui Analæctides tuetur, eum V. Scaliger Omeletides & Turneb. Advers. 4. 23. Ometides.

A N A L E M M A, [ἀναλέμμα] est Ratio conquista Solis cunis, & umbra crescentis, a bruma observatione inventa, & e qua per rationes architectonicas circinque descriptiones est inventus effectus in mundo. Vitruv. l. 9. c. 4.

A N A L E P S I S. V. **E P A N A L E P S I S**. H. St.

A N A L E P T I C E, es. f. [ἀναλεπτικα] Restauratio virium. V. Turneb. Advers. 16. 15. Calius Aurel. Refutatio.

A N A L I M O T I C U S, a, um. [ἀναλιμοτικος] Famem pellens; ut cibis analimotici. Th. Prise. 2. 24.

A N A L I T E, [Ἀναλίτη] Populi Arabie, Plin. lib. 6. cap. 28.

A N A L O G E T I C I. V. poft **A N A L O G I S T A**.

A N A L O G I A, a, [ἀναλογία] Proportio. Cic. de Fin. 3. 21. Quod Analogiam Stoici, nos appellemus Convenientiam, si placet. Sed hic alii legunt Homologiam. Quintil. l. 1. c. 6. & 10. Analogia præcipue quamproxime ex Græco transferentes in Latinum proportionem vocaverunt. Ejus hæc vis est, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non queritur, referat, ut incerta certis probet. Cic. de Univers. 12. Id optime affequitur quæ Græca *analogia*, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) Comparatio, Proportionio dicitur potest.

Analogia, est Verborum similitudin declinatio limitis, non repugnante confunditne communis. Varro lib. 3. de Analogia.

Analogiam facere. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Analogia tueri dictum. Quintil. ibid.

Analogia apud Euclidem est Similitudo rationum: sed geometrica tandem ibi definitur, ut si dicatis. Ut se habent quatuor ad duos, sic octo ad quatuor: & . Quanto est longior pes Herculanus alterius alicuius pede, tanto item stadium Herculanum pede sexcentes commenſum, longius est eo stadio quod alterius pede toties transmissum est.

A N A L O G U S, a, um. [ἀναλόγος] Conſtantepus, proportioni respondens, a Philosophia & Grammatica ultratur. Vulgo Proportionalis.

A N A L O G I C U S, a, um. [ἀναλογικος] Idem. ut, Libri analogici Cœsaris, apud Gelium 4. 16. intelligit Libros II. de Analogia. de quib. Suet. c. 56. in vita. Senatoris analogicus. Mart. Capell. 7. p. 240.

A N A L O G I S M U S, [ἀναλογισμος] E similitudine argumentum: de quo Galenus in optima facta, & in Empirica facta compendio.

A N A G O S T A, [ἀναγοστη] Tutor dicitur qui rationibus reddendis liber est, qui administrationis sua rationes non reddit, in l. 1. §. 5. D. de adm. tutel. Sic enim legitur in exemplaribus vulgaris: in Pandectis Florent. est Aneclogitus, [ἀνεκλογη] prohe. Idem plerisque dicuntur *analogiæ*. Analogiste de his qui analogia nituntur, & eam sequuntur ac defendunt.

Notis in libr. septimina. Varr. de L. L. Vertranius Maturus. II. St.

A N A L O G E T I C I, [Ἀναλογητικος] Philosophi quidam appellabant apud Laetium lib. 1. S. 17. Ubi Menag. V.

A N A L Y S I S, [ἀναλύσις] Refolutio, Retoxio complexionis ad ipsius principia. Quum compotum aliquid in his simplicissimas partes, vel in sua principia resolvitur, ut Ariftoteles ostendit primo Analyt. ut patet item in elementis Euclidis 13. p. 1. 2. 3. 4. 5.

ANALYTICUS, a, um. [ἀναλυτικός] Resolutorius: unde Analyticus, & n.pl. Analytica, quo nomine inscribuntur quatuor libri Ariftoteli in Org. 10.

ANAMASCHALISTER, [ἀναμασχαλίστης] Ornamentum pectoris & cæpitiolum, apud Pollicem lib. 5. cap. 16. ex Philipide comico ex *ἀναμασχαλίστης*.

ANAMNÉSIS, is. f. [ἀναμνήσις] est Commemoratio ejus rei qui in obli-

to fuisse nos fingimus. V. Iſidor. 2. 21. Quintil. lib. 9. cap. 2.

ANANCÉUM, Urnæ poculum interpretatur Turnebus. Advers. 21. 12.

Nam cum ἀνάκηραit urna judicialis, quidni Urnæ poculum Ananaceum dicatur? Plaut. Rud. 2. 3. 33. Credo hercle ananaceo datum quod bibere. Hoc vocabulum repertum in Varro apud Nonium. 15. 36. Ad Sy-

baritanam prædam, in qua sunt tripodes, crateræ, ananacea pocula nobili-

lum Tarentinarum. V. Taubm. ad Plaut. l. c. Ita quidem Canterus legit. Sed Gothof. Ananacea populo, Mercer. Ananacea a pop. ad Pollucem

provocans, cui l. 8. S. 17. ἀνάκηραit Vas forense, Clepsydra judicis exp.

Hesych.

ANANCÉUS, [ἀνακῆρα] Lelegum rex fuit, qui quum Ionie partem

quamdam tenerunt, ab Ioniis demum ejecti, in Cariam exaserunt. Au-

thor Strabo lib. 14.

ANANCHITIS, Gemma: de qua sic Plin. lib. 37. cap. 11. Ananchitis

in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. Ananchitis scribi debere

cerst Turnebus, nomenque esse adeptam a necessitate, quod deos co-

gebat, eorumque evocabat imagines: ut Synochitis a confinendo, quia .

ea evocata in inferorum tenebantur umbras. Hac illa.

ANANTAPODÓTON, [Ἀναγνώστης] Schema Grecum. Atticæ lingua

proprium, Oratio scilicet una membra defecta. Hoc autem schema tribus

modis usurpat, in principio, in medio, & in fine, ut docet interpres Ari-

stophanis. Exemplum ejus quod a fine, invenimus & apud Cic. 7. Att.

36. Reponit Pompeii grata populo & probata coniunctio esse dicuntur. Ita

putaram; Quæ quidem si illi repudiarunt, jacebit: si acciperit. Utrum

igitur (inquit) mavis? Responderem, si quemadmodum parati essemus

scirem. Quorum verborum hac ferme sententia est, Caesar in bello civili

ad Pompeium, & ad Senatum legatos miserat. His Pompeii pacis condic-

iones tulit ad Cesarem referendas: quod factum Pompeii gratum populus

habuit, ut in concione declaravit: hoc autem ita futurum Cicero prævi-

disse se dicit. Si igitur (inquit Cicero) Caesar conditions latas non accep-

erit, nihil respondebit, sed rem armis geret: si accepit, legatos iterum

mittet. Quam clausum, aut aliam non abfimilem Cicero figuræ reticuit.

Bud, in prioribus Annotationibus. Atqui hec nota vitandi est, non

imitanda laudis forma, nec idea rhetorica eloquitionis figura. Hec Ramus.

ANAPÉSTUS, [ἀναπέστης] Pes ex duabus syllabis brevibus, & tercia longa:

ut Veneri. Cic. 2. Tusc. 36. Nec adhibetur illa fine anapæstus pedibus hor-

tatio. Idem 3. de Orat. 182. Ubi etiam pes herous a Cicerone dicitur.

ANAPÆSTUM, i. n. & **ANAPÆSTUS**, i. m. pro Genere carminis.

Cic. 4. Tusc. 57. Nec silex illud potentiissimum regis Anapæstum. Idem in

Orat. 190. Elegit ex multis Iosafatis libris tringita fortassis versus Hieronymus.

Peripateticus in primis nobilis, plerosque fenarios, sed etiam anapæta.

Anapætus Ariftophaneus: Axena ponti per freta Colchos denique delatus

adhæsi. Recipit pedes quaternorum temporum. Omnes impler pedes,

præter semipedem. Anapætus octonarius: Orie beato lumine volitans:

qui per celum candidus equitas. Recipit eosdem pedes, præter semipe-

dem. Auctor fragm. quod Censorinus tribuitur, p. 162. ed. Lindenbris.

ANAPÆSTICUS, Adj. ut, Anapæticus versus, qui consistat ex Anapætis.

Cic. in Orat. 190.

ANAPAVÓMENOS, m. [ἀναπαύμενος] Quiescens. Plin. lib. 35. cap.

10. Satyrus hic est, quem Anapavomenon vocant, nequid desit temporis

ejus securitati, tibias tenens.

Anapavomenos, Fons est in Dodone Jovis facer, de quo Plin. l. 2. c. 103.

sic scribit, In Dodone Jovis fons quem sit gelidus, & immersas faces extin-

guant, si extincte admoveantur accendit. Idem meridi semper deficit:

qua de causa Anapavomenon vocant. Mox increscens ad medium no-

cit exuberat: ab eo rufus sensim deficit, q. d. Interquieſcens.

ANAPAVOMENE, f. [ἀναπαύμενη] Mortuam denotat apud Plin. l. 35.

c. 10. Pinxit & currentes quadrigas, & suppliantem pene cum voce. Et

venatores cum capture. Et Leontinem pictorem. Et Anapavomenon

propter fratris amorem. Quid si Apanchomenen, ἀναγκήμεν;

ANAPHE, [ἀνάφη] Insula est una Sporadum, inter Theraliam & Mytpa-

leam, quam Plin. l. 2. c. 8. enumerat inter eas quæ diu aquis tecte tan-

dum emiserunt. Annian. 17. 7. Ovid. 7. Met. 461.

ANAPHÓRA, seu **E PANAPHÓRA**, [ἀναφόρα] Figura quam nos Re-

lationem seu Repetitionem dicere possumus: qua fit quoties per singula

membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo, Verres calumniato-

res apponebat, Verres adeste jubebat, Verres cognoscet, Verres ju-

dicabat. Cic. 3. Yerr. 27. Virg. 1. Æn. 665.

Nate, meæ vires, mea magna potentia folus;

Nate patri summi qui tela Typhœa temnis. Idem 4. Æn. 369.

Anaphora etiam & Epanaphora, Sceniorum seu Alcæniorum signorum co-

lectuum vocantur ab Oriente circumactu mundi quotidiani facta: quia

non æquales ubique affectiones sunt, ex inclinatione cœli varia, nunc

majores, nunc minores. Firmicus, Sed illistandu virtutis laborabit, quoad

signi ejus fuerit amphora completa. Plin. l. 7. c. 49. Negavere illi que-

quam x c partium exortivam mensuram (quod anaphoras vocant) trans-

gredi, & has ipsas incidi occurru maleficoru fiderunt, aut etiam ra-

diiis eorum, Solisque.

Anaphoricus, a, um. [ἀναφορικός] i. e. Relativus. ut, Prologus

anaphoricus. Vitruv. 9. 9 Anaphorica Horologia: ita legit Baldus in

Lex. Vitr. p. 7. Al. Anaporicus.

Anaphorici, [ἀναφοροί] dicuntur apud Paulum Eginetam, Egi pitui-

tan crastore rejeclantes & pectora. Nam ἀναφορα, Sursum ferri signifi-

cant. Cæl. Antiq. Lect. l. 16. c. 3. Firmic. l. 3. c. 13. Mercurius cum

Marte anaphoricos faciet, cardiacos, oligochronios, & infelices.

ANAPHOBON, [ἀναφόρα] Lignum utrinque carum, quo onera gestan-

tur. Instrumentum quo aliquid portant, ac sursum a terra tenent, cu-

jusmodi est quo mulieres in quibusdam locis aquam & flumen getitant.

Hoc Allacta etiam dici, a trahiente quæ fieret a fatigatis de humero in

humero. Cæl. lib. 16. cap. 3. & Bud.

ANAPHYSEMA, [ἀναφορα] Evaporatio, de qua sic Cæl. lib. 20. cap.

19. Terræ autem anaphysema: hoc est, cum tumore efflatio, ex imo

flatus est, vel effractione vomitu terra fæse, erupione facta, attollens.

Et Apuleius, Anaphysemata (inquit) Greci eos nuncupant spiritus, qui

de fundo vel hiatibus terræ explosi, ad supermaris solent devenire.

De mundo p. 242. V. plura apud Cæl. l. c.

ANAPIAS & **Amphionus** fratres, de quibus Sen. 3. de Benef. Vicere (inquit) Siculi juvenes: quum Ætna majori vi peragritata, in urbes, in agros, in magnani insula partem effundit incendium, vexerunt parentes suos: discitissime credunt isti ignes: & utrinque flamma recedente, limititer adaperit, per quem transcurterent juvenes, dignissimi, qui magna tuta auderent. Meminit Val. Max. l. 5. c. 4. ex. 4. Anapum vocans. Cæl. quoque l. 6. c. 39. & Claudian. Epigr. 35. [Meliores codd. Valerii Anapum vel Anaphius. V. ibi Coler. Oſſel. ad Sel. Num. tab. 76. ubi eandem hi-
storiam ex Pompeje gentis denario, post filiū Ursinum, illustrat.

ANAPIS, [Ἄναις] Sicilia thuius, leniter decurrens, decem stadiis a Sy-

racusis in mare defluens. Ovid. 5. Met. 417.

Præterit & Synanæ, & fontes lenis Anapis. V. 2. de Pont. 10.

26. & 4. Falt. 469. conf. lib. 14. 516.

ANAPLÉTOSIS, i. f. [ἀναπλέτωσις] Repletio chirurgica. Hinc

ANAPLÉTICUS, i. m. ut, Anaplerotica medicamenta, que alta

vulnera carne complent. Veget. de Re Vet. 2. 26.

ANAPÓRICUS, i. m. [ἀναπόριος] Repletio chirurgica. Hinc

ANARCHUS, i. m. [ἀρχεύς] Princípio carens, ut Ambros. lib. He-
xæm. interpretatur. Sed & Anarchus dicitur Qui sine imperio est.

ANARCHIA, a. Status sine rector: item Subversio imperii ordinum

que confuso.

ANARIACÆ Straboni, Anariaci Plinio, Αναριάς Stephano, Pópuli sunt

ad mare Caſpium, ad ortum incolentes, quorum oppidum Anatia co-

memoratur a Stephano.

ANARRHINUM, [ἀναρρίνος] quod & **ANTIRRHINUM**, Herba est An-

agallidi simili, radice nulla, aut perexigua, femine vitulinas nares imi-

tante: unde & nomen habet. Galenus Bucranion appellat: Γαλλι, Οφειλ-

cati. V. Plin. l. 25. c. 10. & Ruell. l. 3. c. 131. conf. Apul. de Herb. c. 86.

ANARTES, ium, in. pl. Ptolemaio Anarti, ἀνάρτη. 3. 8. Populi Dacis

ANAS, atis. f. [ἀνάτη] Avis natando dicta, auctore Varr. 4. de L. 14.

Plaut. Capt. Aut anates, aut coturnices dantur quibusdam Iulitent. Mar-

tial. lib. 13. 52.

Tota quidem ponatur aras, sed pectora tantum,

Et cervice sapit, catena redde coco. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.

Anatum ova gallinæ sapientissimum. Anates Ponticae edulissimæ vulgo ve-

nensis vicitant: Et prōinde folitus erat Mithridates eorum sanguinem misce-

re medicamenta que digerendis venenis valent, ut scribit Cell. l. 17. c. 16.

ANATÍCULA, dimin. [ἀνατίκαρος] Aut est Parva anas, aut potius Aquati-

cula vulgo nota, anata forma perlustrans, sed multo minor. (Mergul-

poterat suo nomine appellare.) Plaut. Afin. 3. 3. 103. Dic igitur me anatulan,

columbam, vel catellum. Cic. 5. de Fin. 42. Serpere anguiculos,

evolat merulas, nare anatinas, cornibus ut videmus boves.

Anaticulus Pontanus 161. in Dial. H. St.

ANATÍNUS, adj. denom. [ἀνατίνης] Plant. Rud. 2. 6. 49.

Utinam fortuna nunc ego anatina uter,

Ut pothou exsivimus ex aqua, arentem tamen.

Substantive Petronius, cap. 56. Mihi jubent sepe anatinam parari, i. e.

carne anatinam. V. ibi Not. Burm. p. 275.

ANATÁRIUS, Adj. [ἀνατίρατος] Custos anatum. Item, Anataria plu-

mae: & Anatra aquila, qua anates circa lacus venatur. De Anataria aquila, Plin. lib. 10. cap. 3.

ANATÍRM, Morbum anatum dicebant: i. e. Vetus larum: sicut Senium,

Morbum senum. Fetus. [Si locus fanus est.

ANAS, pro Fluvio, V. ANA.

ANASA, [Ἀνάση] Oppidum Carmaniae. Plin. lib. 6. cap. 28.

ANASARCA, a. f. [ἀνασάρκη] Hydrops toto corpore diffusus, apud Me-

dicos. [Τοῦ ὅτου σάρκη] Cestus anatum. Item, Anataria plu-

mae: & Λευκοφάγη, καὶ αὐτὰς.

ANASCEV, es. f. [ἀναστέψη] Destructio rei propositæ, cui opponitur

Catastrophe. V. Iſidor. 2. 12. & Quintil. 2. 4.

ANASPHOROS, [ἀνασφόρος] A quibusdam vocatur herba, quam Græci

πεπλεύδη, Latini Filicem appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dio-

scoridis exemplaribus: quod tamen nonnulli, ut pleraque alia herbarum

nomina apud, ut Cestus anatum, ex parte malum.

Conf. C. 4. ejusd. lib. Cæl. Aut. Acut. 3. 4. S. 40.

ANASTÓPHE, cs. f. [ἀναστόψη] Inverſio dicitur. Est enim (ut docet

Diodorus) Duorum verborum ordo propterferuntur, ut Italianum contra, pro

Contra Italianam. Saxa per &c. Virg. 3. Georg. 276.

Anastrophe: inverſio vitium. Quintil. lib. 1. cap. 5.

ANATARIUS, V. ANAS.

ANATHÉMA, atis. f. [ἀναθέψη] Anathema dicuntur Donaria: h. e. Do-

na quæ dicata diis, suspensus in parietibus & columnis templorum: cu-

jusmodi nunc visunt potissimum iuxta monimenta divorum statua ar-

gentear, equi aurei, pocula gemmata: dicta ab *αναθέψη*, h. e. A seponen-

do, sive suspendingo: aut quod nefas effici ea mouere loco. Hoc vocabu-

lo etiam Statute significantur, templa, battice, porticus, & alia urbis or-

namenta. Erafni in 21. cap. Luce.

ANATHÈMA, atis. f. [ἀναθέψη] Anathema, dicti sunt Homines sacri,

quorum capita diis interis dicata sunt, & devota: quemadmodum

Latinis veteris SACRUM etiam in malum senum usurpabant. Budæus.

Divus Hieronymus: interpretatur Detefactionem. Idem ab Alcibiade

quaest. 9. tradit interdum significare quod Occisionem. Idem Zachar. Proph.

cap. 14. interpretatur Maledictionem & Abominationem. V. Salmai-

Exerc. Plin. p. 767. Suiceri Theſauri.

Aa 3

ANA-

A N A T H E M A T I Z A R E , [ἀναθεμάτιζεν] Devovere, detestari. Hieron. Epist. 75. Si haec quotidie non anathematizarem. i. e. Detestarer. Salmas in Tertull. de Pallio, p. 225, teatitur in priscis libris etiam Anathemare & Anathematus reperi pro Anathematizare &c. quod ex Glosis & exemplis confirmat C. du Fréne.

A N A T H Y M A S I S , is. f. [ἀναθυμία] Vapor & exhalatio. Petron. c. 47. Anathymias si in cerebrum it, in toto corpore fluctum facit. Sic Octav. Horat. 2. 1. Quibus ex Anathymiasi caput fuerit inquietatum.

A N A T I N U S , V. A N A S .

A N A T I S , apud Perseus Diana dicta est. Ejus templum Ecbatanis fuit, cuius facerdotes procul a virili contagio in perpetua virginitate degunt. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12.

A N A T I S , iös. Fluvius est in Africa, de quo Plin. lib. 5. cap. 1.

A N A T O C I S M U S , i. m. [ἀνατοκίσμος] est Utura anniversaria renovatio, & quas usuras usurparunt vocant. Cic. 5. Att. 21. Interim quoniam ego in edito translatio centefimas me observaturum habebam cum anatocismi anniversario, ille ex syngrapha postulabat 1111. Ibidem. Clamare omnes qui aderant, nihil impudentius Scapto, qui centefimas cum anatocismo contentus non esset. Budaus. Anatocismus, usurparum in singulos annos quasi regeneratio.

A N A T O L E , [ἀνατόλη] Locus unde exoritur sol, & ipse folis exortus. item Una horarum, quarum diversa nomina apud Hyginum. Fab. 183. Polluci 1. 2. est Candius ille semicirculus, qui in unguium radicibus emicat.

A N A T O M E , [ἀνατον] Gracis, Inciso Latinis dicitur ut Celsus. Aliis Dicessio, confectio, maxime corporum membrorumque humanorum, quam medici faciunt. Gell. 10. 10. De inventione Anatomies V. Plini Valer. locum apud Barth. Advers. 3. 4. Vulgo Anatomia dicitur.

A N A T O M I C E , es. & **A N A T O M I C A ,** a. f. Idem. Macrob. 7. Saturn. 15. Plato nec anatomica qua Medicina proprie est, abstinuit.

A N A T O M I C U S , [ἀνατομικός] Anatomiae peritus. Macrob. 7. Saturn. cap. 13. Sed libris anatomicorum postea confutis, verum reperi. Ammian. 28. 26.

A N A T O N U S , a , um , [ἀνατόν] Sursum tendens. ut, Capitula altiora, qua Anatomia dicuntur. Vitrov. 10. 15.

A N A U D O M A , atis. f. [ἀναύδωμα] Oppidum est Syenitarum, Plin. I. 6. c. 29.

A N A U R O S , [ἀναύρως] Fluvius Thestalae, quasi Ablaque aura dictus.

Lucan. lib. 6.

Quique nec huimenter nebulas, nec rora madentem
Aera, nec ventos tenues suspirant Anauros. Fluit ex Pelio,

Thestalae monte. Sunt qui etiam Nilum hoc nomine vocant, quod nulas expirent auras: ut testatur Plin. lib. 5. cap. 9. De hoc fluvio sive potius torrente vide plura apud Apollonium Argon. lib. 6.

A N A U S I S , [ἀναύσις] Alanorum Heniocharumque rex, procus fuit Medeae. Sed pater virginis Heretes, Styro Albaniae regi repudiato illo, filiam despondere maluit: a quo Anausis postea sive forte fortuna se rivali obtulisset, interfectus fuit. Historian habet Valer. Flac. 6. Argon. 44.

A N A X , [ἀνάξ] Proprium viri nomen, qui fuit Caeli & Terra filius: a quo Milesius olim dicta fuit Anactoria. Cael. lib. 5. cap. 1.

A N A X A G O R A S , [ἀναξαγόρας] Clazomeni philosophus fuit, in physice praecellens. Hic non modo generis gloria & divitiae, verum animi quoque magnitudine clarissimus fuit: quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quoniam ab eis negligenter insimularetur, Quid ergo inquit non vos ista curatis? Non abcedens ad speculationem rerum naturae se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei & private & publicae omnino negligens & incuriosus, adeo ut cuidam ipsum ita compellant, Nullane tibi patrie cura est? dixerit, Mihi vero patrie cura & quidem summa est, digitum in colum intendens. V. Laert. Hic quoniam poti dumnam peregrinationem in patriam revertisset, possessionesque desertas vidisset: Non essem, inquit, ego falsus, nisi ita perirent. V. Val. Max. 8. 7. ext. 6.

Anaxagoras nivem nigrum dixit esse: ferres me, si ego idem dicero?

Cic. 4. Acad. 72.

Anaxagora euouia. Lucr. lib. 1. 320.

Nunc & Anaxagora scrutemur ignorantes. h. e. Similares particulas, eadem cum tot rationem obtinentes, quas principia esse rerum Anaxagoras docuit. Laudatur a Lactantio 1. 5. quod Deum esse dixit infinitam mente que per se ipsum moveatur. Lampraci obit: ubi ro-gantibus eum principibus, nunquid fieri mandaret, justissime ferunt ut pueri quotannis ex quo defecisset mensa ludere permitterentur, qui mos Lampraci diu est servatus. Pericles preceptor fuit, itaque pluteulade eo habet. Plutarch. in illius Vita. p. 295. item p. 308. adab Fabric. Bibl. Gr. 2. 23. 7.

A N A X A N D E R , [ἀναξάνδρος] Pictor non ignobilis, apud Plin. I. 35. c. 11.

A N A X A N D R I D E S , [ἀναξανδρῖδες] Poeta Gracis, comediarum scriptor, patria Rhodus, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas hexagonaque, vicit una. Suidas. V. Voss. de Poet. Gr. cap. 7. p. 48. & Kuster, ad Arisoph. Plut. p. 926.

A N A X A R C H U S , [ἀναξάρχος] Nomen proprium philosophi Abderita, sectatorisque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreoneum Cyri ry-narum, a quo comprehensus, conjectusque in pilam pifanae, sive mortarium saepe, quod Greci οὐρανοί vocant, ibique ferreis malleis contusus, adeo toleranter pertulit aspermissimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit. Tunde tunde Anaxarchi follem: Anaxar-chum enim non tundis. Ovid. in Ibis 571.

Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta. V. Diog. Laert. in Vita eius, Cic. 3. de N. D. c. 33. & 2. Tusc. 22. Ad ultimum amputationem lingue munitante tyranno, protinus dentibus abscissum & commandatam linguam in eos ejus patulum confluente dicitur. Tellus Val. Max. 3. 3. ext. 4.

A N A X A R C H E T E , [ἀναξαρχήτης] Puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma infinguis, & regia stirpe superba, quamquam Iphis, infante fortis juvenis perditissime amaret, & ab ea ludibrii haberetur, doloris impatientia, fere ad fore ejus suspedit: cuius funus quam Anaxarchae fecis immotis, quae oculis intueretur, in faxum est conversa. Ovid. 14. Met. 699.

A N A X E N O R , [ἀναξένωρ] Cithareclus fuit, quem Magnesia civitas valde extulit, sed magis M. Antonius, qui quatuor civitatum ei tributa legenda praecepit. Author Strabo lib. 14.

A N A C E P S , [ἀνακεψη] Poete comicus nomen, cuius meminit Suidas. V. Voss. de Poet. Gr. p. 49. [Anaxilus idem nomen ac seq. Anaxilaus.

A N A X I L A U S , [ἀναξίλαος] Melissenius, qui Melisanam in Sicilia condi-

dit, fuit Rheginorum tyrannus. Is quoniam parvos relinqueret libertos, Mycitho seruo suo commendasse contentus fuit. Is tutelam tam sancte gelit, in sepiusque tam climenti obtinuit, ut Rhegini a servo regi non deducantur. Perducit deinde in etatem pupus & bona & imperium tradidit: ipse parvo viatico sumptu profectus est: & Olympie cum summa tranquillitate consenit. Maerob. 1. Saturn. cap. 11. Justin. 4. 2. 4. addit. Spanh. de Ufu & Praef. Num. diff. 8. p. 553.

Alius eius nominis Medicus laudatus. Plin. 19. 1: 25. 13. & 30. 8. Item Historicus. V. Dion. Halicarn. Ant. Rom. pr.

Fuit preterea Anaxilaus quidam ex Lacedemoniorum principibus, qui una cum Lycurgo in vincula conjectus fuit, & paulo post cum eodem absolitus. V. Plutarch. in Alcibiade.

A N A X I L A U S , [ἀναξίλαος] Nomen philosophi, de quo Hieronymus contra Jovinianum scribit, quod in libro secundo philosophiae assertat Potoniam matrem Platonis phantasmatem Apollinis fuisse oppressam, quodque sapientia principem non aliter arbitretur, nisi de parte virginis editum. V. & Laert. I. 3. S. 2.

A N A X I M A N D E R , [ἀναξίμανδρος] Praxiadis fili. Milefius philosophus, Thaleitis sodalis, primus terra marisque circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit, ut inquit Laertius. Hic dixit infinitatem rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse. Præterea sphæra formæ esse terram assertit in centro mundi collocatam. V. Fabric. Bibl. Gr. 2. 23. 8.

A N A X I M È N E S , [ἀναξίμηνης] Philosophus fuit, Euristrati filius, Milefius: Anaximandri discipulus, successorque, qui eo die obiit, quo Sardes capte fuerunt. Hic principium rerum aera opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum ait, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni putavit. Motum vero ab aeterno esse dixit: terram ex aere constipato, primum omnium factam latam, magnam, idcirco non absque ratione super aërem contineri: Solem, Lunam, exterasperas stellas a terra ortum habere. Calep. V. Diog. Laert. I. 2. & ad eum VV. D. D. notata. Fabr. Bibl. Gr. 2. 23. 9. Qui alias ejusdem nominis duos memorat, sed Lampacenos, Oratorenum unum, Historico alterum, prioris & forore nepotem: quoniam dubium est annos prior simul fuerit Historicus; qui, ut e Suida dices, discipulus fuit Diogenes Cynici, præceptor Alexandri magni. V. Voss. r. de Hist. Gr. 10. p. 75.

A N A X O , [ἀνάξω] Ancæ cujusdam filia fuit, quam quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lycidicem fororem Pitthei, ex Peleope & Hippodamia, ut habet Plutarch. [Imo Alcæ & Hippomenes filiam facit Apollod. l. 2.

A N A X Y R I D E S , [ἀναξυρίδες] Vestes sunt, & bracca longis femoralibus auro pictæ, intonse, & vari coloris, quas Galli familiares esse scribit Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10. conf. Polyc. 7. 13. & 22. & 10. 40.

A N A X Y R I S , idis. f. [ἀναξύρις] Genus quoddam Lapathi seu runcis, ita dictum quod folia ejus certum calceorum genus imitantur; alias Oxalis. V. Dioic. 2. 106.

A N A Z A R B A , [ἀναζάρβα] Stephano, Oppidum est Ciliciae, Dioscoridis patria. Inde

A N A Z A R B E N I , Populi de quibus Plin. lib. 5. cap. 27. V. Spanh. de Ufu & Praef. Num. diff. 9. p. 55.

A N C A S A , [ανῖφιος αντεῖα] Dicta sunt ab antiquis Vafa quæ Cælasta appellamus: quod circumcidendo talia facit. Ipsius quoque Cælare verbum eadem causa est dictum, d. litera cum l permutata. Feitus.

A N C A E U S , [ἀνάξαι] ut scribit Aristofanes, fuit agriculturae studiosus: quoniam autem vineam plantaret, nimis gravi labore seruos premebat: quare illorum quidam dixit, dominum ex illa vinea fructum nunquam perceptum. Ancæ vero posteaquam uva fuit matura, letus vindemebat: seruimus quidam juvit vinum sibi fundere. Poculum igitur quoniam ori apponere, dictum illius in memoriam revocavit. Cui seruos,

Multa cadunt inter calicem, supremaque labra. His vero dictis quidam accurrit, nuntians quam maximum aprum vineam ingredsum, illam pervertere totam. Tunc Ancæ poculum quoniam abjeciller, ad aprum festinavit, a quo percussus interierit. Unde natum est proverbiu in eos quibus præter ipsum aliquid evenit. quod sic in Latinum Cato vertit. Multum intererit inter os & offam. Apud Gel. 13. 17. V. Erafni. Chil. 1. 5. 1. De Ancæ Ovid. 8. Met. 407.

Ancæ Parrhasius. Ovid. 8. Met. 315.

Ancæ vulnus. Ovid. 8. Met. 518. de Meleagro,

Mores, & Ancæ felicia vulnera dicit.

A N C A L E , es. f. [ἀνακαλέ] Poples. Cal. Aurel. Tard. 5. 1. Ad ancæ len perveniens atque suram.

A N C A R I A , vel **A N C A R I A I A ,** Dea ab Aculanis populis colebatur, ut patria & tutelaris, ne hostium vastarentur incurru. V. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Et Burn. ad Quintil. 4. 1. p. 315.

Ancarius. Lucilius, apud Nohium 1. 78.

Hac eadem rudet e rotis atque ejulcit. Concursans velut Ancarius, clareque quiritan. conf. Turnebi

Advers. 17. 24. Quem tandem hic Ancarius intelligimus? Ancara urbs Italia fuit (aut Turnebus) in qua, vel aliqui patres familiæ furerunt, operosi & quætuosi, qui lervorum familiæ habuerunt: vel urbs ipsa, quod ex eo suppercipit, quod familia Ancariana lib. 9. Varenium scribit Fabius interficere suffit. Servi autem illi opifices & operarii sepe concubant, & per urbem, aut agros re aliqua amissa, aut upiaria relicta, conseruant & quiritibus vagabantur, quod illis verbis significare voluit poeta Lucilius. Tertull. tamen in Apolog. c. 24. Anciam Aculanorum deam scribit suffit, ut Ancarius putare possit esse furiosos, ab illa dea eniore immisso creptos. Nam ut de furoso loqui videtur Lucilius, posset & Ancarius intellegi, aliquis de familia Ancaria fucra. Hæc ille, addic Voss. in Pomp. Melam, p. 48.

A N C E P S , itis. [ἀνακεψη] Adj. a Capite derivatum, abl. est ancipite vel i. Plur. ancipites, & i. a. gen. ium & per sync. ium. Feitus, Anceps significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat, ut Secures & bipenes. Sed magis a Capiendo, quod ex utraque parte aque capiatur, appellatum est. Charis lib. 1. Ancipes veteres cum ratione diceuntur, ne genitivo ancipiti durabus videatur syllabis crescere. V. Priscian. lib. 7. p. 754. Plaut. Rud. 4. 4. 114. Post altrinchecus est securiculae ancipes.

Anceps, Acutum ex utraque parte. Lucil. lib. 29. Veete atque ancipi ferro esfringam cardines. Nonius 4. 32.

Anceps

Anceps mortu. *Lucr.* lib. 2. 519.

Anceps fecris. *Ovid.* 8. Met. 197.

Ancipiti imagine. h. e. Duplici forma. *Ovid.* 1. Faſt. 95. De Jano, qui bifrons fuit.

Anceps, Duplex. *Lucil.* 1.29. Nemo hos anicipites [ff. Ancipi] ferro effringat cardines. Varro de Vita Pop. Rom. I. 4. Anceps bellum. Nonius. I. c. 104. Bellarium autem terrena sunt aliae, partim aquaticae, aliae quasi anicipites, in utraque sede viventes. V. AMPHIBIUM.

Anceps, Dubius. *Virg.* 5. En. 654.

At matres primo anicipites, oculisque malignis Ambiguae, spectare rates.

Anceps & incertus. Cic. pro Marcell. 15. Qrum esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. Idem in Orat. 98. Anicipites dicendi incertos que casus non extimescit.

Anceps & varius. Cic. 5. Fam. 12. At viri ſæpe excellentis anicipites variis que facit habent admirationem.

Animus anceps. Liv. 4. Bell. Pun.

Anicipites animos tenere. *Lucan.* lib. 9. 46.

Bonum. Sen. Hippol. Anceps forma bonum mortalibus. i. e. Incertum: quia propter formam alii perierunt, alii gratiam & favorum inveniunt.

Cafus. *Plin.* lib. 28. cap. 2.

Cafus anceps belli. *Lucan.* lib. 9. 585.

Caufa. Cic. 2. de Orat. 86.

Cibus, Dubius & periculosus: nempe in cuius efū vita periclitatur. *Plin.* lib. 22. cap. 23. Voluptas tanta anicipitis cibi. De fungis loquitur.

Contentio. Cic. pro Lege Manil. 9.

Cura anceps propter incertos exitus preliorum. Cic. 12. Fam. 10. & 1. Off. 9.

Disputationes anicipites, in quibus de universo genere in utraque partem differere copioſe licet. Cic. 2. de Orat. 205.

Formidine anicipiti. Virg. 3. En. 47. Ab effectu: reddit enim formido dubios & incertos.

Fortuna pugna. Virg. 4. En. 603. & Stat. 6. Theb.

Fortuna belli. Cic. pro Marcell. 15.

Favore vario anicipites. *Lucan.* lib. 2. 448.

Lapsus rerum anicipites. Claud. in Pr. Conf. Stilich. 142.

Marte anicipiti. Liv. 21. 1. Bellum anicipiti Marte gestum est, i. e. Dubio utrinque prelio: quia videlicet incertum fuit ultra pars viatrix esset.

Morbi anicipites. *Plin.* lib. 7. cap. 45.

Pavor. Valer. 3. Argon. 74. Ab effectu: reddit enim dubios & incertos pavor.

Prælrium. Liv. 3. Bell. Fun.

Via. i. e. Incerta, quæ scilicet hoc vel illuc ducat. Cic. in Somn. Scip. 2. Jus. Hor. 2. Serm. 5. 34. Acron: Jus anceps. i. e. Controversum vel obscurum: quod potest utriusque parti prodefere, pro ingenio interpretantis.

Vocabula anicipitia, quæ & in benam & in malam partem accipi possunt.

Gellius lib. 12. cap. 9. Est plurifariam videre atque animadvertere in veteribus scriptis pleraque vocabula, quæ nunc fernionibus vulgi unam certamque rem demonstrant, ita sive media & communia, ut significare & capere possint duas inter seſi res contrarias. Ex quibus quadam fatis nota sunt, ut tempeſtas, valetudo, facinus, dolus, gratia, industria. Hec enim fere iam vulgatum est anicipitia esse, & utraque versus dici posse.

ANCHÄTES, Nomen ducis in exercitu Perſe contra Eætem Colchorum regem, fratrem Perſe. Valer. 6. Argon. 132.

Ductus & Anchates, patulo vaga vincula gyro

Spargere, & extrema laqueis adducere turmas.

ANCHÉMOLUS, [Ἄγχημόλος] Rhoeti Marrubiorum regis filius fuit: qui cum Casperie ituprum intulisti a patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hec Serv. in Virg. 10. En. 389.

Hinc Sthenclum petit, & Rhoeti de gente vetusta

Anchemolum, thalamos austum, incæſtare noverca.

ANCHESITES, Ventus ab Anchisa porta Epiri spirans, cuius mentio est apud Hædicaraff. Cic. 7. Att. 2. Flavit ab Epiro lenissimus Anchesites. Antea legebatur Anchæ miscis: sed sic restitut Turnebus Adv. 20. 16. Sed V. ONCHESMITES.

ANCHESMUS, [Ἄγχεσμος] Mons Attica, in quo est Jovis Anchæfimii statua. Paſfan. in Attic.

ANCHIALE, [Ἄγχαιαλη] Civitas Ciliciae, de qua Strabo lib. 14. p. 462.

Poſt Zephyrium (inquit) Anchiale ſupra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Ahenodus, qui non a Sardanapale, fed ab Anchiale Japeti filia conditum vult. Cyndi matre, a quo nomen vicino fluminis. Ex Steph. q. V.

ANCHIALOS, [Ἄγχαιαλος] Urbs Thracie, ſita in intimo ſtru, atque ubi pontus alterum huius flexum angulo finit, non procul a magna Apollonia. Hæc Pompon. 2. 2. Ovid. 1. Trist. 9. 36. Ammian. 22. 19.

ANCHIALUS, Nomen diuinum Judæorum putatur effe apud Martial. lib. 11. 94. Scalig. Emend. Temp. Prolegom. Salmat. de Hellenist. p. 205. conf. Sam. Pet. Var. Lect. 1. 16. p. 73. & If. Voſſ. ad Melam. p. 48. & præcipue Cl. Spenser Difſert. de hac voce & Mart. loco, qui servi nonenſe itauit.

ANCHILOPS, opis. [Ἄγχιλοψ] Tumor est in majore oculi angulo conſurgens, atque humoris collectionem habens, curatu difficultis, antequam rumpatur. Dicitur autem ab ἄγχη, quod est prope, & ἀγχη oculus, quod prope oculum fit. Galen. lib. de Finit. medic. qui illi adscriptus est, ut quidam putant. [V. ἈΓΓΙΛΟPS] Nam vitium idem est, aut gradum tantum ab eo diſſert, si Paulin. audimus. I. 1. c. 22. conf. Gorriai Def.

ANCHIMOLUS, [Ἄγχιμολος] Sophista apud Elidem fuit, aque potor, ac ficio modo ſolitus veſci, nec tamen alius imbecillior habebatur. Ex Cael. lib. 6. cap. 4.

ANCHISES, [Ἄγχιστος] Pastor Trojanus, filius Capyos, Affaraci nepos, ex Veneris concubitu pater Enea.

Ex Fabio colligi videtur, dictum fuſſis Anchifas & in recto. Vide quæ in Appendix ad Varonem dixi c. 24. H. St. Locus Fabii. 1. Inst. c. 5. p. 67. extr. Burn. ubi & hunc V.

Anchifa, genit. Virg. 5. En. 535.

Iphius Anchifa longeſi hoc munus habebis.

Anchifa, vocat. Virg. 3. En. 475.

Conjugio Anchifa Veneris dignate ſuperbo.

Anchifa, abl. Virg. 6. En. 322.

Anchifa generate, deum certiffima proles. Sibylla Æneam allocuitur.

Dardanius. Virg. 1. En. 494.

Magnanimus. Ovid. 14. Met. 118.

Magni anchifa animam vocabat. Virg. 8. En. 98.

Phryx. Ovid. 16. Epift. 197.

Pius. Ovid. 13. Met. 640.

ANCHISÆUS, Adj. [Ἀγχιστεῖος] Virg. 5. En. 761.

— tumulique fæſcidos

Et lucus late facer additur Anchiseo.

ANCHISIDES, patronym. [Ἀγχιστεῖδες] Virg. 8. En. 521.

Eneas Anchisades & fidus Achates.

Anchisides magnanimus. Virg. 5. En. 407.

Anchisade, vocat. Virg. 6. En. 348.

Dux Anchisade, nec me deus æquore merſit, &c.

ANCHISTRUM, i. n. Glosf. Gr. Lat. ἄγχιστρον hamus, uncus. Ifidor. 4. 11. inter instrumenta medica refert & Angistrum vocat. Cæl. Aurel. T. ard. 5. 1.

Anchistris ex utraque parte cutem pretendent. Hamulum Celfus vocat.

ANCHOLIA, [Ἄγχολια] vulgo dicta Viola coerulea. Ruell. Calathia domi putat effe, lib. 2. cap. 129.

ANCHÖA [ἄγχη] V. ANCHIA.

ANCHOMANES, is. f. Herba, quæ & Dracentea. Apul. de Herb. c. 14.

ANCHORA, vel ANCORA, [ἄγκυρα] Dens ferreus, quo firmantur ac retinentur naues. Virg. 1. En. 169.

— hic tefſa non vincula naues

Ulla tenent, uno non alligat anchora morſu.

Ubi Servius, Hoc nomen quum in Gracco, unde origine dicit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur, quod est contrarium: nam magis Graecorum est aspiratio, fed hoc in paucis nominibus inventur. MORſU autem de anchoris bene dixit, quum alio loco inveniamus 6. En. 3.

— tum dentē tenaci anchora fundabat naues.

Anchoris ſolutis, de phafelo. Cic. 1. Att. 10.

ANCHORA, inquit Nonius, Vincula quibus antennæ tenentur. Lucilius, Armamenta tamē, malum, vela, omnia ſervo: Funis enim praeficiuntur cito, atque anchora ſoluta. Quo loco Turnebus his verbis, anchoras in Nonio legimus vincula effe, & ſed vel (ut apud Ilidorum est)

Anquinā ſcribi debet, ut in Cinna verſu, vel (ut ſupſicor) utrobique Angina. Quia enim ille funis angit & adfringit, ideo (ut conſicio) Angina dicebatur: quod innuere videtur Ilidorus, qui Funem interpretatur, quo antenna conſtriguntur. Hac ille. [Videtur potius pro Antennæ apud Nonium Anchoria ſcribendum, ita ut nihil aliud indicare voluerit, quam id nomen etiam funi tribui anchorario, quod cum ex verbis Lucilli liquere puto, tum ex genuino Cic. loco hic adiecto, ne alia addam. Penultimam autem in Anchora more Graecorum prodixit. S. in in preſiis more vett. eliſum ultimam brevem relinquit. Solet autem ejusmodi ἄγκυρα ſcribere diligenter Nonius excerpere.

Anchora figitur. Ovid. 1. Met. 297.

Jacere Anchoras ante portum. V. JACIO.

Anchora de prora jacit. Virg. 6. En. v. ult.

Anchora pœta ſtoribus. Ovid. 2. Epift. 4.

Littoribus noſtris anchora pœta tñ effe. i. e. Promissa. Pollicitus es te ad noſtra littora renavigaturum.

Precidere anchoras: i. e. Funes anchorarios. Cic. 7. Verr. 87.

Sidunt anchoræ. Plin. lib. 6. cap. 22.

Solvete anchoram. Cic. 1. Att. 10.

Stare in anchoras, vel ad anchoras. Cæſ. 5. Bell. Gall. 10. Et Flor. 2. 27.

Sublate anchoræ ſunt. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Sublati anchoris digrefiſus. Cæſ. 4. Bell. Gall. 33.

Vellere. Liv. Decad. 3. lib. 2.

De anchora in nummis Regum Seleucidarum V. Spanh. de Uſu & Praef.

Num. diff. 7. p. 404. feq.

Anchora metaphorice ponitur pro Refugio, Praefidio, Munimento, & non ſemel pro Fundamento apud Plin. Apul. Solin. Ita pro Patrocino amici. Ovid. 5. Trist. 2. 41.

ANCHORAGO, vel ANCORAGO, inis. f. Nomen pifcis. Caffiodor. 12. Ep. 4. V. SALMO, idem enim effe creditur. Voff. de Orig. Idol. 4. 29.

ANCHORALIS, c. [ἀγκυρωτής] Adj. Apuleius lib. ult. Met. p. 265.

Navis abſoluta ſtrophilis anchoralibus, pelago redderetur.

ANCHORALE, n. ſubſt. Funis cui alligata effe anchora. Plin. lib. 16. cap. 8.

Liv. 7. Bell. Maced. & 22. 19.

ANCHORARIUS, Adj. aliud [ἀγκυρεῖος] Quod ad anchoram pertinet, ut Anchori funes. Cæſ. 2. Bell. Civil. 9.

ANCHORARIUS Mons. Plin. lib. 13. cap. 15. Anchorarius mons vocatur citerior Mauritania, qui ludiſtatiſam dedit cedrum, jam exhaustus.

ANCHURUS, Midæflus, de quo ſic Plutarch. in Parallelis cap. 9. p. 306.

Circa Celanor Phrygi oppidum terre hiatus cum aqua domos compliſiſis cum mortaliibus abſorbiſt in profundum. Midaſ rex oraculo móniſus ut res eo preſtoſiſimas conſiceret, ita enim futurum ut terra coiret: auro & argento injeſto rihi opis actulit. Anchurus regis filius cum rihi in vita humana preſtiosi anima ſecum ipſe verſaſet, datus genitor complexibus & Timothea uxor, equum aſcendit, inque hianteum locum conſtituto equo ſe conſeruit. Poſtquam in unum terra rediit, auream Jovis Idæ aram eo in loco dedicavit. Hujus rei teſtiſ effe Calliphernes 2. Metam.

ANCHUSA, [ἄγκυρα] Herba, de qua ſic Plin. lib. 2. cap. 20. Et anchiſe radix in uſi efft, digitali cratiſtudine. Finditur papyri modo, maſnusq; inficit languineo colore: præparat lanas preſtiosi coloribus.

Anchiſam hodie Gallia Orchanetam vocat, mulieribus non ignotam que

colore facie nativum ſuco mentiuntur, quaque vernaculum genarum pallorū hoc infecte occulunt. Certe mala eleganti commendat puriſſo. Ruellius lib. 3. cap. 83. V. Dieſcor. 4. 63.

ANCHYLE, cs. V. ANCYLE.

ANCILE, is. n. [ἀγκύλη] Plutarch. in Numa cap. 25. Scutum breve.

Virg. 7. En. 188. — Ieſaque ancile geraſet. Ubi Servius, Ancile, Scutum breve. Regnante Numa, coelo huiusmodi ſcutum lapsum est:

& data reſponsa ſunt illi fore ſummi imperii ubi illud effet. Quod ne aliquando poſſet auferri, aut ab hoſte agnoſi, per Namurium fabrum multa ſimilia fecerunt: cui & diem conſecrari, quo pellem virgis ferunt ad artis ſimiilitudinem. Dicimus autem hoc An-

cile, & haec Ancilia, pluraliter. Anciliorum vero uſurpat Horat.

Idem

Idem Serviusl. 8. v. 664. Ancile autem dicitur aut quasi undique circumci-
sum, aut quasi *epigymnos*: h. e. Undique labrum habens. Hactenus Ser-
vius. Varr. 6. de L. L. 3. Ancilia dicta ab Ancisu, quod ea arma ab ultra-
que parte, ut Thracum, incisa. Liv. 1. Salios item duodecim Marti Gradi-
vo legit, tuniceque infinge dedit, & super tunicam aeneum pectori tegu-
men, coelestiae arma, que ancilia appellantur, ferre. Historiam five fa-
bulam de lapsis celo Anchilibus, habes apud Dionys. Halic. 2. Ant. Rom.
Ovid. 3. Fatt. 372. seq. Plutarch. d. I. Laetant. 1. 21. extr. Vet. Gloss. An-
cilia *Δαντάνη*. Figuram eorum habes apud Guther. de Jure Pontif. 1. 11.
Rofin. Ant. R. I. 3. c. 20. Oifel. Thef. tab. 111. Car. Neap. ad Fatt. Ovid.
3. 377. conf. Camerar. Cent. 1. H. S. c. 60. & Cent. 2. p. 41: adi etiam
Mireti Var. Lect. 13. 17. de vocis derivatione.
Ancilia lapsa celo. Virg. Ene. 664.
Anciliorum oblitus. Hor. 3. Carm. 5. 10.

Arma ancilia. V. in ARMA,

A N C I L L A, [ἀντίλλα, οικέτη, ἀγελάτα, ἀγελάτης] Mulier serva. Dicta au-
tem (inquit Fefto) Ancilla ab Anco Martio rege, quod is bello magnum
feminarum numerum cepit. Sive ideo sic appellantur, quod antiqui
Ancilaria dicebant, pro Ministrare: ex quo diti quoque ac dect quos ancil-
iae colunt, appellantur Anclipi & Anculae. conf. Voss. Etym. p. 28. [Vete-
res Ancillas, a. um. adjective dixisse suspicatur haud injuria Cortius ad
Sall. Jug. c. 12. 5.]

Mulier ancilla. V. MULIER.

Terra mortalius semper ancilla. Plin. lib. 2. cap. 63. Cic. 5. Verr. Hung
servi ancilleque amant.

In ancillam delinquare. Ovid. 2. Amor. 8. 9.

Ancilla etiam Viri votati, sive Fidius, apud Sallust. Fragn. c. 5. quod
prenfaret populum & adularetur serviliter, acerrimo convicio ancilla tur-
pis a M. E. Lepido appellata & honorum omnium dehonestamentum:
Quae verba mirifice confirmant Lectionem veterum Codicum, in quibus
quidam Treb. Poll. locus ita conceptus est, in Vita Claud. c. 5. Gallus
Antipater, ancilla honorum & historicorum dehonestamentum, &c. Ne-
mo enim non videt huc Pollio's verba ex Sallustiano loco expressa esse.
Quod neque Salmus neque Cabaufus adverterunt; qui iam lectione
nem protulerunt primi: Salmus autem praecepit interpretatus est
p. 327. [Qui hanc animadveritionem Lipsiensis thesauro adferit, unde
huc descripta est, Ancillam honorum, Aſtentatore summarum potef-
tum exponit, quod cum sane durum fit atque infolens loquendi genus,
neque fatis, Aureoli laudum buccinatori conveniat, suspicari quis pos-
fit, altera diligendu[m]: Ancilla, honorum & h[ab]it. Sed ne sic quidem
locus sanus videri potest, epitheton enim, quod Sall. adjectit, desideratur
neq[ue] fatis apte Honores & historici deinceps conjunguntur. Quare cum in
editis omnibus, atque etiam in Cl. Obrechtii codice expreffum sit: An-
cillariorum, docto & cordato lectori dijudicandum reliquo, an fortasse
scriperit Pollio, Ancilla vitorum; Ceterum haec & similia, que ad I.
Sall. Cortius congettis per Sarcaſmum dicta sunt, quibus illud Virgilii ad-
dendum fuit ex. Aen.

O vere Phrygia, neque enim Phryges, ite per alta Dindyma.

A N C I L L A, dimin. [ἀντίλλα] Ter. Eun. 1. 2. 85. Nonne ubi mihi
diſti cupere te ex *anthropia* ancillulam? Cic. i. de Orat. 55. Juris scien-
tiam eloquentia tanquam ancillulam pedissequamque adjunxiſſi. Adde
Sen. Controv. 21. Plaut. Rud. Prol. 73. & Ovid. de Rem. Amor. 639.

A N C I L L A R I S, Adj. [ἀντίλλαρις] Quod ad ancillam pertinet. Cic. 5.
Tuf. Sordido, Ancillarique artificio. Ancillaris adulatio Aminian. 26. 17.
Sallust. In Cis. sub fin. Cui infidus in civitate fecisti ancillares? Apparet ex
adverbia oratione legendum esse — fecisti, ancillaris &c. cum in ea scribitur,
Nulli privatim ancillatum sum: idque de Pompei intelligentium arbitri-
tor, cui infiduum Ciceronem fuisse opinio fuit, quod& Pompeium a Cicerone
ab alienarum; ut ab eo defutus fuerit, cum armis pulsus a Clodio est:
reverus tamen ab exilio modis omnibus sibi Pompeium colendum, & el
inferviendum esse putavit, quod hic ei obicitur. Ex Turneb. Paul. quo
que Manutius Ancillaris legendum cenſet. Ut & Cort. q. v.

A N C I L L A R I U S, ii. in Vet. Gloss. δελοποτής. V. in seq.
A N C I L L A R I O U S, [ἀντίλλαρις] Nomen joco fictum a Martiale 1. 12.
58. Non est fictum, inquit H. St. quum in Seneca dicantur matronæ il-
lo uſe. [Nimirum Dimin. ab Ancillarius, quod Ancillarum amoris dedi-
tum denotat & obnoxium.]

Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipsa

Leictariole est: etis Alauda paries.

Sic & apud Sen. lib. 1. de Benef. 9. Siquis nulla se amica fecit insignem,
neq[ue] aliena uxori annulum praefat: hunc matronam humilem, & folidae
libidinis, & ancillariolum appellat. [Errant enim qui hic id nominis
pro Uxorio positum putant, & repugnat analogia in his quae similiter ter-
minantur adiectivis. V. Muret. ad I. Docet Philosphorus, Matronas luxu
perditas haec voce exprobare maritis ancillarum amorem confusae, si
non adulteris & meretricis amoribus foris infames fuerint, perinde
quasi ea fama delectarentur ipsa.

A N C I L L A T R U M, i. in Humilis submissio. Arnob. 7. p. 221. Salutet ac-
clivis, ancillatum servuli pavibundis trepidationibus imitat. conf. Sal-
mas. ad Solin. p. 833. [Probabiliter conjectura emendat V. C. Ancillatum,
in Thef. Lips.]

A N C I L L O R, [ἀντίλλω] aſ. Dicitur quum viri ancillarum more præter
dignitatem fervit aliquidus fe ſubjicit. Cic. in Sallust. cap. ult. Non
enim uni privatum ancillatus sum, neque me addixi. Titinius Praelia,
Verum etiam dotibus definiti ultro etiam uxoris ancillarum. Non.
Dicitur etiam de inanimatis rebus quae alii ſerviunt. Plin. lib. 2.
cap. 97. Nec unquam eodem tempore, quo hodie refui, ut ancillante
ſidere, trahente ſecum avido haſtu maria.

Vet. Gloss. Ancillor. θράσεων. Aliam etiam notionem veteres Glossæ fug-
gerunt, cum Ancillare (ita enim legendum, non Antillare) θράσεων,
θράσεων, interpretantur. Itaque Ancillari etiam pro Pellicem eſſe &
libidinis cauſa fe viro addicere significat. Nempe quia has vices ancillæ
& famule ſuffitne ſolebam ferre. Sed quid est θράσεων? Utrumne θράσος
aut θράſος non femina tantum quamlibet, ſed & aliquando ancillam no-
tat? Et ita θράſος est ancillam agere ſeu famulari? At pro θράſος θράſος
ſecundum ibidem? [Hac quoque ex Lipsienti Theſeaſum tranſcripta.
Sed minor V. C. non vidisse legendum potius θράſος, dictumque de
Mollibus & effeminitatis. V. Cael. Aur. Tard. paf. 4. 9.]

A N C I L L A T U S, us. ſubſt. V. A N C I L L A T R U M.

A N C I P E S, V. A N C E P S.

A N C I S U S, ſus. in. Varro 6. de L. L. 3. Ancilia dicta ab Ancisu.
A N C I S U S, a. um. i. e. Amputatus: nam An five Am eſt Circum. Lu-
cret. lib. 3. 660.

Omnia jam ſeorsum cernes ancifa recenti
Vulnere tortari.

A N C L A, a. ſ. contrarie pro Ancula; Inſtrumentum quo aqua ministratur;
alias Antlia, ic. Haſtrum. Vetus de Ancula Epigramma producitur a Sal-
mio in Vopſici Bonofum p. 478. In Suet. Tiber. cap. 51. Anciam legit
Pareus Lex. Crit. p. 445.

A N C L A B R I A, orum, apud Festum ſunt Vafa ænea quibus utuntur facer-
dotes in ſacrificiis.
A N C L A B R I S, est (inquit Festus) Mensa ministeriis apta divinis: Idem
alio loco, Anclabris, ex qua in ſacrificando diuſs anclatur, q. e. Hauri-
tur, ministratur.

A N C L A C E, Populi circa Moetim, Plin. lib. 6. cap. 7.

A N C L O, āre, ſecundum Festum in Ancilla, antiqui dicebant pro Miniſtrare;
qui quidam qui haurit ministrat Ancla etiam Festus expoſit pro Haurire. Turneb. (Idem & Muret. H. St.) Multi centref pro Anclare & Exanclare, dicendum eſſe Antlare & Exantlare, a verbo Greco ἀντλάνειν, a quibus diſſertio: & Anclare putet eſſe Anculare: i. e. Haurire. Unde & Ancillarum nomen, Liv. Andron. Florem anculantib[us] liber ex cacheſis. Quod ſi ab ἀντλάνειν deducitur (ut Feſto videtur) certe litera mutatur. Hæc ille. Adverſ. 2. 10. V. Volf. Etym. p. 28.

A N C O N, onos, m. [ἀντόνος] Locus ubi oſta humeri & brachii componun-
tur, Latine Cubiti flexura.

Eſt & eo nomine Nili pars deſtinata navigantibus. Eo etiam nomine ſinum
maris appellat Lucanus lib. 1. 421. Tarbellicus Ancon. ex emend. Scali-
lig. Aut. Leſt. 1. 5. V. tamen Cellar. N. O. A. 2. 2. 1.

Item urbs ari Piceni, Graecis ἄνθρωποι, Latine ANCONA, que eſt terminus Gal-
lie Citalpinae & Italie. Meli l. 2. c. 4. Illa in angulo duorum promon-
toriorum ex diverso coenunt, inſlexi cubiti imagine ſedens, ac ideo a
Graecis dicta Ancon, inter Gallica Italicaque gentes quaſi terminus interſet.
Eſt item in foribus pars, quam alio nomine αγριόποιοι vocant. Vitruv. 4. 6.
Dulcis Ancon eſt etiam Abomantis fermo. V. Eras. Adg. p. 164. Ex Plat.
Suid. & Atheneo, ex cuius l. 12. ostendit Anconem locum Sardis ſuſſe
voluptatum ministeriis paratum, fed in eo complures naufragium fe-
ciffe, &c.

Erat poſtremo hoc nomine perobſcurum Carthaginensibus domicilium, in
quod detrudebantur quibus iratior factus eſſet tyrannus.

Ancone Vitruv. appellat Conflexum qui rectum angulum deſcribit: I. 8. c. 6. de chorobate loquens quo aqua peribrantur, ea (inquit) regula
habet ancones capitibus extremis, aequali modo perfractos, inque regule
capitus ad normam coagmentatos, & inter regulam & ancones a cardi-
bus compacta transverſia.

Ancones, [ἀντόνες] Calices ſunt non rotundi, ſed in cubitum flexi, &
angulum habentes, unde & illis nomen tributum. Nam pocula variis
formabantur figuris. Paul. in l. 13. D. de instr. vel instr. leg. ut dolia
vafa, ancones, calices, &c. adde Turneb. Adverſ. 18. 23.

Sunt & Ancones, Ferramenta ex quibus retia aliaque ſuſpenduntur.
Gratus Cyneg. v. 87.

Lineaque ex tritis lucent anconibus arma.

Ita Ferrei Ancones apud Vitruv. 10. 13.

A N C O N I S C I, [ἀντόνισκοι] Instrumenta tortoria: Item Ferramenta one-
ribus ſuſtinentis idonea, que a Gallis corrupte ἄνθροποι vocantur, cu-
jusmodi in cellarum viñariorum columnis videmus, quibus incubunt li-
gna quæ dolia fertur. Dicta a ſimilitudine cubiti, quem Graeci ἄνθρωποι
vocant. Nam ut plerique dormientium cubitis, ita hiſce ferramentis one-
ri inuitantur. Dimin. Grac. eſt abutus.

A N C T E R E S, [ἄντερες] Vincula ſunt, quibus vulnerum labra conſtrin-
guntur, ne latior fiat cicatrix. Galen. 3. Therapeut. Item pars collis,
ſuſtencionati maxime obnoxia. V. Cael. Rhod. lib. 4. cap. 2.

A N C T I T O, āre, frequent. ab Anglo [ἀντίτο] Budatus.

A N C T U M, V. ANGO.

A N C U L A R E, [ἀντράριον] pro Ministrare dixerunt antiqui, authore Fe-
ſto. V. A N C ILLA.

A N C U L I & A N C U L A R E, Dii deinceps ancillarum putabantur. Festus.

A N C U N G U L A T E, Feminae mentruo tempore appellantur: unde tra-
hitur inquinamentum. Festus.

A N C U S, appellatur, Qui adūcunt brachium habet, ut exporrigi non
poſſit. Festus. Ab Ancone, i. e. Cubito incurvo.

A N C U S M A R T I U S, Numa Pompili nepos ex filia, & quartus Romano-
rum rex. Virg. 6. En. 815.

— quein juxta ſequitur jaſtantior Ancus. Hor. 4. Carn. 7. 15.
A N C Y L A, a. f. [ἀντλία] Contracio articulorum. Celf. lib. 5. 18. & 28.
Item Amentum. V. Suid. & Cael. Rhod. 11. 52. Galen. lib. de Finit.
Medic. Dicitur & Aeylosis. V. Rhod. ad Scrib. 11. 255. Gorr. Def.

A N C Y L O B L E P H A R O N, i. n. [ἀντλοβλεφάρος] Vitium in oculis. Celf.
lib. 7. 7. 6. V. A N C Y L O S.

A N C Y L O G L O S S U M, [ἀντλογλωσσος] Vitium lingua, cum quis non
expedit loqui poſſet, propter id quod vulgo Filerum vocant non inci-
ſum, Paulus Aegineta.

A N C Y L O S I S, [ἀντλοσις] Vitium eſt, quo cohærent palpebra cum
albo, vel nigro, exulcerant. Et si nigro coherant, vitius omnino
prohibetur: si albo, minus. Ex Ifagog. Gal. adscripta. Sic & Aet. 1. 7.
66. Sed Aegineta. 4. 55. Synonymum τὴν ἀγρύνην junxit. Vid. & A N-
CYLORLEPHARON.

A N C Y L O T O M U M, [ἀντλοτόμος] vel Ancylotomus, m. Inſtrumentum
chirurgicum, quo vinculum nervosum, quod Filum vulgo vocant, in
pueris haſtitibus exiuitur. Bud. Annot.

A N C Y R A [Ἄντερα] Teſtoſagum, qui quondam Galatia partem, Phry-
giam majorem verius tenerunt, castellum erat, poſtequam ab Auguſto
Cæſare colonis frequentera eſt, caput gentis; Sub Christiānum Imp. ſedes
Metropolitani. Strab. l. 12. Hinc ſynodus Ancyritana in jure Pontificio
ſape nominatur. Urbe memoratam videoſas a Curtio, 3. 1. 22. & Plin.
lib. 5. cap. ult. ubi V. Harduin. Hodie Agorai.

Alterius quoque tui ejidem nominis Lydiām verius, circa Blayrun
Magne Phrygia oppidum. Strab. lib. 12. Plin. l. 5. c. ult. Hic quoque
Epitopi fides.

A N C Y R A N U S, Adj. [Ἀντερανός] ab Ancyra, que ſecundum Ptole-
maeū & alios, Metropolis eſt Teſtoſagum Bithynie populorum.
Cloud.

Claud. 2. in Eutrop. 416. — Ancyranique triumphi. Omitti mentio non debet luculent illius monumenti Ancyrae, five lapidis antiqui, in quo Coloni conditoris sui Anguli rerum, gestarum Indicem five breviarium perficerunt curarunt, cuius etiam nunc insigne extat fragmentum, quod certatim VV. DD. illustrarunt. V. Fabric. Bibl. Lat. I. 4. c. 5. Plura de Ancyra I. C. Causa, in prae. Anymad. ad idem Monum. Suetonio adject.

A N C Y R O M A C H U S, [ἀνκυρομάχος] Genus navigii est, ita dictum quod anchoris, & reliquis navigi instrumentis vhenhendis sit aptum. Calp.

A N D

A N D Ā B Ā T A, [ἀνδαβάτης] Cic. locus est in 7. Epist. Fam. 10. qui unius littere abundanta obscuritatem habere videtur: cum ita ut in libris vulgo circumfertur subfcribam, Qui neque in Oceano natare volueris, studiofimus homo natandi: neque spectare effedarios, quem ante aandabat quidem defraudare poteramus. Ego (inquit Turnebus Adver. 19. 8.) dictione ex diutius perspexi, tandem in hanc fententiam discessione feci, ut ptem aandabat auferendi cafu legendum esse. Dicit enim (ut opinor) Tu, qui ita studiofus eras Romæ spectaculorum Circenæ, ut in multam noctem spectator federes, ut aandabatas pugnantes in tenebris videres, nolusti in Britanniam traiecte, ut Britannorum videres effedarios, qui aandabatis similes sunt et currus pugnabat. Olim autem post curricula Circenæ, fero noctis tenebris depugnabant interdum homines et currus, Heroum antiquorum more: qui interpolato verbo Greco, pro Anabatis Andabata dicebantur a Latinis. Duo autem homines fedebant in currus (ut Greco scribunt) auriga & magistrum, qui idem etiam *auxilium*, i. e. Ascensor dicebatur, & (ut plerunque fit) corrupta & degenerante voce, Andabata. Cum autem noctu pugnarent, nec se prope viderent, ut ludicrum etiam augeretur, interdum oculis clavis dimicare cogebantur. Hec ego eo adscripsi, quod eruditissimos viros haec velut in falebra haerere videbam, adeo ut non desuerit qui coniceret populos suos, qui clavis oculis pugnare soliti sint. Tam amentes habere hostes, ut exaci dimicare velint, nemus est (ut opinor) qui non optatus futurum. Sed plenus & accuratus de hoc gladiatori genere Jut. Lipp. Sat. 2. 12. conf. Alex. Gen. Bier. 6. 22. Cael. Rhodig. 11. 13. Schott. Nod. Cic. 4. 19. Thys. de Glad. p. 227. Laurent. Polym. 4. 9. Erafm. Chil. 2. 4. 33.

A N D A C Q U A, Afris planta est eadem que Dioscoridi Ægyptia lotus: e cuius femine, quod papaverum modo capitibus quibusdam includitur, Arabe sibi oleum conficiunt, quod miris laudibus effusere, illudque oleum de Andacoqua appellant. Ex Mathiol. in Diocor. lib. 3. cap. 106. extr.

A N D A L U S I A, a. f. Regio Hispaniae, regno Cattellæ annexa, olim Vandalia dicta, cuius primaria urbs Hispalis. In hac provincia poetae constiterunt campos Elysios.

A N D A N I A, [Ἄνδανια Stephano] Oppidum est Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cuius meminit & Strab. lib. 8.

A N D A N I S, [Ἄνδανις] Fluvius est Carnianæ regionis, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

A N D A R A, [Ἄνδαρας] Populi Indie, plurimis vicis, & xxx oppidis, que maris turribusque munientur. De his vide apud Plin. I. 6. c. 19.

A N D E G A V I, [Ἄνδεγαβοι] Gallie populi, V. ANDES.

A N D E G A V U M, i. n. Andegavorum urbs precipua, olim Juliomagus, hodie Angers.

A N D E L U S, [Ἄνδελος] Civitas est Hispaniae, non procul a Pompeiopolis, quæ vulgo Pamplona appellatur, metropolis regni Navarrae. Calep.

A N D E S, [Ἄνδες] Populi inter Celtas Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatus Bituricorum, Oceanique proximi, quos Ligeris flumen alluit, Andos Lucan. I. 1. v. 438. Andegavos appellat Plin. I. 4. c. 18. Andecauos Tac. Ann. 3. 41. Andes vocat. Cael. 2. Bell. Gall. 35. & 3. 7.

Andes, Vicus non procul a Mantua, Virgilii patria, teste Donato in Vita.

A N D I N U S, Adj. [Ἄνδειος] unde Virgil. Andinus. Andinus cantus. Sil. lib. 8. 594.

Mantua musarum domus, atque ad fidera cantu
Evecta Andino. i. e. Virgiliano.

A N D I G I S T A, [Ἄνδιγιστης] Matris deum nomen est apud Pessinuntos, ubi templum maximum habet magna venerationis. Strab. I. 12.

A N D I R I N A, æ. [Ἄνδηρινα] Mater deum cognominata a loco, de quo Strab. I. 13. Sub Andira (inquit) templum est matri deum Andirinae sacrum, & subterraneum antrum Palaeus usque. Est autem Palaeus, habitatio quadam sic appellata, quae ab Andiris dicitur stadiis centum & 30. Subterraneum hunc meatum torrens [Inmo hirsus V. Caf.] quidam in os ejus incidentis aperuit: qui poterat die a porto apud Andiram fortuito repertus fuit. Haec Str.

A N D I Z E T I A, [Ἄνδιζετια] Populi sunt Pannoniorum, ut refert Strab. I. 7.

A N D O C I D E S, [Ἄνδοκιδες] Unus ex decem principiis Atheniensium rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachis, & Nausicæa posteris, ut ex Hellanicis sententia tradit Suidas. V. Fabr. Bibl. Gr. 2. 26. 3.

A N D R A C H N E, [Ἄνδραχνη] Herba est, quæ a Latinis Portulaca dicitur. Plin. lib. 13. cap. 22. Columel. 10. 376. Apul. de Herb. cap. 103.

Andrachne agraria, [Ἄνδραχνη ἄργια] Herba est major Sempervivo similis, sed foliis minoribus, quæ a Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca sylvestris. Ruell. lib. 2. cap. 140. Plin. 25. 13.

A N D R A M I S, itis. [Ἄνδραχνη] Rex Lydorum fuit, qui primus castravit & eunuchs feci mulieres. Author Alex. ab Alex. I. 2. c. 25.

A N D R A P O D O N, [Ἄνδραπόδον] Latine Mancipium. Sunt enim servi tanquam pedes dominorum, qui capitio rationem habent. Diog. Laert. de Diogene Cynico sic scribit: Rogatus cur mancipia Andrapoda dicerentur: quia Pedes (inquit) habent virorum, animum autem, quem tu nunc habes, qui hoc interrogas.

A N D R A P O D I S T A, [Ἄνδραπόδιστης] Plagiarius. Dicitur autem andrapodista (ut interpres Arrianophanus ait) ab eo quod homines vendant: nec solum vel circumveniendo in servitudo conjicit, verum etiam quisque ministros aervos sive a suis heris ac dominis abstrahit, ut alio deducat, divindatque.

A N D R E M O N, Nomen est ejus qui Colophonem ædificavit. Strab. I. 14.

A N D R I A, [Ἄνδρια] Phrygia oppidum, apud Plin. I. 5. c. ult. Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Lycia.

A N D R I A, Terentii Fabula cui ab occasione Andriæ cuiuspiam mulierculæ nomen est. Exemplum est honestæ educationis & obedientiæ liberorum.

A N D R I A C A, [Ἄνδραξα] Oppidum est in Media: & alterum in Lycia, Ptolemaeo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

A N D R I C U S, Ciceronis servus. Cic. 16. Fam. 20.

A N D R I C U S, [Ἄνδριξ] Cilicia mons, Strab. lib. 14.

VOL. I.

Quo etiam nomine dictum est Flumen quoddam ejusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. I. 5. Apud Strab. Andriclus legitur.

A N D R I M A C H I D A, [Ἄνδριμαχίδη] Populi sunt in Africa, apud quos per multa secula viguit usus, ut virginis nupturas regi in priuis offerrent, ut illarum pudicitiam ante folementi nuptiarum delibaret. Alex. ab Alex. I. 2. c. 24.

A N D R I U S, i. [Ἄνδριος] Fluvius est, qui ex quadam Carœna montana regione, que Dardanica adject, influit in Scamandrum. Strab. lib. 13.

A N D R O B I U S, [Ἄνδροβιος] Nobilis pictoris nomen, qui Scylli (virinatorem) pinxit, anchoras etiis Pericla incidentem. Plin. I. 35. c. 11.

A N D R O U L U S, [Ἄνδρούλος] Sculptoris nomen. Plin. I. 34. c. 8.

A N D R O C L E F U S, Philostrophus fuit, Porphyrii discipulus, cuius ipse Porphyrius mentionem facit, ut refert Volateranus. Videtur vitiose codice usus Vol. ac scribendum Androcydes, quem in Pythagoricum Catal. memoria Fabric. quanquam locum Porphyrii pretereat.

A N D R O C L U S, [Ἄνδροκλος] Nomen proprium filii Codri, Atheniensium regis, qui Ephesus condidit, & lorum regiam ibi constituit. Strab. I. 14. V. mox ANDRODUS.

A N D R O C O P U S, [Ἄνδροκόπε] Nomen ejus qui Lebedum condidit, loco quodam occupato nomine Acta. Strab. lib. 14.

A N D R O C L A S, **A N D R O C L U S**, **V. A N D R O D A S**, **A N D R O D U S**. **A N D R O C Y D E S**, [Ἄνδροκύδης] Medicus fuit sapientia clarus, cuius extat epítola quadam ad Alexandrum magnam scripta, apud Plin. his verbis, Vinum potatius rex, memento te bibere sanguinem terræ: sicut cicuta homini venenum est, sic cicuta vinum. Plin. lib. 14. cap. 5.

Fuit & hoc nomine Pictor quidam nobilis, de quo idem Plin. I. 35. c. 9.

V. & ANDROCLÆS.

A N D R O D Ā M A S, [Ἄνδροδαμη] Lapis est ex genere haematitarum, colore nigricante, pondere ac duritate infignis, qui attritus coti succum reddit fanguineum. Plin. lib. 36. cap. 20.

Est præterea Androdamas, Gemma nomen, que argenteum nitorem habet ut Adamas, quadrata, & femer tessellis finitis: cui Magi putant nomen impositum ab eo quod impetus hominum & iracundias domit. Plin. lib. 37. cap. 10. Solin. cap. 36.

A N D R O D A M U S, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

A N D R O D A S, Annus sexagenitus tertius. Firmic. I. 4. c. 14. Septeni anni, ac noveni, per omne vite tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam & latenti ratione, variis hominem periculorum discriminibus semper afficiunt, unde & sexagenitus tertius annus, quia utriusque numeri summam pariter excipit. Androdas appellatus est. Novies enim septeni anni, sexaginta tres sunt: & rufus septies novem, simili modo sexaginta tres. Quia itaque utriusque numeri cursus, in hoc anni æquata ratione currunt, grande semper periculi discrimen imponit. Si enim septeni & noveni anni, qui hebdomatiæ a Gracis, acque enneatici appellantur, gravia semper hominibus indicunt pericula, quid annus faciet hexagenitus tertius, qui utriusque numeri multiplicatam, & invicem fibi obligatum perficit summan? Hac igitur ex causa Androdas (alii leg. Androclæs V. R. R. galt. ob Terrull. ad Idol. f. 203) ab Ægyptis dictus est, quod omnem vita substantiam frangat, atque debilitet. Haec Firmicus.

A N D R O D U S, Dacus servus. Romæ in circa maximo agnitus, a leone, cuius pedem vulneratum aliquando curaverat in fylvis. Eius historiam lectu dignissimam V. ap. Gell. I. 5. c. 14. Forte ad hunc ipsum narratio similis pertinet apud Sen. 2. de Benef. 19. Caterum rectius Androclæs vocatur hic servus in melioribus Gelli editionibus, & apud Elian. Hist. An. 7. 48. *Ἄνδρογενος*. V. Panvin. de Lud. Circ. II. 3.

A N D R O G E U S, [Ἄνδρογευς] Praeclaræ indolis adolescentis, Minois Cretenum regis filius fuit, qui ab Atheniensibus & Megarenibus per invitam occisus est, quod pæctraæ cæters superaret. Quapropter suscepito a Minone aduersus hos populos bellò, primo Megarenæ subegit, deinde Atheniensis fibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienses Minotauro cœpit obficere.

Androgeos, ult. prod. nomin. Græcus & Atticus, declinatur enim, & *Ἄνδρογευς*, ut *Ἄνδρογενος*, &c. Virg. 2. En. 370.

Primus fe Danaum magna comitate caterat. Androgeos offert nobis, &c.

Androgei, genit. Atticus. Virg. 6. En. 20. In foribus, lethum Androgeo, &c.

Androgei, genit. Latinus. Virg. 2. En. 392. — sic fatus: deinde comantem

Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur. Androgeona, accul. a nomin. Androgeon. Propert. lib. 2. 63.

Et deus extinctum Cresfis Epidautis herbis Restituit patriis Androgeona foci. V. MINOTAURUS.

A N D R O G E O N A U S, Adj. [Ἄνδρογεωνας] ut Androgeona cædes. Catul. Argon. 77.

Androgeona pœnas exfolvere cadiſ.

A N D R O G Y N U S, [Ἄνδρογυνης] Qui utrinque habet sexum, foemina scilicet ac masculi. Cic. I. de Divin. 98. Quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit? Plin. I. 7. c. 2. Androgynos esse utriusque naturæ Calliphanes tradit. Gell. I. 9. c. 4. Gignuntur homines utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigis habitos, nunc vero in deliciis. Liv. 7. Bell. Pun. 11. Sinuæ natum ambo inter marem & foemina sexu infantem, quos Androgynos vulgus, ut pleraque faciliori ad duplicatione verba Græco fermeo appellat.

Androgynæ femina dicta Amænia, quia virilem animum gerebat. V. Valer. Max. 8. 3. 1.

A N D R O G Y N I, [Ἄνδρογυνη] Populi sunt in Africa supra Nafamonas, ut I. 7. c. 2. Plin. scribit, utriusque naturæ, inter se vicibus coeuntis, dextera mamma his virilis, lava muliebris. Quidam Androgynæ scribit.

A N D R O L E P S I A, æ. [Ἄνδρολεψια, ἀνδρολεψια] Pertinacum pignératio est. Moris autem quodcumq[ue] illius fuit, ut qui cædem perpetraliter, si cum in externa urbem profugilent, ad poenam expofciti non derenderent iis ad quos facinus admulsum pertinebat, ipsiis ut permetteretur pignorandi poenitas, quam Androlepsiam, & neutrō genere Androlepsium Græco, Hermafrodo Barbaro Clarigationem, Juris interpres Reprefentia vocant. Ex Budæo.

A N D R O M Ā C H E, [Ἀνδρομάχη] Hectoris Trojani uxor, qua virili pugna nomen fortita est. Fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago. Andromachæ, genit. Virg. 3. En. 486.

— & longum Andromachæ testentur amore. legitur etiam

Andromachæ. B b

ANDROMACHA Nomen, Tragœdia ab Ernio scriptæ. Cic. i. de Divin. 13. conf. Var. 6. de L. L. 5. Hinc proverbialis locutio, Nihil ad Andromacham. Tertull. de Pudic. cap. 8.

ANDROMACHUS, [Ανδρομάχος] Adulator Crassi, a quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Author Plutarch.

Fuit & Andromachus sophista, e Neapolis Syriae, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Nicomediam, Diocletiani principis tempore. Stidas.

ANDROMAS, [Ανδρόμας] Vocare solent Aurum illud quod appellant Democritii aluminum peculiatum. Hermol. in Plin. lib. 26. cap. 22.

ANDROMÈDE, [Ανδρομέδη] Cephei & Cassiopeia filia, a Perleo amata, & in uxorem duxta, que Minerva beneficio inter astra collocata dicitur, propter Persei virtutem, quod eam ceto expolitam a periculo liberaratur. Oritur in parte Piscium duodecima. V. Cic. 2. de Nat. Deor. 43. Maril. 5. §. 533. feb. Hygin. Fab. 64. & Astr. 2. 11. Plin. 5. 31. & Salmas. in Solin. p. 401. feb.

Andromede Cepheia. Propert. lib. 1. 3. 4.

Andromedes, genit. Hor. 3. Carm. 17.

Jam clarus occultum Andromedes pater Ostendit ignem.

Andromeda, genit. Latinus. Propert. lib. 3. 21. 29.

Non hic Andromede resonant pro matre catena.

ANDROMON, Nomen est ejus qui Colophonem adificavit.

ANDRON, ônis. m. [Ανδρόνιος] est Spatium illud quod est inter duos parietes in quod pluvia descendit. Plin. lib. 2. Epist. 17. Tam alti, abditi que secreti illa ratio, quod interiacens andron parietem cubiculi hortique distinguit, atque ita omnem fornum media inanitate consumit. Andron, [Ανδρόν, Ανδρόν] Locus domicili appellatur angustior longitudine, in quo viri plurimi nevabantur: ut Gynaecum a mulieribus Hæc Fettu. Vitruv. I. 6. c. 10. Inter haec peristyli & hospitium, itinera sunt, que Mefaula dicuntur, quod inter duas aulas media fuit interposta. Noitri autem eas Andronas appellant. Sed hoc valde est mirandum, nec enim Graecæ nec Latine potest id convenire. Græci enim ανδρόν appellant εἶναι, ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant. Hæc Vitruvius. Patavini hodie Viam archivorum Andronem vocant. conf. & Cet. Rhod. 27. 24. [Androna] Plinius Romano more diffixi videtur pro Mefaula, vel potius Mefaulio, quæ pars adiunctorum tecta, an sub dio fuerit non fatis constat. Ceterum apud Gracos videtur Andron duobus modis accipi, modo videlicet pro parte adiunctorum, quæ & Andronitis dicitur, convivis virorum potissimum destinata, modo pro adiunctio publico, virorum convenientibus frequentato. Id colligere licet ex collatis invicem locis Pollicis I. 1. S. 79. & 6. 7. & 9. 46. Apud Vitruv. fufpicor Mefaula vel Mefaulia legendum, quomodo Graeci effuerunt.

ANDRON, Non. Vir. prop. Andron Cataneum, ut scribit Theophrastus, tibiosis incinctus primus omnium motiones corporis, & rhythmos excoquavit: unde ἀνδρίτης, i. e. Sicillare, politum inventias pro Saltare. Ex Cet. I. 5. c. 4. Multos alias sic appellatos docent Voss. 3. de Hist. Gr. p. 321. & Jonius I. de Script. Philos. Hist. p. 40. seq. E quibus sunt Alexandrinus, Halicarnassensis, Teius, Medicus item & Musicus. V. Fabric. in Elencho Medicor. Bibl. Gr. Vol. 13.

ANDRONICUS, [Ανδρόνικος] Rhodius, Philosophus Peripateticus, cuius meminimus. Strabo.

Fuit & aliis Pompeius Andronicus, Grammaticus desideriosior in professione Grammatica ex quo minus idoneus ad tuendam scholam fuit, ut refert Sueton. e. 8. de Ill. Gram. V. & Voss. de Hist. Lat. I. 10. p. 47. Andronicus item aliis fuit, Historicus, qui Alexandri res scripsit, Author Volaterr.

Fuit item Livius Andronicus cognomento, poëtarum Latinorum vetustissimus, cuius vitam vide apud Crinitum. V. etiam Gyrald. Dial. 8. de Poët. Hist. p. 297. Fuit & alter Andronicus Poëta tempore Juliani Cæs. Imp. Vid. Item p. 298. Etiam inter Graecos orientis Imperatores 4. Andronici memorantur feculsi Christ. 12. & 14.

ANDRONITIS, idis. f. [Ανδρόνιτης] Idem ac Andron Locus in domo ubi foli viris foli versari. Vitruv. I. 6. c. 10. Hæc autem peristyli domus, andronites dicuntur, quod in his viri sine interpellationibus mulierum verfantur.

ANDRÖN, Medicamentum est uva inflammationi curandæ utile: ab Androne auctore. Ejus confectionem vide apud Celsum I. 6. c. 14.

ANDRONODORUS, [Ανδρόνοδορος] Legislator fuit Chalcidensem, eorum qui in Thracia sunt. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

ANDROS, [Ανδρός] vel Andrus. Insula, una cycladum, inter Eubœam & Tenon, cum oppido ejusdem nominis, de qua Ovid. 13. Met. 661.

Et toride natis Andros fraterna petita est. Hæc primo dicta fuit Cauros, postea Antandros, & aliis nominibus, ut tradit Plin. 4. 12.

Nunc vulgo dicitur *Andro*, aliis *Andria*.

ANDRIUS, a, um. Adj. Gentile. V. **ANDRIA**.

ANDROSACES, [Ανδρόσακες] Herba est in maritimis Syriae locis copiosissime proveniens, alba, carnos foliis, folliculis in cirris habens, & in his femen. V. Plin. lib. 27. cap. 4. & Diofor. 3. 133.

ANDROSEMON, [Ανδρόσεμον] Herba est similis hyperico, caulinus tamen majoribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emitit sanguini similem. Unde & nomen habet. Plin. lib. 27. cap. 4.

ANDROSPHINX, ingis. [Ανδρόσφιγξ] Nomen ab Homine & Sphinge deductum, quod pro Admodum verisipelli, cujusque ambages diffolvere ne perplicatio quidem possit, sumitur. Budæus Curiam sic appellavit, ut a qua se explicare nulli sit facile.

ANOUARE, i. e. Recurrere, a Graeco verbo ἀναδέχεσθαι. Hinc & Drua vocata est. Festus. V. **AMTRUO**.

A N E

ANECDOTUS, i. m. [Ανεκδότης] Ineditus. Cic. 14. Att. 17. Librum meum anecdotum nondum perpolvi. Idem 2. Att. 6. absolute Anecdota sua dixit.

ANECLOGISTUS, i. m. [Ανεκλόγητης] Liber & solutus a ratione reddenda, ut Tutores aneclogisti I. 5. §. 7. ff. de Admin. Tuc. V. **ALOGISTA**.

ANELLUS, V. **ANNULES**.

ANENO, Fluvius est in octava regione Italica, apud Plin. lib. 3. cap. 15.

ANENÔNE, es, f. [Ανενόνη] Herba: de qua sic Plin. lib. 27. cap. 12. Othonio in Syria nascitur, similis etiæ, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocaverunt.

Anemonem Nicander ex Adonis cruce natam prodidit. Theocritus in Bucolicis, lacrymis Veneris Adonidem lugentis prodidisse finxit, cique dicitur epitaphium carmine hoc,

Quotque crux agit guttas hic casus Adonis,
Tot Venus effundit lacrymas: quis singula flores
Cespite demittunt: lacryma parunt Anemonem,
Sed crux ille rosam creat. Flos nunquam se aperit, nisi vento

spirante, unde & nomen accepit. Ejus multæ sunt species. Ruell. lib. 2. cap. 107. & Cal. lib. 19. cap. 4. V. Plin. 21. 11. 16. & 23. Apul. de Herb. cap. 53. V. **PHENION & ADONIS**.

ANEMOREA, Homero [Ανεμοειδής] Oppidum Phocidis, quod postea Anemoleam appellarent. Strab. lib. 9.

ANEMOSPHOROS, [Ανεμοφόρος] Herba est ex naporum generibus, quæ receptio nomine Bunion appellatur. Calepin.

ANEMOTIS Minerva, [Ανεμώνη Ανέμων] i. e. Ventosa. celebatur in civitate Methone, ubi & templum & simulacrum habuit, quod Diomedes dicasse fuisse, ut Pausan. docet: dicta, quod ibi idea molestem ventum fedarit. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 22.

ANEMURIUM, i. [Ανεμούριον] Cilicia promontorium, ubi continens Crommyo Cypris promontorium appropinquat ad stadiam cccl. Strab. l. 14.

ANEMYTAS, [Ανεμύτας] apud Tarantinos Asinus erat qui ventis sacrificabatur. Etym.

ANENAETOS, Ηὸν hereticorum. Tertull. adv. Val. cap. 35.

ANEO, etc. Verulam fieri, ejus mores imitari, Philox. Gloss. γένεται anet. & Flav. Capr. lib. de Orthogr. Sordet, acet, anet, &c.

ANESCO, Idem. ibid.

ANERINASTUS, [Ανερινάστης] Incapricatus, propriæ de fico, cui non adhibiti sunt τεπέ, h. e. Caprifici fructus, ut ad maturitatem perveniant. Proverbio dici solet in intuile, & a quo nihil frugis expectandum sit. de quo Erasmo, in Chil.

ANETHAMATICI Tripodes. V. in Ethones tripodes.

ANETHUM, [Ανέθην] Herba boni odoris. Plin. lib. 20. cap. 18. Anethum quoque ructus moveat, & tormenta sedat, alvum fistit. V. Columel. 11. 3. Pallad. Febr. t. 24. Apul. de Herb. cap. 121.

Anethum bene olens. Virg. 2. Ecl. 48.

Narcissum, & florem juncti bene olentis anethi.

ANETHATUS, a, um. Anetho conditus. ut, Anethatus pullus. Apic. 6. 9. Anethatum jus. Idem 7. 6.

ANETHINUS, a, um. [Ανέθινος] ut, Unguentum anethinum. Diosc. 1. 52. Vinum anethinum. Idem 5. 41.

ANETICUS, a, um. [Ανέτικος] Vocab. Medicum, i. e. In remissione. ut, Anetis temporibus, & per intervalla anethica. Th. Priscian. 3. 3. & 2. 25. V. Reinel. Var. Lect. 3. 11.

ANETIS, Dea quedam in Armenia. Armeniis autem lex erat ut virginis in fano vetustissimo & sanctissimo Anetidis dea profiterentur: ubi ipsius statua ex folio auro sita erat, quam Antonius expilavit: quibus emeritis, cuiusvis præcipui hominis conjugium fortiri fas erat, nemine abnente, aut tale conjugium detrectante. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24.

ANURIMA, [Ανυρίμα] Tumor ex arteria dilatatione cauſam trahens. Fit autem cum vulnerata arteria pallis non superinducitur, led serpiter iterum materia, ac reddit eodem. In lib. de Fin. Galen. adscript. hoc pacto definitur, διαβολαρια est Venosi yacculi, h. e. venæ, dilatatio, aut spiritus materia per carnem diffiliatio, quæ defiliens spargitur: foletque hæc consequi, ubi caro eum locum qui est circa præcīsum arteriam non implavit, sed vacuum reliquit. Galen. 1. Ther. Sed V. Juniores Chirurgos.

ANEURISM, [Ανεύριστης] Dilatatio quæ referatis arteriis fit cum integrac graeca conglutinata. Galen. & Paulo test.

ANEXASTUS, [Ανέξατος] Rationibus reddendis, sive subducendis solutus. Scæv. in l. 23. §. 2. D. de pecul. legat.

A N F

ANFRACTUS, ûs. m. vel **ANFRACTUM**, sive **AMFRACTUM**, i. n. [Ανεύριστος, ανεύρυστος] Sinuofus quidam reflexus: cuius figuram videmus in testis cochlearum, in cochlidi, & fere in arietum cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Convoluta (inquit) in anfractum cornua arietum generi. Varro 6. de L. L. 2. Anfractum est ab origine flexum duplice: dictum ab Ambitu & Frangendo. Ab eo lege jubent in directo pedum viii. esse: in anfracto xvi. i. e. in Flexu. Nonius 3. 16. Anfractum masculino genere dici putat: Neutri Accius Euryface, Super Oceanis Itagna alta patris terrarum anfractus. Varro Parmenone, Cavo fonte ut quem irrigavit cavata ariuum anfracta in sylvan vocans.

Anfractus, Viarum flexus. Cæf. - Bell. Gall. 46. Oppidum muris ab plaustris atque initio aſcenſionis, recta regione, ne nullus anfractus intercederet, mēcē pafliſ aberaſ. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quid enim pafli chriſtus ea figura quo ſola omnes aliaſ figuras complexa contineat? qua que nihil apertitibus habeat, nihil offertionis potest, nihil incisum agulis, nihil anfractibus, nihil offertionis, nihil eminentis, nihil lacunofuni? Loquitur d̄ figura celi, quæ ſphericā ēt.

Anfractus annui. Cic. 2. de legib. 19. Itaque, ut ita cadat in annuis arfractibus, deſcriptum eſto.

Curvi. Claud. in Conf. Prob. & Olybr. 105.

Anfractus Solis. Cic. in Somm. Scip. 3. Quom̄ etas tua ſep̄tenos oſtie Solis anfractus reditibus converterit.

Anfractus infinitus habere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Metaphorice, ut Anfractu non longo circumscripta oratio, ſed ad spiritum vocis apta. Cic. in Partit. 21.

Circuſio & anfractus. Cic. de Divin. 127. Jam vero quid opus est circuſione & anfractu, ut fit utendum interpretibus ſomniorum, potius quam directo?

Anfractus judiciorum. Cic. pro Cluent. 159. Et vitam illam tranquillam & quietam, remotam a procellis invidiarum, & hujuscemodi judiciorum anfractu sequi maluisse.

Anfractus, pro Circuſio. Lucan. lib. 1. 600.

Dumque illi effusum longis anfractibus urbem reflexo ambitu urbem circumbat.

Anfractus littorum flexuos. Plin. lib. 3. cap. 1.

Mollis equi levioris, h. e. Circumactio & flexus equi modo hac, mod illac. Valer. 6. Argon. 240.

Torti. Valer. de Sext. Conf. Hon. 519.

Anfractus blando ſinuofus littora. Valer. 2. Argon. 452. Blando, i.

Molli, nec difficulti.

Anfract

Anfractu opaco. Lucan. lib. 4. 160. i. e. Flexu & circuitu umbroso.

Anfractu riparum incurvus Heliſos. i. est. Flexu. Stat. 4. Theb.

Immenſi. Valer. 7. Argon. 523.

ANFRACTUS, Adj. [ἀνθεκτός] Circum fractus. Varr. 6. de L. L.

Ut signum cadens in pectore, quod est tertiarum anfractuarum vifum.

Anfracta undique spatia. Ammian. 29. 5.

ANFRAGOSUS, a, um. Glosſ. Gr. L. άνθραγος τόπος, Anfragofus locus.

ANGĀRIA, a. [ἀνθράξ] Coaſtio, ſervitus. Suid. indicat vocem eſſe

Perſicam: quod apud illos regii nunciū ἀνθράξ dicerentur. Unde & qui li-

teras invicem tradunt perferendas (nam certis itinerum ſpatiis mutabantur)

τὸν ἀνθράξ dicuntur, quos eosdem καὶ ἀνθράξ appellant. Velocius ire crede-

bantur nuntii huiusmodi, quam fit grum volatus. Deinde translata vox

eft ad quosvis, qui fervor aut jumentorum ritu onera bauit. Erafinus & Caiſius. Budeaus. Apud Perſas erat ἀνθράξ δέσμος, curſus pernici-ſimus equitum, ut ſcribit Herodotus in octavo. Unde nomen Angarie & Pa-

rangarie (V. in PARANGARIA, ubi huic remittit. H. Sc.) in libris juris

leicitatim manavit. Eft enim nomen Perſicum: noſtrates, poſtas, quali

poſtos collocaſtos certis in locis & ſemper in procinctu excubantes ap-

pellant. Jacob. Micyll. in med. ſyl. Angarum, lingua Perfum, fervum

ſignificare, & operariū ſcribit. V. Salmas. ad Capitol. in Pto. cap. 12.

neon ſtewach, ad Veget. 1. 3. & 2. 8. Uſus eft ea voce Nigidius Cicero-

nri equalis apud Gell. 19. 14. Scribut & Engaria. V. Scheffler. de Re

Vehic. cap. 26. & Pifſici Lex. Antiq. vi. 102.

Angariarum exhibito. I. Sunt munera. 17. D. de Vacat. & excusat mu-

ner. Sunt munera, qui rei proprie coherent: de quibus neque liberis,

neque atas, neque merita militare, nec ullum aliud privilegium jure cri-

buit excutitionem: ut eft prediorum collatio, via ſternendā, angariarum

ve exhibito, hoſpitis fulciendi munus. Meminīt & Cal. 1. 3. c. 8.

Angariarum preſtatio, & recipiendi hoſpitis necellitas & militibus, & li-

beralium artium profeſſoribus inter cetera remiſia funt. Paulus in l. 10.

D. de Vacat. & excusat. munera.

ANGARIO, [ἀνθράξ] are. Adigere, compellere, cogere. Peregrinum eft

verbum. Ulp. in l. Vite ſternendā. D. de Privil. veter. Necca contribu-ſionibus que in poſſeſſionibus fiunt, veterans effe excutatos palam eft. Sed

& naues eorum angariari poſſe Ἀlio Firmo, & Antonio Claro veteranis re-

ſcriptum eft. V. Pancirolli. de Magistr. munic. c. 23. & Beza ad Matth. 5. 41.

ANGARIALIS, e. Theod. Cod. l. 8. tit. 5. Angarialem habere copiam.

ANGARIS, Mons eft Idumæa, apud Plin. lib. 5. cap. 13.

ANGELIA, [ἀνθράξ] Mercurii filia, ut apud Pindarum in quodam Olymp.

hymno legitur, quod & interpretes notant. V. Cael. lib. 18. cap. 6.

ANGELICA, Radix vulgo herbarii nota, Laferpitum eft Gallicum.

Ruell. lib. 3. cap. 52.

ANGELUS, [ἀνθράξ] Graeca diſcio, Latine Nuntium ſignificat uſus eft

hac voce Sen. Epift. 20. Ego angelus Epicuri. V. Lipium. Nos uitum

pro Spiritibus bonis quo Deus ad fui miſterium creavit, eam ob cauſam

dici Angelū, quod Deus ad bonos & pios eos mittere conſuevit ut il-

los a malis & periculis conſeruent. Exempla apud Script. Eclesiaſt. pallim.

V. Suiceri Thes.

ANGELICUS, a, um. ut, Angelicæ excubiae. Paulin. Epift. 28. p. 1.

Carmen angelicum. Alcim. Avit. 190. i. e. Angelorum.

Angelicum metrum Diomedii, celeritate nuntius aptum.

Angelicus verſus numeros & ſyllabam coarctat hexametru: ut

Hectoris Andromache Pyrrhi coniubia ſervas? Fragm. Anonymous

Cenforino de Die Natali ſubiect.

ANGERONIA, [ἀνθράξ] Silentia dea, cui ſacrificabatur ad diem xii Ca-

lend. Januarii, ore obligato obſignatio ſimulacrum habebat. Plin. l. 3.

c. 5. Angeroniam vocat Macrob. 1. Saturn. c. 10. Diva (inquit) Angero-

niae pontices in facello Volupiae ſacrum faciunt: quam Verrius Flaccus

Angeroniam dici ait, quod angores ac aniorum ſolicitudines propitiata

depellat. Maſturius adiicit, ſimulacrum eius dea ore obligato atque obſig-

nato in aro Volupiae propterea collocatum, quod qui ſuos dolores anxi-

tatesque diſſimilant, perveniant patientia beneficio ad maximam volupta-

tem. Julius Modestus, & Feſtus, Angeronia dea facra a Romanis iuſtituta

uifce dicunt, quam angina omne genus animalium conſumeretur: cujus

feſta Angeronalia dicebantur. V. Pifſici Lex. in vobis iſſid.

ANGINA, V. ANGO.

ANGINA, Furū. V. in ANCHORA, & ANQUINA.

ANGIPORTUS, [γεννήτης, σύντοτος] Prifcanus, a portu compositum tam

quam n. gen. inventitur, & 2da decl. hic Angiportus, & hoc Angiportu-

tum, his Angiportum. Sic Plin. in primo Artis Gramm. Ter. quoque in Adel.

4.2.39. Id quidem angiportum non eft periuim. Ideni Phorm. 5.6.52. Sed

hinc concedam in angiportum hunc proximum. Haec tuus Prifcanus l. 6.

Angiportus (inquit Feſtus) Iter compendiarium in oppido, eo quod fit an-

gulfus portus, i. e. Aeditus in portum. Varro 4. de L. L. 32. Angiportum

& id angulfum, ab angendo & portu. Donatus in Adel. Ter. 4. 2. 39.

Angiportum, id eft, angula & curva via: quaf angiportus: ut An-

gitia, aut angitia. Alii quod inter portus ſit locus angustus. i. e. Inter

domos. Nam domos, vel portus, vel infulas veteres dixerunt. Cic. 4.

Ter. 41. Ut omnibus in angiportis predomis improbifimi ſtatua po-

nuntur. Idem 1. de Divin. 69. Ex horis diſciputum ciſtumque fru-

mentum vias omnes angiportusque conſtraverat.

Angiportu. Hor. 1. Carm. 25. 10.

Flebiſ in folo leviſ angiportu.

ANGITIA [ἀνθράξ] vel ut alii legunt ANGUITIA. Eēta filia, & foror

Medea, qua prima Marſis remedia contra venena fertur ostenditſe. Silius

lib. 8. 449.

Eēta prolem Angitiam mala gramina priuana

Monſtravile ſerunt, tactuque domare venena. V. Heins. & Drakenb.

ANGLIA, [βενεσία] qua Britannia ab eruditis dicitur; Inſula inſignis

in Oceano, qua undique a circumſu mari complexa eft, niſquam juncta

continent, ſed ab omni orbe noſtro diuifa: qua quondam ab albiſ ru-

pibus, quas mare abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troeſ incolue-

rint, qui Troja diſcepta ſugerunt exciſam patriam, Palladiſe oraculo

clafe in hanc infulam migraverint, atque gigantes tunc infulam tenentes,

multis viſtos præliis expugnaverint. Hanc poſtmodum longo temporum

traeſu, Saxones, qui fuit illiſtres Alemanni populi, opprefſere, agroſque

& opes inter legatos Saxonum regina Angela diuifit. Atque ut lingua pa-

VOL. I.

riter & gentis memoria in devicta inſula ſempiterna foret, ab Angela, cuius ducta viſta eft, Angliam tellurem illam vocaverint. Quanquam plerique Angeliam veluti noſtri orbis Angelum, predicent diētam. Situs iphius eft, ut contra aſpectum Galliae & Iſpaniaſ ſita fit. Ejus ambitus quadragesimæ oceſis, & ſeptuagintaquinque milibus paſtuſ contat. De hac celeberrima infula V. in Britonum historia, & in dictione BRITANNIA. [Multo veriſimilius Anglia nomen ab Anglis, Germanie populo, qui ſe in occu-

panda hac infula Saxonibus junxerunt, arcelliuit. V. ANGLUS.

ANGIOLA NOVA, hodie dicitur Regio Americae ſepentrionalis inter No- van Franciū & Novum Belgiū, a Richardo Grenvilio detecta Ann. 1585. quam in honore reginæ Elizabethæ dixerunt VIRGINIAM.

ANGUS, ANGLICUS, & ANGLICANUS, a, um. Geographis uſi-

te voces.

Anglorum Germanie populum Tacit. Germ. 40. 2. meminit, quos ha-

bitaſe ad Albim Ph. Cluv. Germ. Vet. 3. 27. ſcribit.

ANGO, is, xi, [ἄγχη] cum, teſte Prifciano, quod exolevit, Angere.

Proprie significat Praefocare, five Strangulare, ut author eft Diomedes,

lib. 1. p. 361, unde & Angina dicta eft. Gell. lib. 1. Ea res animuſ ejus

anxit. Lucan. lib. 6. 107. — nec inertibus anguitus undis.

Anguit oculos ſpongiantur fibres praefacte, & quali excæcant, nec pa-

tiuntur asparagum emittere. Columel. lib. 11. cap. 3.

Ardeola in coitu anguit. Plin. lib. 10. cap. 60.

Angi (ἀνθράξ) per metaphoram, eft Dolere, aut Cura, aliave animi

aegritudine premi, torqueri, cruciari. Cic. 1. Att. 15. Multa ſunt enim

que me ſollicitant, anguntque. Ideam de Seneſt. 66.

Angere ſeſe anithi. Plaut. Epid. 3. 1. 6.

Angi aliqui re, utinam, curis, &c. Cic. 16. Fam. 14. & de Clar. Orat. 4.

Angere aliqui incommodiſ. Plaut. Cafin. 2. 1. 11.

Incommodiſ angi. Cic. in Leſ. 10. Suis autem incommodiſ graviter

angi, &c.

Angerabit ad impenſas regis animus. Liv. 1. ab Urbe.

Angi de re aliqua, i. e. Ob, five Propter. Cic. 2. Att.

ANGOR, oris m. [ἄγχη] Cic. 4. Tufc. 18. Angor, eft ēgritudo pre-

mens. Fetus, Angor, i. e. Animuſ vel corporis cruciatuſ proprie a Greco

συνάγχη, i. e. Strangulatione dictus. Unde & Fauciū dolor, Angina vo-

catur. Cic. 1. de Fin. 49. Sic mortuus animuſ & excelfus omni eft liber

cura & angore, quum & mortem contemnit.

Angor me afficit de. Lucret. lib. 3. 865.

— nec juu de illis nos afficit angor.

Capere angore. Cic. in Leſ. 48. Quamobrem angor iſte qui pro amico

ſepe capiendus eft, &c.

Confici angoribus. Cic. 2. Att. 37.

Dedere ſe angoribus. Cic. 2. Off. 2.

Diffolvit ſe animuſ angore. Lucret. lib. 3. 916.

Implicat angoribus & moleſſis. Cic. 5. Tufc. 3.

Levandi angoris & doloris cauila aliud perſcribere. Cic. lib. 6. Epift.

Vacuitas ab angoribus. Cic. 1. Off. 73.

Angor, pro Angina. Plin. l. 8. cap. 27. Pantheras perſcrita carne aconito

(Venenum id eft) barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor: quare Pardalinchies id venenum appellaverunt quidam. Angor, i.e. Angina.

ANGINA, a. f. [ἄγχη, συνάγχη] Genus morbi acutissimi, quo fauces

anguntur ac strangulantur: alio nomine Tonilla. Medicorum vulgus

Syuanianum vocat, quum Hippocrates ac Galenus Synanchein appellarent.

Plin. l. 20. c. 1. Illitus anginas & arterias cum melle & oleo vetere ſanat.

Plaut. Trin. 2. 4. 13. Sueſ moriuntur angina acerrime. conf. Moſt. 1. 3. 60.

Anginam vinarium habere dicuntur, qui vino ſuſcuntur. Fetus.

Angine perunguntur intus, palimpſta liquida. Plin. lib. 24. cap. 7.

Ad anginas utinam herbario polygono. Plin. lib. 23. cap. 12.

Abolet anginas manearum falſarum ex capitibus cinis ex melle illitus. Plin.

lib. 32. cap. 8.

Adverſatur angine pix. Plin. lib. 24. cap. 7.

Adverſus anginas ſucco præcipuo. Plib. lib. 24. cap. 19.

Curari anginas eximie tradunt herba proſerpinaca. Plin. l. 27. c. 12.

Finita eft ſuſ in pulmonem id malum tranſit. Celf. l. 2. c. 7.

Diſcutunt anginas virole ex aqua pota. Plin. l. 21. c. 19. & 23. 2.

Gargarizatur laſer in angina. Plin. lib. 22. cap. 23.

Hebent anginam nuceſ juglandes cum ruta & oleo. Plin. l. 23. c. 8.

Illiſ efficacissime anginam tradunt hominis fanguine ex quacunque parte emiſſo. Plin. lib. 23. cap. 4.

Medetur anginis ſuum. Plin. lib. 25. cap. 5.

Pollit efficacissime contra anginas herba que gignitur ſupra ſimeta ruris.

Plin. lib. 24. cap. 19.

Angina toto anno non periclitari, ſi quis pullum hirundinis ederit. Celf. lib. 4. cap. 4.

Prodeſt anginis omphacium. Plin. lib. 23. in praſat.

Proſuſi contra anginas oxymeri calidum gargarizatum fatentur. Plin.

lib. 23. cap. 2.

Salutaris eft contra anginas herba qua vocatur Britannica. Plin. l. 25. c. 3.

Suum anginas ſanat peculiariter ſideritis. Plin. lib. 26. cap. ult. ad fin.

Sedat anginas arifum cum melle & hyſlopo ex aceto gargarizatum. Plin.

lib. 20. cap. 17. Sic lib. 32. cap. 4.

Strangleri angina. Celf. lib. 2. cap. 10.

Succurrunt anginis citiflame felle anferino cum elaterio & melle. Plin.

lib. 30. cap. 4.

Utile eft contra anginas miſy. Plin. lib. 34. cap. 12.

Utiliflimum anginis eft mel. Plin. lib. 22. cap. 24.

Angonēs, [ἄγχη] Tela magnitudinis medie. De his ſic Agathias apud

Cel. l. 18. c. 21. Fr̄ancis (inquit) tela ſunt, que angonas vocant ipsi, quibus

res magnas ubi epus fuerit gerunt: corum pars major obducta ferro eft; in

parte ſuperiori, circa ferri aciem ipsam, recurva extant utrinque, tangunt ha-

mi, lamina quædam arcuata preactaque, fed pronæ ac in inu reclinate.

ANGEBUS, [ἄγχη] Fluviſ eft ex Illyricis, verbuſ Boream fluens. He-

rod. lib. 4. Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, planicie Tri-

billiam interfluenſ, Brongum intrat: Brongus iſte, Itrum.

ANGUEUS, ANGUESCO, ANGULICOMUS, ANGUCIULA, ANGUCI-

ULUS, ANGUIFER, & ANGUIGENA. V. ANGU-

ILLA, a. f. [ἄγχη] Piscis: de quo ſic Plin. lib. 9. cap. 51.

Anguilla alterum ſe ſcopulis, ea ſtrigam viviſt, nec alia eft earum

procreatio. Efti mare ſubeunt tamen ſunt fluviales. Buleng. de Conviv.

11. 30.

B b 2

Angu-

Anguillis binæ pinne vice pedum. Plin. lib. 9. cap. 20.
Non fluitant anguillæ exanimis. Plin. lib. 9. cap. 21.
Pascunt noctis anguillæ. Plin. ibid.

Anguilla exemptæ aquæ diutius vivunt. Plin. lib. 9. cap. 57.

Anguilla est, elabitor. Plaut. Pseud. 2. 4. 57. Dicatum per metaphoram.
Quia figura etiam dicitur Anguillam cauda tenere, in eos scil. qui lubrica
funt fide. V. Chil. V. & Lucianus Timona p. 114.

Anguillus crassius tergus, coque verberari solitos tradit Verrius prætextos.
Plin. 9. 23. Ubi Harduinus laudat Isidor. in Gloff. 5. 27. Anguilla est, qua
coercentur in scolis pueri, quæ vulgo Scutica dicuntur.

ANGUILLARIUM, ii. c. Locus ubi anguillæ abundant. Cathol.

ANGUILLARIUS, Adj. ut. Rutilia Polla D. de contrah. empt. V. ANGULARIUS.

ANGUIS, is. [ἀγκει] abl. e vel i. tam m. quam s. gen. scipius tamen m.

Et autem Serpentis genus vulgo notum.

De maf. Plaut. Amph. Devolant angues jubati deorsum in impluvium
duo. Virg. 3. Ecl. 93.

Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Servius:
Angues, aquarum sunt: Serpentes, terrarum: Dracones, templorum.
Idem, Delubra ad summa dracones. Sed hac significatio plerunque
confunditur.

De fecm. Varro Atacinus, ap. Non. 3. 9.

Cujus ut apex torta caput angue revinctum. Val. Max.
lib. 1. cap. 6. Subito ab una parte ate prolapsam anguem prospexit:
qua vifa, &c. Tacit. 11. Ann. 11. Unam omnino anguem in cubicu-
lo vifam narrare solitus est.

Angus & angui. Stat. Angue ter excusso. Hor. 1. Epist. 17. 30.

Alter Miletii textum cane pejus & angui

Vitribit chlamydem. Præficianus.

Alliger anguis. Valer. 1. Argon. 224.

Ater. Ovid. 4. Met. 453.

Atrox. Stat. lib. 6. 156.

Avidus. Ovid. in Ibin, 288.

Cœruleus. Virg. 4. Georg. 482.

Criftatus. Sen. Herc. fur. 4.

Criftis præfignis. Ovid. 3. Met. 32.

Ferus. Ovid. 11. Met. 56.

Frigidus. Virg. 3. Ecl. 93.

Gorgonius. Ovid. 3. de Arte Am. 504.

Intortus capillus Eumenidum. Hor. 2. Carm. 13. 36.

Lethifer. Stat. 5. Theb. 628.

Lubricus. Virg. 5. Æn. 84.

Lucidus. Virg. 1. Georg. 205. De Sidere.

Maculofus. Virg. 3. Georg. 427.

Martius. Ovid. 3. Met. 32.

Minax. Stat. 4. Theb. 96.

Purpureus. Claud. 2. in Ruff. 177. de Dracone militari signo.

Salutifer. Stat. 3. Sylv. 4. 25.

Squalens. Sil. Ital. lib. 13.

Squameus. Virg. 2. Georg. 154.

Terribilis. Ovid. 3. Amor. 6. 14.

Teter. Claud. Laud. Herc. 42.

Tortus. Ovid. 2. Met. 138. & Virg. 3. Georg. 38.

Torvus. Virg. 6. Æn. 571.

Trux. Ovid. 4. Trist. 7. 14.

Tumidus. Ovid. 5. Trist. 2. 14.

Venenerus. Ovid. in Ibin, 481.

Venenosus. Ovid. in Philom.

Viridis. Claud. 2. in Eutrop. 186.

Anguis abundat spumata. Papirius. Sylv. 1. 4. 102.—quoque anguis abundat

Spumata. De saliva anguum Æculapii intelligentum, qui lin-

gendo ægros sanabant sua spuma. Meminit Aristophanes. Turneb.

Emerit anguis ab infima aera. Cic. 1. de Divin. 73.

Anguum senectus [ἀγκει ἀριστ.] est Anguimus fœl verno tempore explo-

liantium pellis & exuvium. Dioct. lib. 2. cap. 17. Senectus anguum

(inquit) in vino decocta, dolorarium, infusus: & dentium, collu-

tione, auxilio est. De hac differit Arit. lib. 8. de Hist. Animal. c. 17.

& Galen. lib. 11. Simplic.

Angues senectem exuent, eamque protinus devorant. Plin. lib. 1. 8. c. 31.

Uitit senectus eadem voce, ut 29. 6. V. Indicem Hard.

Anguis hiberno situm membroris obducta, scinculi succo impe-

mentum illud evit, nitidissime vernat. Plin. lib. 8. cap. 27.

ANGUERUS, a, um. ut videntibus prœcul Angueos lapsus mentiatur. So-

lin. cap. 24. Vulg. 37. de Libya extuaro.

ANGUERCO, etc. i. e. Anguum ritu juvenescere. Tertull. de Pall. c. 3.

Serpente paftus veneno anguefictus in juventutem. Ita Scaliger. pro Lan-

guefict. Sed nihil mutantur contedit Salmaf.

ANGUICOMUS, a, um. [ἀγκει οὐρανού] Angues loco crinis habens.

Ovid. 4. Met. 698. Gorgonius anguicomus.

ANGUICULUS, [ἀγκειού] dimin. ab Angui. Cic. 5. de Fin. 15. Serpere

anguiculos nare anaticulas.

ANGUICULA, Grece φίδις dicta, Ornamentum junctorum manuum

apud Pollucem lib. 5. cap. 16. V. OPHIS.

ANGUIFER, Subst. [ἀγκειχό] Sidus est coeleste: de quo sic Columel.

lib. 11. cap. 2. Anguifer qui a Gracis dicitur [ἀγκειχό], mane occidit, tem-

pestatim lignificat. V. ANGUILFENS.

ANGUIFER, a, um. Adj. Angues ferens, ut Anguisera cauda Cerberi.

Sen. Herc. fur. 812.

Anguifera donus. Stat. 2. Sylv. 2.

Anguifera Lerna. Stat. 2. Sylv. 1. 181.

Anguiferum caput. Prudent. Namnat. 131.

ANGUIGENA, a, [ἀγκειού] Ovid. 3. Met. 531.

Quis furor anguigenæ, priores Mayortia, vestras

Attollit mentes? i. e. Autert. Verba sunt Penthei conantis de-

terrere Thebanos a sacrificiis Bacchi celebrandis. Thebanos autem vocat

Anguigenas, & prolem Mayortiam, quod a draconis dentibus, qui in tute-

la Martis erat, originem ducant: ut lib. 7. Met. fabulatur Ovid.

ANGUIGENÆ, [ἀγκειού] Populi quidani non procul ab agro Priapensi,

quos antiqui fixerunt cognationem quandam cum serpentibus habere.

Pioidit enim est mares serpentum moribus remedio esse, si eos conti-

nuo attigerint, quemadmodum incantatores, ac primo livorem transfer-
re, posita tumorem ac dolorem fedare. De his plura apud Strab. l. 13.

ANGUINFUS, Adj. [ἀγκειού] ut. Pelles anguinea.

Anguineus cucumer, dicitur a Columel. lib. 2. cap. 9. 8. i. e. Ob-
longus, & ad anguis similitudinem contortus. Erraticus Plinio dicitur,
lib. 20. cap. 2.

Anguineus comoæ Medusæ. Ovid. 4. Trist. 7. 11.

Capillus Eumenidum. Catul. in Argon. 65. 193.

ANGUINUS, [ἀγκειού] aliud Adj. ut, Anguina cervix. Cic. 2. de Di-
vin. cap. 64. extr.

Anguina vernatio, pro Pelle quam verno tempore angues exuunt. Plin.
lib. 30. cap. 3.

ANGUINUM, Subst. Plin. lib. 29. cap. 3. Angues innumeræ æstate con-
voluti, salvis faucium corporumque spumis, artifici complexu glome-
rantur: Anguimum appellatur.

ANGUIMANUS, [ἀγκειού] Anguimani vocati sunt elephantes: quia
proboscis eorum, quæ manus vocatur, in omnem partem anguum mo-
re, facile flectitur & vertitur. Lucret. lib. 5. 1302.

Anguimanos bellum docuerunt vulnera Poeni

Sufficer & magnas Martis turbare catervas.

Idem lib. 2. 536.

Sic uti quadrupedum cum primis esse videmus

In genere anguimatos elephantes. adde Laclant. de Opif.
Dei cap. 5. sub fin. V. MANUS.

ANGUIPÉDES, [ἀγκειού] a poetis dicti sunt Gigantes, quasi Loripe-
des: proprie quod pedes tortuosus habuissent finguntur, sicut angues fe-
tortuosos faciunt. Ovid. 1. Met. 184. [Immo Anguineis pedibus fe-
rebantur. V. Apollodorus. l. 1. Macrobius. Sat. 1. 20. Nonnius Dionys. l. 2.
a princ. de Typhoeo.

ANGUITÉNENS, entis. [ἀγκειού] Sidus coeleste, quod & Anguiri
dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 42. Atque haec quidem a tergo: propter
caput autem anguinentem,

Quem claro prohibent [ἀγκειού] nomine Grai:

Hic preter dupli palmarum continent anguum.

Dicitur & Serpentarius. V. Hygin. Poët. Afr. 2. 14. & 3. 13.

ANGUITIA, V. ANGITIA.

ANGULUS, [ζωύε] est Magnitudo in communis sectione terminorum:
ut Superficie in communis sectione linearum quibus terminatur: ut
Solidus, in communis sectione superficie quibus terminatur. Vide
Euclid. g. 8. d. 1. & 11. d. 11. Angulus dictus est (ait Varro l. de L. L.)

quod in eo locus angustissimus sit cuius loci est angulus. Vel dicitur ab
eo quod est ἄπει, i. e. prope: quia ex diverso coacta, faciunt anguli
formam. Feltus.

Angulum mihi aliquem eligas provinciæ, reconditum ac derelictum.
Cic. 5. Verr. & 2. in Catil. 8.

Deivius angulus. Claud. 2. de Laud. Stil. 179.

— quis devius esset

Angulus, aut regio, quæ non pro numine vultus

Dilectos coleret.

Extremus. Ovid. 17. Met. 883.

Intimus. Hor. 1. Carm. 9. 22.

Oftus. Lucret. lib. 4. 336.

Angus nihil incisum habens figura. Cic. 2. de Nat. Deor. 47.

Ad omnes literarum angulos aliquem revocare. Cic. pro Cæc. 84.

Anguli oculorum bini sunt, uni ad nares: alteri ad tempora pertingunt.

Ex Plin. lib. 11. cap. 37.

Translate in Angulo, i. e. in Occulto esse, ut Plato in Gorgia β. ὁ βιασθεὶς
εἰς τὸν πόλεμον εἶναι. Ita Cic. 1. de Orat. 13. Ut de his re-
bus omnibus in angulis consumendi otii causa differant. V. Interpret.

ad Actor. 26. 26.

Pro Secceli usq[ue] pavpit Hor. 2. Carm. 6. 14.

Ille terrarum mihi præter omnes Angulus ridet.

ANGELLUS, dimin. [ζωύε] Parvulus angulus. Lucret. lib. 2. 428.

Angellis prostans. Quidam legunt Angulus: alii Angululus.

ANGULARIS, Adj. [ζωύε] est Quod undique angulos habet, cuius-
modi est Forma quadrata, aut triangularis. Cato de R. R. cap. 14. Pilas
ex lapide angulari. i. e. Quadrato, ut existimat Budæus.

Angularis ordinis. Columel. lib. 5. cap. 3. Extremos ordinis, quos vo-
cant angulares. De mensura agrorum loquuntur.

ANGULARIS, is. Vasis coquinaria genus, a forma angulari sic dict. apud
Apic. 5. 3. 6. & 7. 4.

ANGULARIS, Adj. pro Angularis. i. e. Quadratus, vel Triangularis.

Procul. in l. 69. D. de contrah. empt. Rutilia Polla emit lacum Sabatenem

angularium, & circa eum pedes decem. [Anguillarium. Haloand. Vid.

Cellar. N. O. A. 2. 9. 2. 200.

ANGULO, atre. Apud Fortunat. lib. 4. Carm. Passive Ambrofus Epist. 42.

Tom. 3. Op. f. 144. de serpente: Tortoisus angularur anfractibus.

ANGULATUS, [ζωύε] Adj. Cic. 1. de Nat. Deor. 66. Est corpuscu-

la quadram levia, alia aperia, rotunda alia, partim autem angulata.

conf. Laclant. de Ira Dei jo. 8.

ANGULATIM, Adv. Apul. 3. Met. p. 130. Idem 9. p. 237. Sidon. 7.

Epist. 9.

ANGULATILIS, e. Autb. de Limit. Goef. p. 303. [Imo Quatuorangu-
latilis, voce composta.

ANGULOSUS, [ζωύε] aliud item Adj. i. e. Plurimos habens angulos.

Plin. lib. 37. cap. 12. Figura oblonga maxime probatur, deinde quæ vo-
cat lenticula, posita cycloides & rotunda, angulosis minima gratia.

Angulosa haedera folia rotundantur. Plin. lib. 16. cap. 23.

Angulosa recellus maris Φægi. Plin. lib. 4. cap. 4.

Angulofus urbis procurvus. Plin. lib. 5. cap. 10.

Angulofus utriusque sexus. Plin. lib. 1. de Fin.

Angulofus donus. Cic. 1. de Fin.

Angulum & Latum, contraria. Cic. 4. Acad. 92.

Aditus anguli. Virg. 4. Georg. 35.

Animi anguli & parvæ est, amare divitias. Cic. 1. Off. 68.

Animi anguli & demili est, triumphi honore contempnere. Cic. in Pison.

Aqua angulta. Ovid. 3. Trist. 10. 42. de freto.

Clavus angustus, Equætris ordinis erat: ut, Latus clavus Senatorii:

quod

quod sic confirmat Lampridius in Alex. c. 27. Tum satis esse constituit, ut Equites Romani a Senatoribus clavi qualitate discernerentur. Addam & Paterculi testimonium de Macenate, qui in Equestris ordine semper transit, hic scribentis, Quippe vixit angusto clavo pene contentus, nec majora consequeretur, sed non tam optavit. l. 2. c. 88. V. mox ANGUSTICLAVIUS & infra CLAVUS.

Dies angusta. Stat. 1. Theb.

Differentia angusta. Plin. lib. 21. cap. 5.

Dispunctionibus angustis & concisif illigari. Cic. 2. de Orat. 61.

Fauces angustissime. Cæf. 1. Bell. Civil. 25.

Habenis angustis equum compescere. Tibull. lib. 1. 4. 11.

Interrogatiunculis angustis pungere. Cic. 4. de Fin. 7.

Litus angustum. Virg. 3. Æn. 419.

Mensa. Sen. Thyeſt. 5. Tütus mensa capitum angusta cibus.

Nox. Ovid. 3. Amor. 7. 25.

Odoris angusti rofa. Plin. lib. 21. cap. 4. i. e. non late se spargentis.

Oratio angusta. V. COLLAT. 10.

Pauperies angusta. Hor. 3. Carm. 2. 1.

Angustum, amici, pauperiem pati

Robustus acri militia puer

Condicat.

Pace angusti frui. Ovid. 2. de Ponto, 5. 18. emend. codd. Angusta.

Pectoris angusto ingentes animos versant apes, ait Virg. 4. Georg. 83.

Rebus angusti. Hor. 2. Carm. 10. 21. i. e. Adversis.

Rebus angustiis animofus atque

Fortis appare,

Saxum angustius. Lucan. lib. 8. 862.

Semite angustiſſime. Cic. 2. de Lege Agr. 95.

Temporis anguli manſit concordia difſors. Lucan. lib. 1. 98.

Umbra imum angustiſſimum. Plin. lib. 2. cap. 11.

Adducere in angustum. Cic. de Amicit. 20. Contracta res & adducta in angustum.

Claudi in angustum. Ovid. 13. Met. 407.

Concludi in parvum & angustum locum. Cic. 1. Off. 53.

Contrahere, in angustum concludere perturbationes animi. Cic. 4. Acad.

In angustum oppido nunc mea coguntur copiae. Ter. Heaut. 4. 2. 2.

Tenuari in angulum subtilitatem venas, adeo ut fangus penetrare non possit, tradit Plin. lib. 1. cap. 37.

In angustum venire. Cic. pro Planc. 54.

In angusto noxa est. Celi. lib. 8. cap. 4. Si in angusto noxa est, duo: si latius patet, tria.

Angusta viarum. Virg. 2. Æn. 332. Ubi Servius, Angusta viarum, Vicos angustos: ut est, Et strata viarum. Tacit. 4. Hist. 35. Qui pontes & viarum angusta inderent.

Angustus, pro Paupere: ut Legatarius angustus, in 1. penult. D. de Usu habitatione.

ANGUSTE, Adv. Arcte: five (utita dicam) Stricte: ut Anguste sedere, apud Macrobr. 2. Saturn. 3.

Angustius diffunduntur radices. h. e. Minus late diffunduntur. Varro 1. de R. R. cap. 37.

Anguste ut aliquam re. Cæf. 3. Bell. Civil. 16. Ad rem frumentarium expeditam, qua anguste utebatur.

Angusta scriptum. i. e. Tenuiter, arcte, exiliter: cui contraria sunt, late, diffuse, copioſe. Cic. pro Muren.

Brevius & angustius concludere; cui contrarium est, Uberius & fusius disputatione. Cic. 2. de Nat. Deor. 20.

Angusta & exiliter dicere, est Atticorum. Cic. de Clar. Orat. 288.

Præſe & anguste rem definire. Cic. in Orat. 117.

Angustius publari, est Minus habere spatii locorum ad publendum: veluti quin milites ita premuntur ab hostibus, ut late publatum ire non licet. Cæf. 1. Bell. Civil. 59.

Ut angustius Pompejum contineret. i. e. Uteum premeret atque arctaret intra angustos limites. Cæf. 3. Bell. Civil. 45.

ANGUSTICLAVIUS, Dignitatis nomen, Equestris ordinis conveniens: ut Laticlavus Senatorio. Hinc patrem suum tribunum angusticlavium suisse Othoniano bello Suetonius dicit, Oth. cap. 10. V. CLAVUS & paulo supra in ANGUSTUS.

ANGUSTO, [στενός] āre. Angustum seu Arctum facere. Lucan. l. 5. 233.

Qua maris angustat fauces saxosi Caristos. Sen. in Consolat. ad Albinum. Si desiderabit fervorum turbam, qua dominum quavis magnum angustet.

ANGUSTANS, [στενός] atus, & aridus. Partic. Catul. Argon. 65. 357.

Cujus iter caelis angustans corporum acervis. Cic. in Soma. Scip. 15.

Omnis enim terra qua colitur a vobis, angustata verticibus, lateribus latior. Plin. lib. 17. cap. 8. Puteis ore angustatis. Sen. de Tranquil. vite, lib. 1. cap. 8. Angustanda certe patrimonia sunt, ut minus ad injurias fortunæ sumus expositi.

ANGUSTIA, æ. [στενός, στενοχεία] frequentius pl. ANGUSTIA, arum. Sunt Loca adeo angusta & difficilia, ut vix transiri queant: quales sunt via in quibusdam montibus. Cæf. 5. Bell. Gall. cap. 49. Castra angustiis viarum quam maxime potest, contrahit.

Angustie locorum. Ulp. 1. 2. s. ult. D. Quenam. testam. aperiant.

Angustia orationis. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Angustia autem conclusa orationis non facile se ipsa tutatur.

Angustia æraria, Quum panica admodum pecunia esset in ærario. Cic. 2. de Lege Agr. 36. Sic, Angustia pecunia publicæ, Idem 12. Fam. 29.

Rei familiaris angustia. Cic. in Partit. 112.

Ex suis angustiis, alterius sustentare temeritatem. Cic. 16. Fam. 21.

Pectoris angustie. Cic. in Pifon. 24. Magnum nomen est, magna species,

magna dignitas, magna majestas Confusus: non capiunt angustie pectoris tu, non recipit levitas ita, non egestas animi, non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam tantam gravem, tam fervorem.

Angustie & fauces. Cic. 2. de Lege Agr. 26. In angustiis atque fauibus

Gracia Corinthus est posita. Itthmi periphraſis.

Angustia temporum, Ubi difficilia, & quasi maligna sunt tempora aut

proper bella, aut famem & rerum penuriam, aliudve incommodorum genus. Cic. 1. de Orat. 3. Sed tamen in his vel asperitibus rerum, vel

angustiis temporis, obsequar studiis nostris. Idem 3. Ver. 148. Diem

præstituit operi faciendo Calend. Decemb. locat circiter Idus Septemb. angustiis temporis excluduntur omnes. Hoc ad temporis brevitatem referendum.

Angustia temporis, dicitur etiam singulariter. Paul. in l. Non enim. D. ex quib. cauf. major. Verborum angustie. Cic. pro Cæc. 84. Et me ex hoc (ut ita dicam) campo aquatibus: ad itas verborum angustias, & ad onines literarum angulos revocas.

Angustia etiam dicuntur, Quum quis tantis difficultatibus premitur, ut neciat quo se vertere debeat. Cic. de Fato 17. Angustiis urgeri. Adductus in summis angustiis. Cic. pro Quint. 19.

Angustia videtur dictum pro Angore a Vepifco. V. in FAMILIARIS. H. St.

ANGRITAS, [ἀγρίτας] Vetus nomen pro Angustiis. Accius Alphesibœa, Scd angustitatem inclusum ac fixis squallidam. Idem in Peona, Saxum id facit angustitatem. Nonius 2. 38.

A N H

ANHÉLO, [ἀνηλέω, ἀνηλέω] āre. ex An & Halo compos. m in n mutata. Est quem ex curfu, aut alio quovis labore vehementi, crebris quasi singulibus spiratur ac respiratur. Columel. lib. 2. cap. 3. Sed ante ad præſepia boves relegari non expedit, quam sedare atque anhelare debet. Ovid. de Rem. Amor. 394.

Principio clivi noster anhelat equus.

Anhelare, pro Emittere. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.

Tum gelidum valido de pectori frigus anhelans. De Capri. corno loquitur.

Amnis anhelat vapore. Plin. lib. 5. cap. 9. Phialam appellari fontem ejus, mergique in cuniculis ipsum amnicum, vapore anhelantem, fumidis caubitis ubi conditur.

Anhelans campus. Stat. 11. Theb. 17.

— & anhelantem coeleſti sulphure campum. h. e. Odoris vapore sulphurei exhalantem post vibratum e celo fulmen. Virg. 5. Æn. 254. Acer anhelantim similiſ.

Anhelare prælum. h. e. Anhelitum ducere frequentiore p̄e laſſitudine contracta in prælio. Stat. 11. Theb. 7. de Jove,

— Phlegra seu fessus anhelet

Pralia, & Encelado fumante impreſſit Aethnam.

Anhelare ſcelus, per translationem. Cic. 2. in Catil. 1. Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, pectem patriæ nefarie molientem, &c. h. e. Ad ſcelus omni conatu aſpirantem. Author ad Herenn. lib. 4. 68. Anhelans ex infinito pectori crudelitatem.

ANHELATUS, Partic. Ovid. 12. Epift. 15.

Iſſet anhelatos non p̄amedicatus ad ignes.

Anhelata verba. Cic. 3. de Orat. 38. Nolo exprimi literas putidiſ, nolo obſcurari negligentiſ, nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata gravius. Sil. lib. 14. 380.

ANHELANTER, Adv. Cum anhelitu; item Festinanter, copide. Amfnian. 16. 15. (Vales. 10.) Anhelanter avido flatu. ita Lindenbrogius aliquid legunt.

ANHELATOR, ſris. m. [ἀνηλατός] Spiriforū: quod vitum conficit in ſpirandi difficultate. Plin. lib. 22. cap. 23. Anhelatoribus, & in tuffi ventuſa cum porro ex aceto datur.

ANHELATIO, ſris. f. [ἀνηλεῖα] Spiridi difficultas. Plin. l. 21. c. 21. Prodeſt & orthopnoicis, & anhelatione. Idem lib. 23. cap. 1. Anhelationibus, luxatis, in ſuccida lana impoſitum. V. Harduin.

ANHELITUS, ſus. m. [ἀνηλίτης] Ipsi ſpiritus anxiæ actus.

Æger anhelitus. Virg. 5. Æn. 432.

— vaſtas quatit æger anhelitus artus.

Ariadus. Ovid. 10. Met. 663.

Aridus a laſſo veniebat anhelitus ore.

Creber. Virg. 5. Æn. 199. — tum creber anhelitus artus

Aridaque ora quatit.

Sublimis. Hor. 1. Carm. 15. 31. Sublimi fugies mollis anhelitu.

Captare anhelitum. Ovid. 4. Met. 72.

Movere anhelitus. Cic. 1. Off. 13. Ne in festinationibus ſuscipiamus nimias celeritates: quæ quam hunc, anhelitus moverent, vultus mutantur.

Recipere anhelitum. Plaut. Epid. 2. 2. 21.

Reddere & recipere anhelitum. Plin. lib. 9. cap. 7. Nec pſcum bran‐chias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtant.

Anhelitus terrarum, Spiritus vehementer impulſus. Cic. 1. de Divin. 114.

Credo etiam anhelitus quesdam ſuiffe terrarum, quibus inflata mentes, oracula fundentur.

Anhelitus vini, Spiritus foetidus, crebro eructatus ex nimis vini po‐tatione. Cic. Post red. in Senat. 15. Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamiftri notata vefſigis, in cam cognitionem adducebat?

ANHELUS, Adj. [ἀνηλεῖος] Quicquid anhelat. Virg. 2. Georg. 135.

— & ſenibus mendicantur anhelis. i. e. Spiriforū. Idem 12. Æn. 790. — Martis anhel. i. e. Belli, quod anhelos five anhelantes facit. Idem 1. Georg. 250.

Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis. Ubi Servius;

Anhelis, Curſu anhelantibus.

Febrēs anhel. Ovid. 1. de Ponto, 10. 5.

Sitis anhel. Lucret. 1. b. 4. 873.

Tuffis anhel aegros quatit fues. Virg. 3. Georg. 497.

ANHYDROS, i. m. [ἀνεργός] Herba, notiori nōmīne Narciflus. Apul. de Herb. cap. 55. In Lugd. cod. Anaydros editum.

A N I

ANATROLOGĒTOS, [ἀνατρολόγητος] dicitur Rationis medicæ imperitus. Vitruvius. Neque vero debet, nec potest architectus esse grammaticus velut Aristarchus, fed non aggrammatos: nec mūcīus ut Aristo-xenus, fed non amufos: nec pīctor ut Apelles, fed graphidos non imperitus: nec plāfetes quemadmodum Myron seu Polycletus, fed rationis plāfistica non ignarus: nec denū medicus ut Hippocrates, fed non anatirologos: nec in criteriis doctrinis singulariter excellens, fed in his non imperitus. Ex Budæo. V. Baldi Lex. Vitruv. p. 8.

ANICETUM, i. V. **ANISUM**.

ANICHIA, [Ανίχια] Oppidum est Graecie juxta Cephissum amnem. Plin. lib. 4. cap. 7. [Sic extat in corruptis Plinii codd. Sed vera lectio Anchia. V. Hard.

ANICUS, ii. m. Nom. gent. Rom. Hujus nominis plures clarissimi ex Cicerone aliquis confat. In his Anicetus /&/tis curulis de quo Plin. 33. 1.

ANICIANUS, a. unm. Adj. ut Aniciana lapicidina. Plin. 36. 22. Aniciana lectica. Cic. 2. Q. frat. 10. Aniciana pyra. Colum. l. 5. c. 10.

ANICULA, ANICULARIS. V. **ANUS**.

ANIEN, V. **ANIO**.

ANIENSIS Tribus. Cic. pro Planc. 54. Et 8. Fam. 8. V. **TRIBUS**.

ANIENUS Deus, qui Anieni praefit, ut Tiberinus qui Tiberi. Stat. 1. Sylv. 3. 70.

Ille ipse antris Anienus fonte relicto

Nocte sub arcana glauco exutus amictus. Sic enim legendum
cenfet Turnebus, non Anieni, neque Anien.

ANIGRIADES vel potius Anigrides Nymphae, [Ανιγριδες νυμφαι] ab Anigro flumine nuncapate, test. Strab. & Pausan. in Eliac. Anigridum nympharum in Samico specus fuit, hanc procul a flumine Anigro, in quem ingressi vitiliginibus laborantes, hinc semelodique ex alteris morbis, si nymphis his sacra ioppondissent, Anigrumque flumum innatassent, fabantur. De his plura apud Pausan. V.

ANIGRUS, [Ανιγρος] Fluvius Thebae, in quo Centauri ad Hercule vulnerati laevaverunt vulnera sua: quonobrem quin primo habuissent aquas dulces atque potabiles, habuit postea fetidas atque turpes. Pausan. l. c. Ovid. 15. Met. 282.

ANILIS, **ANILITAS**, **ANILIFER**. V. **ANUS**.

ANIMA, [ψυχη, πνευμα] ut ait Nonius, est secundum consuetudinem, Spiritus quo vivimus. Virg. 4. Georg. 238.

— animasque in vulnere ponunt. Idem Nonius alio loco, Animus, est quo sapimus: Anima, qua vivimus. Accius Epigon. Sapiens animo, fruimus animam: sine animo anima est debilis. Cic. 1. Tusc. 19. Animum autem illi animam, ut fere nostri declarant nominari; nam & Agere animam, & Efflare dicimus: & Animofos, & Bene animatos, & Ex animi sentientia. Ipsa autem Animus ab Anima dictus est. Anima, dicta est a nomine Graeco ενεργη, i. e. Ventus. Putabant enim nonnulli veteres Animum nihil aliud esse quam ventum. Lambinus. Philosophorum doctrinas de anima V. in Lex. Pitisc.

Animai, pro Anima; antiqua diaresis, frequens Lucretio.

Animam dux agroti est, spes effice dicitur. Cic. 9. Att. 12.

Animam purpurea. Virg. 9. En. 349. Purpuream vomit ille animam. Ubi Servius, Purpuream, secundum eos qui animam dicunt esse sanguinem.

Recens, i. e. Quæ nunc primum exiit e corpore. Ovid. 15. Met. 846.

Curva anima. Perf. 2. Sat. 61.

O curve in terras anima, & coelestium inanes!

Vivax anima, Quæ difficulter e corpore discedit. Ovid. 12. Met. 508.

Anima pro Vita ut plurimum accipitur. Juven. 8. Sat. 83.

Summissum crede nefas animam præferre pudori. de testibus loquitur. Sallust. in Catil. Denique quid reliqui habemus præter miseram animam?

Animam absumere letho. Virg. 3. En. 654.

Animam hanc accipite. Virg. 4. En. 652.

Adimere aliqui animam, pro Occidere. Plaut. Mil. 3. 1. 137.

Agere, pro Mori. Cic. 8. Fam. 13.

Amittere, Mori. Author ad Herenn. lib. 4.

Animam avellutum infans. Stat. 5. Sylv. 5. 9.

Auffere animam aliqui, Occidere. Virg. 9. En. 443.

Carere anima. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Carent morte anima. Ovid. 15. Met. 158.

Clauſit animam dolor. Lucan. lib. 8. 59. h. e. Interclusit anhelitum.

Claudere animam laqueo. Ovid. 7. Met. 60. h. e. Strangulare.

Colligere in orbis aeternos. Lucan. lib. 9. 9.

Concedere aliqui, Sinere eum vivere. Ovid. 5. Met. 222.

Condere sepulcro. Virg. 3. En. 67.

Credere animam non unum morti. Lucan. lib. 3. 751. h. e. Non esse contentum uno genere mortis. Gladio enim transfixus in mare etiam fece precipitem dedit.

Dare, Virg. 4. Georg. 204.

Diffunditur anima e corpore dissoluto, quemadmodum humor e vase quaffatio. Lucret. lib. 3. 438.

Dimissa anima, corpus caret undique sensu. Lucret. lib. 3. 357.

Divisitque animam. Lucan. lib. 3. 591.

Ducere ex celo. Cic. pro Rofc. Amer. 72.

Eder. Cic. pro Sext. 83.

Efflare. Cic. pro Milon. 49.

Effingere. Sen. OEth. 11.

Effundere. Virg. 1. En. 98.

Elidere. Ovid. 12. Met. 508.

Eripere aliqui. Ovid. 6. Met. 540.

Exhalare. Ovid. 6. Met. 247.

Expellere. Ovid. ibid. 618.

Espirare. Ovid. 5. Met. 106.

Exprimere. Sen. OEdip. 4.

Extinguere aliqui. Ter. Adel. 3. 2. 16.

Exurbare. Ovid. 15. Met. 175.

Exuere. Ovid. 14. Met. 777.

Ferire. Lucret. lib. 4. 885.

Finire. Ovid. 7. Met. 591.

Fundere. Lucret. 3.

Inspirare animam dicitur Deus. Lucan. lib. 7. 769.

Interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. Tac. lib. 6. 50. de Tiberio.

Linguebant dulces animas. Virg. 3. En. 140.

Mittere, pro Mori. Lucret. lib. 6. 1232.

Mittere sub tartara. Virg. 4. En. 243.

Nafci animas cum corporibus, & item cum corporibus extingui, putabant Epicurei. Lactant. de Opific. Dei, cap. 4.

Negotiantur medicis animas nostras. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Nec dubium est, omnes illos famam novitatem aliqua auctorantes, animas statim nostras negotiari.

O bjectare periculis. Virg. 12. En. 230.

Profundere per vulnera. Ovid. 1. Epist. Sabin. 77.

Projicere. Virg. 6. En. 436.

Reddere animas ademptas dicitur Esculapius; i. e. Vitæ restituere. Ovid. 2. Met. 644.

Relinquere animam potius, quam illas deferam. Ter. Adel. 3. 4. 52. Resumere. Sen. OEth. 1.

Seducere artus ab anima dicitur mors. Virg. 4. En. 385.

Singulare animam. Stat. 5. Theb.

— poſtquam patrum super ora gementum

Semineces pueri, trepidas in limine vita Singulant animas.

Spoliare ferro animam. Sil. lib. 13.

Subducere morti. Ovid. 1. Trist. 3. 129.

Tradere funeri. Sen. Troad. 5.

Trahere. Tacit. 1. Ann. 42. Meque precariam animam inter inferos trahere.

Animam debet. Ter. Phorm. 4. 3. 56. Quid si animam debet? Donatus proverbum esse admonet de eo qui immodiaco ære alieno teneatur, ut plus quam omnes facultates debeat, ac denique seipsum debeat. Sic Erasmus.

Animæ plur. i. e. Homines. Cic. 16. Fam. 14. Vos meæ charifissimæ animæ quam sepifissime ad me scribete. Hor. 1. Serm. 5. 41.

— animæ, quales, neque candiores

Terra tulit, &c. Sic loquuntur Graci, φυλα. Lambinus.

Animæ meæ pars, five Animæ meæ dimidium. Sic dicimus de illis quos privato quodam & singulari amore prosequimur. Hor. 2. Carm. 17. 5:

Ah, te meæ si partem animæ rapit

Maturior vis, quid moror altera?

Animæ, Halitus oris, five spiritus. Virg. 2. Georg. 134.

— animas & omentia Medi

Ora foveat illo, & senibus medicantur anhelis. Plaut. Afr. 5. 2. 44. An sceler anima uxori tuae? Ter. Phorm. 5. 6. 28. Animam compresi, aurem adinovi.

Animam puram conseruare. Cic. 5. Verr. 139. Quæ non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. Notas anhelitum Verris fuisse putidum.

Spiritus & anima. Cic. 1. de Orat. 261. Deinde quum spiritus ejus esset angustior, tantum continenda anima est aspergillus, ut, &c.

Interclusio animæ, atque angustia spiritus atulerunt clauſulas, atque interclusa verborum. Cic. 3. de Orat. 179.

Attrahens atque reddens animam pulmo spirandi officina. Plin. lib. 11.

Animam tenere, Spirum continuere. Retetur son haleine. Ovid. 1. Faſt. 425.

Surgit amans: animamque tenens, vestigia furtim

Sufpenso digitis fere tacitura gradu.

Animæ pucei, pro Aqua. Plaut. Amph. 2. 2. 41. Ni ego illi puto, si occupo, animam omnem intertraxero. Fortasse pro Halitu & vapore produente ex puto. Nam si pro Aqua, Plautum certe, & nimis durefiguratum est.

Si Plautum, tanto magis illi convenit, ideo amplectenda haec expositio. H. St.

Animæ, Ventus: ut, Animæ foliis. Plaut. Aul. 2. 4. 26. Lucret. 1. 5. 237.

Animæ aurarum leves. Et apud Hor. 4. Carm. 12. 2.

Impellunt animæ linea Thracia. Ut statim poſt est (ait Acron)

animas flatus vestrorum dicere: ut Virg. 8. En. 403.

Quantum ignes animæque valent. h. e. Venti, Servius.

Animæ secundas prece queruntur. i. e. Ventos proprios. Lucret. 1. 5. 1229.

Animæ, Aer. Varr. de R. R. cap. 4. ex Ennio, Aqua, terra, anima & sol. Virg. 6. Ecl. 31.

Nangue canebat, uti magnum per inane coacta

Semina, terrarumque, animæque, marisque fuissent. Servius.

Varro, Animæ ut conclusa in vesica, quando est arcta ligata, si percuteris, atra reddet. Lucret. lib. 6. 129.

— plena animæ vesicala parva.

Animæ, pro Corporibus posuit Virg. 11. En. 24.

It (ait) egregias animas, que fanguine nobis

Hanc patriam peperit suo: decorare supremis Muneribus.

In quo etiam hoc unum est, quod patriam posuit pro Regioni, vel Terra, cum patria sit civitas vel urbs parentum. Nonius.

Animæ pro Animali quovis usurpavit. Lactant. 3. 8. Ab hisne igitur precepta vivendi petemus, qui hoc idem fident quod animæ rationis expertes. De Arisippo loquitur & similibus qui sumnum hominis boni in corporis volupitate ponebant.

Goclenius, lib. 3. Controv. & Schol. Gram. p. 55. dat. & abl. plur. Animabus, Ciceronianum esse negat: Itaenim Cic. 14. Fam. 14. Tullius Terentius & Pater Tulliola, duabus animis suis. V. Voss. de Anal. 2. 4.

ANIMULA, alii. n. [Ἄνιμου] Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5. In unius mulierculæ animula si tacta facta est, tantopere commoveris? De filia Ciceronis mortua. Cic. 9. Att. 7. Quæ mihi quiddam quasi animule reflolarunt. ex conj. Lamb. nam codd. valde inquinati. Spartan. in Vita Hadrian. Imp. cap. 25. Animula vagula, blandula, &c.

ANIMAL, alii. n. [Ἄνιμος] ab anima est: & est ut philosophi definitum Substantia animata sensibilis. Plin. lib. 10. cap. 63. Bipunctum solus homo animal gignit. Ovid. 1. Met. 84.

Pronaque quum speciem animalia cietera terram,

Os homini sublimè dedit, coelumque tueri Jussit.

ANIMALIS in codem, ponendum convenient sub eadem radice, sub qua & Animal. H. St.

Animal providum & sagax, homo. Cic. 1. de Legib. 22.

Deus animal umum affectabile, in quo omnia animalia continentur, effect. Cic. de Univers. 9. de mundo loquitur.

Unum animal est Alexander. V. **UNUS**.

Animal. Lucret. lib. 1. 127.

Unde animal genus generatim in lumina vita

Redducit Venus.

Animalia corpora. Lucret. lib. 2. 726.

Animales dii. Servius in 4. En. ex Labeone: Labeo in libris qui appellantur de Diis animalibus, ait esse quædam sacra, quibus animæ humanae vertant-

vertantur in deos, qui appellantur *Animales*, quod de animis fiant. Hi autem sunt Dii penates & vires. *conf.* Herald. ad Arnob. p. 154. Salmas. Exerc. Plin. p. 64. Kirchner. de Fun. Rom. 4. 13. & Lex. Pitifc. *Holita animalis*, dicebatur, quod eius animus tantum fuerit, opponiturque *Confutatoriae*. V. Macrob. 1. 3. cap. 5. & Lex. Pitifc. Intelligentia. Cic. 4. Acad. 119. Erit enim perfusum etiam sollem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: -quod quedam animalis intelligentia per onnias permeat & transeat.

Animals res, cuius contrarium est *Inanimatum*. Quintil. lib. 8. 17. *Animales*, *Spirabiles*. Cic. 1. Tusc. 40. de *Animis*: Sive illi sint animales, id est *Spirabiles*, sive ignei.

Spiritus. Plin. lib. 8. cap. 42. *Equis Favonio flante obversas, animalem concipere spiritum*: idque partum heri.

Animalis sonus. Cic. 2. de Divin. 133.

Animalia vincula, pro Nervis. Cic. de Univers. 20.

ANIMALCULUM, i. [*ζαΐδιον*] dimit. Parvum animal. Erasim. in Proverb. Ut herba foliifolium: De ephemero animalculo nobis alias dictum est. *Vofius* de Vitris L.S.3. i. maulvit cum Clasticis scriptoribus Bettiolae, vel in ratione praeditis Hornullus. Ipse tamen saepe haec voce usus est, ut de Idol. lib. 4. cap. 72. & 6. 4. Alique recentiorum, viz. Salmat. in Solin. 177. Freinsheim. Suppl. Liv. 90. i. [*Adiectiva in aliis*, e. Deminutiva non habent. *Animal* autem per apocopen, pro *Animale*, is. unde & n. g. servat.

ANIMALITER. Adv. August. 1. Retract. cap. ult. n. 67.

ANIMABILIS, V. ANIMUS.

ANIMADVERTO, ti, sum, [*διενοίσω*, *προστίθω*, *προστίθεμαι*] ere. est. Animum ad rem aliquam advertere, aspicere: h. e. De improviso quippiam intueri. Unde pro Confidere, curare, observare, & advertere ponitur. Plaut. *Animadverto hominem subtilidum, tremulum*, i. e. Aspicio. Cic. 1. de Divin. 79. Experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplacatum serpentis amplexu.

Animadvertere rem aliquam. Curare, observare. Ter. Phorm. 3. 1. 3. Cic. 8. Att. 19. Non enim pro tua prudenter debes illud solum animadvertere.

Curare & *animadvertere*. Cic. 1. de Nat. Deor. 3. Nec omnino curant, nec quid agamus animadvertere.

Attendere & *animadvertere*. Cic. 1. in Catil. 20. Quid est, Catilina, ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium?

Cognoscere & *animadvertere*. Cic. 1. de Nat. Deor. 14. Sed ut adhuc, cognoscant, animadvertere.

Vigilare & *animadvertere*. Cic. 6. Att. 1. Deinde me obsecras amantrissime, ne obliviastr vigilare, & ut animadvertere que fiant.

Animadvertere & *estimare* aliquid. Liv. in pref.

Animadvertere, Attendere, attentum esse ad audiendum spectandumque.

Ter. prol. Eun. 44. Cum silentio animadvertere.

Animadverturn in. Cic. de Amicit. 27. Quod quidem quale sit, etiam in belitis animadvertri potest.

Animadverturn sues a facie, & progenie, & regione coeli. i. e. Considerantur. Varro 2. de R. R. cap. 4.

Inter Intelligere & *animadvertere*: Intelligitur aliquid argumentis: Animadvertere sensibus praesenti animo uteribus. Plerunque enim advertit sensum rem aliquam oculis, aut quovis sensu corporis, absque animi intentione. Afconius.

Animadvertere, & discere. Cic. 3. Fam. 5. *Animadverto enim & didicimus ex tuis literis*, &c.

Animadvertere in aliq. [*ταχαλέον*] est Punire: sed cum hac differentia, quod Punire, est quorumcumque, five iure, five injuria: *Animadvertere*, est ejus qui in alterum habet potestatem ordine ac rite: i. e. Cum animadversione puniendi: sed hoc proprie refertur ad personas *Animadverto* pro Intuitor, & personam, & rem dicimus. Hæc Valla lib. 3. c. 69. V. Lex. Pitifc. Cic. 5. Ver. 110. Potetas erat isti homini integro atque innocentia data, ut in Apronium quum animadverteret, se se gravissima levaret infamia.

Animadvertere injuriam, facinus, peccatum. Ter. And. 1. 1. 129. Ea primum ab illo animadvertenda injurya est. Ubi Donatus. Nota participum a passivo. *Animadvertere*, castigatio, vindicatio est.

Facinus animadverendum. Ter. And. 4. 5. 28.

Peccata. Cic. pro Rosc. Amer. 116. Atqui ea sunt animadverta peccata maxime, que difficultime precautent. Utrum observanda, an punienda? nam hic utroque modo potest intelligi.

Animadvertere gladio in aliquem. Ulpian. in 1. aut dannum. D. de poenis. Vita admittit: utputa si damnum aliquis, ut gladio in eum animadverterat, sed animadverteret gladio oportet, non fecuri, vel telo, vel scutis, vel laqueo. Verberibus in aliquem. Sallust. in Catil. cap. 51.

Ultimo supplicio animadverendum est in servos, qui spadones fecerint. Ulpian. in 1. 4. ad leg. Corn. de faciariis.

Animadvertere, absolute positum. Cic. 3. Verr. 44. In Achaia magistratum Sicyonium nummos poscit: ne it hoc crimen in Verrem, fecerunt alii. Quum illi non daret, animadverterit.

ANIMADVERSIO, ōnis. f. *Confidere* & *judicium*: ut, Res animadversione digna. Cic. 1. de Fin. 30. Interesse enim inter argumentum concludionemque rationis, & inter mediocrem animadversionem atque admonitionem: altera, occulta quedam & quasi involuta aperiri, altera prompta & aperta indicari.

Animadvercio, pro Studio. Cic. pro Arch. 16. Et si ex his studiis delectatio lola petetur, tamen (ut opinor) hanc animadversionem humanillimam atque liberalissimam judicaretis. Budæus.

Notatio naturæ, atque animadvercio peperit artem. Cic. in Orat. 181.

Excitare animadversionem. Cic. 1. Off. 103. Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos fedosque esse, excitandamque animadversionem & diligentiam, ut nequit temere ac fortuito, inconsiderate negligenter agamus.

Animadvercio, Punitio, [*κυλάσσειν*] ut, *Animadvercio* in sceleratos servos. Cic. 1. Philipp. 5. Idem 3. Verr. 55. Improbum, sed non inauditum genus animadversionis videte.

Animadvercio & *castigatio*. Cic. 1. Off. 88. Omnis autem animadvercio & castigatio contumelia vacare debet.

Extraordinaria animadversione temeritatem aliquorum coercere. Ulp. 1. ult. D. de Furt.

Si quid erit quod majorem animadversionem exigat. Venuleius. Si quid erit, D. de Offic. Procons. Hec autem gravior & major animadvercio, est punio infamie.

Nocentes qui duriore animadversione indigent. Modestin. 1. Custodias. D. de public. judiciis.

Graviores animadversiones indigent. Ulpian. in 1. 1. D. de Offic. Praefect. Urb. Capitali animadversione puniri Justin. sub fin. Inst.

Animadvercio & *suplicium* remittere alicui. Cic. 5. Fam. 10.

Animadvercionem effugere. Cic. in Orat. 195.

Animadvercio pro Multo & condemnatione, ut interpretatur Budæus. Cic. pro Cluent. 129. Majora nostri nunquam judicium nominaverunt, neque perinde ut rem judicatan obseruantur animadversionem & authofratiram censoriam. V. Lex. Pitifc. in voce.

ANIMADVERSUS, Partic. [*ἀναντόνθης*] Perfectus, cognitus, intellectus. Cæf. 8. Bell. Gall. 77. Haec re animadverda, Cæsar jubet signa converti. Virg. 3. Georg. 123. His animadvertis. i. e. Cognitis, intellectis.

Animadversa as notata a peritis. Cic. 1. de Orat. 109.

Animadversa flagitia. i. e. Punita. Sueton. in Neron. cap. 16. Multa sub eo & animadverda, & coercita.

Animadversus, Qui supplicio affectus est. Paulus 1. ult. D. de cadav. punit. Corpora animadverorum quibuslibet potentibus, ad sepulcrum danda sunt. i. e. Supplicio affectorum.

ANIMADVERSOR, ōris. m. [*ἐναντίον*] Observator. i. e. Qui diligenter considerat, & expendit ut aliquid sciat, cognoscat, & discernat. Cic. 1. Off. 146. Itaque, ut in fidibus multorum aures vel minima sentiunt: sic nos, si acres ad diligentes esse volumen, animadveroresque vitorum, magna saepe intelligimus ex parvis.

ANIMADVERSUS, ūs. m. Lamprid. in Sever. cap. 75. In animadversum daspfer. V. Salmat. in H. A. p. 205.

ANIMAL, V. ANIMA.

ANIMANS, V. Animare in ANIMUS.

ANIMATIO, ANIMATUS, V. Animo in ANIMUS.

ANIMO, as; ANIMOSUS, V. ANIMUS.

ANIMULA, V. ANIMA.

ANIMULUS, V. ANIMUS.

ANIMUS I. [*ψυχή, πνεύμα, ἥψη*] V. ANIMA. Animus, (teste Servio) consili est: Animus, vita. Sallust. Catil. cap. 51. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt. Ter. Adel. 4. 5. 21. Animus male est. Ibid. 4. 4. 3. Animus timore obtupuit.

Animus, pro Animis, fere a Cicerone dicitur. ut in Catone, Qui si in hoc erro, quod animos immortales credam, libenter erro.

Immo hac in re utrumque dicitur. H. St.

Animus vel Animam cum multis Verbis *ἀδιαφόρος* dicere possumus, at non & Animam accendere, incendere, inflammare, ut dicitur Animum accendere &c. Idem. [Immo cum paucissimis verbis promiscue utimur. conf. utriusque v. exempla.

Animus, pro Memoria. Virg. 9. Eccl. 51.

Omnia ferietas, animus quoque. Servius. Ubi notas vide Jac. Pontani f. 200.

Animi, pro Cogitationibus. Plaut. Epid. 1. 1. 43. Quot illic homo animos habet? Ter. Heaut. 3. 3. 9. Novi ego amantium animos, adverturn graviora que non censefas.

Animus, Voluntas. Ter. And. 1. 1. 137. Mala mens, malus animus. Id. Heaut. 1. 2. 15. Timet omnia: patris iram, & animum amicæ se erga ut fit suæ.

Animus ac voluntas. Cic. 7. Verr. 181. Ita dissident a nobis animo ac voluntate. Animus, hic ad appetitum refertur: Voluntas ad rationem.

Statuum cum animo ac deliberatum habere. V. DELIBERARE. Apud animum meum. V. APUD. Animus & spe confidere. V. Confidere animo infra. Videndum, quo animo quis illud fecerit. Benevolo, an Infenso aut Infesto. V. BENE. V. INFEN. INFEST. Vulgo Ea intentione. Facile animo gratificandi uti. V. item Sic animatus. Hoc animo in nos esse. Habere in animo, i. e. Propondere V. HABEO. H. St. Ægrotatio animi. V. ÆGROTO, in ÆGER.

Ælus animi. V. ÆSTUS.

Amplitudo animi, & quasi quedam exaggeratio quam altissima. Cic. 2. Tufc. 64.

Ardor animi confedit. V. ARDEO.

Ardor animi lacrymas siccaverat. Ovid. 8. Met. 469.

Asperitatem animi five anima dulciore succo mitigari. Plin. 1. 22. c. 24.

Candor animi. Ovid. 3. Trist. 6. 7.

Commonio animi. Cic. 5. Tusc. 42.

Conjectura animi. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Conitanta animi. Ovid. 11. Met. 293.

Curas animi levare. Catul. ad pass. Lesb. 2. 10. Vel, E pectorre solvere. Lucret. lib. 4. 906. Et, Alii traducere. Lucret. lib. 4. 1065.

Defectio animi. Cic. 3. Att. 18. Omnia mittit spei plena, metuens (credo) defectiōne animi mei.

Excellitas animi & magnitudo. Cic. 3. Off. 24.

Firmitas, vel Firmitudo animi. Quintil. 1. 6. in procem. Et Cic. 5. Fam. 13.

Fluctus animi pellere. Sen. Herc. fut. 12.

Gravitas & altitudo animi. Cic. 4. Fam. 13.

Habitus animi feniē constitutio difficile est nobis mutare. Quintil. 1. 4. c. 2. Et Tacit. 1. Hist. 8. Habitus animorum.

Impetu animi in aliquid incumbere. Cic. 10. Fam. 5.

Imago virtus animi, indices ocui. Cic. 3. de Orat. 219.

Incendia animorum reflincta. V. INCENDO.

Ingenuum animi. V. INGENIUM.

Magnitudo animi. Cic. 1. Fam. 9.

Magnitudinem infletere animi. Cic. 1. Fam. 7. Magnitudinem animi tui ne unquam inflcta cujusquam iniuria.

Medicina animi, philosophia. Cic. 3. Tusc. 1.

Mens animi morere perturbata. Lucret. lib. 6. 1181.

Morbi animi. Cic. 3. Tusc. 5.

Motus animorum. Virg. 4. Georg. 86.

Nervi atque robur animi. Cic. 6. Fam. 1.

Nubes animi. Ovid. 1. Trist. 3. 13.

Oblectatio animi. Cic. 1. de Orat. 118.

Partes animorum. Cic. in Orat. 15. Gnarum quibus orationis modis quæque animorum partes impellerentur: b. e. appetitus & ratio. De quibus ipse Cic. 1. Off. 101. sicut. Duplex est enim animorum vis atque natura.

Una pars in appetitu potita est, quæ ὡρὴ Græce, quæ hominum huc illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugientem.

Ita fit, ut ratio prefit, appetitus obtemperet.

Pax animi. Ovid. 11. Met. 624.

Permitio animi. Cic. 2. de Orat. 216.

Perturbationes animi. Cic. 5. Tusc. 43.
 Pravitas animi atque ingenii. Paterc. lib. 2.
 Praefantia animi. Quintil. lib. 6. cap. 1.
 Rectum animi servare. Hor. 2. Serm. 3. 201.
 Remissio ac dilutio animi. Cic. 2. de Orat. 22.
 Robore incredibili animi septus. Cic. pro Milon. 102.
 Sanitas animorum. Cic. 3. Tusc. 8.
 Pretentatio animi sententiam. Ovid. 9. Met. 587.
 Splendor animi. Cic. in Bruto. 267. P. Lentulo instrumenta naturae deerant: sed tantus animi splendor, & tanta magnitudo, ut libi omnia que clarorum virorum essent, non dubitaret asciscere. Lentulum commendat a liberalitate, & animi magnitudine: quas illi virtutes l. 1. Fam. sepe tribuit. Sublimitas animi. Plin. lib. 7. cap. 25.
 Subtilitas animi. Plin. lib. 11. cap. 39.
 Tenor animi. Plin. lib. 7. cap. 19.
 Tertorio & tenebris animi discutere. Lucret. lib. 1. 147.
 Vigor animi. Ovid. 16. Epift. 51.
 Vis animi. Lucret. 1. 3. 451. Confidit quoque majus, & auctior est animi vis.
 Vitio agerotatio animi. Hor. 2. Serm. 3. 307.
 Vulnus animi grave habere. Ovid. 9. Met. 59.
 Animus accivis falsus. Hor. 2. Serm. 2. 6.
 Acer & praefens animus. Cic. 2. de Orat. 84.
 Acri & attento animo intueri. Cic. 1. de Fin. 57.
 Aceris animi incalueri. Ovid. 2. Met. 87.
 Aceres animos convertere ad aliquem. Virg. 11. En. 800.
 Acerior animus. Quintil. lib. 1. cap. 3. V. ACER.
 Acerbis animis favere. Virg. 5. En. 462.
 Adverfis animis accipere. Tacit. 3. Ann. 29.
 Eger animus, Animi, Animo, vel Ab animo. V. AGER.
 Equus. Hor. 1. Epift. 11. 30. V. EQUUS.
 Equo animo. Lucret. lib. 1. 43.
 Equis animis. Hor. in Arte Poet. 250.
 Alienus animus vel alienatus. V. ALIENO.
 Alienum animum habere ab re aliqua. Cic. de Amicit. 28.
 Altiora animo esse. Cic. 5. de Fin. 57. Quiatior animo sunt, capescuntur
 Reimp. honoribus, imperiisque adipiscendis.
 Altissimi animi. Cic. 1. Tusc. 34. Idque in maximis ingenii, altissimis:
 que animis & exsilit maxime, & appareat facillime.
 Amicus. V. AMICUS.
 Amplius, & excelsius, & patiens incommodorum. Cic. 1. de Invent.
 Ancipites. Lucan. lib. 9. 46.
 Angustus atque demifluis. Cic. in Pison. 57. V. ANGUSTUS.
 Anxius. V. ANXIUS.
 Apertus & simplex. Cic. 1. Fam. 9.
 Aper. V. ASPER.
 Atrox. Hor. 2. Carm. 1. 24.
 Attontis animis hæcere. Virg. 5. En. 529.
 Attontis animis inhære. Virg. 7. En. 814.
 Avarus laudis. Hor. 2. Epift. 1. 179.
 Avari animi irritamen opes. Ovid. 13. Met. 434.
 Audax. Liv. Decad. 4. lib. 3.
 Averfissimus. V. AVERTO.
 Benevolus. V. BENEVOLUS.
 Benigno animo & clementi. Ter. Hec. 3. 5. 22.
 Bilinguis. V. BILINGUIS, in BIS.
 Bonus. V. BONUS. Quare bono animo es: video enim, &c. Cic. 5. Att. 20.
 Cæcus. V. CÆCUS.
 Capax ad præcepta. Ovid. 8. Met. 243.
 Capaci animo majora concipere. Ovid. 15. Met. 5.
 Celer. Virg. 4. En. 285.
 Cellior. Quintil. lib. 1. cap. 1.
 Certus & confirmatus. V. CERTUS.
 Clementi animo ignoroscere. V. CLEMENS.
 Ceoleftis ex alto domicilio depreffus. Cic. de Senect. 77.
 Commotio. V. COMMOTIO.
 Communis animo esse. V. COMMUNIS.
 Commutabilis. Cic. de Amicit. 94.
 Compos. V. COMPOS.
 Conficius animus se remordet. Lucret. lib. 4. 1129. V. CONSCIUS.
 Constantior. Ovid. ad Pison.
 Credulus. Sen. in Troad. 1.
 Cupidus animus litium & rixæ. Hor. 3. Carm. 14. 26. V. CUPIO.
 Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. En. 13.
 Delibatos habemus animos ex divina mente. Cic. de Senect. 78.
 Demifluis. Vide paulo post, Timido animo, & supra Angustus.
 Dociles. Hor. in Arte Poet. 336.
 Durores animos ad pleraque robur ipsum facit. Quintil. lib. 1. cap. 1.
 Animos nil magna laudis egentes 5. En. 751. de turba bello inutili.
 Excelsus. V. paulo post, Magnus & excelsus animus.
 Exiguus. V. paulo post, Minutus, &c.
 Expertus bellis animus. Tacit. in Vita Agric. 41.
 Faciliore animo abuti. Quintil. lib. 4. cap. 2.
 Faciles juvenum animi. Virg. 3. Georg. 165.
 Felix. Juven. 14. Sat. 119.
 Perax. Lucan. ad Pison.
 Ferox. Sen. in Medea. 12.
 Fidelis. Ter. Hec. 3. 5. 22. Quam fidelis animo & benigno in illam & clementi fui.
 Fortis atque obfirmsatus. Plaut. Amph. 2. 2. 15. Perferam usque ejus abi-
 tum animo fortis atque obfirmsato.
 Fractus. V. paulo post, Timido animo, &c.
 Generofis celiorque. Quintil. lib. 1. cap. 2.
 Gravior natu. V. NASCENS.
 Hoc animo sum. Cic. 3. Fam. 5. Quod quibus adhuc non satis est perspectum,
 i. mhi nolle magis hocanimi nos esse, quam non intelligere videntur.
 Hoffilis. Sen. in Octav. 1.
 Humanus animi. i. e. Hominum animi. Hor. 1. Serm. 8. 20.
 Humilis & pertinax, contraria. Cic. 4. Fam. 7.
 Jacens. Quintil. lib. 6. cap. 4. V. JACO.
 Idem animus omnibus. Virg. 3. En. 60.

Jejuno animo. V. JEJUNIUM.
 Impatiens animus. Ovid. de Rem. Amor. 124.
 Impotens. Ter. And. 5. 3. 8. Et Sen. Hec. fur. 6.
 In animo coniugis validum esse. Tacit. 4. Ann. 12. Prifica in animo Augu-
 sta valida.
 Inanis. Virg. 2. Georg. 285.
 Incertus. V. INCERTUS.
 Infenio atque inimico animo. V. INFENSUS.
 Infesto animo. V. INFESTUS.
 Infirmus. V. paulo post, Minutus, &c.
 Infirmior rebus dubiis animus, desperatis est confirmatus. Cic. 5. Fam. 21.
 Infixus animus in patria charitate. V. INFIGO.
 Inflatus. V. INFLO.
 Infractus animus. V. INFRINGO.
 Infragilis. Ovid. ad Liv. 354.
 Ingentes tollere animos. Virg. 3. Georg. 206.
 — nanque ante domandum
 Ingentes tollere animos.
 Ingentes animos angusto in pectori versant. Virg. 4. Georg. 83.
 Inimicus. V. paulo ante, Infenso atque, &c.
 Iniquo animo. Ter. Eun. 2. 1. 6.
 Iniquis animis. Virg. 10. En. 7.
 Infatibilis. V. INSATIABILIS.
 Intracti religione animi. V. INTACTUS.
 Instabiles annis animi. Ovid. 3. de Arte Am. 557.
 Intemperans. V. INTEMPERANS.
 Intraetabilis. V. paulo post, Trifitis, &c.
 Invictus. Plin. lib. 7. cap. 25.
 Iracundus. V. IRA.
 Iætus in præfatis animis, quod ultra est, Oderit curare. Hor. 2. Carm. 16. 25.
 Latens. Juven. 9. Sat. 18.
 Lenitissimi vir animi. Paterc. lib. 2.
 Liber religione. V. LIBER adj.
 Liber terore. V. LIBER adj.
 Liquidus & tranquillus. V. LIQUOR.
 Lubentis animo. V. LUBET.
 Magnus animo. V. MAGNUS.
 Magni & excelsi. Cic. 1. Fam. 9.
 Magni animi plenius pectus. Ovid. 5. Met. 184.
 Maximini homo animi. Cic. pro Font. 31. & Liv. 8. Bell. Pon.
 Mares animi, h. e. Viriles & fortes. Hor. in Arte Poet. 402.
 Meliorè animo aliquid ferre. Ovid. 9. Met. 432.
 Memori animo notare. Ovid. 9. Met. 777.
 Meo quidein animo, vel Animo meo. Cic. 1. de Invent. Quare meo qui-
 dem animo nihilominus eloquentia studendum. Ter. Adelph. 5. 6. 4.
 Hominem maximis pretiis esse hodie te judicavi animo meo. h. e. Secun-
 dum animi mei sententiam.
 Minaces. Ovid. 6. Met. 688.
 Minacem animum in aliquo frangere. Justin. lib. 1. de Cyro puer.
 Minutus. V. MINUO.
 Minutus, infirmus, & exiguis. Juven. 13. Sat. 190.
 — quippe minutus
 Semper & infirmi est animi, exiguique voluptas Ultio.
 Mitis. Juven. 14. Sat. 15.
 Mobiles. Quintil. lib. 2. cap. 17.
 Mollis. V. MOLLIS.
 Muliebris. V. MULIER.
 Multiplex. Cic. de Amicit. V. MULTUS.
 Mutabilis vulgi. V. MUTO.
 Mutuus animus. Hor. 4. Carm. 1. 30.
 Mutuus animis amare. Catull. 43. 20.
 Obfirmatus. V. paulo ante, Fortis, &c.
 Obnoxius. V. OBNOXIVS & trepidum agere, in OBNOXIVS.
 Obstinate. Liv. 6. Decad.
 Omiflus. Ter. Heaut. 5. 2. 9. Te vidiani animo esse omifluo: i. e. Negligenti.
 Donatus.
 Otiosus. Ter. And. 5. 2. 1. Animo jam nunc otioso esse impero. h. e.
 Volo esse animo fecuro, fine cura & sollicitudine.
 Parvus animus. Hor. 1. Serm. 2. 10.
 Parvo & pravo animo. Cic. 1. Att.
 Perattentus. V. PERATTENTUS.
 Pertinax. V. paulo ante, Humilis.
 Placidioribus animis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
 Plenus culpa. Sen. in Hippol. 2.
 Praefens. Ter. Eun. 4. 6. 32. Fac animo haec præsenti dicas. Hæc non di-
 cerentur a Thaide, nisi in illius vultu portu nimius appareret. Donatus.
 Praefens animus & acer. Quintil. lib. 6. cap. 4.
 Praefens animus in pectori. Virg. 5. En. 363.
 Pravus. Cic. 1. Att.
 Promptus & alacris ad defendendam Rempub. Cic. 3. Fam. 11.
 Pudicus. Ovid. 7. Epift. 5.
 Pusilli animi homo. Hor. 1. Serm. 4. 18.
 Refides animi. Virg. 1. En. 722.
 Robustus & excelsus. Cic. de Fin. 49.
 Robustior annis animus. Stat. 5. Sylv. 2.
 Rudis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
 Rudes atque agrestes. Quintil. lib. 1. cap. 10.
 Sagax. Lucret. lib. 1. 403.
 Segnes animos provocare. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 30.
 Stabili animo & firme & magno. Cic. 3. de Fin. 29.
 Stomachofus. V. STOMACHUS.
 Studiofus animus. Plin. lib. 6. Epift. 16. Non vertit ille confilium: &
 quod studiofus animo inchoaverat, obit maximo.
 Subdolus ac verfutus. Paterc. lib. 2.
 Supinus animus. Catull. 18. 25.
 Supicacem animum perfrinxere. Tacit. 1. Ann. 13.
 Sylvestrem animum excere. Virg. 2. Georg. 51.
 Teneriore animo videri. Cic. 6. Fam. 21.
 Timido animo, humili, demifluso, fracto que aliud facere. Cic. 3. Off. 115.
 Toto

- Toto animo decere se falciui. Cic. 5. Tusc. 111. Huic discendi, quarendique divinae delectationi toto se animo dedidissent.
- Tortor animus quatit occultum flagellum. Juven. 13. Sat. 195. V. VERBER.
- Tranquillissimus. Cic. Att. 7.
- Tristis & intractabilis. Sen. Hippol. 2.
- Truces animos cupido involat eundi in hostem. Tacit. 1. Ann. 49.
- Turpificatus animus. V. TURPIFICATUS.
- Vacuo animo esse. Cic. in Brut. 20. Nunc vero, si es animo vacuo, expone nobis quod querimus. Subaudiri potest, Acuris. V. VACUUS.
- Vagus. Catull. 61. 4.
- Valentes. Virg. 7. En.
- Velox. Hor. 1. Epist. 12. 13.
- Virides aulis. Silius lib. 1.
- Virilis. Ovid. 13. Met. 165. Viriles animos gerere. Sen. Agam. 13.
- Vividus. Tacit. 13. An. 3.
- Eger animi. Tacit. 3. Hist. 58.
- Sic cum Genet. Felix animi, Infelix animi, Praestans animi, Discructor animi, Angi animi. V. f. I. H. St.
- Amens animi. Virg. 4. En. 203.
- Equus juvenis calidus animis. Virg. 3. Georg. 119.
- Captus animi. Tacit. 3. Hist. 73.
- Diversus animi. Tacit. 4. Hist. 84. Qui diversus animi, modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terrori, s̄pē, &c.
- Dubius animi. Virg. 3. Georg. 289.
- Ferox animi. Tacit. 1. Ann. 32.
- Fidens animi. Virg. 2. En. 61. Tacit. 4. Ann. 59.
- Immodicus animi. Tacit. 1. Hist. 53. Corpore ingens, animi immodicus.
- Incensus animi. Tacit. 6. Ann. 46.
- Infelix animi. Virg. 4. En. 529.
- Ingens animi stemma. Tacit. 1. Ann. 69.
- Inops animi. Virg. 4. En. 300.
- Integer animi. i. e. Sanus mente. Hor. 2. Serm. 3. 220.
- Largus animo. Tacit. 2. Hist. 59. Generis illustri, largus animo, & par opibus.
- Maturus animi. Virg. 9. En. 246.
- Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.
- Maturus animo & aeo. Ovid. 8. Met. 617.
- Mitor animo. Hor. 3. Carm. 10. 18.
- Praestans animi. Virg. 12. En. 19.
- Promptus animi. Tacit. 2. Hist. 23.
- Turbidus animi. Tacit. 4. Hist. 48.
- Validus animi, & corpore Ingens. Tacit. 15. Ann. 53.
- Victus animi. Virg. 4. Georg. 492.
- Aberrans animus a lententia. V. ABERRA.
- Abhorre animo ab aliqua re. Cic. 7. Philipp. 4. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo civitatis statu, non voluntate fuisse populares.
- Abjicere animum, pro Animum dejicere ac deprimere, & pene desperare. Unde Abjectus animus, & Homo abjecto animo. V. ABJICIO.
- Quintil. lib. 3. cap. 10.
- Accendunt hac animos. Quintil. lib. 1. cap. 2.
- Accessus animus nobis. Cic. 5. Att. 20. Rumore adventus nostri & Cassio qui Antiochiam tenebatur, animus accessit, & Parthis timor injectus est.
- Accinctus animus in magnos usus. V. ACCINGO.
- Accipere animis dicta alicuius. Virg. 3. En. 304.
- Accipere animum quietum in aliquem. Virg. 1. En. 303.
- Accipere animo. V. ACCIPIO.
- Accommodare animum literis. V. ACCOMMODO.
- Accommodare animum quem lugescit & irascitur. Quintil. 6. 2.
- Addere animos alicui. Cic. 7. Att. 2. Sed huc, opinor, sunt in his libris, quos tu laudando, animos mihi addidisti.
- Additus furor animis. Virg. 2. En. 355.
- Adelici animus. V. ADSUM.
- Adeſſe animo, vel Animis. V. ADSUM.
- Adhibete animos. Ovid. 15. Met. 239.
- Adjicere animum ad virginem. Ter. Eun. 1. 2. 62.
- Adjicere animum alicui rei. Liv.
- Adjicere animos. i. e. Andicacum addere. Ovid. 7. Met. 121.
- Adjungere animum, & animos. V. ADJUNGO.
- Adjungere animum ad aliquod studium. Ter. And. 1. 1. 29.
- Adlevatur animum. Tacit. 6. Ann. 43.
- Adrepere animis. Tacit. 3. Ann. 50. Nec quicquam grave ac serium ex eo metuas, qui fuorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed muliercularum adrepit.
- Adverte animum. Ter. prol. And. 8. Nunc quam rem vitio dent, quæso animum adverte. Antiquum dictum, pro Animadverte. Tacit. 13. Ann. 49. Qui animum etiam levissimis adverterent.
- Adverte animos moritis. Ovid. 15. Met. 141.
- Adverte animis vestris que dicam. Virg. 2. En. 712.
- Advocare animum. V. ADVOCO.
- Æquare animos Olympo. Virg. 6. En. 783.
- Æstimare animo. Curt. lib. 6. Bucephalum Alexander non eodem quo cæters pecudes animo æstimabat.
- Affectus animo. V. AFFICIO.
- Afferre animum. Cic. 12. Att. 7.
- Affigere animo suo quod compofuimus. Quintil. 2. c. 7. 2. de edifice.
- Agere animum. V. AGO.
- Agii animis in funera. Virg. 7. En. 42.
- Agitare animum spe & metu. Quintil. lib. 4. cap. 1.
- Agitare aliquid animo. i. e. Cogitare. Cic. 6. Fam. 1. V. AGITO.
- Alienare judicium animos. Quintil. lib. 4. cap. 1.
- Allevare animum. Sen. Troad. 10.
- Allevare a morore. Curt. lib. 4.
- Aliicende ad benevolentiam. V. ALLICIO.
- Amovere. V. AMOVEO.
- Angere animum, & animo angi. V. ANGO.
- Angere animum curis mordacibus. Lucan. lib. 2. 681.
- Aperire animum. V. APERIO.
- Apparele ad scribendum. Ter. prol. And. 1.
- Apparele ad scribendum. Ter. prol. And. 1.
- Applicare. V. APPLICO.
- Ardet mibi animus. V. ARDEO.
- Ardentibus animis sonare jurgia. Juven. 15. Sat. 52.
- Artrigere animos. Virg. 12. En. 251.
- Arrecti ad bellandum animi. Liv. lib. 8. ab Urbe, fin. V. ARRIGO.
- Ne tanta animis affuetate bella. Virg. 6. En. 833.
- Attendere animum & animos. V. ATTENDO.
- Attendere animo aquo. V. ATTENDO.
- Attento animo intueri. V. ATTENDO.
- Avverte ratio animum discentis. Quintil. lib. 1. cap. 12.
- Avverte animum ab. V. AVERTO.
- Aufere animum ad contemplationem. V. AUERO.
- Augere animos & adjicere. Ovid. 7. Met. 121. V. AUGEO.
- Tacit. 2. Hist. 4. Titus auctus animo ad patrem pervectus.
- Cadunt animi. Ovid. 11. Met. 537.
- Cadere animis. Cic. 6. Fam. 1.
- Cadit animus, vel Cadere animo. V. CADO.
- Cæcare animos. V. CACCO.
- Caligante animo. V. CALIGO.
- Capere animos aliquorum. Cic. pro Lege Manil. 66. Quæ civitas in Afra que non modo unius Imperatoris aut Legati, sed unius Tribuni nullum animos ac spem capere possit?
- Capere animum. V. CAPIO.
- Cepit animum dementia. Virg. 5. En. 465.
- Cernit animus. V. CERNO.
- Circumspicere animo. V. CIRCUMSPICIO.
- Coertere animos. Sen. Hippol. 2.
- Cogitare animo, vel In animo secum. Ter. Adel. 3. 4. 55. Hoc tu facito, tecum animo cogites. Satis erat, Tccum cogites: sed vel ornatus vel majoris emphætos gratia addidit Animo.
- Cohibere animum. V. COHIBEO.
- Colligere animo & animum. V. COLLIGO.
- Commiscere animum alterius cum suo. V. COMMISCEO.
- Commotus animus metu. Ter. And. 5. 4. 35.
- Commovei animo. V. COMMOVEO.
- Complecti aliquid animo. Cic. 5. Fam. 17.
- Completere animum voluptate. V. COMPLEO.
- Componere animos. V. COMPONO.
- Comprehendere aliquid animo. Cic. 1. de Nat. Deor. 115.
- Comprimere animos. Cic. pro Flacc. 53. Remittant spiritus, compriment animos suos, sedent arrogantiæ.
- Concidere animo vel animis. V. CONCIDO.
- Conciliare animum fibi. V. CONCILIO.
- Concipere aliquid animo. Ovid. 2. Met. 77. Tacit. 2. Ann. 39. Et fraude aut vi raptum Agrrippam ferre ad exercitus Germanicos non servili animo concepit.
- Concipere imagines animo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
- Concipere iras animo. Ovid. 1. Met. 166.
- Conferre animum alio. V. CONFERO.
- Confidere animo. V. CONFIDO.
- Tamen non deterrebatur, Animoque & spe confidebat. Cf. H. St. vel potius Hirt. de Bell. Afr. cap. 1. extr.
- Confirmare animum. Sen. Octav. 4. V. CONFIRMO.
- Confirmare animum trepidum. Juven. 13. Sat. 106.
- Confundere ac fatigare animum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
- Considerare cum vestris animis. Cic. 5. Verr. 29.
- Considerare fecum in animo, & cum animis. V. CONSIDERO.
- Confistere animo tranquillo. V. CONSISTO.
- Consterne animos, & animo constringari. V. CONSTERNNO.
- Confutare animum suum, ne quid dicamus naturæ aduersum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
- Contemplari animo. V. CONTEMPLOR.
- Contendere animum in curas. Ovid. 1. de Ponto, 5. II.
- Contrahere animum, aut demittere. Cic. 1. Q. frat. I.
- Contundere arte animos. Ovid. 1. de Arte Am. 12. V. CONTUNDERE.
- Conversi animum. Tacit. 1. Hist. 85. Animum vultumque conversi.
- Convertere animum. V. CONVERTO.
- Convertere aliquo animo & cogitatione. V. CONVERTO.
- Corrumpe animum. V. CORRUMPO.
- Credere animum suum alicui. V. CREDO.
- Creverunt animi. V. CRESCO.
- Debilitare animos. V. DEBILITO.
- Deditus amori animus. V. DEDO.
- Deducere curas animo. Hor. 1. Epist. 2. 49.
- Defecrare eam animus. Plaut. Mil. 4. 6. 47.
- Defectus animo. Plin. lib. 20. cap. 14.
- Deficere animis. Curt. lib. 4.
- Deficiunt animi. Hor. in Arte Poet. 27. V. DEFICIO.
- Defigere & intendere animum in aliquam rem. Cic. 4. Acad. 46. Advertisant enim, primum quod parum defigunt animos & intendunt in ea que perficuta sunt.
- Defuit illis animus. Cic. 7. Verr. 134. Animum illis non copias defuisse.
- Defulsi animum hoc uno responso. Virg. 6. En. 344.
- Demittere animum. Tacit. 16. Ann. 24. & Cic. 5. de Fin. 42.
- Despondere animum. Plaut. Milit. 1. 1. 6.
- Deponere curas animo. Virg. 4. Georg. 531.
- Deprendere animum furtim blanditiis. Ovid. 1. de Arte Am. 619.
- Derivare a curis animum. Lucret. lib. 2. 365.
- Delruit longius avum ingentes animos. Lucan. lib. 8. 27.
- Detegere. Lucan. lib. 5.
- Diffundere, i. e. Læsus reddere. Ovid. 1. de Arte Am. 218.
- Dimittere. Curt. lib. 5. Ne milites desides otio dimitterent animos.
- Dimovere loco. Quintil. lib. 7. cap. 4.
- Difitendit ea res animos Samnitum. V. DISTENDO.
- Dabit spes animum. Lucan. ad Pison.
- Dant nimis vina. Ovid. 12. Met. 242.
- Dare majorem animum alicui. Cic. 11. Fam. 9. Abiectiore animo me futurum, quum Res. magioreni etiam mihi animum, quum unquam habuissim, daret.
- Dare in luctu animum. Ovid. 2. Met. 384.
- Domare rigentem animum. Sen. Hippol. 4.

Ducere animo. Virg. 6. *Æn.* 690.
 Sic equidem duebam animo, rebarque futurum.
 Ducere animos solent & fôbuuke, præcipue rusticorum, & impetratorum. Quintil. lib. 5. cap. 11.
 Efferre animos infolentia dominatus. Cic. pro Domo sua, 141.
 Ejicere animum de aliquo. Ter. Heaut. 5. 2. 2. — Ut pater
 Tam in brevi spatio omnem de me ejicerit animum patris?
 Emendare animum. Propert. lib. 3. 21. 25.
 Entervetus amore animus. Paterc. lib. 2.
 Erigerre animum. V. ERIGO.
 Error animi refauit. Ovid. 1. Amor. 10. 9.
 Esse alacrem animo. Cic. 5. Fam. 12.
 Esse bono animo. Ter. Adelph. 4. 2. 4. Cic. 5. de Fin. 69. Tamen ex illa investigatione nature conœqui volebat, ut eset bono animo.
 Est enim in me. Cic. 11. Att. 13. Quod certiore te vis fieri quo quisque in me animo sit, aut, &c.
 Est male animo. Plat. Amph. 2. 2. 92. Ter. Adelph. 4. 5. 21.
 Est animus. Cum Inf. Virg. 4. *Æn.* 639.
 Perficere est animus, finemque imponere curis.
 Est animus redditus, i. e. Animus est redeundi. 2. Epist. Sabin. 106.
 Est multi animus ad aliquid faciendum. Curt. lib. 5. Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit. Liv. 3. Decad lib. 1.
 Est animus in navi mei. i. e. De navi cogito. Plaut. Pers. 4. 6. 27. Sic,
 Animus est in hortis. Cic. 12. Att. 20. Est animus in patinis. Ter. Eun. 4. 7. 46.
 Exacutare veribus animos in bellis. Hor. de Arte Poet. 403.
 Exasperare animum. V. EXASPERO.
 Exciderre animo. Virg. 1. *Æn.* 26.
 Excitare animum. Sen. Herc. fur. 5.
 Excolere. Quintil. lib. 5. cap. 11.
 Exercere in armis animos. Ovid. 1. Amor. 8. 41.
 Eximere onus animis. Hor. 1. Epist. 5. 18.
 Expedire metu animum. Hor. 3. Carm. 24. 8. Liv. lib. 8. Et expedire
 tela animosque equitibus jussit.
 Explere. Virg. 2. *Æn.* 586. Ter. And. 1. 2. 17.
 Explorare. Ovid. 1. de Arte Am. 456. Tacit. 1. Hist. 15. Secundæ res
 acrioribus stimulis animum explorant: quia miseria tolerantur, felicitate corrumperuntur.
 Exiutus animus. Stat. 10. Theb.
 Facere animum judicis mitem. Quintil. lib. 3. cap. 9.
 Facerre animos. Liv. i. e. Addere.
 Fateri animum clamore. Ovid. 1. de Arte Am. 115.
 Fatigare. Hor. 2. Carm. 11. 12.
 Favere linguis & animis. Ovid. 1. Faft. 71.
 Ferre vel pati aliquid iniquo animo. V. INIQUUS.
 Fingere animos audientium concitandis componendisque affectibus.
 Quintil. lib. 3. cap. 4.
 Firmare animum praesenti pignore. Virg. 3. *Æn.* 611. Ovid. 9. Met. 744.
 Tacit. 15. Ann. Animum adversum supremam firmat.
 Flagrare animus. Juven. 1. Sat. 152.
 Flectere animum. Virg. 4. Georg. 516. Et Quintil. lib. 4. cap. 2.
 Flectere ab ira animum. Sen. Medea 4.
 Formare puerorum animos. Quintil. lib. 1. in Proœm.
 Frangere animum. Ovid. 8. Met. 508.
 Fractio esse animo. Cic. 11. Att. 12.
 Fractus animus. Cic. 1. Fam. 9.
 Generatus a deo animus. Cic. de Divin. 82.
 Gerere animum infirmum. V. INFIRMUS.
 Gerere morem animo. Ter. And. 4. 1. 17.
 Gerere anim in aliq. Nec unus in te ego hos animos gessi. i. e. Talem
 affectum. Liv. 2. ab Urbe.
 Habe bonum animum. Plaut. Aulul. 2. 2. 15. Et Liv. 4. Bell. Maced.
 Habere fortem animum. Cic. 6. Fam. 13.
 Habere magnum animum. Cic. 11. Fam. 23. Tamen tribus tantis exercitibus propriis Reipublica valentibus, magnum animum habere debet
 bas quem & semper habuiti.
 Habere animum eundem in difficultatibus suis, quem &c. Cic. Anteq. iret.
 in exil. 11.
 Habere statutum cum animo & deliberatum. Cic. 5. Verr. 95.
 Hilarare animum. Catul. 61. 18.
 Horret animus meminiſſe. Virg. 2. *Æn.* 12.
 Imbibere animo opinionem. V. IMBIBO.
 Imbure animos errore. V. IMBUO.
 Imminere animis in rem aliquam. V. IMMINEO.
 Impellere animos in spem metuque. V. IMPRIMO.
 Impellere animum ad aliquid faciendum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
 Imperare animo nequeo. V. IMPERO.
 Implore veris animum. Virg. 3. *Æn.* 434.
 Imprimatur animo oratio. V. IMPRIMO.
 Incalcerare animi. Ovid. 2. Met. 87.
 Incendere animum amore famæ. Virg. 6. *Æn.* 890.
 Incendere animos bonorum. V. INCENDO.
 Inclinare animum ad rem aliquam. V. INCLINO.
 Inclinatio ad pacem animus. V. INCLINO.
 Inculcare animis. V. INSCULPO.
 Indipisci animo. V. INDIPSCOR.
 Inducere animum. Ter. And. 3. 3. 40. Si istuc animum induxti esse utile,
 h. e. Si tibi perfusisti. Cic. 4. Fam. 8. Tu quoque animum inducas, si
 fit aliquo Ref. in ea te esse opportere.
 Inducere animum cantare. Hor. 1. Serm. 3. 2.
 Inducere in animum. Ter. Adel. 4. 3. 6.
 Indulgere animis. Ovid. 7. Met. 566.
 Induere animum bonis artibus. Tacit. 15. Ann. 45.
 Induere magnumanimum. Tacit. 11. Ann. 7.
 Infamare metum animum vano timore. Ovid. 3. de Ponto 6. 43. Timore
 scil. favitiae ejus.
 Infestare rudes animos superstitione. V. INFESTUS.
 Infingere animis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
 Infiammare animum alicujus. V. INFAMMO.
 Inflat animos rumor. V. INFLO.
 Inflectere animum. Cic. 1. Fam. 7.
 Influere in animos. V. INFLO.
 Informatus animus bene a natura. V. INFORMIS.
 Infringere animos. V. INFRINGO.
 Infundere animos. Ovid. 1. Met. 364.
 Inhabitare animus in oculis. V. INHABITO.
 Inscribere in animo orationem. V. INSCRIBO.
 Insculptum in animo. V. INSCULPO.
 Inhibere in animo. V. INSIDEO.
 Inſinuare aliquem animo alterius. V. INSINUO.
 Inſistere mente & animo in rem aliquam. V. INSISTO.
 Inſitum & innatum animis. V. INSERO.
 Inspirare animum. Virg. 6. *Æn.* 12.
 Inſtaurati animi. Virg. 2. *Æn.* 451. V. INSTAURO.
 Intitutere ad cogitandum. Ter. Phorm. 1. 5. 10.
 Intendere animo. Tacit. in Vita Agric. 18. Monam insulam redigere in
 potestate animo intendit.
 Intendere animum ordinum rerum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
 Intendere animum studiis & rebus honestis. Hor. 1. Epist. 2. 36.
 Intendere animum in rem aliquam. Quintil. lib. 1. c. 2. & 3. 11. Conf. INTENDO.
 Intento intueri animo quidpiam. V. INTUER.
 Intravit animos pavor. Tacit. in Vita Agric. 5. Intravitque animum militaris gloriae cupido.
 Invale in animum. V. INVADO.
 Invigilant animo curæ. Stat. Theb.
 Invitare pretius animos. Virg. 5. *Æn.* 292. V. INVITO.
 Involar truces animos cupido. Tacit. 1. Ann. 49.
 Irrumpunt in animos extrinsecus imagines. V. IRRUMPO.
 Judicare animo suo. V. JUDICO.
 Juvidans animis natum poema. Hor. in Arte Poet. 377.
 Labant animi. V. LABO, as.
 Labantes animos confirmare. Lucan. lib. 4. 249. Curt. lib. 5.
 Labefactus vulnera animus. Ovid. 10. Met. 375.
 Laborare animo. V. LABOR, oris.
 Lactare animos. Ter. And. 5. 4. 9. Solicitando & pollicitando eorum
 animos lactas.
 Latenti animo. V. LATENS.
 Lapsus animi. V. LABOR, eris.
 Latentes animi sub vulpe. Hor. in Arte Poet. 437.
 Laxare animum a laboribus. V. LAXO.
 Lenire animum. Hor. 3. Carm. 14. 25.
 Levantur animi exercendo. Cic. de Senect. 36.
 Levarare animum mutationibus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
 Liberare animos errore. V. LIBER, eri.
 Linquiri animo. Curt. lib. 4. 6. 20. Linqui deinde animo, & submitti genucepit. De Alexandro, ob fanguinem & vulnere latius manantem debilitato.
 Linquenti animo, in eum a quo tenebatur, incubuit. Curt. lib. 6. 9. 33.
 Linquentem revocavit animum, & nudum hollis latus subiecto mucrone haſſit. Curt. lib. 9. 5. 11.
 Luſtrare animos. V. LUSTRUM.
 Mandare animis. Cic. 1. in Catil. 27. Penitus animis vestris mentibusque
 mandate.
 Marcer animus. V. MARCEO.
 Metiri animo. Ovid. 2. Met. 188.
 Micat animus. V. MICO.
 Ministrat animum Deus. Virg. 5. *Æn.* 640.
 Minuere animos. Sen. Medea, 3.
 Mifere animum alterius cum suo. Cic. de Amicit.
 Mitigare animum. Sen. Medea, 6.
 Mollire animos. Virg. 1. *Æn.* 57.
 Movere animum. Virg. 3. Georg. 521.
 Movere multa animo. Virg. 3. *Æn.* 34.
 Mulcere animos admiratione. Quintil. lib. 1. cap. 10.
 Mutare animum. V. MUTO.
 Natus animo leni. V. NASCRO.
 Noffere animum alicujus. V. NOSCO. Noratis animos ejus ac spiritus
 tribunicios. Cic. pro Cluent. 109.
 Nudare animos. V. NUUDUS.
 Obrepere in animo. V. OBREPO.
 Occæcare animum. V. OCCÆCO.
 Occupare animum vel animos. V. OCCUPO.
 Offirmare animum. V. OFFIRMO.
 Oblectare animum. Lucret. lib. 2. 363.
 Obitare animis. Stat. 11. Theb.
 Obitupare animis Rutuli. Virg. 9. *Æn.* 123.
 Occupare animum in re aliqua. Ter. profl. Hec. 5.
 Occupare animos judicum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
 Offendere animum alicujus. Quintil. lib. 2. cap. 4.
 Omiflus animus. V. OMITTO.
 Parare animos. Ovid. 1. de Arte Am. 237. V. PARO.
 Parati animis. Virg. 2. *Æn.* 799.
 Pacere animum. Virg. 2. Georg. 285.
 Pacere animum pictura. Virg. 1. *Æn.* 464.
 Pendere animi. V. PENDEO.
 Peragere fecum animo aliquid. Virg. 6. *Æn.* 105.
 Perculso & abjecto esse animo. Cic. 3. Att. 2.
 Percutere animum. Lucret. lib. 2. 883. i. e. Percellendo solicitare.
 V. PERCUTIO.
 Perfundere animum religione. V. PERFUNDO.
 Pergere animo forti. V. PERGO.
 Perire ab animo. V. PEREO.
 Permoveare animos. Quintil. lib. 3. cap. 8.
 Perimulcere animos. Lucret. lib. 5. 21.
 Perseverare animo. Quintil. lib. 4. in proœm.
 Perpicere animum alicujus. Cic. 1. Fam. 9. Quorum quidem animum tu non
 perperfisiſſum, quum de me ageres, sed etiam confirmasti atque tenuiſſi.
 Ponere animos. Sen. Troad. 8.
 Posſidere judicium animos. Quintil. lib. 6. cap. 1.
 Pracipere animo. Tacit. 1. Ann. 57. Præceperant animis orationem Patres.
 Pragrat animum corpus helteris vitius onussum. Hor. 2. Serm. 2. 78.
 Praefare animum. Cic. 1. Fam. 9.
 Premitur ratione animus, vincique laborat. Pers. 5. Sat. 39.
 Prohibere ludo animum. Virg. 4. Georg. 105. Promete

Promere animos & vires. Virg. 5. JEn. 191.

Prospicere animis. Cic. 5. Verr. 218.

Pulsare animum. Lucret. lib. 4.

Quatere stabilem animum. Patrec. lib. 2. Tantus hujus belli motus fuit, ut stabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia Caesaris Augusti animum quateret, atque terret.

Recipere. Ter. Adelph. 3. 2. 26. Quid festinas mi Geta? animum recipe.

Recolligere animum alteri, pro Abaleniatur in gratiam restituere. Cic. 1.

Att. 5. Quod scribis, etiam si cujus animus in te esset offensio, a me re-colligi oportere, quid dicas: neque id neglexi.

Recurrabant animo vetera omnia. Tacit. 2. Hist. 78.

Reddere aliqui animum. Hor. 1. Carm. 16. 28.

Reddere animum finitis amorous. Hor. 1. Carm. 19. 4.

Reddit animus. Ovid. 6. Epist. 31.

Referre animum a parvis ad majora. Ovid. 3. de Arte Am. 499.

Reficerre animos. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Refringit & abjecit animum pudor vapulantis juvenibus. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Regere. Hor. 1. Epist. 2. 62.

Regere dictis animos. Virg. 1. JEn. 153.

Relevare. Ter. Adelph. 4. 3. 11.

Reliquerat animus hanc modo, i. e. Desecrat eam animus. Plaut. Mil. 20.

Restituere animum. Sen. Hippol. 8.

Retardare animos alicuius, atque impetus. Cic. 1. Vert. 33. Sunt alia magis occulta furt, que ille, ut iktius (credo) animos atque impetus retardaret, cum Quaestore suo benignissime communicavit.

Revocare animos, moctumque timorem mittite. Virg. 1. JEn. 202.

Revocare a metu animos perterritos. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Revocare ab ira. Ovid. 2. Trist. 557.

Savire animis. Sen. Herc. fur. 6.

Sedet animo fixum immotumque. Virg. 4. JEn. 15.

Solaris animum dolentis. Sen. Octav. 2.

Solicitare. Cels. lib. 3. cap. 22.

Solvere arctum animum. Hor. 2. Serm. 6. 83.

Spernere animo aliquem. Virg. 3. Ecl. 74.

Stare animo, i. e. Sanum esse animo. Hor. 2. Serm. 3. 213.

Stimulatus animus furenti rabie. Catull. 61. 4.

Subibunt animos juvenum majora intellectu, velut parum aptos. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Subigere animum. Hor. 2. Carm. 1. 24.

Submittere animos. Stat. 4. Theb. V. SUBMITTO.

Sumere animum. Ovid. 1. Fast. 147. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Sumere obsequium animo suo. V. OBSERVUM.

Surrexerat intentio animis. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Sufcipere animum. Cic. Vide quem vobis' animum suscipiendum poteris. Pro L. Manil. 11.

Sufpendere animos. Ovid. 7. Met. 308.

Suftentare, ut, Animus, qui in ardore pugnae corpus sustentaverat, liquit. Curt. lib. 8. 2. 38.

Tangit honor animum. Virg. 12. JEn. 58.

Tenere animos incertos. Sen. Thylest. 8.

Tenere animos novitate. Ovid. 4. Met. 284.

Tentare precando. Virg. 4. JEn. 113.

Terrere. Virg. 2. JEn. 755.

Terrificare. Virg. 4. JEn. 210.

Tollerare animos. i. e. Superbire. Plaut. Truc. 2. 8. 10.

Tollerare dictis. Virg. 9. JEn. 127.

Torpore animo. Hor. 1. Epist. 6. 14.

Defixis oculis, animoque & corpore torpet.

i. e. Hebet. Vel

potius Stupore haeret & deficit. exp. Vet. Schol.

Tremere animo. Cic. 1. Q. frat. 1.

Tumere animis. Sen. Troad. 12.

Turbare animos. Virg. 1. JEn. 515.

Valere animo. Cic. 7. Fam. 1. Sin hac qua cetera mirantur, contemnenda duxisti: & quam per valetudinem posses venire, tamen noluisti: utrumque latior, & fine dolore corporis te suffice, & animo valuisse, quam ea qua sine causa mirantur alii, neglexeris.

Versare animum in omnes partes. Virg. 4. JEn. 286.

Verfare aliqd animo. Tacit. 2. Hist. 78.

Vertere animum ad jura civilia. Ovid. 15. Met. 832.

Vexare animos. Sen. Agam. 2.

Alia ex aliis cura fatigat

Vexatque animos nova tempestas.

Videre animo. Ovid. 16. Epist. 37.

Vince animos iraque tuam, qui cetera vincis. Ovid. 3. Epist. 85.

Vocant animum in contraria cura. Virg. 12. JEn. 487.

Volutare animo eventus. Virg. 6. JEn. 157.

Uti animo suo. Curt. lib. 7. 7. 18. i. e. Animi sui impetum sequi.

Animus, pro Libidine a ratione averfa, more Graec., qui *λύπη* ita accipiunt. Plaut. Trin. 2. 2. 24. &c. Si animus hominem percult, actu est. Ter. Adelph. 1. 1. 8. Uxor, si celles, aut te amare cogitat, aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi. Sic & apud Horat. 4. Carm. 7. 19.

Cuncta manus avidas fugient haeredis, amico

Que dederis animo. i. e. Quae in curando corpore, & explenda libidine consumfseris. Lambinus.

Animi, Vocabulum ad Bellis quoque translatum legas apud Cic. 1. Tusc. 80. Quarum animi sunt rationis expertes. Et Apul. de Deo Socr. p. 54.

Equinum ipsum nudum & folium corpus ejus & animum contemplamur. V. supra Calidus animis.

Animus ad aliqd. Cic. 5. Verr. 130. Quum ejus animum ad persequendum non negligenter tardaret, sed conscientia sceleris, avaritiaque sua refrenaret.

Apud animum. V. APUD. Certum apud animum constat. V. CONSTO.

Cum, vel In animo cogitare. V. COGITO.

Ex animo & Simulate, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 168. Ex animo aliqd facere. Cic. 9. Fam. 16. Ter. Eun. 1. 2. 95. Et Adelph. 1. 1. 47.

& Cic. 11. Fam. 22.

Bene velle aliqui ex animo V. in BENE. Videtur autem intelligi Ex toto animo. H. St.

VOL. I.

Ex animo suo colligere aliquid. Ovid. 11. Epist. 88.

In animo habere. Cic. 8. Att. 10. Et pro Rofc. Amer. 91.

In animo inflitare. V. INSTITUTO.

Ut mihi est in animo facere, i. e. Ut decrevi, ut proposui. Cic. 5.

Att. 14. V. IN.

In animis & judicio alicuius esse. V. IN.

Multum animi habere ad maledicendum. Cic. 2. de Orat. 84.

Sine animo miles. Cic. 1. Att.

Animo procurator non intervenit, sed affectionem amicalem promisit.

Ulpian. in l. Idemque. D. Mandati. i. e. Non tanquam procurator, sed ut amicus.

Animo uxoris habere mulierem. i. e. Tanquam uxorem. Ulp. in l. Si uxor. §. Sed & in ea. D. ad leg. Jul. de adult.

Animi cauta. Cic. 7. Philipp. 18. Et qui illud animi cauta fecerit, hunc preda cauta quid facturum putatis? Plaut. Epid. 1. 1. 43. Cur em emit? t. animi cauta.

Anime mi. Vox blandientis. Plaut. Asin. 3. 3. 74. Da meus ocellus, mea rosa, mi anime. Ter. And. 4. 2. 2. Anime mi, noli te macerare.

ANIMULUS, [*ἀνιμός*] dimin. ab Animo, blandienti causa. Plaut. Cap.

ANIMO, [*ἀνιμός*] are. Addere animum, incitare, accendere. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 386. — animare ad criminis taxos. Animare, Ut animet: h. e. accendat. Nam Zenoni Stoico animus ignis videtur, ut inquit Cicero. Haec enim Janus Parrhasius.

Animare aliqd, Animam ei dare. Ovid. 4. Met. 619.

Gorgonei capitis guttae cedidere cruentæ,

Quas humus exceptas varios animavit in angues. h. e. In serpentes vivos formavit, seu mutavit. Sic

Animati [*ἀνιμάται*] dicuntur in utero corpora: tuncque ab Anima formatu v. live ab Animo, quum pro anima capit. Columel.lib.8.cap.5.

Diebus quibus animantur ova, & in speciem volucrum conformantur. h. e. Animam vitalem accipiunt. Plin. lib. 7. cap. 15.

Animari atque formari. Cic. 2. de Divin. 89. Perinde tuncunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari.

ANIMANS, antis. [*ἀνιμώντας*] Nomen ex partic. absolute possum pro Animi, nunc in f. nunc in n. rarius in m. legitur. Def. Cic. 1. de Legib. 26.

Nam quum ceteras animantes abjecerit ad partum, folium hominem crevit.

De m. Hor. 2. Serm. 1. 40. Quer quam animantem. Cic. de Univers. 15. A quo enim animante omnes reliquias contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquias forme concluduntur.

In n. Cic. de Univ. 32. Nullius protecto eorum quidem quæ sunt nobis nota animantia.

Lactantius fœm. generis passim, ut Ceteræ animantes 69. Alias animantes 293. H. St. [V. Voss. de Analog. 1. 6. & 33.]

ANIMÆQUUS, a, um. [*ἀνιμοειδής*] Moderatus, tolerans, minime querulus in adversis, denique omnia aequo animo serens. Calep. Gloss. Lat. Gr. Animæquus *ἴσημος*. V. AQUUS & EQUANIMUS.

ANIMATUS, a, um. [*ἀνιμώντας*] Partic. Cic. 1. Tusc. 54. Animatum quod est, id motu cictur interiore & suo. Apud Claud. de 3. Conf. Hon. 114. Saxa Orpheis animato modis. Lucret. lib. 5. 146. Vitalitas animata. Animatus, [*ἀνιμώντας*] Aliqua voluntate, aut animo affectus. Cic. 11. Fam. 28. Ita paratus atque animatus esse debes: i. e. Sic animo affectus: & (ut ita loquar) dispositus. Plaut. Amph. 2. 2. 130. Ita animatus fu, itaque nunc sum. ut ea te paterna donec.

Infirmus animatus. Cic. 15. Fam. 1. His rebus allatis, eti si intelligebam so-fios infirme animatos esse, novarum rerum expectatione suspensos: sperbam tamen, &c.

Animatus melius, quam parvus. Cic. 6. Fam. 6.

Hostili animo adversus Rempublicam, vel principem animatus. Ulp. in 1. ult. D. ad leg. Jul. magis.

Animatus erga, vel in aliquem. Cic. 15. Att. 12. Videbaturque erga nos-tros *λύπη* ita fore, ut nos vellemus, animatus. In hac significatione sepius ponitur cum adverbio Bene vel Male.

Male animatus erga aliquem. V. MALUS adj. Suct. in Vitel. cap. 7.

Animatus erga principem exercitus.

Animatus sum, cum infis. Plaut. Pseud. 5. 2. 25. Nempe ita animati estis, vos vincere hoc duritia tergi. Idem Trucul. Siquid animatus est facere.

ANIMATIO, ónis. f. [*ἀνιμώντων*] Cic. de Univers. 31. Erant autem animantium genera quatuor, quorum unum divinum atque celeste, alterum pennigerum & aereum, tertium terrestre, quartum divinae animationis. h. e. Animam habens divinam, seu divino animo præditam. Hominem significat.

ANIMATOR, óris. m. Qui vitam dat. Tertull. adv. Herm. cap. 32. Prudent. in Rom. 788.

ANIMATRIX, Tertull. adv. Gnoft. cap. 12.

ANIMATORIUS, a, um. Gloss. Gr. Lat. *χύτης πτηνόθερη*, olla animatoria, i. e. Pertusa.

ANIMATUS, ūs. m. Idem quod Animatio. Plin. lib. 11. cap. 3. Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipso spiritu viventia docuimus.

ANIMABILIS, e. Adj. Cic. 2. de Nat. Deor. 91. Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabilis spirabilis que natura, cui nomen est aer. Dictione Spirabili interpretetur quid significet Animabile: ut enim Spirabili aer dicitur, unde potest dici spiritus, sic Animabilis, unde anima.

ANIMATUS, [*ἀνιμώντας*] significat Animo tenus, vel tanquam ipsum animum, quemadmodum Oculitus & Medullitus. V. Nonius 2. 608.

ANIMOSUS, a, um. Adj. [*ἀνιμεστός*] Magno animo præditus. Habens in se animi vehementiam. Cic. 2. Tusc. 11. Videremus quid esset fortis & animosi viri. Idem 1. Tusc. 19. Animus autem alii animam, ut forte nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus, & animos, & bene animatos. Idem de Senect. 72. Ex quo fit ut animos etiam senectus sit quam adolescentia, & fortior. Fortes & animosi. Cic. pro Milon. 93.

Bella animosa gerebant juvenes. Ovid. 5. Fast. 59. i. e. Animosa, vel magno animo, vel ipsi animosi, vel cum laude magnanimitatis & fortitudinis.

Colla animosa præbere fecuri. Ovid. 4. Trist. 2. 45.

Corruptor. Tacit. 1. Hist. 24.

Contentio. Plin. lib. 10. cap. 29.

Equis. Ovid. 4. Trist. 6. 3.
Euri. Virg. 2. Georg. 441. i. e. Vehementes.
Frigus. Stat. 6. Theb. 395.

Leones. Claud. de Bell. Gild. 423.

Pectus. i. e. Nodusum & eminens. Virg. 3. Georg. 81.

Luxuriantque toris animofum pectus. De equis. Servius. [Imo Animof i. e. generof pulli. V. ANIMUS.
Pericula. Martial. lib. 12. 14. Audacie plena.
Vento animofum impulsa janua. Ovid. 1. Amor. 6. 51. i. e. Vehementi.
Allufit ad ventos, qui & animæ dicuntur.
Animofus in armis. Ovid. 13. Epift. 91.
Animofus rebus angustis. Hor. 2. Catim. 10. 21. i. e. In rebus adversis magnanimes.

A NI M O S E , [Ανιμος] Adv. Magno animo. Cic. 4. Philipp. 6. Nec folum id animofe & fortiter, sed considerate etiam sapienterque fecerunt. Idem 3. Tuse. Ani mof defendere.

Graviter, magnifice, animofequ vivere. Cic. 1. Off. 62.

Animofissime aliquid comparare, seu emere. Suet. in Cæs. cap. 47. Gemmas, toreumatis, ligna, tabulas operis antiqui, semper animofissime comparasse. i. e. Sine ullius preti respectu. V. Torrent. & Cafaub. ANI M O S I T A S , atis. f. [Ηνωσ] est Vehementia & impetus animi, fedem habens in corde, quan Speiuppus definit esse Impetus violentum partis animæ irrationalis, abfque ratione & ordine mentis. Firmic. l. 8. c. 12. Ad faltandum aptus, & qui scenicas artes studiofa animofitate perdiscait. Macrob. Sonni. 2. 12. in plur. Animofitas dixit, & August. Epift. 162. Equi animofitas. Sidon. 4. 3. conf. 7. 1. Et Arnob. 3. p. 100.

ANIO , onis, vel ANIEN , enis. [Ανιο] Fluvii nomen in Tiberi influentis: quem dictum putant ab Anio Hetruscorum rege ibi sepulso. Plin. lib. 3. cap. 12. Anio in monte Trebanorum ortus, lacus treis amocitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberi. Strabo lib. 5. Anio ex Alba decurrens, præter Latinam Marforum urbem, & propinquum illi campum, quoque Tiberi intret. Ibid. paulo post. In Roma confeptu sunt Tibur, Praenæ, & Tufculum. Tibur quidem Herculeum est, & catarrhaeta, id est Defensum, est quam facit Anio, ubi navigabilis esse incipit, quum e sublimi profundam in vallem præcepis defertur, & per urbi ipsi vicina nemora. In has planite Anio fluit, &, quas nuncupant Albulas, aquas frigidas multis & fontibus edentes, variis ad morbos salutares cum potu, tum infœctionibus admissas. Haec Strabo. Ex Aniene duo aquarum ductus Roman perdcebantur: quorum alter Anio vetus, alter Anio novus nuncupabatur. De quibus Frontinus lib. 1. de Aqueduct. Vid. Etiam Lex. Ptaefci.

Gelidus Anio. Virg. 7. Æn. 682.

Quique altum Prænefti viri, qui que arva Gabinae
Junonis, gelidumque Anienem, & roſida rivis
Hernica fax colunt. Anio (inquit Servius) fluvius haud longe ab urbe est: fed hic euphoniam sequitus est. Nam Ennius Antonem dixit juxta regulam.

Pomifer. Propert. l. 4. 7. 81. Ramofis Anio qua pomifer incubat arvis. Pomofis & Spumifer Brockh. q. v.

Præces. Sil. Ital. lib. 12.

Præcepis ad ripas immanni turbine fertur,
Sulphureis gelidus qua serpit leniter undis,
Ad genitorem Anio labens sine murmure Tibrim. Præcipitem vocat propter catarrhaeta, quam facit. Hor. 1. Carm. 7. 13.

Et præcepis Anio, & Tiburni lucus, & nda

Mobilibus pomaria rivis. Præcepis Anio, (ait Acror) aut per devenia cadens, aut rapidus.

Anien etiam dicitur. Stat. 1. Sylv. 5. 25.

Quas præcepis Anien, atque exceptura natatus

Virgo juvat.

ANIENUS , i. Ejusdem fluvii nomen. Propert. lib. 4. 7. 86.

Hac Tiburtina jacet aurea Cynthia terra,

Accedit ripa laus, Aniene, tuz. conf. Stat. 1. Sylv. 3. 70.

ANIENUS , a, um. Adj. [Ανιεν] ut, Aniena fluenta. Virg. 4. Georg. 369.

Unde caput Tiberinus, & unde Aniena fluenta.

Lympha Aniena. Propert. lib. 3. 15. 4.

Nox media, & domina mihi venit epiftola noſtræ,

Tibure me missa juſt adiffe mora.

Candida qua geminas ostendunt culmina turres,

Et cadiit in patulos lympha Aniena lacus.

ANIENICOLA , æ. [Ανιενικολ] Qui accolit Anien. Sil. 4. 225.

Quosque sub Herculeis taciturne flumine muris

Pomifera arva creant, Anienicolaque Catilli.

ANIENSIS , e. Adj. Ut Aniensis tribus. Cic. pro Planc. 22. & 8. Fam. 3. V. TRIBUS.

ANISO CY CLA , örum. [ἀνισοκύκλα] Organæ ex multis inaequalibus circulis. Vitruv. 10. 1. V. Bald. Lex. p. 8.

ANISTIUS Lacon & Philonides, Alexandri magni curfores, a Sicyone Elin usque mille ducenta stadia uno die transuerter. Solinus cap. 6.

ANISUM , i; & ANIDS . (Th. Prician. de Dīct. c. 10.) [Ανίσον, η ανισο] Herba. Plin. l. 20. c. 17. Et anisum adversus fcorporis ex vino bibitur. Pythagoras inter pauca laudatum, five crudum, five decoctum. Item, Viride omnibus que conditior, queaque intinguntur, defideratum. Et paulo post: Quin ipsum cris habitum jucundiorum facit, foxtremque tollit manducatum, matutinis cum smyrneo & melle exiguo, mox vino collutum. Et paulo post: Ob has caufas quidam Anticetum vocaver. conf. Celf. 2. 71. Columel. lib. 12. cap. 15. Pallad. Febr. 1. 14.

ANISUM , [Ανίσο] Urbs esse videat Sicilia, Ovid. 4. Faſt. 467.

Janque Leontinos, Anifenaque flumina cursu. Præterit. Ut flumina Anifenæ, aut anisum flumen quod Aniso præterlabitur. Nisi flumen Anifenæ dicat, pro Aniso flumine. [ANISUS vel Anafus H. Noricj, de quo Geogr. V. hodie En. Apud Ovid. autem Amiciana legendum. V. Supra AMENIANUS.

ANITIUS , Viri Preneftini nomen, qui una cum Cn. Flavio Appii Cæci ſcriba, adilis curulis fuit, eo anno quo uſus annulorum etiam plebi permifſus est, quam ante foli Senatores & Equites annulos geſtarent. V. Plin. lib. 33. cap. 1.

ANIUS , Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrum filium. Virg. 3. Æn. 80.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique facerdos. Plura de eo Diod. Sicul. lib. 5. p. 229. Filia eius ex Dorippe fuere tres, de quibus Ovid. 13. Met. Fab. 4. & Serv. ad Virg. V.

ANNA , [Αννα] Dea, ab Annis quibus praefidebat, vocata eft, & illi mense Martio privat & publice ſacrificabant, qui eis annare & perennare lifceret. Fuit enim Beli filia, foror Didonis, quæ poftquam mortuam fororem vidit, & Carthaginem ab Hiarba Gætulorum rege occupatam, relicta fede prætina ad Battum regem, qui Melita inſula imperabat, curfum aperte. A quo jure veteris hoſpiti benigne ſucepta, duos, & ultra, annos ibi manit. Sed quum Pygmalionem fratrem jam cum arnis adventare diſcifet, Battus veritus potentiā illius, Annam ut inde abiret horatus eft. Mox igitur mare ingredita, dum Cameram navigare contendere, vi tempeſtatis acta in Laurentum oram pervenit, ubi jam Æneas pacatis rebus, & dœcta uxore Lavinia, imperabat. Hic tum forte fofo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam apfxerit, & vix fibi peruaderet poſset eam eſſe, tandem agnitus compellat. Timuit illa principio, fororis cafum ante oculos ponens: poftea vero ab illo benigne invitat, in regiam cum eo profecta eſſe. Cui mox Lavinia amore coniugis ſuceptum habens, tendere infidias coepit. Sed Anna in fomnis a Didone monita ut infaſtum domum relinqueret, fatim per feneſtam exilit. Quumque citato curfu ad Numicium annem pervenisset, in eum fe praecipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam queritantes per Laurentem agrum proficifuntur. Apparet veltitia pedum usque ad Numicium annem, ultra nihil videtur. Quod dum admirandis fe- cum animis volant, ipſa loqui vix eft:

— placidi fum nympha Numici:

Amne perenne latens, Anna Perenna vocor. Ovid. 3. Faſt. 146. & 523. 543. & feq. Quapropter lati convivia celebrarunt, eam pro dea venerantes: quem ritum poſtea longifimo tempore fervarunt. V. Sil. 8. & Macrob. 1. Saturn. 12. & Lexit. Ptaefci.

ANNEAUS . Nomen Gentis Ro. Ex qua multi illustres viri extiterunt. Inter ingenia quidem Seneca, Lucanus, Florus, de Quib. V. f. l. Ap. Tac. 16. Ann. Annaus Mella Lucani pater & 13. Annaus Serenus, Praefectus vigiliū Neronis, qui fungi quodam genere uſus in cibo, interemptus eft. Ut tradit Plin. lib. 22. cap. 23. Memoratur præterea Annaeus Gallio, Statius Seneca notus medicus, aliique. Scribitur & ANNÆUS.

ANNALES , ANNALS , ANNARIA . V. ANNUS.

ANNARUS , [Ανηρ] Babyloniorum ſatrapes, qui inter ceteros hellunes tanti luxus ſuſſe proditor, & tam profunda gulæ, ut ſtola muliebris amictus, mero & unguento madens, centum & quinquaginta pfaltrias ſimilis accutibus, velut officina nequitæ, magnis effusionibus cœnataret. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 22.

ANNASCOR , V. ADNASCOR. & AGNASCOR.

ANNATO . V. ADNATO.

ANNAVIGO , ANNAGIVATIO . V. ADNAVIGO.

ANNECTO , xxi, xum, [Ανεκτός] ēre. Simil noctere, alligare. Plin. lib. 10. cap. 37. Epiftolas annexas earum pedibus. Idem lib. 4. cap. 1. Infum lam continent annectens. i. e. Conjugens.

Mentum annectere pectori, & caput ſcapulis. Celf. lib. 4. cap. 3. Morbus qui modo caput ſcapulis, modo mentum pectori annectit.

Annecti ad. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Paulus ſupra quam ad linguaſt ſtachus annectitur. Pro eo quod eft, Lingue annectitur.

ANNEXUS , a, um. ut, Annexus in re aliqua. Plin. lib. 28. cap. 8. Cor annexum in lana ovis nigre.

Annexam ſcapham pupi ſinūculis trahebat. Cic. 2. de Invent. 154.

ANNEXUS , us. Tacit. 3. Hist. 34. Igitur numero colonorum, oportunitate fluminis, ubi agri amnu ex coniubiliſque gentium adolevit, floruitque.

ANNELLUS , V. ANNULUS.

ANNIBAL , vel HANNIBAL , alis. Juven. 6. Sat. 169. alis. Gell. 4. 7. [Ανιβαλ] Nomen Ducis Carthaginensis praefiantifimi. Qui a pueritia familiare patre in carnis verſatus, quum minor vigintiquatre annis eſſet imperator electus, Hispaniam bello subegit, Alpes tranvit, quæ invicte videbatur, Romanorum duces tribus præficiit, Romanosque maxima clade apud Cannas affecit. De hujus ingenio, V. Liv. 21. 4. De auſtoritate, Idem 28. 12. de morte 39. 51. & 56.

Alius Annibal vel Hannibal, Gisconis filius fuit, quem nonnulli Asdrubale natum & ſeniorē appellat, tradunt, fed falſo, ut docuit Cafaub. ad lib. 1. Polyb. p. 186.

ANNIBALIS Cætra, dicitur Portus quidam magnæ Græciae, in ea peniſula quam Terineus finus efficit. V. Plin. lib. 7. cap. 10.

ANNICERIS , [Ανικερις] Philosophi nomen Cyrenensis, Aristippi discipuli, apud Strab. lib. 17. Qui Cyrenaicam ſectam emeritavit, & ab ea Anniceriam introduxit. V. plura apud eund. Et Cic. 3. Off. 33. Et Laert. in vita Aristippi. Idem an alius fuerit, qui Platoni a Dionyſio venerandus redemit, de quo Laert. in Plat. ambigitur, equorum agitatione ac curruim nimio plus libi placeat, ac ſiepe numero eius rei moleſtus offenterat. De hoc, & Platoni de eodem judicium vide apud Cels. Antiq. Lib. 17. cap. 31. Eliani. V. H. 2. 27. ubi V. Periz.

ANNICULUS , ANNIFER , V. ANNUS.

ANNIHILATOR , Glosf. Gr. Lat. 1261.

ANNITOR , ANNISUS , & ANNIXUS , ANNISURUS , & ANNIXURUS , V. ADNITOR.

ANNIVERSARIUS , V. ANNUS.

ANNIUS , Nomen gentile Romanorum cuius nominis multi apud Cic. occurrunt. V. Fidu. Uſc. Familiis.

Annia Romana vidua, quam cum propinqui monerent, ut alteri viro numeret, negavit se facturam, ne ſi bonum nacta eſſet, perdere, ut priori, timeret, ſi malum, amilli desiderium augeret. Ex Eralmi Apoph.

ANNO , V. ANNUS & ADNO.

ANNOMINATI , Ciceroni dicitur, quæ ἀνανοματια Græcis. V. Voff. Rhet. 5. 5. 1.

ANNONA , ANNOSUS , V. ANNUS.

ANNOTINUS , V. Annona, in ANNUS.

ANNÖTO , [ἀνοπέρως, ἀνοπάνω] ēre. est proprie Notam aliquam adiudicere: ut quum in libris nostris aliquid lignamus, ut inveniatur facilis. Author Corn. Fronto, ſcribitur & Adnoto.

Annotare etiam dicitur, qui memoria causa aliquid refert in commentariis suum. Columel. lib. 12. cap. 3. Sciret unde daret, & meminisset, atque annotaret, quid, & quando, & cui dedisset. Quintil. lib. 1. De quibus in Orthographia pauca annotabo.

Annotare dicuntur scriptores, quom aliquid memorie produnt. Plin. lib. 7. cap. 48. Quia in re & illud annotare succurrit. Legere, adnotare, exerceperit aliquid ex libro. Plin. Epist. 5. lib. 3.

Annotare aliquid cursum. V. CURRUS.

Annotare est. Plin. lib. 2. cap. 25. Brevisimum quo cernerentur spatium, septem dierum annotatum est. pro, Observatum est ac deprehensum, aut a scriptoribus memorie proditum. Utroque enim modo verbum accipitur. Sic idem lib. 28. cap. 2.

Annotari. Plin. lib. 3. cap. 5. Haec litora fontibus calidis rigantur: praeceps cetera in toto mari conchylio & pise nobili annotantur: i. e. Notabilia sunt, vel insignia.

Annotare, pro Decernere. Suet. in Calig. 27. Quum ad saginam ferarum muneri preparantibus carius pecudes compararentur, ex noxiis lanianos annotavat. Budaeus.

Annotare reus dicitur, qui absens in reos refertur. Nam in gravioribus crimibus, Magistratus, qui absentem in reos recipiebat, edicta pronobat, quibus illi denuntiabat fore, ut nisi intra annum adefset, ejus bona publicarentur, uti Martianus docet l. 1. & 2. D. de reis.

Annotare quoque est, quum praes notat qua quemque poena damnatum cense dignum, idque ad Imperatorum rescribit. l. 1. D. quando appell. & l. 6. §. presides. D. de interdict. & relegat. Hotomanus.

ANNOTATUS, a, um. Plin. 2. 25. Spatium septem dierum annotatum.

Annotatus censibus, idem quod Ascriptitius, Censibus adscriptus. in 1. Si quis. & 1. Quisquis. C. de episc. & cleric.

ANNOTATIO, ōnis. f. est Nota ad aliquam rem adjectio, Observatio. Annotations facere. Gell. Praef.

Annotatione item est, Abfensis in reos relatio. Macer. in l. 4. D. de reis. Dicitur etiam Principis rescriptum sua manu subnotatum. I. jubeamus. 10. C. de facrof. eccl. Hotom.

ANNOTATIUNCULA. Gell. lib. 17. extr. Quum finem preposuerimus annotationiculis istis bellum P. secundum.

ANNOTATOR, ōris. m. [ἀναγράφω] Qui aliquid annotat. Plin. in Paneg. cap. 49. Non enim ante medium diem diffitent, solitaria cena spectatores annotatorque convivis suis inimines? h. e. Observeator, ut videat notes, & oberves quantum quisque aut edat, aut bibat.

ANNOTATUS, ūs. m. Val. Max. 9. 12. ext. 1. Mortes dignae annotatu.

ANOTAMENTUM, Idem quod Annotatio. Gell. 1.7. Veterum locutionum copiam his annotamentis inspersimus.

ANNUATUM. V. ANNUS.

ANNULUS, i. m. [δακτυλός] Note significationis. Cic. 5. Verr. 185. Sepe enim nostri imperatores, superatis holiibus, optime Republica gesta, scribas fuas annulus aureis in concione donarunt. Annulus aureus, insignia erat equitum ordinis. Hor. 2. Serm. 7. 53.

— Projectis insignibus, annulo equestri, Romanoque habitu.

Annulus signatorius. Valer. lib. 8. cap. 14. 4. de L. Sylla. Convertere annuli palam ad palman. Cic. 3. Off. 38. V. PALA.

Detrahere annulum & Induere, contraria. Cic. 3. Off. 38. Fulget annulus ingens. Juven. 7. Sat. 140.

— Ciceroni nemo ducentos. Nunc dederit nummos, nisi fulgerit annulus ingens.

Imprimere annulo sigilla. Cic. 4. Acad. 85.

Induere digitis annum. Plin. lib. 33. cap. 1.

Annuli etiam sunt Crispati in orbem crines. Martial. lib. 2. 66. Sumuntur & pro Vinculis sive Compedibus. Idem lib. 3. 29. Et l. 11. 38. conf. Colvii Not. in Apul. p. 130. & Kirchm. de Annulis, c. 1. & Pittisci Lex. in voce.

ANNELLUS, dimin. [δακτυλίδιος] Hor. 2. Serm. 7. 9. — siue notatus

Cum tribus annellis. V. Lambin. p. 217. Cic. 5. de Fin. 3. Epi- curi imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, & in annellis habent. Sic legit Nonius: nunc Annulis legitur. Vid. Laurenb. Antiq. p. 28.

ANNUARIUS, i. m. [δακτυλοθεστός] Annulorum artifex. Cic. 4. Acad. 85. An tibi erit querendus annularius aliquis, quoniam gallinarium inventi Deliciam illum qui ova cognoscet?

ANNUARIUS, a, um. Adj. ut, Annulariae sculae, apud Suet. in Aug. cap. 72. Scalas annularias dici suplicatur Beroaldus, quae in cochlearum figurantur, & orbicularia figura inflata annulorum rotundantur.

ANNUATUS, a, um. [δακτυλιώτας] i. e. Annulus ornatus. Plaut. Pcen. 5. 2. 21. Quia incedunt cum annulatis auribus. De his loquitur, qui in perforatis auriculis annulos gefstant. V. IN AURIS.

ANNUARIS, e. [δακτυλαρχός] ut, Annularis digitus. Gell. 1. 10. c. 10. Macrob. 7. 13. Annulare coloris genus candidum ex Creta, &c. Vide Plin. 35. 6. extr.

ANNUMERO, [τομούσιος] āre. Proprie significat Numero aliiquid addere, vel Ad numerum adjungere. Cic. 2. de Divin. 3. Atque his libris annumerandi sunt sex de Repub. Ovid. 4. de Pont. 16. 4.

— & milii nomen

Tunc quoque, quum vivis annumerarer, erat. i. e. Nominarer. Annumerare, interdum significat idem quod simplex Numerare. Cic. 1. de Nat. Deor. 2. Ut eorum molestum sit annumerare sententias.

Computare & annumerare literas. V. LITERA.

Verba lectori. Cic. de Opt. Gen. Orat. 14.

Annumerare, dictum de pecunia. Plaut. Merc. Prol. 88. Talentum mihi argenti ipse annumerat sua manu. Cic. 5. Verr. 195. Quum tibi Senator ex arario pecuniam prompissit, & singulos tibi denarios annumerasset.

Annumerare cum aliquo. Cic. in Sallust. 4. Una cum illis annumeratus es. Annumerare in. Cic. pro Rofc. Amer. 89. Verum ego forsan propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. Ovid. 5. Trist. 4. 20.

Se quoque in exemplis annumerare solet.

ANNUMERATUS, a, um. Macrob. in Somn. Scip. 1. 6. Varr. 2. de R. R. 2.

ANNUMERATIO. ōnis. f. Modeft. Jct. I. 13. §. 2. de Excusat. Annumeratio dicuntur.

ANNUNTO, [ἀναγγέλω] āre. Idem quod Nuntio. Cic. 5. Att. 11. Que mihi annuntiabantur. V. ORNUNTO.

Annuntiare & longinquu. Plin. lib. 7. cap. 52. V. LONGINQUUS.

Annuntiare futurum alicui, pro Salutem dicere. Cic. 12. Att. 1. Eique interea (ut scribis) futurum annuntiabis.

ANNUNTIATIO, ōnis. f. Cic. de Fato cap. 12. Hec annuntiatio vera esse non potest.

ANNUNCIATOR, ōris. m. Tertul. adv. Marc. 4. 7. Augustin. Tom. 10. Scrm. 14. de Sanctis.

ANNUO, ui, [νῦν] āre. proprio Nutu (i. e. signo capitis) assentiri. Virg. 9. Æn. 106.

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Annui, prateritum antiqu. Ennius,

Annuvit feso mecum decernere ferro. i. e. Annuit Turneb.

Annueri toto capite aliiquid. Cic. 2. de Orat. 285.

Annueri, Affirmare. Plaut. Bacch. 2. 2. 9. Ego autem venturum annuo.

Poteat hic accipi pro eo quod est, Promitto.

Annueri, Verbo ipso afflentiri. Ter. Eun. 4. 5. 31. Ne abscedam impre- rat: in interiori parte ut manecum folis cum fola, annuo.

Annueri, oculorum significantiam esse decreverint. Plaut. Alim. 4. 1. 39.

Nec illa ulli homini nutet, nīctet, annuat. Ex Nonio.

Annueri, aliuci, Promittere. Virg. 1. Æn. 250.

Nos tua progenies coeli quibus annuis arcem.

Annueri aliquem, Nutu significare. Cic. 3. Verr. Erepta est facultas eo- rum quos ite annuerat.

Significare & annueri. Cic. 5. Verr. 213. Hoc enim mihi significasse & an- nuisse vifus est.

Annueri, i. e. Favere. Virg. 1. Georg. 40.

— atque audacibus annue ceptis. Ovid. 7. Met. 178.

— & praefens ingentibus annuat ausis.

Superest ut promissi Deus annuat. Plin. Epit. 22.

Si Deus annuerit, i. e. Faverit, vel deederit quod optamus. Plin. Ep. 144.

Ore sereno vel facilis annuere. Martial. lib. 2. 24.

— quad si Deus ore sereno.

Annuerit, felix Candide folis eris.

Quibus facilis Deus annuet ore. Propert. lib. 1. 1. 31.

Annueri, Concedere. V. ABNUERE.

Annueri victoriam. Virg. 12. Æn. 187.

Si nostrum annuerit nobis victoria Marteni. pro, Si Mars an- nuerit victorianum.

Annueri nutrum. Liv. 7. 30. Annuite p. c. nutum numenque vestrum in- victum Campanis, & jubete sperare incolumem Capuum futuram. Hoc eadem figura dictum est, qua Vivere vitam, & Servire servitutem. [Qua Latini rarius, Graci frequentissime, praetertim Attici utuntur.

ANNUTO, vel ADNUTO, [ἀναγνωστός] āre. frequent. Fest. Plaut. Merc. 2. 3. 100.

ANNUTANS, Apul. 10. Met. extr.

ANNUS, i. m. [εἰρηνή, ἔτος] Quid sit, vulgo notum est. Festus, An- nus ex Graco venit, quem illi ἔτος dicunt, & quod nos Triennium, illi dicunt τριετής, τριετος. Servius, Annus dictus est quasi Anus: unde An- lus, quod in fe redact ut est,

Atque in fe per vestigia volvitur annus. Vel καὶ ἔτος, i. e.

Ab Innovatione: quod videlicet a sidere innovetur & alter fiat. Trias sunt genera annorum: aut enim lunaris annus est xxx. dierum, aut solstitialis xii. mensum. Aut secundum Tullium, lib. 2. de Nat. Deor. Magnus, qui comprehendit 12554. annos, ad Æn. 1. v. 269. V. Voss. P. 4. Inst. Orat. p. 196. & Pitisc. Lex.

Novitas anni. Ovid. 1. Faſt. 160.

Series annorum & stigma temporum. Hor. 3. Carm. 30. 5.

Spatia annorum. Propert. lib. 3. 21. 31.

Tempora vertuntur annorum. Lucret. lib. 5. 1183.

Via anni, folisque. Virg. 6. Æn. 797.

— jaicit extra fidera tellus,

Extra anni folisque vias.

Vices annorum. Sen. Oeth. 11.

Fortior anni. Ovid. 3. Amor. 7. 42.

Gravis anni. Virg. 9. Æn. 246.

Integer annorum. Stat. 1. Theb. 415.

Juvenilior annis. Ovid. 14. Met. 639.

Silenesque suis semper juvenilior annis. h. e. Quam pro ætate.

Qui quum sit senex, agit tamen juvenem.

Maturior annis Remulus. Ovid. 14. Met. 617.

Maximus. Virg. 2. Æn. 339. i. e. Annotissimus.

Obscurior annis. Virg. 7. Æn. 205. h. e. Res minus nota propter temporis longinquantem.

Pharus annus. Claud. de Bell. Gild. 57.

Phrygius. Stat. 5. Theb. 752.

Extremo anni. Tacit. 6. Ann. 27. Extremo anni mors Elii Lamiae func- re Censorio celebrata.

Exitu anni. Tacit. 5. Ann. 11.

Fine anni. Tacit. 15. Ann. 47. Fine anni vulgariter prodigia.

Initio statim anni. Liv. Decad. 1. lib. 2.

Principio anni. Liv. Decad. 1. lib. 2.

Anni apti lufibus. Ovid. 15. Epist. 4.

Alterni anni. V. ALTERNUS.

Bellicosior annus, in quo plus bellorum geritur. Liv. 10.

Bini anni. V. BINI.

Breves. Hor. 4. Carm. 13. 23.

Celeres. Stat. 3. Sylv. 3. 20.

Climactericus. V. CLIMAX.

Consumptus. Sil. lib. 15.

Dissimiles annos solerat temperat artis. Claud. de Piiis Frat. 23.

Emerit. Ovid. 15. Met. 226. i. e. Senectutis anni.

Extremus. Virg. 3. Georg. 304.

— extremonoque irrorat Aquarius anno.

Fauftus. Ovid. 1. Fast. 63.

Fertilis. Propert. lib. 8. 4. 14.

Felior annus eat. Claud. de 3. Conf. Hon. 3.

Florentes. Stat. 3. Sylv. 5. 23.

Fecundus. Ovid. 3. Amor. 10. 37.

Formosissimus. Virg. 3. Ecl. 57. de Vere.

Fugaces labuntur anni. Hor. 2. Carm. 14. 1.

Gravissimus & pestilentissimus. Cic. 5. Fam. 16.

Hypernus. Hor. Epod. 2. 29. h. e. Hypernum tempus anni. Porphy.

Ignavi. Ovid. 1. Amor. 15. 1.

Imunes. Lucan. lib. 8.

Impubes. Ovid. 9. Met. 416. — facietque viros impubibus annis.

Inciipient anni primum diem, latius precationibus invicem faustum omninamur. Plin. lib. 28. cap. 2.

Iners annus, Inertia, vel inerter & nihil agendo consumptus. Ovid. 1. Fast. 168.

Imbellum annum agere. V. IMBELLIS.

Infamis annus pestilentialis. V. INFAMIS.

Insequens annus. V. INSEQUOR.

Intercalaris. V. INTERCALARIS.

Judicialis. In quo multa & quidem severa judicia facta sunt. Cic. in Bruto; 243. Q. Atrius quam omni jam fortuna propere functus, labores etiam magnos exceptifet: illius judicialis anni severitatem, quasi foliē non tulit.

Jutios annos peragere. Ovid. 10. Met. 36.

Juveniles. Ovid. 8. Met. 632.

Lethifer. Virg. 3. Aen. 139.

Locuples frugibus. Hor. 2. Epift. 1. 137.

Longus. Ovid. 1. Met. 273. Idem 4. ex Pont. 4. 23.

Luctifer. Val. Flac. 3. Argon. 454.

Magnus. V. MAGNUS. Dicitur hic etiam Vertens. V. VERTENS.

Magnum sol circumvolvitur annum. Virg. 3. Aen. 284.

Melioribus annis annis. Virg. 6. Aen. 649.

Magnanimi heroes, natu melioribus annis.

Minor annus geminis mensibus. Ovid. 3. Fast. 100.

Molles. Ovid. 1. Epift. 11. i. e. Pueriles.

Nitidissimus. Ovid. 5. Fast. 207.

Novus incipit. Ovid. 1. Fast. 149.

Nubiles. Ovid. 14. Met. 335.

Par annus diversis quatuor temporibus. Virg. 1. Georg. 258.

Piger. Tarde procedens, Diu durans. Hor. 1. Epift. 1. 21.

Plenus. Hor. 3. Carm. 18. 5. h. e. Compleitus.

Plenis annis nubilis virgo. Virg. 7. Aen. 53.

Pomifer. Hor. 3. Carm. 23. 8.

Præceps. Sen. OErth. 8.

Primis annis eximenda vita. Quintil. l. 1. c. 1. Et Virg. 8. Aen. 511:

Proni. Hor. in Arte Poet. 60.

Pubescentes. Stat. 1. Theb. 21.

Pueriles. Quintil. lib. 1. cap. 11. Ovid. 5. Epift. 157.

Robustior. Ovid. 15. Met. 206.

Romanus. Ovid. 3. Fast. 75.

Rudes. Sen. Thyest. 3.

Rudibus annis aliquid percipere. Quintil. lib. 1. cap. 1. & 15.

Seniles. Ovid. 7. Met. 163:

Seri. Ovid. 9. Met. 434:

Sidereus. Valer. 3. Argon. 401.

Sitiens. Plin. lib. 13. cap. 4.

Steriles annos transmittere. Stat. 4. Sylv. 2. 12.

Teneri. Ovid. 4. Epift. 25. Et Perlius 5. Sat. 36.

Turbulentus. V. TURBA.

Velox in terga revolvitur annus. Stat. 5. Theb. 460.

Ablolutus perfectusque. Cic. de Univers. 29.

Accedit annus tertius desiderio & labori. V. ACCEDO.

Accessio annorum. V. ACCEDO.

Addere annum labori. Cic. 1. Q. frat. 1.

Addere annos. Ovid. 7. Met. 168.

Addere duos annos ad duo lustra. V. ADDO.

Adolere ter fenos annos. V. ADOLEO.

Ante atate, i. e. Ætate præcedere, majorem natu esse. Cic. 9. Philipp. Sed quam Servius Sulpitius atate illis anteiret.

Anteiri ab aliis. Tacit. 2. Hist. 101. Æmulatione etiam, invidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteirent, pervertit ipsum Vitellium videntur.

ANTEEXPECTATUM [προπέλευσθαι] Adv. temp. Virg. 3. Georg. 348.

Anteexpectatum positis sed in agmine castris. Ubi Servius, Anteexpectatum, Dicto citius: i. e. Ante quanum eius expectetur adventus. Et est una pars orationis. h. e. Adverbium. V. Pier. & supra ANTEDICO.

ANTEFACTUM, i. n. [προπέλευσθαι] Liv. 7. Bell. Maced. 53. Vos modo id dicere & convenienter pervertit ipsum Vitellium videntur.

ANREFACTUS, ū. um. Gell. 17. 7. Utrum ne in Postfacta modo futura lex valeret, an etiam in antefacta.

ANTEFERO, ū. lūti, lūtum, ferre. Virg. 6. Æn. 677.

Dixit, & antefelit greffum. V. ANTEGREDIOR.

Antefere, Præferre, anteponere. [προπέλευσθαι] Cic. 3. Tuif. 46. Tenuem victimum antefere copioſo.

Antefere alterum alteri de re alia. Cic. pro Corn. 45.

ANTEFATUS, ū. um. Vitruv. 10. 15. Antreixa latitudo foraminis. Liv. 26. 23.

Quæ in antefixa erant. & 34. 4. Antefixa fictilia deorum. V. Gronov.

Antefixa, Quæ ex opere figiliō tectis affiguntur sub stillicidio. Feltus. V. Lcx. Pitif.

ANTEGE-

AN FEGENITĀLIS, c. Adj. [*περιστρέφειν*] quali ab Ante genitus factum. Plin. lib. 7. cap. 55. At quanto facilius certiusque fibi quenque credere, ac specimur securitatis antegenitus sumere experientio? h. e. Sumpto ab iis qui ante nos geniti sunt.

ANT E GEST U M, Paulus in I. quoties D. de pecul. Non tantum autem quis vis creditor cum venditore ex antegegenito agere potest, sed & ipse emptor. **ANT E GRED IOR**, effus, sum, [*περιβάνω, περιχύω, περιγένεσαι*] édi. ex Ante & Gradior: significat Præcedere. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Lucifer Latine dicitur, quem antegreditur Solēne: quum subsecutus autem, Hesperos. Idem de Fato 19. Sed interdēt inter causas fortuita antegressas. Idein i. Off. 94. Quicquid enim est quod deceat, id tum apparat, quum antegressa est honesta.

ANT E HAB E O, ui, itum, [*περιεγία*] ére. Præferre. Tacit. 4. Ann. 11. ext. Petremque ab iis quorum in manus cura nostra venerit, ne divulgata atque incredibilia avide accepta, veris, neque in miraculum corruptis antehabent.

U P O S T H A B E O. Cajum se, ejusque forores se ipsi & liberis suis antehabitueros. Xyl. apud Dion. p. 395. l. 59. Germ. H. St. [Sic reddidit Gr. *περιληγειν*].

ANT HAC, *περιτί* Adv. temp. i. e. Ante hoc tempus: quasi Ante hac Cic. 1. Fam. 7. Atque ante hac quidem sperare fatem licebat: nunc etiam illud erupsum est. Ter. And. 1. 2. 16. Nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet. Ubi Donatus, Antehac, pro Ante hac, consuetudine magis quam ratione dicitur.

Usque ante hac. V. usq. ue.

Antehac nunquam. Ter. And. 5. 4. 14.

Antehac, pro ante illud tempus. Sallust in Catil. cap. 25. Libidine sic accensa, ut sappius petet viros, quam peteretur. Sed ea sepe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat.

ANT E L I Ü S, rectius **ANT E L H E L I Ü S**, i. m. [*Ανθελίους*] Idolum Athenis ad aedium forae erectum versus solem. Hesych. Plur. Antelli Dæmones, Ostiorum praefides. Tertull. de Idol. cap. 15. & de Cor. Mil. cap. 13.

ANT E L L A, a. f. qualis Antefella, sicut & Postfella, quasi post sellam. Iñdor. 20. 16. Conf. **ANT I L E N A**.

ANTELOGIUM, i. n. Vox neque plane Latina, nec Graeca: pto eo quod Procreum. Plaut. Men. prof. 13. Huic argumento antelogium hoc fuit. conf. Aufon. pref. Ep. 16.

ANTELOQUIUM, [*περιωντίζειν*] Primus in loquendo locus, seu Principatus loquendi. Macrob. 7. Saturn. cap. 4. Hic affensi omnes, Prætextato antelouquium deculerunt, i. e. Primas loquendi vices, ait Budens. Idem 1. Saturn. cap. ult. Sed & Eustathius, & post hunc Nicomachus meminerint, craftina dissertatione servari sibi antelouquii functionem. conf. Symmach. 1. Epist. 71. & 8. Epist. 23.

ANTE LUCANUS, a. um. [*ἀντελυκήν, ἀντελυκόν*] Quod est vel fit ante lucem. Cic. 15. Fam. 4. Eranum autem & ex antelucano tempore usque ad horam dictim magna multitudine hoftium occisa, cepimus. Sic Varro 1. de R. R. cap. 13. Antelucanus temporibus.

Antelucanae œcne, Cic. 2. in Catil. 22. Quorum omnis industria vita & vigilandi labor in antelucano œcne exprimitur. Antelucanas invidiose dixit, pro œcnius quas a principio noctis ad ortum fere solis producebat Catilina cum sociis.

Antelucana industria. Cic. 4. Tusc. 43. Cui non sunt auditæ Demosthenis vigilias? qui dolere se aiebat, si quando opifcum antelucana vietus esset industria.

Antelucana lucubratio. Columel. lib. 11. cap. 2. Antelucana officia. Plin. l. 3. Epist. 12. pro his, qui ante lucem officium salutonium obibant.

ANTE LUCO, a. rite, five **ANTE LUCOR** [*ἰδεῖς οὐρανούς*] significat Ante lucem vigilo. Calep. fine auct.

ANTE LUCIO, vel **ANTE LUCO**, & **ANTE LUCULO**, Adv. quasi, Ante lucem. Apul. Mil. 9. p. 223. Optimum itaque factu visum est antelucano futurum evadere. Idem 1. p. 107. 108. &c.

ANTE LUDIUM, i. n. Apul. lib. 11. poft pr. Ecce pompa magna paulatim procedunt anteludia, &c. Eleganter (inquit Beroldus) anteludia pompa sacrificialis appellat ea præludia, que in hujusmodi spectaculis præmiti solent, quibus oculi spectatorum mirum in modum capiuntur.

Apud nos hodieque in pompa ceremoniali quæ deo nostro quotannis peculiariter superstitiose dedicatur, solent genus anteludii præcedere, & oblectationes ludicrae vagari, in quibus Prophetæ & Apostoli repræsentantur, alati pueri concinunt, sceminarum chorus inducitur, pugnati obambulant, & historia Judica convisit: in qua hic Herodem agit, ille regnam fingit, alia fatalities regios repræsentant. Hec illi. V. Lex. Pitifc.

ANTE M A L A [*περιθετικά*] Figurare dictum, pro eo quod est, Mala anteacta, i. e. Præterita: sicut apud Ter. And. 1. 2. 4. Semper lenitas, pro Perpetua lenitate. Virg. 1. Æn. 202.

— neque enim ignari sumus ante - malorum. Ubi Servius, Ante - malorum, i> est: Ut alibi, Coeli subter - labentia signa.

ANTE MERIDIĀNUS, [*περιστρέψεις*] Adj. Quod est vel fit ante meridiem. Plin. lib. 36. cap. 15. Antemeridianus ludorum spectaculo edito.

Antemeridianus tuis literis heri statim rescripsi. h. e. Quæ mihi ante meridiem redite fuerant. Cic. 13. Att. 23.

Antemeridianus fermo. Cic. 3. de Orat. 21.

ANTE MITO, ére. Solin. cap. 38. de Elephants. Flumen transiuri minimos antemittunt. [Ita Salmas. Alii tamen hoc & seq. Cæf. 1. dividunt. V. ad Cæf. Cellar.]

ANTE MISSUS, a. um. Cæf. 1. Bell. Civil. 51. Imprudentes antemissis equitibus aggreditur. Apud Sic. Flacc. Frontin. & alios, Arbores antemissi sunt, quæ observationem finium præstant. V. Script. Gromat. Gæsi, p. 4. 10. 40. 45. 254. &c.

ANTE MN, arum. [*Ἀντεμνή*] Urbs Italæ: de qua sic Virg. 7. Æn. 631. Quumque adeo magna politis incudibus urbes

Tela novant, Atina potens, Tiburque superbum, Ardea, Crufumerique & turrigeræ Antennæ. Ubi Servius, Turrigeræ, Bene muratae. Antennæ autem dictæ sunt quod eas annis præterfluit, quasi Ante annem posita. V. Lex. Pitifc.

ANTE MONENS, entis. Coniuncte quidam legunt apud Val. Flacc. 5. 259. Inter auguris monitrice minicibus urbem

Territat antemonens semper deus. Sed divism Heinr. & Burm. **ANTE MURALE**, is. n. Exterius propugnaculum. Vulg. Interp. Thren. 2. 8. Hieron. Hom. 2. in Cant. an apud antiquiores extet non constat.

VOL. I.

ANT EMURANUS, a. um. Ammian. 21. 22. (Vales. p. 280.) Antemuratum vallum.

ANT FMUS, untis. [*Ἄντημος*] Fluvius est Colchidis, Coraxos urbem præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

ANT FMNA, a. x. [*περιά*] Lignum per transversum in malo positum, in quo velum alligatur. Plin. lib. 7. cap. 56. De rerum inventoribus. Vela Icarus, malum & antennam Dædalus. Liv. 10. Bell. Pun. Malis antennis que nave in nave trajectis.

Antenna alijs per min. H. St. Antennam demittere. Ovid. 3. Trist. 4. 9. Disjectare. Lucret. lib. 2. 553. Gemunt antennæ. Hor. 1. Carm. 14. 6.

Prefixa antenna. Sen. OEdip. 11. Subiecte velum antennis. Ovid. 11. Met. 483. Velata antenna, & Antenna cornua obverttere. Virg. 3. Æn. 549.

Cornua velatarum obvertimus antennarum. V. Vet. Glof. Antenna περιάς. V. Descriptionem in Lex. Pitifc. Scheff. de Mil. Nav. 1. 2. c. 5. p. 142.

ANT EN OR, óris. [*Ἄντερων*] Trojanus heros, qui patriam prodidisse existimat: quia & auctor reddenda Helena fuerat, & legatos qui propter ea venerant, suscepit hospitio, & Ulysses habuit falso cognitum, non indicavit. Hinc, capto Illo, incolimus dimisus Venetiam venit, urbemque in ea condidit Antenoriam primo dictam: postea Patavium, hodie Padova. Ovid. 4. Faſt. 75. Adjice Trojanum suosorem Antenoriam pacis. Virg. 1. Æn. 242.

Antenor potuit mediis elapsus Achivis Illyricos penetrare finis. Idem 247.

Hic tamen ille urbem Patavi fedesque locavit. V. Serv. ad loc. Liv. a princ. & Docta dict. *L'Antenor Di L'orenzo Pignoria*. 4. Pad. 1625.

ANT EN OR E S, a. un. Adj. Martial. lib. 1. 77. Flacce Antenori spes & alumne laris.

ANT ENOR IDE, arum, filii Antenoris. Virg. 6. Æn. 484. Item Incole urbis Antenoræ. Meff. Corv. p. 7. Utramque gentem Italicos & Phrygios Antenoridas cognominari statuit.

ANTE OCCUPU, [*περιστρέψειν*] ère. Preoccupare. Cic. in Orat. 138. Ut anteoccupat quod putat opponi. In codd. emend. rectius legitur fejunctum.

ANTE OCCUPATI, ónis. f. [*περιστρέψειν*] V. **OCCUPATIO**. Cic. 3. de Orat. 205. Hic quoque dividitur rectius, Ante occupatio.

ANTE PAGENTA. V. **ANTIPAGENTA**.

ANTE PANNI, erant Fæcia vel Lora, quibus anterior pars vestis prætegebatur. V. Pitifc. Lex.

ANTE P A R O, a. p. Propert. 1. 8. 36.

Et quas Elis opes anteparatur equis.

ANTEPARTUS, a. um. Nav. apud Charis. p. 189. Anteparta patria peregre prodigere. Plaut. Trin. 3. 2. 17. Virtute majorum anteparta prodigere.

ANTEPES, os, um. Anteambulones. Juven. 7. Sat. 143. Togati antepe des. ubi Vet. Schol. tamen dividit. Salmas. in Treb. Claud. c. 14. p. 390. conjungit.

ANTEPENDULUS, a. um. ut, Antependuli crines. Apul. 2. Milef. p. 125.

ANTEPE NULTIMUS, a. um. Mart. Capell. 3. p. 60. Vox trita Grammaticis.

ANTEPILANI, plur. Liv. 8. 8. Hoc tringita manipulorum agmen ante pilanos appellabant: quia sub signis iam ali quindiscimus ordinis locabantur, ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat: earum unamquamque primum pilum vocabant, tribus ex vexillis confabat: vexillum centum octoginta sex homines erant. Idem, Nam & rariori procurabant inter ante pilanos. V. Lex. Pitifc.

Metaphorice Antepilanum Ammian. 28. 10. pro Insigni paraftata & auxiliatore dixit. Inscripto certamine cum Maximino, velut ante pilano suo contendens.

ANTEPOLLE, ui, ère. Apul. 1. Met. p. 104. Quæ civitas cunctæ Thesaliae antepolle. Idem cum 4to casu 7. Met. p. 189. Toto vertice cunctos antepollebat.

ANTEPONO, sui, situm, [*περιθηνεῖ*] ère. Ante aliquem apponere. Plaut. Cœr. 1. 1. 73. Quid antepones Veneri a jentaculo. Item Men. 2. 2. 2. Anteponere, per metaph. Præferre, preponere. Cic. in Læl. 23. Ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis.

ANTEPOSITUS, a. um. ut, Anteposita propugnacula. Tacit. 12. Ann. 56. 3. Anteposita vigilie. Idem 1. Ann. 50. 5.

Prælatus. Idem 12. Ann. 69. 5. Anteposita filio privignus.

ANTE QUAM, [*περιθετικά*] Ady. temp. quod modo junctum legitur, modo disjunctum, aliquo scilicet v. interjecto. Junctum, construitur cum subjunctionis ut, Antequam venientes. Cic. 1. Philipp. Antequam de Rep. c. dicam. Disjunctum cum finitivis, id est, Indicativis. Virg. 4. Æn. 27.

Ante pudor quæ te violo, aut tua jura resolvo. Author et Diomedes; & ita legendum illud Virgilianum contendit Pierius. Illa tamen differenta (nil forte corrupta sunt authorum loca) non semper observatur. Nam & conjunctum Indicativo etiam, & separatum Conjunctivo adiutum quoque legitur. Cic. pro Muren. Antequam pro Muren dicere iniitio. Idem ad Att. Antequam discedimus. Virg. 4. Georg. 306.

Ante novis rubeant quam prata coloribus.

Cic. pro Rabir. Quæ causa aut mortua est, quam tu natus es. Nunquam, antequam. Cic. in Parad. 6. Nunquam eris dives, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones, &c.

ANTERIDION, i. n. [*ἀντερίδιον*] Fulcimentum. Vitruv. 10. 17.

ANTERIS, idis. f. [*ἀντερίς*] Lignum, vel pilis structuram inclinatam fulcens, Tibicen Latine dicitur: ut,

Nos urbem incolumis tenui tibicene fultam. Vid. Bald. Lex.

Sunt etiam Anterides, Structura lapideæ, ædificia editora utrinque fulcientes, qui Arcus obnites vulgo vocantur. Sublica vertitur a Valla. Bud. & Cæl. 1. 16. c. 11. Erisma etiam Vitruvio dicuntur lib. 6. cap. ult.

Galli vocant *Arc boutant*, vel *Pilier boutant*. V. Pitifc. Lex.

ANTERIOR, us, [*πριωτεῖον*] Compare telle Præciane ab Ante formatum, sine Superl. Significat autem Quod ante est, sive Quod præcedit. Unde & nonnquam pro Priore accipitur. Cæf. 3. Bell. Civil. 63. Milites in anteriore vallum tela jacebant. Ita Faern. Sed Ciacco ex MSS. Exteriore. Quæ lectio etiam a Gronovio Obf. 1. 3. c. 18. sub fin. firmatur. J. Justin. 8. Cod. t. 18. l. 1. Anterior tempus. Sulp. Sever. 1. 52. Ammian. 16. 8. 25. 3. & 30. 5. fæpe ovi usus est Sidonius. V. Cellular. Antibar. p. 101. Et Cur. Post. p. 174.

Anterior, adverbialiter. Breviar. Fidei adv. Arian. ed. Sirmond. p. 82. Cessit Vol. I.

D d 2

Quæstio

cap. 11. Eadem Anthracites Solin. cap. 17. extr. Ed. Salmas. Est & alius lapis Anthracites in Thesprotia fossilis, Plin. 37. 7. inter carbunculorum genera referendus. Et rufus alias haematis lapis sic dictus, eodem Plin. auctore 26. 20. V. Salmas. in d. I. Solin. p. 54.

ANTHRISCU M, [ἀνθρίσκος] Herba est scandens aideo similis, ut eadem videri posset, nisi tenetibus & odoratioribus foliis ab ea distingueretur. Peculiaris eius laus est, quod fatigato Venere corpori succurrat, jamque senio marcescentes coitus excite, & alba feminarum sifat profluvia. Plin. lib. 21. cap. 15. & 22. 22.

ANTHROPOS, [ἀνθρωπός] Latine Homo, Μέοn haereticorum apud Ireneūm 1. 1. Hinc.

ANTHROPOGRĀPHUS, i. m. [ἀνθρωπογράφος] ita Dionysius nil aliud quam Homines pingens cognominatus est. Plin. 35. 10.

ANTHROPOMORPHITĀ, [ἀνθρωπομορφή] dicti sunt, Qui simplicitate rusticā, Deum ἀνθρωποεσθ, esse, h. c. humānū formā & membra habēte arbitrabantur. Unde & Anthropomorphitā heresis. Vide Cœl. lib. 8. cap. 19. & Isidor. 8. 5.

ANTHROPOMOPHON, [ἀνθρωποεσθος] a Pythagora dicta est Herba quadam somniferā, quam alio nomine Mandragoram appellamus, ab humānū nimirū forma imposito nomine, quam radix ejus utcunq; videtur imitari.

ANTHROPOPHĀGI, Populi Scythica [ἀνθρωπόφαγοι] qui carne humā vescēbantur. Plin. 4. 12. 6. 17. & 30. 7. 2. Strabo lib. 4. Gell. 9. 4. Pīces etiam pretiosi Anthrophophagi Athenaeo & Eustathio dicti sunt, quod lunconū & prodigorum operis abfūntant.

ANTHROPOTHYSIA, a. f. [ἀνθρωποθύσια] Crudelitas pro hostia mactandi homines, da quo V. Plut. de Superst. p. 297. seq. & qui lādantur a Drakenb. ad Sil. 4. 767. Et a Marshamo in Can. Chron. plur. loc.

ANTHUS, [ἄνθος] Avis est, que adventu equorum herbā pabulo volat, ut injuriam uliscatur, hinmitum irridendo imitatur. Plin. 10. 42. conf. 10. 74.

ANTHYLLION, [ἄνθυλος] Herba est lenti simillima, qua in vino pota, velicam virtutis liberat, & sanguinem fit. Plin. 26. 8. & 15.

ANTHYLLIS, [ἄνθυλις] Herba est chamaephytus similitudine, flore purpureo, gravi odore, radice intubī. Plin. lib. 26. cap. 8. Et 21. 29.

Eadem est herba cum priori ut quibusd. placet. Vid. etiam Diof. 3. 153.

ANTHYPÓHORA, a. f. [ἀνθυπόχορη] Figura tentativa, Objectio, oppositio, cum tacite occurrimus rationi. Ut Virg. 4. En. 603.

Verum anceps belli fuerat fortuna; fuisse, conf. Quintil. 9. 2.

& 3. Sen. Controv. 1. 7. Deinde Anthypophoram sumpt. V. Ruhnian. de Schematt.

ANTIA, Leontino teste, Filia fuit Amphianasse, & uxor Proeti Argivorum regis, Abantis filii. V. Bocat. lib. 2. cap. 31.

ANTIA LEX, V. **ANTIUS**.

ANTIĀDES, um. f. pl. Gr. ἀντιάδες. Tonsilla indurata. Celf. 7. 12. & 1. 14. §. 8. ff. de Edil. Edict.

ANTIĀR, arum. [Ἄντιάρης] Muliebres capilli demissi in frontem, appellati ex Greco videntur, quod enim nos contra, illi ἀντί dicunt. Fetus. V. Apul. in Florid. de Apoll. p. 342.

ANTIĀS, atis. V. **ANTIUM**.

ANTIBACCHIĀ, Infusa fuit in sinu Ἀθiopicō, Bacchis oppositæ, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

ANTIBACCHIUS, [Ἄντιβακχος] Pēs metricus, Bacchio contrarius: confat enim duabus longis, & ultima brevi, ut audit̄. Alio nomine Palimbacchius dicitur. Vide Quintil. 9. 4. & Isidor. 1. 16.

ANTIBASIAS, Idem quod Antebasis. V. **supra**.

ANTIBOREUM, i. n. Horologium, alias Äquinoctiale dictum quod in piano Äquatoris boream respicit. Vitruv. 9. 9.

ANTICUS, a. um. Unde Par antica, Servius in Virg. 9. Ecl. 15. Augures designant spatiā rituo: & eis dant nomina: ut prima pars dicatur antica, posterior politica: item dextra & sinistra. Varro 6. de L. L. Ejus templi partes quatuor dicuntur, Sinistra, ab Oriente: Dextra ab Occidente: Antica ad Meridiem: Politica ad Septentrionem. Loquitur de templo augurali. Cic. de Univerf. 32. Quod in anticam partem pelleretur. V. Lex. Pittfc.

Anticum Veteres etiam pro Janua posuere. Fest. Vel potius pro ostio anteriore. V. eund. v. Poitificum.

ANTICANIS, V. **ANTECANIS**.

ANTICANTHARUS, [ἀντικανθάρος] A quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agebte vocant.

ANTICATEGORIĀ, [ἀντικατηγορία] Latine dici potest Recriminatio, sive Mutua accusatio: & est genus controversia judicialis. Quintil. lib. 3. cap. 12. Adjecerunt quidam numero mutuan accusacionem, qua ἀντικατηγορία vocatur. Et paulo post, Duō erunt genera ejus, alterum quo litigatores idem crimen invicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud. conf. Mart. Capell. 5. p. 152.

ANTICATO, [Ἀντικάτο] Liber Caesaris contra Catonem. Quintil. lib. 1. Plut. in Cœf. & Suet. c. 56. Juven. 6. Sat. 337.

— duo Caesaris Anticatoe. **ANTICELLUM**, Herba est lenti simillima, qua & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

ANTICHIRIS, [ἀντιχίρης] V. **POLLEX**.

ANTICHRESIS, [ἀντιχρησίς] Mutuus usus. Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, ut quoad debitor satisfaciat, creditor eo utatur, fruatur usura nomine. Martian. in l. 33. D. de pignorat. action. V. Lex. Pittfc.

ANTICHRISTUS, i. m. Qui se Christo opponit vel pro Christo venditat. Tertull. de Praefr. cap. 4. conf. cap. 33. & de Anima cap. 50. & adv. Marc. 1. 20. Laclant. de Mort. Perf. 2. 8. Prudent. Cath. 6. 102.

ANTICHTHON, önis. f. [ἀντίχθον] Orthis terræ toto globo nostro oppositus in Cœlo Figmentum fuit Pythagoreorum, qui cum ob dearii numeri perfectionem crederent decem quoque huius universi orbis numerari oportere, neque notos tamen plures haberent quam novem (viz. septem) Planetarym, in quibus solem putarunt mundi Centrum obtinere immobilem; octavus Stellarum, quas fixas vocant; nonus terra, seu Elementaris naturæ) decimum ab ingenio finixerunt, nomen illi dederunt ἀντίχθον, qua terra sit nostræ plaine posita ex adverso, sic, ut illam visui nostro Sol interpositus semper adimat. Intelligi hæc possunt ex Aristot. de Cœl. 2. 13. & 1. Me-

taph. 5. Fallitur Cal. Rhod. qm 22. Lect. Ant. 14. per Antichthonem eos ait intellexisse Lunarem spharam: tametsi hanc opinionem Simplicius præverat. (De quo V. Philelōph. Altior. pag. 470.) Quod autem Clem. Alex. 5. Strom. F. 447. Ed. Heinr. Antichthonem hanc de Cœlo beatorum interpretatur, in eo mori suo est obsecutus gentilium doctrinas flectendi ad sensum Relig. Christianæ. Meminerunt ἀντίχθον alias Plutarchus 3, de Plat. Phil. 9. & 11. item Porphy. in Vita Pythag.

ANTICHTHÖNRS, [Ἀντίχθονες] Plin. cap. 22. lib. 6. Populi ad Tarprobanem insulam habitantes: in zona hyemali. Dicti ab ἀντί quod est Contra: & ἀντί, id est Terra: quod contraria parte adversis vestigia stent contra nostra vestigia. Alio nomine Antipodes appellantur. Petron. fragm. pag. 674. Alucitas vocat, conf. Cœl. Rhod. 5. 32. Martianus tamen Antichthones separat ab Anticis & Antipodibus. Quia de re Macrob. 2. de Somn. Scip. & Plin. cap. 65. lib. 2. V. & Schotan. Bibl. H. S. de 2da Mundi etat. fol. 154. Sunt vero nonnulli qui credant fabulosi esse omnia quæ de Antipodibus ab aliis sunt relata: ut Augustinus cap. 9. lib. 16. de Civit. Dei: & Lactant. cap. 24. lib. 3. In absentia Lucret. lib. 1. Alii altius intelligunt (ut inquit Scrivius in 6. En. 532.) qui sub terra esse inferos volunt, secundum Chorographos & Geometras, qui dicunt terram ὑπαρχόντα esse, que aqua & aere lūtentur. quod si ita est, ad Antipodes potest navigatione perveniri: quia quantum ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illi. Hinc est quod terram esse inferos dicimus: quanquam illud sit, quia novem cingunt circulus. Tibrianus etiam inducit epitolam vento allatum ab Antipodibus, que habet, Superi Inferis fatum. Sunt (ut etiam Strabo retulit lib. 1.) qui Orientis extremit., & maxime ad Occasum inclinate regionis incolas, quales sunt Indi atque Hispani, Antipodes esse contendant. Ratione consimili Antipodas esse, qui tum extremam Meridie, tum Septentrionis partem ultimam incolunt. De his & Cic. Acad. lib. 4. 123. Nonne etiam dicitis esse e regione nobis, e contraria parte terra, qui adversi vestigia stent contra nostra vestigia, quos Antipodes vocatis? Declinatur autem Antipus, odis, vel odos. V. Apel. Met. 1. p. 106. Et If. Vof. Obser. ad Melam p. 2.

ANTICIPO, [ἀντικαπέλλεσθαι, προκαπέλλεσθαι] āre. Posuerunt veteres pro Prevenire: h. e. Antecapere. Cic. 8. Att. 14. Quid igitur profici, qui anticipes ejus rei molestiam. quam triduo scituras sis?

Anticipare mortem. Suet. in Tiber. cap. 61. Quum audiret unum ex reis T. Carnulum, anticipasse mortem, exclamavit, Carnulus me evasit.

Anticipare uno die. Plin. lib. 2. cap. 47.

ANTICIPĀTUS, a, um. Suet. in Claud. cap. 21. Fecit & seculares ludos quasi anticipatos ab Augusto.

Anticipatum mentibus humanis. Cic. 1. de Nat. Deor. Primeum quod ita sit informatum, anticipatum mentibus nostris, ut homini quoniam deo cogitent, forma occurrat humana.

ANTICIPATI, önis. f. [ἀντικαπία] Cic. 1. de Nat. Deor. 76. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipacionem quandam deorum, quam appellat προκαπέλλεις Epicurus: i. e. Antecepit animo rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam, nec queri, nec disputari potest?

Anticipatio a Servio dicitur figura, qua Grace Prolepsis. Hanc alii Presumptionem appellarent. V. PROLEPSIS.

ANTICIPATOR, öris. m. Aufon. Ephemer. v. 9.

Ipf. Dei verbum, verbum Deus, anticipator

Mundi quem facturus erat.

ANTICLEA, æ. [Ἀντίκλεα] Mater fuit Ulyssis, quæ cum duceretur ad Laerte nuptias, ab Sisypho latrone Ἀboli filio, captiuit & contupratur. Alii dicunt, cum Laerte jam nupsisset, & ad oraculū pergeret consultura, captam a Sisypho latrone, (& ut multi putant) ex eo Ulyssem conceperisse. Quod Ajax apud Ovid. 13. Met. 31. vitio veritatis Ulyssi,

— & sanguine cretus Sisyphio.

ANTICRAGUS, [Ἀντικράγος] Mons Lycæ, Crago oppositus, teste Strab. lib. 14.

ANTICUM, V. **ANTICA**.

ANTICYRA, [Ἀντικύρα] Insula ad sinum adjacens Maleacum & OEtani montem, cuius neminet Strab. lib. 9. ubi authore Plin. helleborum tuftis sumitur. Ovid. 4. de Ponto 3. 54.

I. ibid., dixitsem, purgantes peccata fuccos,

Quicquid in tota nascitur Anticyra. Unde quoties Infandum hominem significare voluerint, Anticyra egere scribunt. Hor. 2. Serm. 3. 166. — verum ambitiosus, & audax,

Naviger Anticyram. Idem ibid. 82. & Arte Poet. 300. V. Gell. 17. 15.

Est & Anticyra, vel Anticirrhia Civitas juxta Cirrham in Phocide regione, in Cerinthium conversa sinum, ab Anticyro quoddam Herculis ætate; Caparissus ab Homerio dicta. Meminerunt Strabo, Steph. Livius I. 32. c. 18.

ANTICYRICON, [Ἀντικύρειον] Sefamoidis herba species, familiis Eri-

geront, quæ in Anticyra infusa crescit. Pfn. lib. 22. cap. 25.

ANTIDEA, Adv. Liv. lib. 32. Si antidea Senatus fieri jussit. De h. & seqq. V. in litera D.

ANTIDEO, īre. pro Anteire, apud antiquos. Plaut. Pers. 5. 2. Qui sunt, qui fuerint, quique futuri sunt posthac, ego solus omnibus artido facile miserramus hominum ut vivam. conf. Cœt. 2. 1. 3. Et Trin. 2. 4. 145.

ANTIDHAC, Adv. Plaut. Aul. 2. 8. 26. Jam subvenisti antidhac. conf. Pfend. I. 1. 14. & C. V. Parei Lex. Plaut. p. 99.

ANTIDRUM, i. [ἀντίδρος] Latine Remuneratio: quo nomine Upsilon usus est in l. 25. §. 8. D. de petit. hared. Plane (inquit) sanguis accepit, dicendum est etenus locupletiores factos, quatenus accepterunt velut genus quoddam hoc esse permutationis.

ANTIDOTUS, i. [ἀντίδοτος] Remedium, compositum ex variis medicinis, quæ datur contra venena, aliquip nocturia. Et perinde sonat ac si dicas. Contra datum: ab ἀντί & δότῳ. Quintil. lib. 7. cap. 3. Ille datum ei venenum dixit: sed se antidotum daturum.

Dare aliquid pro antidotio. Plin. lib. 32. cap. 4. Pro antidotio dari dicuntur. Gell. lib. 17. cap. 16. Hujus regis antidotus celebratissima est, quæ Mithridatis vocatur.

ANTIDOTUS, i. [Ἀντίδοτος] Pictor fuit nobilis, Euphranoris Isthmi discipulus, qui maxime inclaruit discipulo Nicia Atheniensi: cui fuit peculiare diligentissime mulieres pingere. Plin. lib. 35. cap. 11.

D 3

ANT-

ANTIGÉNÈS, [*Αἰγάνης*] Puer fuit rusticus. Virg. 5. Eccl. 89.
At tu sume pedum, quod me cum siere rogarerat
Non tulit Antigenes.

ANTIGÉNIDES, [*Αἰγανίδης*] Authore Suida, Thebanus musicus tibicen, Philoxeni discipulus. V. Gell. lib. 15. cap. 17. & Valer. lib. 3. cap. 7. ext. 2. Apul. Flor. lib. 1. p. 342.

ANTIGÉRIO, Veteres pro Valde & pro Statim utebantur, quasi, Antequam res gereretur. Feftus. V. Voss. Etym. p. 32. Inter obsoleta refert Quintil. 1. 6. extr. conf. 8. 3. p. 687. Burni. & ad Feft. VV. DD. not.

ANTIGÉNE, es. [*Αἰγανήν*] Filia Laomedontis & Priami soror: quam ob superbiam formae Juno convertit in eiconiam. Ovid. fabulam describit 6. Met. 93.

Fuit & alia Antigone, OEdipi regis Thebanorum ex Jocasta, uxore eadem ac matre, filia, que patri caco & a Creonte in exilium acto via dux extit, ut Sen. in OEdip. & Stat. in Theb. 12. 350. seq. memorant. Quam quum postea jugulari fecisset Creon, Hæmon amator ad mortuæ tumulum le interfecit. Sophocles in Antig. & Propert. lib. 2. 8. 21. conf. Hygin. Fab. 67. & 72.

ANTIGONIA, [*Αἰγανία*] Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. I. 5. c. 33. & Strab. I. 13. Est præterea ejusdem nominis, Oppidum in Arcadia, non procul a Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

ANTIGONUS, i. [*Αἴγανος*] Nomen proprium Ducus Macedonum, & Alexandri Magni ex pellice fratris, qui primus post obitum Alexandri M. in Afia regium nomen assumpsit, & duodecim annis regnavit, multisque bellis varia fortuna gettis, postrem ad Ipsum Phrygiæ oppidum in prælio aduersus Scleucrum, Cæstænum & Lysimachum occubuit, relicto filio Demetrio Poliorcete. Ao. ult. olymp. 119. Mundi 3683.

Fuit Antigonus alter cognomine Gonatas, hic nepos ex filio Demetrio Poliorcete, puluis Epirotis Rex Macedonie, obiit Ao. tertio olymp. 134. Mundi 3742.

Antigonus hoc nomine tertius, Macedonia rex, secundi nepos, cognomento Doson, (quasi cunctatorem in reperfentando promilo dicas quod subinde petentem quippam *δύων* rsuperderet) tutor fuit Philippus ejus quem Romani debellarunt, post etiam vitricias & in regno antecessor. Hunc Servatorem Græci & Benefactores vocarunt, in Achæcum feedus receptum. Plura de eo V. in Arato, & Cleomene Plutarchi, & apud Polybius, ac Justinum. l. 28. Obiit inuenit olymp. 139.

Antigoni duo in Judaica historia clari, alter Jo. Hyrcani F. a fratre Aristobulo occisus, alter Aristobuli II. filius, qui a Pompeio cum parte Romana abductus, mox Parthorum ope in regnum restitutus, deinde ab Herode superatus, M. Antonii iussu capitali supplicio affactus perit. Est & hoc nomine Author quidam apud Plin. I. 35. c. 10. qui de pictura scriptis. V. Voss. de Hist. Gr. I. 13. p. 63. Fabric. Bibl. Gr. 3. 27. 8.

ANTIGRAPHUM, i. [*Αἴγραφον*] Quod ex archetypo effectum est, de tabula ad imitationem alterius depicta.

ANTIGRAPHUS, i. [*Αἴγραφος*] Inter notas criticas Semidæcylus qui dextram spectat & punctum infra se habet. Significat in translationibus vel inter ipsos translatores diversum sensum haberet. V. Isidor. I. 20.

ANTIGRAPHARIUS, i. m. Idem quod Antigraphus. V. Justinian. de Confir. Digest. Ep. 2. §. 9.

ANTIGRAPHUS, quatuor lyl. [*Αἴγραφοις*] Antigraphæ dicebantur a Gracis observatores illi, quos vulgo Galli *Contrarotulatores* dicunt: actaque eorum *Αἴγραφαι*, quasi Contra scripta. Nos Antigraphatos appellantemus. Hos Ciceri Cutofles appellari in oratione de Lege Agr. & de Reditu suo: & Ulpian. I. 3. D. de Administrat. tutor. Budæus. V. Wolff. Annot. ad Demosth. Tom. 5. p. 363.

ANTILEGOMENA, örüm. n. [*Αἱλεγόμενα*] Latine quasi dicas, Contradiciones. Plin. lib. 20. cap. 8. Petronius Diodorus, qui Antilegomena scriptis. Sed Hard. ex MSS. *Αἱλεγόμενα* i. e. Florilegia exhibet.

ANTILENA, æ. [*Αἴλενα*] Qua pectus equi, aut jumenti, five alterius animalis cingitur: sicut Pofilenæ, qua sub cauda ponitur. Perotrus. In Gloss. Isid. Antella q. v. V. etiam Lex. Pitisc.

ANTILEPSIS, [*Αἴλεψις*] Gracis dicitur, quam Latini Intercessionem vel Interceptionem nominant. Immo V. H. Steph. Thef. Græcum.

ANTILIBANUS, [*Αἴλιβανος*] Mons est Libano oppositus, non procul a Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiae defensus, qui sunt supra Damascum. V. Strab. lib. 16.

ANTILÖCHUS, [*Αἴλοχος*] Nestor ex Eurydice filius interfactus in bello Trojano a Memnone Aurora filio, ut tradit Homerus. & Ovid. I. Epist. 15. Juven. 10. Sat. 252. Hor. 2. Carm. 9. 13. Antilochus, Amphiara filius, celebris in Cilicia præstigiator, de quo Lucian. Pseudom. p. 759. ed. Grav. T. 1.

ANTILOGIA, [*Αἴλογια*] dici potest Contradictio, refragatio, vel quasi Contraria oratio.

ANTIMACHUS, i. m. [*Αἴλιμχος*] Colophonius poëta Græcus. Is quum poëma quoddam obscürum in auditorio recitaret, atque omnes præter Platonem (quod minime illud intelligenter) discessissent, Legam, inquit, nihilominus: Platei enim mihi unus inſtar est omnium. Author Cic. de Clar. Orat. 191. Catal. 96. 10.

At populus tumido gaudeat Antimacho. De eodem Plutarch. in Lyfandro: Antimachus (inquit) Colophonius, & Niceratus Heraclætes, Lyfandria poemata certam agabant: e quibus quum Niceratus Lyfander coronam donasset, Antimachus dolore percitus, scriptum a se carmen abolevit. Tunc juvenis adhuc Plato Antimachus poetum admiratus ingenium, qui superatum fæcile feret, revocatum mitigabit, ignaris ignorantiam malum esse prefusat, quemadmodum cœcitatem non videntibus. Hæc ille, Colophonius etiam a Suidâ & Athenæo appellatur. Clarium tamen facit d. I. Cicero: Nec enim (ait) posset idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum Clarium poetam ferunt, &c. ubi quidam legunt, Claram poetam. Atqui Ovid. I. Trif. 5. sic de eodem canit,

Nec tantum Clario Lyde est dilecta poëta. Qui locus ut de Antimacho intelligatur, facit Plutarchus in Confidatioria ad Apolloniū, sic inquietus, Ufus est hujusmodi inductione & Antimachus poëta. Lyde enim uxore sua defuncta, quam vehementer diligebat, doloris solamen sibi fecit Elegiam Lyden denominatam. Nam cum heroicis calamitates recessuissent, alienis malis fumi sibi minorem reddidit dolorem. I. Huc pertinet Lyda Antimachi five Solamen in adversis, colligente J. L. W. 1669. in 8vo ed. libellus. Nicander quoque (quem Snidas Colophonium fuisse dicit) in fine Theriacon de scipo sic ait,

— τῷ ἡρῷ Κλέουν σημέσσοντα πολίχην, quem Clari nivale oppidum

educavit. Vicina fane admodum fuerunt Colophon & Clari Apollinis oracula: imo vero & in ipsa Colophone fuit Apollinis Clari templum. Plin. I. 2. c. 103. Colophone in Apollinis Clari specu lacuna est, cuius portum mira redditur oracula. Plin. quoque lib. 12. Epist. 23, hoc ipsum mulorum testimoniis confirmat.

Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Ægyptum, patri Heliopolitanum, alterum poetam Melicum cognomento Pœcadem.

Fuit item præter hos, etiam aliis Antimachus Trojanus, qui donis Alexandri auroque corruptus, impedimento fuit quoniam Helenæ redderetur, quin pro concione Trojanos hortatus est ne Menelaum, quum legatus in urbem venire cum Ulyssè, redire ad suos sinerent, sed in urbe retineant trucidarentur. Author Hom. II. 11.

ANTIMELON, [*Αἴλιμλον*] Herba est Dicor. quam alio nomine Mandragoram appellamus.

ANTIMENIDES, ida. [*Αἴγραπηδης*] Mytilenæus, Alcæi poëta frater, cuius ille virtutem carminibus suis celebravit, testis Strabo lib. 13.

ANTIMETABOLE, [*Αἴλιμποτελην*] Latinæ dicit potest Ex adverbo mutatio. Figura, qua verba declinata repetuntur: ut, Non ut edam vivo, sed ut vivam edo. apud Catonem. V. Quintil. 9. 3. Isidor. 2. 21. & Voss. Rhet. P. 2. p. 404.

ANTIMONIUM, i. n. Ita Stibium appellant Officina. V. STIBIUM.

ANTINAULUM, erat Quod a nautis exigebatur, Moscopulus, qui vestigalia & mari & antinælia exiguunt. Buleng. de Vectig. cap. 86.

ANTINOE, i. [*Αἴλινος* Stephanus] Urbi Ægypti, ad Nilum sita, ita dicta ab Antino Adriani Amasio, ut scribit Hieronym. in Jovinian. Dicitur & Antinouvel Antinopolis. V. infra ANTINOUS.

ANTINOMIA, æ. f. [*Αἴλινοις*] Inquit Budæus, Non est quum lex legi contraria est ipso iure, quia altera alteram tolleret: sed quum duas leges casu colliduntur, & eventu. Quintil. I. 7. c. 8. Proxiunum est de legis contraria dicere, quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse. Scripti & voluntatis, status, &c.

Appellant ita & Dogma eorum qui negant ad Ecclesiast Christianam pertinere Moraüs V. T. legis usum: quorum seculo 16. princeps fuit Johanes Agricola Islebius: ipsi vero appellati Antinomiani.

ANTINOUS, i. [*Αἴλινος*] Bithynicus adolescentis eleganti forma, ab Adriano principi, adeo amabatur ut templum ei mortuo apud Mantineam constituerit, ut scribit Paſian. in Arcad. Cum anteja in Ægypti in urbe de nomine ejus appellata, fuisset consecratus. V. Spartan. in ejus vita cap. 14. quaque Caſaub. Salmasiusque annotarunt. Item Spanh. de Uſu & Præſt. Num. difl. 11. p. 329. seq. fuit quoque aliis hoc nomine, Penelopes procus, de quo multa Homer. in Odyl. & Propert. lib. 4. 5. 8.

Penelopen quoque neglecto rumore mariti Nubere laſcivo cogeret Antinoo. Add. Ovid. I. Epist. Sabin. 47.

ANTIOCHIA, æ. f. five **ANTIOCHEA**. [*Αἴλικα*] est Syria pars, ut author est Plin. in Syrie descriptione, & item Pomponius. Quæ & Antiochene ac Seleucis dicitur.

Antiochia, totius Syria metropolis erat, ad Orontem fl. posita, prius Reballa dicta. Eam servos Abraham adificasse, faciat volumina. Postremo Justinianus principis tempore, Theopolis est dicta. Hic, ut quidam perhibent, prima fedes episcopali Petri apostoli, Christianique primum appellati, qui Christi dn. disciplinam amplexi fuerant. Act. 11. 26. Meminit & Cic. pro Archia.

Est præterea Insula maris Mediterranei, Strongylæ insula proxima, auctore Plin. lib. 6. cap. 13. De aliis ejusdem nominis urbibus Geographos confule.

ANTIOCHUS, [*Αἴλικος*] Hor. 3. Carm. 6. 35.

Pyrhunum, & ingentem cedidit

Antiochum, Hannibalēque dirum. Nomen fuit regum Syriae: fere enim hoc nomine onnes vocati sunt, ut Antiochus Soter, Theos, Hierax, Magnus, Eusebes, Epiphanes, Philopator, Grypus, Sideres, Cyzicenus, Afaticus, &c. de quibus Appianus copioſius in Syriaica.

Fuit præter hos Antiochus Aſcalonita, ex veteri Academia, dicendi peritissimus, Luculli præceptor, de quo Plutarchus in Lucullo: Ciceronis item & Brutis.

Item Antiochus Syracusanus Xenophanis filius, historicus: librum de Italia editus qui sape allegatur a Strabone, ac Diodoro lib. 12. Vid. Voss. de Hist. Gr. p. 456. & 504.

Denique Antiochus literatus T. Pompon. Attici servus de quo Cic. 13. Att. 33.

ANTIOCHENSIS, e; & **ANTIOCHENUS**, a, um. gentilia. Tacit. 2. Hist. 82. 1. Apud Antiochenos aurum argenteumque signatur. conf. Casf. Bell. Civil. 102. Gell. 7. 19. Antiochena pecunia: quanquam haec ab Rege potius quam urbe ibidem denominatur.

ANTIOCHIS, idis. f. gentile. [*Αἴλιξις*] Steph. Byzant. etiam Proprion reginarum nomen.

ANTIOCHICUM, a, um. Adj. ut, Bellum Antiochicum. Patrc. I. 2.

ANTIOPA, æ. [*Αἴλιπα*] Nyctei regis filia, & uxor Lyci Thebanorum regis, authore Laſtantio. Hæc, ut ferant fabule, propter formam a Jove adamata est, ex quo Zethum & Amphionem iuceperit. Propert. lib. 1. 4. Antiopa, Tragedia Pacuvii. Perf. I. Sat. 77.

Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur
Antiope, arumnis cor luctificare fulta.

ANTIOS, i.e. Excruciatus. Feftus Anctos legit Scalp. ex Vet. Gloss. Lat. Gr.

ANTIPAGMENTA, Valvarum ornamenta, quæ antis appanguuntur: i.e. Affiguntur. Hæc Feftus. Alii Antepagmenta scribunt. Et quia Ante panguntur, dici volunt. Plaut. Interp. Aſtin. 2. 4. 20. & Salinus Exerc. Plin. I. 217. V. etiam Vitruv. 4. 6. & Lex. Pitisc. Cato de R. R. c. 14. Pilam fullonicam unam, antepagmenta, vasa torcularia.

ANTIPARASTASIS, [*Αἴλιπαραστασις*] Figura Rhet. est quibusdam habens confessionem quandam conjunctam cum majori infuscatione. V. Voss. Int. I. 9. p. 145.

ANTIPATER, [*Αἴλιπατερ*] Iolai filius fuit e Paliura civitate Macedonie, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris, literatissimus, ut tradit Suid. De hoc Antipater scribit Plutarch. multa in Phocione & Alexandro. Antipater alias Sidonius poëta nobilis, qui ex tempore innumerabiles penes veribus faciebat, ut testatur Cic. 3. de Orat. 50. & Quintil. 10. 7.

Item Antipater Tyrius, Philosophus Stoicus, & Catonis Uticensis præceptor, ut author est Plutarchus in Catone.

Alius item Tarſensis Philosophus, ut idem author est.

Fuit

Fuit item Sculptor egregius, qui Satyrum in phiala gravatum somno collacuisse verius quam calasse dictus est. Plin. lib. 33. cap. 12.

Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Alcalonita, vir maximus, & potentia prædictus, de quo Volaterr. in Hist. Hierosol.

Fuit & Antipater Hieropolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorum Severi principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac magister epistolæ fuit, ut eft author Philostratus.

ANTIPATER, [Αντίπατρος] Jovis epitheton, apud Theocratum in Filula, v. 3, quod hostili animi patrem regno exuerit, & ad inferos detruerit, ut apud Æschylum innuit Prometheus. V. Græc. Schol.

ANTIPATRI dicebatur Collegium eorum qui Antipatri memoriam celebrabant. Buleng. de Conviv. 1. 15.

ANTIPATRIS, idem. f. Oppidum Palestine juxta mare mediterraneum, ab Herode in memoriam patris, inter Hierosol. & Cæsaream conditum. V. Act. Apost. 23. 31.

ANTIPATHES, [Αντίπαθες] Gemma nigra species, non translucentis, idque in lacte decocta, myrrha simile facit. Plin. lib. 37. cap. 10. Dioct. 5. 140. Corallus genus eft. Apul. Apol. p. 294. pro Philstro usurpat.

ANTIPATHIA, æ. [Αντίπαθαι] Plin. lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathias vocant, nihil eft usquam venenatis, quam in mari patinacina. Idem 24. 9. Mirabilis antipathia. De causis Antipathias lege Sext. Empir. lib. 1. Pyrrhon. Hypotyp. p. 10. Antipathia etiam eft Quidam temperatura ferri rubiginis refiftens apud Plin. lib. 34. cap. 15. A rubigine vindicatur ceruſia & gyro & liquida pice. Hac eft temperatura, a Græcis Antipathia dicta.

ANTIPELARGIA, [Αντιπέλαργον] Eft Mutua acceptorum beneficiorum compenſatio. Græci enim ἀντιπέλαργον vocant, de nobis benemeritis officiorum vicilitudine respondere. Sumpta eft metaphoræ a Ciconis, quas illi πάθειας vocant. Illis enim naturalis quedam pietas infita eft, qua parentes senio defectos alunt, & cum sub hyemem mutanda fedes eft, eos inter se medios recipiunt, & deficientes aliis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Gracorum Ciconiare vocaverunt.

ANTIPERISTASIS, [Αντιπεριστασις] Latine dicitur Circumobſtentia, reciprocio, comprefio undique circumfufa. Dicitur etiam Antiperitatis in humano corpore, cum e loco ſuperiore ſpiritus infra coeteret, & vice versa. idque fit per conſenſum & cognitionem partium, & hoc per oportunitatem. Ex Lex. Græc.

Alii, sic Antiperitatis dicitur, per quam ubi calidum eft, inde frigus expellitur: ubi frigidum eft, inde calor extruditur. Hinc putet per hypernum tempus calent: quia illo fe calor conculit, cedens frigori ſuperiora poſſident.

ANTIPHANES, is. m. [Αντίφανης] Græcus Medicinae professor, ex quo dictum Clemens Alex. lib. 2. Pædag. retulit. viz. Una morborum cauſa eft ciborum varietas.

Alius Olymp. 93. nūdēla Comædia Poeta. Voff. de Poet. Gr. p. 41.

Alius, Scribaequitum Alex. Mag. Curt. 7. 1. 15.

ANTIPHATES, [Αντίφατης] Fuit filius notus Sarpedonis, ut eft apud Virg. 9. Æn. 696.

Fuit item Antiphates rex Læſtrygonum, a quibus Ulysses, ejusque ſocii ad unum diſcipit eſſent niſi funibus anchorarum praefiſis quamprimum e portu ſolviſſent, ſeleque in alium recepifent: quo ex periculo tamen non omnes naues ſervatae fuſt, fed aliquot cum veſtoribus perierunt. Narrantur hæc ab Ulyſſe Odyll. x. Memini Hor. de Arte Poet. V. etiam Sil. 8. 531. & que ibi adnotavit Cellar.

ANTIPHILLOS, [Αντίφιλλος] Urbs eft, que quondam Habessus; atque in recessu Phellus nuncupata eft. Plin. lib. 5. cap. 27.

ANTIPHONA, [Αντίφωνα] dicuntur Ea quo maritus conſtantē matrono uxori, ſuā quālē remunerandā doris cauſa largitur. I. ult. C. de donat. ante nupt. Hotomi. de Ven. Rit. Nupt. cap. 6.

ANTIPHÉRON, ontiſ. m. [Αντίφερον] i. e. Obviam ſe ferens; qualem ex Aristot. deſcribit Seneca Nat. Quaſt. 1. 3. Qui hoc genere valitudinis laborat ut ipſe ſibi videatur occurrere, ut ubique imaginem ſuam cernat.

ANTIPHILUS, [Αντίφιλος] Pictor nobilis, in Ægypto natus, qui a Ctesifemo diuidit artem pingendi Gryllos, quos vocant, ridiculo habitu. De hoc Plin. lib. 35. cap. 10. V. GRYLLUS.

Fuit & Apellis quidam anulus, qui, cum apud Ptolemaeum Apellem eſſet calunniatus quod cum Theodota conſenſiuerit, qui in regem conſpirationem fecerat, & a quodam coniurationis conſcio regi innotuſſerit, Apelli iniquis ſimulari, Ptolemaeus poſito furore, Apellem talentis centum donavit, eique in ſervitatem calunniatorem Antiphilum addixit. Author Lucianus & Æduſius.

ANTIPHON, ontiſ. m. [Αντίφων] Rhamnusius orator antiquus. Quintil. lib. 3. cap. 1. Hoc nemini melius oravisse cauſam capit, quiū ſe ipſe deſenderet, locuples eft author Thucydides. Hujus meminit Cic. in Bruto. Scindum ex Hermogene de Form. Orat. 2. 2. p. 496. cum plures fuerint Antiphones ex his duos Atheniensis tuſſe, quāquā confundi paſſim eos videas, quos Suidas diſtinguit, qui & tertium videtur adjicere. Ab utroque diſtinguendus eft & ille Antiphon qui Philippi magni, live Platoni ſtate (ut habeat Vofſ. cap. 54. de Scient. Math. p. 327.) quadraturam circuli invenire ſtuduit. Mentiō ejus apud Aristot. 1. Soph. Elench. 2. & 1. Phys. 2. forte & 2. Phys. 1. conf. de illo & novem aliis Fabr. Bibl. Gr. 2. 26. 2.

ANTIPHONA, a. f. Scil. Cantic. [Αντίφωνα] Vox reciproca, duobus choris alternatiſ pſallentibus, interprete Iſidoruſ 6. 19. De antiphona ſum origine & progreſſu V. Spelmanni Glōff.

ANTIPHRAŚI, f. [Αντίφραζα] Figura eft quiū per contrarium verba dicuntur: ut Parcae, quia nemini parcant. ſic Manes, quia non ſunt boni. Manum enim, antiqui Bonum dicebant. Ex Donato & Servio. Vid. plura exempla apud Quintil. lib. 8. cap. 6. Gell. 11. 1. & 19. 7. Sed in hiſ caute agendum ne fingamus Antiphraſi ubi nulla eft: uti factum in Luco, Ludo, Dis, &c. ostendit argue ridet Quintil. 1. 6. p. 80. Imo ſunt eruditæ qui negent ullum vocabulum eſſe per antiphraſi dictum, ut Luc. Joann. Scoppa, 1. Collect. 18. Quem fecutus Vofſius Αντίφραζα vocat inane Grammaticorum commentum f. 196. Etymol. voce Lucus.

Item ap. Rhett. eft Figura ſententia, cum quādā negamus nos dicere, & tamen dicimus: ut apud Lucilium,

Non tango quod avarus homo eft: quodque improbus, omitto. Et apud Virg. 2. Georg. 16.

Quid memorem portus, Luciferino addita clauſtra? Latine dicitur Omifſio. Hæc Jul. Ruſi, in lib. de Schematis.

ANTIPOLIS, [Αντίπολις] Priami filius ex Hecuba, quem Agamemnon una cum Ifo fratre, ſed illegitimo thoro nato, in bello Trojano interfeuit. Apollod. 1. 3.

Fuit & Antiphus alter, filius Theſſali, [Hygin. F. 97. Corrupte Mnœſius] & nepos Herculis, qui cum fratre Phidippo dux tringita navium cum aliis Græci ad Trojanum navigavit, ut eft apud Homer. Il. 2. v. 185. Alius Pylæmenis Fil. ibid. v. 371.

ANTIPÖDES, um. [Αντίποδες] V. ANTICHTHONES.

ANTIPÖLIS, is. f. [Αντίπολις] Gallie Narbonensis urbs, Ptolemaeo. vulgo Regni. V. Plin. 3. 4. Tacit. 2. Hist. 15. 3. eft etiam Tranſiberina Regio in parte Rœma, que nunc Janiculum. Plin. 3. 5.

ANTIPOLITANUS, a. um. Adj. ut, Antipolitanus thynnī. Martial. lib. 3. 9. & 13. 103.

ANTIPÖTÖSIS, is. f. [Αντίποτων] Figura eft grammatica, poetis permifſa, quām cauſa pro alio cauſa ponitur. ut, It clamor coelo, pro In celum.

ANTIPYRGUS, [Αντίπυργος] Ptolemaeo urbs Marmaricae. Straboni Te-traprygia. vulgo Luch.

ANTIQUEUS, a, um. [ἀρχαῖος, παλαιός] ior, iſſimus. Virg. 1. Georg. 209. Antiquesque domos aviuia. Ubi Servius. Aut revera antiquas, aut charas. V. infra.

Quidam ſtatuant idem significare ac Vetus; alii videtur Antiquum muijus, Vetus minus eſſe. Aint nempe Veteres eſſe qui paulo ante nos vixerunt; Antiquos, qui ante veteres viixerunt. Diftinctiōne etiam pertinet a Plauto, qui hac duo coniungens, vetus, uti minus, priore loco ponit. Trin. 2. 2. 9. Histeriam veterem atque antiquam hæc mea ſcenectus ſustinet. Quod tamen contra ſe habet in Bacch.

Antiquum, & jam obſoleturn. Cic. 3. Verr. 56. Veror ne haec forte cui- quam nimis antiqua & jam obſoleta videantur.

Antiquo opere ac ſumma arte perfecto. Cic. 6. Verr. 72. Item 2. Verr. Affabre atque antiquissimo artificio factus deus. Cedrus antiqua. Virg. 7. Æn. 178.

Antiquissima cuicunque epiftola reſpondere. Cic. 9. Att. 9. Tres epiftolas tuas accepi potridie Idus. erant autem illæ tertie pridie Idus datae. Igli- tūr antiquissima cuicunque prima reſpondebo.

Antiquior dies adſcripta literis. Cic. 3. Q. frat. 1. Nam mihi uno die tres ſunt reditæ, & quidem, ut videantur, eodem ab te date tempore: una pluribus verbis, in qua primum erat quod antiquior dies in cuius ſuſt adſcripta literis, quam in Cæſarī.

Cenſu antiquo dives. Hor. 2. Serm. 3. 169.

Inter Senes, Veteres, & Antiquos. Senes, vocantur quantum ad pri- vatam ipſorum vitam, quod uisque ad ſenilem aetatem viixerunt. Veteres, quantum ad publicum tempus, quod alia aetate viixerunt, etiamſi ad ſenium non p̄venierint: unde quidam juniores, fuerint seniores veteribus. Antiqui, utrique dicuntur: ſed magis veteres quam fenes. Hæc Valla lib. 4. Cic. in Læl. 20. Plus apud me antiquorum authoritas valet.

Nobilibus antiquis ortus. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Stirps antiqua. Virg. 1. Æn. 626.

Antiqui officii homo, pro Sincero & minime fallaci. Cic. pro Quint. 56. Quid tum? tu aliquid patronum inuenies hominem antiqui officii, qui ſplendorē noſtrum & gratiam negligat? Idem pro Roſe. Amer. In qua muliere etiam nunc, quali exempli cauſa, veſtigia antiqui officii remanent. Quali exempli cauſa. i. e. Ut quali testimonio ſit, clini- fuſſe homines tanto officio & probitate præditos. De antiquis ſe- ita loquimur, quali omnes aequaliter eſſent viri boni. Eodem modo dicuntur Antiqui homines, qui prædiſti ſunt moribus antiquis. i. e. Opti- mismi & probatissimi, quales ſeſcileſ antiquorū fuerunt. Cic. pro Roſe. Amer. 26. Homines antiqui, qui ex ſua natura ceteros fingerent. V. Pitſc. Lex.

In eodem ſenſu dicuntur, Homo antiqua virtute ac fide. Ter. Adelph. 3. 3. 89. Antiqui mores. Plaut. Capt. 1. 2. 20. Ille demum antiquis eft adſeſſus moribus. Et apud Enniū.

Moribus Antiquis res ita Romana virisque. Adſcripit H. St. puto eft ap. Cic. Nimirum affertur ex hujus 1. 5. de Rep. ab Auguſt. 1. 2. c. 21. de C. D.

Antiqua disciplina V. in Disciplina. V. in Nizolio didascalio, ubi de Nizolio dicente, Bonis temporibus a Cicerone dici pro Antiquitus. V. MORES. H. St.

Antiquis etiam dicuntur, Qui nobis ex longo & diurno tempore con- junctus eft. ut, Antiquus amicus, Antiquus hospes. Plaut. Bacch. 2. 3. 27.

Antiquus, qui verbiſ antiquis & præſiſ utitur. Dicitur & Antiquarius. Cie. in Brut. 137. Fuerunt etiam in oratorum numero mediocriū L. & Sp. Mummiū fratres, quorum extant amboſ orationes: ſimplex quidem Lucius & antiquus, Spurius autem, &c. Sic Lælius dicitur Veſtitor in codem Brut. V. Veſtitus, in Verr. 1.

Antiquum pro Pritino. Ter. Adel. 5. 3. 26. Eandem illam rationem antiquum obtine.

Antiquum, abſolute. Plaut. Motſel. 3. 2. 102. Antiquum obtineſ hoc tuum, tardus ut ſis. Ter. Andr. 4. 6. 22. Optime hospes pol Criso antiquum obtineſ. i. e. Quid antiqui ſolebant. Aut certe eft ellipsis, ut ſubaudiamus ingenium, vel animum, vel morem, vel inſtitutum. Ex Donato. [Immo puto laudat ſimpliſciter ab Ante. H. St.

Antiquum, Nobile. Virg. 1. Æn. 531.

Terra antiqua, potens armis. Ubi Servius, Antiqua: i. e. Nobilis.

Antiqui, Magni. Virg. 2. Georg. 174.

— res antiquæ laudis & artis. Ubi Setvius, Antiquæ laudis, vel Magnæ, vel quod apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura.

Antiquum, pro Charo. Virg. 2. Æn. 137.

Nec mihi jam patriam antiquam ipſes illa videndi. Turnebus vero exiftim cum transfigum linuel, qui jam ſolum mutariſ & patriam, velut novam novaque ſedes exilio queſerit, cum appellare patriam Antiquam, patriam Pritinam, cuius ſolum veriter, & cuius amiferit juſ. Eſt enim Antiqua patria, a qua demigrat eft vel a colonis, vel exilibus, vel transfigis. Sic Tyrus Didus antiqua patria dicitur Virg. 4. Æn. 670.

Antiquus

Antiquus amicus. Ovid. 2. de Ponto 93.
 Antiquus, non modo Vetus, sed etiam Potius ac Venerabilis significat. Tractum ab honore qui senectuti exhibebatur. ut, antiquor cura, Quintil. lib. 4. Cic. 10. Att. 8. Itaque qui nunquam id egit ut Hispanie per se tenuerunt, navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. i. e. Potissima, & cordi in primis fuit. Budaeus.
 Nihil antiquus judicare fatue & libertate Reipubl. Cic. 10. Fam. 34.
 Nihil habere antiquus, Nihil sibi esse antiquus. Cic. 11. Fam. 33. Nec habui quicquam antiquus, quam ut Panam flatim convenire.
 Nihil antiquus vita exitimare, & omnia libertate posteriora ducere. Cic. 13. Philipp.
 Antiquissimum sit nobis, &c. Cic. Att. Non possum comodius scribere quam tu scribis, officium sit nobis antiquissimum. i. e. Potissimum, singularē, praecipuum.
 De Tullia mea tibi antiquissimum esse video: idque ita ut sit: te vehementer rogo. Cic. 12. Att. 5.
 Antiquissimum habere. Cic. 2. Q. frat. 1. Isque judiciorum causam sufficiet, antiquissimumque se habitorum dixit.

Carius & antiquus. Cic. 1. de Invent. 69. Quid hunc tantā Thebanorum gloria, tam claro atque exornato trophao carius atque antiquus habere convenit?

Sancti & antiquus est hoc mihi. Cic. 12. Att. 20.
ANTIQUARIUS, a, um. Adj. [φρεστας] unde Antiquarii homines dicti sunt, Qui voces prīcas & jam diu duras curios confectantur. Quo verbo Suetonius usus est in Augusto, cap. 86. Cacoelos & antiquarios, ut diverso genere virtutis, pari fidelitate prebeat. Budaeus.
 Antiquari etiam dicuntur antiquitatis nondum excolete studiosi peritique: quorum scripta jucunda quadam redivivaque interdum antiquitate veluti distinguit sunt: quales sunt olim Sallustius, & nuper Theodorus Gaza. Juven. 6. Sat. 454.

Ignotosque mihi tenet antiquaria versūs. Budaeus.
 Antiquarius etiam dicebatur, Qui bibliotheca Codices vetustos scripsit. Lomej. de Biblioth. cap. 13. Sidon. 9. Epist. ult. & Theod. Cod. 1. 2. de Stud. Liberal. &c. V. Guther. de Off. Dom. Aug. 3. 7. & Scalig. Lect. Aufon. 2. 11. & 13.

ANTIQUA, Adv. Hor. 2. Epist. 1. 66. Nimis antiquē dicere. Compar. Tacit. de Germ. 5. 6. Simplicius & antiquius.
 Superl. Solin. cap. 17. Titanas in ea antiquissime regnasse.

ANTIQUITAS, [παλαιωσις] denomin. Vetustas.
 Antiquitas authoritas. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Ultima antiquitas. Cic. 1. de Fin. Quod quam magnū sit, fictæ veterum fabulae declarant: in quibus tam multis, tamque variis ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur.

Desiderare antiquitatem generis. Cic. Frag.

Antiquitas generis ex clarissimo municipio profecta. Cic. pro Font. 31.
 Antiquitas, pro Ipsi antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamomum & casia fabulosa narravit antiquitas, addit Curt. 7. 3. 22. Cic. 2. de Divin. 33. & 1. Tusc. 12.

Antiquitas, in alia significatione. Sallust. teste Servio, Tantum antiquitatis curaeque majoribus pro Italica gente fuit. i. e. Antiqui & praecipui amoris sine charitatis: ab eo quod est Antiquum pro Charo. V. J. F. Gronov. ad Liv. 1. 32. pr. qui hunc locum Sallustii confirmat.

ANTIQUITUS, Adv. temp. i. e. Ab antiquo tempore. Caf. 1. Bell. Civil. Qui in eorum fide antiquitus erant. Idem 2. Bell. Gall. 4. Antiquitus transducti. Et 6. 4. V. ad **ANTIQUUS** H. St. not.

Antiquitus duravit hic mos usque ad nostra tempora. Quintil. lib. 1.
 Antiquitus factitatum. Plin. lib. 18. cap. 18.

Antiquitus institutum. Aurelius in princip. D. De offic. Praef. Praetor. Jam inde antiquitus. Plin. in Paneg. cap. 31. Video enim jam inde antiquitus maritos dearum.

Non adeo antiquitus placuit. Plin. lib. 2. cap. 2.

ANTIQUO, [αντικειον, κυριειον] āre. Abrogare, abolete, sive (ut Nonius interpretatur) Obsolēfacere & e memoria tollere: ut, Antiquare legem. Cic. 3. de Legib. 38. Vos item, ut video, legem antiquas sine tabella. Sic, Antiquare rogationem, idem Cic. 1. Att. 11.

Antiquare, est In morem primitū reducere. Fefus. i. e. Ut nihil in-

novetur. V. Not. Daceri.

Antiquare & Abrogare, inter se differunt. Antiquatur enim lex, quem populus eam perferri non patitur, suffragiis improbans. Abrogatur autem vetus lex, quam scilicet ante latam populus suffragiis tollit. Hoc exempla declarant, si quis utriusque verbī vīa suis locis accutire perpendat. Hec Paul. Manut. in Calep. [Uerbantur autem Solenni ac tralatatio hoc verbo, quum Rogationem rejiciebant, quod in tabulis litera A notabant, Antiquo. V. A lit.

Antiquari paff. Liv. 4. Sic Cic. 2. Off. 73. Quum legem Agrariam ferret, quam tamen antiquari facile paffus est.

ANTIQUATIO, onis. f. Abolitio, abrogatio. Gellius, Facta mox est antiquatio legis. Et Cod. 6. t. 56. l. 4.

ANTIQUATUS, a, um. Adj. ut, Antiquata lex. Liv. 5. 55. Antiquatus antiquata dilectione. Sidon. 5. 9.

ANTIRHINUM, V. ANARRHONUM.

ANTIRRHIUM, [Αντίρημνος] Promontorium est Ητολία, situm ad ipsum finus Corinthiaci osium, e regione Rhii, quod est Achaea promontorium, ab Antirrhio septent tantum stadiorum freto divisum. Thucydides utrumque Rhium appellat, cognominibus tantum ea distinguis. Nam quod in Peloponneso est, Achaeum cognominat: alterum Molycicum, a vicina urbe Molycria. Strab. lib. 8.

ANTISCI, [Αντίσχη] Populi sunt apud Meroen Ᾱthiopiae partem, aquinoctial proximam circulo, ubi illud dicitur evenire, ut per nonaginta dies umbræ noctis in contrarium cadant, unde & nomen fortiti sunt. Caf. lib. 1. cap. 22. Et Ammian. 22. 15. V. Altronous.

ANTISCUM, i. & **ANTISCIA**, orum. [Αντίσχη] Sunt (ut inquit Pontianus lib. 1. cap. 20. de Reb. Coelest.) Mutue partium Zodiaci confectiones, cum gradus unius signi, gradui alterius contrarium umbram jaciat. Hinc est quod Trapezuntius, in lib. de Antisciis, scribit, Ᾱντισχη recte Contaritis umbrationes appellari posse.

ANTISCORODON, [Αντίσκορδος] Herba est ex generibus Allii, quæ & Ulpicum & Allium Cyprium appellatur. Plin. lib. 19. cap. 6.

ANTISIGMA vocabatur qui ex altera parte ponebatur Scnicirculus, sive semirotondus suggestus, ut Apulejus loquitur, qui media interposita ro-

tunda mensa integrum efficiebat circulum. Ursin. Append. ad Ciac con. de Triclin. p. 256. V. SIGMA.

ANTISOPHISTES, a, m. Quintil. lib. 11. cap. 3. p. 1026. Burm. Ur-

baneque Virginius interrogat de quodam suo antisophite, quot milia passuum declamasset. Antisophistes igitur ut Antagonites dicitur. Vide Tert. Tib. cap. 11. & de Illistr. Granc. cap. 9.

ANTISPASTUS, i. m. [αντισπαστος] i. e. in contrarium abstractus. In Poetica est Pes constans prima & quarta brevibus, secunda & tertia longis: ut ἀλέξανδρη. V. Grammat. Antispastum bene in clausula ponit docet Diomedes, p. 467.

ANTISPASTICUS, a, um. Adj. ut, Antispasticum metrum, Diomed. p. 505. & Victorin. p. 2533. &c.

ANTISPODA, five **ANTISPODIA**, αντισπόδη Dioſcoridi, αντισπόδη Galeno. Vocantur a medicis Omnia ea que eandem cum spodiis habent facultatem quæque in spodiis inopia pro eo possunt supponi. Dioſc. lib. 5. cap. 43. & Plin. 34. 13.

ANTISSA, [Αντίσσα Stephano.] Oppidum in Lesbo insula: Sunt enim in ea insula oppida quinque, Antissa, Pyrrha, Eressos, Cirava, Mitylene. Verba sunt Pomponii. 2. 7.

ANTISTASIS, [Αντίστασις] Schema, quod Latinis Intentio dicitur, cum idem répetitur in contrario sensu: ut,

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis. Jul. Rufinian.

V. Quintil. 7. 4.

ANTISTES, itis. c. [αντίστης] Ab antiquo verbo Antisto, pro Antestio, quod ceteris antestet, id est antecellat. Erant autem Antistites apud antiquos Primari singulorum templorum sacerdotes, qui facis praeerant, & de futuris atque agendis responda dabant confluentibus. V. Pitic. Lex. in voce. Liv. 1. Potitii ab Evandro edocti, antistites faci ejus per multas attaces fuerunt. Loquitur de facis Herculis. Cic. pro Domo sua, 2. Antistites deorum.

Antistes, f. Valer. lib. 1. cap. de Servatâ Relig. Ne deae vetustis ritibus perita descesserint. V. Pitic. Lex.

Antistites ceremoniarum & facrorum, Præfeti ceremoniis. Cic. pro De- mo sua, 104. Juven. 2. Sat. 113.

Antistes, per transl. dicitur, Qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet. Unde Scrv. Sulpicius, teste Quintil. lib. 11. cap. 1. Juris antistes appellatus est. Et Plato, Sapientia antistes, apud Plin. lib. 7. cap. 30.

Antistes artis. Cic. 1. de Orat. 202.

ANTISTITA, a. Gell. lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quoque foeminas M. Cicero antistitas dicit, non secundum grammaticam legem antistites. Nam quum infolentias verborum a veteribus dictorum plerunque respueret: hujus tamen verbi in ea parte sonitu delectatus, Sacerdotes (inquit) Cereris, atque illius fanii antistite. Cic. 6. Ver.

Id est barbarico Cybeles antistita buxo. Virg. in Ciri, 166. & Ovid. 13. Met. 410. — tractisque comis antistita Phoebi.

ANTISTITIUM, i. n. [αντιστήτιον] Excellentia, & apex, & quasi Antistitis dignitas. Mart. Capell. lib. 2. Antistitio premebat Athanafia.

ANTISTATUS, ūs. m. Idem. Tertull. adv. Valent. cap. 13. Angelorum comparacitius antistitius.

ANTITHĒS, [Αντιθήναι] Socratis philosophus, acutus magis quam eruditus, praecessor Diogenis, & proinde Cynica Secte dux atque auxep, patientiam & duritiam in Socratis sermone adamavit, ut scribit Cic. 3. de Orat. 59:

Fuere item alii tres, unus de schola Heracliti, aliis Ephesius, tertius Rhodius historicus, ut tradit Diogenes Laertius.

ANTISTIUS, In Numbris **ANTESTIUS**, Nomen Gentis Romanæ Plebejæ. V. Fulv. Ursin. Ex hac memoratur L. Antistius disertus homo L. Matrinii Spoletinus accusator. Cic. pro Corn. Balb. 48. Fuit & alius Antistius Piso orator. Cic. in Brut. 308.

C. Antistius Vetus, qui Confus el creatus nono Tiberii principatus anno, quo anno in unitate venit equeter ordo, annulorumque autoritatis forma constituta est. V. Plin. lib. 33. cap. 2. & Faf. consular.

ANTISTO, [αντιστώναι] āre. Veteres dixerunt pro Antestore, i. e. Antecellere. Cato de R. R. 156. Bratifica est, qua omnibus oleribus antistat. Lucet. lib. 5. 22.

Herculis antistare autem si facta putabis, &c. Tacit. 2. Ann. 33.

Sed ut locis, ordinibus, dignitatis omnibus antistit. Q. Claudius apud Gell. 9. 13. Nepos 3. 1. 2. addit Barth. Adver. 34. 6.

ANTISTANS, antis. Catull. 9. 1.

— omnibus & meis amicis. —

Antistans mihi nullibus trecentis. [V. ANTESTO, que ve-

rior Scriptura videtur.

ANTISTOCHON, n. [αντιστοχον] Figura dictionis est quum litera ponitur pro litera, ut, Magalia pro Magaria; Sella pro Seda; & Melitor pro Meditor. Quidam scribunt Antistochon. Exempla plurimæ V. ad singulae feræ Alphabeti literas hujus operis. Conf. ANTITHESIS.

ANTISTEPHON, onis. n. [αντιστεφων] Quoddam argumentationis genus quo Reciprocum latine dicitur auctore Gellio 5. 10. & 11. Vide Gesner. Chrestom. Cic. p. 77. [Vtum potius argumentationis, & non nominativi quidem Dilemmatis, quam peculiare genus argumentationis est.

ANTISTROPHAE, quia Lyrici carminis authores uentur, est, quum ab levis in dextra obvertuntur, cuiusmodi eruntur vertigo, ab occuli in ortum: Stropha vero, ubi a dextris in levum fieret conuersio, qui & mundi intelligitur motus ab exercitio partibus ad occiduas: ut Epodus, ubi in uno consistente loco carmina concinunt. Ex Caf. Antic. Lect. 1. 8. c. 8. V. Mat. Victorin. p. 2501.

ANTISTRÖPHAE, es. f. [αντιστοχον] Latine Conversio: species est repetitionis, quum in candem partem orationis sepius definitur. Cuiusmodi est hoc pro Ponceio, Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissime copie e Gallia, equites numero plurimi e Gallia. Huic figura contariaret Epanaphora. Ex Aquila Romano, de Figuris. conf. Mart. Capell. p. 175.

ANTITAUROS, [Αντίταυρος] Mons Tauro oppositus. De quo Strabo lib. 11. Taurus itaque Septentrionem versus in multis quasi ramos dif- ficitur, quorum unus est Antitaurus: sic enim appellatur. Is Sophenam comprehendit in convalle quadrat, que inter eum jacet, atque laurum ultra Euphratrem. Denique ut idem lib. 12. refert, in eo valles sunt profundæ & angustæ, in quibus sita sunt Comana civitas memorata digna, & Bellona famum, quod illi Comana vocant. Sunt qui Auritaurus legi debete contendant. [Infinita fatis.

ANTITHEI, [*Αντιθεῖς*] Quidam mali dei, quos a Masis confungi ait Arnobius 4. p. 134. Hic spiritus esse dicuntur qui in actionibus humanis sepe obrepant, seque deos fingant, & infios mendaciss & simulationibus deludant. V. Lactant. 2. 9.

ANTITHESIS, is. f. [*Αντίθεσις*] Oppositio. Figura est dictionis, quum una litera pro alia ponitur: ut: Olli pro Illi. V. Ilidor. 1. 34. & supra **ANTISTOCHON**. Nam eadē fig. videtur. Alii Metalepsin vocant Grammatici.

Est & antithesis, sive Syncrisis, Figura Rhetorica apud Iulium Rufin. quum res atque personae inter se contrariae comparantur. V. voc. seq.

ANTITHETON, i. n. [*Αντίθετος*] Latine Oppositum, sive expressius, Contrapositum. Quintil. 9. 3. Ovid. 1. Met. 19.

Frigida pugnabat calidis, humentia siccis, &c. Pers. 1. Sat. 86.

— Crimina ratis

Librat in antithesis. Cic. in Orat. 166. Semper haec quae Graci

antitheta nominant, quoniam contrariis opponuntur contraria, numerum orationis necessitate ipsa efficiunt. V. Ilidor. 1. 25. & Mart. Capell. 5. p. 175.

ANTITYPUM, [*Αντίτυπον*] Exemplar similis formae, vel contrarium.

a Theologis dicitur Id quod per typum significatur. V. Sui. Thes.

ANTIVESTEUM, Diomontiorum Britannorum, quod etiam dicitur Bolerium apud Ptolemeum, Diodoro Bellarium, vulgo *s. Barium*, vel *The Lan'd-End*: in Cornubia seu Cornwallia.

ANTIUM, [*Αντίον*] Oppidum vetus in Latio juxta mare, cuius meminit Ptolemaeus, nunc penitus dirutum: vulgo *Nettuno*. Caput quandam Volscorum, deinde colonia P. R. Erat ibi antiqua religione nobile templum Fortunae, ut Hor. refert. 1. Carm. 35. 1.

O diva, gratum que regis Antium. Huc se nobiles Romanos animi causa contulisse, tradit Strabo lib. 5. Aberat autem Roma Antium stadiis cccvii, h. e. Milliaris xxxvii, cum dimidio. V. Strab. Hujus oppidi caputrum navium rostris fuggetus in foro Romano adornatus, templumque id Rofra appellatum. Liv. 8. 14. extr. V. Lex. Pitisc. & infra **ROSTRA**. Hinc

ANTIAS, atis, Gentile, quod nobili Historico Valerio cognomen habet, de quo Voss. de Hist. Lat. 1. 1. c. 10. Pl. **ANTIATES**. Hos plurimum classē valuisse, & sep̄ius bellum fortunatum cum P. R. tenetare docent rerum Romanarum scriptores. Vicī tandem ac triumphati fuerunt a C. Duillio cos. de quo V. in **DUILLIUS**.

ANTIANUS derivat. ap. Plin. 1. 3. c. 6. Sueton. in Calig. c. 57. Monuerunt & fortis Antianae, ut a Cassio caveret. Sed codd. variant, emendati que **ANTIATINAE** exhibent. Ubi Torrent. V. Conf. Macrob. Sat. 1. 23.

ANTIUS Nom. gent. Ro. plebej. de qua V. Fulv. Urf. Antii clari extiterunt, Sp. **Antius Legatus Romanus a Veientum rege interfectus cui ita in rostris fuit posita**. Cic. 9. Philipp. c. 2. **Antius Senator** in dicta sententia libertimus; Cic. 4. Att. 16. C. **Antius Refio** qui legem tulit ne quis magistratus temere foris coenaret, quam ne contemnere videatur nunquam ipse foris coenare voluit. Macrob. 3. Saturn. 17. conf. Gell. 2. 24. & Lex. Pitisc. in voce **LEX**.

ANTIZEUGMENON, V. **ANTEZYGMENTON**.

ANTLIA, *z.* [*Αντλία*] Machinula ad hauriendam aquam excogitata: Martial. lib. 9. 14. 3.

Curta laboratas antlia tollit aquas. In antliam condemnari Suet. Tiber. c. 51. est Ad exhaustiā lentiā, vel aliā aquā damnari: de quo sup̄pliciū generis locus est apud Artemidor. Oneirocrit. 1. 50. De re ipsa consule Lips. Elect. 2. 15. & Pithocēum Adv. subsec. 2. 16. vel quod omnium observations continet. Lex. Pitisc. Hodie a Physico Guericiana exhaustiendo aeri machina vocatur Antlia pneumatica. V. **ANCLA** supra.

ANTLO, *āre*. Haurire, a Graco *ἄντλω* descendit. Liv. Andronic. Florem antlabant Liberi ex carcheñis. Fetus. V. **ANCHO**.

ANTOBOGIS, Populi sunt Aquitanæ, Narbonensiæ provinciæ contermini, non procul a Cadurciis populis. V. Plin. lib. 4. cap. 19.

ANTOCIDES, is. m. Orator Atticus antiquissimus. Quintil. 12. 10.

ANTOECI, [*Αντόει*] m. pl. sunt Qui trans æquinoctiale parallelum; æqua latitudine ab eodem distantes nobis in hemisferiū sui conformi latere sunt: sicut quibus nostri Antipodes Perioeci sunt. Antoci autem dicuntur quod non contrariam, ut Antipodes, sed diversam Austrini lateris terram habitent: cum quibus nobis convenient in unitate diei, imo Meridiei propter unitatem Meridiani: verum cum apud nos longissimus est dies, apud illos est brevissimus propter contrariam latitudinem.

ANTONINOPOLIS, Urbs in Mæopotamia. Annian. 18. 9:

ANTONINUS, i. m. Cognomen aliquot Rom. Imperat. Inter quos duo celeberrimi, T. Aurelius Fulvius Boionius Antoninus ab Hadriano adoptatus, a clementia & lenitate Pius appellatus, quiique illi successit M. **Aurelius Ant. Philosophus**: qui sanctitate vita omnibus principibus anteceluit, ut de eo scribit Capitolinus. qui utriusque vitam exsequuntur est. Posterior de ipso libro 12. Gracc scriptis magna referunt sapientia: qui ad nos pervenerunt. V. Voss. Hist. Gr. p. 226. Cæterum Commodo, Caracalla, Diadumeniano & Elagabalo, aliasque tributum est hoc idem cognomen, quoniam populo ac militibus pergratum putabatur. V. Spanh. de Usu & Pr. Numm. Diff. 12. p. 506.

ANTONINIANUS, a. um. ut. Thermæ Antoniniane. Eutrop. 8. 10. Sodales. Capitol. in Marc. cap. 15. V. Pitisc. Lex.

ANTONIA, Gens antiquissima filii generis ad Antoniem Herculis filium retulit, ut author est in Antonio Plutarchus: quod ipsum apud Appian. lib. 3. de Bell. Civil. confirmat Augustus, his verbis: Adoptafest (inquit) te Caesar, Antoni, si scivis et equo animo ex Heracildarum gente transtulit ad Æneadas. Secunda hac Aboriginum patricia gens est, nec priæterea ullam apud antiquos reperio. Familia vero hujus gentis due sunt. Una Merendarum: altera (quod equidem sciam) cognomine caret, & haec plebeia fuit. Tribunatum enim plebis M. Antonium gesseps Plutarchus scribit: & C. Antonius Ciceronis in consulatu collegan, Pædianus in ea contra Catilinam, plebeium nobilium appellat. Unum tamen eundemque ortum habent, et tanquam ex eodem fonte fluixerunt: fieri enim facile potuit, ut haec familia ad plebem transierit, ut Octavia & alia complures. Haec ex R. Streinii l. de Stemmi. Gent. & Famil. Rom. V. etiam Lex. Pitisc.

M. **ANTONIUS** Orator, bello civili Marianus occitus est: ut author est Plutarchus in Mario. Cic. 3. de Orat. Paterc. lib. 2. Florus lib. 3. cap. 21. Hic duos reliquit filios, M. & C. quorum hic collega fuit Ciceronis in Consulatu. Catilinam prelio vicit: inde in Macedoniam profectus, ibi a Dardanis oppresus, amissi exercitu profugit. Romam reversus repetundarum damnatus est. Epitom. Liv. 103. Sallust. in Catil. Flor. 1. 4. Appian. 1. 1.

VOL. I.

Ille constitutus fuit curator tuenda totius oræ maritimæ, & quum in eo imperio bellum Cretensibus inferret, turpissime vicius interiit. Epit. Liv. 79. & 97. Vell. 1.2. Flor. 1. 3. c. 7. Hic tres reliquit filios, M. L. & C. Marcus, Magister equitum C. Caſare Dictat. & tandem consul cum eodem. Interfecto Caſare hostis a Senatu judicatus, ad Mutinam vicius ab Hirrio & Caſare Octavio in Galliam confugit: M. Lepidum cum legionibus sibi junxit, ac Triumvir R. P. Consistente in quinquennium cum Caſare & Lepido factus proscriptio[n]is Syllana revocanda in primis auctor fuit, & acerbissime exercuit. Brutum & Caſsum apud Philippi vicit. Delinde ad Orientem ordinandum profectus. Parthi bellum intulit: Verum duabus legionibus amissis, re male gesta, in Armeniam reveritus est. Ab Augusto ad Actium clasfe vietus Alexandri profugit, ibique seipsum interermit. Hac summatis ex Plutarcho. Epit. Liv. 116. & seq. Dion. Floro, Suetonio & Cicero. L. Antonius triumviri frater, Ao. U. C. 712. cum P. Servilio Vatia Isaurico consilium adeptus, cum eis honoris ac fraterna potestate fiducia, adjutrice Fulvia M. fratris uxore, res novas molieretur, ab Octaviano Caſare Peruie obſculis, ac fame ad decisionem compulsius, novissime per speciem honoris ab eodem in Hispaniam amotus, incertum quem haem vita habuerit. Ex iis, auctioribus & Freinsh. suppl. Livian.

Antonius Julianus, Rhetor Romæ perquam fuit honesti atque humani ingenii: doctrina quoque ita utiliore ac delectabilis, veterum eleganter curie spectabat, aut virtutes persitabat, aut vita rimabatur, ut judicium ab eo factum examinissim diceres. Gellius 9. 15.

Antonius Gnipro, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & a nutritore suo manūmisus, Romæ docuit rhetoramicam, & poemata in domo Julii Caſariorum pueri adhuc. Cuius etiam scholam Cicero & clari viri frequentasse dicuntur. Fuit aliquoq[ue] nisi facilicie natura: nec unquam aliquid de mercedebus pactus, eoque plura ex difficultate liberalitate consequitus est. Vixit annos 50. Suet. de Illust. Gramm. cap. 7.

Antonius Caſtor, Rei herbariæ peritissimus Plinii temporibus. Is centesimum excedens atatis annum, nullum corporis malum expertus, ac ne etate quidem memoria aut vigore concusſus, hortulū habebat, in quo herbae plurimæ alabantur, & diversi generis, ut testatur Plin. 1. 25. c. 2.

Antonius Muſa, [*Αντώνιος Μύσας*] Dion. 350. in fine H. St.] Medicus fuit Augutini excellens, cuius meminit Hor. 1. Epit. 15. 3. & Plin. lib. 19. cap. 8. 29. 1. & 30. 13. Huic statua ænea collocata fuit juxta signum Esculapii, ut scribit Suet. in Aug. cap. 59. Medico (inquit) Antoniuſ Muſa, cuius opera ex encipi morbo convalescerat; statuam are collato, juxta signum Esculapii flauerunt.

Antonius Eremita, sec. 3. natus vitam ultra centesimum annum extendit.

Moriens jussit corpus componi loco occulto qui ab Egyptiis ignoraretur ne proni ad superflitionem eius reliquias colerent. Eius vita descripta tributur Athanasio. V. Barth. Advers. 57. 1. & Voss. Hist. Gr. 3. 18.

Antonius alios V. apud Lex. Pitisc. Extant Antonii Sanderi de Claris Antonii libri 3. Halæ in 4. 1714.

ANTONIASTER, tri. m. dimin. Ex Antonio, ut Priscianus p. 617. refert ex Cic. Orat. pro Var. extr. p. 3891. ed. Fragn. Cic. Verburg. ubi V. not.

ANTONIANUS, a. um. ab Antonio deductum. Cic. 12. Fam. 14. Antoniano latrocino liberata Respubl. Vellei 2. 74. 3. Antonianæ partes.

ANTONOMASIA, [*Αντονομασία*] Figura est, que fit propterea nomine propri id ponitur quod potest esse cum proprio nomine, & epitheton dici. Ut, Saturnia, pro Junone. Virg. 1. Æn. 23. ex Servio. Quintil. autem lib. 8. cap. 6. Antonomasia est, quæ aliquid pro nomine ponit: ut, Pelides, pro Achille. At in exemplo Quintilianus Syncedochē est; & in exemplo Servii neque figura neque tropus. Ramus. V. Quintil. 9. 1. & Voss. Rhet. qui ad Syncedochē reject.

ANTORAS, [*Αντρας*] Centauri cuiusdam nomen. Val. Flac. 1. Argon. 146.

— ardentes peritagi Clavis Antora queru. Al. Actora.

ANTORIDES, [*Αντριδεῖς*] Pictor, Aristippi, filii Aristidis Thebani, discipulus: de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

ANTRE & arum. Convales, vel Arborum intervalla. Festus. Ubi Scalig. V.

ANTRONIA, [*Αντρωνία*] Pomponio Melæ, Civitas est Maenefre, regionis Thebæa, quæ a Stephano & Strabone Antron dicitur: ab Antris nimis utroque nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiam fecerant molarium lapidum fodina. Circum hanc urbem procerissimi signebantur aeni: unde factum est ut Antonius aenius, proverbio dicatur de Homine corpulentu & robustu, in quo tanien ingenium & animi vigor defideret.

ANTRONIS ASINUS, [*Οὐρανὸς Αντρωνὸς*] Castellum in Phthiotica plaga, de quo sic Strabo lib. 9. Ad Antonem vero munitione castellum est, in transiſtu in Euboicam, quod Antonius asinus vocant.

ANTRU, i. n. [*Αντρός*] Graece Latinæ autem Caverna dicitur. Virg. 6. Æn. 42.

Excisum Euboicæ latuſ ingens rupis in antrum. Mart. 1. 13. 60.

Gaudet in effuso habitat cuniculus antris.

Antrum pro subſt. Cavum. Virg. 4. Georg. 44.

— exefaque arboris antri. De apibus loquitur repertis:

Abdita antra. Ovid. 13. Met. 47.

Cæcum. Lucan. lib. 4. 301.

Cavum. Virg. 3. Æn. 641.

Curvum. Sil. lib. 6.

Frigida. Ovid. 5. Met. 349.

Furva. Ovid. 5. Met. 541.

Gelida. Virg. 4. Georg. 509.

Immania. Virg. 6. Æn. 11.

Inferna. Propert. lib. 3. 5.

Nigrantia. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 42.

Obfusa. Ovid. 4. Met. 100.

Opaca. Sen. Hippol. 4.

Roranca fontibus. Ovid. 3. Met. 177.

Vasta. Virg. 1. Æn. 56. & 3. 431.

Uda. Martial. lib. 10. 35.

Viridia. Virg. 1. Ecl. 76.

Occult se antro. Val. Flacc. 8. Argon. 315.

Subire antra. Ovid. 1. Met. 121. & 12. 417. Antra simili si beunt.

Succedere antro. Virg. 5. Ecl. 19.

In antra claudi. Ovid. 14. Met.

Antra celeberrima apud antiquos V. in Lex. Pitisc.

ANTRUO, *āre*, in Gloſſi. redditur pér αντροῦ, i.e. in antro five speleū varſari. Sed V. Festum, ubi Dacerius pro αντροῦ legit αντροῦ, i.e. circuſ curſu ferri, motu edere, ut corveniat cum **AMTRUQ** & V. supra.

ANTRURA,

ANTURA, &c. f. Herba, forte eadem quæ supra ANTHORA. Marcell. Emp. cap. 8. Tura & antura herba.

ANTUS, V. ANTHUS.

A N U

ANUBIAS, adis. [ἀνύβια] A quibusdam dicitur herba, quæ notio nomine Conya appellatur, & vulgo Cimicaria, seu culicaria. Legitur haec vox in quibusdam Dioforidis exemplaribus, quam tamen a peritoribus inter nomenclaturas notias, salfoque Dioforidi attributas scio numerari.

ANUBIS, is, & idis. [Ἄνουβις] Ægyptiorum deus, qui canino capite pingitur. Hunc volunt esse Mercurium, quia nihil est cane fagacius.

Author Servius enarrans illud Virg. 8. Jn. 68.

Omnigenumque deum monstra, & larrator Anubis. Ovid. 2.

Amor. 13. 11.

Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi. Propert. lib. 3. 11. 41.

Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin.

ANULUS, V. ANNULUS.

ANULUS, Fluvius Mauritanæ, apud Plin. lib. 8. cap. 1. Legitur in MSS. Amilus. V. Hard.

ANUS, is, f. [Ἄνυ] Vetulum significat. Festus. Anus dicta est ab annorum multitudine: quoniam antiqui non geminabant consonantes: vel quod jam fit senus, qui Græco dicitur οὐσία. Cic. 1. Tusc. 48. Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista? Ovid. 3. Fast. 668.

Pauper, sed multa fedelitatis anus.

Anus, genitivus antiquus pro Anus. Varr. Cato, vel de Liberis Educand. Eam nutricem oportet esse adolescentem. Anus enim ut sanguis determin. sic lac. Ex Nonio. V. Gell. lib. 4. cap. 16. ubi abunde.

Annofa anus. Ovid. 2. Fast. 571.

Curva. Ovid. 1. de Arte Am. 766.

Delira anus. Cic. 2. de Divin.

Frigida. Ovid. 3. de Arte Am.

Grandæva & defæcta. Sen. OEth. 15.

Tremens. Ovid. 8. Met. 660.

Vivax. Ovid. 13. Met. 519.

Anus, plur. Hor. Epid. 17. 60. & 1. Serm. 4. 38.

Sumitum & adjective: ut, Amphora anus. Martial. lib. 6. 27.

Charta anus. Catull. 69. 45.

Fama anus. Idem 79. 10.

Ficus anus. Plin. 15. 19.

Terra anus. Idem 17. 5.

Est & Anus, Cutis superans umbilicum, cuius rugæ senii indicium faciunt. Tralata significat Emasculatum, deformem, inutilem: ut obseruat Barthius in Comm. ad Claud. in Eutrop. 1. 9.

— trabeata per urbes

Ostentatur anus, titulumque effeminat anni.

ANICULA, &c. [Ἄνικλα] dimin. Cic. pro Flacc. Anicula minime suspiciose purgat se. Ter. Phorm. 1. 2. 48. & And. 1. 4. 4. Hoc. dimin. per contemptum dicitur, sicut Mulercula, Meretricula, Paupercula: quasi Anus abjectissima.

Ab uno Anicula, Anicella. Varro 1. 8. p. 116. meæ edit. poststr. H. St.

ANICLA, &c. f. pro Anicula, Prudentius Perist. 10. 149.

ANICELLA, &c. f. Aliud dimin. apud Varr. 8. de L. L. 45. & Sen. Ep. 77. ANILIS, &c. [Ἄνηλις, ζεῦρος] Adj. ut, Anilis ætas. Columel. lib. 2. cap. 2.

Curie aniles. Virg. 9. Jn. 489.

Fabule. Quintil. lib. 1. cap. 8. Hor. 2. Serm. 6. 77.

Cleomedes 1. 2. de Epicuro: Ἀνὴρ γένος μηδεὶς ζεῦρος πατεῖται. Nugæ aniles, ζεῦρος λόγοι. V. in Registro in Lune defectus, de anilis creditibus luna defectum contingere, ὃν φερεμένος εἶται, αἱ καθηγησαντες ἐντὸν. H. St. Incertum quem auctorem refixerit. Apud Cic. 1. Tusc. 93. Inepitiae aniles. V. & Erasm. in Prov. Aniculorum deliramenta. Add. 1. Timoth. 4. 7.

Paus. Ovid. 14. Met. 533.

Quæstus. Ovid. 9. Met. 276.

Ruge. Ovid. 14. Met. 96.

Superfitiones. Cic. 2. de Divin. 125. Codd. emend. Superstitionem imbecilli animi atque anilis.

Studium. Virg. 4. Jn. 641.

— illa gradum studio properabat anili.

ANILYTAS, &c. f. [Ἄνηλιτας] Sicut a Scena senectus, ita ab Anu anilitas nominata est. Ibid. 11. 2. Cana anilitas. Catull. 62. 102. & 59. 162. In Cloph. Istor. Anilia est Americia, fatuitas. Malim ibi Anilitatem esse Anum delirium. ex Thef. Lip.

ANITAS, &c. f. Idem. Glos. Gr. Lat. ζεύρων, Anitas. V. Fest. qui Anatem exhibet, nisi vox mendosa est: Anatem morbum anum dicebat, i. e. Veturalarum, sicut Senium morbum senum. Add. Elmenh. Indic. in Apul. v. Anilitari.

ANFO, &c. Veturalarum fieri. Philox. Glos. & Flav. Caper. de Orthogr. pr. ANESCO, &c. Caper. Ibid.

ANILYTOR, &c. Idem. apud Apul. de Mundo, p. 67. extr. Elmenh.

ANILYTER, &c. [Ἄνηλιτες] Cic. 3. de Nat. Deor. 92. Neque id dicitis superfitione atque amiliter: sed physica, constantique ratione. i. e. Secundum aniles superstitiones.

ANICULARIS, &c. Idem quod Anilis. Augustinus. Quum hac loquor, anicularia tibi videntur hæc verba.

ANICULOSUS, a, um. Idem. in Cathol. Jo. de Janua.

ANUS, i. m. [Ἄνου] is, & id. Foramen per quod evacuantur alvus: alio nomine Podex. Cic. 9. Fam. 22. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? Celf. lib. 7. cap. 30. Ne anus ipse suppuret.

ANITERGUM, i. n. P. Damian. 1. Epist. 9.

A N X

ANXA, Oppidum in ora Senonum, quæ ante Gallipolis dicebatur, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 11.

ANXIUS, a, um. [Ἄνηστος] ab Ango, is; pro Sollicito aut Mesto fere accipitur. Proprie tam quid sit Cic. 4. Tuf. 27. ostendit his verbis, Itaque dicimus graveditos quosdam, quosdam tormentinos: non quia semper fint, sed quia sepe fint: alii ad incutin: alii ad aliam perturbationem proclives. Ex quo in aliis anxietas, unde anxi: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Etique aliud iracundia est, aliud iratum: ut differt

Anxetas ab Angore. Neque enim omnes anxi qui anguntur aliquando, neque anxi semper anguntur.

Anxie ægritudines & acerbæ. Cic. 4. Tusc. 34.

Anxio animo esse. Cic. 2. de Fin. 15.

Anxius sum de aliqua re. Quintil. lib. 5.

Anxia cura, Quæ nos facit anxios. Plin. lib. 6. cap. 8.

Oratio, i. e. Curiosus elaborata. Gell. lib. 15. cap. 7.

Senes. Cic. de Senect. 65.

Anxius, cum gen. Plin. 1. 15. c. 18. Nepotumque securitatis anxius. h. e.

De suorum nepotum securitate sollicitus. Silius, Anxia fati. Ovid. 1.

Met. 623. — & fuit anxia furti. i. e. Fuit sollicita ne sibi furto auferretur. Idem 19. Epist. 39.

Anxia sunt vita peccata nostra tuae. i. e. De tua vita sollicitus est meus animus.

Anxius gloria alterius. Liv. 5. Bell. Pun.

Anxius mentis. Ovid. ad Liviam, 398.

Tu quibus auditus anxia mentis eras. h. e. Animo anxia.

Anxia potentiae. Tacit. 4. Ann. 8. Et 2. Ann. 75. Anxia sui.

Anxius, cum accus. Lib. Decad. 1. lib. 8. Stupentes Tribunos, & suam jam vicem magis anxios, quam ejus cui auxiliū ab se petebatur, liberavit onere confusus populi Romani.

Anxius, cum ab. ut. Anxius curis. Liv. 7. Bell. Pun. Ovid. 9. Met. 275.

Anxius habere aliquem dicitur res. Hirt. lib. 5. Mirifice hostium levis armatura anxiæ ac sollicitum habebat.

ANXIE, [Ἄνηστος] Adv. qual. Sollicito, curioso, & cum anxietae. Salust. in Jugurtha, neque tam anxiatum fuisse. Plin. lib. 11. cap. 52.

Ne in se quisque & auguria anxiæ querat.

Vir tam anxiæ doctus. V. Doctus, in DOCEO.

Anxie diligens. Macrobi. 6. Saturn. cap. 7. Dicas volo, quid sit, quod quum Virgilii anxiæ semper diligens fuerit in verbis pro causa merito vel atrocitate ponendis, incuriose & abjecte, &c.

ANXIETAS, atis. f. [Ἄνηστα] Plin. lib. 7. cap. 53. Quem eventi anxiæ state diximus mortuum. Juven. 13. Sat. 211. Perpetua anxietas.

Anxietas animi. Ovid. 1. de Pont. 5. 8.

ANXIUTUDO, inis. [Ἄνηστος] pro Anxietae. Cic. 2. de Repub. Quarataque anxiutudo, prona ad luctum, & moerens, semperque ipsa se folientans. Accius Armorum judicio, Ubi cura est, ibi anxiutudo. Nonius, 2. 32. Paul. Nolan. Ep. 14. Ed. Paris. n. 3.

ANXIFER, [Ἄνηστος] Adj. poest. quæ Ferens, five Afferens anxietas. Men. Cic. 2. Tusc. 21. Nunc dolorum anxiiferi torquent vertices. Anxiiferæ curæ. Cic. 1. de Divin. 22.

To tamen anxiferas curas require relaxas.

ANXIO, äre. pro Angere. Anxietaem adferre. Apul. 4. Met. p. 155. Ed. Elmenh. conf. Vulg. Pf. 60. 3., & 142. 4.

ANXIOSUS, a, um. Cæl. Aurel. Tard. 1. 2. Quod est dormitoris anxiustum.

ANXUR, tūs, tam. m. quam n. Urbs est Italæ, quam nunc Tarracina dicunt, vel Terracina. Martial. lib. 5. 1.

Sive saluiferis candidus Anxur quis. Candidus, a candore famorum, inquit Domitius. Hor. 1. Serm. 5. 26.

Impositum faxis late candidibus Anxur. Mons (inquit Porphyrio) in quo Tarracina constituta erat, faxa habet calcii coquenda apificina: ergo a calce videtur candida dixisse. Plin. 1. 3. c. 5. A Circis palus Pontina est, quem locum viginti trium urbium suffit Mutianus ter Confidit. Dein flumen Ufens, supra quod Tarracina oppidum, lingua Volforum Anxur dicitum. Servius in 7. Jn. sub fin. Circa hunc tractum Campania celebatur puer Jupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἀνὴρ ἔργον, id est, Sine novacula, quia barbam nunquam raflesset: & Juno virgo, que Feronia dicebatur. Est autem Fons in Campania iuxta Tarracinan, que aliquid Anxur dicta est. Haec ille. Scaliger ad Festum monet in vet. Ed. Hor. 1. c. eff. Procur. pro Anxur, quæ lectio iphi placet. Nam, inquit, certissimum est ex Servio veteres ita dixisse ob Jovem imberben, five ἄνερος, qui ibi celebatur: & in numero argenteo Panæ, ab uno latere IOVIS AXVR. VIBIVS C. F. C. N. ab altero PANSA. Quare & pro

ANXURUS, i. m. quod Jovis est Epitheton. Virg. 3. Jn. 799.

Circumque jugum quies Jupiter Anxurus arvis Praefidet. Anxurus diceret jubet ad illum locum Cerda, f. 140.

favetque etymologia quam suppedit supra Servius. Nam ἄνερ, citius dicent Graci quam ἄνηστος. Barbatum Jovem representat numisma quadrum cui inscriptum IOVIS AXVR, unde Constant. Landus, p. 83.

Servium hic deceptum suscipitur. De varietate MSS. circa has voces V. Drakenb. ad Sil. 8. 391. V. etiam Lex. Pitisc. H. St. hic ad Enarratorem Horatii a Crispio edicium lectorum remittit p. 361, 362.

qui Servio adtipulatur.

ANYGER, five ANYGRUS. V. ANIGRUS.

ANYPARXIA, f. [Ἄνηστρεια] i. e. Facultatum absentia, opum deficitus. Ita ex MSS. elicit Opstopes apud Sen. Epist. 87. pro ἄνεξι.

ANYTUS, Vir Atheniensis, Socratis inimicus & accusator. de quo Plato, Plutarch. Lucian. Diog. Laert. Elian. aliqui, qui de Socratis morte scripserunt.

AOI Dei, [Ἄνω θεος] Dicebant ex cursu trajicientes in Samothracem stagnum, & Cilices, ab Aoo Cephali præterfluentis fluvii. Authorē Hesychius & Phavorinus.

ANON, önis. m. ut dicit Lactantius, fuit Neptuni filius, & ab eo dictam affirmat Aoniā, quæ quidem pars est Boæotia. Inde & populi Aones dicit, & Aones montes. Virg. 6. Ecl. 65. Addit. Perottus Aonem filium reliquisse d'Ymantem, qui patri in imperio succedit.

ANONIA, [Ἄνων] Pars montana Boæotia, ab Aone Neptuni filio, ut dicit Lactantius: in ea est fons Aganippe, qui dicitur Aonius fons. Item Aonides vocantur Muñoz, quibus ille fons dicatus est. Unde Juven. 7. Sat. 8. Fontem Aonidum vocat.

ANONIUS, a, um. [Ἄνων] i. e. Boæotius, ut placet Servio ad Virg. 3. Georg. 11.

Aonio rediens deducam vertice Musas.

Deus Aonius. Ovid. 1. de Arte Am. 312.

Lyra Aonia. Ovid. 1. Amor. 1. 12.

Urbes Aoniae. Idem 3. Met. 339. & 2. 380.

ĀḠR̄TUS, i. n. [Αγρότης] i. e. Invisibilis : Έον hereticorum. Ter-
tuli contra Val. cap. 35.

ĀORISTUS, i. m. [αραιτός], i. e. Indefinitus, scil. οὐδέποτε, tempus in-
certum, atque adeo indefinitum significans apud Græcos gramm.

ĀORNOS, i. c. [Αρόνος] fuit Petra apud Indos præcep & invia, mo-
numentis historicorum celebrata. Ita dicta ob admirandam altitudinem,
quasi ipsi etiam avibus inaccessa. Scribit Plutarchus Alexandrum, quem
intellexisse est hanc petram teneri ab homine meticulo, dixisse, Nunc lo-
cus iste facillimus est captu. V. Curt. 8. 11.

Est & Aornos, Locus in Epiro, ita dictus a pestifera avibus exhalatione,
teste Plin. in procem. lib. 4.

Hoc etiam nomine dictus fuit Lacus inter Puteolos & Baias, qui postea
Avernus est appellatus. Virg. 6. Ene. 242. q. V. infra.

ĀÖRS, [Αρός] Creta civitas ab Aora nymphâ appellata, quæ alio no-
mine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere uno ex Curetibus. Ex Stephano.

ĀÖRS. A. H. ORUS.

ĀORSI, [Αρόσι] Populi, teste Ptolemae lib. 6. cap. 14. non procul a
Jaxarte fluvio, qui in Hyrcanum mare infuit.

Alios Plin. lib. 4. cap. 12. in Europa collocat. Strab. lib. 11. Aorsos dicit
Tanaïm fluvium accolare.

ĀORTA, [Αρότη] Arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis ventri-
culo exoriens, spiritum vitalem in totum animalium corpus deferens, na-
tumque calorem per diastrofem & syphonem temperans, ut tradit Galenus
de Dissec. arter. & lib. 16. de Usu partium. Sed alter Juniores Anatomici. q. V.

ĀÖTÖI, [Αστοί] Populi sunt in finibus Thraciae, Getis finitimi, non pro-
cul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 11.

ĀÖÜS, [Αστοί] Fluvius est in ea parte Macedoniae quæ Mari Adriatico
adjacet, non procul ab Apollonia in mare illavens. Sunt qui Astantem
appellent, teste Plin. lib. 3. cap. 23. V. Liv. 32. 5.

A P

AP. Apud. A.P. IVD. Apud judicem. APP. Appius, vel Appellat.

ĀPAI, [Απάσιοι] Populi in Æthiopia sub Ægypto, Meminonibus ad Austrum
proximi, de quibus Ptolem. lib. 4. cap. 8.

ĀPÄGE, [Απάγη] tractum (ut quidam volunt) a verbo Græco απάγω, quod
est, Abduso, abigo. Nonnulli dicunt esse Verbum imperat. fec. perf.
sing. aliud Adi, ali vitantis Interj. volunt. Utqucne est, vox est apud Comicos
usitatior, qua modo ut adverbio, modo ut verbo utimur, signifi-
cantes scilicet Rei alicuius fastidium. Ejus igitur usus clarissus patet exemplis.
[V. Primitivum AGE, cui quodammodo contrarium est, nec du-
bitare licet quin sit ex Græco απάγω, de quo V. Henr. Steph. Thef.

Apage, absolute possum. Plaut. Amph. 1. 1. 154. s. Apage, non placet
me hoc noctis esse, coenam modo. Quasi dicat, Abfit me istud.

Apage a dorso meo. Plaut. Cafin. 2. 8. 22. i. e. Te remove, vel pro-
cul esto. Apage illum a me, Idem Caf. 2. 8. 23.

Apage te. Ter. Eun. 5. 2. 65. subaud. A me. i. e. Hinc, vel a me rece-
de. Cic. 5. Fam. 10. Apage te cum nostra Sexto Servilio.

Apage istiusmodi salutem, cum cruciata que advenit. Plaut. Merc. 1. 2. 33.

Apage, apage te a me. Plaut. Motet. 3. 2. 8. Apage a me, apage. Plaut.
Bacch. 1. 1. 40.

ĀPÄGESIS, h. e. Apage si vis: ita dicitur, ut Aegesis, Videgis, Cavegis, &
alia verba ejusmodi. Ter. Eun. 4. 6. 19. Num formidolosus obsecro es mi-
hom? c. Apagesis, ego formidolosus? Cic. 2. Tusc. 42. De exercitatione
& conseruacione & commentatore dixi. Apagesis, nunc de ratione vi-
deamus. Quasi dicat, Faceant ista, in codd. emend. legitur Aegesis, Ant.
Augustini. Atagesis. Plaut. Poen. 1. 2. 15.

ĀPALÄ OVA, [Απάλαια] apud Apic. 7. 17. & Scrib. Larg. Comp. 104.
Marc. Empir. Statim dare debes lenteum & betam coctam vel alicam vel
ova apala. [V. Rhodii Lexic. Scrib. Etiam Celso tribuit hanc vocem
lib. 4. c. 6. Ubi tamen Lindenius, E pullis, mollibusve juis, edidit, qui lo-
cus vix fanus videatur. Illud satis constat, Celsum alias Latina voce Mollia
vocare & a Sorbillis distingue, que Mollia vulgo Germani vocant. V.
lib. 2. c. 18. & 26.

ĀPALÄ STRI, [Απάλαια] Ab antiquis dicti sunt Qui palestram, i. e.
decentiam illam, qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino
habitus venustatam quandam leporinam pra se ferunt, non didicerunt.
Cic. in Orat. 229. Itaque qualis corum motus, quos Apalestros Graci
vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias.
Budeus. V. Quintil. 9. 4. [Apud Cic. etiam in Verburgiana, vitofo scri-
bitur ἀπάλαια, id enim Invincibilis seu Inclutabilis significat, ut ἀπόμ-
λαια. Qui difficulter sup eratur: At ἀπάλαια. Expers palestra, sive in
arte palestrina non exercitatus, seu qui palestram non atutig.

ĀPALÄ, APALARE, is. n. Idem fere quod Cochlear, vel Patina, in
quo ova aliaque obsonia apponuntur. Isidor. Gloss. Apalare Cochlear.
Auson. in Epist. 21. ad Paulin.

Majorum menis apalaria succus inundet. Sic Salmasius legit.

Hift. Aug. 2. 340. contracte legitur Apalaria apud Scaliger. Leçt. Auson. 2. 28.

ĀPÄMEA, vel **ĀPÄMIA**, [Απάμαια] Insula est Tigris fluvio circumfusa:
sic dicta (ut scibit Plin. lib. 6. cap. 27.) ab Antiochi matre. Alias Apamia
Mesenes.

Est & Apamea Bithynie oppidum, quam Nicomedes cognomento Epiphane-
nus, Brutus regis filius, de matris Apames nomine, Apameam vocari vo-
luit: quæ Myreia, a Myro Colophoniorum due dicebatur, ut tradit
Plin. lib. 5. cap. 32. al. Apamena col. V. Lex. Pitisc. Hodie *aman* vo-
catur. V. Strab. 12. 397. & Cic. 5. Att. 20.

Tertia est Apamia Urbs minoris Asiae & una Phrygiarum urbium maxima,
quondam Celæna dein Cibotus dicta teste Plin. 1. 5. c. 29. a Seleuco Ni-
catoris condita. Idem l. eod. c. 30. Hinc

ĀPÄMEI, m. pl. Apamia Incola. Plin. 10. Epist. 57. &

ĀPÄMENUS, a, um, ut, Vinum Apamenum. Plin. 14. 7. V. & Avien.
Perieg. V. 1093.

ĀPÄMESTE, Oppidum in ea Italiae parte quæ olim magna Græcia dicta est.
Hujus incola dicuntur Apamestini, quorum meminit Plin. l. 3. c. 11.

ĀPÄNARE, i. e. Panem præbere, barbare cit: ex quo fonte etiam Apa-
nagium, & Apaganus. V. Gloss. du Fresne.

ĀPÄNTHISMUS, [Απάνθισμος] Linea exilis, & visum effugiens apud
pictores, Galen. teste, lib. de Dissec. venar. cujusmodi linea a Protoge-
& Apelle ducta sunt, apud Plin. lib. 35.

ĀPÄCTIAS, [Απάκτια] Ventus ab Arcto flans: h. e. a Septentrione.

VOL. I.

Plin. lib. 2. cap. 47. Gell. 2. 22. Apul. de Mundo, p. 241.

ĀPARIS, [Απάρινη] Ranis multis & parvis fruticatis, asperis, quadrangulis,
per intervalla orbiculato foliorum ambitu, ut in Rubia: flos al-
bus, femeñdum, rotundum, concavum, album, umbilici figura, asperita-
tate vestium tenaci. Ea alio nomine Philanthropon dicitur. Galli vocant
Grateron. V. Dioic. lib. 3. cap. 88. Plin. 27. 5.

ĀPARNI, [Απάρνη] Scythæ populi, ex Nomadum gente, Hyrcanis, & eo-
rum mari proxime adjacentes: de quibus plura apud Strabonem lib. 11.

ĀPARTHENIT, Populi sunt circa Maeotin. Plin. lib. 6. cap. 4.

ĀPARTHLOGIA, a. f. [Απαρθλογία] Ratio est quæ summa impendio-
rum iustitia subducitur cum pecunia quæ in numerato habetur. Velut
qui domum adificare instituit, rationem impenitum futura cum pecunia sua
colligit, ut ex ea videat quatenus exadiificare possit: quod si summa ad-
equent inter se, jam fecur est operis. Hanc rationem Cicero Quadrantem
appellat, quum nihil nec excurrit, nec defit. Nos lingua nostra vernacula, Latina lingua imitatione, Rotundam rationem vocamus. Hor. 1. Ep. 6. 34.

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro
Tertia succedant. Ex Budwe.

ĀPATR, [Απάτη] Genus intibi apud Theophrastum, quam Theodorus
Fraudem vertit, eo quod gustantes amaritudine decipiunt.

ĀPÄTHES, [Απάθη] Latine dicitur Sine affectionibus. Plin. l. 7. c. 19.
Exit hi animi tenor aliquando in rigorem quandam, torvitatemque na-
turam duram & inflexiblem, affectusque humanos adimit, quales & Απάθη
Graci vocant, multos ejus generis experti.

ĀPÄTHIA, a. f. [Απάθη] dicitur Vitium illud nature, quo immobi-
les & intrepidi se ad omnia præbent homines. Usus est Gell. l. 19. c. 12.
nbi ait, Sic isti apathæ scitatores, qui videri se esse tranquillos, & intrepidi-
dos, & immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascun-
tur: omnibus vehementioribus animi officiis amputatis, in corpore (me-
lius torpe, Lips. n. 39. ad Tacit. de Germ.) ignavae, & quali enervatae
vita confundentes. Seneca Gr. vocem reddit Impatiens. Epist. 9.

ĀPÄTOR, oris. m. [Απάτος] dicitur Sine patre. Tertull. de Praescript. cap. 53. de Melchis. quo nomine a poëta Vulcanus dicitur, quem illi fin-
gunt a Junone sine patre esse editum. Dicuntur etiam Apatores, qui incerto
patre nati sunt, quos Latinis Spurios vocant. V. Plutarch, in Problem. & §. 11. Instit. de Nupt.

ĀPATURIA, orum. n. pl. [Απατηρία] Festivitas Athenis celebrabatur,
in qua Sitalci Thracum regis filius civitatis adscriptus est. Quatuor autem
dierum ex fuit: primum dictum δεσμός appellatur, quod fodales ad ve-
speram in unum coacti epularentur: secundum ἀπάτην, a sacrificando:
(nam Jovi fodali, & Palladi sacra faciebant:) tertium κορώνην, i. e.
Puellarum, vocabunt (quod scilicet pueros & puellas fodali statu adscri-
bent: quartus dictus ἀπάτης est. Ex Suida; apud quem vide latius
quæ causa horum festorum fuerit, & apud Euseb. in lib. de Temp. ibique
Scalig. Animad. p. 56. extr.

ĀPATURIAS Venus, [Απατηρίας Αφροδίτη] De hac ita in undecimo
scribit Strabo, ubi de Phanagoria agit. Phanagoria est (inquit) insigne
Veneris Apaturia templum. Id nomen interpretantur, fabulam quan-
dam afferentes, quod quin gigantes Venerem adorarent, illa Hercule
invocato, tandem in latebris quibusdam latavit, donec gigantes figilla-
tim excipiens dolo, Herculi occidentibus exhibuit. Hinc est Apaturium
templum ipsum Veneris nuncupatum, ut prodit Stephanus & Strabo eod.
lib. 11. p. 341. Hinc

ĀPATUROS oppidum Ponti. Phanagoria & pene desertum Apaturos. Plin.
lib. 6. cap. 6. Ubi de oppidis in aditu Bosphori.

A P E

ĀPE, apud anticos dicebatur Prohibe, compesce. Festus. Ape κάλυπτος, Gloss.

ĀPÄLIOTES, a. m. [Απαλιοῖς] Nomen venti. Plin. lib. 2. cap. 7. Ab
Oriente aquinoctiali, Subsolani, ab Oriente brumali, Vulturnus: il-
lum Apelioten, hanc Graci Euron appellant. Catull. ad Furium, 26. 2.
Nec savi Boreæ, aut Apeliote. Gell. lib. 2. cap. 22. Sen. Nat. Quast. 5. 16.

ĀPÄLLA, a. m. [Απάλαια] Nomen fictum ab A priv. & Pellis. Di-
citur de Judeis: qui circuncidi solent. Hor. 1. Serm. 5. 100.

— credit Judæus appella. Alcim. Avit. 5. 361. Beccmannus
de Orig. p. 976. Sed nomen peregrinum ἀπάλαις five ἀπάλαι servile Ro-
manis fuit. Hinc Cic. 7. Fam. 25. 4. Ne Apella quidem libero tuo dixeris.

conf. Idem 10. 17. 5. & 12. Att. 19. Videtur ergo rectius Apella nomen
proprium statui, quo natus Horatii tempore Judeus quidam Roma fuerit.
Nam graci nominibus etiam tunc nuncupatus Judeos bene notum est. V.
Salmas. Offig. L. Hellenist. p. 384. & ad Hor. Lambin. atque Xylandr.

ĀPÄLLES, is. [Απάλαις] Pictor eximius, patria Coss. Ovid. 3. de Arte
Am. 401. & teste Quintil. lib. 12. de Instit. Orat. ingenio & gratia, quam
in se maxime jactabat, præstantissimus. Nam (ut ait. Plin. l. 35. c. 10.)
omnes prius genitos futuros postea superavit, & pictura plura solus
prope, quam ceteri omnes contulit, voluminibus etiam per Perfume
discipulum suum editis, quæ doctrinam eam continent. Is moriens Coni
Venerem inchoatam reliquit, quam nemo pictor inventus est qui perficere
auderet. Meminit & Cic. 1. Fam. 9. Hor. 2. Epist. 1. 238. V. Sext.

Empir. 1. Pyrrh. Hypoth. cap. 12.
Fuit & Apelles alter & sectatoribus Marcionis, de cuius hæresi scribit
Euseb. Hist. lib. 5.

ĀPÄLLEUS, Adj. [Απάλαιος] ut, Apelle colore signatus. Sat. 5. Sylv. 1. 5.

ĀPÄLLICON, önis. [Απάλαιος] Proprium viri nomen. Strab. l. 13. E
Scipio fuit philosophi Socratici, Eratost. Coriscus, & Neleni Corici filius,
qui Ariotelon & Theophrastum audivit, & successore fuit bibliothecæ
Theophrasti, in qua Ariotelica inerat: quam, quum posteri Nelei (ad
quem pervenerat) in fossa quadam oculouissent, tineis & humiditate labefac-
tos, tandem Apellicon Teio tradidunt, magno emptos argento. Apel-
licon (ut qui magis librorum studiosus esset quam sapientia) volens corro-
siones emendare, eos transcribendo dedit, scriptura non recte suppletæ:
quapropter libros editid erroribus plenos. Hujus bibliothecam Sylva po-
ste, quin Athenas cepisset. Romam advexit. De hoc plura Strab.

ĀPÄLINEUM antiqui dicebant pro Apollinem. Fests.

ĀPÄLLO id est Amoveo, ut quidam ex recentioribus Grammaticis. An is
est Delfauerius? H. St. Immo ASPELLO. q. V.

ĀPÄNESTE, Ptolemae, Apulia urbs, vulgo *Manfredonia*.

ĀPÄNIATISMUS, i. [Απανιατισμός] Latine Abannatio dici potest, quasi
Annum, vel in plures annos exilium ob cædem non voluntariam. Tra-
dunt

dunt enim morem fuisse apud vetustissimos, ut qui non voluntariant cædem admisissent, exularet patria: ad adcessit locupletis homini confederens, ibi operis federer in limine, oraretque, & postularet admissio cœdis expiatum. Causa autem exili voluntari erat, quod viros homicidas, ut impuros & detestandos existimabant, ideoq; vitandos & averrandos. Hujus expiationis exemplum videtur licet apud Herodot. lib. 1, quo in loco Croci meminit, nuptias filii sui celebrantis, qui Adraffum Mida Phrygum hilium, a cœde fraterna expiavit. Ex Budaeo in anno. in Pand.

A PENNI NUS, [*Απεννίνος*] Strabo. Mons est qui ab Alpibus proficiens, universem Italianam usque in Siciliam dividit. M. Cato Poeninum montem eum nominare videtur, per quem Annibal exercitum traxit in Galliam. Hinc Apenninus dictus, quod radices sub Poenino transiit Annibal habeat. Haec Vadianus Pomponii interpres ad l. 2. c. 4. Hujus montis meminit Lucan. lib. 2. Sed longe distat ab Alpibus Poeninis, vel Penninis potius, Apenninus, quippe qui ab Alpibus Maritimis ortus tam pene Italianam perpetuo iugo dividit.

Celius Apenninus. Hor. Epos. 16. 29.

Longus. Perf. 1. Sat. 95.

Nivalis. Claud. de 4. Conf. Honor. 105.

Nubifer. Ovid. 2. Met. 226.

A PENNIN GENA, [*Απεννίνης*] Qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino versatur. ut, Apenninigena pastores. Claud. 4. de Sext. Conf. Hon. 505.

Apenninigena cultas pastoribus aras.

A PENNIN COLA, a. [*Απεννίνος*] Idem. Virg. 11. En. 700.

Apenninikos bellator filius Auri.

A PEPSI A, a. f. [*ἀπέψια*] Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant, quum scilicet cibi in ventriculo non immutantur, sed rales ferre egeruntur, quales sunt ingesti. Gal. lib. de Sympt. differ.

A PER, ri. m. [*απέρι*] Porcus ferus, sive sylvestris. Juven. 1. Sat. 141. — quanta est gula, qua fibi totos

Ponit apros, animal propter convivia natum. Varro 4. de L. L. Apri ab eo quod in locis apferis: nisi a Græcis, quod hi *απέσι*.

Apes acer. Virg. 10. Ecl. 56.

Cruentus & indomitus, apud Claud.

Durus. Propriet. lib. 2. 13. 54.

Frendens. Ovid. 1. de Arte Am. 46.

Fulvus. Ovid. 2. de Arte Am. 373.

Hirtus. Ovid. 1. de Arte Am. 762.

Hippidus. Sen. Agam. 1.

Miliarius. V. Milliarius, in MILLE.

Nemorivagus. Catull. 61. 72.

Setosus. Virg. 7. Ecl. 29.

Savus. Virg. 3. Georg. 248.

Spumans. Virg. 1. En. 324.

Timendus dente. Ovid. 4. Epist. 104.

Torvus. Ovid. 2. de Arte Am. 190.

Trux. Ovid. 10. Met. 715.

Vaftator. Ovid. 9. Met. 192.

Violentus. Ovid. 9. Met. 338.

Agitare aprum latratis. Sil. lib. 16.

Ferire aprum. Ovid. 3. Met. 715.

Figere apros. Ovid. 2. de Arte Am. 190.

Habent apri fulmen in dentibus. Ovid. 10. Met. 550.

Iralcitus ap. Ovid. 7. Met. 545.

Immittere fontibus apros. Virg. 2. Ecl. 59. V. Erafmi Chitad.

Prædator aprorum. Ovid. 12. Met. 360.

Premere corsum apri. Virg. 1. En. 328.

Sectari apros. Virg. 3. Ecl. 75.

Superare viribus aprum. Hor. 1. Epist. 19. 51.

Turbare aprum latratis. Virg. 3. Georg. 42.

A PER, Pifis apud Ennium. V. Hesseli not. p. 147.

A PER, Non enim etiam proprium Romanis: v. g. M. Aper celeberrimum fori ingenium ut auctor Dial. de Orat. cap. 2. laudat. & Apr. Consul. Rom. in Commodio Lamprid. Iæpe fit mentio. cap. 2. 12. &c. Vide etiam Lex. Pitusc.

A P R ARIUS, a. um. ut, Retia apraria. Paulus in l. 22. fundo legato. D. de fund. instruct.

A PRICULUS, sive APERCULUS, i. m. Parvus aper. Cathol. Item Piscis; ex Ennio apud Apul. Apol. 1. p. 158. & 162.

A PRINUS, a. um. [*αρπίνος*] Sic dicitur secundum analogiam: ut a Caper vel capra dicitur Caprinus. Antiqui tamen, (ut appareat ex vetustis codicibus) per uocalem in secunda, & per g in tercia scripserunt, Aprugnus. Plinius utroque modo promiscue usurpat.

toribus, fuit & alius Tiberii ævo Apuleius Celsus, Medicus celebris.

APELIUS, a, um. Adj. ut, Apuleia lex. Cic. 2. de Orat. 107. & 201.
APULIA, five APPULIA, [ἀπολία] Italia regio, mari Hadriatico
contermina, inter Dauniam & Calabriam. Hujus descriptionem vide
apud Plin. lib. 3. cap. 11. Cic. 1. de Divin. 97. Apulia maximis terra
motibus conquassata, vulgo Le pays de Pouille.

Siculofolia Apulia. Hor. Epod. 3. 16.

Apulia, primam frequentius producit, secundam semper. Martial.
14. 155.

Velleribus primis Apulia, Parma secundis.

Interdum primam corripit. Hor. 3. Carm. 4. 10.

Altricis extra limen Apuliae. Verlus est Alcaicus dactylicus.

APULUS, five APPULUS, a, um. Adj. [ἀπολός] ab Apulia, primam
semper producit, secundam corripit. Lucan. lib. 5. 380.

Apulus Hadriacus exiit Garganus in undas. Martial. lib. 8. 28.

Appula Ledrei tibi floruit herba Phalanthi.

APUS, odis. f. [ἀπειρός] dicitur ab a privativa particula, & πούς, ποδός,
quod Latine est Pes, quasi Sine pede: Nomen est avicula. Plin. lib. 10.
cap. 39. Plurimum volant quæ apodes vocantur, quia carcent usu pe-
dim. Ab aliis Cypseli appellantur, hirundinum specie.

Dulcis & apyrinus fructus. Columel. lib. de Arboribus cap. 23. Sic idem
lib. 5. cap. 10. V. Henr. Steph. Tef. Gr.

APYROS, g. c. & n. ON, [ἄπυρος, οὐ] Quod ignem non expertum
est, ut Vivum alumen, quod Græci apyrone vocant. Plin. lib. 35. cap.
15. Celf. lib. 5. cap. 18.

APYRÖTOS, i. f. [ἀπύρωτος] Nomen gemmæ, quæ alio nomine Car-
bunculus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 7. Principatum habent carbunculi, a
similitudine ignium appellati: quum ipsi non sentiant ignes, ob id a qui-
busdam Apyroti vocati.

AQUA, æ. f. [ὕδωρ] Unum est e quatuor elementis: de quibus Plin.
lib. 2. cap. 5. V. AER.

De aquarum natura, & mirabilibus, notatu dignissima, lectuque jucun-
dissima inventies apud Plin. 31. Irem lib. 2. cap. 103.

Aqua dicta est quod ἡὕραι summa, authore Var. 4. de L. L. Festus
autem, Aqua, inquit, dicitur A qua juvamus.

Aqua pedibus, & manibus. Illud attendendum (inquit Turnebus)
aquam, qui manus initio coenæ vel prandii lavamus, vel pedes ablui-
mus, aquam eleganter pedibus & manibus a veteribus appellatam fusile,
ut reor, quod aquam pedibus cum poscerent, & manibus, tantum dire-
cte solebant, Aqua pedibus, Aqua manibus, nullo adjecto verbo.
Memini Capit. Grammat.

Aquæ, genitus, quo utuntur poetae, dividentes diphthongum per
Diæcph. Cic. 1. de Divin. 15. Apud Lucret. fæp., lib. 1. 284. &
alibi.

Agmen aquarum. Virg. 1. Georg. 322.

Arcus aquarum. Ovid. 11. Met. 569.

Eccè super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta mersum caput obruit unda.

Augur aquæ cornix. Hor. 3. Carm. 17. 12.

Corpus uidum aquæ. Lucret. lib. 2. 232.

Cumulus aquarum. Ovid. 15. Met. 508.

— cumulus immanis aquarum

In montis speciem curvari & crescere visus.

Cursus aquarum frenare glacie, dicitur hyems. Virg. 4. Georg. 136.

Decursum aquæ ex montibus. Lucret. lib. 1. 284.

Dominus aquarum. Sic se appellat Achelous apud Ovid. 9. Met. 17.

Ductor aquarum. Tybris. Stat. 3. Sylv. 5. 111.

Hauftus aquarum. Virg. 4. Georg. 229.

Humor aquæ dimittit fæp. saporem. Lucret. lib. 2. 197.

Imbrrium aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.

Incurvus aquarum. Ovid. 11. Met. 730.

Limes aquarum. Ovid. 18. Epist. 133.

In margine aquæ federe. Ovid. 2. Faſ. 464.

Mons aquæ. Virg. 1. Æn. 109. de fluctu ingenti.

— insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Motus aquarum ingens. Virg. 4. Georg. 365.

Odor aquæ nullus esse debet. Plin. lib. 31. cap. 3.

Pauper aqua fluvius. Si Horatius Daunum vocat fluvium Apuliam, ob
ingentes calores exhaustum fere semper. 3. Carm. 30. 11.

Potiores aquæ. Hor. 1. Epist. 19. 3.

Rex aquarum Neptunus. Ovid. 13. Met. 656.

Rivus puræ aquæ. Hor. 3. Carm. 16. 29.

Splendor aquæ. Lucret. lib. 4. 212.

Strata aquarum. Lucret. lib. 6. 1262.

Sulcus aquæ, i. e. Sulcus aquæ repletus. Ovid. de Nuce, 66.

Temperies aquarum. Ovid. 4. Met. 344.

Vis aquæ subita. Lucret. lib. 1. 287.

Adverfa aqua. V. ADVERFO.

Amara. Plin. lib. 31. cap. 3.

Ambiguae, i. e. Diversa præditæ natura & vi. Ovid. 15. Met. 333.

Avernalisa. Hor. Epod. 5. 26.

Bituminata. V. BITUMEN.

Blandæ. Ovid. 4. Met. 344.

Brevis. Ovid. 18. Epist. 174.

Cœlestis, i. e. Pluvia. Hor. 3. Carm. 10. 19. V. COELUM.

Cœrulea. Ovid. 8. Met. 229.

Calda. V. CALDUS.

Cana. Ovid. 2. Epist. 16.

Cifternina. V. CISTERNA.

Collina. V. COLLIS.

Concordes aquæ. V. CONCORDS.

Crafie. Ovid. 3. Amor. 6. 8.

Curva. Stat. 5. Theb.

Decocta. Plin. lib. 31. cap. 3. V. DECOQUO.

Deterrima. Columel. lib. 1. cap. 5.

Dulces. Virg. 4. Georg. 61.

Egelida. Plin. lib. 31. cap. 2.

Exilis. Plin. lib. 31. cap. 3.

Eximia. Columel. lib. 1. cap. 5.

Ferraria. Plin. lib. 28. cap. 16. Quidam urinam equi aquæ ferraria ex
officinis miscent.

Fluialis aqua, i. e. A fluvio petita. V. FLUVIUS.

Fœtida. Plin. lib. 31. cap. 3.

Fontana. V. FONS.

Gelida. Ovid. 21. Epist. 220.

Hyperæ. Ovid. 2. Faſ. 206.

Incertæ, Que nulla certa via feruntur. Ovid. 8. Met. 166.

Intercus, [ἰντερός, ἵδηψ] Aqua inter citem, Celfo 1. 3. c. 21. Vide
HYDROPS. Lucil. lib. 28. Aquam te in animo habere intercitem. Cic.
3. Off. 92. Siquis medicamentum cuiusdam deederit aquam intercitem.

Ex Nonio. Sunt autem due dictiones, quarum Intercus nomen est ad-
iectivum q. V. unde & Morbum intercitem dicimus. Qui morbus ve-

catur Aqua subter citem fusa. Plin. lib. 7. cap. 18.

Initus aquis ire, vel navigare. Ovid. 12. Epist. 126.

Irrigæ. Ovid. 2. Amor. 15. 2.

Jugis. V. JUGUM.

APYRÉTUS, i.m. [ἀπύρητος] Febr. carens. Th. Prisc. 1. 2. Si apyreti fuerint.
APYRE Tripodes. V. in APYTHONES.

APYRÍNUS, Adj. Rectius APYRÉNUS [Ἀπύρηνος] ut Apyrinus fru-
etus, & Apyrina mala. Martial. lib. 13. 42.

Non tibi de Libycis tuberos, & apyrina ramis. Genus est dul-
ce malum Punici, cui lignosus non est nucleus. De quo Plin. lib. 13. cap.
19. & lib. 23. cap. 6. Sen. Epist. 26. Quo modo apyrina dicuntur, non
quibus nulla inest duritas granorum, sed quibus minor.

- Lethæis aquæ scripta dare. Ovid. 3. de Arte Am. 340. I. e. Oblivioni.
 Limosa. V. LIMOS.
 Manans. Columel. lib. 1. cap. 5.
 Marina. V. MARE.
 Medicæ aquæ. Quibus ad medendum utimur. Claud. Eridyl. Aponus, 86.
 Mediocris aquæ lacus. Ovid. 6. Met.
 Mollis. Ovid. 1. de Arte Am. 476.
 Multa aqua. Quæ ex melle ad potum, præsternit ægrotantium conditum.
 De hac Plin. lib. 22. cap. 24. V. MULUS.
 Nitrofa. Plin. lib. 31. cap. 3.
 Nivalis aqua. I. e. Ex liquefacta nive, olim delicatorum mensis apponatur, ut scriptores interdum meminerint. Gell. lib. 19. cap. 5. Is nos aquam multam ex dilata nive bibentes coerebant, feveriusque increpabant. Et paulo post, Qui aquam nivalem frigibus sane & arboribus fecundam diceret: sed hominibus potu nimio infalubre esse. De hoc etiam Plin. lib. 19. cap. 4.
 Olens jucunde. Plin. lib. 3.
 Palustris. V. PALUS.
 Petilens. Columel. lib. 1. cap. 5.
 Pigra. Plin. lib. 31. cap. 3.
 Pierii aquæ rigorant ora vatum. Ovid. 3. Amor. 9. 26.
 Pluvia aqua. & Aqua celestis, pro eodem sepe dicitur apud Plinium. Cic. pro Muren. 22. Ille tenet & scit, ut hostium copiae, ut aquæ pluviae arceantur. Sic idem in Topic. 19. Ovid. 3. de Arte Am. 174.
 Pluvialis. Ovid. 8. Met. 335.
 Maxime probabilis aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.
 Probacillima potu. Columel. lib. 1. cap. 5.
 Puteana & Putealis. V. PUTEUS.
 Quieta. Hor. 1. Carm. 31. 8.
 Quotidiana aqua ab Æstiva ufo tantum differt, non iure. Quotidiana, Ea est qua duci affidue folent, vel æstivo tempore, vel hyberno, etiam si aliquando ducta non eff. Ea quoque dicitur quotidiana, Cujus servitus intermissione temporis divisa est. Æstiva autem est ea quæ æstiva sola uti expediat, sicut dicimus Vestimenta æstiva, falso æstivos, castra æstiva, quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æstate utatur. L. 1. §. 1.
 De aqua quotid. & æstiva.
 Rapida. Catull. 68. 4.
 Rauca. Ovid. 18. Epist. 26.
 Recens. Virg. 6. Æn. 635.
 Refes. V. RESES.
 Reficiens aliquid. Plin. lib. 31. cap. 3.
 Rosacea aqua. Quæ fit ex rosis, apud Plinium sepissime. Sed suppresse nomine Aquæ, sibi dicitur Rosacea. [Inimo Rosaceum, & subauditum Oleum, quod & Rosa. V. utramque v.
 Sacra aqua. Hor. 1. Carm. 1. 22. Aquam sacram dixit, vel Numini alicui consecratam, vel quod perpetuum fere apud poetas, fontium epitheton sit, Sacros appellari. Ex Acrone & Porphyrione. Vel dicta est Sacra, quod Aquæ rem Perse faciebant hoc modo: Ad lacum, vel flumen, vel fontem accedebant, & scrobem faciebant, ibique hotiam jugulabant, carentes ne quid proxime aquam sanguine contingenteret, ac si id accideret, omnia polluerentur: poeta immolatis carnibus super myro lauroque impositis, eas Magi virginis subtilibus cremabant, & imprecationibus quibusdam factis, oleum lacte & melle mixtum inspergebant, non in ignem, neque in aquam, sed super terram. Imprecations per multum tempus faciebant fasciculum virgarum myricinarum tenuium tenentes. Hæc Strab. lib. 15.
 Salmacidae. V. SALMACIS.
 Salubres. Hor. Carm. Sec. 31.
 Serena. Lucret. lib. 4.
 Servans aquam bibere: I. e. Aquam quæ servis propinatur. Ovid. 1. Amor. 6. 26.
 Simplex. Ovid. 2. Amor. 6. 32.
 Pellebatque stitum simplicis humor aquæ.
 Stagnans. Plin. lib. 31. cap. 3.
 Tenues. Virg. 3. Georg. 335.
 Tepida. Ovid. 8. Met. 684.
 Tumidum aquarum viator. Ovid. 19. Ep. 181. Sic Hero Leandrum vocat.
 Turbidus imber aqua. Virg. 5. Æn. 696.
 Vadofæ. V. paulo post, Jactari vadofæ aquis.
 Vaftæ. Ovid. 19. Epist. 164.
 Überibus aquis fecundus specus. Ovid. 3. Met. 31.
 Vilissima rerum. Hor. 1. Serm. 5. 88.
 Virides. Ovid. 1. de Arte Am. 402.
 Vitiosæ. Plin. lib. 31. cap. 3.
 Vitreae Stat. 1. Sylv. 3. 74.
 Volubilis. Hor. 4. Carm. 1. 40.
 Addere aquam flammea, pro Extinguere ignem. Tibul. 2. 4. 42. V. ADDO.
 Aspergere aquam. V. ASPERGO.
 Afstrictus aquæ torquent fluvii. Claud. in prefat. 2. de Rapt. Proserp. 18.
 Affilientis aquæ vereri tactum. Ovid. 6. Met. 107.
 Affluescere aquis. Ovid. 3. Trist. 3. 7.
 Canet aqua. Ovid. 5. Epist. 54.
 Cedo aquam manibus. V. CEDO.
 Coercere aquas. V. paulo post, Quatere aquas.
 Concipere. Ovid. 1. Met. 271.
 Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus afferit.
 Concitatæ everfas aquas dicuntur venti. Ovid. 7. Epist. 42.
 Consitit aqua. V. CONSISTO.
 Deducere. Cic. 2. de Divin. 69. Aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbanæ.
 Ducere. V. DUCO.
 Eluctari aqua dicitur, quum vi expressa, veluti ab uvis, lente egreditur. Virg. 2. Georg. 244.
 Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
 Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttae.
 Eruta remis aqua. Ovid. 5. Epist. 54.
 Expressæ aquæ dicuntur, Quæ vi impulsa loco aliquo erumpunt. Ovid. 1. de Arte Am. 82.
 Frangere aquas: I. e. Dirimere seu dividere dicimur, quum innatamus. Claud. Nupt. Hon. 133.
 Vol. I.
- Fumat aqua de sulphure. Ovid. 1. de Arte Am. 256.
 Fundere aquas dicuntur fluvii. Ovid. 15. Met. 282.
 Fundere aquas in mare. Ovid. 3. Amor. 2. 34. Paroemiam sapit.
 Hæret aqua. Cic. 3. Off. 118. Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, ut aiunt. Significat Epicurum parum secum in disputando confare, sequi ipsum involvere. Idem 2. Q. frat. 7. In hac causa mihi aqua hæret. Translatum a clepsydris ad ipsos oratores. V. HÆREO.
 Haurire aquas. Ovid. 3. Met. 188.
 Haurire aquam turbatam limo. Hor. 1. Serm. 12. 59.
 Jactari vadofæ aquis. Lucan. lib. 8. 698.
 Immori aquis. Ovid. 7. Met. 570.
 Impligrare aquas cœlestes. Hor. 2. Epist. 135.
 Inclinatur aquæ ad littora. Ovid. 11. Met. 208.
 Incoquere cum aqua. V. INCOQUO.
 Infestare aquas. Ovid. 2. Amor. 11. 18.
 Quas Scylla infestet, quæsive Charybdis aquæ.
 Inficere. Ovid. 9. Epist. 142.
 Infuscatæ aquæ abfondi. V. INFUSCO.
 Innare aqua. V. INNO.
 Iniquata cadaveribus aqua. Cic. 5. Tusq. 97.
 Interdicci aqua & igni folent damnatis, quia videlicet hæ duæ res humanam vitam maxime continent. Itaque funus profecti, ignem supergrediebantur aquæ aperiri: quod purgationis genus vocabant Sulphironem. Hæc Feltus. De hoc autem per multa eleganter scribit Lactantius Divinorum Inst. lib. 2. c. 10. extr.
 Interdictis aquis imminent æger. Ovid. 3. Amor. 4. 18.
 Nitrum in vestitum semper, cupimusque negata,
 Sic interdictis imminent æger aquis.
 Interponere aquam vino. V. INTERPONO.
 Intrita facta aqua. V. INTERRO.
 Involvere aqua. Virg. 6. Æn. 336.
 Irrigare aquam. V. IRRIGO.
 Jungere ignibus aquas. Sen. Hippol. 4. De re impossibili.
 Labuntur altis ripis aquæ. Hor. Epop. 2. 25.
 Laceſſere cautes dicuntur aquæ, poetica phras. Quam illas affiduo fluſtuum impulsi verberant. Sen. Hippol. 4.
 Mergere aqua. Ovid. 3. Amor. 1. 58.
 Mergere aliquem in aquam. V. MERGO.
 Mergi aquis. Ovid. 5. Met. 595.
 Molire ferventibus aquis. Ovid. 1. Met. 228.
 Perdere aquam. Quintil. l. 11. c. 3. de pronuntiatione. Temporibus præfinitis aquam perdit: i. e. Tempus. Sumptum ab horologis quæ aqua omnib[us] fiebant, ad quæ tempus orandi dabatur. V. CLEPSYDRA.
 Perfluent aquæ fertile Tybur. Hor. 4. Carm. 3. 10.
 Permitceri dolci aqua. V. PERMISSCEO.
 Peter & Sumere aquam verecundus ferro est, pro Ventrem ac Vesicam exonerare; Nam id qui fecissent lavabant manus, ut & post omne nequam facinus. V. Scalig. ad Propert. 4. 3. 36. & Grut. ad Mart. 1. Epigr. 109.
 Plaudere aquas natatu. Stat. 1. Sylv. 3. 74. h. e. Percutere.
 Pofcre aquam & terram apud Græcos idem est, ac Bellum alium inferre. Hinc Liv. 35. 17. Persæ aquam & terram a Lacedæmoniis petierunt. V. Chiliad. Erafmi.
 Potularæ aquam a pumice; proverbiale utitur Plaut. Perf. 1. 1. 42. Significat Frustra petre vel ab egente, vel tenace & avaro.
 Præberæ aquam. Hor. 2. Serm. 2. 68.
 Præcipitari in aquas, a poetis dicuntur fidera quum occidunt. Ovid. 4. Fast. 164.
 Scoprius in virides præcipitatur aquas.
 Præcipitari aquis dicitur lux, & aquis nox exire, quum advesperascat aut noctescit. Ovid. 4. Met. 92.
 Prætervelli aquis rectis. Stat. 5. Theb. 473.
 Properantur aquæ amictus. Hor. de Arte Poet. 17.
 Quateræ aquas & coercere Neptunus dicitur. Ovid. 18. Epist. 48.
 Refrenare. Ovid. 6. Epist. 87.
 Refundit arcus aquæ alio de fonte raptas: i. e. Iris. Stat. 4. Theb. 834.
 Retorquet in se lapas aquas Mæander. Ovid. 9. Epist. 56.
 Secare. Ovid. 3. Amor. 12. 34.
 Aut fecat imposta virgine taurus aquas. De Europæ vectore.
 Sistere. Ovid. 3. Amor. 6. 2. Virg. 4. Æn. 489.
 Siltare aquam fluvii. Dativus est Fluvii.
 Sorbere. Ovid. 2. de Arte Am. 352.
 Terraque cœlestes arida sorbet aquas.
 Sternere aquas dicuntur dii æquoris vel fluviorum, quum tranquillitatem inducent. Valer. 2. Argon. 591.
 Sternere aquæ æquor. Virg. 8. Æn. 89.
 Subeunt lucos aquæ & auræ amœna. Hor. 3. Carm. 4. 8.
 Succedere aquæ. Ovid. 11. Met. 142. Rex juſſe succedit aquæ: i. e. Sub aquæ fe demittit.
 Temperare aquam ignibus. Hor. 3. Carm. 19. 6.
 Truncare aquas foecas. Claud. in Bell. Gigant. 70.
 Turbare. Ovid. 3. Met. 475.
 Verfare aquas dicitur navis. Ovid. 13. Epist. 98.
 Vertendis aquis apta sidera. I. e. Commodum tempus navigationi. Ovid. 1. Amor. 9. 14.
 Volvere aquas in mare dicuntur humina. Ovid. 1. Amor. 15. 10.
 Unctam aquam convivis præberæ. Hor. 2. Serm. 2. 68.
 — nec sic ut Nevius, unctam
 Convivis præberæ aquam. In avaros & fôrdidos dici poterit.
 Scribere in aqua. Proverbiale. Catull. 68. 4.
 — sed mulier cupido quod dicit amanti.
- In vento, & rapida scribere oportet aqua. h. e. Oblivioni dare.
 Aqua in singulari ponitur frequenter antiquis pro Aquæ ductu, cuiusmodi inter Romanæ magnificæ opera celebrantur, a P. Victore de Reg. Vrb. Ro. xxiv. Aqua nempe Albüdina, Alexandrina, Algentiana, Alia; & quæ & Allectio, Haliscetina & Augulta) Annia seu Annia, Anio novus, Anio Vetus, Antoniniana, Appia, Aurelia, Cerulea, Cimina, Claudia, Crabra, Damnata, Herculea & Herculanea, Julia, Marcia (quondam Aufaja,) Sabatina, Septimiana, Severiana, Tepula, Trajana, Virgo. & S. Jul. Fronstin. de Aquæ. U. R. & plenius de singulis in Lexico Pitisci. De Marcia ac Trajana in Nummis Oisel. Tab. 108.

Aquæ in plurali cum dicunt, Aquæ calidas & medicatas intelligent, ut Baianas & Puteolanæ. Cic. pro Planc. 65. Defti stonachari, & me unum ex iis feci qui ad aquas venient. Idem 15. Fam. 24. Puto utrumque ad aquas. Varro I. 2. de Analog. Sic & aquæ calidae, a loco, & aquis qui ibi scatent, quum ut colorerent venient in usum nostris, quum aliae ad aliæ moribus idoneæ essent: he quin plures essent, ut Puteolæ, & in Tuscis, quibus utebantur, multitudinis potius quam singulari vocabulo appellarentur. Hinc nomen inventum variis locis propter aquas nobilibus. Ut

AQUA Augustæ, [γένετα Ἀγριός] Ptolemaeo, Tarbellicæ Antonino, Urbs Aquitanie in Gallia, vulgo *Batona*.

Aqua calida, Urbs insulae Britanniæ, Ptolemaeo, Aqua Solis Ant. It. vulgo *Bath*, est & urbs eiusdem nominis Ptolemaeo, Vicus aquarius alijs dictus, vulgo *Vich*, *Vaque*.

Aqua mortua, Oppidum Gallie Narbonensis opere C. Marii, centum passus a Rhodani oitis deducta, ut at Plin. Vulgo *Arges mortes*.

Aqua Sextia Salyum, five Salyorum, vel Salviyorum, Gallia Narbonensis urbs, nunc Aquensis civitas, quam C. Sextius Procos. redactis in poteftatem Salyibum ædificavit, nomen a conditore & aqua calidis adepta. Author Strab. Vulgo *Aix en Provence*. Plin. lib. 3. cap. 4.

Huc pertinet præterea in Italia Aqua Apollinares, Aqua viva, Aqua Cumana, Aqua Cutiliae, Aqua Sinuella, Aqua Statiellorum, Aqua Taurini; In Hispania Aqua Bilbilitana, Aqua calida, Aqua Celenia vel Cilina vel Quintianæ, Aqua Flavia, Aqua Querquerina, Aqua Cononæ; In Gallia Aqua conuenarum, Aqua Helvética Vulgo *Baden*; In Dacia Aqua Dacica, in Mœcia Mœcica, in Pannonia Pannonia; In Epiro Aqua Regia; In Africa item eodem nomine oppidum, & alterum Aqua Calidae, de quibus singulae Cellarium adi.

AQUA L., a. f. dimin. [ἰδεῖν] pro Rivulo vel Piscinula, ad differentiam fluminis. Cic. 1. de Orat. 28. Platanus mihi videtur non tam ipsa aqua, qua describitur, quam Platonis oratione crevile. Plaut. Curcul. 1. 3. 3. Mane suffundam aquulanum.

AQUA L., Oppidum Hetruricum. Unde Aquulenses & Aqunenses Plinio & Ptolemaeo dicti.

AQUADECTUS, n. m. [ἀρωγὸς, ὑδερέων, ἀμάρτη] nomen ex genitivo & nominativo compositum, dictumque ab aqua ducenda. Est enim Aquaductus, Aquarum deductio. h. e. Quum alicunde aqua derivatur, ut per cuniculus impositis canibus alio inducatur, five ad bibendum, five ad irrigandum. Exstat Juli Frontini liber de Aqueductibus Urbis Romæ, q. V. & que supra in **AQUA**.

Aqueductus JCTis est jus aquaducendæ. Ulpian. I. 1. D. de Servit. rustic. præd. Servitudes rusticorum prædiorum sunt haec: Iter, actus, via, aquaductus. Et paulo post. Aqueductus, est jus aquæ ducende per fundum alienum. Rectius divisæ scribitur. Nam & Aquarum ductus legitimus.

AQUADECTIO, ônis. f. Significat non jus aqua ducenda, sed Ipsiæ ductionem. in l. Si autem. io. D. de aqua pluv. arc. In melioribus libris hoc quoque divisæ scriptum invenitur, ut & seq.

AQUAHAUSTUS, us. m. est Jus hauriendo aquam, & portandi per agrum, fundum, seu prædium alterius, ratione servitus. Differt autem ab Aquaductu, quod hic facit in fistulis & meatibus subterraneis: Ille vero per animalia, portando. I. si prius. §. 1. & 2. D. de aqua pluv. arcend.

AQUALIBRATOR, ôris. m. Idem ac Aquilex, Librator, q. V. Cod. Theod. I. 13. t. 4. Aquelibratores, vitriarii, ebiorarii. [Videtur divisæ legendum] Aqua lib. Aliquoquin Aquelibrator dixissent, ut alia ejusmodi, que infra sequuntur.

AQUELICUM, ii. n. [ἀρχεπίστη] dicitur, Quum aqua pluvialis remedium quibusdam elicetur: ut quondam (si creditur) manali lapidis in urbem ducto. Hæc Feltus. Hoc hebat in magnis incitabutis.

AQUAGIUM, ii. n. [εργῆς] quasi Aque agium, i. e. Aquaductus, appellatur. Hæc Feltus. Pomponius, I. Hoc juc. D. de aqua quotid. Is qui juis aquæ quotidianæ habet, vel fitulum in rivo ponere, vel aliquid aliud quidlibet facere potest, dum ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterrui faciat.

AQUALICUS, i. m. [ξεσίς] Alvus, quo fordes defluunt. Item genus quoddam Latini intefini, ex quo sarcina fieri solent. Apicius, Reple aqualicum sic, ut laxamentum habeat, ne diffiliat in coctura.

AQUALICULUS, i. m. [ξεσος] ab Aqua dicitur: & proprie Vas est in quo porci sorbent. Per metaphoram vero Inferiore ventris partem in quam fordes confluent. Persf. 1. Sat. 57.

— quam tibi Calve

Pinguis aqualiculus propenso sesquipedie extet. V. Cfaub. ad Persf. loc. & Mercurial. Var. Lect. 1. 1. qui & 6. 1. monitrabit nonnunquam pro Toto ventre accipi Aqualiculum.

AQUALIS, e. Adj. Idem ac Aquaticus. Sidon. 8. Epif. 6.

AQUALIS, is. m. [ἰδεῖν] Varro 4. de L. L. Et al. Aqua Aqualis dictus. Vas est aquarium, quo aqua & manibus datur, & mensa infertur. Ejus autem accusativus melius per tertiam vocalem in im definit. Plant. Curcul. 2. 3. 33. Datin' isti sellam, ubi affidite cito, & aqualim cum aqua?

AQUANUS, a, um. Idem ac Aqualis. Tertull. de Carne Christi, c. 9.

AQUARIUM, & per dimin. **AQUARIOLUM**, i. n. [ἰδεῖν] Locus in quem fordidæ aqua jactatur: qui & Lavatrina a lavando appetatur. Nec in culina tantum fiunt ejusmodi aquaria, sed in tricliniis quoque & cubiculis, & coenationibus cum dignitate & elegantiæ.

Aquarium. Locus in flumine aut alia quavis aqua, ad quem animalia potum aguntur. Cato de R. R. cap. 1. Si poteris, sub radice montis fieri, in meridiensi specet, loco salubri, operariorum copia fieri, boumque ibi aquarium.

AQUARIUS, a, um, [ἰδεῖν] quod ad aquam pertinet, ut, Cotes aquaria. Plin. lib. 18. cap. 28. Italia aquarias cotes dedit, lima vice impantes ferro.

Aquarius fulcus, Qui fit ad aquas ex agris educandas. Columel. I. 12. c. 8. Cavebit tamen ut patentes liras, crebrosque fulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus: & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.

Aquaria provincia. i. e. Onus aquæ ducenda. Cic. in Vatin. 12. In eo magistratus, quum tibi magno clamore aquaria provincia forte obtigisset. Cæl. Rhodig. I. 18. c. 40. Aquaria (inquit) provincia in Cicero adversus Vatinium, cura est Quaforis, prefecti mercibus que vel mari vel omnino aqua subvehuntur, nequid exportetur. Sed & publicis aquis præfici solitos quosdam scimus: de quibus quandocunque sit lenatus-

consultum factum, ut quum ejus rei causa extra urbem forent, lictores binos, & seruos publicos ternos, architectos singulos, & scribas, & librarios, accentos & praetores totidem habere licet. Hosce dici quandoque Aquarum curatores animadverto, interdum & Aquarios. Julius Frontinus, Ille aquariorum tollendus reditus, quem vocant Punctam. Et mox docet, fuisse quendam qui appellatur A punctis. Alibi Frontinus Aquariorum fraudem nominat, quos aquas ex publicis ductibus in privatorum usum derivare reprehendisset. Super qua re Cæli Rufi edita quoque legendatur oratio, cui titulus fuit De aquis, ubi aquariorum dolo, irriguos agros, tabernas, coenacula perpetuas salientibus coarguebat instructa. Hæc Cælius.

Aquarii moduli. V. Modulus in monus.

AQUARIUS, i. m. subit pro Aquilege, ut videtur. Cæl. ad Cic. 8. Fam. 6. Nihil ego cum tabernariis & aquariis pugnam, veternum civitatem occupasset. Aquarii item sunt Aquarum custodes: de qua re vide paulo ante in Aquaria provincia. V. Facit. 15. Ann. 43. & Lips. ad loc.

Aquarii etiam appellabantur, Qui in lpanaribus impuris mulieribus aquam ministrabant. Juvenal. Sat. 6. 332. Veniat conductus aquarius. V. Turneb. Adv. 14. 12. extt. & AQUARIOLOS.

De Aquariorum hereticis, qui aquæ pro vino in Sacro calice utebantur, Cyprian. Ep. 63. Epiphanius. Hæref. 46. Cœl. Rhodig. 18. 40.

Aquarius, [ἰδεῖν] est & Coeleste signum in Zodiaco circulo, de quo multa scribit Hyginus. Servius ad 1. Æn. 23. dicit secundum fabulas hunc fuisse Ganymedem, qui ab Iove raptus, & inter sidera collocauit. Aquarii nomen accepit. Plin. I. 18. c. 26. Hor. 1. Serm. 1. 36.

Aquarius levius. Ovid. 2. Faft. 457.

Jam levis obliqua subfedit Aquarius urna.

AQUARIOLOS, i. m. Meretriculæ minister per diminutionem ad contemptum sedicetus. Festus. Aquarioles dicebantur mulierum impudicarum fordisti affecti. Talem designat Lampridius Commodo cap. 2. V. ibi Cfaub. & Salmasi ad Vopif. p. 515. Idem & Lenonus vices fungebantur & conditions meretricibus conciliabant. Tertull. Apol. cap. 43.

Aquarioles præterea dicuntur, qui uxoris sua flupra æquo animo patiuntur. Apul. in Magis Apolog. p. 323. extr.

AQUATICUS, a, um. Adj. [ἰδεῖν, οὐδεὶς] est Quod in aquis, aut circa aquas vivit: aut aquas, five aquosa loca frequentat: ut, Avis aquatica. Plin. lib. 10. cap. 11. Ut anferes, & aquatica fere aves.

Aquaticum, dicitur etiam, Quod in aquis aut prope aquas nascitur. Plin. I. 16. c. 40. Frigidissima, quæcumque aquatica. Dictum de arboribus.

Aquaticus lotos. Ovid. 9. Met. 341.

Aquaticus etiam dicitur Auter, quod pluviam inducat. Ovid. 2. Met. 83.

AQUARILIS, i. e. Adj. [ἰδεῖν] Idem quod Aquaticus. ut, Bettia aquatilis, Degens in aquis. Cic. 1. de Nat. Deor. 151. Bettiarum aurem terræ sunt aliae, partim aquatiles, aliae quali ancipites in ultrae fede viventes. Humor aquatilis, pro eo quod vulgo Humor aqueus dicitur. Varro 1. de R. R. cap. 64. Amurca quæ ex olla est expressa, qui est humor aquatis, ac recrementum, &c.

Muscili, i. e. Parvi mures in aquis nascentes. Plin. lib. 2. cap. 103.

Pucus aquatile, durisuscile dictum per metaphoram pro Piscibus. Columel. lib. 8. cap. 17. ubi loquitur de positione piscinæ, Hac ratione stabulis ordinatis, aquatile pucus inducemus.

Absolute Aquatilia, [εργῆς] subauia Animalia; Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium regumenta plura sunt, &c. Ibidem cap. 52. Aquatilium omnium fœtus inter initia visu carent.

AQUILENUS, a, um. Plenus humoris. Varro apud Nonium 4. 318. de Luna: Tum contrempla aquilenta apud alta littora oriris. V. Turneb. 29. 28

AQUOR, atus sum, [ὑέσσω, νοῦσος] āri. five AQUO, āre. Aquam haurire, petere. Virg. 4. Georg. 193.

Sed circum tuta sub moenibus urbis aquantur. Ubi Servius: A quam hauriunt ex vicino. Liv. 44. 40. Cæl. 8. Bell. Gall. 41. Nec sine periculo profert aquari oppidani.

Aquatum egredi. Sallust. in Jugurth. cap. 93. Quidam Ligus miles gregarius castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli animadvertere repentes inter saxa cochleas.

AQUATIO, ônis. m. [ἰδεῖν] Aquandi actus. Cæl. 4. Bell. Gall. cap. 11. Tamen fœse non longius millibus passuum quatuor aquationis cauta procellum ex die dicit.

Aquatio, Aquarum pluvialium abundantia. Plin. lib. 32. cap. 7. Et hoc utebatur in multis variisque per aquationes Autumni nascientibus.

Aquationem etiam pro Irrigatione Palladius Febr. 4. 7. usurpat. Annotationes & Rhodiginus.

AQUATINUM, ii. n. quasi Aquam tenens, Poculi ficiuli genus in sacrificiis. Ubis apud Feltum est Atanuvium, ita cortigit Barth. Adver. 40. 11.

AQUATOR, ôris. m. [ἰδεῖν] Qui aquandi ministerium præstum in exercitu, facit. Liv. 44. 1. Cæl. 1. Bell. Civil. 73. Hæc consultantibus, eis nuntiatur aquatores ab equitu premi noistro.

AQUATUS, a, um, est, Quod aquatile humorem natura mistum habet. Ex quo format comp. Aquator. Plin. lib. 28. cap. 9. Omne autem vernum aquatus activo. De lacte dictum.

Aquatum, pro Diluto. Sen. 1. Nat. Quæst. Interest quomodo sit mæcata purpura, crassius medicamentum, an aquatus traxerit. Ubi Crassum medicamentum opponitur Aquato.

Aquatus ovi liquor. Scribon. Larg. 3. Cum ovi aquato liquore.

Superl. idem 26. Cum ovi albo, id est Aquatissimo.

AQUIFUS, a, um. Natus in aquis. Tertull. adv. Marc. 2. 12.

AQUILEGIUS, i. [πίναξ] Collectio aquæ. Plaut. Si pluet, aquilegia me juvabo. In vet. onomast. ξενοῖς. [Plauti lucum non inventimus.]

AQUILEX, e. gis. ab Aquis legendis dictus est, ut author est Marcellus: Artifex inveniendorum fontium, aquarumque colligendarum ad aquæductus: Idem videtur cum eo qui Librator vocatur in l. 1. C. de Execut. artificum, ab aquis librandis dictus. Plin. ad Trajanum de aqueductu Nicomedeniorum loquens, lib. 10. Epist. 38. In primis necessarium est mitti a te vel aquilegenum, vel architectum, ne rufus eveniat quod accidat. Vide AQUALIBRATOR, & LIBRATOR.

AQUILLICA Festa dicebantur, quibus Jovi pro aqua & cœlo elicienda faciebant. Horum meminit Tertull. in Apologet. cap. 40.

AQUOSUS, a, um. [ἰδεῖν, οὐδεὶς] Quod copiam aquæ habet: ut aquosus

Aquosus campus. Liv. 9. Plin. lib. 18. cap. 17.
Crystallus aquosa. Propert. lib. 4. 3. 52.

Crytallus tuas orret aquosa manus. Aquosam dixit, vel ob similitudinem & perticulatem, vel quia re vera crystallus ex aqua concretione sit, ut habeat Plin. lib. 37. cap. 2.

Langor, de hydrope. Hor. 2. Carm. 2. 15.

Nubes. Virg. 6. Eñ. 52. Ovid. 4. Met. 621.

Orion. Virg. 4. Eñ. 429.

Piscis. Virg. 4. Georg. 234. Ubi Servius, Aufralem Piscem significat, qui Aquari undam suscipit: unde & Aquosi addidit. Tunc etiam Piscis hic oritur, quo tempore Pleiades occidunt.

Aquosor. Plin. 1. 18. c. 17. In creto & rubrico & aquosore agro adoremur.

AQUICELUS, i. m. Vocoem hanc fuggerit Plin. lib. 15. cap. 10. In melle decoctos nucleos (pineos) Taurini aquicelos vocant.

AQUIFOLIA, a; & AQUIFOLIUM, ii. n. quasi Aquifolia, ab Aculis foliorum, Arbor sylvestris, habens aculeata folia, que non decidunt, ferebant baccas sine fructu. Plin. l. 24. c. 13. Aquifolia arbor in domo aut villa lata, venciochia arcer. Dicitur & Aquifolium in neutro genere pro eodem. Plin. l. 16. c. 25. Castera: Vere concepte, aquifolium, terebinthus, palmarum, caftanea, glandes.

AQUIFOLIUM, a, um. Plin. 16. 43. Cato vectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri jubet. V. Cat. de R. R. cap. 31.

AQUILA, Urbs Brutiorum, ex ruinis Furconii antiquissimi oppidi, a Longobardis adificata, ut scribit Volaterr.

AQUILA, [Αρκάς] Nom. Viri proprii, in N. T. Aquila Philof. qui Dialeticos commentarios conscriptis de Syllogismo. Alius item Grammaticus, Musicus. Suid. Notior his Aquila Sinopensis Ponticus, cuius extabat Graeca bibliorum verio. V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. 2. p. 322.

AQUILA, a. [άρκας] Avis olim Jovi sacra. Ejus sex sunt genera. Vid. Plin. lib. 10. cap. 3.

Aquila unde dicatur, V. AQUILUS.

Anataria aquila apud Plin. i. e. Anatum infectatrix, quam Ariftoteles Neophophon appellat, & Leporaria, quam ille Lagophonon: a necandis leporibus & anubibus inditis nominibus. Budrus.

Feroes aquile. Hor. 4. Carm. 4. 32. — nec imbellum feroes

Progenerae aquila columban.

Fulva. Virg. 11. Eñ. 752.

Aquila clangunt. In elegia de Philomela.

Aquila etiam fuit Signum singularum legionum Romanarum, isque Aquilifer dicebatur qui eam gestabat. q. V. Cie. 2. in Catil. 24. Quum Aquilam illam argenteam (cui etiam sacrarium scelerum domi sua fecerat) fecirem esse premissem. Ovid. 5. Fa. 586.

Romanæque aquilæ lignifer hostis erat. Lucan. lib. 1. 6.

— infestisque obvia signis

Signa, pares aquilæ. Idem lib. 1. 244.

Ut nota fuisse aquilæ, Romanaque signa. Cic. 10. Fam. 30.

Aquila duæ, signa hexagona sunt relata Antonii.

Aquila est etiam Sidus celeste. V. Plin. 18. 27. & 29. & Kepler.

Aquila sunt & in adiunctis, Summis videlicet partes, qua fastigium conti-
tuunt, quod aquilarum alas referant. Tacit. 3. Hist. 71. 7. Inde lapsus ignis in porticus oppositas sedibus: mox suffuentes fastigium aquila ve-
tere ligno traxere flammam alueruntque. V. Liphum ad locum, & Schol.

Aristoph. ad Aves, v. 1110.

Aquila etiam Piscis ex genere planorum. Plin. lib. 9. cap. 24.

Aquila seneccus, Proverbium quod in senes dicebatur bibaces magis quam edaces. Nam Plin. l. 10. c. 3. refert aquilas neque senio, neque agricultura opere, sed fame, in tantum superiorē accrescente rostro, ut adum-
citas aperiri non queat: coequ aquilam tantum in senecta bibere, aut de præda sanguinem sugere, quum nulla ferre aves adunca unguibus, potu-
utantur, præter tinunculum & milvum: quanquam ita quoque per quam raro bibant. Author Aristot. lib. 8. de Nat. Animal. Ter. Heaut. 3. 2. 10.

— Visu vero est, quod dici solet, Aquila seneccus.

Aquila non captat muscas. Proverbii faciem habet: pro, Summi viri negligunt minutula quæpiam: Animus excelsus res humiles despiciat. aut, Egregie docti nonnunquam in minimis labuntur; &, Maximis negotiis occupati, ad pusilla quædam connivent. Erafus.

AQUILIMUS, a, um. [ειρηνή] Quod ad aquilam pertinet, aut Quod est aquile simile: ut, Aquilinus natus. i. e. Aduncus, instar rostris aquili-
ni: & Aquilinae ungulæ, h. e. Rapaces. Plaut. Pseud. 3. 2. 63. An tu in-
venire postulas quenquam cocum, nisi sit milvius, aut aquilinus ungulæ?

AQUILIFER, ēri. [ειρηνός] Dicebatur Signifer primarius in Romana legione, ab Aquila, quara (ut ait Plinius l. 10. c. 4.) Romanis legionibus Marius in secundo consulatu suo proprie dicavit. V.l. Cæf. 5. Bell. Gall. 37. Ex quibus L. Petropolidis aquilifer, quum magna multitudine hottium pre-
meretur, aquilam intra vallum projectit.

AQUILEGIA, AQUILEX, AQUILICUM. V. post AQUA. f. 1.

AQUILEIA, [Αρκαία] Urbs a Gallis condita in Italia, a Romanis dein capta & munita ut incubentibus Barbaris opposita esset: empiorum Illyricum gentium. Liv. 10. Bell. Maced. Aquileia colonia Latina eodem anno in agro Gallorum, est deducta. Hactenus Livius. Hac urbs non prius caput exultit, quam subactis Pannionis, ex quibus tanquam claustris ad Danubium patet factis, tum id cepit esse iter, quod (teate Tranquillo) Augustus sape frequentavit. Aquileiensium fides probata est Maximino-
rum patris & filii bello, ut scribit Capitolinus. Aquileia, hodie Agar castellum vulgo. Sil. lib. 8. 605.

Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis. Superfluit Dra-
kenb. q. V. Martial. 4. 25.

Et tu Leda felix Aquileia Timavo.

AQUILIFER, AQUILINUS. V. AQUILA.

AQUILINA, vel AQUILEGIA, [αρκαίον πέρα] Herba est eadem cum Chelidonia majori, paulo tamen rotundioribus foliis ac mollioribus, caule cubitali, recto & tenui, &c. Reliqua vide apud Matthiol. in Dioſc. l. 2. c. 176.

AQUILLIA five u. l. AQUILLA, Gens fuit Roma Patria, ut Aquilio, i. e. Nigro colore, ita dicta. Hec familia paucos habuit viros claros. Prodi-
erunt tamen ex ea nonnulli Consules, ut C. Aquilius Tullius, qui Conful
fuit cum T. Scipio Sabino, anno ab U. C. CCCLXV, ut author est, Dionys. l. 8. & Liv. l. 2. Item M. Aquilius Gallus qui c. o.s. fuit cum C. Mario anno DCII, ut author est Caiusdorus. Hujus filius fuit C. Aquilius Gallus. Ci-
ceronis in prætria collega, ut ipse author est in oratione pro Client. & 3. Off. 60. Summus hic fuit Jurisconsultus, et Ciceron pro Quint. & pro Cæ-
cina. & Pomponio in l. 2. D. de orig. Jur. Ubi V. Rupert. conf. ACILIUS.

AQUYIO, ὄνις. m. [Βρεις] Ventus est (inquit Servius) qui de alto fiat, i.e. a Septentrione, & tempestates gravissimas facit. Fefus, Aquilo ventus a vehementissimo volatu ad instar aquila appellatur. Plin. l. 2. c. 47. A Se-
ptentrionibus Septentrion, interque eum & exortum solstitiale Aquilo, Aparchias dieti & Boreas. Cic. 6. Verr. 107. Speluna quædam conversa ad Aquilonem.

Aquilonis vim pulchre describit Ovid. 3. Trist. 10. 17.

Densus Aquilo ab oris Hyperboreis. Virg. 3. Georg. 196.

Frigidus. Virg. 2. Georg. 404.

Impotens. Hor. 3. Carm. 30. 3. h. e. Valde potens. Acron. & Porphy. Nivofus. Sen. Oeth. 7.

Aquilone atri fluctus: i. e. Quos Aquilo flans atros fecit. Virg. 5. Eñ. 2. Secundo aquilone agi, pro Aura secunda. Hor. 2. Epift. 2. 201.

Non agitur tumidus velut Aquilon secundo:

Non tamen adversis atemis ducimus Austris. h. e. Non sumus in summa felicitate & prosperitate, sed nec in summa calamitate. Infurgit Aquilo. Hor. Epod. 10. 7.

Radit terras Aquilo. Hor. 2. Serm. 6. 25.

Aquilones. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Itaque & Aquilonibus religiisque frigoribus adiectis, dureficit humor, & idem vicissim molitur tepefactus, & tabescit calore. V. Plin. lib. 2. cap. 47. Aquilonis hic dicuntur venti, qui octo ferme diebus exortum Canicula antecedunt, & perlant diebus vi., quos vocant Etefias & Prodromos.

Aquilonibus obijcere aliquem. Hor. 3. Carm. 10. 4.

Aquilonibus mediis per altum ire: i. e. Media hyeme, vel in tempesta-
tibus quibus crebrior hic ventus est & vehementior, per aquor navigare. Virg. 4. Eñ. 310.

Quinetiam hiberno molitis sidere classem,

Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

AQUILONALIS, e, Borealis. Cic. de Nat. Deor. 2. 50. Regio Aquilonalis. Sed hanc lectionem respuit Viatorius, & ex MSS. mutat in Aquilenta. Sed Daviſus suspicatur sanior esse lectionem, Aquilonia. V. Notas ejus in loc.

AQUILONARIS, Adj. [Βρεις] Vitr. 9. 6. Piscis aquilonaris. de Sidere.

AQUILONIS, Adj. [Βρεις] ut, Aquilonia loca, in quibus flat Aquilo: i. e. Frigidus. Plin. lib. 27. cap. 13. Omnes vero herbe, vehe-
mentiores effectu viribus sunt in frigidis locis, ut in Aquilonis.

Hyems Aquilonia. Plin. lib. 17. cap. 2.

Luna, Quæ digressa est in Aquilonem. Plin. lib. 2. cap. 97.

Proles. Propert. lib. 1. 20. 25. Et, Aquilonia pignora, idem. h. e.

Fili Aquilonis. Stat. 5. Theb. 432.

Situs. i. e. Aquiloni expositus. Plin. lib. 15. cap. 19.

AQUILONIA, a. Oppidum Hirpinorum in Italia. Liv. 10. 38.

AQUILONI, Populi in festa regione Italie, quorum meminit Plin. l. 3. c. 11.

AQUILONIGENA, a. c. Poëtica septentrionalium cognominatio. Au-
son. Mofell. 4. 407. Aquilonigenasque Britannos.

AQUILUS, a, um. [αρκεύς] Fetus, Aquilus color est Fuscus & sub-
niger: a quo Aquila dicta esse videtur: quamvis eam acute volando dictum velint. Aquilus autem color ab aqua est nominatus. Nam quoni-
anti duos omnino naturales nossent, id est, Albus & nigrum, in-
tervenient autem is quoque qui ita neutri similes est, ut tamen ab utroque
proprietatis trahat, potissimum ab aqua eum denominaverunt, cuius
incertus est color. Haec enim Febris. Plaut. Poen. 5. 2. 152. Statura au-
tem magna, corpore aquilo, i. e. Fusco & subnigro. Suet. in Aug.
cap. 79. Nafum & summum eminentiorem, & ab imo decūtiorem, col-
orem inter aquilum candidumque. Varro apud Non. 10. 2. Atque E-
geus fluctu quam lavit ante aquilo. Hinc Aquili Diu quidam dicti quali
Nigri, de quibus Arnob. 3.

AQUININALE, is. [οὐδεῖα] Vas aquarium. Paul. l. 3. in princ. D. de
supell. legit.

AQUININARIUS, vel AQUININARIUM, i. [οὐδεῖα] Vas potiorum. Pompon. in l. in argento. D. de aur. & argent. legat. De Aquinario

Caius ait, consultum se respondit: quoniam alteri argentinum potiorum,
alteri escarium, legatum effet, escario cedere. Idem in l. Cum aurum.
¶ Si cui. D. de auro & argento leg. Sicut forte escarium argentinum legatum
fit, id solum debebitur quod ad epulandum in ministerio habuit: id est,
Ad efsum & potum. Unde & de aquinario ditabutum est: & putò conser-
tinerit, nam & hoc propter escam paratur. Paulus genere neutrò enuntia-
vit in l. 3. D. de supellec. legit. Supellec (inquit) legata haec con-
tinetur, menœ, trapezophora, vas aquaria, pelves, aquininaria,
candelabra, &c. Paulo post, Nam & pelves argenteas, & aquininaria
argentea in supellecili est non debitur. Alciat. Parerg. lib. 8. cap. 4.
putat suisse scutellæ certam speciem, potionis quidem aptam, sed que
tamen magis capite capiendo uli est.

AQUINUS, Malus quida poëta fuit, de quo sic Cic. 5. Tusc. 61. Adhuc
neminem cognovi poetam, & nihil fuit cum Aquino amicitia, qui sibi
non optimus videbatur. Hinc apud Catullum, Cælio Aquinos, male
scriptum arbitror, pro Cæsio Aquinos: et si in modulando versu voces
conjugenda sunt, ut earum cœtu una comprehendatur syllaba. Turneb.

AQUINAS, a. tis. Adj. gentile ab Aquinum. Sil. lib. 12. 528.

— mox & vicinus Aquinas. Sic aquinatem lucum vocat

Hor. 1. Epist. 10. 27.

AQUINUM, [Αρκαία] Latinorum oppidum, quod Melpha fluvius ali-
uit, ut author est Strabo, vulgo Aquino. Cic. 2. Philipp. 106. Quoniam
Roman proficisciens, ad Aquinum accederet, obviam proceſſit magna
multitudine.

AQUIPENSER, V. ACIPENSER.

AQUISGRANUM, Germania nobilissima civitas, prius Vegerra dicta:
Carol. Magni sepulcro nobilitata. vulgo Aix en Alemagne, Germani
Aachen vocant.

AQUITANIA, [Αρκανία] Tertia pars Galliae, de qua sic Plin. lib. 4.
scribit, Gallia (inquit) omnis Comata uno nomine appellata, in tria
populorum genera dividitur, annibus maxime distincta: 1) Scalæ ad
Sequanum, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lingdu-
nensis. inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica ante
dicta. vulgo Guienne, quasi Aquinne.

AQUITANUS, Adj. ut Aquitanæ gentes, apud Tibull. lib. 1. 8. 3.
Hunc fore Aquitanas posset qui vincere gentes.

Aquitani Subst. Cæf. l. 1. c. 1. de Bell. Gall. & passim.

AQUITANICUS, [Αρκανίς] Adj. Idem. ut, Aquitanæ gentes,
apud Plin. lib. 4. cap. 19.

AQUITES, Sacerdotis nomen apud Phasidem. Valer. Flacc. lib. 6.
— magnique sacerdos

Phasidis, Arctoë Aquites errabat in agris.

AQUOR, aras; AQUOSUS, AQUULA. V. AQUA.

AR me, pro Ad me antique dictum. Plaut. Truc. 2. 2. 17. Ar me advenias. V. in ARFRIA.

ARIA, ae. [*Euseb*] Servius. Novimus aras & diis esse supereris & inferis consecratae: Altaria vero esse superorum tantum deorum, quae ab altitudine constat esse nominata. Macrob. 3. Saturn. c. 2. Multifariam legimus quod litare sola non possit oratio, nisi qui deos precatus, etiam aram manibus apprehendat. Unde Varro Rerum Divin. I. 5. dixit aram primum Anfas dictas, quod esset neceſſarium a sacrificantibus eas teneri. Anfas autem teneri soleſ ſafa quis dubitet? Commutatione ergo literarum, aras dici coeptas, ut Valeſios & Fufios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici. Hac omnia illo Poeta exequitus eſt verſu, 4. *Aen.* 219.

Talibus orantem dictis, arasque tenentem

Audit omnipotens. Itac Macrob. Varro 4. de L. L. Ubi frumenta fecerantur, & aſcēnta, area, propter horum finitudinem, loca in urbe pura, Area, & quo poterit etiam Aradeum eſſe, quod pura: nisi potius ab ardore. Serv. in 2. *Aen.* Ara dicitur a precibus, quas Graeci & diſcunt: ut contra Imprecatio & *magis* dicitur.

Ara V. HARA. Unde Aruspex. H. St.

In aram confugere, Salutis aſylum perere, quam Canonici Immunitatem Ecclesiæ appellant. Galli autem *Franchisiam*. Cic. 1. Tufc. 85. Primum autem tanta progenie orbatum quum in aram confugisset, hoſtilis manus interemis.

Aram tangere pellex, lege Numæ vetabatur: si tetigisset, solutis crinibus agnum cædere jubebarū: tum faceret ſeruſ ad Orientem, meditato & ſolemni preicationis carnime, verbis pribis ex annalium vetutate erutis, numina & deos precatus, vota effundebat: quam preicationem plerumque ter repetebat. Ex Girald. in lib. de Diis Gent. Syntag. 17.

Uſque ad aras eſſe amicum, Periclis apophthegma, quo admoneatur nonnunquam quo conſulamus amicorum commodis, eorumque voluntati morem geramus, ſas videri paulum a recto deflectere: verum eatenus, ne propter hominem amicum, numinis reverentiam violemus. Olim enim jurantes, aram manu contingebant, ut ostendit Cic. pro Flacc. 90. Meminit Plutarch. & Gell.

Aras veteres tenebant quā a diis aliqd peterent. Virg. 6. *Aen.* 124.

Talibus orabat dictis, arasque tenebat. Quo loco Servius, Ro-
gabant enim deos, ararum anſas tenentes.

Ab aris pulvinaribus detrahere. Cic. de Arusp. Rep. 28.

Ab aris focisque innocentem projici, & vitam degere in exilio. Cic. An-
teq. iret in exil.

Pro aris focisque certare. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Eſt mihi tecum pro
aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris.

Ara, Coeleſte fidus. Ovid. 2. Met. 139. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.

Inde Nepea cernes propter fulgentis acumen

Aram, quā ſlatu permulcet ſpiritus Autri. V. & Manil. 1. 410.
Ara dicuntur Saxa que inter Africam & Sardiniam medio mari eminent.
Ara dicta propterea quod ibi Afri & Romani ſedus inierunt, finesque imp-
periū ſui illiſielfe voluerunt. Hec ferat Serv. in illud Virg. 1. *Aen.* 108.

Tres Notus abruptas in faxa latencia torqueat,

Saxa vocant Itali mediis quā in fluctibus, aras.

Ara cœlū. Sen. Agam. 6.

Ara deorum ignotorum Epimenidis vatis Cretenis ſuſionē in Attica ere-
cta fuerunt: de quibus vide Pausan. Diog. Laert. Suid. & plerosque alios.
Meminit etiam harum D. Lucas in Actis Apóst. c. 17.

Ara interdum idem eſt ad Urna, Baſis ſeu Cippus funeris. Fabrett. Inſcript. p. 76. QVI HANC ARAM LAESERIT. Et p. 107. SI QVIS EI ARAE
SIVE ſEPVLTRAE MANVS INFERRE VOLVERIT.

Aram legum, Cic. 4. Ver. 72. vocat Pratoris tribunal, & judicium ſubfella. Frigida ara, i. e. Sine ignibus. h. e. In qua non ſacrificatur. Valer. 2. Argon. 98.

Fumida. Ovid. 3. Trift. 13. 15.

Fumofea. Ovid. 2. Amor. 13. 23.

Gramineas. Virg. 12. *Aen.* 119. Romani enim moris fuerat, cespitem aræ ſuperimponere, & ita ſacrificare. Gramineas autem ideo, quia & de bello res agitur, & Marti ſacrificatur, cui gramen eſt conſecratum, quod ſecundum Pliniū in Nat. Hist. ex humano cruento procreatur. Hac Serv. Herboſa. Ovid. 15. Met.

Moestæ. i. e. Quæ moſtos reddant: utpote deſtinata alicuius morti, aut peragendo ſeruſ. Virg. 5. *Aen.* 63.

Ex quo reliquias diuinique oſſa parentis

Condidimus terra, moefasque ſacravimus aras.

Sacrificæ. Valer. 8. Argon. 243.

Sanctæ. Ovid. 3. Met. 733.

Sepulcrales. Ovid. 8. Met. 480.

Sita alicui. Tacit. 2. Ann. 8. Et aram Druso ſitam diſjecerat. Ut 3. Ann. 18. Urbs Philippopolis Philippo Maceſdone ſita.

Sopitas aras ignibus excitare. Virg. 8. *Aen.* 549.

Sylvestres. Stat. 5. Theb. 512.

Telſibus aris aliquid agere. Stat. 1. Achil. 349.

Thuricremæ. Lucret. lib. 2. Ovid. 3. de Arte Am. 393.

Thurifera. Stat. 1. Achil. 520.

Adolere aras. Tacit. 14. Ann. 30. Nam cruento captivo adolere aras, & hominum fibris conſulere deos fas habeant.

Adorare. Sen. Agam. 6.

Calent aræ thure. Virg. 1. *Aen.* 417. Claud. in Pr. Conf. Stil. 12.

Cingere aram coroniſ. Ovid. 3. Trift. 13. 21.

Colere victimis. Sen. Herc. fur. 11.

Dare thura oſſis. Ovid. 2. Amor. 13. 23.

Definare aliquem aræ. Virg. 2. *Aen.* 129.

Exhalat odores aræ. Lucret. lib. 2. 417.

Exorare aras. i. e. Deos exorare, quos ante aras ſtant, manuque illas te-
nentes, rogarunt. Ovid. 7. Met. 591.

Facere honorem aris. Virg. 5. *Aen.* 762.

Imbuere aram. Virg. 1. Ecl. 8. — illius aram

Sepe tener noſtris ab oviſibus imbuit agnus.

V. IMBUO.

Imponere dona aris. Virg. 1. *Aen.* 453.

Imponere honoremaris. Virg. 1. *Aen.* 49.

Incendere aras votis. Virg. 3. *Aen.* 279. Votis, i. e. Rebus quas vovera-
mus. Serv. id eft vota facientes. [Videſt tertius caſus Votis, pro Ad
vota facienda, conf. v. 543, seq. ejusd. libri.

Inceſtare aras. i. e. Polluere. Stat. 5. Sylv. 5. 4.

Inferre dapes aras. Valer. 3. Argon. 120.

Inquinare aras. Sen. Oeth. 13.

Mactare aras honores. Virg. 3. *Aen.* 118. Honores, i. e. Viſtims honoris
deorum, aut honorandis diis convenientes. Niſi Mactavit ad Taurum
podius referre velis, & poſtea. Honores meritos, per appositionem
(quam vocant) inferte.

Ornata torquibus aras. Virg. 4. Georg. 276. i. e. Coronis, ſertiſ.

Placare aras odoratis ignibus. Ovid. 15. Met. 574.

Ponere aras. Hor. 2. Epift. 1. 157.

Promittere aras. i. e. Vovere aliquid. Stat. 6. Theb. 610.

Spargiſt cede aras. Ovid. 4. Trift.

Succendere aras. Sen. Oeth. 7.

Tangere. Virg. 12. *Aen.* 201.

Tango aras, mediosque ignes, & numina testor. V. Macrob.

in ARA, paulo ante.

Tenere. V. paulo ante Aram tenere.

Tinguere fanguine votivo. Ovid. 21. Epift. 93.

Verbenis aras viñeta. Hor. 4. Carm. 11. 6.

Violare aras. Sil. lib. 17.

Vovere Aras & ſacrare. Sil. lib. 16.

Forſan ſacræſt, Zephyro quas voverat, aras.

Ad aras libare. Virg. 7. *Aen.* 245.

Aſtare ante aras. Ovid. 8. Met. 489.

In aris animata finire. Ovid. 7. Met. 591.

De ararum variis generibus V. Pitific. Lex. Rom. Antiq.

ARABACHES, [*Ἄραβας*] Extat Imp. Val. Grat. Theod. conſtituio in 1. 9. C. de Vecīg. & commiss. in hac verba, Uſurpationem totius licentia ſubmovemus, circa vecīg Arabachis, per Egyptum atque Auguſtaneum conſtitutum: nihilque ſuper tranſuſionem animalium quæ fine prohibitione ſolita minime permittebat eft, temerarie per licentiam vendicari concedimus. Quæ verba indicant Arabachen, praefectus ſuſfe exiſtendo vecīgat de pecuariis quæ ex Arabia in Egyptum devechabantur: ut illud nomen officii publicanorum. Merito ergo Juven. 1. Sat. 130. T. Alexandria natione Egyptum, ut Tacitus 1. Hist. 3. ſcribit, taxans Arabachen appellant:

Atque triumphales, inter quos aufus habere

Nefcio quis titulos Egyptius, aut Arabaches. Ut non immērito mandantiſt qui ſimpliceret Mollem accepunt. Quapropter & C. 2. Att. 17. appellat Arabachen M. Antonius, quāl Egyptum publicanum. Extorquebat enim ab illis ingenta vecīgalia, unde pecuariam conflare, quam deinde prodigeret: ut eft apud Plutarachum. Alciat. lib. 1. Praetorium. Paulus Manutius non Antoniuſ ſignificari putat, ſed Pompeius. V. Cn. Pompeius in POMPEI.

A R A BIA, [*Ἄραβις*] Asia regio eft. Ea autem triplex eft. Petrea, Deserta, Felix. Petrea ſic dicta a Petra vetutissimo oppido, Egypto Judæaque confinis eft; authore Ptolemaeo: Straboni autem ac Plinio alio nomine Nabaethea dicitur. Post Petream Arabia Deserta, Ptolemaeo vocata, Straboni autem ſcenis, ubi & Scenis urbs. Plinio, *πόλις τῶν Αράβων* dici placet, quod gens vaga & ſiniſſiſtis in territoris habet. Hac a Meridie montibus Arabias felicis cincta eft, a Septentrione Mesopotamiam habet: ab Occidente, Petream. Arabia felix Meridiem verſus, inter duos ſinus Arabicum, & Perſicum, veluti peniſula excurrit, que (ut Strab. ſcribit) biſt in India, feritur ob foecunditatē, fluminibus ſcatet. de hac vide Plin. l. 6. c. 28.

A R A B S, ἄραβις. Adj. [*Ἄραβης*] Qui Arabiam incolit. Hor. 1. Epift. 7. 36.

Ota diuitiis Arabum liberrima muſo.

Arabes, vel Arabas, accuſatiuſ pluralis. Catul. 11. 5.

Sive in Hyrcanos, Arabasque molles, &c.

Arabum beatus gaza. Hor. 1. Carm. 29. 1.

Arabas palmyferos dixit Ovid. pro Arabia palmifera, & palmarum ferace, 10. Met. 478.

Arab. mollis. Claudio de 4. Conf. Hon. 257.

A R A B I C U S, Adj. [*Ἄραβης*] ut Arabicus odor. Plaut. Mil. 2. 5. 2. Arabicus Lapis, [*λίθος Ἄραβης*] teſte Dioscoride, ebori ſimilis eft, qui tritus illius haemorrhoidas exhiccat, ejusque cinis dentiticio optimus eft. Hac illi lib. 5. cap. 106.

Arabicus Sinus, [*Ἄραβης ω̄ντας*] Fluminis inſtar angustus eft, atque prolixiſ ad Itadū decem milia usque ad eſtium, eo proſtrus angulo exiſtent. Hec Strab. lib. 2.

A R A B I U S, Adj. [*Ἄραβης*] ut Arabius odor. Plaut. Pœn. 5. 4. 6. Pro-
pert. lib. 2. 2. 25.

Nec figura Arabio lucet bombyce puella. i. e. Serico quod in Ara-
bia bombyces teſtū. Sed hic Arabio legendum eft, productionis cauſa.

A R A B U S, Adj. Idem. Virg. 7. *Aen.* 605.

— Hyrcanis Arabisve parant.

A R A B I C E, Adv. [*Ἄραβης*] ut Arabice olere: i. e. Ex odoribus Arabi-
cis. Feltus.

A R A B I C A, [*Ἄραβης*] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Arabica ebori ſimilima eft, & hoc videtur, niſi abnueret duritia. Putant contra-
doles nervorum prodeſſe habentibus.

Breviter & argute judicium animos laxare. Cic. de Clar. Orat. 322. Nemo qui breviter argutæ includo adverbarum laxaret judicium animos, atque a feritate paulisper ad hilaritatem risumque traduceret.

Callide argutæ dicere. Cic. in Orat. 98. Qui in illo subtili & acuto elaboravit, ut callide argutæ diceret, nec quicquam altius cogitaret, hoc uno profecto magnus orator est, si non maximus.

ARGUTÆ, arum. [ἀργεῖσθαι] Acute dicta & subtiliter. Plaut. Moft. 1. 1. 1. Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cic. 1. de Legib. 7. Nam quid Accium memorem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum?

Multum argutiarum & urbanitatis. Cic. de Clar. Orat. 167. C. Titii orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut pene Attico stylo scriptæ esse videantur.

Argutiae & acumen. Cic. in Orat. 110. Demosthenes nihil Lytie subtilitate cedit, nihil argutis & acuminis Hyperidi, nihil lenitatis Aeschini & splendore verborum.

Persequi argutias. Cic. de Amicit. 45. Quibusdam, quos audio sapientes fuisse habitos in Gracia placuisse opinor mirabilia quædam. Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutis, partim fugiendas esse nimias amicitias, &c.

Digitorum argutiae. Cic. in Orat. 58. Nulla mollitia cervicum, nullæ artus digitorum, non ad numerum articulos cadens.

ARGUTIOLA, dimin. Gell. 1. 2. c. 7. Argutiola quippe hec frivola & inanis. ARGUTOR, [αργεῖσθαι] àri, de. Logopacter proloqui, ut ait Nonius. Plaut. Amph. 1. 1. 193. Pergin argutari? Nevis apud Non. 4. 34. Quando ad ludos venit, alii quum tacerent, totum diem argutatur quasi cicada. Argutari pedibus, Sulphure. Titinius Fullonibus, Terra hæc est, non aqua, ubi tu solitus argutari pedibus, cretam dum compescis, veste mentaque lavas. Nonius.

ARGUTO, [αργεῖσθαι] àre. vox infrequentior. Propert. lib. 1. 6. 7.

Ille mihi totis argutat noctibus ignes. i. e. Argute objicit, aut (urcat Budus) impunit.

ARGUTATIO, ônis. f. [αργεῖσθαι] pro Streptu, & stridulo sonitu, ut, Tremulique quasi lecti Argutatio. i. e. Sonitus ex concussione lecti. Catul. 6. 11.

ARGUTATOR, ôris. m. [αργεῖσθαι] Gell. lib. 17. cap. 5. Processus est autem argutatoris isti fortasse rep. chento. Argutatorem pro Sophista argutulo, vel argumentator accipit. i. e. Artificem, inquit Budus.

ARGUMENTUM, i. [αργεῖσθαι, τίσης, ιδεῖσθαι] Quo aliquid declaratur. Sic, Arguere dictum est pro Declaram. Solet autem accipi pro Conclusionis argumentum. Sic definitur Quintil. lib. 5. cap. 10. Est ratio probacionis praefatis, qua colligitur aliud per alium: quæ, quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Sic Cic. in Topic. 8. Argumentum est ratio, quæ rei dubie facit fidem.

Argumentum pro Argumentum per Syncopen, hinc u longum. H. St. Argumentis & rationibus docere, non eventis. Cic. 2. de Divin. 27. Argumentis & rationibus oportet quare quidque ita sit, docere, non eventis. Argumenta criminis alicuius. i. e. Rationes quibus crimen illud patrum ab aliquo fuisse contendimus. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Accipite argumentum certissimum ut intelligatis. Cic. 4. Verr. 18.

Ad eum ei rei argumento. Plin. 3. 16.

Affers omnia argumenta cur sit: remque mea sententia minime dubiam argumentando dubiam facis. Cic. 3. de Nat. Deor. 10.

Agere argumentis. Cic. pro Cœl. 22. Argumentis agemus, signis omni lete clarioribus criminis refellimus.

Arriper argumentum. Cic. 2. de Orat. 214. Argumentum simulatque positum est, arripitur.

Astringere breviter argumenta Stoicorum more. Cic. 3. Tuft. 13. Primo, si placet, Stoicorum more agamus, qui breviter astringere solent argumenta. Colligere argumentis, i. e. Ratioinando comprobare. Quintil. 1. 3. c. 6. Colligere sparsa argumenta. i. e. Argumenta plura diversaque coacervare. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Commemorare argumenta. Lucret. lib. 1. 401.

Comparare argumenta utriusque parti inter se. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Comperire nihil gravi argumento. Cic. pro Cluent. 131.

Componere argumentum. Cic. 15. Att. 4.

Componere adverbarum argumenta cum nontris. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Conformat ratio argumentum. Cic. 2. de Orat. 214. Argumentum ratio ipsa confirmat: quæ simul atque emissa est, adhærescit.

Confirmare aliquid argumento. Cic. 1. Off. 151. Placer aptiora esse naturæ ea officia quæ ex communitate, quam ea quæ ex cognitione ducantur: idque hoc argumento confirmari potest.

Congenera argumenta, &

Diffidovere argumenta, videtur Quintil. veluti contraria invicem oppofuisse, lib. 5. cap. 13.

Defendere viriliter causam argumentis. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Dicere argumenta. i. e. Argumenta proferre. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Idem lib. 5. cap. 14.

Dicere argumenta aliqui rei. Plaut. Trinum. 2. 4. 121.

Deprehendere argumentis & oculis. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Debet argumentum ad scribendum. Cic. 9. Att. 6. i. e. materia. Sic in his que seq. usque ad Docere arg.

Dabat mihi nihil argumenti ad scribendum. Cic. 2. Q. frat. 13.

Dabit argumentum ad te epitolæ. Cic. 10. Att. 15.

Dilatate argumentum. Cic. in Parad. 1. Cato perfectus Stoicus, & ea sentit quæ non lane probantur in vulgo: & in ea est haræfili, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit efficit.

Docere multis argumentis Deum unum effe. Cic. 3. de Nat. Deor. 9.

Ducere argumenta ex re aliqua. Cic. 2. de Orat. 167. Ex conjunctis sic argumenta ducuntur, Si pietati summa tribuenda laus est, &c.

Ducere argumentum ex adversario: i. e. A persona adverbari. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Ducere rem aliquam in argumentum. i. e. Argumentum loco sumere. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Exquirere rem aliquam argumentis. Plaut. Rud. 4. 4. 136.

Explicare argumentum. Cic. 1. de Nat. Deor. 53.

Eger argumento epifilarum. Cic. 9. Att. 2. i. e. materia. Sic mox in Habere arg.

Excoigare argumenta firma ad probandum. Cic. de Clar. Orat. 271.

Habere scribendi argumentum. Cic. 2. Q. frat. 14.

Institui multa argumenta. Plaut. Moft. 1. 2. 2.

Judicaram id plurimis argumentis. Cic. 3. Fam. 4.

Logui argumenta. Plaut. Capt. 1. 3. 14.

Niti arguments. i. e. Conari probare aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Objicere in argumentum. i. e. Ad confirmandam causam suam opponere aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Onerare judicem arguments. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Patefacere argumento. Cic. 2. Verr.

Patet argumento. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Ponere inter arguments. i. e. Inter probations referre. Quintil. 1. 4. c. 1.

Refellere arguments. Cic. 1. de Orat. 88. Menedemus exemplis magis quam arguments conabatur refellere.

Refellere arguments. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Solvere argumentum a se possum. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Tractare arguments. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Trahere argumenta ex causa. Quintil. lib. 5. cap. 5.

Ut argumentis ad probandum id quod explanari voluntus. Cic. i. Acad. 32.

Versari in uno argumento. Cic. 5. Fam. 12.

Argumenta diffinīta ac perspicua. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Frigidum argumentum. i. e. Infrum, & non urgens. Quintil. l. 5. c. 10.

Grave. i. e. Urgens, & quod firmis rationibus nitor. Quintil. l. 5. c. 12.

Gravilimum & firmillimum. Cic. pro Rosc. Com. 36.

Horrida & confragosa argumenta. Quintil. lib. 5. cap. 8.

Parva. i. e. Levia. Quintil. lib. 2. cap. t.

Persuasiva. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Simplex & breve. i. e. Absque magno verborum & elocutionum apparatu. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Vanum. i. e. Frivolum, & quod nihil probat. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Sine argumento. Cic. pro Col. 8. Quis est enim, cui ita via non patet?

qui isti etati non posuit, quam velit petulanter, etiam si sine illa suspicione, at non sine argumento maledicer?

Quod argumentum aut rationem, aut Quid argumenti &c. habuit res, quamobrem, &c. Cic. 4. Verr. 115. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade: quid tandem habuit argumentum, aut rationis res, quamobrem in eo potissimum Stenianum praeium ponetur? Item pro Col. 68. Scire cupio quid habeat argumentum ita manumisso. Cic. 2. Off. 88. Tabule vero novae quid habent argumentum, nisi ut, &c.

Argumenta atque indicia sceleris. Cic. 3. in Catil. 13. Mihi quidem, Quires, quoniam illa certissima sunt visa argumenta atque indicia sceleris, tabula, signa, manus, &c.

Argumento oculorum atque conjectura animi scrutari amplitudinem Solis. Plin. lib. 2. cap. 11.

Calum quidem haud dubie Caelati argumento diximus, ut interpretetur M. Varro. Plin. V. in CALUM. Sic & alibi utitur Voci argumento, in affendo etymo. H. St.

Satis est argumentum, nihil, &c. Cic. pro Quint. 41. Satis est argumentum, nihil esse debitum Nævio, quod tandem nihil petivit.

Argumento esse. Cic. pro Cluent. Quanquam satis magno argumento esse debet, quod ex tam multis judicibus, ab aliis Falcula, nemo reus factus est.

Magnō argumento sit. Cic. 2. Philipp. 40. Quod idem noscitiam meam reprehendit, idem jocum: magno argumento sit me in utroque suis moderatum.

Maximo argumento esse ad. Cic. pro Rosc. Amer. 75. Praetera illud quod mihi maximo argumento ad hujus innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in vieti arido, &c. Addit. H. St. Scil. probandam.

Argumentum morum. i. e. Indicium. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Pro argumento esse. Liv. 5. Bell. Pun.

Argumento, abl. abs. Plin. I. 10. c. 36. de passeribus, Mares negantur anno diutius vivere: argumento quia nulla Veris initio appareat nigritudine in rotro, que ab effate incipit.

Argumentum [ιδεῖσθαι] interdum Rem fictam significat, quæ tamen secundum naturam sit, hoc est veri similitus: qualia sunt Argumenta comediarum. Unde per metaphoram Argumentum aliquando pro Materiā ponimus. V. supra. Quintil. l. 5. c. 10. Argumentum plura significat. Nam Fabula ad actus scenarum compigitur. Argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis velut thema ipse expōdens Pedianus. Argumentum (inquit) tale est. Et ipse Cicero ad Brutum ita scribit, Veritus fortassis ne nos in Catonem nostrum transferamus illinc malū quid, esti argumentum finile non erat. Quo appareat omnem ad scribendum definitam materiam ita appellari: nec mirum, quoniam id inter opifices quoque vulgatum fit. Unde Virg. 7. Æn. 791. Argumentum ingens. Vulgoque paulo numerosius opus, dicitur Argumentum. Hactenus Quintilianus. Ter. pro. And. 11.

Qui utranvis recte norit, ambas noverit:

Non ita dissimili sunt argumenta.

Argumentum & sententia aliquis concionis. Cic. de Amis. Resp. 8. Clo-

dus paulo ante p. c. concionem habuit, quæ est ad me tota delata: cuius

concionis primum universum argumentum sententiamque audite, quoniam

riferitis impudentiam homini, tum a me de tua concione audietis.

Ab illo argumento & sententia epistola. Cic. 1. Att. 16. Ad summas atque

incredibilis occupationes meas accedit, quod nullam a me epistolam ad

te finis absque argumento ac sententia venire.

Est etiam argumentum scriptura, picturaque. Cic. 6. Verr. 144. Ex ebo-

re diligenter perficta argumenta erant in valvis. Argumenta eodem

modo dicuntur Signa, quibus res aliqua significatur, & de re quipam

fit existimat. Suet. in Neron. de speciulis ab eo editis, cap. 12. Inter

pyrrhicorum argumenta, taurus Paphiaen in ligneo juventu simulacrum

abditum in it. Virg. 7. Æn. 789. Turni arma describens,

At levem clypeum sublatum cornibus Io

Auro insignib, jam fetis obsta, jam bos,

Argumentum ingens, & custos virginis Argus. Ubi Servius, Argu-

mentum aut fabula, ut Cic. 6. Verr. 143. Argumenta erant in valvis. Aut re-

vera argumentum, quo se Graecum comprobare cupiebat. Ovid. 6. Met. 69.

Illi & lentum filis inimitum aurum,

Et vetus in tela deducitur argumentum. i. e. Antiqua fabula.

Argumentum esse aliqui erroris: i. e. Materia ad scribendum. Ovid. 4.

de Pont. 15. 26.

Numinorum argumenta. Cic. pro Rabir. Posth. 35. Alexandriam nunc

cognoscimus: illinc omnes præficiuntur: illinc (inquam) omnes fallacie, omnia denique ab his numinorum argumenta nata sunt.

Argumentum, pro Historia & geltis alicuius dixisse videtur Ovid. 5. Trist.

1. 10. [Vel potius pro Subiecta materia historia.

Integer & laetus, laeta & juvenilia lusi,

Illa tamen nunc me compositissime piget.

Ut cecidi, perago subiti præconia casus,

Sunque argumenti conditor ipse mei.

ARGUMENTOR, [ἀργοντας] ērī, est (ut ait Afconius) Argumentis uti ad

rem probandum. Cic. 3. Verr. 150. Nonne argumentantur quo ita pecu-

nia pervenerit?

Argumentari & conjectura prosequi. Auth. ad Heren. lib. 4. 47. Quæfitoris

est itumquemque in officio suo continere. Quare L. Caiſ, si in causa

testem præterquam quod sciatur, aut audierit, argumentari & conjectura

prosequi patientis, ius accusatoris cum jure testimonii commiscebis.

Argumentari & Disputare. Cic. pro Milon. 45. Sed quid ego argumentor?

quid plura disputo? te Q. Petili, appello optimum & fortissimum cīvem.

Argumentari & dissertare. Cic. 1. de Fin. 33. Sed & argumentandum &

accurate differendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.

Argumentari aliquid. Cic. pro Cluent. 64. Ego illa non argumentabot, que sunt gravia vehementer.

Argumentari de aliquare. Cic. 4. Verr. 119. De quo crimen quid ego dispu-

tare, quoniam totum positum sit in testibus? quid porro argumenter,

qua de re dubitare nemo possit?

Argumentari de voluntate aliecius. Cic. 2. de Invent. 128. Si aliud sen-

sisse scriptor, aliud scripsisse dicetur, is qui scripto utetur, hoc dicet, non opere eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere posse-

mus, judicium nobis reliquerit sue voluntatis. Al. Indicium rectius.

Sed quid argumentor? elegans correptio. Cic. 13. Att. 26. Ita male au-

tem audio ipsum esse tractatum, ut mihi ille emptor non esse videatur.

Quid enim patetetur? Sed quid argumentor? V. Argumentari & Disp-

ARGUMENTATUS. Partic. Vetus author apud Prisc. Omnia argumentata nomina.

ARGUMENTATIO, ἀργοντας. f. [ἀργοντας] Ipsa argumenti dispositio & explicatio. Cic. 2. de Orat. Altera est qua tota in disputatio & argumen-

tatione oratoris collocata est. Ita enim Argumentationis nomine tota dis-

putatio ipsa comprehenditur, confitans & arguento & argumenti con-

formatio.

Perpicuitas argumentatione elevatur. Cic. 3. de Nat. Deor. 9.

Argumentatione firmare. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Argumentatio firmissima. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Subtilis & crebra. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Suspecta. Quintil. lib. 5. cap. 14.

ARGUMENTATOR, ἀργοντος. m. Tertull.

ARGUMENTATRIX, icis. f. Tertull.

ARGUMENTALIS, e. Narratio argumentalis, quæ aliquid probat, apud Afconium.

ARGUMENTALITER, Adv. Aggen. Urb. Gœf. Quadam argumentali-

ter metiri.

ARGUMENTOSUS, Adj. [ἀργοντος] Quintil. lib. 5. cap. 10. Vulgo paulo numerosius opus, dicitur Argumentosum, i. e. Quod multam materiā continet. Budæus exponit, Une chose de grand avantage, longue à exposer. Hinc & veteres Scholastici vocantur Argumentos.

ARGUS, [Ἄργος] Filius Aristoris, de quo ait Ovid. 1. Met. 625.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,

Inque suis vicibus capiebant binā quietem:

Catera ferabant, atque in statione manebant. Huic Juno custodiendam dedit lo Inachi filiam mutatam in vaccam: sed Mercurius a Jove misflis dulceding cantus illum sopitum occidit. Oculostamē Argū juno indidit cauda Fornoris, quæ dicitur avis Junonia. Virg. 7. Æn. 791.

— & custos virginis Argus. Cic. 3. de Nat. Deor. 16.

Mercurii argumentum invenire, & Argum dicitur interemisse.

Argus stellatus. Ovid. 1. Met. 624.

Talia dicenti stellatus stammovet Argus. Stellatum vocat ab oculorum multitudine, instar stellarum circa caput totum micantium. Stat. 6. Theb. 277.

Speciat in occiduis stellatum visib⁹ Argum.

Argus, oculus. Argus nomen est hominis, qui fusse singitur oculis plenus. Feft. [Ubi Oculum pro Oculato, seu perspicaci posuisse vi-

detur. Argus enim, haud fecit ac Lynceus in proverbium abiit. Hinc licebit fortassis defterat adhuc Petronii loco Medicinam arceſtē. C. 62. Erat miles fortis, tanquam Argus aboculanus. Ubi editur, t. Orcus apoculanus. Sententia est Fortem militem fusisse illum hospitem, ut coecus, Argus est. Nam Apoculanus nihil differre ferme piebejo videtur ab Aboculus, qui est Cacus. V. que in APOCALO diximus.

Argus item aliud erat, qui Argō navem extrixit.

ARGUTE, ARGUTIE, ARGUTOR, ARGUTUS. V. ARGUO.

ARGYNA, [Ἄργυνα] Oppidum est Locrorum, qui cognominant O-

zole. Plin. lib. 4. cap. 3.

ARGYNNIS, [Ἄργυνη] Venus cognominata est, ab Argynno pueri no-

mine, qui (ut Athenae lib. 13. inquit) ab Agamemnon rege amatus,

quoniam frequentius nataret in flumine Cephiso, pertit: quo in loco eum

sepelivit Agamemnon, ibidemque Veneris Argynnidos templum conſtruxit. Hinc illud Properti fanus intelligitur, lib. 3. 7. 22.

Sunt Agamemnonis testantia littora curas,

Qua notat Argynni poena natantis aquas. Alii aliter narrant,

sed faſo: & in posteriore carmine Minantis legunt, loco Natantis. V. Brochh.

ARGYRA, [Ἄργυρα] Civitas Siciliae, unde se Diomedus Siculus ortu-

num facit, a qua Argyrini.

Est & Argya Taprobane insula metropolis, cuius incole dicuntur Ar-

gyrytæ, Stephano.

ARGYRA, [Ἄργυρα] Nymphæ nomen fuit, cuius amore quoniam Seleucus

torquem, obit ejus nimis desiderio, & a Venere in cognominem flu-

vium mutata est: cuius aquam amantibus prodeſſe ad amoris remedia,

fuit opinio. In ipso enim amantes flumine abluti, desiderii oblivionem

concipere putabantur. At vero Argyram ipsam & fonti & urbi nomen

dedicē Pausanias tradit.

ARGYRANCHE, V. ARGENTANGINA.

ARGYRASPIDES, [Ἄργυρασπίδες] dicuntur Qui argentea scuta ferunt.

Liv. 37. 40. Sic. Chryspides, ab Aureis clypeis nominati. Lamprid. in Alex. 50. & Plutarch. in Eumene. V. AGL ASPIS. Freinh. ad Flor.

1. 16. 7.

ARGYRIPPA, [Ἄργυριππα] Apulia oppidum, a Diomede conditum,

quod primum Argos Hippium, post Argyripa, novissime Argi, Αργη, di-

ctum est. Virg. 11. Æn. 242. seq. & ibi Serv. Plin. l. 3. c. 11. Strabo l. 6.

Geographi reliq. & Historici paſſim.

ARGYRITIS, is. f. [Ἄργυριτης] Spuma argenti. Plin. l. 33. c. 6. Fit &

liſdem metalis & quo vocatur spuma argenti. Genera ejus tria: optimæ, quam chrysitum vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molibditin.

ARGYRODAMAS, [Ἄργυροδάμας] Lapillus argenti nitore habens; ut,

Adamas, de quo Plin. l. 37. c. 10. adubuit, fine item cum eo quem An-

dromedaria vocant, quoniam impecus hominum & iracundias donat.

ARGYROGNOMONES, [Ἄργυρογνόμονες] Minutilli nulli numerulari, Cam-

pifores vulgo dicti, quasi Pecunia spectatores. Budæus. V. ARGEN-

TARIUS.

ARGYROLOGUS, [Ἄργυρολόγος] a Græcis vocatur quem Latini Quæ-

sto rem

li 3

forem appellant, cuius officium est et argentum, hoc est pecuniam, colligat, & in ararium five sicum redigat.

AEGYROPRATE, [εγρόπρατος] dicuntur Argentarii illi qui aucto-ribus interveniebant. Sic dicti ab exigendis venditaram rerum pretiis. Hujus rei exemplum invenies in l. filia. D. de solutione. Et pecunias ibi a licetibus stipulantes, auctiōnati bus repräsentabant. Cic. pro Cæc. 16. Æbutio negotiū datur: adest ad tabulam. Licetur Æbutius: de-terrentur emptores multi, partim gratia Cæcinae, partim etiam pretio: fundus addicetur Æbutio: pecuniam argentario promittit Æbutius. Ex Bridae. V. ARGENTARIUS.

AEGYROTOXOS, [εγρότοξος] Apollinis epitheton; quasi Argenteum arcum gerens.

A R I

ARIA, [άρια] Regio quam Turkestan regnum Haytonus & Marcus Venetus appellant: regia horum Ocerra. Terminatur, inquit Ptolem. l. 6. c. 17. a Scætrionibus Margiana & parte Bactriana, juxta exposita ipsorum meridionalia latera. Ab occulo Parthia & Carmania deferta, a meridiis Drangiana: ab oriente, Paropamisidus, juxta meridionalem lineam, iungentem fines expositos per occidentales partes Paropamisi. Non satis convenient eadem, an distincta regiones sint ARIA & ARIANA. Vid. Cellar. Geogr. Ant. 3. 22. 2. Plinius Arios & Arianos tanquam conterminos distinguit l. 6. c. 25.

Item, Insula est in Ponto, Marti sacra, in qua volucres cum advenis pu-gnare pinnarum ista Greci dixerunt. Author Plin. l. 6. c. 12.

ARIAS, [άρια] Arbor est apud Theophrastum, hysmis initio fructificans ma-teter tam dura ut necesse sit, priusquam terebretur, aqua eam macerare.

ARIABINES, [άριαβινες] Filius fuit Darji ex filia Gorbyæ, qui una cum Prexapse & Megabazo præpositus fuit clavis Xerxes. Herodot. l. 7.

ARIADNE, es, vel ARIADNA, a. [άριαδνη] Filia Minois regis Cré-te, forma eleganti, quæ Theseum ingressum Labyrintum adiuvit, & redeuentum in patriam sequuta est. V. Catullus in Epithal. Thetid. & Pei. Eam deinde Bacchus uxorem dixit, ejusque coronam stellis ornata in altra retulit: unde est cœlestis fidus, quod Corona Gnosia dicitur. Præ-pert. lib. 3. 16. 7.

Te quoque enim non esse rūdem testatur in atris

Lycibus in celum vecta Ariadna tuis. Bacchum alloquitur.

V. Hygin. in Astronom. Poët. lib. 2. Ariadnam fidus. Ovid. 5. Fast. 34. 5.

Bacchus amat flores, Baccho placuisse coronam,

Ex Ariadna fidere nosse potes. V. Hygin. in Astron. Poët. l. 2.

ARIADNEUS, Adj. [άριαδνεος] ut, Ariadnam fidus. Ovid. 5. Fast. 34. 5.

Nascitur apud Arianos, qua est Scythica gens, Gedrosia finitima, a quibus & nomen accepit. Plin. l. 24. c. 17.

ARIARATHES, Cappadocie rex, sub quo Cappadoce primum peti-put pop. Rom. societatem: cuius deficiente stirpe, lectus rex Ariobar-zanes, & a Mithridate pseu pufus, Romanorum armis restitus est.

Author. Volater. V. & Liv. 38. 39.

ARICANDUS, [άρικανδος] Fluvius Milyadis (qua est minoris Afæ re-giuncula, in coniuncto Pamphyliæ, Caria, & Lycaonia sita) qui in Li-myram annem influit. A fluvii hujus nomine vicinum opidum Arican-da appellatur. Utrisque meminit Plin. l. 5. c. 27. Al. per y. Aryc.

ARICIA, [άριξια] Puer fuit Attica, Hippolyti uxor, postquam ille a Diana in Italiam fuit translatus, ut testatur Virg. 7. Æn. 762.

ARICIA, [άριξια] Oppidum ab Hippolyto coniunctum a nomine Ari-cia uxoris, quod ad decimum lapidem aebit ab urbe Roma, ut testatur Lucan. lib. 6. 74.

Parva Mycenæ quantum sacrata Diana

Dicit at excella, nemoralis Aricia, Roma. conf. Hor. 1. Serm. 5. 1.

Hujus meminit Ptolem. l. 3. c. 1. Hodie Kicia castellum dicitur. In hac Orestes oraculo monitus, simulacrum Scythicæ Diana, quod de Taurica regione transtulerat, præsumpsit Argos petet, consecravit. Erat ad hu-ius templum nemus quod vocabatur Aricinum. Ovid. 3. Fast. 91.

Nemoralis Aricia. Ovid. 6. Fast. 59.

ARICINUM, [άριξινος] ut, Aricinem arvum. Hor. 2. Epist. 2. 167. Vallis Aricina. Ovid. 15. Met. 488.

ARICOMISCI, [άρικομισκη] Volkæ, Populi sunt Galliae, de quibus Strabo lib. 4. Apud Pomponium tamē & reliquos, Arecomici legitur, & rectius. V. ARICOMICI.

ARIDA, [άριδα] Herba est, quæ & Echium, & Alcibiadiū dicuntur. Dio-
-frib. lib. 4.

ARIDÆUS, Datamis filius, qui contra Pisidas in prælio cecidit. C. Nepos. 14. 6. Item, Alexandri frater ex ignobili matre. Rex fuit perquam ignavus & imperitus. V. Curt. 10. 11.

ARIDICES, Philostrophi nomen. Macrob. 7. Saturn. cap. 3. Quum regis libertus ad novas divitias nuper erectus, [forte Erectus] philosphos ad convivium congregasset, & irridens eorum minutulas quæstiones, sc̄ire se velle dixisset, cur ex nigra & alba faba pulmentum minus coloris edatur: Aridices philosphos indigne ferens, Tu nobis (inquit) absolve, eum de albis & nigris loris similes maculæ gignantur.

ARIDITAS, ARIDUS. V. A.R.O.

ARIENA, a. Pomi nomen, ex arbore pala, quo sapientes Indorum vi-vunt. Plura apud Plin. lib. 12. cap. 6.

ARIES, etiis m. [άρις, ἀρίς] In eo differt a Vervece, quod huic ex-fecti sunt tecticuli: nam qui ad generandam fabolum integer tenuuntur, di-cunt aries. Virg. 3. Ecl. 95.

— ipse aries etiam nunc vellera siccet.

Mutilus. V. MUTILUS, & Varro 4. de L. 19.

Aries, Bellica machina: de qua si Veget. l. 4. c. 14. Materia ac tabulatis testudo contextitur: quæ ne exuratur incendio, corio vel ciliicis centoni-busse vettur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ aduncu præfigitur ferro quod fals vocatur, ab eo quod incurvata est, ut de muro lapides extrahat. Aut certe ipius caput ferro vettur, & aries appellatur: vel quod habet durissimam frontem quæ subruat muros: vel quod more arietum retro cedit, ut cum impetu vehementius feriat. Hæc enim Vegetus. Cæs. 7. Bell. Gall. 21. Quod ab incendiis lapis, & ab ariete materia de-fendit. Apud Poëtas litera i metri causa interdum fit confonans. Sic Virg. 2. Æn. 492. — labat ariete crebro Janua. i. e. Crebris itibus arietis. Hæc machina prius dicebatur Equus. Plin. lib. 7. c. 56. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad-Trojam ferunt invenisse.

Aries præceps. Claud. 4. Conf. Hon. 329.

Ariete muros pulsare. Virg. 12. Æn. 706.

Aries murum percūit. Cic. 1. Off. 35.

De mole eius. V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 125. Qui plura vult, aedat Pitific. Lex.

Aries, unum e XII. signis Zodiaci circuli. Plin. l. 18. c. 25. Omnes-

que haec differentia hant in octavis partibus signorum. Bruma Capricorni, ab VIII. Cal. Januarii fæ, æquinoctium vernum Arietis: solisti-

um, Cancri. Cic. in Arat. v. 10.

Aries, Pifos. Plin. lib. 9. cap. 44. Graffatur aries ut latro: & nunc gran-

dium navium in falso stantum occultus umbra, siquem nandi voluptes

invitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, pescantium cymbas

speculator, occultusque admans mergit.

Trix aries. Claud. in Epithal. Honor. & Mar. 163.

ARIETARIUS, Adj. Quod ad arietem pertinet.

Arietaria machina. Vitruv. lib. 10. cap. 19. Constituebat autem in ea

Arietaria machina, quæ Græce κέρας dicitur: in qua collocabatur tau-

rus perfectus in torno, in quo insper confutus aries.

ARIETINUS, Adj. Quod est ex ariete. Plin. Arietinum jecur ad utile est.

Testiculi arietini. Aut. ad Heren. lib. 3.

Arietinum cicer. Quod arietino capitum simile est: unde ita appellatur.

Columel. lib. 2. cap. 10.

Arietinum oraculum, quodam sit, hand fatig explicit Gellius l. 3. c. 3. Nec

Att. adductis his Plautinis versibus, ex Freto, deperdita ejus fabula:

Quod arietinum responsum magnis Iudis dicitur,

Peribo, si non fecero: si faxo, vapulabo.

ARIETO, [άριτος, κερατζη] āre. Aries dicitur arietate, quem capite & cor-

nibus aliquem impedit. Accius in Bruto, apud Cic. 1. de Divin. 44.

Vifus est in hominis pector ad me appelle,

Duos consanguineos arietes inde eligi,

Pecus lanigerum eximia pulchritudine,

Præclariorumque alterum involare me.

Deinde ejus germanum cornibus connitter

In me arietare, coequo iuste me ad casum dari.

Arietare, per translationem, In morem arietis percutere, & dejicere. Curt. l. 9.

7.2. Macco gladium cooper strigere: quem occupatum complexus, pe-

dibus repente subductus, Dioxyppus arietat in terram. i. e. Precipitavit.

Arietat in primos, obicitque immania membra. Sil. lib. 4. 139.

Arietat ædes, pro Vehementer pullare, quasi in modum arietis bellisci.

Flaut. Tricul. 2. 2. 1.

Arietare in portam. Virg. 11. Æn. 890.

— immisili pars cæca & concita frenis,

Arietat in portas, & duros obice postes. Ubi Servius, Quæ

in clausas portas more arietis ruerat: i. e. Bellici machinamenti.

Arietare, neutrum, pro Conuti, Labacere. Seneca de Vita Beat. Ni-

hi pravi, nihil subdit superest, nihil in quo arietet aut labet.

Arietare inter se dicuntur, Quæ concutuntur mutuo iuste. Sen. l. 2. de

Ira 3. Magno imperatori antequam acies inter se arietare, cor exiluit.

Sic Dentes inter se arietatos dicit, lib. 3. de Ira. Plin. l. 2. c. 82.

ARIETATIO, ō. Concilio. Sen. 5. Quæst. Nat. 13.

ARI, [άρι] f. Concilio. Sen. 5. Quæst. Nat. 13.

ARILATOR, Qui citam Cocio appellatur, dicitur videtur a voce Græca quæ est αἴρει, i. e. Tolle: qui sequitur merces, ex quibus quid cadens lucel-los possit tollere. Haec Feltus, q. V. & in Cocio.

ARIMANUS, [άριμανος] Plutonis cognomen apud Persas. Calep.

ARIMASPI, [άριμασποι] Populi sunt in Scythia Afæ, verus Septentrionem, enīcum tantummodo oculum in fronte habentes, quos Dionsyus Ar-i-maneas, vel Arimannos vocat. Eschylus vero μούρα σπάρω: i. e. Uno-oculū exsiccitum: quod sagittarii quam sint optimi, alterum inflectunt oculum, ut parvis assueti altero melius cernant. Unde etiam nomen adepti sunt Herodoto. Nau Ar. Scythice, Unum significat; & μάρος Oculum. Item dicit idem Herodotus supra Arimaspos gryphes esse aurum servantes, hos prope, Riphæi sunt montes. V. Plin. l. 7. c. 2.

ARIMINUM, [άριμονος] Urbs vetus in Flaminia iuxta Rubiconem. Li-

vius coloniam dicit in Picenum cum Benevento deducit. Rufus l. 14.

Sempronio Prator. Ariminum provincia obvenit. Hæc primū a Cæsare

occupata, initium civili bello dedit. Hodie Rimini. Strabo l. 5. Ariminum, colonia Umbrenum, sicut & Ravenna. Verum utraque Romanos accép-
i iniquilinos. Habet autem Ariminum portum, & eiusdem nomitis annem.

E Placentia Ariminum stada sunt mille c. c. Hæc Tarentus. Strabo.

ARIMINENSIS, Adj. [άριμενος] Incolae Arimini. Hor. Epop. 5. 42.

ARIMPHÆI, [άριμφαι] f. Populi Afæ Septentrionalis. Prope Ri-phæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis buccas, & tam feminæ quam mares comant condent. De his Arimphæi sic habet:

Ubi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, justi homines, & morum placiditate cogniti.

ARIMUS, [άριμος] Rex Myssæ, seu Maoniae. Author Strabo. Xan-

thum citans antiquum regum scriptorem.

ARINCA, a. [άρινχα] Genus frumenti. Ruell. l. 2. c. 21. Olyra Græcis,

Latinis (Plinio authore) Siliq. Gallici olime Arinca vocabatur. Frumenti

genus est, spica semper erecta, neque rubiginis obnoxia, grano candido,

levi, ac multipliciter tunicato. Plura apud eundem. V. OLYRA.

ARIOBARZANES, [άριοβαρζανης] Rex fuit Cappadocie, qui Pompeio

in Pharsalicis bello favi. Is a Senatu populoque Romano Rex & amicus

appellatus a Cicerone cum toto regno servatus est, ut ipse Cicerō scribit. Att. 20. Fani. 2. 17. & 15. 2, 4. Ejusdem nominis duo fuerunt Reges, Pa-
ter & Filius.

Alius fuit Ariobarzanes, Lydiæ, Joniæ, & Phrygia Praefectus. C. Neps. 14. 2. 42.

Item aliis, militiæ Praefectus in Darii exercitu. Curt. 4. 12.

ARIOLATIUS, & **ARIOLUS,** V. HARIOLATIUS, & HARIOLUS.

ARION, ōnis. [άριον] Methymnae eitharecedus, & poëta Lyricus: emi-

cuit Olympiæ XXXVII. Scripta cantica circiter versus duo millia.

Dicitur & Tragici carminis primus invento fuisse, & chorum intitulisse ac Dithyrambicū carmen cecinisse. Author Suidas. Hujus Arionis histo-
riam referunt Ovid. 2. Fa. 83; & Bell. l. 16. c. 19. V. Plin. l. 9. c. 8.

Servius, Arion Lesbii a Lesbo, eitharecedus optimus fuit: qui cum Ta-

rento Corinthum cum multis opibus peteret, & videret sibi in mari tendi-

a nautis infidias: petuit ut cithara paululum caneret: ad cujus sonum

Delphini conveniens, excusit se supra unum: & ita immix-
titavit periculum. Hæc tenus Særvius in Virg. 8. Ecl. 56.

Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion.

Hanc veram esse historiam non fabulam afferit J. Scalig. Animadvt. in Euseb. p. 79. add. Elian. Hist. Anim. 2. 6. & 12. 45. Clem. Alexandr. Protrept. Ariona, accus. Ovid. 2. Fast. 83.

Quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?

Arion vocalis. Ovid. 2. Fast. 91.

Item Pythagoreus quidam Locrensis, a quo dicitur Plato. Valer. Maxim. 8. 7. 3. ext. Memoratur etiam a Cic. 5. de Fin. 29. Sed in utroque loco legendum esse Acriona vult Davisius. V. Notas ejus in Cic. l. c.

Fuit & Arion, Equi nomen, de quo Claud. 4. Conf. Hon. 553.

Si dominus tergetur, equis, tua posceret ultro

Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion.

Adratetus, five Equus Adratil. Stat. 4. Theb. 43.

Arion flavus. Stat. 6. Theb. 501.

Præfagus. Stat. 6. Theb. 424.

ARIONIUS, Adj. [*αριστός*] ut, Arionia lyra. Propert. lib. 2. 26. 13. Arionius nomen. i. e. Fama Arionis. Ovid. 2. Fast. 93.

ARIOVISTUS, Rex Germanorum, bello a Cæsare in Sequanis vicitus. Cas. 1. Bell. Gall. 31. Tacit. 4. Hist. 73.

ARIS, [*ἄρις*] Herba. Plin. lib. 24. cap. 16. Est & Aris, quæ in eadem Ægypto nascitur, similis Aro, minor tantum minoribus foliis, & utique radice, quæ tamen olivæ grandis magnitudinem implet. Alba, geminum caulem, altera unum tantum emittens.

ARISARON, [*άριστος*] Herba est exigua, radicem habens olivæ magnitudine, majore acrimonia quam Aron. A Plin. lib. 24. cap. 16. Aris appellatur. Galen. lib. 6. de Simpl. Medic. Facult. Diosc. 2. 158.

ARISBA, [*άριστα*] Troados civitas. Virg. 9. Æn. 264.

Pocula, devicta genitor que cepit Arisba. Ubi Servius, Arisba (inquit) secundum Homerum misit auxilium Trojanis, & ab Achille subversa est. V. Strabo lib. 13.

Arisba In Lesba civitas fuit, cuius agrum Methymnei habent. Strabo ibid. **A**RIERUS Flavius quidam in Thracia, prope quem Cebrenii Thraces habitant. Strabo d. 1.

ARISTA, a. f. [*ἀρίειν*, *ἀρίζειν*] Varro 1. de R. R. cap. 48. Granum dictum, quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus ejus. Arista, quæ ut acus tenuis, longa eminet & gluma: proinde ut grani theca sit gluma, & apex arista. Et paulo post, Arista dicta, quod arescit prima. Cic. de Senect. 1. E quibus quoni emerferit, fundit frugem spicae ordine stratum, & contra avium minorum morsus munitor vallo aristarum.

Graciles aristæ Zephyro vibrantur. Ovid. 14. Epist. 39. Gravidis aristis canet ager. Ovid. 1. Met. 110.

Jejuna. Claud. 1. in Eutrep. 116.

Maturis albescit melleis aristis. Ovid. 5. Fast. 351.

Mollis arista campus flavefecit. Virg. 4. Ecl. 28.

Teneras aristas lâdere. Virg. 7. Æn. 809.

Virides Arista: i. e. Seges maturæscens. Juven. 14. Sat. 147.

Ignis populatur aristas. Claud. 2. in Ruff. 44.

Arista, pro Spica. Virg. 1. Georg. 111.

— ne gravidis procumbat culmus aristis.

Ubi Servius,

Gravidas aristas periphericōs pro Spicas posuit.

Arista, pro Frumento. Virg. 1. Georg. 8.

Chaoñam pingui glandem mutavit arista. Servius. Idem 4. Ecl. 28.

Mollis paulatim flavefecit campus arista. Ubi Serv. Arista, Sege inculta, quæ a nullo colitur. Supple, Proveniet.

Post aliquot, aristas. Virg. 1. Ecl. 70.

Pot aliquot mea regna vident, mirabor, aristas. Ubi Servius,

Gradatim dictum ex tropo metalepsī: ut per aristas, messe: per messe, æstas: per æstas, annos numeret. [Inane commentum esse quicquid de Metalepsī tradunt Rethores, tum hunc in primis Virgilii locum inscīte eo trahi alibi docui. Quippe summo poëta inepita ἀναρροπή affingitur, si per Aristas Annos intelligi velis. Quam enim hinc elicies sententiant: En unquam, longo post tempore, patrios fines, & paterni tuguri cespite congestum culmen, pot aliquot annos, mea regna vident, mirabor? Qui quadrant, En unquam, longo post tempore, & Post aliquot annos? Quæ quam ferri non queat, reliquum est, ut veram poëta sententiam eruanus, quæ haec est. En unquam, longo post tempore, fines patrios, & tugurium meum, cespite congesto in culmine deformatum, cultumque illud novale, mea quandam regna vident, seu reviens, mirabor nihil esse præter aliquot aristas, i. e. pro agro culto olim, sterile & inculsum solum. Miseratur enim vicem tuguri & agelli sui Melibeus, si barbaro militi, ejecto priori possefret, tradantur. Aristas numerare, est Operam inanem sumere, & rem aggredi quam perfere non possit. Ovid. 4. Trist. 1. 57.

Vere prius flores, atque numerabis aristas. Èstu, pro Èstate & tempore melleis.

Arista pondus, pro Re levissima. Ovid. 5. Epist. 111.

Et minus est in te quam in summa pondus aristas,

Quæ levis affluis folibus ufa riget.

Arista nardi, i. e. Spica nardi. Ovid. 15. Met. 398.

Quo simil ac casias, & nardi lenis aristas,

Quassaque cum fulva substravit cinnama myrra,

Se super impofuit. De Phœnix ave loquitur.

Aristas oderatas, Nardi spicas intelligit Stat. 5. Sylv. 43.

— odoratas nec Arabs decerpit aristas. Plin. 1. 12. c. 11.

de Nardo, Frutex est gravi ac crassa radice, sed brevi ac nigra fragilisque,

quamvis pingui, situ redolente ut cyperi, aspero sapore, folio parvo

densoque. Cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.

Aristas Persius pro Pilis mire posuit, quod quoties inhorrescimus, erigantur instar aristarum. Sic enim ait 3. Sat. 115.

Alges quam excusit membris tremor albus aristas. [Nisi potius Aristas pro Surculis posuit, ad magnitudinem pavoris exprimendam *τετραγωνόν*, ut affoler hic fatigatus. Quam hic Aristam appellat, Ger- mani vocant Eis Sprisse, vel sprusse, Celsus Surculum l. 5. c. 26. §. 35. seq. V. mox Plini locum, V. ARISTIDA. Ingens autem ex pavore tremor fit necesse est, qui talen effectum praefitet. Excutere pilos, pro Erigere, an Latine dici possit, si viderint qui de pilis explicauerint. Aristæ etiam dicuntur in piscibus. Aufon. in Mosella,

Squameus herbolas Capito interlueret arenas

Viscere præ tenero fastidum congestus aristis.

ISTIFER, Adj. Prudent.

ARISTEUS, [*Ἀριστέας*] sicut Apollinis ex Cyrene filia Penei repis Arcadiæ filius, hic deinde in Arcadia regnavit, & primus apum & mellis usum lactisque coagulum demonstravit, usumque olei, & alia quamplurima animenvisse refert Juttin. lib. 13. *Hic quum Euridicen nympham uxorem Orphei vivit voluisset, & illa fugiens a serpente fuisset occisa, Nympha rum iracundu cunctis animalibus perditis funditus, & cunctis apibus matris auxilium petiit. Hac Servius in Virg. 4. Georg. 317.*

Pastor Aristeus fugiens Peneia tempe,

Annis (ut fama) apibus, morboque, fameque, &c. V. Mufarum volucres, in MUSA. De Aristeo V. diligenter quæ scribit Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 14.

ARISTAGORAS, scripus Ægyptica. Plin. lib. 36. cap. 12.

ARISTALTHEA, V. in ALTHEA.

ARISTARCHA, [*Ἀριστέας*] Ephelina quædam matrona, quæ Diana iussu, una cum Fabencibus navigationem subiit, atque in Massilia, templi Diana constructi fæcerois est designata. Strab. lib. 4.

ARISTARCHUS, [*Ἀριστέας*] Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus Samothracia, patre item Aristarcho: floruit Olympiæ c. l. sub Ptolemeo Philometore, cuius item filium erudit. Scripti commentarios supra mille. Fuit discipulus Aristophanis grammatici. Decessit in Cypro, scriptum cibabitinaria necans quum laboraret morbo hydrocephalico, atatis anno lxxii. filios reliqui Aristarchum, & Aristagoram, ambos flutus. Author Suidas. *H*elianus tradit hunc tam castigato fuisse judicio, ut illo meri verius non putaret, quem ipse non probaret. Hinc per Antoniam Aristarchus fit nomen commune, pro Critico & severo confere usurpatum. Hor. in Arte Poët. 449.

Arguerit ambigue dictum, mutanda notabit,

Fiet Aristarchus. De hoc & Cic. 1. Att. 14. Ego varia meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere.

Aristarchus Tegeates poëta Tragicus. Èculapio, a quo ex morbo fuit liberatus, pro recepta sanitate fabulam vovit. Enicuit tempore Euipidis. Docuit tragedias lxx, vicit duabus.

Fuit & aliis Aristarchus Ephesi tyrannus. Author Suidas.

ARISTARÈTE, [*Ἄριστημι*] Nearchi filia, & pictrix sui temporis inter nobiles. V. Plin. lib. 35. cap. 11.

ARISTAS, [*Ἄριστας*] patria Proconnesius, Poëta nobilis fuit, qui Cresi & Cyri temporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum quæ Arimaspea dicuntur. Suidas. Meninit & Coll. 1. 9. c. 4. Scribitur etiam Aristas.

ARISTERON, [*Ἄριστηρας*] Verbenaca herba. Sic citat ex Pausania Eustathius Odys. 1. *Ἄριστηρας, Ποτητής, οὐ ποτε εἰς τολμαῖς, αρχεῖται σcribitur apud Plutarch. lib. 1. Symposiaco. Dicitur & Ἀριστείδης.*

ARISTIDÆ, alias Holcus, Herba est quæ aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum restitue. Hæc circa caput alligata, vel circa laetum educta corpore aristas. Quidam ob id aristidam vocant. Plin. lib. 27. cap. 10.

ARISTIDES, [*Ἀριστέας*] Cognomento Ηερας, i. e. Justus, Athenis cum Themistocle in administranda Republ. diffensit, quum essent diversi moribus. Catoni alter, Cæsari Theinocles comparandus. Nepos vitam eius Latine, Plutarchus Graece descripsit.

Aristidem alium Eudæmonis filium, inter sophistas Philostratus ponit e civitate Adrianorum Myzia, qui Smyrna docebat: & adventient forte M. Antonino principi, unus omnium non processit obviam, eoque modo in cognitionem & amicitiam venit imperatoris. Hic Polemonis discipulorum facile princeps, inter decem Rhethores Atticos juniores a Suida memoratur. Eius jam extant Orationes lvi. Graece editæ Florentia, & Gr. Lat. Parifis.

Aristides item Thebanus pictor fuit Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & fenüs expreflit omnes, quos Graci vocant *τύπους*; item perturbationes, durior paulo in coloribus. Hujus pictura illa præcipue laudatur, Infans adrepens ad mammam matris ex vulnera mortis, ac manu prohibentis: sentire mater & timere videtur, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transfluit Pellam in patriam suam. Plin. lib. 35. cap. 10.

Fuit præterea Aristides Staturius, Polycleti discipulus. Plin. I. 34. c. 8. Aristides præterea fuit Atheniensis Philosophus Christianus eloquentissimus sub primito habitu. Volumen nostrum dogmati rationem continens, Adriano principi tradidit. Author Hieron. de Scr. Eccl. cap. 20.

ARISTIPPUS, [*Ἀριστίππος*] Cyreneus, Socratis auditor, primus Socratistarum mercedem docendi exegit, ac quæstus philosophatus est. Cum Xenophonte simulata gestit: sumnum bonum in voluptate corporis posuit. Quapropter a Diogene Canis regius est appellatus, quod divitum est affecta. Jactatum inter eos scumba Horatius perpulchre veribus includit, Epist. 17. 14.

Si pranderet olus patienter, regibus uti

Nollet Aristippus: si sciret regibus uti,

Fatidiret olus, qui me nota.

Alius fuit Aristippus, quem summum divitiarum contemptorem depingit idem Hor. 2. Serm. 3. 100. — quid simile isti

Græcus Aristippus? qui servos proiecere aurum

In media iustit Libya, quia tardius irent

Propter onus segnes. [Immo idem, non aliis. V. Laert. l. 2. S. 77.] Idem Philosophus Socratus, naufragio quam ejectus ad Rhodiensem litus animadvertiset geometrica schemata descripta, exclamata ad comites ita dicitur: Bene speramus, hominum enim veltigia video statimque in oppidum Rhodium contendit, & recta in gymnasium devenir: ibique de philosophia disputans, munieribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam ei qui era fuerant, vestimenta & cetera quæ opus essent ad viatum, prefaret. Quum autem ejus comites in patriam reverti vellissent, interrogarent enim quidnam vellet domum renuenti, tunc ita mandaverit dicere, Ejusmodi poffessiones & viaticæ liberis oportere parari, quæ etiam e naufragio una poffent enatare. Namque ea vera poffidia sunt vita, quibus neque fortuna tempestas injuria, neque publicarum rerum motio, neque beli vaſtatio potest nocere. Verba sunt Vitruvii in pref. lib. 6.

ARISTIPPEUS, Adj. [*Ἀριστίππας*] Cic. 2. de Fin. 19. Illud Aristippum contemneret.

ARISTIUM, [*Ἀριστίου*] Præmium quod dari apud Græcos solebat ei, qui rem optime gesserit in prælio. V. Cæl. lib. 9. cap. 25.

ABITO, [*Ἄβιτος*] Chius. Stoicus fuit Philosophus, Zenonis auditor & Ly-

& Lyfie, ob facundiam Siren cognomine dictus, cuius meminit Cic. 4. Acad. 130. & pasim alias. Vtani ejus haber. Laert. lib. 7. S. 160. a quo Sex omnino Aristones memorantur: Plures subiungit Mennag. V. & Fabric. Bibl. Gr. vol. 2. in Elencho Peripateticor. & Stoicor.

Ariston Sculptor, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & 12.

Est item Jureconsultus quidam doctissimus apud Gell. lib. 11. cap. 18.

A R I S T O N E U S, Adi. [*Αριστόνευς*] Cic. 4. de Fin. 40. Si omnino nos negligimus, in Aristonea vita & peccata incideimus, oblivissemurque que virtutiprincipia dederimus.

A R I S T O B Ü L A Diana, i. e. Optime consulens, nuncupata. Scribit Plutarch. in vita Themist. quod quum in eum invidia quadam Atheniensis populus inventus esset, ipse ut eum ad saniores animum mentemque converteret, magis incitasse, quam Diana templum dedicavit, quam Aristobulam appellavit, ut quae optime civitatis Graecorumque fatus confundisset. In Diana tamen templo postea Themistocli statua posita est, quae ad nostram usque permanens atatem.

A R I S T O B Ü L U S, [*Αριστοβούλος*] Judeus ex Paneade, Agathobulus Hebrei discipulus, unus fuit ex illis LXXII. interprætibus, qui miseri fuerunt ad Ptolemaeum, tunc Judæa dominum, ut libros sacros in Graecum sermonem converterent. Qui multa ex præceptis Moseos proponenti regi percontantur respondit. Illic commentarios etiam in legem Hebraeorum edidit. Author Euzebius. Joseph. Antiq. Jud. 13. 19. Sed V. Fabric. in Elencho Peripateticor. Bibl. Gr. vol. 2. p. 280.

Aristobulus alter Caffandrus, qui scripsit Alexandri Magni historiam, co-mesque peregrinationis eius fuit. De quo Fabric. Bibl. Gr. vol. 2. p. 210.

A R I S T O C L E S, [*Αριστόκλης*] Philoponus fuit Messianus, Peripateticus. Scriptus de Philosophia libros decem, utrue esset studio & doctrina prior, Homerusne an Plato: in quibus philosophorum omnium catalogum contexerat, opinionesque recensuit.

Fuit item Aristocles Lampacenus philosophus. Item aliis Megarensisophista, sub Trajano & Adriano. Scripsit de Rhetorica epistles, & declamationes ad imperatorem. Suidas.

A R I S T O C L I A, [*Αριστοκλία*] Formosissima puella, quæ rem divinam factura, nuda est a Stratone vista, qui in eam exarist, ante etiam a Callistheno amata. Hac vero ruptiuntur die in amantum manus discepuntur, quorum postea alter sibi manus concavit, alter aufugit, nec unquam amplius virus est. Et Girald. in lib. de Diiis Gent.

A R I S T O C L I D E S, [*Αριστοκλίδης*] Orichomeni tyrannus.

Fuit & pictor quidam Plin. lib. 35. cap. 11.

A R I S T O C R A T E S, [*Αριστοκράτης*] Civis quidam Rhodius fuit, qui, quod plurimum dignitatem strenuitateque præ se ferret, civium omnium cori-senius, belli dux delectus est, in quo spem suorum egregie fecellit, utpote qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nimius in igne, degener plane apparuerit. Suidas.

Aristocrates alius Spartanorum Rex. Pausan. lib. 8.

Item aliis Hipparchi filius, Historicus Graecus, Atheneus lib. 3.

A R I S T O C R A T I A, æ. [*Αριστοκρατία*] est Republica optimatum imperio administrata, in qua vulgi nullum est arbitrium, cuiusmodi est hodie Venetiis. Huic opponitur Democratia.

A R I S T O D È M U S, [*Αριστοδήμος*] Sculptoris eximii proprium nomen. Plin. lib. 14. cap. 8.

Fuit & aliis, Niseus, filius Menecratidis Aristarchi discipuli, quem Strabo dicit se juvenem vidisse senem.

Alius Aristodemus, qui Magni Pompei filios erudit: mane Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat. Author Strabo.

Est & actor fabularum apud Gell. lib. 11. cap. 9.

A R I S T O G E N E S, [*Αριστογένης*] Medici Thaïni nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniam regem.

Aristogenes alter Cnidius item Medicus, servus Chryssippi. Famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatae. Author utriusque Suidas.

A R I S T O G R I O N, & Hatmodius, Liberatores tyrranidis Pisistrati, quibus statue in foro ad Atheniensibus positas fuerunt. Suidas.

Fuit & alter Aristogiton Medicus, de quo Plin. lib. 27. cap. 4.

A R I S T O L A U S, Pictor, Paulus discipulus, & severissimi pictoribus fuit. ejus opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

A R I S T O L O C H I A, [*Αριστολοχία*] Herba, cuius (inquit Ruell. I. 3. c. 4.) Graci faciunt tria genera: unum tuberos radicum orbiculatis, qua formina dicuntur, multis a radice rotundibus, longioribusque viticulis fruticosa. Hæc omnibus officini Rotundis aristolochia cognominatur. Alterum masculæ, radice longa, procerioribus foliis, exilibus ramulis dodrantalibus, flore purpureo grave virus olente. Utraque fert bacculas velut cappares, colore intus buxeo, amaro gusto, odore viroso. Tertiū affigatur aristolochia longa genus, qua Clematis, quæ Sarmentaria, cognominatur, tenuissimos fundens ramulos frondososque, &c. Plin. l. 25. c. 8. Aristolochia nomen dedisse gradivæ videntur, quoniam esset ἀριστοκράτης. Notri Malum terre vocant, & quatuor genera ejus servant. Nomen Cicero Aristolochiam dicit ex inventore inveniente, in quo dentem calumniae vitare non potuit. Sed quid vetat & salubrem esse puerperis & ab inventore Aristolochia nomen habuisse? Equidem puto id Ciceronem in aliquo, qui hodie non extat, scriptore legitime, non de suo commentum esse. Sed & Aristoteles a muliere inventam esse scriperat, ut Nicandri interpres refert: cuius verba sunt, Ταῦτα δὲ φυτὰ ἀριστοκράτης οὐ πειραῖ. Adeo de inventoriis rerum inter authores non convenit, ut illi allia prodant. Hæc Turnebus. Hujus herba meminit Cic. 1. de Divin. 16. & 2. 47.

A R I S T O M Ā C H E, Uxor Dionysii superioris, Siciliae tyranni, Dionis generi ejus foro.

A R I S T O M Ā C H U S, Proprium viri Solensis, qui sic amore apum cultura flagavit, ut dnocefacta annis nihil aliud fecerit.

Fuit item Aristomachus, qui de Arte vini scriptor. Author utriusque Plin. lib. 14. cap. 19. & lib. 11. cap. 9.

A R I S T O M Ā N E S, [*Αριστομάνης*] Vir fuit Messeni fortissimus ac justissimus (ut Hieron. scribit) idem dux tanta calliditate fuisse fertur, ut siepe Lacedemonios deciperet. Quorum sapienter urbem ingressus est, & aliquando captus atque in vincula coniunctus, callidate sua aufugit. Quod quam semel atque iterum & tertio fecisset, tandem occitus est a Lacedemoniis, & exerto corpore inventum est cor ejus pilosum esse. V. Plin. l. 11. c. 37. & Belli Melierati scriptores Justin. Paulian. Diidor. Polyæn.

A R I S T O N, V. **A R I S T O**.
A R I S T O N I C U S, [*Αριστονίκης*] Grammaticus Alexandrinus. Scriptor librum in Theogeniam Hesiodi, & de nominibus five Constructione apud Homerum. Strabo.

Aristonicus item Eunuchus Ptolemæi, qui animum supra eunuchum gerbat. Dux fuit bellum fortissimum: præterea liberalis in omnes. De uredi Suidas.

A R I S T O N Í D A S, Statuarius cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 14.

A R I S T O N Ó D E S, Pictor, de quo Plin. lib. 35. cap. 11.

A R I S T O N Ý M U S, Poëta comicus sub Philadelpho: is præfuit regie bibliothecæ post Apollonium, vienens postremo in suspicionem quod ad Eumenem transfigeretur, in custodia per aliquot annos fuit: tandem liberatus, mortem non multo post obiit. Author Athenæus in Dipnosophitis.

A R I S T O P Ä T R A, Mater Crateri, quis sub Alexandre militavit, ut author est Strab. l. 15.

A R I S T O P Ä H A N, [*Αριστοφάνης*] Poëta comicus Rhodius, sive Lydius gener, lege vero Atheniensis, patre Philippo, inventor tetrametri & octometri versus, filios habuit Araratus, Philippum, Phileterum, comicos omnes. Docuit fabulas LIII. Suidas. His Attice lingue nobilitate adeo præpolluit, ut Dionysio roganti Atheniensis aliquem ejus sermonis eruditum authorem, hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exigit & infectatur in Nubibus. Hujus meminit Hor. 1. Serm. 4. 1. Eupolis, &c.

Aristophanes alter Byzantinus grammaticus, Apulius ducis exercitus filius discipulus Callimachi, Zenodoti, Dionysii. Author Suidas.

ARRIANUS, [Ἄρριανος] Poëta, cuius Suidas commemorat Metaphrasin Georgicorum Virgilii & Alexandriada, poema videlicet de rebus gessis Alexandri Macedonis, libris 24. & alia multa opera.

Arrianus alius Nicomedensis, Historicus & Philosophus Xenophontis æmulus & propterea Xenophon junior cognominatus. Sicut ille de Socrate quippe, ita hic de Epicteta philosopho ejusque dissertationibus opus edidit, & sic ut ille Cyri ἀνθολογία vii. libris, hic quoque historiam Alexandri Magni totidem libris persfecutus est. Denique ad ejusdem imitationem Historiom, Tactica item & Cynegetica scriptis, & Martem cum Musis conjunxit. Emicuit Roma sub Adriano & M. Antonio principibus, a quibus ob eruditissimum non solum civitate donatus, sed & honoribus usque ad consulatum elevatus. Plura V. apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. 3. p. 259. ubi & Arriani alii recententur.

ARRIOFO, illi, ifum, [Ἄρριοφος] ēre, ex Ad. & Rideo; significat aliquid latitudinem animi ridendo ostendere. Ovid. [ubi ?]

Arris propterea adveniente dea. Ter. Eun. 2. 2. 19. Hisce ego non paro me ut rideant, sed iis ultra arrideo. Ubi Donatus. Quid est, iis arrido? Aut veluti pareo, id est, obsequor, aut veluti dictis delecto.

Arridere ridentibus. i. e. Simul ridere. Hor. in Arte Poet. 101.

Leniter arridere. Cic. de Somn. Scip. 2. extr. Leniter arridens Scipio,

Queso (inquit) ne me et somno excitebis.

Arridere res dicitur, Quar placet. Cic. 13. Att. 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriferat, vehementer displaceat.

Arrideri & Derideri, contraria. Cic. de Opt. Gen. Orat. 11. Quoniam nonnullorum sermo jam increbuit, partim seipso Attice dicere, partim neminem noltrum dicere: alteros negligamus, satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset id ipsum Atticum.

ARRISIO, ὄτις. f. Author ad Herenn. 1. Interpellatio & arriso.

ARRISOR, ὄτις. m. Qui aliqui fibridet, aut arridet. Sen. Epist. 27. Sua-

fit illi Satellius Quadratus, stultorum divitium arroso, & (quod sequitur) arrisor & (quod duobus his adjunctum est) derisor, ut Grammaticos habebat analectas. [De huius farina Graculo Juvenal. Sat. 3. v. 100.]

Rides? majore cachinno. Concitat.

Arridere res dicitur, Quar placet. Cic. 13. Att. 21. Inhibere illud tuum,

quod valde mihi arriferat, vehementer displaceat.

Arrideri & Derideri, contraria. Cic. de Opt. Gen. Orat. 11. Quoniam

nonnullorum sermo jam increbuit, partim seipso Attice dicere, partim

neminem noltrum dicere: alteros negligamus, satis enim his res ipsa

respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur:

nam si arrideantur, esset id ipsum Atticum.

ARRIGO, exi, ectum, [Ἄρριξ, ἄρριξ] ēre, ex Ad., & Rego compositum; significat Erigere. Virg. 10. JEn. 726. — conquisare arrixit.

Arrigere aliquem, five aliquiçum animum, per metaphoram. Sallust. Eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. i. e. Exerat, excitaverat.

Arrigere aures. Ter. And. 5. 4. 31. Aurige aures Pamphile. Ubi Donatus, Arrige aures, translatio a pecudibus, quibus verbis intendit accipiendam esse vocem.

Arrigere aures aliquiçum sermone aliquo. Plaut. Rud. 5. 2. 6.

ARRECTUS, Partic. [Ἄρρεκτος] ut

Arrectaque horre comeæ. Virg. 4. JEn. 280.

Arrectisque auribus adstant. Virg. 1. JEn. 152.

Arrecta hausta. Virg. 4. JEn. 465.

Arrectum peccus. Virg. 11. JEn. 639.

In digito arrectus uterque. Virg. 5. JEn. 426.

Lumina arrecta. Virg. 2. JEn. 173.

Arrectæ mentes, stupefactæ corda. Virg. 5. JEn. 643.

Laudum arrecto cupido. Virg. 5. JEn. 138.

Arrecti animus dictis. Virg. 1. JEn. 583.

Animus ad bellandum. Liv. 8.

Compar. Liv. 21. 35. extr. Ut pleraque Alpium ab Italia, sicut breviora,

ita arrectiora sunt. [Al. Archiora. Sed alteram lectionem non spreverim.

Sequitur: Omnis enim via præcepis, angusta, lubrica erat. An Asperiora? ut hoc deinde paraphrasi explicet.

ARRECTARIUS, Adj. a Partic. **Arrectus**, [Ἄρρεκτος] Quod est arrectum. ut, Afferre arrectarius in cratitio pariete, Qui arrectus est: sicut

Transversarius, Qui in transversum ponitur. Vitruv. lib. 2. cap. 8. Eriam qui sunt in teatroris operibus, rimas in iis faciunt arrectiorum & trans-

versiorum dispositione. V. Cratitius in CRATES.

ARRPIO, ui, eptum, [Ἄρρηπος] ēre, ex Ad & Rapi compofitum impetu quadam & violencia accipere. Cic. in Pifon. 84. Familias arriperunt, pecus abegerunt.

Jani intro arripere, atque ibi usque ad necem operiere loris. Ter. Adel. 2. 1. 27. Sic Steph. Sed optimi codices Abripiæ exhibent.

Ex circulo aliquem arripere. Cic. i. de Orat. 159. Si quenconque patrem familiæ arripuerit, ex aliquo circulo, eadem vobis percontabitus respondit.

Arripit dolor. Cic. 2. de Fin. 93. Nisi forte eum dolorem dicas, qui simul atque arripiuit, interfecit.

Arripit animus. Cic. i. de Divin. 26. Duo genera divinandi esse dicebas: unum artificiosum, alterum naturale. Naturale, quod animus arriperet, aut exciperet ex divinitate.

Arripere ad vel in questionem. Cic. pro Milon. Subito arrepti in questionem, tamen separantur. Idem pro Cluent. 89. Eo tempore ipse ad questionem arreptus est.

Arripere terram velis, Invadere. Virg. 3. JEn. 477. Servius.

Arripere, Raptum tenere. Virg. 11. JEn. 531.

Arripere aliquid ad reprehendum. Cic. 2. de Nat. Deor. 162. Illud vero quod uteer vestrum fortasse arripiet ad reprehendum.

Causam ad incendia, cædes, &c. Cic. pro Dom. 24. Hunc istum otii & pacis heftem causam arreptorum fuisse ad incendia, cædes, rapias, nolo Pontifices, suspicimini, nisi videritis.

Causam & tempus. Cic. 5. Fam. 12. Sed ad proportionem meam quidam intercessi nonte expectare dum ad locum venias: ac statim cauillam illam totam & tempus arripere.

Occasionem. Liv. 5. Bell. Maced.

Opem ad rem aliquam. Plaut. Mil. 2. 2. 65.

Facultatem lèndam. Cic. pro Flacc. 19. Mirandum vero est homines eos libenter arripere facultatem lèndam, quæcumque detur.

Cognomini sibi arripere ex aliorum imaginibus. Cic. pro Sext. 69. Ex novem Tribunis, quos tunc habueram, unus me absente deflexit, qui cognomini sibi ex aliorum imaginibus arripiuit, quo magis nationis eius esse, quam generis videretur.

Maledictum extirvio. Cic. pro Muren. 13. Quare quum ista sis autoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convicio, neque temere Confidem pop. Rom. falcatorum vocare. i. e. Ut verbis maledictis quæ vulgo in trivis dicuntur.

Verba de foro. Cic. 3. de Fin. 4. Ars est enim philosophia vite: de qua differens, arripere verba de foro non potest. i. e. Ut verbis quibus in foro contenditur.

Similitudinem aliecius, pro Studi illi similem esse. Cic. i. Tusc. 110. de Fabriciis, Scipionibus, & filiibus loquens, Quorum similitudinem aliquam qui arripiunt, non eam fama populari, sed vera bonorum laudem, fidenti animo (at gradierunt) gradierunt ad mortem.

Sermone. Cic. 7. Att. 13. V. ABU TOR.

Arripere quod alter submonuit. Ter. Eun. 3. 5. 22. Submonuit me Partheno ibi servus: quod egi arripiui.

Aliquid ex responsione alterius. Cic. 3. de Fin. 14. Aliiquid, ut ego suspicor, ex mea brevi responsione arripere cupienti non repondebo ad singula. Sez foris. Plaut. Curc. 5. 1. 7.

Medium arripere aliquem. V. MEDIVS.

Arripere celeriter, & Tarde percipere, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 31. Jam quo quisque est solitior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius, quod enim ipse celeriter arripiuit, id quum tarde percipi videt, discruciatur.

Ex natura aliquid arripere. Cic. in Orat. 165. Est hæc non scripta, sed natæ lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripiūmus, haulimus, expressimus.

Avide arripere literas. Cic. de Senect. 26. Græcas literas senex didici. quas quidem sic avide arripiui, quasi diurnam sitim explore cupiens.

ARRISOR, V. ARRIDE.

ARRIUS, Nom. genit. Rom. ut suspicatur Fulv. Ursin. Plebejæ. Ex qua oründus Q. Arrius. Familiaris Ciceronis, cuius epulum lautissimum commemorat Cic. ipse in Vatin. 30. Horat. quoque 2. Serm. 3. 85. — atque epulum (at) arbitrio tri. De Arris aliis illustribus V. Fulv. Ursin. & Patin. ad Denarios hujus gentis.

Fuit & Arrius [Ἄρριος] philopous Alexandrinus, qui Augusto venienti Alexandria, post victorianam Actianam fe obtulit: tantoque in honore fuit apud eum, ut Augustus ipse palam fit fassus Alexandrinos tribus de causa ab se conservatos esse: ob Alexandri primum memoriam, deinde ob urbis pulchritudinem: potremo propter Arrium philopous. Author Plutarchus in Antonio.

Arrius item Ariana factæ author. V. ARIUS.

ARRIA, Romana fuit mulier, licet alii Pataviniam faciant, quæ damato Cæcina Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educens, ipsi Pæto querenti dedit, utidem faceret. Martial. lib. 1. 14.

Cafa fu gladium cum tradaret Arria Pæto,

Quem de visceribus traxerat ipsa suis;

Si qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit,

Sed quod tu facies hoc mihi, Pete, dolet.

De hujus feminæ incredibili fortitudine plura Plin. 1. 3. Ep. 16. Ex quo potissimum & ex Tacito decerpit quæ habet Lipsius Cent. 3. ad Belg. Ep. 83. Hujus filia Arria, Pæto Thrætæ nupta, ægre mariti, a Nerone pariter ad mortem damnata, precibus concepsit, ne matris exemplum in confusanda sibi nece sequeretur, telle Tacito Ann. I. 16. c. 34.

ARRODO, si, sum, [Ἄρρεδος] ēre. Idem quod Rodere, vel Circumrodere significat.

Arrodere Rempublicam, per translationem. Cic. pro Sext. 72. Quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaret arrodere.

ARROSUS, Partic. ut, Semina arrosa condunt formice. Plin. 11. 30.

ARRSOR, ὄτις. m. V. in ARRISOR.

ARRÓGO, [Ἄρρεδος, ἄρρενος, ἄρρενος] ēre. ex Ad & Rogo compositum; significat Aliquid temere sibi tribuere. Cic. de Clar. Orat. 291.

Est enim & minime inepti hominis, & ejusdem etiam faceti, quum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant.

Arragore & Derogare, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 89.

Arragore sibi nomen insolentissimum. Quintil. in proœm. lib. 1.

Sumere & arrogare sibi. Cic. pro Planc. 3.

Tribuere alteri & sibi arrogare aliiquid. Cic. 4. Fam. 1.

Arrogavit tibi fortuna laudem. Hor. 4. Carm. 14. 40.

Artem sibi arrogare. Hor. 2. Serm. 4. 35.

Nihil non arrogat armis. Hor. in Arte Poet. 122.

Arrogare pretium rei. Hor. 2. Epist. 1. 35.

Arrogare. [ἀρρωγάω] In filium ac familiam sibi asciscere. A quo Arrogatio, de qua sic Gell. lib. 5. cap. 19. Quoniam in alienam familiam, inque liberorum locum extranei sumuntur; aut per Praetorem fit, aut per populum. Quod per Praetorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, quam a parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatio in jure ceduntur: atque ab eo qui adoptat, apud eum apud quem legis actio est, vindicantur. Arrogantur ii qui quoniam sibi juris sint, in alienam sese potestet tradunt, ejusque rei ipsi authores sunt. Et paulo post, Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus, per populi rogationem fit, &c.

Item Interrogare. Plaut. 5. 2. 4. Accede dum huc: Venus haec volo arroget te. V. Turneb. in loc.

Arrogare Diutatorum Consuli. Liv. 7.

ARROGANS. [ἀρρωγός] Parte. Qui sibi aliquid temere atque insolenter & falso tribuit. Cef. 3. Bell. Civil. 1. Ne aut ingratius in referenda gratia: aut arrogans in præcipiendo populi beneficio videretur. Cic. 3. Verr. 155. Tantum dicam, homines arrogantes hoc adjutore Q. Opinum per Iudum & jocum fortunis omnibus evertit.

Arrogans minoribus, i.e. Erga inferiores. Tacit. 11. Ann. 21. Adversus superiores triplex adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis. Minax & arrogans. Cic. pro Font. 26.

Non grata potius, quam arrogans beneficiorum prædicatio. Cic. de Arusp. Rep. 16.

ARROGANTER, ius, istime. Adv. [ἀρρωγαντές] Cic. 2. de Orat. 352. Si espere, si arroganter, fitur ppter, fordiste, si quoq; animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Nec vero arroganter hoc dictum exigitur velim. Cic. 1. Off. 2.

Audit. Consulem Judices: nihil dicam arrogantium. Cic. pro Muren. 78.

Temere atque arroganter assenuntur alicui. Cic. 2. de Invent. 10.

Arroganter peto, si nemo impetravit. Cic. pro Ligari. 30.

Contumaciter & arroganter scribere. Cic. 6. Att. 1.

ARROGANTIA, x. f. [ἀρρωγία] Per quam temeritas atque impudenter vanam libi comparat auctoritatem. Cef. 1. Bell. Civil. 85. Acciditne igitur his, quod plerunque hominibus nimis pertinacia atque arrogantia accidere soleat, uti co recurvant, & id cupidissime petant, quod paulo ante contempserint.

Superbia & arrogantia. Cic. 1. de Invent. 52.

Arrogantie crimen extimefecere. Cic. in Orat. 132.

Arrogantie opinione laborare. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Sermo plenus arrogantie. Cic. pro Muren. 49.

Gravis atque intolerabilis arrogantia. Cic. pro Client. 109.

Exire arrogantiam & avaritiam. Tacit. in Vita Agric. 9.

Minucia arrogantiam. Cic. 3. Q. frat. 6. Et illud *πάσιν οὐαντὸν*, noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verum ut bona nostra non nimis.

ARROGATIO, onis, f. Adoptionis species. V. Geil. 5. 19.

ARROGATOR, onis, m. Qui adoptat. I. 15. digest. de adopt.

ARROSOR. V. ARBOOC.

ARRUCI, [Ἄρρυκη] Bæticæ oppidum, in conventu Hispalensi. Plin. lib. 3. cap. 1.

ARRUGIA, æ. [Ἄρρυγια] Cuniculus subterraneus quo extrahitur aurum. Plin. lib. 33. cap. 4. Cuniculus per magna spatiæ actis, cavantur montes ad lucernam lumina. Eadem mensura vigilarum est, multisq; mensibus non cernitur dies. arrugias id genus vocant. Et ibidem 11. Aurum arrugia quasim non coquunt, sed statim suum est. Inveniuntur ita massa.

A R S

A R S, artis. f. [Ἄρτη] Diomed. 2. Ars est rei cuiusdam Scientia usu vel traditione vel ratione percepta, tendens ad usum aliquem vita necessarium. Author ad Heren. lib. 1. 2. Ars est Praeceptio quæ dat certam viam rationemque facienti. V. plura apud Quintil. 2. 17. Cic. 4. Acad. Ars vero quæ potest esse, nisi quæ non est una, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus confat? Idem 1. de Orat. 192. Menedemus artem negabat esse ullam, nisi quæ cognitis, penitus perfectis, & in unum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus continetur. Ter. And. 1. 1. 4. Quid est quod tibi mea ars efficeri hoc posse amplius? s. Nihil itaç opus est arte ad hanc rem quam paro. ubi Donatus *τὸν τέλον* επειν̄ per synecopē deducit.

Artis quoque cuiusdam est, aequaliter spargere. Plin. lib. 18. cap. 24. Ars alieci oppositum Ingenio. Ovid. de Callimacho, quem vocat Batadiem :

Batiades semper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Item:

Ennius ingenio maximus arte rudit. H. St. Prior locus extat I. Amor. 15. 13. Alter 2. Trifit. 424.

Ratio, five ars. Cic. 2. de Orat. 147. Ad inveniendum in dicendo hac tria sint, acumen, deinde ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium diligentia.

Ars dux certior quam natura. Cic. 4. de Fin. 10.

Ars (inquit Servius) *τὴ μέτρη* est, unde sine epitheto male ponitur: ut Bonas artes, Malafactae artes dicamus. Virg. 1. Æn. 657.

At Cytherea novas artes, nova pectorē versat

Confilia.

Ars ordinata preceptis. i.e. Redacta in praæcepta. Liv.

Ars, Fraus, dolus. Virg. 2. Æn. 152.

— ille dolis intructus, & arte Pelasga. Ter. Adel. 4. 7. 25.

Nempe tua arte virgini mina pro palfaria perierte.

Opus artis, Quod artem & industrium requirit. Ovid. 2. de Arte Am. 14.

Nec minor ell virtus, quam querere, parta tueri:

Catus inest illuc, hic erit artis opus.

Armorum ars. Quintil. lib. 2. cap. 7.

Vestibulum artis ingredi. V. VESTIBULUM.

Clarus arte medicinae. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Humiliante prædictus. Cic. pro Arch. 10. Etenim quoniam mediocribus multis,

& aut nulla, aut humili aliqua arte prædictis, gratuito civitatem in Græcia homines impertiebantur, &c. id huic summa ingenii prædicto gloria nullus?

Ars audax, Quæ animum audacem postulat. Ovid. 2. de Arte Am.

Ambito. Plin. 29. 1. de Medica arte loquitur.

Borsa. V. BONDS.

Civiles ac forenses. Cic. in Brut. Quoniam duas civiles artes ac forenses plurimum & laudis haberent, & gratia. Juris scientiam & Eloquentiam intelligit.

Dolosa. Ovid. 15. Met. 473.

Gravissima. Cic. 2. de Orat. V. paulo post, Instructus, &c.

Jejuna. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Ignorata. Hor. in Arte Poet. 262.

Imperatoria. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Indotata. In INDOTATUS.

Iners ars, Inutilis. Ovid. 3. de Arte Am. 203.

Inopis miserabilis arte. Juven. 12. Sat.

Ingenua. Cic. 4. Fam. 3. & Ovid. 3. Faft. 6.

Ingenuis artibus instructus. V. INSTRUTO.

Liberales. In LIBER, liberi.

Ludiera. In LUDUS.

Magica. Virg. 4. Æn. 493. Et apud Ovid. 3. Amor. 7. 35.

Magistræ artes. Ovid. 15. Epist. 83.

Magna & glorioa. Cic. in Orat.

Male artes. Martial. lib. 5. 18.

Medentium ars, Medicina. Stat. 5. Sylv. 1. 158.

Medicæ. Ovid. 5. Epist. 145.

Media artes, que dicantur. In MEDIO.

Mediocris. In MEDIOCRI.

Monstrificæ. Valer. 6. Argon. 153. periphrasis Magiæ.

Mutua. In MUTUS.

Novæ. Virg. 1. Æn. 657.

At Cytherea novas artes, nova pectorē versat Confilia.

Nudæ. Quintil. in procœm. lib. 1.

Nugatoria. Plaut. Trin.

Operaria. Stat. 5. Sylv. 1. 158. V. OPERUS.

Oratoria. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Praecipua. Ovid. 1. de Arte Am.

Prudens. Ovid. 5. Epist.

Parastica. Plaut. Capt. 3. 1. 9.

Palæstrica. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Pecuniofa. In PECUNIOSUS.

Picriæ. Claud. Pref. in l. 3. de Laud. Stilic. 3.

Non sine Pieris exercuit artibus arma.

Pulcherimæ. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Raras dotata per artes. Ovid. 2. Amor. 4. 17.

Secretæ, Magice dicuntur. Ovid. 7. Met. 138.

Sopita. Claud. de Conf. Mal. Theod. 264.

Sordida. V. paulo post, Verfari in fordista arte.

Summa. Quintil. lib. 2. cap. 19.

Tacita. V. paulo post, Nocere tacita arte.

Tanta artis opus, Tanto factum artificio. Ovid. 13. Met. 290.

Tenuis ars. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Vulgata. Hor. 4. Carm. 9. 3.

Accingi ad artes magicas. In ACCINGO.

Accipere artes a magistris. V. ACCIPIO. Ovid. 9. Met. 717.

Addocet artes ebrietatis. Hor. 1. Epist. 5. 18.

Adhibere artem. In ADHIBEO.

Adjicere plus artis. i.e. Doctorem reddere. Hor. 2. Epist. 2. 42.

Adipisci aliquid studiis & artibus. Cic. 1. Q. frat. 1.

Adjuvare artes. Ovid. 8. Met. 866.

Aomificare artem pretio, & metallum per se pretiosum artificio & calatura pretiosius reddere. Claud. de Nupt. Hon. & Mar.

Advocare artem. In ADVOCO.

Aflumere. In ASUMO.

Attribuere aliquid artibus. Cic. 4. de Fin. 76. Omnibus artibus volumen attributum est eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuicunque artificio proficiunt, debent habere.

Bibere arte. Ovid. 2. de Arte Am. 506.

Bibunt artes succum ingenii. Quintil. in procœm. 1. lib. 18.

Canere arte. Ovid. 2. de Arte Am. 506.

Combire artes. In COMBIBO.

Commendare se arte. Hor. 2. Epist. 1. 261. i.e. Ostentare se ob artem.

Concedere alicui artem. In CONCEDO.

Confidere arte. Cic. 5. Tusc. 8.

Conticent artes. In CONTICSCO.

Continentur inter se artes. In CONTINEO.

Consumata ars. In CONSUMMO.

Continetur artibus liberales disciplina. Cic. 1. de Orat. 125.

Contudit animos seruos molli arte. Ovid. 1. de Arte Am. 12.

Decipere aliqua arte. Ovid. 12. Epist. 50.

Definire artem. In DEFININO.

Despicere artes. Claud. 2. de Rapt. Proserp. in præfat. 23.

Desitui ars eis sua. Ovid. 5. Epist. 150.

Dimittere animum in artes ignotas. Ovid. 8. Met. 188. de Dædalo.

Difice bonas artes. Ovid. 1. de Arte Am. 459.

Diverti ad artes. Ovid. 9. Met. 425.

Edificere paternas artes. Ovid. 2. Met. 638.

Efficere artem, idem quod Redigere ad artem. Cic. 1. de Orat. 186.

Efficiunt artes ex cognitionibus & comprehensionibus rerum. Cic. 3. de Fin. 49.

Efficere artem ex observatione. Quintil. lib. 3. cap. 2.

Eruditus optimis artibus. Nep. 24. 12.

Excolere vitam per artes. Virg. 4. Æn. 663.

Excudere artes. V. EXCUDEO.

Excutere artes ex cognitionibus & comprehensionibus rerum. Cic. 3. de Fin. 49.

Tunc aperit mentes, aro rarissima nostro,

Simplicitas; artes excutiente Deo.

Deus ille Bacchus est, qui artes, i.e. dolos, excutit, i.e. removet.

Exercere. Hor. 1. Epist. 14. 44.

Exercere

Exercere ludicram. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Exercere medicus artes. Ovid. 2. Met. 618.

Exitit illi ea ars. Cic. pro Arch. 24. Alexander, quem in Sigeo ad Achil- lis tumulum altisfest, O fortunat, inquit, adolescent, qui tunc virtutis Homerum praeconem inveneris! Et vere, nam nisi illi ars extitisset illa, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam ob- ruisset.

Extundere. Virg. 1. Georg. 133. V. EX CUDO.

Facere arte. Virg. 9. En.

Factitare artem. Cic. in Orat. 147. Me autem sive per vagatissimum illé verius, qui verat artem pudore proloqui quam factites, dissimulare non sinit quin delectet.

Habere artium scientiam. Cic. 7. Fam. 3. Vacare culpa magnum est so- latum, praefestum eum habeam duas res quibus me sustentem, optimarum artium scientiam, & maximarum summa gloriam.

Infercere artibus. In IN FICIO.

Instituere artem, & Artes efficerre. Cic. 1. de Orat. 186. Nihil est quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet, quorum artem intia- tuere vult, habeat illam scientiam, ut ex iis rebus quarum ars nondum sit, artem efficerre possit.

Instruere aliquem arte. Ovid. 16. Epist. 164.

Infractus & ornatus plurimis & gravissimis artibus. In INSTRUO.

Latere ars dicitur, Quum artificis opus non fictum, sed ab ipsa natura expressum videtur. Ovid. 10. Met. 252.

Latet ars, & Ars deprehenditur, contraria. Ovid. 2. de Arte Am. 313.

Si latet ars, prodest: affert deprehensa pudorem.

Arte laborata vestes. Virg. 1. En. 643.

Ludere aliquem arte, Decipere. Ovid. 17. Epist. 142.

Madere arte. Lucret. lib. 4. 793.

Silicet arte madent simulacula, & docta vagantur. Sic enim le- gendum: non ut in editionibus, Arte valent. Ut enim Arte imbu dicimus, sic & Arte madere honesta eademque translatione Romanos vete- res dixisse defendimus. Hac Turnebus.

Nocere tacita arte. Ovid. 1. Amor. 2. 6.

Obertere. In O B T E R O.

Obtinere. In O B T I N E O.

Omittere, Renunciare arti. Hor. 2. Serm. 5. 26.

Ornari artibus. V. O R N O.

Peperit artem notatio naturae & animadversio. Cic. in Orat. 18.

Percipere artem. Cic. 7. Fam. 20. Sin tibi quedam videbuntur obse- riaria, cogitare debebis, nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse.

Reparabili arte nulla. Ovid. 5. Epist. 103.

Reddere aliquem insignem multa arte. Virg. 5. En. 705.

Redigere ad artem, & Efficerre artem, Idem. Cic. 1. de Orat. 186.

Removere, Negare artem esse. V. R E M O V E O.

Reponere artem, i.e. Ufum artis. Virg. 5. En. 484.

— hic viator castus, artemque repono. Ubi Servius, Et arma depositus, & arti renuntiavit, i.e. Catalyn fecit.

Requirere. Cic. 2. de Orat. 110. Artes quidem & praecepta duntaxat ha- cestus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur.

Revocare ad artem & ad praecepta. Cic. 2. de Orat. 44. Non omnia qua- cunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad praecepta esse revocanda.

Tendere ad artes affuetas. Ovid. 1. de Rem. Amor. 257.

Tradere artem. Cic. 2. de Orat. 57. Videsne Diogenem fuisse qui dice- ret, artem se tradere bene differendi, & vera ac falsa dijudicandi, quam virgo Graco *διαβάλλειν* appellaret.

Tradere artes alii, Doceere. Ovid. 5. Epist. 145.

Valere artes. Quintil. in procem. Illud tamen in primis testandum, ni- hil praecepta atque artes valere, nisi adjuvante natura.

Vacare artibus ingenuis. Ovid. 3. Fast. 6.

Verfari in ferdida arte. i.e. Exercere. Cic. 2. Off. 130. Sordidi etiam putantur qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Nec vero est quicquam turpis vanitate: opificesque omnes in ferdida arte versantur.

Verlantur artes in aliqua scientia. Cic. 5. de Fin. 26. Omnium artium recte dici potest, communie esse ut in aliqua scientia verlantur, scien- tiam autem suam cuiusque artis esse.

Victamalo ars. Cell. lib. 5. cap. 26.

Utendrum artibus. i.e. Opus est arte ad hanc rem. Sen. Hippol. 426.

ARTIFEX, icis, [τέχνης, δημιουργός] Qui quæc artem aliquam exercet. Quintil. lib. 2. cap. 14. Artifex est qui percipit artem. Feltus, Artifices dicti, quod scientiam suam per artes exercent: live quod apte opera in- ter se artent: qua ex causa etiam artes appellatae sunt. Haec enim illa. [In]fecte fatis. V. not. ad loc. Apud Quintil. sunt qui Præcipit corrigunt, ego malum Percepit. V. I.

O artificem probum? Ter. Phorm. 2. 1. 24. Ubi Donatus, Ironia. nam non est artifex, cuius deprehendit jocus.

Artifex mundi, Deus. Cic. de Univers. 5.

Artifex & Infcis, contraria, Cic. 4. Acad. 22. Quam si subtraxeris, qui distinguunt artificem ab infcio?

Politius scriptor atque artifex. Cic. in Orat. 172.

Artifex alicuius negotii. Sallust. Jug. 35. Bonilcar mature regis mandata exequitur, & per homines talis negotii artifices, itineria, gressusque ejus, postremo loca atque tempora cuncta explorat.

Artifex suadendi. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Artifex statuarum. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Dicendi artifices & doctores, Greici. Cic. 1. de Orat. 2.

Savavitatis artifex, consuetudo. Cic. in Orat. 161.

Artifex ad corrumpendum judicium. Cic. 7. Verr. Prinde siqui sunt qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum judicium velint esse.

Artifex comparanda voluntatis. Cic. 1. de fin. & 2. 119.

Artifex monstrorum. Plin. lib. 28. cap. 1. Tecum enim res erit, eversor iuriis humani, monstrumque artifex, qui primus ea condidisti.

Sceleris infandi artifex. i.e. Author sceleris. Sen. Agam. 13.

Scenici artifices, pro Histrionibus. Cic. pro Arch. 10.

Morbi artifex, pro Medico. Proper. lib. 2. 1. 60.

Manus artificum. Virg. 1. En. 459.

Ponitur & adjective pro Artificio, seu Eo, quod arte factum est. Plin. lib. 10. c. 29.

Sed esse tanta iamque artifices argutiae, a xv diebus pavilatum desinunt. Sic Artifex dimicatio, apud eundem lib. 8. cap. 40. Et apud Quintil. lib. 9. cap. 4. Artifex motus. Pert. 5. Sat. 40. Artifex vultus. Cic. 2. de Nat. Deor. Artifex natura.

ARTIFICIUM, i. p. [τέχνη] Ars & Scientia ipsa arte aliquid faciendi. Artificium & scientia. Cæl. 7. Bell. Gall. 29. Neque acie vicisse Roma- nos, sed artificio quodam & scientia oppugnationis.

Simulacrum singulari operæ artificioque perfectum. Cic. 6. Verr. 72. Fuit apud Segetianos ex arte simulacrum Diana, tum summa atque antiquissima predictum religione, tum singulari operæ artificioque perfectum.

Antiquo opere, & summo artificio facta. Cic. 6. Verr. 46.

Componere artificium. Cic. 9. Fam. 16.

Artificium hoc funditus extinctum & eversum est. Plin. lib. 2. Epist. 14. ad Maximum, sub finem.

Artificio fabricare aliquid. Cic. 4. Acad. 30.

Artifici aliquid habere. Cic. 7. Ver. Iste quod omnes qui artifici aliquid habuerant, aut formæ, renovaverat, atque abduxerat. i.e. Utcumque peritos & formosos.

Artificis aliquem instruere. Ulpius in 1. Si servos. D. de pignorat. action. Si servos pignoratos artificis instruxit.

Sire magno artificio. Cic. 4. Acad. 86. Nonne videtur contra te valere, si sine magnis artificiis; ad quæ pauci accedunt, nostri quidem generis, admodum nec videre, nec audire possumus?

Oblivisci artificium. Cic. pro Rofc. Amer. 49.

Perit hoc artificium. Plin. lib. 2. Epist. 14. ad Maximum, sub finem.

Praesette alicui artificio. Cic. 4. de Fin. 76.

Praetare artificium. Cic. pro Cluent. 57. Nisi forte haec causa est, quod medici nihil præter artificium: Oratores etiam autoritatem prestat debent.

Sine magno artificio. Cic. 4. Acad. 86.

Artifica tollere. Cic. 4. Acad. 144. Quo enim spectat illud, quum artificia tolli quereris nobis, nisi ut opifices concidentur?

Tradere. Cic. 4. Acad. Idemque etiam disputandi & intelligendi judi- cium dicentes, & artificium traditum.

Tueri. Cic. 3. de Fin. 4. Ne opifices quidem tueri sua articia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, utilitas sibi

Artificium, pro Re que arte facta est. ut, Artifici cupidus Verres, apud Cic. 6. Verr. 46. Ut intelligatis, in homine intelligentiam esse, non avaritiam: artifici cupidum, non argenti suffice.

Artificium dicendi. Cic. 1. de Orat. 74.

Artificium accusatorium. Cic. pro Rofc. Amer. 49. Non tu in isto artificio accusatio callidiores, quam hic in suo.

Intimum. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Artificio simulationis crudirus. Cic. pro Planc. 22. Laudanda est vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officium, non insuscita malevolentia, non affectu mendacia, non fucata, non fallax, non eruditia artificio simulationis, vel suburbano, vel etiam urbano.

Artificium coquorum. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Artificium, Fraus, dolus. Cic. 9. Att. 8. Quorum artificiis effectum est ut Respub. in hunc statum perveniret.

Rem opponit Artificio Seneca Epist. 112. Talis est verus, & rebus non artificiis philosophus.

ARTIFICIOS, a, um. [τέχνης, τέχνης] Qui aliquid via quad im- & arte facit. Cic. 2. de Nat. Deor. 59. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad dignendum progredientem via.

Cenfet enim artis maxime proprium esse creare & gignere, &c.

Artificiosum, Artificio plenum. Cic. 2. de Fin. 15. Epicurus autem (ut opinor) nec non vult, si possit, plane & aperte loqui, nec de obscuris, ut physici: aut artificios, ut mathematici, &c.

Artificiosum opus, & divinum. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.

ARTIFICIOSE, Adv. [τέχνης, τέχνης] Cic. 1. de Orat. 186. Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta, generatim componerent. i.e. Arte quodam disposita. Idem 2. de Nat. Deor. Id multo artificiosus na- turam efficere.

Artificiose ambulare. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. Naturæ ista sunt, Balbe, naturæ non artificiosus ambulantis.

ARTIFICIALIS, c. [τέχνης, τέχνης] Quod arte factum est. Quintil. lib. 5. cap. 1. Probationes artificiales.

ARTIFICIALITER, Adv. [τέχνης] Quintil. lib. 2. cap. 17. extr. Sed nccilla omittenda sunt, qua in re aliis le inartificialiter, alias artificialiter gerat.

ARTUNCULA, [τέχνη] apud Platonem p. 607. edit. nrstr. H. St. De Graeco dominiorum nihil dubium est. Notum Neronis dictum, ap. Suet. c. 40. in Vit. To *τέχνης τέχνης τέχνης*. Sed Latina vocis dolendum est cultro absclissum fuisse exemplum, quod Henricus Steph. incertum ex veteri ne aliquo, an juniore scriptore adscriperat.

ARSACES, [Ἄρσακης] fuit primus Persarum ex Parthis rex, a quo omnes Perfidia reges poitea Arsaces & dii sunt. Nam (ut ait Servius in 6. En.) omnes reges Albari ab Sylvio filio Ηέναι & Lavinia, Sylvi sunt dicti: sicut Romani Imperatores, Augusti vocantur: Αἴγυπτοι, Πτο- λεμαῖ, Περσæ, Αρσακide. Haecenus Servius. Apud Strabonem lib. 11. legitur Arsaces, V. Lucan. lib. 1. 108. Et Justin. 41. 5. Arsacidarum historiarum egregie ex nummis illuvrat Espan. de Pr. Num. Diff. 8. Sect. 1.

ARSACUS, Adj. [Ἄρσακης] Martial. lib. 9. 35.

Scis quid in Arcadia Pacorus delibetur aula. Fuit autem Pacorus, Parthorum rex. conf. Claud. 4. Conf. Hon. 215.

ARSACIA, [Ἄρσακης] prius vocata Aropus, Urbs est in Media, sicut a Par- this appellata. Author Volaterr.

ARSAGALITA, Populi ad Indum fluvium, Caucafo monti contermis. Plin. lib. 6. cap. 20.

ARSAMES, sub Dario ultimo satrapa Cilicie. V. Curt. 3. 12.

ARSANDRE, [Ἄρσανδρη] Oppidum majoris Armeniæ, Euphrati prox- imum, de quo Plin. lib. 6. cap. 9.

ARSANCA, [Ἄρσανκα] Urbs Germaniæ Ptolemaeo, vulgo Cleppern.

ARSANIAS, [Ἄρσανια] Fluvius est Armenia, qui cum Tigri circiter quatuor passuum milia fuit: deinde divisus, in Euphrate illabitur. Meminit hujus fluvij Plin. lib. 4. cap. 24.

ARSENARIA, [Ἄρσεναρια] Mauritanica Cæsarientis colonia Ptolemy eo, Ar e vulgo. Mela eam ascribit Numidæ. Olivarius dicit eam nunc vulgo vocari. ar/en.

A R S

A R S E N I C U M, [Αρσενίκη] Genus est coloris lutei, Plin. 30. 13. & 34. 18. Matthiolus ait Arsenicum verum non fieri arte, ut quidam putant, sed nati in eisdem cavernis ubi oritur auripigmentum. **V. A R R H E N I C U M**. **A R S E N O G O N O N**, [Αρσενόγονον] Herba ferens semen testibus simile, ita dicta, quod vino in quo macerata est epoto, mares generari creduntur, quemadmodum Thelygono, feminæ. Plin. 25. 15. Dioscor. 3. 140. **αφεντικός** Phylli vel Bryonia species.

A R S E N O T H E L E A S, [Αρσενοθέλεα] Deos antiqui esse dixerunt, utriusque sexus participatione, quasi Masculinem: quo nomine quedam quoque animalia ab Aristotele nominantur, semetipsa incunia.

A R S E N U S, [Αρσενός] Lucas est in Armenia, quem etiam Theotin vocant, nitrosus plurimum, unde vetes dilacerat ac rumpit, & propterea ejus aqua non bibitur. Plura Strabo lib. 11.

A R S E S, Mandragora mas. Plin. 30. 13.

Item, Perfumari Rex. Diod. 17. 5.

A R S E V E R S B, Averte ignem significat. Tuscorum enim lingua *Arse*, Averto: *Verse*, Ignem conitit appellari. Unde Afranius ait, Inscrifat aliquis in ostio, ARSEVERSE. Fetus.

A R S I A, Herruscorum sylva fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

A R S I A S, [Αρσιά] Italia fluvius, Campaniam præterfluens, cuius latitudinem ab uno latere disternat, Varo fluvio alterum occupante. Plin. lib. 3. cap. 6.

A R S I C I N A, [Αρσικίνη] Urbs Germanie Ptolomeo, hodie Brunna, vulgo Brun.

A R S I C O R A S, Sardorum rex tempore Annibalis, ut scribit Livius.

A R S I N E U M, Ornamentum capitii muliebris. Festus. V. A R L I N E U M.

A R S I N Ó E, [Αρσινόη] Filius fuit Ptolemaei Lagi filii, qui Ægyptum post Alexandrum tenuit, uxor Lydimachi regis Macedonis, fons praefatissima, ex quo Lydimachum & Philippum peperit, quibus cum regnum, Agathocle privigeno veneno necato, definierat, a fratre Ptolemaeo Cerano, cui, postquam bello contra Seleucum Lydimachum occubuit, incestis nuptiis juncta fuerat, interfecit duobus filiis, in Samothraciam relegata, parricidi poenas dedit.

Arsinoe item fuit Soror Cleopatrae, a Jul. Cæsare in triumpho ducta, de qua videantur Dio Cassius lib. 42. & 43. & Lucan. lib. 10. 519. seqq.

Arsinoe prius soror, Ptolemaeo Philadelphe fratris nupta, qui a Arsinœ oppidum Cyrenaica nomen accepit, teste Steph. qui Arsinœ nomine

oppida præterea decem commemorat. V. Geographos.

A R S I S, is. f. [Αρση] Latine dicitur Elevatio. Biomed. lib. 3. Pes est poetice dictio[n]is durarum ampliue syllabarum, cum certa temporum obseruatione modus: recipiens arsin & thelin, id est qui incipit sublatio[n]e finitur positione. Hac illa. Unde & Terentianus ait,

Una longa non valebit edere ex fefe pedem,

Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.

Brevis utrinque fit, licebit: bis feriri convenient.

Parte nam attollit sonoricu[m], parte reliqua deprimit.

Arsinoe graci vocarum, alteram contra Thestin. Acutus igitur fons est *αρση*, h. e. Elatio vocis: Gravis contra est *θελη*, h. e. Submissio: Inflexus, ex acuto & gravi componitur.

A R S O N I U M, [Αρσωνίου] Urbs Germanie Ptolomeo, vulgo Prinzenza.

A R T A

A R T A B A, æ: five **A R T A B E**, es. [Αρταβη] Mensura est apud Persas, capiens Atticum medium, & chronicas tres. Author Herodotus lib. 1.

A R T A B Ā N U S, ultimus Arsicidaturm fuit, quem Artaxeres Perseus ejus miles interfecit, regnumque Perseus restituit annis ab ultimo Dario qui victus fuit ab Alexander XXXVIII. regule deinceps Perseum, non Parthorum dicit. Fuit & alias Artabonus, illum alterum tempore longe precedens, Xerxes, qui ingentes illas copias in Græciam adduxit, patrius: vir summa integritate & prudencia. V. Herodot. lib. 7. Xerxes tamen perfide fufultus, ab Artaxere Longinom filio ejus simili fraude subfatus. Jutlin. 1. 3. a princ. teste, & Aristot. de Rep. 5. 10.

A R T A B A D S E S, [Αρταβάδης] Tigranis filius, & Armenie rex. Is quando manit in anicitia populi Romani, tandem fortunatus fuit, postquam autem Antonium in Parthico bello Parthis prodidisset, perfidie poenas dedit. Nam vincens ab eo Alexandria ducus, & contumeliose per urbem circumstans, ac primum custodie traditus, deinde interemptus est. Hac Strabo libro 11. ad finem. V. mox in A R T A B A Z U S.

A R T A B A Z U S, [Αρταβάζος] Armenie rex, filius Mithridatis: quanquam barbarus, plane doctissimus fuisse scribitur, Appiano in *Parthica*, & Plutarchio in *Crasfo*. Imo Artavasden illum Plut. iovi nominat, estque totus illelocus ab Appiano sumptus & Plutarcho, ficut & precedentis pag. Sed Artabazus Appiano ubique, qui *Αρταβάζος* Plut. H. St. Idem igitur cum superior est, & infice hic Mithridaticus filius dicitur.

Fuit & Alter hoc nomine ex ducibus Xerxis, qui re infelicitate adversus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit. De hoc Herodot. lib. 9. Alii Artabazos vocant.

A R T A B I C I A, [Αρταβίκη] Inter insulas Propontidis Stephano numerantur Artabacia, Balcea, Harpagia, δωρεὰ Λεπανία, unde raptus Ganymedes. Ex Volater.

A R T A B R I, [Αρταβρη] Populi Hispaniae: & Artabrum ejus loci promontorium. Plin. lib. 2. cap. 108. & 4. 21.

A R T A C A N O, [Αρτακάνω] Insula est in Propontide: cum oppido ejusdem nonnisi. Plin. lib. 5. cap. 32.

A R T A C A N A, [Αρτακάνω] Oppidum est Ariæ regionis, a conditore sic dictum. Hac autem tota regio optimi vini feras est, quod in vasis non pictatis, ac generationes tres perdurat. Strabo lib. 11.

A R T A C E, [Αρτακάνω] Urbs, Milesiorum colonia in Asia. Hic locus in Cyzicenorum insula situs aduersus Priapum confurgit. Author Strabo libro 13. Est & Artace, Castellum Bithynie authore Ptolemaeo: vulgo hodie Carpi.

A R T A C E N A, Regio est Syriae, ut scribit Strabo lib. 16.

A R T A C H R A S, Dux fuit in exercitu Xerxis, teste Herodot. lib. 7.

A R T A G E R A S, Proprium Syri hominis apud Strabonem in descriptione Syriae.

A R T A N E S Sophenus, Rex Armeniae qui Autrales partes habuit, eas maxime quea vergunt ad Occidentem. Hic a Tigrane delectus est. Author Strabo lib. 11.

Est & Artanes, Fluvius in Istrum defluens, teste Herodot. lib. 7. Hist.

A R T A P H E R N E S, Unus fuit e ducibus Darii, & primus Sardium praefectus, qui apud Marathonem debellatus fuit, ut scribit Herodot. lib. 7. Hist.

A R T A U N U M, [Αρταύνω] Urbs Germanie Ptolomeo: hodie Herbolipolis: vulgo Würzburg.

A R T A X A T A, n. pl. Metropolis Armenie, sic ab Artaxia rege dicta. Strab. lib. 11.

A R T A X E R X E S, [Αρταξέρξης] filius Xerxis, rex Perseum, cognomento Macrochir, seu Longimanus, forma corporis & fortitudine clarus. Artaxeres alter cognominatus Mnemon, qui ex pellicibus habuit filios cxxv, & ex iuxto matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariarathem: quoniam Darius a patre rex factus, contra patrem levie de causa cum quinquaginta fratribus conjuravit. Qui omnes cum uxoribus & filiis a rege sunt occisi. Author Jutinus post Trogum. Et Plutarch. in Artaxere. Nepos 21. 1.

Artaxeres al. feu Artaxes, qui superatus Parthis Perseum restauravit imperium. de quo Herodian. I. 6. V. A R T A B A N U S.

A R T A X I A S, [Αρταξιά] Rex Armenie, a quo deucebat originem Tigres. Strab. lib. 11.

A R T A Y C T E S, [Αρταϊκτης] Perse fuit, Septi praefectus sub Xerxe, qui cum multa nefarie in Græcos perpetrasset, tandem a Xantippo Athenienium dux caput, vivus palo fufixus est. Herodot. lib. 7.

A R T A T A R, [Αρτατάρης] Gens fuit Persica, ita dicta ab Artea Persidis regio, de qua Stephan. & Herodot. lib. 1.

A R T E M E B A R E S, [Αρτεμεβάρης] Vir in primis clarus inter Medos, cuius filius cum a Cyro adhuc puer, & incognito injuris affectus est, Artemebas enim apud Astyagis accusans, occasionem premit ut regius puer, & Astyagis nepos agnoscatur. Herodot. lib. 1.

A R T E M I A, a. [Αρτεμία] Inter Echinadas insulas fuerat antea, nunc in continentis. Author Strabo lib. 1.

A R T E M I D O R U S, [Αρτεμιδόρης] Gnidius philosophus, Romæ, Graeca discipline praecceptor fuit, Bruti familiaris libellum de conjugatione obtulit. Cesari extremitate ingredienti in Senatum, ut statim legeret: quod ille minime fecit. Author Plutarchus in Cæsare.

Fuit & alter Artemidorus Daldianus (Daldis autem civitas Lydia est) philosophus. scriptis de Interpretatione somniorum, de Auficiis, & de Chironiaria. Author Suidas. De hoc & aliis V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. 3. p. 402.

A R T E M I S, [Αρτεμίση] Diana (ive Luna est) sic dicta, quasi ἀρτεμίς, id est aera fecans; ut scribit Macrob. 7. Saturn. cap. ult. vel quod in integris (εργασίαι) faciat, ut author est Strabo lib. 14.

A R T E M I S I A, [Αρτεμισία] Regina Halicarnassi, in auxilium Xerxis contra Græcos venit. Inter primores duces bellum accerime ciebat, quippe ut in viro mulierem tunc rem, ita in muliere virilem audaciam cerneret. Hæc extinxit viro Mausolo, sepulchrum fecit, inter septem orbis miracula connumeratum a Græcis poetis: ad funus quoque ornandum primos Græcia oratores ascerfir. Authors lib. 10. cap. 18. & Suidas. & Vitruv. lib. 2.

A R T E M I S I A, [Αρτεμισία] Herba, de qua sic Plin. lib. 25. cap. 7. Sun qui ab Artemide Ithytha artemisiam cognominatam putent, quoniam privatim medeatur foeminarum malis. vulgo Arnoīs.

A R T E M I S I U M, [Αρτεμισίον] Promontorium est Euboë, cuius Demofenes meminit in orat. pro Cœliphonite, ut tradit Suidas.

Est & Artemisium, Diana simulacrum vel Fanum.

A R T E M I S I U S apud Macedones Maium menem significat, ut tradit Suidas. Praeterea est mons Arcadiae. Plin. lib. 4. cap. 6.

A R T E M I T A, Infusa est Epiri, quam Achelous fluvius, assiduo terræ invenit continentis adnectit. Plin. lib. 4. cap. 1.

A R T E M I T E, [Αρτεμιτη] Insignis civitas est, quingentis stadiis a Seleucia distans, plurimum ad Orientem exposta. Strab. lib. 15.

A R T E M I U S, [Αρτεμίος] Roma fuit Praefectus carceris, qui una cum uxore Candia, & Paulina filia jacent in via Aurelia, martyres sub Adriano principe. Author Volater.

A R T E M I U S, [Αρτεμίος] Unus ex undicem montibus, qui a Plinio enumerantur in fini Argolicis, regionis Achaiæ, lib. 4. cap. 5.

A R T E M O N, ὄνις. m. [Αρτεμίων] Vulum est additum, dirigenda navis causa: cuius Julius Pollux meminit. Un petit voile de navire qu'on dit autrement Trinquet. Deducitur a Graco *αρτεμίων*, quod suspendere significat, & asthene. Unde & ἀρτεμίων, lorum parvum, cui cruxina affluit. Jabolensis de Verb. signif. Malum, navis est parte, artemonem autem non esse, Labeo ait: & verius est, quia pleraque naves fine malo inutilis essent. Ideoque pars navis habetur: artemon autem Magis additamentum, quam pars navis est. Baylus putat esse majus vulum navis: in quem sensum dicit accipi Act. 27. Quod nomine etiam nunc Venetiis retinet, vocant enim *Artemon*. At Lilius Gregorius in lib. de Re naifica, falli putat Baylum. Si enim malus pars navis est, vulum quoque magis non est navis. Quia enim de causa malus in navis, nisi ut vela sufficiat? Vela ergo non additamentum, sed artemon additamentum. Est igitur (inquit) artemon, minus illud vulum, quod velis majoribus apparet: unde & illi nomen. Ex hoc anf. est praetitia ignara plebi, ut velum artemon vocet. V. & Scheff. de Mil. Nav. 2. s. p. 140. & Add. p. 130.

Est & haec similitudine Artemon trochlea, quam Græci *αρτεμίων* vocant, in radice machinae Ἰανθοῖ: ea ingentis oneris lapiides tolluntur. Quoniam enim cetera huismodi machinae duas tuncummodo trochleas habent, ea que *τριπλεῖς* appellatur, etiam tertiam regimunt que ad iuritiam est, & ideo artemon epagone dicuntur, ut Vitruvius scribit lib. 10. cap. 5. Hæc Alciatus.

A R T E M O N, Medicus quem Plin. lib. 28. cap. 1. ex hominis cremati calva, aquam propinasse scribit adversus morbum comitalem.

Alius item Peter nobilis fuit, cuius opera enumerat idem Plin. lib. 35. cap. 11. Artemon praeterea Syrus quidam fuit, ex infima plebe, Antiocho regi adeo similis, ut Laodice, necato Antiocho, regni successori non per eum fuerit adepta. Plin. lib. 7. cap. 12.

Est & Artemon Machinari fabri nomen, qui e paupere dives factus, voluptarium vitam agere coepit, ut est apud Athenæum. Hic, quod lectica circumferretur, *αρτεμίων*, id est Circumferens, cognominatus est.

A R T E M O N A, [Αρτεμίων] apud Plutonium dicta est mulier quedam: ab *αρτεμίων*, perficio, quod perficeret que vellet, quia esset egregie dotata.

A R T E R I A, a. [Αρτερία] quid significat Plinii docet lib. 11. cap. 17. his verbis, Ubi fuit nervi, interiores conductunt membra, superiores revocant. Inter hos latens arteria, id est spiritus feminae. His innatent venæ, id est fanguinis rivi. Arteriarum pulsus, in cacumine maxime membrorum evidens, index sere morborum, in modis certos legesque metrarias, per itates itabilis, aut citatus, aut tardus, descriptis ab Hero philo medicinae vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem defertus. Observatione tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula vita temperat. Arteria carens fensi: naps & sanguine, nec omnes vitaliter continent spiritum, præcisisque torpescit tantum pars ex corporis. Gelius lib. 18. cap. 10. Arteria est conceptaculum spiritus naturalis, misi confusione cum fanguine, in quo plus spiritus est, minus fanguinis. Arteria

teria autem a corde originem habent, quemadmodum vena ab hepate, & nervi a cerebro: quamvis alter sentire videatur Aristoteles in libro de Animalibus. Videtur autem *arteriae* live arteria appellatio facta *παρά την οργήν*, id est ab eo quod aerem fervet.

At veteres, circulari sanguinis motus nondum cognito, omnino de hac re errant. Arteria enim in corpore animalium sive Vena illa conica, qua sanguinem a corde expulsum ad corporis singulas partes miscante quodam motu deferunt & minimis venarum orificiis infundunt.

Vena aliquando confusa pro Arteria ponitur. *Perf.* 3. Sat. Propterea quod Medicis aliqui (ut author est Galenus) venas & arterias confundere solent. Immo quod Arteria vox Graeca est, & Vena perpetua coniunctio de utroque genere Latinis usitatum fuit. Sic paulus Cicero, Ovidius, Celsus & optimi quique auctores. V. VENAE.

Arteriae micant. *Cic.* 2. de Nat. Deor. 24. Vena & arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo moto. Immo Venae non micant, si ab arteriis distinguas.

Arteria, numero multitudinis pro Arteria aspera. Solent enim Latinis quædam effere interdum nec infinito ruficōque sermone numero multitudinis, quæ frequentius singularia sunt. Cornificius ad Herennium, l. 3. 21. Ictus enim fit & vulnerantur arteriae acuta atque attenuata nimis acclamatione. Sic, Liennes pro Liene; Pultones pro Pulmone Casto dixit. [De Pulmone non mirum, cum sit in duas fibras, quos *λεπτούς* Græci vocant divisus.

Arteria, Genere neutro *Lucret.* lib. 4. 532. usus est, Quomodo & ap. Cornific. Gronov. l. c. legendum putat: — Facitque

Aperitura foras gradiens arteria clamor.

Aspera arteria. *Cic.* 2. de Nat. Deor. 136. Sed quum aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat adjunctum lingua radibus, paulo supra quam ad linguam stomachus annexatur, enaque ad pulmones usque pertinet, excipiatur animam, eam que ducta fit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret & reddat, tegitur quodam quippe operculo. [Hanc proprie veteres Arteriam appellasse teftis est Galen. l. 6. de Hipp. & Plat. Decr. c. 9. Et sic stipei absolute posuit Celsus. V. 1. 4. c. 1.

ARTERIAE, es. f. [ἀρτηρίαι] Medicamentum quod & Diacodion vocatur. Plin. lib. 20. cap. 19. Est autem Arteriae, omne medicamentum ad arterias (asperas) vitia faciens. Scribon. Larg. 75. Arteriae quæ melior non est, facit ad omnia superius dicta efficacius, & quicquid in arteria vitii est. Plin. lib. 23. cap. 7. Fit ex pomō panchrestos stomatice, eadem arteriae appellata, hoc modo.

ARTHABATITÆ, V. ARTABATITÆ.

ARTHANES, V. ARTANES.

ARTHRICUS, V. MOX ARTHRITICUS.

ARTHRITIS, idis. f. [ἄρθριτς] Articularis morbus, velut genus quoddam est omnium membrorum articulos ac nervos occupantium: estque nihil aliud quam debilitas articulorum cum longa fluxione, quæ vicinos nervos tendit aut laxat, ac dolore affigit. Quando enim in multis articulis hic affectus haeret, Arthritis appellatur: quando vero in una aliqua articulari tatione five corporis parte, ab illa sere nomenclatura fortuit. Sic Chiragra in manibus, Podagra in pedibus, & in coxendicu[m] Ichihas five Coxendicum morbus appellatur. Cornarius in Galen. Dicitur δέ τις ἄρθρος, i.e. ab articulo, five junctura. *Cic.* 1. Att. 5. Dolor Articulorum. Hor. 1. Epist. 15. 6. Celsantem nervis elidere morbum. Vitruv. 1. 6. Arthritis inter vitia, quæ difficulter curantur.

ARTHRITICUS, [ἄρθριτς] Qui laborat morbo articulati. *Cic.* 9. Fam. 23. Non enim arbitror cocomitem etiæ arthriticum habere. Quem, Articularum dolorem appellant ipse *Cic.* 1. Att. 5. Alia exemplaria habent Arthriticum. Arthon enim idem significat quod Articulus, five Junctura. [Verum ut morbus ipse ἄρθρος dici recte possit, i.e. Articularis seu Ad articulos pertinens, morbo laborantem sic dici analogie repugnat, sicut nec καρκίνος appellamus cum, qui capitis dolore laborat. At καρκίνος φέρεσσος, quod capitum aptum est, sic & ἄρθρος articulis definitum. ἄρθρος autem non ab ἄρθρο remoto, sed a morbi vocabulo ἄρθρος derivatur, sicut *φερεσσός* a v. *φερειν*, *παρεγένεσα* a *παρεγένεση*. Conf. Henr. Steph. Theb. Gr. & Fœsi Ocean. Hipp. Accedit Greco. Medicorum & optimorum codi. *Cic.* consenus.

ARTIALUM, [ἄρτια] apud Iœoles Ornamentum est muliebre, quod Dores πατέα vocant, ut tradit Pollux lib. 5. cap. 16. V. infra SITLA.

ARTICULUS, ARTICULATUM, &c. V. ARTUS.

ARTIFEX, ARTIFICIUM, &c. V. A.R.S.

ARTIGIS, [Ἄρτιγος] Ptolemeo Hispania civitas in tractu Bætico, alio nomine Alchama dicta.

ARTIGULA, [Ἄρτιγον] Insula in Æthiopia, in qua primum visum est animal Sphingion. Author Plin. lib. 6. cap. 29.

ARTINI, Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. Apud Epidaurios centum octoginta Remp. administrabant, ex quibus nobilissimos popularium deligebant senatores, quos Artinos vocabant, & Conipodes.

ARTINIA, Stagnum est Iuxta Miletopolitanum, ex quo oritur Rhynchacus fluvius, ante Lycus vocatus Plin. lib. 5. cap. 32.

ARTIO, ivi, i.e. pro Arcto, as, ære, dixeret veteres, teste Nonio.

Artire, apud Catonem, c. 40. et Demittere, adigere, inferre, immittere. Sic enim scribitur, Surculum aridum quem arterias, eximito: ex artito surculum, quem inferere voles. & 41. Eo furculos praecutus artito. Turnebus.

ARTITUS, Bonis infructus artibus. Festus. Plaut. Afrin. 3. 2. 18. Ubi sepe causam dixeris pendens adversus octo artitos viros, valentes virgatores. Sic enim in optimo libro reperiſſe se scribit Turnebus 24. 25. quod sic intelligas liget, quia se in iudicio defendenter adverſus dieritos & eloquentes viros. Sed in hodiernis editionibus invenitur Audaces. V. Voit. Etymol.

ARTOCHEMES, [Ἄρτοκημες] Unus fuit et Xerxes ducibus, qui Darii Ælianum uxorem duxit. Herodot. lib. 7.

Contra atque ante. Cic. 3. in Catil. 20. Aruspices jusserunt simulacrum Jovis facere magis, & in exculum collocare, & contra atque ante fuerat, ad Orientem convertere.

Contrario motu atque. Cic. de Somn. Scip. 9. Septem planetæ versantur retro contrario motu atque cœlum.

Ex istis atque. Cic. 2. de Invent. 70. Argumentationes ex iisdem locis sumenda sunt, atque in causam negotialem.

Eundem ad modum atque. Cato de R. R. Pomarium seminarium ad eundem modum atque oleaginum facito. h. e. Quemadmodum oleaginum. Haud est mollis atque. Plaut. Caf. 4. 4. 21. Nebula haud est mollis atque haec est.

Item atque. Varr. de L. L. Analogia non item ea definienda, quæ diriguntur ad naturam verborum, atque illa quæ ad usum loquendi.

Juxta atque. Liv. Trucidant inermes juxta atque armatos.

Minus atque, pro Quam. Hor. 2. Serm. 7. 96.

Qui peccas minus atque ego?

Non magis verum atque. Ter. And. 4. 2. 15. Non Apollinis magis verum, atque hoc responsum est.

Non dissimile atque. Cic. 2. Att. 3. Aut quiescendum: quod est non dissimile atque ire in Solonium aut Antium.

Pariter atque. Plaut. Men. 5. 1. 52. Pariter hoc atque alias res foles.

Secus atque. Cic. 3. de Orat. 117. Sed paulo fecus a me atque ab illo partita atque distributa.

Similis atque. Ter. in prol. Phorm. 32. Ne simili utamur fortuna, atque nisi simus.

Similiter atque. Cic. in Philipp. Neque enim illum similiter atque ipse eram, commotum vidi. i. e. Ut vel sicut eram.

Simil atque, ut Et simil ac, & eodem modo dicitur statim atque, vide s. T. A. T. 3. Sed alibi omittitur, & jungitur participio proximi verbi, ut Statim, adeptus imperium, pro Simil atque adeptus est. H. St.

Talis atque. Ter. Phorm. 5. 8. 39. Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.

Unum & idem videtur esse atque id quod de me ipso nominatim tulisti. Cic. pro Domu sua 51.

Atque, si gemina fiat, auget, intenditur rem de qua agitur: ut animadvertis in Qu Ennii annalibus, nisi memoria in hoc versu labor,

Atque atque ascendiens muros Romana juventus. Hac Gell. lib. 10. cap. 29. Nonius Feltine, intrepidanter hoc loco significare dicit.

Atque geminata, ut Et. Cic. 5. Verr. 189. Ex hujusmodi principio atque ex liberalitate atque accommodatione magistratuum, confutudo estimationis introducta est.

Atque hæc quidem, atque ejusmodi ex vetere Graecia fama collecta sunt. Cic. 3. de Nat. Deor. 60. Legitur etiam, Et ejusmodi.

Adque Augusti ævo non minus frequenter scriptum est quam Atque. Celar. Orthogr. Lat. p. 90.

ATRQUI, [ἀτρυγεῖ, ἀτρυγὴ, ἀτρυγὴ, ἀτρυγὴ, ἀτρυγὴ] Conjunctio est discreta, significans Sed tamen. Ter. Eun. 5. 5. 11. Nescio. p. y. atqui sic inventa est. Cic. 4. Acad. 1. 14. Vercor ne subarroganter facias, si dixeris tuam. Atqui ita dicas necesse est.

Atqui, pro Certe, profecto. Ter. Eun. 4. 6. 2. Atqui si illam digito attingerit uno, oculi illico effodiuntur.

Atqui certe. Cic. 2. de Nat. Deor. 18. Atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo.

Atqui, pro Imo. Ter. Hec. 1. 2. 85. Atqui ea res multo maxime disjunctum illum ab illa: postquam, &c. Donat. Legitur & Atque.

Atqui, abundat nonnunquam, authore Donato. Ter. Adel. 5. 5. 6. Tibilubens bene faxim. s. gratiam habeo, p. atqui Syre hoc verum est.

Atqui

Atqui pro At., & Veruntamen, sive Attamen. Cic. 5. Tusc. 57. Diony-
sius quum quinque & viginti natus annos dominatum occupavisset, qua
pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam, servitute oppres-
sum tenuit civitatem? Atqui de hoc homine a bonis authoribus sic scrip-
tum accipimus, summan fuisse ejus in vita temperiam.
ATRQUIN, pro Atqui. Plaut. Rud. 3. 4. 55. Atquin quia vetas.

A T R

ATRACTYLIS, idis. [ἀτρακτύλις] Spinæ species aculeata, quam Dio-
scorides lib. 3. cap. 107. Cnicu similem pronuntiat. Vocatur & Fufus
agrefilis, quod caulis ejus fusum mulieribus praefat. A Theophrasto vo-
catur Phonos, id est, cædes: quod succum sanguineum habeat. Mat-
thiolus autem ne nondum portuus in Italia reperiit hanc herbam, & Ruellii
opinionem de Atractylide refutat.

ATRAMENTUM, **ATRATUS**. V. **ATFR.**

ATRAMIRAE, Populi Arabie felicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

ATRANI, Populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

ATRAPHAXIS, Herba. V. **ATRIPLEX**.

ATRATINUS, Accusator Cœli, ut in oratione Ciceronis appetet, qui
male a quibusdam Atracini scribitur, ut tradit Volaterranus.

ATRAX, [Ἄτραξ] Fluvius Astolæ, a quo Atraces quidam populi cognomi-
nati sunt. Plin. lib. 4. cap. 2.

Est item Atrax, Thessalicae oppidum.

Fuit & ejusdem Thessalicae Princeps ita cognominatus.

ATRACIUS, Adj. [Ἄτραξ] ut, Atracæ oræ. Propert. 1. 8. 25. Thef-
falia.

Ars Atracia, Magica. Stat. 1. Theb. 106.

Venenum. Valer. 6. Argon. 447.

Virgo Atracia. Hippodamia, seu Hippodamé, Atracis regis filia, a quo
& fluvius, & populus, & regio nomen sumpserunt. Valer. 1. Argon. 141.
ATRACIS, patronym, ab eod. Ovid. 1. Amor. 4. 8.

Atracis ambiguos traxit in arna viros.

ATRACIDES, Caneus ap. Ovid. 12. Met. 29. conf. Antonin. Liber. F. 17.

ATRATES, [Ἄτρατες] Populi inter Belgas, finitimi Ambianis, Tor-
nacenibus, & Morinis. Strabo. Vulgo *Artæs*. V. Cef. 4. Bell. Gall. 27.

ATREBATICAE Vettes, [Ἄτρετοις Ατρεταῖς] Vettes erant coloris Xeram-
pelini, h.e. fasciatis vitium frondibus similes, quæ apud Atrebates optimo-
meabant. Suidas Atrabaticas vocat. Autem Atrabaticas: a coloris scili-
cet nigredine. V. *Cel. Rhod.* lib. 16. cap. 10.

ATREUS, dissyll. [Ἄτρευς] Filius Pelopis & Hippodamie, rex Mycenar-
um, frater Thyestis, qui quoniam dissensione invicem sibi nocere non pos-
sent, in simulatam gratiam redierunt: qua occidente Thyestes cum fra-
tris uxore concubuit. Atreus vero ei filium epulandum apposuit. Quæ
Sol abominatus non polluerunt, aufugit. Sed veritas haec est: Atreum
apud Mycenas primum Solis eclipsi inveniens: cui invidens frater ex ur-
be dilectus tempore quo ejus probata sunt dicta. Hæc Servius ad 1. *Æn.*
v. 972.

Atrea accusativus. Sen. Thyest. 5. Vos facitis mihi Atrea timendum.

Nefarius Atreus. Hor. in Arte Poet. 186.

Truculentus. Sen. Thyest. 7.

ATREUS, a, um, Adj. [Ἄτρευς] Stat. 8. Theb. 743.

I precor, Atrei liquid tibi sanguinis unquam,
Hippomedon vocatus est.

ATRIDES, æ. [Ἄτρεδες] plur. **ATRIDEA**, ärum, i. e. Atrei filii. Aga-
memnon & Menelaus. Virg. 1. *Æn.* 462.

Atridas, Priamumque, & sevum ambobus Achillem.

Atrida gemini. Virg. 2. *Æn.* 415.

Superbi. Hor. 1. Carm. 10. 13.

Atrides minor & major. Ovid. 12. Met. 623.

Atrides, quum sine adjectivo ponitur, Agamemonem intelligimus.

Illi. 2. Carm. 4. 7.

Arbitratus medio in triumpho

Virgine rapta.

Troja populator Atrides, Agamemon videlicet. Ovid. 13. Met. 655.

ATRIA, [Ἄτρια] Oppidum Etruræ. Plin. lib. 3. cap. 16. Omnia ea,
flumina, fossaque, primi a Sagè fecere Thufci, egesto annis impetu
per transversum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur,
nobis porti oppidi Thufcorum Atria, a quo Atriacum mare ante appellabatur,
quod nunc Adriaticum. V. mox **ATRIUM** & supra **ADRIA**.

ATRIARIUS, V. **ATRIUM**.

ATRICAPILLA, [ἄτρικαπιλλά] Avis est. Festus, Melancoryphi, ge-
nus vassuum que Latina vocantur Atricapillæ, eo quod summa carum capi-
ta nigra sint. *U. Provene.*

ATRICI, **ATRICILIUM**, **ATRIENSIS**, **ATRIOLUM**. V. **ATRIUM**.

ATRIDES, V. **ATREBUS**.

ATRIPLEX, icis. n. [Ἄτριπτελος] Herba, quæ ab Atro dicta putatur,
quod homines pallidos faciat. Plin. lib. 20. cap. 20. Atriplex & silvestre
& sativum est, Pythagoras, tanquam facaret hydroponic, morboque
regios, & pallorem, conqueretur difficultime, ac ne in hortis quidem
juxta id hæc quicquam nisi languidum, culpavit. Addidere Dionysius
& Diocles plurimos gigni ex eo mortbos: nec nisi mutata fæpius aqua
coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere.
Haec tenus Plin. Alii in foeminito effterunt. V. Macer. 1. 24. Columel.
io. 377. Apud Italos, vulgo appellatur *Treppe overo Reppe*. apud Gal-
los vero *Des arrache*.

ATRIPLEXUM, Eadem herba que nunc Atriplex dicitur. Festus. Ubi
Dacer. V.

ATRITAS, V. **ATER**.

ATRUM, i. n. [Ἄτρον, ἄτρημα, ἄτρωμα] Festus, Atrium propriæ
est Genus edificiæ ante ædem continebat medium aream, in quam collecta
ex omni teato pluvia defundit, &c. *Un avant logis*. Varro 4. de L. L. 33.
Atrium appellatum ab Atriatibus Thufcis, illinc enim exemplum sum-
ptum. Gell. lib. 16. cap. 5. Animadvertis enim quodam laudiquaquam
indocet viros opinari velutibus esse partem domus primorem, quam
vulgus Atrium vocat. Virg. 1. *Æn.* 725.

Fit strepitus testis, vocemque per ampla voluntate

Atria. Ubi Servius, Tangit morem Romanorum. Nam (ut at Juven.
Cato) & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui, unde ait Juven.

1. Sat. 94. — quis fercula septem,

Secreto oenavit avus? Ibi & pecunias habebant, unde qui hono-
ratiores erant, linneni custodes adhibebantur. [an Adhibebant?] Ut,
Virg. 9. *Æn.* 648. — qui Dardano Anchise

Armiger ante feuit: fidusque ad linneni custos. Ibi & culina erat:
unde & Atrium dictum est, quod Atrum erat ex fumo. Alii dicunt Atrium
Etruria civitatem fuisse, quæ domos ampli velutibus habebat; quæ cum
Romani imitarentur, Atria appellaverunt: Alii Atria magnas sedes [τὰ
αέρες] & Capacissimas dicas tradunt, unde Atria Licinia, & Atrium Li-
beratæ. Hac ille, Alii ab αὐτῷ ducunt, quia sub dio esset. Utrum
vero Atrium lacunatum esset an apertum, quæstio est hand parum impli-
cita. Vitruv. 6. 2. Lacunata in Atris collocat, & videtur atrium laque-
rius conjectum fuisse, quoniam in illo ferrare imagines majorum cereas
capulis conditas Romani celebant.

Atrium frugi, i. e. Moderatum, non sumptuosum. Plin. 2. Epist. 17.
Atrium frugi, ne tamen sordidum.

Alta atria. Virg. 4. *Æn.* 666.

Ampla. Virg. 1. *Æn.* 730.

Regalia. Ovid. 5. Met. 3.

Sublimia. Hor. 3. Carm. 1. 46.

AUTIONIUM. V. **ACTIONARIUS**. & dict. seq.
ATRIA LICINIA. V. Serv. paulo ante. Cic. pro Quint. 12. Tollitur ab
Atris Liciniis, atque a præconum confessu in Galliam Nævius, & trans
Alpes usque transferunt. Ibid. 25. Tum Nævius ipse puerum circum
amicos dimittit, ipse suos necessarios ab Atris Liciniis & a facibus Ma-
celli corrigit. Quidam significari putant nobile illud L. Licini Crassi
oratoris atrium, in quo quatuor Hyettæ marmoris columnas, ædilitatis
gratia ad scenam ornandas advectas, statuit, ut scribit Plin. lib. 17.
cap. 1. quoniam publice nondum ullas essent marmoreas. Et fuisse Atria
quædam, in quibus auctiones ferent, argumento est hic locis primæ
contu Rullum orationis. 7. Homines nequissimi confunditi patimo-
niis hoc faciunt, ut in atris auctionariis potius, quam in trivis, aut in
comitatis auctionentur.

Atrium, Genus edificiæ ante ædæ sacras; ut, Atrium Libertatis. Cic.
pro Milon. 60. Quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitaæ in atrio
Libertatis.

Quandoque & pro Toto edificio sumitur, ut αὐτὸν apud Græcos pro Ipsius
regum palatii. Sic Ovid. 14. Met. 260.

Excipiunt famulæ perque atria marmore testa

Ad Dominam dicunt. V. & Cafaub. ad Suet. Aug. c. 29.

ATRIOLUM, i. n. [ἄτρολον] Minus atrium. Vitruv. 6. 4.
Cic. 3. Q. frat. 1. Quo loco in portico te scribere aiunt, ut atriolum
fiat: milii, ut est, magis placebat: neque enim sat loquacie videbatur
atrioli: neque fere nolet nisi in his edificiis fieri, in quibus est atrium
majus: nec habere poterat adjuncta cubicula, & ejusmodi membra.

ATRIARIUS, i. m. Idem ac Atrienis. Ulpius, in 1. i. D. Nauta,
cauponæ, &c. §. 5. Ceterum si quis opera mediastrimi fungitur, non
continetur: utpote atriarii, & focarii, & his similes.

ATRICI, [Ἄτροπαι] a JCtis dicuntur, Qui excubant ad atrium: & ad
limini etiam vocantur, & Linenarchæ.

ATRIENSIS, is. m. [Ἄτρεντης] Setvus est precipuus in familia, cui
cura fuit atrii, qui & Atriaris dictus. Cic. in Parad. 5. Atque ut in
magna familia sultorum, sunt alii latiores (ut fibi videntur) servi, sed
tamén servi, atriates ac topiarii. Columel. lib. 12. cap. 3. Tum infor-
mante atrienibus ut supellecitem exponant. V. Serv. in Virg. 9. *Æn.* 648.

ATRILICUM, Eam atrii partem significat, in qua olim licet etiam tex-
bantur. Author Ascon, Padian.

ATROCITAS, V. **ATROX**.

ATROPIA, [Ἄτροπαι] Altera est ex partibus Mediae: ita dicta ab
Atropo duce, qui eam a Macedonum vi tutatus est. Media enim in
duas distributa est partes, quarum altera Media maior appellatur, cujus
metropolis sunt Ecbatana: altera Minor, quæ & Atropatia dicitur. Strab.
lib. II.

ATROPATUS, V. **ATROPIA**.

ATROPHIA, æ. [Ἄτροψις] Una est speciebus tabis: de qua sic Cels.
lib. 3. cap. 22. Atrophia est qua corpora non alitur, & naturaliter semper
aliquibus decadentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, sum-
ma macies oritur: & nisi occurrit, tollit.

ATROPHI, m. pl. [Ἄτροψι] Quibus corpus non alitur. Plin. lib. 26.
cap. 11. Eadem datur iis, quos atrophos vocant, interpnitis diebus
Idem lib. 27. cap. 8. Explent sinus ulcerum, & atropha carnosiora fa-
ciunt.

Atropha appellantur, Quæ cibum non sentiunt. Plin. lib. 22. cap. 25.
ATROPÓS, i. f. [Ἄτροψι] Una ex Parcis, quæ finem vite in potestate
habere putatur. Dictam voluntab. & τζίτων, quod fit inexorabilis, ne
ad cuiusquam pretorsa vertatur.

Ignara moveri Atropos. Stat. 3. Theb. 67.

Atropos alba. Stat. 4. Sylv. 8. 18.

His senium, longaque decus virtutis, & alba

Atropos, & patrius lauros promisit Apollo. V. PARCE.

ATROR, V. **ATER**.

ATROX, öcis. Adj. [Ἄτροξ] Atrox, crudelis: quod qui atrio vultu sunt
asperitatem ac siccitatem pro se ferunt. Alii Atroco a Greco petius
pellatum censent, quod Graci Atrocia [em. ἄτροξ] appellant quæ Cn.
dæ sunt: vel ab eo quod Atrocos nihil de timent, τζίτω enim timere el
Hæc ex Festo, ubi not. V. Virg. 1. Georg. 408.

Ecce inimicus atrox magno stridore per auræ

Insequitur Nifus. Ubi Servius; Atrox, Crudelis & immi-
tibus.

Ter. Hec. 3. 3. 17. Me inde lacrumanus, incredibili re atque atro-

pervitus.

Atrox & Mitis, contraria.

Ætas. Claud. 2. in pr. Conf. Stil. 461.

Anguis. Stat. 6. Theb. 156.

Animal atrox ad confidendum hominem. Plin. de Polypo.

Animus. i. e. Conflans. Hor. 2. Carm. 1. 24.

Bellum atrofissimum. Saluit. Jngurith. 5.

Cædesatroc. Liv. 24. 16.

Certamen. Idem, 2. 6.

Facinus. Sen. Troad. 4.

Fama. Tacit. 4. Ann. 11.

Flagrantis atrox hora Canicula. Hor. 3. Carm. 13. 9.

Fides. Sil. 6. 177. — quanquam bene cognita & omni.

Atrox illa fides. i. e. Confusa & inflexibilis. Similitur in bonam partem, ut in exemplis aliis. V. Animus supra, & Virtus infra.

Genus orationis velhemens & atrox. Cic. 2. de Orat. 204.

Ingenium. Claud. 6. Conf. Hon. 229.

Inimicus. Virg. 1. Georg. 408.

Injuria. Claudio de Bell. Get. 190. Injuriam Atrocem quasi contumeliosorem, & maiorum accipimus. Ulp. I. 7. §. 7. D. de Injur. & famos. lib. conf. Institut. I. 4. T. 4. de injuriis. §. 9.

Littera. Cic. 9. Fam. 25. Repente perculsus est atrocissimus litteris.

Nefas. Sen. Thylet. 3.

Negotium, i. e. Difficile, Asperum. Sallust. Bell. Catil. cap. 29. 2. ut Res, Tempus, q. V.

Petitis atrocissima. Cels. praeſ.

Rabies. Tacit. 5. Hist. 25.

Res tanta atque atrox non permovit. Sallust. Bell. Catil. cap. 51. 10.

Res scelestis atrox, nefaria. Cic. pro Rosc. Amer.

Res atroces & miserabiles. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Suspicio atrocissima. Cic. pro Marcell. 35. Nunc venio ad gravissimam querelam, & atrocissimam suspicione.

Tempesetas atrox. Claudio de Bell. Get. 111.

Tempus atrox & difficile Reip. Cic. 6. Verr.

Virtus, Fortitudo quedam immensa nullus hostes, nulla vincula, nullum mortis genus perhorreficens. Sil. lib. 13.

Atrox odii. Tacit. 11. Ann. 22. Iulius Consulibus atrox odii Agrippina ac Lolia infensa, quod fecum, &c.

Atrox, Crudum. Nav. Bell. Pun. lib. 3. Simul atrocia proscerent exta ministratores. Nonius.

A T R O C I T A S, atis. f. [άτρος] Denom. pro crudelitate. Cic. 6. Verr. 94. Negat tamen finis hinc injury, crudelitatem siebat, donec populus atque universa multitudine atrocitate rei misericordiaque commota, Se- natum clamore coegerit ut, &c.

Crudeli necis atrocitate deripere. Firmic. lib. 3. cap. 5.

Flebilis vita atrocitate hominem disperdere. Firmic. lib. 3. cap. 5.

Atrocitate animi moveri. Cic. 4. in Catil. 11. Ego quod in hac causa vehementer sum, non atrocitate animi moveor. (Quis enim est me mitior?) sed singulare quadam humanitatem & misericordia.

Levare atrocitem aitem alicuius rei. V. LEVIS.

Augere atrocitatem peccati. Auct. ad Herenn. lib. 2. 9. In causa conjecturali proprius locus accusatoris est, quem dicit malorum misereri non oportere, & quem auget peccati atrocitatem.

Atrocitas verborum invisa. Cic. 1. Q. frat. 2. Haec litera abs te per jocum missa ad C. Fabium (si modo sunt tua) quum leguntur, invisi- diae verborum atrocitatem habent.

A T R O C I T E R, Adv. [άτρος] ut, Atrociter minitari. Cic. 7. Verr. 159. Atrocios accipi. Tacit. 1. Hist. 23. Labores itinerum, inopia commea- tum, duritia imperii, atrocios accipiebantur.

Atrociter omnibus horis aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer. 154. Nam quoniam omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus, etiam qui natura miltifimi sumus, affiditatem molestiarum sensum omnem hu- manitatis ex animis amittimus.

Atrocios paulo. Cic. 4. Verr. 83.

Atrociter invehi. Liv. 3.

A T T A, [άττα] Civitas Arabiae felicis, authore Ptolemae lib. 6. cap. 8.

A T T A item, Cognomen fuit Quintii poetae a vitio erorum illi impositum.

Atta enim appellantur, Qui propter vitium erorum aut pedum plantis instintu & attinctu magis terram, quam ambulant: ut scribit Festus. v. A T T A. Memini Hor. 2. Epist. 1. 79.

Recte necne crocum, floresque perambulet Attae.

Fabula. In quem locum ferribit Attron, Atta esse nomen proprium cuiusdam Togatarum scriptoris Comediarum, vel Tragediarum.

A T T A B A S & **N U M E N I U S**, Latrones fuerunt famosissimi, adeo ut proverbio locum fecerint, Convenenter Attabas & Numenius. V. Erafim. Chil.

A T T A C I N U S, Cognomen Varonis. Unde ductum sit, inter doctos haud convenit. V. Buaman ad Quintil. 10. 1.

A T T A C T U S, V. ATTINGO.

A T T A C U M, [άτταξ] Hispaniae oppidum, in tractu Celtiberorum. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

A T T A G E N, ēnis. m. [άτταξ] Avis est Asiatica, quam Francolinum dicimus, inquit Valle in Raudensem. Plin. lib. 10. cap. 48. Attagen maxima loriis celebratur, vocalis alba, captus vero obnubilans, quoniam exitimatus inter raras aves. Jam & in Gallia Hispaniaque capit, & per Alpes etiam, ubi & phalacrococares, aves Bælearum insularum peculiares, sicut Alpium pyrocorax.

Attagen Ionicus. Hor. Eppd. 2. 53.

Attagen. Mart. lib. 13. 61.

Inter sapores fertur altum primus

Ionicum gultus artogenarum. Plin. lib. 9. cap. 58. extr. Item apros & attagena, herinaceos. [Nisi potius Accus. pl. Græcus est præc. v.

A T T A L I A, a. [άτταλεα Stephanus] Oppidum est Eolidis apud Plin. lib. 5. cap. 10.

Item alterum in Pamphylia, cuius meminerunt Ptolem. lib. 5. cap. 5. & Strabo lib. 14. Vulgo Satalia.

A T T A L U S, [άτταλος] Rex Asiae, vel Pergami, qui a populo Romano donatus eo regno, quoniam liberos non haberet, populum Romanum hæredem fecit. V. Serv. in 1. Aen. 701.

Fuit & Attalus, Medicus quidam, de quo Plin. lib. 32. cap. 8.

A T T A L I C U S, Adj. [άτταλεις] ut, Attalica vestis. Plin. lib. 8. cap. 48. Aurum intexere in eadem Asia inventi Attalus rex: unde nomen Attalicus.

Propert. lib. 3. 18. 19. Attalica. Quapropter etiam Attalicae con- ditiones dictæ sunt Hor. 1. Carm. 1. 12. h. e. Opes. Cic. 6. Verr. 27.

Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripherata emere oblitus es?

Aulea Attalica. Propert. lib. 2. 32. 12.

Porticus auleis nobilis Attalicis.

Attalici torus. Propert. lib. 4. 5. 24. i. e. Stragulis (quæ Attalica di- cuntur) ornatus.

A T T A M, pro Reverenti seni cuiilibet: dicimus: quasi eum avi nomine appelleremus, inquit Festus.

A T T A M E N, V. A.T.

A T T A M I N O, arc. Feedare, contaminare. Justin. 21. 3. Ne quis ullam virginem attaminet.

A T T A T, V. A.T.

A T T A T E, Interj. Vox Plautina. Epid. 3. 4. 21. Merc. 2. 3. 31. & alibi. **A T T E G R A**, arum. [άτταγρα ονομασίης] i. e. Mapalia & tuguria. Ju- ven. 14. Sat. 196.

Diruc Maurorum attegias, castella Brigantum, Ut locupletum aquilam tibi sexagesimus annus Afferat.

A T T E G R A, seu Attegrare, est Vinum in sacrificiis augere. Integre enim & Attegrare minus factum, est in statum redigere. Festus. Locus obscurus admodum ad quem V. Scalig. & Dacer.

A T T E R I U S Philologus, libertinus Athenis natus. Hunc Capito Atteius JCTus ejus patronus inter Grammaticos Rhetorem, & inter Rhetores Grammaticum suile ait. Coluisse familiarissime Sallustium, quem & in compendia historia adjuvile Afinius Pollio tradidit, eoque mortuo Polliensem. Author Tranquillus, in eius vita q. V. de ill. Gramm. c. 10. **A T T E R Ā B U S**, i. m. Minima locutum, sine pennis. Plin. lib. 29. cap. 4. **A T T E R E B U S S A**, Insula est in Lycio mari, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

A T T E R L A, [άττελα Ptol. & Steph.] Oppidum Oscorum, ubi grande & egregium amphitheatrum erat. Sunt qui precipiant ferib[us] per simplex: & ita legitur in emendatoriis codicibus.

A T T E L A N U S, Adj. [άττελας] ur. Fabula Attellanæ. Donatus, in vita Terentii, Attellanae fabulis & jocis complicita, que in se non habent nisi vetustam elegantiam. Liv. 7. 2. Postquam legi habet fabulorum ab ifu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem puerilam verterat, juvenis hiltronibus fabellarum actu reliquo, ipsi inter fe more antiquo ridicula intexta verbis faciliitate coepit. Quod inde Exodus poeta appellata, confertaque fabellis potissimum Attellanis sunt, quod genus hiltronum ab Osiris acceptum tenuit juvenis, nec ab hiltronibus pollui passa est. Eo intitulatum manet, ut actores Attelanarum, nec tribu moveantur, & stipendiata, tanquam experies artis ludificare faciant. Cic. 9. Fam. 16. Nunc venio ad jocationes tuas, quando tu secundum OEnom. um Acci, non ut olim solebat, Attellanam: sed ut nunc fit, minimum introduxi. V. Val. Maxim. lib. 2. cap. 1. tit. de origini ludorum.

A T T E L A N I U S, Adj. aliud. [άττελιος] Cic. 2. de Divin. 25. Totum omnino statum etiam Attellanio versus jure mihi esse irruum videtur.

A T T E M P E R O, [άττεριπος] are, ut, Attemperare gladium jugulo, pro Aptare & quasi Dirigere ad jugulum. Scn. Epist. 30. Sic gladiator, tota pugna timidissimus, jugulum adversario praefat, & errantem gladium sibi attemperat.

A T T E M P E R A T E, Adv. [άττεριποντίου] ab Attemperatus. Partic. quod ap. Vit. 10. 12. Ter. And. 5. 4. 13. Itane attemperare venit hodie in ipsius nuptiis, ut veniret antehac unquam?

A T T E M P O, di, tum, [άττερη] ère, ex Ad & Tendo; significat Cogitare, & quasi Animum intendere. Verbum est non plenum, sed nudum: Attendi enim Oculos aut Animum subauditur. Ter. Hec. 2. 2. 23. Nam postquam attendi magis, & vi coepi cogere ut rediret.

Sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipos. Cic. in Orat. 189. Audi atque attende Laterenensis, ut scias, &c. Cic. pro Planc. 98.

Diligenter attendere. Cic. 3. de Fin. 40.

Si paulo diligenter Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Cic. 3. Fam. 7.

Admodum attendere. Cic. 3. de Orat. 47.

Magnopere. Cic. 3. Verr. 27. Quis nos magnopere attendit unquam, in hoc quidem genere causarum, ubi aliquid ereptum aut ablatum a quo- pianum dicitur?

Bene attendit, nimis callide agebat. Cic. 15. Att. 25.

Attendere, cum dativo. Sueton. in Galb. cap. 5. Inter liberales disciplinas attendit & iuri. i. e. Studuit, five Operam dedit iuri. In hoc exemplo, dativus est retiri. Idem in Calig. 53. E disciplinis liberalibus minimum eruditio, eloquentia plurimum attendit.

Sic & alibi. Videtur autem subauditum Animum. Attendebat illi, que recte in publico fierent. An οὐδέποτε; V. Thef. Sic & Intendere ani- mum. Horatius Ep. 1. 2. 35.

— Si non

Intendes animum studiis & rebus honestis. H. St.

Jungitur etiam dativo persone. Plin. in Paneg. c. 65. 2. Jurat in legem, at- tendentibus diis, nam cui magis, quam Cesari, attendant?

Attendebat illi &c. Plin. lib. 7. Epist. 33.

Attendere, cum accusativo. Cic. 4. Acad. 53. Illud attendimus in hoc omni genere quam incontanter loquamur. Idem 3. de Fin. 40. Quare attende te studiose, &c. conf. Magnopere.

Attendere & acupari verba orporebit: in quo ut ea que sint frigidiora vitem. Cic. 2. de Orat. 256.

Attendere atque intelligere. Cic. 7. Verr. 347. Sed scriptum extat in iis- dem literis, quod iste homo barbarus ac dissolutus neque attendere un- quam neque intelligere potuit.

Attendere ad. Quintil. lib. 11. cap. 2. Hinc est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos qui excedunt sensus.

Attendere ad aliqua re. Cic. 2. Philip. 26. Animus tamen erit solitus, ut nihil possit de officiis legationis attendere.

Attendere animum, Adverte. Ter. Phorm. 5. 6. 28. Animam com- pressi, aurem admodum, ita animum coepi attendere, hoc modo sermo- nem captans. Cic. 3. Off. 5. Sed si quoniam animum attenderis, turpitudinem videoe iei rei adjunctam, &c.

Animos ad ea que consequuntur, &c. Cic. de Lege Agr. &c. Sed atten- dite animos ad ea que consequuntur.

Animi equo. Ter. in prol. Hec. 20.

Erigerem mentes, auresque, & dicentes attendere. Cic. pro Syll. 33.

Adefote omnes animis, qui adfites corporibus, quorum ego frequens rebus, ut ille putat, dicentes attendete.

Attendere, Perseverare. Accius Diomedes, Si unquam perpediar gnato, puer ne attenderis petere a me id quod nefas sit concedi tibi. Ex Nonio.

A T T E N D E N S, Partic. [ἀττένδειν] Sil. lib. 8. 590.

— nullo attendente deorum

Votis tunc vefris, casura ruitis in arma.

A T T E N T U S, Partic. [ἀττένθητος] Ter. And. 2. 3. 4. Utanimus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit.

Attento animo intueri. Cic. in Orat. 197. Eaque dum animis attentis admirans excipiunt.

Attentissimis animis audire. Cic. pro Sext. 9.

Attitudinem benvolum sibi facere & attentum & docilem. Cic. 2. de Orat. 82.

Præbere se attentum auditorem. Cic. 3. de Nat. Deor. 1. Præbebo igitur me tibi vicimus attentum contra Stoicos auditorem.

Tenere auditorem attentum. Auth. ad Heren. lib. 4. 17. Non potest hujusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffinit enim totus.

Facere auditores attentos. Auth. ad Heren. lib. 1. 7. Dociles auditores habere poterimus, si summam causæ breviter exponemus, & si attentos eos faciemus.

Auris attenta. Hor. 2. Serm. 1. 19.

Diligens & attentus in re aliqua. Cic. 3. Verr. 126. Qui in re adventitia atque hereditaria tam diligens, tam attentus eset.

Attentus, pro Ad rem attentus, i. e. Frugi, parcus. Hor. 1. Epist. 7. 91.

Durus ait, Vulci, nimis attentusque videris. Idem 2. Serm. 6. 82.

Asper & attentus quaesitus. Ter. Adel. 5. 3. 48. Attentiores sumus ad rem omnes quam sit et.

Attentior circa aliiquid. Quintil. lib. 5. cap. 4.

Attenta vita. Curiosa & diligens, quam vulgus Subiectam dicit. Cic. pro Rofc. Amer. 44. Tamene hac attenta vita & rufitana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Attentus rerum paterfamilias. Cic. pro Quint. 11. C. Quintius fuit P. Quintii hujus frater, sive ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, una in paulo minus consideratus.

A T T E N T E, Adv. [ἀττένθεσθαι] ut, Attente audire. Cic. pro Domo, 32. Ter. Heaut. 1. 1. 14. Ita attente illorum officium fungere.

Attente legere. Cic. 7. Fam. 20.

Attentus agere. Cic. 16. Att. 5.

Attentius cogitare. Cic. 5. de Fin.

Attentissime audire. Cic. 1. de Orat. 259. Idem 15. Fam. 4. Scis enim quam attente te audire soleam.

Spectare attentus. Hor. 2. Epist. 1. 197.

A T T E N T O, ὄνις. f. [ἀττένθητος] Cic. 2. de Orat. 150. Reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

A T T E N T O, [παρατημα] āre. ex Ad. & Tento; Idem quod Tentare. Columel. lib. 1. cap. 4. Simul attentando possest efficit ut in id formetur, quod maxime praefare possit.

Attentare: Mānu invadere, vel Insidias admiror. Cic. de Arusp. Refp. 16.

Quom ea attentetur ejus lingua, cuius antea manu everfa vs mihi & liberis meis manibus velitis reddidisti. Columel. lib. 7. cap. 12. Primum est enim non attentari: secundum est lacessitum fortiter & perseveranter vindicari.

Annonam attentare & vexare vel Dardanarii maxime solent. Ulp. in I. Annona. D. de extraord. criminib.

Attentari sententia dicitur. Quium per appellationem an justa fuerit diccutitur. Ulp. in I. Eleganter. §. Tunc enim. D. de Condict. indeb. Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitate, qua nullo remedio attentari potest, transfiguratur.

Testamentum attentare, i. e. Conari convellere, labefactare, rumpere. Val. Max. lib. 7. cap. 8. ubi de Metello, Nec hoc testamentum ejus quicquam attentavit.

Urbem. Cic. pro Sext. 9. Capuam propter plurimas bellis importunitates ab illa impia & sclerata manu attentari suplicabatur.

Fidem alicius. Cic. in Orat. 208. Nam quum est auditor qui non reveratur ne composite orationis insidias sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori voluntati aurum servienti.

Inimicos. Cic. 4. Verr. 135. Omnim inimicos attente cognoscere, colloqui, attentare.

Tempus prosperum. Tacit. 12. Ann. 68.

Bello aliquem, Belli fortunam in aliquo experiri. Stat. 4. Theb. 71.

Lacrymis aliquem. Valer. 4. Argon. 11.

Precibus aliquem. Valer. 4. Argon. 11.

A T T E N T A T I O, ὄνις. f. Symmach. 6. Epist. 9.

A T T E N U O, [ἀττενών] āre. ex Ad. & Tenuo compositum, Communiuere, detrahere, exilius facere. Plin. lib. 11. cap. 37. Lingua leonibus ac pardis, omnibusque generis ejus, etiam felibus, imbricatae asperitatis ac lime similis, attenuante lambendo cutem hominis.

Attenuari. Lucret. lib. 1. 318.

— tum portas proper ahena

Signa, manus dextræ ostendunt attenuari

Sæpe salutantum tactu.

Attenuatum bellum atque immunitum. Cic. pro lego Manil. 30.

Attenuatae prælia legiones. Casf. 3. Bell. Civil. 89.

Attenuatum dicendi genus. Cic. 3. de Orat. 31.

Curas attenuare, i. e. Minuere. Ovid. 4. Trist. 6. 18.

Corpora. Ovid. 1. de Arte Am. 735.

Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.

Luctus. Ovid. ad Liv. 342.

Manus. Tibull. 1. 4. 48. Nonnullæ editions habent Attenuisse. V. Broekh.

Opes, Absumere. Ovid. ad Met. 844. de Erisichthone.

Umbra arboris. Catull. 62. 41. pro Frondibus quæ umbram præbent.

Victus Attenuans a medicis vocatur, Quo corpus nostrum gracilescit, & fit tenuius.

A T T E N U A T U S, Partic. [ἀττενυθείς] ut, Attenuatus amore. Ovid. 3. Met. 489.

A T T E N U A T E, Adv. [ἀττενυθεῖν] ut, Attenuate preflue dicere. Cic. de Clar. Orat. 301. Oratorum bonorum duo sunt genera, unum attenuare, preflue, alterum fulbore, amplectu dicentium. Hic oppo- situs adverbio attenuare, aliud adverbium ample.

A T T E N U A T I O, ὄνις. f. [ἐγενέντως] Ipse attenuandi actus.

Attenuatio suspicioris. Auth. ad Herenn. lib. 2. 3. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicioris.

A T T E R A N T U S, Adj. ut, Fulmina attteranea, Quæ in inclusu sunt. Sen. 2. Quæst. Nat. 49. Sed variant codi. V. Gruteri not.

A T T E R O, triv. tritum, [τρεπεῖσθαι] āre. est Rem aliquam cum alia, vi quadam conjungere, & quodammodo confricare. ut, Attterere gladium coti, quod barbari Acutare dicunt. Plin. lib. 9. cap. 51. Anguilla attterunt se scopulis.

Attrita inter se ligna. Plin. lib. 2. cap. 107.

Atsimus attterens se spinetis. Plin. lib. 10. cap. 74. i. e. Africans.

Attterere, Communiuere, frangere, consumere. Columel. lib. 5. cap. 6. Virg. 4. Georg. 12.

— aut errans bucula campo Decutiat rorem, & surgentes attterat herbas. Cels. in procem. lib. 1. Et duce alii Erasistrato attteri cibum in ventre contendunt.

Attterere alveum, pro Terere, seu Calcare. Plin. lib. 8. cap. 5. de elephantibus.

Imbelles attterit hasta manus. Propert. lib. 4. 3. 24. conf. infra Attteruisse.

Attterere aures alicui, per translationem. Plaut. Perf. 4. 9. 11. Cuiquam mortali libero aures attteram?

Attterere item per translationem: ut, Attrita bellis Æthiopia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Attterere famam alicuius. Sallust. in Catil. 16. Post ubi eorum famam atque pudorem attriverat, majora alia imperabat. i. e. Postquam ad infamiam & iniquitatem eos adegerat.

Attterer alteri alterw. Sallust. Bell. Jugurth. 81.

Hostem attterere. Flor. 3. 22. & Justin. 41. 64.

Attteruisse poetice, pro Attteruisse. Tibull. 1. 4. 42.

Aut operi infuctas attteruisse manus. al. Attenuasse q. V.

A T T R I S, Partic. [παρατημένος] Virg. 6. Ecl. 17.

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Attrita opes, sapientia apud Livium, pro Inminutæ.

Patrimonium. Suet. Aug. 40.

Toga attrita. Martial. lib. 14. 125.

Vomer attritus. Virg. 1. Georg. 46.

Attteritus pro Attteritus in codice Vaticano Taciti legitur.

Compar. Cic. 6. Verr. 94. Herculis templum est apud Agrigentinos, non longe a foro, fane sanctum apud illos & religiosum. Ibi est ex ære simulacrum ipsius Herculis, quo non facile quicquam dixerim me vidisse pulchrius: rameti non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi: usque eo Judices, ut riœtus ejus ac mentum paulo sit attritis, quod in precibus & gratulationibus non solum dicit venerari, verum etiam id osculari solent.

A T T R I F U S, iis. m. [παρατηλεύς] Plin. lib. 9. cap. 45. Contactos pisces, attributus petra scalpentes pruritum, invadit.

Exattitu facta. Plin. lib. 33. cap. 6.

Attritus arborum. Plin. lib. 8. cap. 32.

Attritus calceamentorum. Plin. lib. 28. cap. 16. & 30. 9.

Sed virtus & attritus celerrime fanat plantago. Plin. lib. 26. cap. 8.

A T T R I T O, ὄνις. f. Mart. Capella.

A T T R I S, V. **A T T I S**,

A T T E S T O R E, [παρατητός] āri. est (ut ait Perrott) In testimonium adducere. Cic. pro Milon. 69. Is qui ita natus est, & ita consuevit, te Magne tamen attestaretur. Hor. 1. Serm. 9. 76.

— casu venit obviis illi

Adversarius & Quo tu turpissime? magna

Exclamat voce: & licet attetfari? ego vero, Oppono auriculum, rapit in jus, &c. Quem ad locum Acror. & Schol. Cratianum. V. & supra **A T T E S T O R E**. Plaut. Perf. 4. 9. 11. leno ad Satyronem paratum, Nonne attetfari? & paratus, Tuane ego caufa carnifex cuiquiam mortali libero aures attteram?

Attetfari, pro simplici Testari accipitur. Plin. in præf. lib. 1. Hoc attetfatur vel inimico judicii probari posse.

A T T E S T A N S, Partic. [παρατητός] Qui testimonium reddit. Cic. pro Syll. 82. Sed quia sunt descripti Consulares, de his tantum mihi dicendum putavi, quod fatis est attestante memoria omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non, &c.

Attestante Artemidoro. Plin. lib. 2. cap. 108.

A T T E S T A T I O, ὄνις. f. Macrob. 2. Somn. Scip. 9. Describi hoc nostra attestatione non debuit.

A T T E S T A T O R, ὄνις. m. [παρατητός] Plin. 6. Epist. 17. Quanquam quis non reverenter hujus operis, quis benignior attestatur?

A T T E S T A T U S, Partic. [παρατητός] Te timonio comprobatus. Plin. lib. 10. cap. 43. Reddatur & corvis sua gratia, indignatione quoque Pop. Romani attestata, non solum conscientia.

Attestata dicebantur fulgura, Quæ iterato siebant, videlicet significatio non priorum attestantia. Feltus. Senec. Nat. Quæst. 2. 49. Fulmina attestata sunt quæ prioribus contentivit.

A T T E X O, ui, tum, [παρατητός] āre. Addere, adjungere. Cic. de Univers. 36. Vos autem ad id quod erit immortale, partem attextores mortalem, conf. Varro 2. de R. 5.

A T T I C A, [Ἄττις, Ἄττις] Regio inter Achiam & Macedoniam, quæ quibus nominibus antiquitus dicta fuerit infra v. A T T H I S dicetur. Unde A T T I C U S, Adj. [Ἄττικός]

Aspectus Atticus, i. e. Os impudens. V. Erafsm. Chil.

Dialectus Attica apud Grammat.

Eloquentia, i. e. Summa. V. Burman, ad Quintil. procem. lib. 6.

Elegancia. Ter. Eun. 5. 8. 63.

Fides, i. e. Sincera. Velleius, 2. 23.

Lepos. Hieron. de optimo gen. Interp.

Musa; ita nominatus est Xenophon, ob eloquentiam.

Stilus. Cic. de Clar. Orat. 167.

Subtilitas. Idem 67.

Atticus fuit Cognomen Titi Pomponii, quod Attice optime loqueretur: Nepos, 4. 1. in vit. Sic Graece loquebatur, ut Athenis natus videretur: vel quod Athenis diutius commoratus fuit.

A T T I C E, Adv. [Ἄττικῶς] ut, Attice loqui, h. e. Lingua Attica. Cic. de Clar. Orat. 290. Nam huius eos qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide, Attice putat dicere: is recte nisi Atticum probat neminem.

A T T I C I S M U S, [Ἀττικός] Phrasus Attica, vel Attica loquutio, & dicens genus Atticum. Cic. 4. Att. 17. Quintil. lib. 6. cap. 3.

A T T I-

A TTICISSO, [*Αττικίζω*] ēre. Curiosus Attice loqui. Plaut. Men. prol. 12. **ATTICIDIATES**, Populi sunt in sexta regione Italie, quorum meminimus Plin. lib. 3. cap. 14.

ATTIGO, sive nā a veteribus suis usurpatum probat Nonius pro Attingo. Plaut. Afr. 2. 2. 106. Hercle vero tu cavebis, ne me attigas. Idem Molt. 2. 2. 37. Abscedite, telis ne attigant. Locus citatus in multis editionibus sic se habet, Abscedite, ades ne attigite.

Attigas, pro Contingas. Turpil. Leucad. Ne me attigas, atque auser manum. Accius Erigonis: Age age, amolire, amitte, cave vestem attigas.

ATTIGUS, [*αττιγός*] ab Attingo antiquo verbo; Quod ita vicinum est ut attingat. Apul. lib. 4. Contra proclive montis attigui fuga me liberavi. Quomodo & Contigus dicuntur.

ATTILIUS, V. **ATILIUS**.

ATTILA, vel **ATTYLA**, [*Ἄττηλας*] Hunnorum Rex, Flagellum Dei dictus, qui totam pene Europam cladibus & vastatione complevit, Blelam fratrem & confortem in regno suo peremit: Unam cladem in campis Catulanicis a Romanorum, Francorum, Gothorum, Burgundionumque conjunctis copiis passus, Aetio duce, ceteris partibus vitor, Ao. 450. hamoptoe in thoro nuptiali oppreslus perit. Prosper. Chron. V. Pitisc.

ATTILUS, Piscis in Pado, inertia pinguefens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Plin. lib. 9. cap. 15.

ATTINENS, ui, [*αττιγίνες*] ēre, ex Ad & Teneo: idem significat quod Tenero. Plaut. Capt. 2. 2. 16. Nunc jam cultus attinet. Tacit. 1. Ann. 35. Ni proximi prehendam devtram vi attinuissent.

Attinere aliquem, pro Retinere. Tacit. 2. Hist. 14. Delete omnes copiae forent, ni victorem exercitum attinuerit obcurum noctis. Et Saltus Bell. Jugurth. 108. Simum Romanos & Numidum spē pacis attinuisse. Attinere publica custodia. Tacit. 3. Ann. 36. Precabantur Drusum, daret ultioris exemplum, donec attingeret convictamque attineri publica custodia iussit.

Attineri vinculo servitutis. Tacit. 13. Ann. 27. Quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinculo servitutis attineri.

Defectione attineri. Tacit. 13. Ann. 37. Vologesen defectione Hyrcaniam attinet, suader Tyridat precibus Caesarum aggredi.

Discordis. Tacit. 1. Ann. 50. Ob amissum Augustum discordis attinemur.

Domi studiis. Tacit. 14. Ann. 56. Seneca rarus per urbem, quasi valedicē insensa, aut sapientia studiis domi attineretur.

ATTINER, [*αττίγειν*] fere impersonaliter legitur, pro Pertinet, decet, convenit. Cic. 4. Acad. 37. Nihil attinet de afflitione omnino loqui.

Nec que nihil attinet. Hor. 1. Carm. 19. 12.

Attinet ad item colendam. Cic. 4. de Fin. 38. Si igitur illa cultura vitiū in vite infit, ipsa certe, credo, velit, quae ad colendam item attinebunt, sicut anteac, &c. h. e. Speculabunt.

Attinet ad me. Ter. Adel. 2. 1. 32. Jamne me vis dicere quod ad te attinet? Ubi Donatus, Quod tibi prodeat & commodum est? Hoc ad me attinet, Nihil ad me attinet. Plaut. Bacch. 2. 2. 51. Negotium ad me attinet aurarium. Ter. And. 1. 2. 16. Nihil ad me attinet. Idem. Adel. 3. 3. 82. Illum curu unum, ille ad me attinet.

Quid istuc ad me attinet? Plaut. Epid. 1. 1. 70.

Quid ad me attinet. Cic. pro Rose. Amer. 120. Servos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo.

Quam ad rem dicam hoc attinere somnum? Plaut. Rud. 3. 1. 19.

Quid attinet, &c. Hor. Epod. 4. 17.

Quid attinet tot ora nūnū gravī

Rolstrata duci pondere. **Contra latrones?**

ATTINGO, i. g. acūm, [*ἀττίγειν*, *ἀπάττεσθαι*, *ἐπανέψειν*] ēre. Leviter tangere. Virg. 5. Ecl. 26.

— nec graminis attigit herbam. Ter. Adel. 2. 1. 24. Tetigint' tui aliqd? c. si attigiles, ferres infortunium. Ubi Donatus, Plus dicit Attigiles, quam Tetigiles. Est enim multo minus Attingere, quam Tangere. Idem Eun. 4. 6. 2. Atq[ue] si illam digito attigerit uno, oculi illico effundentur. Ubi Donatus, Digito uno, Moris communiantur est, ad exiguum revocare commissa que se ultros prædicent. V. Digito Attingere Aquam attingere mento. Cic. 1. Tusc. 10.

Ad rem nihil attingit, pro Nihil attinet. Plaut. Merc. prol. 32. Hoc ideo fit, quia nec nihil attingunt ad rem, nec sumptus videt, tum amator proficiat adverso tempore.

Britannianum attigit, pro Pervenit in Br. Cœf. 4. Bell. Gall. 33. Ipse hora circiter diei quartā, cum primis navibus Britanniam attigit.

Doctrine aliqd. Cic. 2. de Orat. 1. Opinio fuit L. Crisium non plus attigile doctrine, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset.

Forum. Cic. 5. Fam. 8. De me sic exiliūt, ac tibi persuades vehe-

menter velim, me non, &c. sed, ut primum forum attigerim, specta-

se semper, ut tibi possem quoniam maxime esse conjunctus. V. FORUM.

Hæreditatem attingeri. Cic. 6. Att. 9. Procura, quantulacunque est,

Pretianam hæreditatem, prorsus illam ne attingas.

Leviter aliqd in transitu. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Librum aliquem stricim. Cic. 2. Att. 1.

Literas. Cic. 1. de Orat. 82. Namque egomet qui fero ac leviter Græcas literas attigessim. i. e. Parum studiisse Gracis literis.

Legis initium voce tantum attingere. Cic. de Arusp. Resp. 7. Hesterno die quum mihi stanti tacens minaretur, voce tantum attigi legum ini-

tium & judicij, confidit ille. Clodium intelligit.

Naturam humanam attigit. Cic. 1. Off. 18. Ex quatuor locis in quos honesti naturam vimque divisimus, primus ille qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attigit humanam.

Nomen legis attingere. Cic. 2. de Legib. 13. Quid quod multa pernicio-

se, multa pestifera sc̄escuntur in populis, quæ non magis legis nomen

attington, quam si latores aliqua concessu solum sanxerunt? i. e. Non

magis sunt leges, &c.

Oram aliquam, five Regionem attingere, pro Vicinum esse. Cœf. 1. Bell.

Gall. 1. Attingit etiam a Seguanis & Helvetiis flumen Rhenum: vergit ad septentriones. Cic. 5. Att. 20. Perrexii in Ciliciam per Cappadociam par-

tem eam quo Ciliciam attigit.

Perquam breviter perlittere atque attingere. Cic. de Orat. 2. 201. Ut

de lege Apuleia dicarem, ut quid esset minuere majestatem explicarem,

perquam breviter perstrinx atque attigit.

VOL. I.

Partem aliquam sceleris alicuius. Cic. pro Sext. 68. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocunque venierat, &c.

Rempublicam. Cic. 2. Att. 22. Rempublicam nulla ex parte attingimus in causis: atque in illa opera nostra foreni funesta induxit verlanur. Rem aliquam, pro Tractare. Cic. 4. de Fin. 76. Priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. i. e. Nullam prorsus mentionem de ea secerunt. Plin. in praefatione operis, Jam omnia attinenda qua Graci *τὰ τεκνητούδινα* vocant.

Rem attingit ad verbum. Cic. pro Cœc. 49. Potestne detрудi quisquam qui non attingit? nonne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudiri, cui manus afteretur? necesse est in quantum, si ad verbum rem volumus attingere, neminem itatū detrusum qui non adhuc habita vi, manu demotus & actus præcepis intelligatur.

Rem unanquam lingulatum attingere. Cic. 1. de Invent. 34.

Senectutem. Columel. lib. 1. Necdum senectutem attigerit, h. e. Non dum feneritur.

Studia. Suet. de Clar. Gram. cap. 9. De re aliqua attingat. Cic. 1. Q. frat. 1. De his rebus nequid attingat. Te attingit hæc res. Cic. 2. de Legib. 3. Sed nimis me alia quoque causa delectat, que te non attingit ita.

Pertinet ad & attingit. Cic. 5. de Fin. 24. Quum animal processit paullum, & quatenus quicquid se attingat, ad sequē pertineat, perspicere coepit, tum sensim incipit progredi, sequē agnoscer & intelligere.

Cura attingit. Cic. 9. Att. 13. Siqua de Pompeio nolto tuendo, & tibi ac Reip. reconciliando cura te attingit. i. e. Siqua est tibi cura etiam minima. Vel ut at Virg. 1. En. 265.

— quando haec tuta cura remordet.

Digitō cœlum attingere dicuntur, Qui longe supra mortalium conditio- nē, ac diis proximi esse videntur. Cic. 2. Att. 1. Notri autem principes digitō se cœlum putant attingere, si nulli barbari in pīcīnis sunt, qui ad manū accedant. Erasmus.

Digitō attingere. Cic. 5. Tusc. 55. Lælius si digitō quem attigisset, ponas dedisset. i. e. Si vel levissime tetigisset: ita enim levissimum & pen- ne nullum tactum exprimere solebant, ut in epigrammate veteri apud Gellium,

Si digitō attigere incendam silvam simul omnem. i. e. Si vel levissime tetigero. V. a princ. h. v.

Digitō extremitate attingere aliquod genus vitæ, proverbialiter dictum. Cic. pro Cœl. 28. Et audiū non modo qui primoribus labris guttaſſer, genus hoc vitæ, & extremitas (ut dicitur) digitis attigunt, sed qui to-

tan adolescentiam volutatibus dedidunt.

Dolor attingit. Cic. 3. de Fin. 30. Id ita eſte sic p̄t bant, quod antequam voluptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parvi, aspernatur, &c.

Infamia attingit. Liv. 7. Bell. Pun. Sed erant perpauci quos ea infamia attingeret.

Invidia cum attingit. Cic. 3. Fam. 10. Quo studio providit, nequa me illius temporis invidia attingeret.

Labris primoribus aliquid. Cic. 1. de Orat. 87. Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, que ita rhetores ne primoribus quidem labris attigunt. V. Digitis extremitas attingit.

Sanguine, cognatione, affinitate, necessitudine aliquem attingere. Cic. 4. Ver. 27. Quo quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliquem attingebat.

Suspicio. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Deinde quos in Senatu ne tenuis- sima quidem suspicione attigerat, eos nominavit.

Veribus & inchoare. Cic. pro Arch. 28. Quas res nos in Consulatu nostro vobiscum simus pro salute hujus urbis atque imperii, & pro vita ci- vium, proque universa repub. gloriſimus, attigunt hic veribus, atque inchoavit.

Attingere aliquem, pro Nominare. Cic. pro Rose. Amer. Usque eo ani-

madverti, Judices, cum jocari, atque alias res agere, ante quam Chrysogonus nominavi. quem similiter attigi, statim homo se exereit.

Attingere aliquid, aut sensu gustare. Cic. pro Arch. 17. Quod si ipsi haec neque attingeret, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus.

ATTACRUS, Partic. ut, Attacrus telis. Sil. lib. 11. 147.

ATTACRUS, ūs. m. [*αττάκρος*] Virg. 7. En. 350. de serpente, quem Ale- cto in sinum Amare congejerat,

Ille inter veltes, & lavia pectora lapsus

Volvitur attacru nullo. Ubi Servius, Sine morsu, sine sensu.

Varro de R. R. lib. 2. cap. 5.

ATTIS, ūdis. [*Ἄττης*] Cranai filia, a qua regio Attica, ut quidam existimant, dicta est, quam prius Acte & Actaea ab Actaeo rege dicerebatur: ut Favorino apud Steph. & Lycophoni placet: Sive ab *ἄτην*, quod Lit- tus significat: quem ea regio (ut Strabo in principio libro non scribit) magna ex parte littoralis sit. Plin. 1. 4. 7. Paſan. in Attic. conf. A.T.A. In hac sunt Athenæ, & Marathōn campus, cum oppido ejusdem nominis.

ATTIS, id. Atticæ regio. Lucret. lib. 6. 114.

Attide tentant greflus, oculique in Achæis

Finibus. h. e. Atheniensis podagra magna ex parte laborant. V. dīct. præc.

ATTIS, ūdis. [*Ἄττης*] Lufcina dicitur, quasi Attica. Martial. lib. 1. 55. Sic ubi multisona fervet facit attide *άττους*. Alludit ad Philomelæ metamorphofin.

ATTIS, vel **ATTIS**, vel **ATYS**. Paſanæ Attæs, *Ἄττης*, dicitur, Ca- lai Phrygi filius, impotens generandi a matre genitus, adulitus in Lydiā migravit, ibique Magnæ matris ceremonias docuit. Usque eo au- tem Dea charum suffit dicit, ut Jupiter amulatio ductus, immissio apro, eum interinendum curaverit. Hæc ille in Achæis ex Hermēfia naçte. Sed ibidem aliam fabulum sufficit, quam Gallograeci jactarent. Alter Serv. ad En. 9. 116. refert, & aliter rufus Cattulus Carm. 60. Ovid. 10. Met. 103. in Pinum conversum docet:

Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus,

Grata Deum matr: Siquidem Cybelen Attis

Exiit hac hominem; truncoque induruit illo. Ubi Interpp. V.

& ad Catull. & Ovid. Ibln. v. 457

ATTITÖDE, ūre. Titulum apponere. Rufinus.

ATTIUS. Nom. gent. Rom. Plebeiae. In nummis **ATTIUS** scribitur, teste Fulv. Urfino q. V. Atti cujusdam Pigmentarii meminit Cic. 15. Fam. 17.

O. 2. I. At-

L. Attius, Poeta eximius fuit, multis annis Pacuvio minor, qui dicebatur plus habere magnitudinis & grandiloquentie, ut ita dicam: Pacuvius plus doctrinae. Cic. in Brut. 229. Attius istidem edilibus ait se & Pacuvium docuisse fabulum, quem ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. Idem Cic. in Orat. pro P. Sextio, 119. seq. multos Attii versus profert, eumque disertissimum poetam appellat. De aetate eius V. Corrad. ad Brut. Cic. 107. Scribitur interdum Accius sed perperam. [Huc ergo transfer, quae supra in A C C I U S leguntur.]

A T T O L L O, [ἀττάλω, ἀπολεῖν, περιελέγειν] ēre. ex Ad & Tollo compositum; Erigere significat. Plaut. Caes. 4. 4. 1.

Sentim super attollē limen pedes, nova nupta.

Attollere & levarē. Liv. Quomque se quisque attollere ac levare vellet. Aliquem trivis attollere. Hor. 1. Epist. 17. 58.

Nec femel irifuis trivis attollere curat.

Fracto cruce planum.

A gravi casu fe attollere. Liv. 8. 7. Quem euspidē parmaque innixum, attollentē fe a gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emiseret, terra affixit.

A terra fe attollere. Plin. lib. 24. cap. 10. Item chamaecission appellant hederam non attollentem fe a terra. i. e. Serpentē humili.

Arcadia attollitur in montes sex atque lxx. Plin. lib. 4. cap. 6.

Arctem tectis attollere. Virg. 3. Æn. 134. Ubi Servius, Id est domos adficare.

Colles atli attolluntur. h. e. Assurgunt & elevantur. Plin. lib. 12. cap. 14.

Gloria se attollit. Virg. 4. Æn. 176.

Humeris attollere. Virg. 4. Georg. 217.

Et sepe attollunt humeris.

Immensum flumen attollit. Tacit. 6. Ann. 37. Nuntiavere accolae; Euphratum nulla imbrum in sponte & immensum attollit.

In cœlum. Plin. lib. 21. cap. 7.

Iras attollere. Virg. 2. Æn. 185.

Minas attollens serpens. Columel. lib. 8. cap. 2. Quin attollentem minas serpentes, vel aliud noxiun animal interficiere.

Malos attollit juber. Virg. 5. Æn. 829. Ubi Servius, i. e. Vela per marorum volubilitatem levari: nam cum navigarent non dubium quin olim exerent arbores.

Muros attollere. Sil. lib. 15.

Nomen alicuius attollitor ad fidera. Lucan. lib. 7. 11.

Oculos attollere, Suspicare. Virg. 4. Æn. 688.

Rcs ex auditio potius, quam sensibus ipsius.

AUDITUS, os. m. [ἀρχή] Idem quod Auditio, vel sensus ipse audiendi. Plin. lib. 10. cap. 6. Auditus cui hominum primo negatus est, huic & sermonis usus ablatus.

Auditus solers. Plin. lib. 8. cap. 28. Vulpes animal alloqui solerti auditu. Transitus auditus aperit acetum scillicetum. Plin. lib. 2. cap. 2.

Gravitate auditus discutit oleum amygdalinum. Plin. lib. 2. cap. 4.

Auditus amittere. In AUDITO.

Auditus tempore patet: ejus enim sensu etiam dormientes egemus: a quo quum sonus est acceptus, etiam et somno excitamur. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.

Auditio intelligi. Cic. pro Marcell. 12. Vereor ut hoc quid dicam, non perinde intelligi auditu posset, atque ego ipse cogitans sentio. [Hic est, ut Grammatici quidem volent, Supinum posterius.

Brevia auditu quanvis magna transfit gravioribus curis impar. Tacit. 2. Hist. 59.

Nihil preter auditum habeo. Cic. 1. Off. 33. Nec noster quidem probandus, si verum est, Quintum Fabium Labecorum, seu quem alium, (nihil enim preter auditum habeo), arbitrum Nolani & Neapolitanis de finibus a Senatu datum. [Hic & Auditum neutrum absolute posse videtur, ut supra.

AUDITURUS, Partic. [ἐπεισόντως] Lucan. ad Pison. 74.

Puerum tota concurrat ab urbe juventus,

Auditura virum.

AUDIVITAVI, Sape audivi. Fest. Obsoletum. Legendum Auditavi, ut jam viri docti moneruntur, & vetustiores codd. exhibent.

AUDUM, Promontorium, & AUDUS, Fluvius nunc *balassa* dictus, sunt in Mauritania Cæsariensi.

A V E

AVE, [Ἄνθει] Verbum defectivum, nam leguntur tantum, Ave, aveto, ave, ave. Martial. lib. 5. 52.

Exprimere, Ruffe, fidicula licet cogant,

Ave Latinum, ξάνθη non potest Graecum.

Ave, Salutatio matutina est, in Vale vespertina. Martial. lib. 1. 56.

Et matutinum portat ineptus ave.

Ave, in fine epistola, pro Gaudero vel Salveto. Sallust. in Conjur. Capit. c. 35. Nunc Orestillani tibi commando, tuque fidei tradō: eam ab injuria defendas, per liberos tuos rogatus. ave.

Avere, Salvere. Martial. lib. 9. 8.

Jam satis est, non vis Avere avere, vale.

A veteribus per H scriptum est, ut Cic. 8. Fam. 16. Simul atque have mihi dixit. V. Burn. Quintil. 1. 6. Cort. ad Sall. d.l.

AVÉHO, xi, etym., [ἀνθέως] ēre. Ex loco aliquo ad alium vehere. Ter. Adel. 4. 5. 19. Is venit ut secum avehat. Suet. in Cef. 66. Et mox ex praefectura proficisciens in Hispaniam, inter officia profequentium fasces que lictorum lectica sua avexit.

Avehere, sine præpositione. Liv. 1. Equites mercede conductos Ægypti pntu arietum. i. e. In Ægyptum.

Avehere ab aliquo loco. Plaut. Men. 5. 9. 56. Quot eras annos natus, quum te pater a patria avchit?

AVELLA, [Ἀβέλλα] vel AVELLINUM, & antique ABELLINUM, Oppidum Campanie: a qua Avellana nuces. Servius. Sil. lib. 8. 520. & 545. — & pauper fulci cerealis Avella. V. Strab. lib. 5.

ABELLUM, apud Servium in Virg. 2. Georg. 65. V. ABELLA & ABELLINUM.

ABELLA, a. f. [Ἀβέλλη] Nux ex arbore quæ Corylus dicitur. Plin. lib. 15. cap. 22. Ceteris quicquid est, solidum est: ut in avellana & ipso nucum genere, quas antea Bellinianas patrio nomine vocabant. In Aliam Graciæ que e Ponto venere: & ideo Pontice nuces vocantur. Sed & Prenestinæ dicuntur, ut tradit Macrob. 3. Saturn. cap. 18. conf. ABELLINA.

AVELLO, ell. & ullo, ullum, [ἄβελλον, ἀβέλλην] ēre. A loco & per vim vellere. Virg. 2. En. 165.

Fatale aggredi facrato avellene templo

Palladium. Ubi Servius, Avellene, ostendit invitum. Plin. lib. 2. cap. 78.

Cohærens & Avulsus, contraria. Plin. lib. 3. cap. 8. Quondam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari avulsa. De Sicilia loquitur.

Avellene vi. Cic. de Senect. 71. Quasi poma ex arboribus si cruda sunt, vi avelluntur: si matura & cocta, decidunt.

Avellene & abstrahere. Cic. pro Font. 3. 6. Num etiam de matris hunc complexu lectissima miseraria que feminæ, vobis inspectantibus, avel-

let atque abtrahit?

Avulsius a suis. Cic. pro Domo sua, 145. Ut perpetuum dolorem avulsius a meis sustinerem.

Avelli fundus emptori non potest. Marcell. in l. penult. D. de fund. dotibus.

E signo Cereris hoc avellendum asportandumque curavit. Cic. 6. Verr. 110.

Avulsius his. Plin. lib. 5. cap. 2. Et horum pars quondam Vesuni, qui avulsi his, propriam fecere gentem versi ad Æthiopes. i. e. Separati.

Frondes avellene. Ovid. 2. Met. 351.

Avellene rus ab aliquo, pro Vi eripere. Ter. Eun. 3. 3. 14. Credo ei plæcere hoc: sperat se a me avellere. Ubi Donatus, Bono usus est verbo Avellene: tangam a pertinaciter retinet.

Avellene se a meretrice, vel Ayelli. Ter. Hecy. 4. 1. 39. Avelli, i. e. Abduci, &c. De Prat. Avulsi V. in RVELLO.

AVULSIO, ōnis. f. [Ἀβέλλησις] Plin. lib. 17. cap. 10. Aut enim femine provenient, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulsiōne.

AVULSOR, ōnis. m. [Ἀβέλλησα] Plin. lib. 9. cap. 45. Ubi avulforem sensere, contracte multo difficultius astrahtruntur.

AVENA, a. f. [Ἀβέλλη] Genus est frumenti notum. Plin. lib. 18. cap. 17.

VOL. I.

Primum omnium frumenti vitium avena est, & hordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti fit instar, quippe quum Germania populi edant eam, neque alia pulte vivant. V. plura ibidem. Cic. 5. de Fin. 91. At enim quia in vita est aliqd malo, ea beata esse non potest. Ne feges quidem igitur spicis uberbis & crebris, si avenam uspiam videris. De hac multa Ruell. lib. 2. cap. 24.

Avene steriles. Virg. 5. Eccl. 37. & 1. Georg. 153.

In felix lolium, & steriles dominuntur avenæ. Quo loco Servius, Steriles dici a Virgilio ait, ad discretionem carum quæ feruntur. Atqui ego putarim potius intelligere de Vitio quod in frumentis & avenis cresceret: Graeci ἄργυρα vocant: spicam habent barbatam in speciem avenæ, sed multo maiores sunt. Steriles autem vocat Virgilius, quoniam meti non possunt, eo quod grana quæ in summo sunt, ante sunt matura, quam quæ in imo. Dicit autem dominari, quia quum non metantur, lemen vel granum in terram cadens, iterum semper renascitur. Itali *squalam* vulgo appellant, quæ est similis avenæ, ut ait Matthiolus.

Avena, pro Vanis culmis & stipulis frugem non habentibus. Virg. 1. Georg. 226.

Expectata feges vanis delicit avenis. Divus enim Ambrosius sic expone, cujus hæc sunt verba: Arque utinam hanc stipulam in messe, hoc est inanem avenam fructus mei non abiciat. Ex Turneo.

Avena per metonymiam, pro fistula, ex culmo seu stipula avenæ consista. Virg. 1. Eccl. 2.

Silvestrem tenui Musam meditari avena. Ubi Servius; Avena, Culmo, stipula: unde rustici plerunque cantare consueverunt. ut 3. Eccl. 27.

Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Dicendo autem

Tenui avena, Humilis stilus genus latenter ostendit.

Angusta avena cantare. Martial. lib. 8. 3.

Sed perlucenti cantus meditabor avena. Tibul. lib. 3. 4. 71.

Strutis disparibus paulatim surgit avenis. Ovid. 8. Met. 192.

AVENACUS, Adj. [Ἄνθεις] Ex avena factum. ut, Avenacea farina. Plin. lib. 29. cap. 6. Vel cum farina hordeacea, vel avenacea.

AVENARIUS, Adj. [Ἄνθειος] ut, Avenaria cicada, Quæ appetit frumentis arescentibus. Plin. lib. 11. cap. 26.

AVENIO, [Ἄνθειο] Urbs Gallie Narbonensis, in quam Pontifici Clementi vendidit Johanna Sicilia regina. Auctor Volaterr. Vulgo AVIGNON.

AVENICUM, totius Helvetiorum gentis caput. Tacit. 1. Hist. 68. Hodie Galli id appellant AVANCES. Germani Wiflensburg. conf. AVANTICI. Nam & hoc modo in vetustis monumentis scriptum nomen oppidi per literam invenitur.

AVENTINUS, [Ἄνθεινος ὥρα] (inquit Servius) Mons urbis Romæ est, quem constat ab avibus esse nominatum, quæ de Tiberi ascendent illic sedebant: ut in 8. En. legimus, 331.

Diarum nidos domus opportuna volucrum.

Quidam etiam rex Aborigineus Aventinus nomine, illuc & occidus & sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Aventinus, cui succedit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani Sabini a Romulo suscepitos, istum acceperisse montem, quem ab Avente fluvio provincia vel appellaverunt Aventinum. Constat tamen varias has opiniones potest sequatas. Nam a principio Aventinus dictus est ab avibus, vel a rege Aborigine. Unde hunc Herculis filium constat nomen a monte accepisse, non ei præstis. Hactenus Servius, illud Virgilianum enarrans, 7. En. 657.

— fatus Hercule pulchro

Pulcher Aventinus, &c.

AVENTINUS, Adj. ut, Aventina silva. Ovid. 3. Fast. 329. Et 6. Fast. 728. Ars Aventina. Item lib. 3. 329. Aventinum jugum.

AVENTINENSIS, e. alind Adj. Val. Max. 7. 3. Aventinensis Diana.

AVRO, [Ἄνθειος] ēre. Verbum est defectivum, & Concupiscere significat. Festus: Avre nihil aliud est quam Cupere, argumento est Avulum, & Avitudinem: ex quibus præcipua cupiditas intelligitur, quum significet & Gaudere. Hor. 1. Serm. 4. 87.

E quibus unus avus quavis aspergere cunctos. Cic. 1. Off. Itaque quum sumus negotios curisque vacui, tum avemus aliquid audire & discere.

AVENS, Partic. [Ἄνθειος] Hor. 2. Serm. 4. 1.

— non est mihi tempus avenir

Ponere signa novis præceptis.

Addre Avidus, ut a Paveo Pavidus. H. St.

AVENTER, Adv. Ammian. & Sidon.

AVERNI, V. ARVERNI.

AVERNUS, i. m. [Ἀβέλλη] in pl. AVERA, crum. n. Lacus Campanie prope Baiae: quem Plutoni dicatum opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere dicebatur. V. Servium in 2. Georg. 164. Item in 3. En. 442.

Averna alta. Virg. 5. En. 732. i. e. Profunda.

Ætus Averni. Lucret. lib. 6. 830.

Grave olens Averni. Virg. 6. En. 20.

Latices Averni. Virg. 4. En. 512.

Luci averni. Stat. 4. Sylv. 3. 131.

Nigri fulcator Averni. i. e. Charon. Stat. 11. Theb. 588.

Pallens Averni. Stat. 5. Sylv. 1. 27.

Pessifer limen Averni. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 348.

Sonantia filvis. Virg. 3. En. 441.

Huc ubi delatus Cumæam acceperis urbem, Divinoque lacus, & Averna fontantia sylvis, &c. Ubi Servius;

Divinoque lacus, & Averna fontantia sylvis, & Lucrinum. Et mox de Averno solo loquens, Sane hic lacus (inquit) silvarum densitate sic ambiebat ante, ut exhalans inde per angustias aquæ sulphureæ odor gravissimus supervolantes aves necaret. Unde & Avernum dictus est, quasi ægyp. Quam rem Augustus Cæsar intelligens, dejectis silvis, ex pestilenteibus amena redditum loca. Hactenus Servius.

Tartarus Averni. Stat. 3. Theb. 108.

Vacuus. Inferi in quibus habitant defunctorum umbras tenues & incorporeæ, proindeque locum non occupantes. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 20.

Umbrosus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 116.

AVERNUS, Adj. [Αὐρύνος] Ovid. 10. Met. 51.

Hanc simul, & legem Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retro sua lumina, donec Avernus
Exiret valles.

I&Eftus avern. Lucret. lib. 6. 830.

Loca averna. Idem lib. 6. 738.

Fretta Averna. Virg. 2. Georg. 164.

Tenebra. Sil. lib. 15. 76.

Degeneres tenebris animas damnavit avernis.

Avernus pro Pluto. Val. Flacc. 2. Argon. 603. & 5. 348.

— vifullus decor omnis averno.

AVERNALIS, e. aliud Adj. [Αὐρυνός] ut, Aque Avernales. Hor. Epod. 5. 26.

Avernales Nymphae. Ovid. 5. Met. 540.

AVERUNCUS, [ἀντρίκης] are. Antiquum verbum rusticum, quasi Runca vitium fermenta avertere & amputare, vel la vitibus, quod nimium succrexit, runca expurgare. Verbum apud Catonem frequentissimum extra compositionem.

Averruncare, [ἀντρίκειν] Avertere & depellere, per metaphoram. Liv. 8. 6. Placuit averruncanda: deum ira, victimas cadi. Cato de R. R. cap. 141. Mars pater, te precor, quefoque uti calamites intemperias prohibet, defendas, averruncesque. Cic. 9. Att. 2. Dii, inquis, averruncunt. Inde fit Averruncus pro codem. Lucil. lib. 26. Dii maluerint meliora, atque amentiam averruncant tuam. Haec ipsa verba sunt apud Cic. in lib. de Fin. Pacuvius, Possum ego istam capite cladem averruncare. Ex Nonio.

Averruncare dictum ab Averendo, teste Varrone. q. V. l. 6. de L. L. p. 81. Henr. Steph. ed. post.

AVERUNCUS, i. m. [Ἀντρίκης] Deus qui mala averruncaret, id est avertet. Pacuvius apud Varr. lib. 6. de L. L. 5. Deus qui rebus meis praefect Averruncus. Itaque (inquit) ab eo precari solent ut pericula avertat. Gell. lib. 5. cap. 12. extr. In istis autem diis, quos placari oportet, ita mala a nobis, vel a frugibus natis amoveantur, Averruncus quoque habetur, & Robigus.

AVERSIO, AVERSOR, aris, & AVERSOR, oris, & AVERSUS. V. in AVERTO.

AVERTA, a. dicitur ex eo quod Averfa sit: est enim hypomachalon: fuit autem Averfa, Loralatoria, qua per terga equi jugalis excurrunt sub aliis eius succincta. In l. Quantam, in tractatu de Curfu publico, Sella cum frenis, faxagiis libras: totidem averta non transeat. Haec Budaeus ex interprete Graeco. Alciatus Accurcio accedens, eorum peitorale esse putat, ut Postilenam Plautus dixit, pro eo quod Gallis Croperia dicuntur. Idem licet ait, Sed quid si capitii ornamentum, quo habentur figurant intellexerimus, ab avertendo, quod equi per eam vertantur prout sefso ritum est?

Vide an Gr. ἀπέστρεψεν αὐτὸν apud quemp. Lexicogr. Suid. Αὔρυνθα λέγεται οἱ πολλοὶ τὸν ἄπεστρεψαν. Vide in Thesauro in ἀπέστρεψαν. Apud Hora- tium Sat. 6. lib. 1. (v. 106.) Mantica, exponitur Pera, Averfa, vulgo Bistacia. Sic apud Commentatorem in edit. Cruquii. Sed lego Bisfacia. H. St. V. Cannigl. & infra BISACCUM. Suidæ locum ex MSS. emendat in Indices Theſ. fui Henricus Steph. q. V.

AVERTARIUS, i. m. Equus qui impedita five mantican portat. Berger. de Vijs Milit. 4. Sect. 15. 6.

AVERTO, ti, sum, [ἀπέστρεψα] ēre. Alicunde convertere, five Aliunde removere. Cic. 5. Philipp. 11. Lepidus, Antonio diadema Cæsar imponte, se avertit. Sic, Oculos avertore. Ovid. 2. Met. 770. Et 5. 179. Vultum avertore.

Removere oculos, & se totum avertore. Cic. pro Corn. Balb. 11. Fuisse judicem ex illis equitibus Romanis, gravillimis viris, neminem quin removeret oculos, & se totum avertoret.

Ab aliquo se avertore. Plaut. Mil. 2. 2. 48.

Armis repellere, fugare, avertore aliquem. Cic. pro Cæcin. 33. Ab impudicis dictis averti, pro abstinenti, & defuscere. Plaut. Amph. 3. 2. 45.

Ab oculis hominum quod nolumus videri: & amandare procu. Cic. 2. de Nat. Deor. 141. Atque ut in ædificis architecti avertunt ab oculis naris quebus dominorum, ea quæ profundita necessario temi essent aliquid habitura: sic natura res finiles procul amandavit a sensibus.

Ab urbe. Cic. 1. Fam. 2. Et certe nisi si Antonium ab Urbe avertisset. i. e. Prohibuisset.

Annum ab aliquo, pro Non cogitare de illo. Cic. de Amicit. 5. Tu velim a me animum parumper avertas, Letum loqui ipsum putes.

Annum ab aliquo, i. e. Se ab illo alienare. Cæf. 1. Bell. Gall. 20. Uti totius Gallia anima a fe avertentur.

Animus ab aliis mortore. Liv. 5. Bell. Pun.

Animos omnium, & oculos. Liv. 28. 6. Quum omnium animos oculosque id certamen avertifet, porta maritimæ arcis Platō Romanos accepit.

Caufum aliquem. Virg. 3. Æn. 265.

Cogitationem a miseria. Cic. 6. Fam. 1.

Conatus alicujus a Rep. Cic. 6. Philipp. 18.

Culpam in alterum, i. e. Transferre. Liv. 1. Bell. Gall. Excusantes errorum adolescentiamque, & culpam omnem in fraudem Carthaginensium avertentes. i. e. Avertentes a fe, & transferentes in Carthaginenses. Curas dictis. Virg. 4. Æn. 394.

Equos avertit in castra. Virg. 1. Æn. 476.

Ex oculis alicujus se avertore, & auferre. Virg. 4. Æn. 289.

Falces laquei. Cæf. 7. Bell. Gall. 22.

Fontem, flumen, aut iter. Cæf. 3. Bell. Civil. 49. Omnia enim flumina atque omnes rivos qui ad mare pertinebant, Cæsar aut avertirat, aut magnis operibus obstruxerat. i. e. Alio derivarat. Cic. 2. de Nat. Deor. 162. Nos flumina arceremus, dirigimus, avertimus.

Furorem alicujus avertore a pernicie. Reipub. Cic. 4. Philipp. 3.

Hæreditatem. Cic. 12. Fam. 25. Ne patiare Erotēn Turium Q. Turii libertum (ut adhuc fecit) hæreditatem Turiānam avertore. i. e. Auferre, cripere, extorquere.

Hostem avertore a portis. i. e. Fugare. Cæf. 6. Bell. Gall. 41.

Hostem a cervicibus populi. Cic. ad Brut. 15. Atque omne præsidium effet in puer, qui a cervicibus nostris avertifet Antonium.

In fugam. Liv. 2. Bell. Pun. In fugam avertirerit classem.

Italia avertore, pro Arcere ab, &c. Virg. 1. Æn. 42.

Locus materiæ avertendus per cataplasmata. Cels. lib. 5. cap. 27.

Aliquet avertore ab infamia. Cic. 16. Att. 7. Ego vero Autro gratias mi- ras ago, qui me a tanta infamia avertit.

Mente alicujus a defensione alterius. Cic. pro Sext. 67.

Mercem, Surprie. Ulp. I. Illud. §. fedes. D. de tribut. act. Sed & si mercem perire paffus est, aut eam avertit, aut vilioris data opera distractit, vel si ut empatoribus pretium non exegerit: dicendum erit teneri eum tributoria, si dolis intervenit.

Morbos. Hor. 2. Epif. 13. 6.

Oculos omnium in se. Liv. 2.

Opinionem populi a spe adipiscendi. Cic. pro Muren. 43.

Orationem. Cic. 3. de Nat. Deor. Equidem attulisse rationes mihi videor: sed eas tu etiæ refellis, ut quum me interrogatur esse videare, & ego nesciis ad respondendum compararim, repente avertas orationem, nec despondi locum.

Pecuniam publicam. Cic. 3. Verr. 11. Quibus probemus, istum in qua

flatura pecuniam publicam Cn. Carboni Consuli datam avertisse.

Peftem ab Egyptis avertunt ibes. Cic. 1. de Nat. Deor. 102.

Prædam. Liv. 1. Et Virg. 10. Æn. 78. Item, Averttere prædam domum. Cæf. 3. Bell. Civil. 99.

Quod omen dii avertant, Precatio est, ne id accidat quod imminere videtur. Cic. 10. Fam. 8. Velim deinceps meliora sint: sin altere fuerit (quod dii omen avertant) Reipub. vicem doleo. Item 11. Philipp. 11. Quid Bestiam qui se Confusat in Bruti locum petere profitetur? atque hoc quidem detestabilis omen avertat Jupicer.

Rem aliquam, pro Furari & rapere ad se. Cic. 13. Fam. 29. Deinde quum fore conflitat hæreditas in his rebus quae avertit Oppia, quæ, &c. Rem a suspicione. Liv. 2. Bell. Maced.

Regem in cogitationem belli. Liv. 36. 7. a pr. Quum circa hanc fore consultationem disceptatio omnis avertetur, Annibal nominatum interrogatus tentantiam, in universi belli cogitationem regem, atque eos qui adherant, tali oratione avertit.

Sanguinem vel sanguinis profusionem, est Ei ceu aliud iter dare, & alio cum convertere. Cels. lib. 2. cap. 11. Averttere profusionem sanguinis. Alias Derivare, Revellere, Retropellere.

Se ab amicitia alicujus. Cæf. 1. Bell. Civil. 4. Ipse Pompeius ab ini- micis Cæsar incitat, quod neminem dignitate fecum exæquari volebat, totum se ab eis amicitia avertat.

Ab amore. Cic. 9. Att. 12. Me illius fugæ negligentiæ deformitas avertit ab amore.

Se avertire a sermone alicujus. Cic. 8. Att. 28. Qui si paffus effet nos se- cum, ut confueveramus, loqui, & non se totum etiam ab sermone no- stro avertifet, minus miler, quam sum, essem.

Se avertire in mercatum. i. e. Ab illecebris avertire se, & ad mercatu- ram se conferre. Plaut. Moſt. 3. 1. 59. Euge Philolaches patrizat, & magno in mercatum avertitur.

Senus magis facris. Virg. 8. Ed. 66. Conjugis ut magis facias avertire facris.

Experiārē fenüs. Ubi Servius. Averttere, A fanitate mutare,

aut, Averttere ait, pro Converte, ut mutata prepositio.

Situm avertire fluvio. Sil. lib. 8.

Stimulos cæci amoris avertire. Virg. 3. Georg. 210.

Surda aure averti. i. e. Nolle audire. Stat. 2. Sylv. 1. 7.

Vaginam avertit casfus. Cæf. 5. Bell. Gall. 44.

In fenū activo inventum Avertor apud Virg. 3. Georg. 499.

Victor equus fontes avertit. Et Boethius,

Heu, heu, quam surda miseros avertit auræ.

AVERSUS, Partic. Qui terga ostendit, ut ait Valla: cui opponitur Adver- sus. Cic. 2. de Orat. 256.

Averfa pars, pro Parte posteriori. Plin. lib. 11. cap. 37. Canities homi- ni semper a priore parte capitis, tum deinde ab averta.

Averfum collum lynx circumagit. Plin. lib. 11. cap. 47. Vestustiora exemplaria legunt, In averfum.

Averfus pedibus pilas volatire. Plin. lib. 11. cap. 28. Lucani e fimo in- gentes pilas averfus pedibus volant. Idem lib. 7. cap. 2. In qua sil- fices vivunt homines averfis post crura plantis.

Averfis a Sole cornibus. Plin. lib. 2. cap. 14. de Luna.

In averfa charta scribere. Martial. lib. 8. 62.

Scribit in averfa Picens epigrammatu charta:

Et dolet, averfo quod facit illa deo. h. e. Tam multa scribit epigrammatu, ut utramque paginam charte implete: sed repugnante & non aspirante Apolline: itaque nihil facienda.

Averfa pecunia publica. Cic. 3. Vert. 11.

Averfus, pro Conversu. Cic. 10. Fam. 30. Ne averfos nostros equites aggrederentur. i. e. a tergo.

Averfus a prælio. Cæf. 2. Bell. Civil. 12. Militesque averfis a prælio, ad studium audiendi & cognoscendi feruntur.

A propofito. Liv. 2. 8. Nil aliud ad eum nuntium a propofito averfus, quam ut cadaver efferi jubet.

A vero. Cic. 3. in Catil. 21. Hic quis potest esse, Quirites, tam averfus a vero, tam præcepis, tam mente captus, qui neget haec omnia quæ videmus?

A fuis. Cic. 10. Att. 12. Nihil ego vidi tam անհայտութիւն, tam averfum a fuis, tam ncelio quid cogitans.

Averfus mercaturis. Qui mercaturam edit. Hor. 2. Serm. 3. 107.

Averfus a Musis. Cic. pro Arch. 20. Neque enim quisquam est tam aver- fus a Musis, qui, &c.

Averfus contubernio. Columel. de Villico, lib. 12. cap. 1. Nec averfum contubernio suo habeamus. pro A contubernio. h. e. Vagum & ambula- torem. Idem lib. 12. cap. 1. Tum etiam sit a venetis amorus averfus.

Averfus, Itratus. Virg. 4. Æn. 362.

Talia dicentem jamdudum averfa tuerit.

Amicos averfos componere. Hor. 1. Serm. 5. 29.

Averfa dii a salute Pop. Rom. Cic. ad Brut. 16. Ego mediussidius non existimo tam omnes deos averfos esse a salute Populi Romani, ut Octavius orandus sit pro salute cuiusquam civis. Virg. 12. Æn. 647.

— vos o mili manes

Este boni, quoniam superis averfa voluntas.

Compar. Quintil. lib. 7. cap. 2. Ne illum spectans iudex, reliquo- rum defensioni sit avertior.

Averfissimus animus. Cic. 11. Att. 4. Averfissimo a me animo patris fuit.

AVERSOR,

AVERSOR, [ἀντιστούειν, ἀποστέλλειν] iūi. Valla, Averfor tibi, & averfor te. De primo nihil est dubium: secundum sunit significacionem a gestu, quod ab aliquo re quam detestamur, vultum avertimus. Quintil. lib. 11. Aspectus enim eodem semper vertitur, quo gestus, exceptis que dannare aut concedere, aut a nobis removere oportebat, utidem illud videamus vultu avertari, manu repellere. Hactenus Valla lib. 5. Cic. 4. Verr. 187. Quare incepimus de Carpino, quisnam esset is Verrutius, qui tum tantæ pecunia rationem haberet, herere homo, avertari, rubore.

Averfor aliquem, pro Detectari atque abominari, & a quo pra odio vultum avertimus. Liv. 1. 8. c. 7. Quod ubi audiuit cōs. extemplo filium avertatus, concionem clasticum advocari jussit.

Averfor preces alicuius. Liv. 3. Sed alii aversantur preces, aut verecundia aut metu.

Averfor honorem, pro Aspernari. Ovid. 1. Faſt. 5.

— levem non avertatus honorem. Et passive Aurel. Viēt. Epit.

28. Cachinnante vultu notaverit avertatio. [Forte tamen Averfo legēdum.]

AVERSATUS, Partic. Tacit. 6. Ann. 26. Aversatus sermonem Nerva. Ovid. 1. Faſt. 5.

AVERSAE BYLIS, e. Quod omnes avertari debent. Lucret. lib. 6. 389.

Cur, quibus incantum scelus avertibile cuncte?

Non faciunt, icti flammas ut fulguris halent.

Pectore perfiso, documen mortalibus acre? Scelus avertibile,

i. e. Horrendum, fugiendum. V. Lambinum.

AVERSATIO, ūnis. f. [ἀντορθία] Quintil. lib. 8. cap. 3. Ego certe

mīhi cernere video, corum qui aderant, tacitam avertationem, ac timi-

dum revercundiam.

AVERSATRIX, ūnis. f. Tertull.

AVERSOR, ūnis. m. [ἀντιστάτης] ut, Averfor pecunia. Cic. 7. Verr. 151.

Veres ille vultus proditor Confusus, translator quaestura, avertor pecunia

publica.

AVERSIO, ūnis. f. [ἀντορθία] Ipse avertendi actus. Quintil. lib. 9. Sed

illa quoque vocatur avertio. Hinc avertione enim dicitur quod ut est emitur: ideoque statim perficitur emptio quem emptor nec deliberandi nec probandi tempus posuolaverit, neque ipsi venditor vitia rei praestare cogitur, quia bonitatem eius aut vitiositatem suo periculo suscepit emptor & ad se avertit. Modest. I. offici. de contrah. empt. Res avertione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinet, etiamque res assignata non sit. Ulp. in l. Si quis vina, &c. Si avertione vīnum venit, custodia tantum praestanda est. Ibid. Vino autem per avertionem vendito finis custodire est avehendi tempus. Sic, Averlione locare. Florent. in l. Opus locat. Opus quod avertione locatum est, donec approbetur, periculo conductoris est. Vul-

lus Gallicus hoc dicit in *bōbō & iāchā*. Plaut. in Bacch. 4. 4. Conducere avertione dicit, Fiducia sua conducere: Mea fiducia (inquit) opus con-

dixi, & meo periculo rem ero. Hac ex Budaeo. Alii ab Aderto fa-

ciant Averdionem. Hotomanus conjectura non aliena ab Averri deduci posse arbitratur, quasi in hac conventione omnia una velut Everri-

culo everruntur.

A U F

AUFEIA Aqua, olim dicta fuit, que postea Martia dici coepit, omnium aquarum toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris salubritatisque laude ceteris prelatissima. Oritur in ultimiis montibus Pelignorum. V. plura apud Plin. lib. 31. cap. 3. Conf. AQUA.

AUFRÉO, aufers, abfulti, ablatum, [ἀφαγεῖν, ἀφαγῆναι] auferre. ex Ab & Fero compositum, teste Cic. in Orat. 209. significat Tollere. Cic. 3. de Fin. 10. Commentarius quodam, in quaum Ariftotelicos, quos hinc sciebam esse, veni ut auferrem. Ter. Adel. 2. 2. 14. Verum ego nunquam adeo astutus fui, quin quicquid possem, mallem auferre potius in praetentia.

Inter Tollere & Auferre est diversitas. Tollere, est Levare & erigere: Auferre, Levatum transferre. Virg. 8. Æn. 439.

Tollite cumēta, inquit, cooptosque auferre labores. Turpil. Philo-

lopato, Simul circunpectat: ubi prater se neminem videt esse, tulit, auferit: ego clam conquefior. Ex Nonio.

Quanti vellet, auferret. Cic. 6. Verr. Fore, uti quod quisque vellet,

five effet venale, five non esset, quanti vellet, auferret.

Auferre & abducere. Cic. pro Quint. 84. Quod ibidem recte custodire poterunt, id ibidem custodiunt: quod non poterunt, id auferre & abducere licet.

Detrahere, auferre & tollere. Cic. in Orat. 109. Detrahit præterea actionis dolorem, auferit humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem & fidem.

Ab janua stercus. Plaut. Afrin. 2. 4. 18.

Ab aspectu. Lucan. lib. 9. 1067.

Auferre, sine præp. Foetus uberibus ablati. Plin. lib. 8. cap. 55.

De convivis auferuntur afoti. Cic. 2. de Fin. 23.

De crario pecuniam. Cic. 7. Att. 1.

E conspicu. Plin. lib. 31. cap. 2.

Ex aliquo tristitia minas per fallaciam. Ter. Phorm. 5. 9. 49. Cic. 6.

Verr. 52. Ab hoc, abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abfulti.

Inter manus auferri. Cic. 7. Verr. 117. Itaque erat exitus ejusmodi, ut

alius inter manus & convivio, tanquam & prælio auferretur, aliis tan-

quam occulis relinqueretur. i. e. Apfortaretur aliorum manibus.

In ventrum abfulti. Cic. 2. de Orat. 265.

Pervim & metum auferre. Cic. 1. Q. frat. 1. Cogebantur Syllani homi-

nes qua per vim & metum abfularerant, reddere.

Per judicem, est Judicis autoritate & sententia rem aſsequi. Ulp. in l.

apud Cels. 5. Quod si is. D. de doli mali & metus exceptione.

Auferre judicium. Cic. pro Quint. 84. Mibi liquid deberetur peterem,

atque judicio jam pridem abfultissimum, i. e. Vicifem. Ex Budaeo.

Auferre opem, &c. Cic. pro Quint. 22. In altera spes esset ad tamē

men virum judicem veniendo, unde eo plus opis auferret, quo minus

attulisset gratie, i. e. Reportaret. Et 16. Att. 16. Liberalissimum de-

cretum abfultissimum. Hac Budaeus.

Auferre, pro Furari & rapere. Plaut. Aul. 4. 4. 7. Quid tibi surripui? e:

reddere huc sis. s. quid vis reddam? s. rogitas? s. nihil equidem tibi

Vol. I.

abfulti. s. at illud quod abfularerat, cedo. Ter. Eun. 4. 3. 18. Etiam hoc misera fufipor, aliquid domo abeuntum abfutisse. Aliquid domum suam auferebat, plura clam de medio removebat. Auferre, Impertrat. Ter. Adel. 5. 8. 14. Sine te exorem, mi pater. m. infans? aufer. Cic. pro Quint. 20. Quintus a Scapulis paucos dies auferit. i. e. Impertrat. V. infra Impertratum auferre. Aufer, pro Decline. Hor. 2. Serm. 7. 43. — aufer

Me vultu terrene.

Auferre, pro Decipere. Cic. 2. Fam. 7. Ne te auferant aliorum confilia. Ovid. de Rem. Amor. 344. Auferunt cultu.

Academiam auferre. Cic. 13. Att. 13. Commotus tuis literis, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abfulti, transtulique ad nostrum fodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor.

Æbatur multum auferat fraus impiorum. Quintil. lib. 12. i. e. Nocet. Amorem ab aliquo. Cic. 12. Att. 27. Atticæ meæ velim me ita excusat, ut omnem culpam in te transferens: & ei tamen confimes, me minime totum amorem ab eo mecum abfutisse. Legitur in emendatis codicibus, Amorem eo mecum attulisse.

Animam. Sil. lib. 15. Animus auferat ad contemplationem. Plin. lib. 9. cap. 17.

Auferre auditum. Plin. lib. 6. cap. 29. Ubi Nilus præcipitan fe fragore auditum accolis auferit, i. e. Surdos facit accolas.

Auriculam mordicus. Cic. 3. Q. frat. 4. Si cum Æscrimo Samnite Pacidianus comparatus videretur, auriculam fortasse mordicus abfultiasset. Caput alicui. Liv. 8. Bell. Pun.

Cavillam aufer, non ego nunc nugas ago. Plaut. Aul. 4. 4. 11. i. e. Remove. Dies quindecim auferent hi ludi. Cic. 2. Verr. 31. Decem dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompeius facturis est: hi ludi, dies quindecim ante auferent, deinde continuo Romani consequentur. Ita prope xi diebus interpositis, tum denique, &c. i. e. In ludis edendis quindecim dies consumuntur. Conf. Noctes.

Dolorem. Tibul. 3. 6. 3.

Dominium alicui. Ulp. in l. Si quis fervum. D. de noxal. action.

Dubitacionem. Hirt. de Bell. Alex. 7.

Equum calcaribus. Sil. lib. 10.

Fatidium. Plin. lib. 23. cap. 1.

Formam alicui cum nomine. Plaut. Amph. 2. 1. 53.

Fructum voluptam aufer solitudo. Cic. de Amicit. 89.

Gloriam. Plin. lib. 13. cap. 1. Lucan. lib. 3. 278. i. e. Eripere.

Gloriam sempiternam fecum. Cic. pro Milon. 64. Non dubitatum formirum virum quin quia suo periculo salutem Reipub. attulisset, cederet equo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. i. e. Asportaret secum in exilium.

Haud sic auferent. Ter. Adelph. 3. 4. 8. Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent. i. e. Non inuitum auferent. V. mox.

Impertratum. Plaut. Aul. 4. 7. 15. Ut illic, quod me oras, efficiam tibi, impertratum ab eo auferam. Sed V. Grut. not.

Inuitum aliquid, pro Non puniri. Ter. And. 3. 5. 4.

Judicia auferre a Senatu per ignominiam turpiditudinemque. Cic. 3. Verr.

Verum vobis dicam id quod intellexi. Judices: homines scitote esse quodam, quos tantum odium vestri ordinis teneat: ut hoc palam jam dictarent, se ictum quem facient esse hominem improbisimum, hoc uno nomine abfulti velle, ut ab Senatu judicia per ignominiam turpiditudinemque auferantur.

Jurgium auferas hinc si sapias. Plaut. Pers. 5. 2. 19. i. e. Omittas.

Jus eripere atque auferre alicui. Cic. 1. Verr. 19. Quod in unaquaque re beneficio Senatus Populique Rom. juris habui, id mihi tu C. Verres eripiuit atque abfulti.

Aufer abhinc lacrymas, barathro, & compesce querelas. Lucret. lib. 3. 967. ed. Lamb.

Laudem ex aliqua re. h. e. Reportare. Cic. 3. Verr. 20.

Litem. Plaut. Rud. prol. 20.

Lumbifragium. Plaut. Amph. 1. 1. 298. Hodie lumbifragium hinc auferes. Plautino ioco factum est lumbifragium, veluti, Naufragium.

Mensam. Plaut. Amph. 2. 2. 175. Te dormitare aibas, mensa ablata est, cubitum hincabimur.

Metus. Virg. 12. Æn. 316.

Noctes & dies alic. Ovid. de Rem. Amor. 538.

Nomen auferre aliis, & fulgore claritatis tenebras obducere. Quintil. lib. 10.

Nugas. Plaut. Truc. 4. 4. 8. Quid agitur voluptas mea? p. non volup-

tas, aufer nugas: nimirum ego nunc de ifacta ago. i. e. Define.

Oblivio illius abfulti. Sallust. de Rep. ord. 1. 4. 1. An illa, quæ paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriisque Syllanam increpabantur,

oblivio abfulti? i. e. Penitus obliiū estis? Sed ali codd. Intercepit.

Opes. Ovid. 20. Epit. 146.

Pecuniam ex editio. Cic. 6. Att. Illud quidem fatebitur Scaptius, me

jis dicente, sibi omnem pecuniam ex editio meo auferendi potestem

suisse.

Pignora, est quod nunc dicimus Captionem bonorum. Cic. 3. de

Orat. 4. Hic quin homini & vehementi & diserto & in primis forti ad

refidendum Philippo, quasi quasdam verborum faces admovisset, non

tulit illi, & graviter exarstis pignoribusque ablatis, Crassum inituit

coercere. Bud.

Pollicitationes aufer. Ter. Phorm. 5. 6. 17.

Premium. Plaut. Pfeud. 4. 7. 127. s. De improbis viris auferri præ-

mium & prædam decet.

Responsum ab aliquo. Cic. 1. de Orat. 239. Equidem hoc sœpe audivi,

accusuisse ad Crassum confundendi quædam rusticum: qui quum

Crassum feduxisset, argue ad eum retulisset, responsumque ab eo verum

magis quam ad tuam rem accommodatum abfultiasset, ut eum tristem

Galba visit.

Relliquias vita membris ex omnibus auferit. Lucret. 6. 825.

Se auferre, i. e. Abire. Plaut. Afrin. 2. 4. 63. Aufer te domum, ascende

hinc. Ter. Phorm. 3. 3. 26. Aufer te hinc. Virg. 4. Æn. 389.

— sequi ex oculis avertit & auferit.

Somnum. Cels. lib. 1. cap. 9. Calor concoctionem prohibet, somnum

auferit, &c.

Somnos aufert timor. Hor. 2. Carm. 16. 16.
Spem. Cic. 3. Off. 10. Oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitan-
di spem auferat.

Spiritum alicui. Cic. 7. Verr. 1. 17. Quid dabis ne diu crucietur? ne s̄epius
feriatur? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur?

Studium. Hor. 3. Carm. 12. 6.

Tacitum aliquid. Plaut. Afin. 4. 2. 7. Suspendas potius me, quam tac-
ita hæc auferas. i.e. Quam taceam de hac re.

Transversos. Plin. lib. 28. cap. 1. Dictæ erant omnium rerum naturæ,
inter cœlum ac terram nacentium, restabantque que ex ipsa tellure fo-
diuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent trans-
versos, ex ipsis animalibus quæ sanantur reperta majore medicina.

Vitam. Ovid. 21. Epist. 187.

Voluntatem. Cic. 3. Verr. 20. Ut alter dies amicis iktius & defensoribus,
non modo spem victoriae, sed etiam voluntatem defensionis auferret.

ABLĀRUS, Partic. Valer. 6. Argon. 682.

— ne ablatum sequitur, quartæ fororum.

Foetus ablatus uberibus. Plin. lib. 8. cap. 55.

ABLATIO, onis. f. Tertullianus.

ABLATICVS, Adj. ut, Prepositiones ablativæ. Isidor. 1. 12. Causa
ablative, i.e. Sextus. V. apud Grammaticos.

ABLATOR, onis. m. Qui auferet. August.

AUFIDĒNA, [Αὐθίδηνα] Ptolemaio authore, Urbs Italica, Caracenorum,
qui sub Ferentianis sunt. hodie Alfedena. Liv. 10. 12. Hinc

AUFIDENATIS, Populi, quorum Plin. inter Samnites meminuit, lib. 3.
cap. 12.

AUFIDIUS, Nom. gent. Ro. ex qua fuit Aufidius, Cognomento Lurco,
qui primus pavones saginare aggressus est, ex eo quælibet reditum sexage-
norum felicitiorum percipiens. Author Plin. lib. 10. cap. 20.

Aufidius Baetus, Nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus
Germanicis historiam conscripsit.

Aufidius alias apud Hor. Hor. 2. Serm. 4. 24.

Aufidius fortis miserebat mellia Falerno.

AUFIDIANUS, Adj. ut, Nomen Aufidianum. Cic. 16. Fam. 19.

AUFIDUS, [Αὐθίδης] Apulia Fluvius, quem cruentum ex Cannensi Ro-
manorum clade aliquandiu sūisse Florus scribit. V. & Strabonem lib. 5.

In Hirpinis ortus jugis, Canumium urbem præterfluit. Auth. Plin. Vulgo

nunc dicitur Lofanto.

Acer Aufidius. Hor. 1. Serm. 1. 58.

Anhelans. Sil. lib. 8.

Longe sonans. Hor. 4. Carm. 9. 2.

Tauriformis, i.e. Habens formam tauri. Hor. 4. Carm. 14. 25. Acron
& Porphy. Omnia flumina taurino vultu & cornibus pinguntur prop-
ter impetus & mugitus aquarum. ut,

Cornige Hesperidum fluvius regnator aquarum.

Violentus. Hor. 3. Carm. 30. 10.

AUFIDUS, Adj. ut, Aufida stagna. Sil. lib. 10. 171.

AUFINATES, Populi in quarta regione Italica, quorum Plinius inter Ve-
stinos meminuit lib. 3. cap. 12. Horum oppidum Aufinum, vulgo Ofena.

AUGÈGIO, ūgi, ugutum, [Ἄγριος] ēre. ex Ab & Fugio compositum;
idem significat quod simplex Fugere. Ter. Hec. 3. 4. 10. Denique hercle
aufugierum potius, quam redeam, si eo mihi redeundum sit. Cic. 1.
Q. frat. 2. Pratera Eſopī tragedi nostri familiaris, Licinius servustib
notus aufugit.

Aufugere aſpectum alicuius. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.

Andromeda aufugiens aſpectum mœſta parentis.

Aufidus blanditas. Propert. 1. 9. 30.

Aufugere ex loco aliquo. Liv. 1. Jam aliquantum spatii ex eo loco ubi
pugnatum est, aufugera.

Aufugitaqua. Plaut. Aul. 1. 2. 16. Tum aquam aufugisse dicio, si quis
petet.

A U G

AUGA, vel **AUGE**, five **AUGRA**, [Αὔγα] Mater Telephi, filii Hercu-
lis. Scribit Diodorus lib. 5, hanc a patre Alao cuidam naucleo ut mer-
geretur datum, quod crederet ad Hercule compressam, quæ quum duce-
retur ad mare, in itinere Telephum peperit, & inter virgulas abditum
reliquit: quem postea pastores inventum Corytho regi tradidere, qui il-
lum Telephum, eo quod a cerva nutritus fuerat, vocavit. Ipsa vero Aug-
ge in Cariam abducta a mercatoribus, quibus illam naucleos demergere
nolens, dono dederat, & Teuthranti (Cilicum & Mylorum regi)
donata est, quan quum postea Telephus quaſifet, venifletque ad Teu-
thrament in Myliam, ab eo est honorifice exceptus. Euripides dicit ab
Alao patre (quum ab Hercule corrupti reprehenderetur) in urna quadam
cum Telepho filio impositam, & in mari demersam effe: fed Palladis
providentia urnam ad Cayci ostia transmissam evasisse. Teuthranton cum
eos exceſſipet, Augen pro uxore, Telephum pro filio habuisse. Verba
funt Strabonis lib. 13.

Auge, Demetria liberta, five portius Pompeii, inter præpotentes libertas
enumeratur a Plin. lib. 35. cap. 18.

AUGASÍ, [Αὔγασι] Populi sunt inter Massagetas, apud Stephanum.

AUGEAS, [Αὔγεας] Atheniensis comicus fuit, ut est author Atheneus.

Fuit & Augeas, Elecorum rex, quem Hercules subiulit. V. **AUGIAS**.

AUGRO, xi, étum, [Ἄγρος, αὐξάνω, ἐφέλω, ἀποτελεῖσθαι] ēre. Nota: si-
gnificationis, Majus facere.

Augere & amplificare. Cic. 1. de Fin. 38. Omni autem privatione dolo-
ris putat Epicurus terminari summan voluntatem, ut postea variari vo-
luptas distinguere possit: augeri, amplificare non possit.

Augere spectat ad quantitatem, Ampliare ad pretiū. I. non intelligitur.
§. Divi. D. de jure lice.

Per gradus augere. Quintil. lib. 2. cap. 4. Nam & genera sunt tria, Sa-
cri, publici, privati juris. Quæ divisio ad laudem magis spectat, si quis
eam per gradus augeat, quod lex, quod publica, quod in religionem
deum comparata sit.

Animum inimicorum augere. Cic. 10. Att. 16.

Animus augere, Allumere animum & fiduciam. Stat. 10. Theb. 23.

Aliquem augere, pro Opibus auctum reddere, apud Tacit. legitum.

Aliquem augere, aequa honeste. Cic. 2. Ol. 21.

Aliquem augere & ornare. Cic. 7. Fam. 17. Semper te non modo tue-
dum mihi, sed etiam augendum atque ornandum putavi. Et 1. de
Orat. 94.

Auxilia augere. Plaut. Cist. 1. 3. 52. Servate vestros socios veteres & no-
vos, augere auxila vestrae victis legionibus.

Aliquid ad infinitum. Plin. lib. 20. cap. 21.

Articulos auxerat macies. Ovid. 8. Met. 807.

Auxerat articulos macies, genuinum tumebat

Orbis, & immodico prodibant tubere tali. i.e. Majores & emi-
nentiores fecerat.

Beneficium magnum cumulo augere. Cic. 13. Fam. 63. Magnum

beneficium tuum magno cumulo auxeris.

Benevolentiam auxit consuetudo. Cic. de Amicit. 10.

Civitatem augere procreatione liberorum. Plaut. Pers. 3. 3. 15.

Cognomento augeri. Tacit. 12. Ann. 26. Augetur & Agrippina cognomo-

mento Augustæ.

Commodis augere. Cic. 11. Philipp. 37. Eos non tueri solum, sed etiam

augere commodi debeo.

Alibi Augere, fine adiunctione. Ep. 17. 1. 7. H. St. V. loc. paulo supra

Culpam suam augere. Plin. in Epit.

Curfum. Ovid. 4. de Pont. 15.

Augetur remis curfus euntis aquæ. i. o. Citatior fit.

Damno auctus est herus. Ter. Heaut. 4. 1. 15.

Dignitatem augere & nomen alicuius. Cic. 11. Fam. 6. Illud tibi per-

fuades velim, me omnia quæ ad tuam dignitatem augendam pertine-
bunt, quæ est per te amplissima, summo semper studio suscepturn.

Divitias aliquem. Cic. 2. de Lege Agr. 68.

Dona precibus, i.e. Ultra oblatum munus etiam supplicare. Ovid. 3.
Epist. 30.

Exercitationes animi. Cic. 1. Off. 123.

Facta alicuius. Tibul. 1. 7. 56.

Fortius aliquid. Plin. lib. 22. cap. 2. Interim fortius augetur auctoritas.

Gratiam. Plin. lib. 11. cap. 42. Agrigentii maxime eam (caleci) augente gra-

tum fumo, qualis in ipfa urbe conicitur.

Gratulatione populi dies me auxit. Cic. 14. Philipp. 16. Ut idem dies

non modo nisi iniquissima invidia liberarit, sed etiam celeberrima pop-

Romi, gratulatione auxerit.

Hæreditatem, gregem, & pecorum partus. I. Sed & si. in fin. D. de pe-
tit hæred.

Honore augeri. Cic. de Arusp. Resp. 56.

Hostias augere. Vox facror. Cum prima hostia, non litante altera, deir

tertia, pluresse addebantur, numerus hostiarum Augeri dicebatur.

donec litatum foret. Suet. Aug. cap. 96. Circa Perusiam, sacrificio nor

litante, cum augeri hostias imperasset. Et vetus inscriptio, SI QVI

HVIC ARAE DONVM DARE AVGCREQUE VOLET, LICETO.

Industriam alicuius augere. Ter. prol. Adel. 25.

Invidiam. Tacit. 12. Ann. 8.

Iracundiam alterius. Ter. Adel. 1. 2. 66.

Lætitia augeri. Cic. 2. de Fin. 14.

Largitione augere. Tacit. 13. Ann. 18.

Liberalitate quæmperiam. Tacit. 3. Ann. 8.

Liberis augeri. Cic. 1. Att. 1.

Linguam Latinam. Cic. de Fato, 1.

Linguam copia verborum. Cic. 1. Acad. 26.

Memoriam immortalem posteritatis. Cic. 2. de Orat. 8.

Molestem. Cic. pro Flacc. 28. Minuis, inquit, gloriam Pompeii. Inim

tu auges moleſtim.

Munifice augere. In MUNUS.

Munus verbis. Cic. 2. Off. 70. Neque vero verbis auget suum munus, f

quo forte fungitur, sed etiam extenuat. Hic Augere & extenuare oppofuit

Muneris largitatem augere. Cic. de Clar. Orat. 17. Ut impendis etiā
augere politus largitatem tui numeris.

Munus aliquod cumulatus. Cic. in Orat. 54.

Nominibus imperatoriis aliquem. Tacit. 15. Ann. 26. Tiberium Nere

ne & Claudium Drufum privignos imperatoriis nominibus auxit.

Numerum. Plaut. Amph. 1. 1. 151. Numerum coelatum, Liv. 1. 7. d

Herc. Virg. 7. Jēn. 211.

Numerum diuinus altaris auget.

Opes. Cic. de Amicit.

Opes per scelus. Ovid. 2. Fast. 630.

Opinione alicuius. Cic. 5. Bell. Gall. 55. Timorisque opinionem qui

buscunque poterat rebus augebat.

Pecorum partus. V. supra Hæreditatem, &c.

Peculium. Plaut. Mof. 4. 1. 7.

Pretia rerum commentis. Plin. lib. 12. cap. 19.

Religione merces. Plin. lib. 12. cap. 14.

Rem. Hor. 1. Epist. 7. 71. Scil. Familiarem. Cic. 2. Off. 87.

Re in augenda felicitate & obrui. Hor. 1. Epist. 16. 68.

Rem augere laudando, & Vituperando rurſus affligere, contraria. Cic. d

Clar. Orat. 47.

Rempubliam & imperium. Cic. pro Rosc. Amer. 50.

Robur florentibus auximussannis. Sil. 16. Verba fuit Scipionis.

Scientia aliquem. Cic. 1. Off. 1.

Spem. Cic. 2. Bell. Civil. 31.

Spiritu celesti augeri. Cic. de Arusp. Resp. 75.

Suspitionem rei alicuius. Cic. 6. Verr. 33. Ejus ipsius cupiditatis cuius

inimulatur, suspitionem augeret.

Terram inbrinxus dicitur aer. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.

Terrorum. Cic. 3. Bell. Civil. 64. & Salust. Jugurth. 20.

Veſtigalia bell. Cic. 1. Bell. Civil. 35.

Vias fortuna augere. Augere vias, rationesque excogitare ad divitias

opesque acquirendas. Propert. 3. 7. 32.

Vires augment. Ovid. 9. Met. 787.

Augere, videlicet scriptum neutraliter apud Livium. I. 29. p. 340

edit. Feyr. Ni clamor omnia vanæ, augente nocturno tumultu fecisset.

H. St. [Locus est c. 6. sub fin. Quem si rectius cum Gronovio ditin-

guas, apparet transfixe polium esse hinc quoque verbum.

AUGESCO, [Αὔγεσο] ēre. Idem quod pallivum Augeri, nisi quod via

quandam habet paulo maiorem, & magis efficacem. Ter. Heaut.

3. 1. 14. Nam mihi quidem quotidie augescit magis de filio agri-
tudo. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Ea temperatione caloris & oris &

augescere.

Augescere

Augeſcere incrementis. Liv. 27. 17. Afſdrubal quum hoſtium res tacitis augeſcere incrementis cerneret, ſuas, &c.

Augeſcunt & pubefcent animantes. Cic. 2. de Nat. Deor. 51. In Lune quoque curſu eft & brumis quadam & folſtitio ſimilitudo, multaque ab ea manant & fluunt, quibus & animantes aliantur, augeſcunt & pubefcent, maturitateque aequantur, que orиuntur e terra. Augeſcunt uive, pro. Crefcunt & maiores funt. Cic. de Senect. 53. Itaque inuenit Vere in his que reſta fuit exiſtit tanquam ad articulos farmentorum ea que gemma dicitur: a qua oriens uiva ſe ostendit, que & ſucco terra, & calore Solis augeſcens, primo et peracerba gaſtū, deinde maturata dulceſcet.

Augeſcunt corpora dulebūs, atque pinguibus & potu: minuantur ſcieſ &c. Plin. l. 11. c. 54.

Augeſcunt aliae gentes, aliae minuantur. Lucret. lib. 2. 76.

AUGIFICO, are. Idem quod Augeo. antiquum. Ennius Andromacha, Quid fit fedirio? tabefine an numeros augificat fuos? Nonius 2. 61.

AUGENS, entis. Partic. [*εὐχαριστία*] Cic. de Fato, 1. Quia perlinet ad mores quod illi vocant, nos eam partene philofophia de moribus appellare ſolemus: fed decet augentem lingua Latinam nominare moralem.

Mufi augentes omnia. Claud. de Sext. Conf. Hon. 475.

Quorum (si qua fides augentibus omnia muſis)

Impetus excelſit Zephyros, candore pruinis. i. e. Si poeſis credendum eft, qui veris ſempore aliud addere conſueverunt.

AUGENTER, Adv. Frontin. de Lim. 2.

AUGENDUS, [*εὐχεριστός*] Partic. Tacit. 2. Ann. 46. Augendae dominiatione certarunt.

Morigera ad fruges augendias atque animantes. Lucret. lib. 5. 81.

AUCTUS, Partic. [*εὐχαριſτής*] ut, Aucta numero acies. Liv. 8.

Animus auctus. Tacit. 2. Hist. 4. Titus aucto animo ad patrem perverctus.

Auxilio. Tacit. 3. Ann. 24.

Beneficio. Cic. ad Brut. 1. Clodius auctus Antonii beneficio eft, ejus ipius beneficio magna pars a te eft.

Danno. Ter. Heaut. 4. 1. 15. Joculare. V. Filia.

Divitiis & honoribus. Ovid. 2. Trift. 9. 43.

Filia. Tacit. Agric. 6. Cic. 1. Att. 1. Auctus filiolo. Sic Liberis.

Fortuna aucta & exaggerata. Cic. 4. in Catil. 19. Cogitate quantis labiboris fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratedas fortunas una nox pene delerit.

Honoribus. Cic. 3. de Nat. Deor. 49.

Labore aucta pabula grandescunt. Lucret. lib. 2. 1161.

Lætitia. Cic. 2. de Finib. 14.

Liberis aucta domus. Sen. in OEdip. 10. Tacit. 3. Ann. 29. Auctus liberis. conf. Filia &c.

Mora crevit & aucta eft. i. e. In longum producta. Ovid. 4. de Pont. 5. 26.

Omine auctus. Tacit. 2. Ann. 14.

Pecunia. Tacit. 11. Ann. 16.

Prada. Cic. 7. Verr. 79.

Societate. Tacit. 4. Hist. 64. Civilis, societate Agrippinensem auctus.

Spoliis. Cic. pro Sex. Roſe. Verumetiam ut spoliis Sex. Roſciī hoc judicio ornati auctiæ diſcedant.

In falfum aucta. Tacit. 3. Ann. 56. Modica de moribus adolescentis, neque in falfum aucta, retulit.

Compar. Plaut. Capt. 4. 2. 2. Elegitudo auctior eft in animo.

Re, fortunis auctior. Liv. 3.

Auctior adjecto fulgebant ſiderē mundus. Claud. 2. in Ruff. 3.

Auctior animi vis. Lucret. lib. 3. 451.

AUCTUS, ſis. m. [*εὐχαριſτός*] Liv. 4. Cujus rei præmium ſit in civitate, eam maximis ſemper auctibus crescere. Plin. lib. 4. cap. 12. Auctu im- menſo aquarum.

Arboris auctus, per periphraſin pro Atbore. Lucret. lib. 6. 168.

Auctus dierum. Plin. lib. 2. cap. 10.

Auctus infinitus corporis. Lucret. lib. 2. 481.

Hilarem grandeſcere ad auctum. Lucret. 2. 1121.

AUCTUM, i. n. Spatum circi quod ſuper definitum modum victoriae adiungitur. Festus.

Solum olerum omnium contra Luna aucta atque damna vices minuendi & augendi habet contraria. Cell. 20. 8. de Cepe.

AUCRIVS tēbas. H. St. At in iru pagina nihil adlevit, niſi culter id abſtulit.

AUCTION, onis. f. [*εὐχαριſτία*] Augmentum. Macrobi. 1. Saturn. 14. Modo auctio modo retroactio dierum proveniebat. Eit & Venditio quedam in publico ad celebri loco. [*ἀγοραῖς*] Plaut. Men. 5. 9. 94.

Vis conlamarū auctiōne fore quo dia? m. s. u. die septimi.

m. r. Auctio fieri Menachmi mane facit septimi.

Venabut ſervi, ſupplex, fundi, ædes, omnia

Venient, quique licebunt preſenti pecunia.

Auctio, inquit Nonius, dicitur Venditio, quaſi quod & ementem auget, & vendentem. Plaut. Frag. 3. 29. Auctionem facio paraſiticam.

Immo quod ab unoquoque magis ac magis augeatur pretium, ſive quod paulatim augeatur pretium. H. St.

Auctio h. ſt. Suet. in Cæſ. 50. i. e. Venditio, que haſta poſta per praecōnem fiebat. In auctionibus ei, qui plurimum auget, res addicetur.

Hæreditaria auctio. Cic. pro Cæſ. 13.

Regia. Plin. lib. 29. cap. 4.

Auctionem facere. Plaut. Men. 5. 9. 91. Auctionem hic faciam, & vendam quicquid eft mihi. Cic. 6. Verf. 46. Querendum eft, credo, Heicuſ iſte num as alienum habuerit? num auctionem fecerit?

Facturum ſe auctionem, proſcribere. Cic. pro Quint. 15.

Proponere auctionem. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Vendere auctionem, eft praecōnis. Cic. pro Quint. 19. Negat ſe alia ratione facturum, quod promiſſum non plus ſua refere, quam ſi quum auctionem venderet, domini juſſu quippiam promiſſum.

In auctione. H. St. Ex Lambino, q. ad loc. V.

Videre. Cic. 4. Att. 12. Idibus enim auctionem Larini video.

Bona aliquis conſtituta auctione vendere. Cic. pro Roſe. Amer. 32. Idem pro Cæſ. 13.

Quum effet hac auctio hæreditaria conſtituta.

AUCTIONOR, [*εὐχαριſτών* , *εὐχαριſτάς*] ſtri. dep. Publice, & ſe haſta vendere, non ea que ad etum ſpectant, ſed ea que ad ſupellecitem, atque ad altos uſus: nec ferre niſi quæ penes alium in uſu fuerunt. Hæc

Valla lib. 4. Vulgo vendre à l'encant: quaſi Sub haſta vendere, antiquo illo Romanorum more. Cic. pro Quint. 16. Navis hominem multis verbis deterret ne auctionetur. Ibid. 23. Ait ſe auctionatum eſt in Gallia.

AUCTIONANS, Partic. [*εὐχαριſτῶν*] Cic. 2. de Lege Agr. 62. Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter ueltra atque hoſtium caſtra, haſta poſita, cum ſuis formofis hñitoribus auctionanrem.

AUCTIONARIUS, Adj. [*εὐχαριſτῶν*] ut, Auctionaria atria, In quibus auctio fiebat. Cic. de Lege Agr. 7. Ut in atris auctionariis poſitus quam in trivis aut in compitis auctionentur. V. Licinia atria in ATRIUM.

Auctionaria tabulae. Cic. 2. in Catil. 18. Meo beneficio tabula novae praferuntur, verum auctionaria Romæ enīmvero circum forum, tabernas argenteriorum ſuile ſatis conſtat. Ad has argenteriorum tabernas, auctiones fieri in ſoro ſolebant, ut cui queque res addicta eſt, ei argenterius expenſam pecuniam in tabulas referret, ut ostendit Cic. pro Cæſ. 17.

Pecuniam (inquit) argenterio promittit Abbutius. Et paſto poſt, Se autem habere argenterii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia laſa ſit, acceptaque relata. Quintil. lib. 11. cap. 2.

Querula. Sen. Hippol. 4. Illic aves querulae frement.

Siderae Junonia aves, Pavones. Claud. 2. in Eutrop. 330.

Solis avis, Phoenix. Claud. in 1. Cons. Stilich. 419.

Torva, Vultures sunt aut Aquilæ apud Stat. 6. Theb. 751.

Vaga. Hor. 4. Carm. 4. 2.

Varia, Vericoloris pluma. Propert. 3. 13. 32.

Ali avibus, Avibus vesci. Ovid. 13. Met. 93.

Canunt silve avibus. Lucret. lib. 1. 257.

Glomerantur aves. Virg. 6. JEN. 311.

Moliri infidias avibus. In MOLLIOR.

Movent aves per aera penas. Ovid. 15. Epist. 152.

Tecta fronde queruntur aves. Ovid. 15. Epist. 152.

Avis, pro Auspicio & omnine. Liv. 6. Veniat in mentem unicuique deos
esse, qui secundis avibus Romanos in prelia miserint. Budæus.

Bonis avibus visus. Ovid. 1. Fa. 513.

Adversa avi solvere, pro Omnia adverso. Cic. 1. de Divin. 29. Aga-
memnon quum Achivi coepisset inter se strepere, aperteque artem ob-
terere extispicium, solvere imperat, secundo rumore, aduersaque avi.

Experiri aves. Ovid. 4. Fa. 814. de Romulo & Remo auspicantibus:

Magna fides avium est: experiamur aves.

Aves pascunt, Asconius scribit tici folitum magistratum ineuntibus. Nam
si paucenter, bonum augurium era: si non paucenter, malum.

Suet. Tiber. 2. Claudius Pulcher apud Siciliam non pascenibus in au-
spicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, ut bibe-
rent quando esse nolent, prælum navale iniit, superlatuque est.

Aves ab Adventuarum dicuntur, quod inde veniant unde quis non suspi-
cetur. Hæc Festus.

AVICULA, a. f. dimin. [ἀρπίζειν] Parva avis. Gell. lib. 2. cap. 29.

Aviscula est parva, nomen est casita, ridulaturque in vegetibus.

AVICILLA tanquam, inustitatum afferit Varro, quod tamen tale est, qua-
le Navicula a Navis. Vide caput 25. Appendix in Varrenem. H. St.

[Locus est l. 7. ext. p. 99. extr. ed. tert. Steph. Porro haec vox Avicella
vel Auccula scipius apud Apicum de Ar. Coq. occurrit. Auccula Apulejo

Met. 9. p. 232; in Gloss. Aucculus spacio. Hinc Gallor. Oysca, ut ab

Aucca Oye. conf. Reinef. V. L. p. 198. & Cangii Gloss.

AVICULARIUS, V. AVIARIUS.

AUCEPS, quasi Aviceps, pone hic. H. St.

AVIARIUM, i. n. [ἀρπίζειν] Locus in quo aves domi educantur. Cic. 3.

Q. frat. 1. Sed tamen nihil ei restabat præster balnearia, & ambulationem,

& aviarium. Columel. lib. 8. cap. 1. Similiter appellamus apum cubilia,

apia: vel nantium volucrum, que stagni piscinique tantur, avia-

ria: vel eriam pecudum silvestrium, que nemoribus clausis custodiun-

tur, vivaria.

Avaria, Secreta nemora, que aves frequentant. Virg. 2. Georg. 430.

Sanguineisque inculta rubent avaria baccis. Servius.

AVIARIUS, i. m. [ἀρπίζειν] Qui avario preest. Columel. lib. 8. cap. 3.

Aviarius subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis foetus.

AVICULARIUS, i. m. Idem. Apic. 8. 7. [Ex conj. Humelbergii. Sed

cum prius lectum fuerit, Fittulam aviarri rostro velicæ aligabis; cur mu-

taverit miror.

AVITIUM, i. n. Apuleius lib. de Deo Socratis, p. 68. Stew. Florid. ex-
tr. Elmenh. p. 365, in fabula de Corvo & vulpe. Tam pulchrales, que ex

omni avito longe præcellit. i.e. Ex omni avium genere, ex omnibus avibus.

AVITUS, V. AVUS.

AVIUS, Adj. [ἀρπίζειν, ἀρπάζειν] Per quod iri non potest. Plaut. Aul.

4. 6. 8. Silvanus lucus extra murum est avius. Virg. 3. Georg. 328.

Avia tum resonant avibus virgula canoris.

Itinera avia. Sallust. in Jugurtha. c. 54. Ipse cum delectis equitibus Me-
tellum sequitur, nocturnis & aviis itineribus ignoratus, Romanos pa-
lantes repte aggreditur.

Montes. Hor. 1. Carm. 23. 2.

Nemora. Lucret. lib. 2. 144.

Nubila. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 183; al. Pervia nubila.

Saxa. Sil. lib. 4.

Valles. Stat. 4. Sylv. 3. 73.

Avius, A via & ratione remotus. Lucret. lib. 2. 81.

Avius a vera longe ratione vagaris.

Animus errat avius. Lucret. lib. 3. 465.

AVIA, orum. n. Tacit. 6. Ann. 21. Corpore valido per avia ac derupta

(nam axis domus imminet) præbat eum, cuius artem experiri Tiben-
tius statuisset.

Horrenda avia. Valer. 5. Argon. 475.

Ignota. Claud. de 4. Conf. Hon. 481.

AVIUM Civitas, [Ὀρνήτης πόλις] dicebatur oppidum quoddam inter Ty-
rnum & Sidonem, de quo Strabo lib. 16. [Nisi malis Gallinarum urbem
convertere. Plinio l. 5. c. 19. extr. Ornithon oppidum. Apud Strab. ibid.
Συγκριτ. πόλις, Βασιλεία π. Κροκοδέλαν π. eadem forma.

A U L

AULA, a. f. [ἄυλη, οὐλή, βασιλεῖα] Principis domus, h. e. Regia.

Aula proprie Locus est qui perstans habeat. Nam hoc nomine apud

Homerum Hypæthra, i. e. Subdialia, semper intelligentior, ubi est

Hercei Jovis ara. Aulos vero (ἄυλης) dicitur Tibia, per quam item

commeat spiritus. Aulas nunc pro Regis usutpanus, quod ante se Loca
habeant subdialia & ampla. Gal. lib. 12. cap. 5. Aula proprie dicitur,
qua concluditur porticibus quatuor, inquit. Serv. ad 3. Aen. 354.
Aula transl. pro Regge & ejus ministris. Cic. 15. Fam. 4. Perfeci ut e
regno illi discederet, resque sine tumultu ac fine armis, omni auctori-
ate aula communia, regnum cum dignitate obtineret.

Alta. Sen. Octav. 4. Infida aula. i. e. In qua fides non observatur, cuive non est fidendum.
Valer. 7. Argon. 102. & Lucan. lib. 8. 494. — exeat aula
Qui voleret esse plus. Virtus & summa potestas

Non coenit.

Prædivis. Claud. 2. in Ruff. 142.

Regalis. Sen. Troad. 8.

Sublimis. Sen. Hippol. 9.

Sanctiore vocare aulam videtur Martial. Aulam Domitiani, in quam
petiti suam chartam admitti a Parthenio, lib. 5. 6. [Sic vocat Aulam
interiorum, ubi ipse est princeps, ut Sanctius erarium V. SANCTUS.

Refingens aulas dicunt apes. Virg. 4. Georg. 202.
— aulaque & cerea regna refingunt. i. e. Fingunt. Servius.

Aulæ, per diæresin, genitivus apud Virg. 3. Aen. 354.

Aulas Antiqui dicebant, quas nos dicimus Ollas: quia nullam literam
geminabat. Itaque Aulicocia exta, Quæ in aulis coquabantur, dice-
bant, i. e. Eliza. Hæc Feft. V. OLLA. Plaut. Aul. 4. 2. 10. Æde-
pol næc illic pulchram prædam agat, si quis illam invenerit aulam onu-
stam aurum.

AULÙS, a. f. [χωρίσθειν] dimin. ab Aula pro Olla. Unde Aulularia

Plauti fabula. Plin. lib. 18. cap. 11. Artoptam Plautus appellat, in fabula

quam Aululariam scriptis. [Lego Inscripsit.

AULICUS [αὐλίκης] Adj. Apparatus aulicus, Qualis solet fieri in domi-
bus regum apud Sueton. in Domit. cap. 4.

Luctatores aulici. Idem Neron. cap. 45.

AULICUS, i. m. Qui aula sectator est assiduus. Nep. 14. 5. Datames
non minorem invidiam aulicorum exceptit. Suct. Calig. cap. 19. Caufa
ab interioribus aulicis proda.

Vide CURIALIS. H. St.

AULÆ, orum. n. [ἄυλαι] ferè in pl. legitur, & ab Aula derivatur; si-
gnificat, Ornamenta quibus parietes & aulae teguntur. Virg. 3. Georg. 25.

Purpurea intexti tollane aulae Britanni. Ubi Servius, Hoc se-
cundum historiam est loquutus, nam Augustus postquam vicit Britanniam,
plurimos de captiis, quos adduxerat, donavit ad officia theatralia. De-
dit etiam aulae, id est velamina, in quibus depinxerat victorias suas.
Et paulo post, Aulaea autem dicta sunt ab aula Attali regis Afriæ, in qua
primum inventa sunt vela ingentia. Varro tamen dicit aulaea suspensi
fere ad excipiendum pulverem, quia vius camere ignorabatur. unde
Hor. 2. Serm. 8. 54.

Interea suspensa graves aulaea ruinas

In patinam fecere, trahentia pulveris atri Quantum &c.

Auleum, in sing. Cic. pro Cœl. 55. Mimi ergo est jam exitus, non fa-
bulæ: in quo quæ clausa non inventari, fugit aliquis e manibus:

deinde scabellæ concrepant, aulæm tollitur, conf. Non. 14. 4.

Aulaea in scena in terra (codd. emend. intexta) stentur, quod pictus

ornatus erat, ex Attalica regia Romam usque perlaus; pro quibus, si-
paria atas posterior accepit. Donatus in præfatione extr. Commenta-
riorum fuorum in Terentium, de Tragedia & Comœdia.

Aulaea foem. genere dicitur Curt. lib. 8. 5. si locus mendo vacat, Nec

quicquam (inquit) eorum que invicem jactantur, rex ignorabat:
quum post aulaem, quæ lectus obduxerat, staret. [Legendum Au-
laea, quæ lectis &c.]

Aulaea Attalica. V. ATTALUS.

Superba aulaea. Virg. 1. Aen. 697.

AULÆATUS, a. um. Auleatis exornatus.

Auleata domus, stratis atra superbris. Mantuan.

AULICOQUUS, Adj. Elixus, ut. Aulicoqua exta. Feltus. conf. Turne-
bi Advers. 22. 2. Al. Aulicoqua vel Aulicocia. V. AULA, subfin.

AULANUS Evander, [Αὐλάνης Εβανδρός] Sculptor apud Plin. qui si-
gno Diana Timothei manus efficit, quæ erat in Apollinis delubro Romæ,
caput reposuit. V. Plin. lib. 36. cap. 5. [Forte Aulonius, Αὐλανός, V. AULON.

AULANUS, M. Aulanus Trib. militum, a P. Sextio Capua pulsus. Cic.
pro Sext.

AULERCI, [Αὐλέρκοι] Populi Gallæ Lugdunensis apud Cæarem. Rouen.
V. Cœl. 7. Bell. Gall. 75. V. EBUBOVICES.

AULEPES, a. m. [ἄυλεψις] Latine dicitur Tibicem. Cic. pro Muren.
29. Post, quum id asepsi non potuerint, istus potissimum sunt delapdi,
ut aiunt in Græcis artificibus, eis auletas esse qui citharedi fieri non po-
tuerint. Al. hic legunt Auledos.

Auletes, Cognomen Ptolemei Ægypti regis fuit, Cleopatra patris,

qui præter alia flagitia, etiam choralam exercuit, & adeo in eo glo-
riabatur, ut non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad que &
ipse cum aliis concertatur prodibat. Atque hic est quem Alexandrinus

exegerit, de quo plur. apud Strab. lib. 17.

Auletes dictus, quia tibiæ canere, præter dignitatem regiam, solitus

erat. Ita scribit, qui scripsit historiam, præfixam primæ Epistole Ci-
ceronis, loco argumenti. H. St.

Auletes alius apud Virg. 10. Aen. 207.

AULETICUS, [ἀυλετικός] Adj. ut, Auleticus calamus. Plin. lib. 16. cap.
36. Orchomenus est continuo foramine perius, quem Auleticum vo-
cant. Hic tibia utilior, fitus ille.

AULETRIS, idos. f. [ἀυλετρίς] Tibicina.

AULICUS, V. AULA.

AULIS, is vel idis. [Ἄυλη] Portus nobilissimus Boæotia oppidi ejusdem no-
minis, quo conuenienter naves Græcorum ad Trojam proficisciuntur.

Strabo lib. 9. Aulis lapidofa fane ora, & Anagreum vicus. Portus fa-
ne est quinqueginta capiens naves, quo circiter Græcorum cladem magno in

portu confundendi simile veri dixerim. Servius, Aulis insula est in Ægæo
mar., in qua conjurant Græci se non ante reversuros ad patriam, quam

Troja caperetur. ad Virg. 4. Aen. 426.

Piscola Aulis. Ovid. 12. Met. 10. Meminit & Cic. 1. Tus. 116.

AULOCÈNE, es. [Αὐλοκενή] Regiuncula minoris Asia, in conven-
tu Apamenio, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi Platanus oitendi-

tur.

Q. 2

tor, ex qua perpendit Marfyā vīctus ab Apolline. Plin. lib. 16. cap. 14. & lib. 15. cap. 29.
AULODES, i. m. [αὐλόδες] Latine dicitur Cantor. (Immo non quivis cantor. II. St.) Valla in Raundensem. Aulos Græce, Tibia Latine dicitur: unde apud nos usitatum nomen pro Latino Aulodus. In Ciceronis exemplo pro Muren. 29. ex antiquioribus exemplaribus legimus Auletas esse, non Aulodos, tametsi Erafmus in Chilidibus legit Auledos. V. **AULETIS** supra, & Henr. Steph. Thef. Græc. ubi ex Athenæo docet differre Aulodum ab Auleta, qui Lat. Tibicen.
AULON, [αὐλῶν] Mons Calabria contra Tarentinam regionem, fera boni vini. Iler. 2. Carm. 6. 18.
 — & amicus Aulon.

Fertili Baccho, minimum Falernis Invidet uvis.
 Aulon, vel Aulona, Corinthiorum colonia in Macedonia, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 5. Hodi Velona dicitur, la Velone, a qua brevis est in Italianum trajectus. Graci proferunt Aulon; inde lapsus accidit. V. & Steph. de Urb. **AULULA**, V. **AULA**.
AULUS, [αὐλῷ] Prænomen erat Romanis olim familiare, quod una littera scriberebat, hoc pauci. A. ut A. Gellius. Auli. Qui diis alentibus nascuntur. T. Probus in Epit. de Nominib. An ex Græco αὐλός;
AUMARIUM, dicter Locus secretus publicus, sicut in theatris, aut in circo. Petron. Arbitr., In Aumarium memetipsum conject. p. 673. Sunt qui legant Aumarium, alli Armarium, quod malum. V. Nonium.
AUNIOS, Insula et in Hispania citeriori, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 20.

A V O

Avo Pomponio, **Avus** Ptolemeo, Fluvius est Hispania citerioris, qui Celerinorum populum supra Bracaras & Gronios agram alluit. V. Meliam lib. 2. & Ptolem. lib. 2. cap. 6.
AVOCO, [ἀνακάμψω, ἀνατίθημι] āre. Alienare, removere, & quasi Retraheri atque avterare. Cic. pro Rosc. Amer. 90. Non necesse est omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mameros, quos jam atas a prælisis avocabat.
 Abstrahere, Avocare, retardare. Cic. pro Arch. 12. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Judices, ut ab illi nullo me unquam tempore, aut commodum, aut otium meum abstraherit, aut voluptas avocari, aut denique formus retardari?
 Deterre atque avocare a religione. Cic. de Arusp. Resp. 18. Neque is sum, qui scuti forte videor plus, quam ceteri, qui atque atque ego sunt occupati, verfarri in studio literarum, his delecte, aut utrum omnino literis, quæ nostris animos deterre atque avocant a religione.
 Allicere ad recte faciendum, & Avocare a, contraria. Cic. 2. Philipp. 115. Sed si te huius allicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem a sociissimis factis potest avocare.
 Avocare animalia a rebus quisibusdam ad cogitationem. Cic. 4. Fam. 5. Etiam tu ab hisce rebus animalium ad cogitationem tuam avoca: atque ea potius reniniscere, quæ digna tua persona sunt.
 Avocat a rebus gerendis funectus. Cic. de Seneç. 75.
 Avocare milites a signis. Plin. in Epit.

Avocare a contuendis malis. Cic. 3. Tusc.
 Avocare se a corpore, & ad cognitionem rerum divinarum, &c. Cic. 1. de Divin. 111. Rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore avocent, & ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur.
 Avocare a peccatis. Cic. 2. de Legib. 9. Sic. Avocari a vitiis. Cic. de Fato. Avocant omnino a philoſophia. Cic. 1. de Fin. 2.
 Avocare intentos Consules a bello. Liv. 5. Bell. Pun.
 Avocare philoſophiam a rebus occultis. Cic. 1. Acad. 15. Primus a rebus occultis, & ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philoſophi occupati fuerunt, avocavisse philoſophiam, & ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus, vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quereret.
 Avocare comitiatum vel concionem, Impedire ne habeantur, neve concio, vel potius Concionem abducere. Messala apud Gell. lib. 12. cap. 15. Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem avocare potest, &c. Veritamnam a Tribuno avocare, ut ex Livo auguratur, nefas: sic enim dicit. Eo facto avocata a se concionem Tribunus queftus. Turneb. Adv. 16. 21.

A VOCATIO, ônis. f. [ἀνακάμψις, ἀποκλήσις] Cic. 3. Tusc. 33. Levationem autem agitudinem in duabus rebus rebus ponit: avocatione a cogitanda molestia, & revocatione ad contemplandas voluptates.
AVOCAMENTUM, i. n. [ἀνακάμψη] Budæus. Avocationa sunt Negotia iunctiōnia, five foliatio, anima a morte avocantia, id est revocantia. Plin. lib. 8. Epit. 5. Ero ergo suspirus pro homine amicissimo, dum admittere avocationa, & caticarem pati posfit. Lactant. lib. de Opific. Dei, cap. 18. Deinde procedit ulterius & sibi avocationa inventa, ne salubriteriam quietem corporis interrumptat. De mente somniente. Paulo ante dixerat, Avocatur ergo simulacris, donec membra fopo, re irrigata vegetentur.

AVOCATOR, ôris. &c.
AVOCATRIX, ôcis. Tertullianus.
AVÓLO, [ἀφίξενος] āre. Ab uno loco in alium volare. Caius in I. Naturalem. Qd. acquir. rer. domin. Pavonum & columbarum fera natura est: nec ad rem pertinet, quod ex confutidine avolare & revolare solent. Per metaphoram usurpat pro Celeriter discedere. Cic. 1. Att. 12. Experiar certe ut hinc avolam. Idem 1. Tusc. 12. Critoni enim nostro non perfusi me hinc avolaturum.
 Avolat voluptas. Cic. 2. de Fin. 106. Fluit igitur voluptas corporis: & prona quoque avolat.
 Avolant, Evolant. Festus. ubi Dacer. V.

AUPHIDUS, V. **AUFIDUS**.

A U R

AURA, x. f. [ἄνεμος, πνεῦ] Lenis quidam ventorum fatus & spiritus dulcior, ut Zephyrus. Virg. 4. Georg. 417.
 Dulcis compositis spiravit crinibus aura.
 Aurarum leves anima. Lucret. lib. 5. 237.
 Juncunda aura. Catull. 44. 3.
 Leves aura. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 30.
 Modica. Juven. 12. Sat. 66.
 Rorifera. Sen. in Hippol. v. 11.

Teneræ aeris aure, Penetrabiles & liquidae. Lucret. lib. 1. 208.
 Tepente. Ovid. 1. Met. 107.
 Divina particula auræ, eleganti periphrasi Animum significavit Hor. 2. Serm. 2. 79. quoniam illum & celo demissum coelestis ignis particulam credebat veteres, unde Virg. 6. Æn. 730.
 Igneus est ollis vigor, & coelestis origo. V. quæ præterea anno-
 tarunt utriusque poetae interpretres.
Aura, Ventus. Virg. 3. Æn. 356. — Et auræ
 Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Aufstro. Ovid. 3. Met. 209.
 — rapidæ velocius aura.
 Acres auræ, opp. Lassif & Infractis. Plin. lib. 5. Epist. 6. Accipit ab hoc auræ qualibet sereno & placido die, non tamen acres & immodicas, sed spatio ipso lassas & infractas.
 Equæspirant auræ. Virg. 5. Æn. 844. Equæpirant, i. e. Prosperat, in-
 quæ Servius.
 Cereales. Plin. lib. 15. cap. 19. h. e. Maturitatem frugum facientes.
 Facilius aura. V. Movere auram.
 Frigida. Lucret. lib. 3. 291.
 Gelida. Lucret. lib. 3. 301.
 Genitabilis aura Favonii. Lucret. lib. 1. 11. Al. Genitalis.
 Glacieles aura Boreæ. Valer. 4. Argon. 722.
 Grandior, opp. Leni. Ovid. de Rem. Amor. 808.
 Lenis alit flammam, grandior aura necat.
 Læva & dextera. Catull. 4. 20.
 Languida. Ovid. 2. de Pont. 1. 2.
 Lenis. Catull. 62. 84. V. Grandior.
 Levis. Ovid. 1. Met. 502.
 Nivales. Hor. 1. Epit. 11. 18.
 Petulantæ. Lucret. lib. 6. 110. Al. legunt, Petulantibus Euris. V. Lambin.
 Rapida. Ovid. 3. Met. 209.
 Stridentes. Valer. 2. Argon. 586.
 Tomens. Ovid. 5. Trift. 6.
 Ventosa. Ovid. de Medicam. Facie 57.
 Verna incertior aura. Ovid. 6. Epist. 109.
 Violentior coeli aura. Stat. 6. Theb. 157.
 Volucri fugacior aura. Ovid. 13. Met. 807.
 Accipere auræ follibus. Virg. 4. Georg. 171. Hujus contrarium est Red-
 dere auræ follibus apud eundem poetam,
 — ali taurinus follibus auræ Accipiunt redduntque.
 Aspirant auræ in noctem. Virg. 7. Æn. 8.
 Colligere auras velis. Lucan. lib. 5.
 Dat aura capillos retro. Ovid. 1. Met. 529.
 Et levius impulsos retro dabat aura capillos.
 Dat aura cursum. Ovid. 15. Epist. 214.
 Effluit aura levius. Ovid. 6. Met. 233.
 Impelli auras navigia dicuntur, aut quæcumque etiam alia ventis agitata.
 Lucret. lib. 6. 1031.
 Movere auram. Ovid. 18. Epist. 45.
 — Facilemque move moderatus auram. Verba Leandri ad Boream.
 Respiquit auræ, i. e. Contemnit ventos. de Delo infusa, quæ ante Latona partum mobilis fuisse marique innata credita est. Sen. in Agam. 373.
 Equeor sumpnum strigunt auræ. Ovid. 4. Met. 136.
 Aura, Aér. Virg. 1. Æn. 50.
 Quippe ferant rapidi fecum, verrantque per auræ.
 Aëris aura. Ovid. 10. Met. 177. i. e. Sublimes.
 Etheria. Virg. 5. Æn. 291.
 Celeres. Virg. 4. Æn. 226.
 Communes. Ovid. 7. Met. 127.
 Dulcis, Chara, quod omnes illa frui quam diutissime cupimus. Valer. 6. Argon. 473.
 Ferventes. Ovid. 2. Met. 229.
 Foeda. Stat. 3. Theb. 500.
 Liquidae. Lucret. lib. 5. 213. Sil. lib. 13.
 Mota. Ovid. 8. Met. 202. V. Movere auram.
 Nocturna. Hor. 2. Serm. 4. 52.
 Pingues. Valer. 8. Argon. 247. Nidore scil. victimarum.
 Sonantes. Virg. 11. Æn. 853.
 Suaves. Lucret. lib. 3. 223.
 Vacua. Ovid. 3. de Pont. 3. 61.
 Vaga. Ovid. 8. Met. 197.
 Vanæ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 98.
 Attollere fe in auras. Virg. 4. Æn. 688.
 Captare nare sagaci auras. Sen. in Hippol. 39. de canibus venaticis. Virg. 1. Georg. 376. de bucula.
 Carpere vitales auras. Virg. 1. Æn. 387.
 Quisquis es (Haud credo invitus coelestibus, auræ
 Vitales carpis, Tyriam quid adveneris urbem)
 Perge modo. Ubi Servius. Auras vitales carpis, Quibus vivimus. nihil est enim aliud vita, nisi reciprocus spiritus: unde Jupiter, quo confortomnia, vocatur ζεύς, οὐρανὸς Ζεύς, id est vita.
 Circinat auras. Ovid. 2. Met. 721. De Mercurio in gyrum volante.
 Ferre. Virg. 2. Georg. 422. de oleis. Ubi Servius. Ferre auras, pro-
 priæ est Aesclepius acris varietati, que obest rebus teneris nimium.
 Fugere in auras. Sen. in Agam. 9.
 Hauiare auram communem. Quintil. in procem. lib. 6.
 Implerre ululatibus auras. Val. 8. Argon. 143.
 Prætervolare auras. Sil. lib. 10. de haifa in aerem vibrata.
 Reducere naribus auras. Lucret. lib. 4. 990.
 Scindere. Sil. lib. 13.
 Terebrare auram. Ovid. 6. Met. 260.
 Trahere. Sen. in Herc. fur. 13.
 Veloci aura etherea, pro Vivere & superflitem esse. Virg. 1. Æn. 550.
 Vitiare auras. Ovid. 7. Met. 548. — viciuntur odoribus auræ.
 Per Odores, Fixorem intelligit ex cadaveribus.
 Apud Martialem libro tertio Epigr. ad Diadumenum:
 Quod spirat tenera malum mordente puella,
 Quod de Corycio qua venit aura croco.

Aura, inquit, Odor: Nam odor est aër vapore percussus. H. St. [In-
 terpretis, quém adduxerat, nonen cultro ablatum est. Sic & l. 11. Ep. 9.
 Ultima

Ultima Corycio qua cadit aura croco. Et l. 4. Ep. 4. quibus id-
cis Auram pro Odore ipso posuit.

Aura, pro Die. Virg. i. Ecl. 57.

Hinc alia sub rupe canet faundator ad auras. i. e. in die, inquit Ser-
vius. [Nisi forte In die legendum.

Aura Splendor. Virg. 6. Eén. 204.

Difcolor unde auti per ramos aura refusit. Ubi Servius; Auti
aura, Splendor aurii. Hor. 2. Carm. 8. 24.

— tua ne retardat Aura marito. i. e. Splendor. Hinc &
Aurum dicitur a Splendore qui est in eo metallo. Hinc & Aurati dicti,
quorum favor splendidos reddit. Haec ille. Videbat potius esse meta-
phora, in hunc secum, Timent nove nuptae non tu aspirando, suos
maritos alio abstrahens. [V. Schol. Vet. qui Fallaciam, blanditias ex-
ponit, ut t. od. 5. Nescius aura fallacis. Cura legit Bentl. Malum cum
V. D. Tua ne retardant Ora maritos. Nam Tua cura eo senfu exponi
nequit, quo Vir summus aliquo contendit, pro Cura. i. e. amor
tui, quod vel ex adductis ab ipso locis lique puto. Ceterum cum &
vitiosi interpunctione locus labore, quid vetat integrum hic apponi?

Te suis matres mictuunt juvencis:

Te senes parci: miserisque, nuper

Virgines, nuptae, tua ne retardat

Aura maritos.

Aptius enim epitheton ad & Nuptae, substantive sumptum, & adv. ad
Virgines referunt, quam contra. Neque enim sunt Virgines, si Nuper
nuptae sunt, seu *reipublicae*.

Aura, pro Favore. ut, Aura popularis. Cic. de Arusp. Resp. 43. Sul-
plicium ab optima causa proleculum, longius, quam voluit, popularis
aura proxedit. Virg. 6. Eén. 815.

— quem juxta sequitur jactantior Ancus

Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris. Auris, i. e.
Favoribus, ait Serv. unde & Aurarii, Fantes dicuntur.

Vide pag. seqq. Huc pertinet Honoris aura, quod habes apud Cicero-
num initio col. seq. Vide HONORCULUS ex Vive. H. St. V. seqq.

Aura popularis homo, Qui studet populo placere. Liv. 5. Dec. lib. 2.
Fallax. Hor. 1. Carm. 5. 12. i. e. Favor.

Mollior aurum, Melior fortuna. Ovid. 3. Epist. 44.

Aura honoris. Cic. pro Sext. 101. Q. Catulum neque periculi tempestas,
neque honoris aura potuit unquam de suo cursu, aut spe aut metu di-
movere.

Aura rumoris. Cic. pro Muren. 35. Dies intermissus unus, aut nox in-
terposita, sive perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnun-
quam commutata aura rumoris. Loquitur de ratione comitiorum.

Libertatis auram captare. V. CAPTO.

Auras, genitus Graecus, pro Auræ. Virg. 11. Eén. 802.

— nihil ipsaenæ auras, Nec sonitus memor. V. Serv.

Pier. Taubm. ad loc.

Item etiam aurai pro Auræ. Idem 6. Eén. 747.

AURÜLA, æ. f. dimin. Tertull.

AURARIUS, i. m. Aurarii dicuntur Fautores. V. in AURA, pro Favore
& ex Serv. ad Virg. 6. Eén. 815. Hoc ejus etiam aurarii fatentur. de Bante
loquendo Joan. Picus Mirand. in Epist. p. 349. H. St.

AURAMENTUM, AURARIUS. V. AURUM.

AURANTIA Mala, [μάλα κερασίδα] Poma sunt ab aurii colore sic dista.
Horum autem tria obseruantur genera, Dulcia, acida, & vinolenta,
sive misita, de quibus omnibus V. Matthiol. in lib. 1. Dioscor. cap. 131.

AURARIA, Vox ab Alcato obseruata in Codice Theodosiano, functionis
nomeneft, que collatione lustrali exigebarat de rebus promeritalibus &
venitaliis. Eam sustulit Justinian. lib. 11. Cod.

AURAS, [Αὔρας] Fluvius ab Hæma in Istrum defluens. Herod. lib. 4.

AUREATA, æ. f. [χρυσός] Pictis est coloris aurei. Martial. 13. 90.

Non omnis laudem pretiumque Aurora meretur,

Sed cui sibi erit concha Lurina cibus. Plin. lib. 12. cap. 5.

Auxilio est pictis aurata in cibo. Vulgus Italorum adhuc vocat Una Orada.

AURATILIS, AURATURA, AURATUS, &c. V. AURUM.

AURÆ, Frenum quod ad aries equorum religabatur. Felt. Item Aureola
Dim. legitur apud Ulp. in I. Quid tamen. D. de contrah. empt. [Im-
mo Viriola. V. f. l.

AUREA, Auriga. Festus. ab Aurea. V. Scalig. & Dacer. ad I.

AURELIA, Gens plebeia, antiquitatem & celebris a Sabiniis oriunda, a
sole primum Auselia dicta est, quod ei publice datus est, locus in quo sa-
cta soli faceret. Auct. Feltus. Cognomina Iulus gentis leguntur tria,
Oretes, Cotta, & Scaurius. Fuit ex hac familia C. Aurelius Cotta, cu-
jus meminit Cicero in Lucullo, & Frontinus lib. 4. Strategem. Hic de
Poenis triumphavit, ut auctor est Orosius lib. 4. cap. 7. Confut fuit cum
P. Servilio anno 51, & iterum cum P. Servilio anno 5 v, ut auctor est
Cassiodorus.

Fuit item C. Aurelius Cotta, summus orator, ut patet ex Ciceronis libris
de Oratore. Confut fuit cum L. Octavio anno 51. ut auctor est
Cassiodorus, & ex Confutatu in Galliam profectus est: & quam illi
decretus esset triumphus, ante diem triumphi mortuus est. Cicero &
Afcorn, in Pilon.

Fuit & L. Aurelius Orestes, Confut cum Mamerco Emilio anno 50XXVII,
ut auctor est Cassiodorus. Sardos subegit, teste Epitomatore Livii, lib.
60. & Plutarcho in Gracchis.

Fuit item & L. Aurelius Cotta, qui Praetor anno 50XXIII, judi-
cia ad Equites transtulit, teste Epitomat. Livii, lib. 97. & Asconio in Pi-
sonem.

Fuit & M. Aurelius Scaurius, Quæstor L. Flacci, ut appareat ex Verrina 1.
& 111. Confut cum Ser. Sulpicio anno 50XXIV, teste Cassiodoro & Ju-
lio Obsequente. Legatus C. Manili Co. a Cimbri captus, quem in
confilium ab iis evocatus deterrebat eos ne Alpes transire, Italianum pe-
nitut, quod diceret Romanos vinciri non posse, a Bolo rege, feroci ju-
veneri occisus est. Epitom. Livii, lib. 67. Orosius lib. 5. cap. 16. Aimi-
lium mendose appellat.

Item S. Aurelius Victor, qui sub Constantino floruit, & librum scriptis de
Cæsaribus, & viris uitribus Romæ, necnon & libellum de Origine gen-
tis Romæ, ut docti opinantur.

Fuit & alias ejusdem nominis, qui Epitomen vite Imperatorum scripsisse
dicitur. V. Voss. de Hist. Lat. 2. 8. & 15.

De M. Aurelio Imperatore dictum est in ANTONINUS. Fuerunt & in

Tyrrannis nonnulli, qui id nomen usurparunt, de quib. V. Occon.
Mediob.

AURELIANUS, Imperator Romanus, obscura origine Sirnii in Panno-
nia ortus, Quintillo adhuc rerum portiente, Legionum consensu, impe-
rator factus, Barbaros non solum in occidentis sed & in orientis partibus
attrivit, & tyrranis etiam opprelis, splendidissimum de Zenobia ac Te-
trico triumphum egit, cum in Persia novens per Illyricum iter faceret, apud
Camphorium Mæsthei cuiusdam, qui ipsi a secretis fuerat, fraude
circumventis per militares viros interfectus est. Sed mox fraude co-
gnita ab hisdem ac S. P. Q. R. consecratus fuit. Vopisc.

AUREOLUS, unus ex x x x. tyrannis, ab exercitu Illyricano Imperator in
contemptum Gallieni factus, pace cum eo complicita, cum Claudio ad
potentem ab ipsius nomine potesta dictum congregatus, qui xii. paff. null.
a Bergamo dictat, occupavit. Trèb. Poll.

AUREOLUS, a, um, AUREUS. V. AURUM.

AURICHALCUM, i. n. [ἀριχαλκός] Aes aurei coloris, quem Metallurgi
Cadmia addita efficiunt. Feltus, Aurichalcum vel Orchalcum quidam
putant compositionem ex Aere & Atro: fide quod colorē habeat aurum.
Orichalcum sane dicitur. Quod in montuosis locis inventur. mons ete-
rim Grace[?] appellatur, V. eund. in CADMIA. Schol. Hor. de A.
P. 202. Plin. lib. 34. cap. 2. Mox vilitas precipua, reperto in aliis ter-
ris praestantissime maxime aurichalcus, quod precipuum bonitatem admi-
rationemque diu obtinuit.

Si quis aurum vendens orichalcum se putet vendere, indicet ne ei vir
bonus? Cic. de Off. 3. 92.

Aurichalcum, pro Nummo ex aurichalco factō posuisse videtur Plaut.
Mil. 3. 1. 63. Cedro tres mihi homines aurichalco contra cum istis ino-
ribus. [Inimo per jocum Aurichalcum pro Auro posuit. Conf. Pfend. 2. 3.
22. Curr. 1. 3. 45. Non moror Serv. ad 12. Eén. 87. altera hæc enartantem.

AURICOMUS, V. AURUM.

AURICORNUS, Promontorium. Plin. lib. 9. cap. 15. de Thynnis loquens:
Est (inquit) in Europe Thraci Bosphori, quo Propontis Euxino jungit-
ur, in ipsius Asia Europamque separantis freti angustiis, faxum miri
candoris, a vado ad summa perlucens, juxta Chaledonem in latere
Asiae. Hujs aspectu replete territi, semper adversum Byzantium promon-
torium, ex ea caput appellatum Auricorno, precipiti petunt agmine.
[Legendum Aurei cornis contendit Hard. cum Aureum cornu nomen
fuit, cuius hoc promontorium, ex Strab. lib. 7. q. V. At cur non
Aurei corni?

AURICULA, AURICULARIS. V. AURIS.

AURICULA Muris, [μώρος ἀρινός] Herba est caulinis pluribus ab una ra-
dice, aliquatenus ab imo rubentibus, & concavis, que paſſim mensa
Maio floribus ornata visitur, nimirum in eratis, campis, horis, fecus vias,
& ubique locorum. De hac Galen. lib. 7. impl. & Diſcor. lib. 2. cap. 179.

AURIFER, AURIFEX, AURIFODINA, &c. V. AURUM.

AURIGA, æ. c. [Ἄριγχη] proprie dicitur (ut ait Servius) Qui currum
regit, ad 12. Eén. 85. Ovid. 2. Met. 327.

Hic situs est Phaeton currus auriga paterni.

Auriga pro Areaga ab Areas agendo dicitur, Desp. 403. Sic Bigæ,
Trigæ, quasi Biage, Triage, Tibicen pro Tibiacen. Desp. ibidem. Sed
illud Auri unde est? Fortasse dictum fuit olim Petorig, deinde Auriga.
Vide Petoritum. H. St.

Auriga, pro Agafone apud Virg. 12. Eén. 85. Servius.

Aurigam, pro Nauta dixit Ovid. 1. Tripl. 4. 16. Al. 3. 118.

Auriga in fém. gen. apud Virg. 12. Eén. 918.

Auriga, Signum celeste super Tauri cornua: hunc cum Tauro una clara
stella conjungit. Retinet autem Auriga stellas duas in manu, que Hœdi
vocantur: quorum & ortus & occasus tempora gravissimas facit.
Oriuntur autem cum Scropio, mensi Octobri. Hæc Servius. Cic. 2.
de Nat. Deor. 110. Auriga

Sub lœva Geminorum obductus parte seretur.

AURIGO, i. n. [Ἄριγχη] æc. Curram regere. Suet. in Calig. cap. 18. Nec ul-
lis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Plin. lib. 33. cap. 5. Quum ipse
concolor panno aurigaturus esset.

AUREGOR, æl. dep.

Aurigatur (inquit Nonius) honeste positum, pro Moderatur ac régit.
Varro Modio, Afse vinum: afse palmentarium: secundas, quo natura
aurigatur, non necessitudo.

AURIGATIO, ònis. f. [Ἀριγχεῖα] Gell. lib. 7. cap. 8. Quibus verbis del-
phini amantis, & pueri non abhorrentis conuentudines, infus, gestatio-
nes, aurigationes referunt.

AURIGARIUS, i. m. [Ἀριγχη] videtur usurpari a Suet. in Ner. cap. 5.
pro eo qui curam habet infructuori aurigas in spectaculis, auct. Torrent.
Perfidie vero (inquit) tanta, ut non modo argentarios pretiis rerum co-
emptarum, sed & in Praetura mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

AURIGA, [Ἄριγχη] Ptolemao urbs Cyrenes, vulgo Zadra.

AURIGER, V. AURUM.

AURIGO, inis. f. [Ἄριγχη] Morbus regius: a colore auri, quem bilis
per totum corpus diffusa repræsentat. Perott. Sciron. Larg. 109. Hoc
medicamentum facit ad auriginem, quam quidam regium, quidam ar-
quatum morbum vocant. Aurigenum Varro appellat ait a colore auri.
Ibid. 4. 8. in Vet. Glōff. Aurugo.

AURIGINOSUS, a, um, [Ἀριγχη] Qui morbum auriginis patitur.
Perott. Auruginosus in Glōff.

AURIGINO, ære. [Ἀριγχη, ἀριγχη] Motbo hoc laborare. Tertull. de
Anim. c. 17.

AURINIA, Fœmina Germanorum fatidica & sacerdos. apud Tacit. in
Germ. 8. 5. Sed codd. variant. V. Kirchmaj. ad loc.

AURIPIGMENTUM, [Ἀριπιγμένη] quid significet, declarat Plin. lib. 33.
cap. 4. his verbis, Aurum faciendo est etiam una ratio ex auripigmento,
quod in Syria fodiunt pictoribus, in summa tellure, auri colore, sed fragi-
pili, lapidum speculatori modo.

AURIS, i. f. [Ἄρις, ἄρις] ab Auro, quam in audiendo recipit. Le chant de
Opif. Dei, cap. 8. ab Hauniens vocibus derivatum existim. Unde
Virg. 4. Eén. 359.

— vocemque his auribus hauſi. h. e. Intellexi. Ter. Phorm. 5.
6. 28. Aftiti, animam compressi, aurem admovi.

Auris etiam in brutis. ut, Auribus lupum tenere, pro In dubio esse. Ter.
Phorm. 3. 2. 21. V. LUPUS.

Arbitrio consilioque auris uti. Gell. lib. 13. cap. 19.

Q. 9. 3

Judicium

Judicium aurum superbissimum. Cic. in Orat. 156. Quamvis enim faves, gravesque sententiae, tamen si inconditum verbis efficiuntur, offendentes, quarum est judicium superbissimum. Aurum judicium vocatur superbissimum, quoniam statim respunt aures & aversantur quod est inconditum & insuave sono. Sic Auctor ad Heren. lib. 4. 32. Sensus aurum Fastidiosissimum appellat, quia cito fatigatae afficitur. Unde recte precipere videntur ii qui jubent, ut in componendo nostras ipsorum aures confundamus, & orationem quodammodo modulantes advertamus quid refucent, & quid probent.

Tarditatem aurum gargarizatione purgat, & transitus auditus aperit. Plin. lib. 23. cap. 2. de aceto scillino.

Aurum ades vacue, joco dixit Plaut. Pseud. 1. 5. 54. pro furdo.

Immo non ita intellexi. Facere vacuas ades aurum. H. St. Nunc legitur: Fae sis vacuas. Pseudole, edis aurum. At ille Faxis legebat. V. Scalig not. ad Casin. Prol. v. 29.

Voluptas aurum. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Acuta Satyrorum. Hor. 2. Carm. 19. 3. Quem locum enarrans Turneb. Acutas dixit, inquit, non Acute & obtente audientes, & Bacchi cantus operam dantes, & arrectas, sed in acumen fastigias, atque collectas. Agresti auro homo, Qui caret aurum judicio. Cell. lib. 13. cap. 19.

Applicatae. V. APPLICO.
Arrectae. Virg. 1. Enn. 156.

Attenta aures. Hor. 2. Serm. 1. 19.

Attonite aures. V. paulo post, Movet fragor, &c.

Avidae. Cic. in Orat. Claud. in 1. Conf. Stil. 47.

Bibulae. Perf. 4. Sat. 50. i. e. Quae ita avide bunt laudes proprias & assestantes, quemadmodum arena bibit humorem.

Binæ. Virg. 1. Georg. 172.

Calens auris. Juven. 11. Sat. 187.

Capaces, in CAPAX.

Calfa. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 303.

Ante frustum delcta mihi ne turpia castis

Auribus Italiae factorum exempla nocerent.

Clementes. Cland.

Decepta ambiguis vocibus aures. Ovid. 7. Met. 821.

Decisive. Tacit. 12. Ann. 14.

Demiffa. Virg. 3. Georg. 500.

Dextra auris. Ovid. 2. Met. 311. Sic Læva, Sinistra.

Docilis. Claud. de Mul. Gall. 8.

Dure. Virg. 4. Enn. 428.

Cur mea dicta negat duras demittere in aures.

Erudita. Cic. in Orat.

Festae. Claud. de Bell. Get. 206.

Fidae. Ovid. 10. Met. 382.

Fissa. Perf. 6. Sat. 70.

Geminae. Ovid. 10. Met. 116.

Gratae. Claud. in pref. Bell. Get. 17.

Hebetes. V. paulo post, Habet aures hebetes.

Hispidae sunt aures. i. e. Erectæ sunt. Sen. in Hippol. 1038. de Tauri marino loquitur.

Humana auris. Hor. 2. Serm. 2. 94.

Das aliquid fama, quæ carmine gratiæ aures

Occupat humanam.

Jejunæ aures civitatis. Cic. in Orat. 106. Jejunæ igitur hujus multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis, aures civitatis acceptimus. Sensus est: Ante me civitas nostra jejunæ habebat aures hujus multiplicis orationis. h. e. Nunquam audiverat orationem hanc multiplicem & variam, quæ in omniæ dicendi genera funderetur, amplecteturque & summissum orationis genus, & temperatum, & sublimè.

Ima auris. in I M U S.

Invisæ. Ovid. 2. de Arte Am. 449.

Lasse. i. e. Audiendo deficere. Hor. 1. Serm. 10. 10.

Mlemor. Ovid. 20. Epist. 98.

Misera. Juven. 9. Sat. 113.

Mutilata, in M U T I L U S.

Obserfata auribus fundere preces. i. e. Rogare non auditum. Hor. Epod. 17. 53.

Odiofa. Ovid. 1. de Arte Am. 489.

Patiens cultura auris. Hor. 1. Epist. 1. 40. i. e. Quæ sinat se coli ejus vitiis.

Paulæ. Hor. 1. Epist. 19. 70.

Pavidæ. Ovid. 3. Epist. 59.

Placidae. Virg. 4. Enn. 440.

Pronæ. Claud. de Bell. Gild. 426.

Propitiæ, opponuntur Hebetis, quas habere dicuntur qui non curant quæ audienda sunt audire. Ulp. in l. Si extran. D. de jur. dotiorum: Nequaquam enim iudex propitiæ auribus audierit mulierem dicentem, cur patrem, &c.

Rimofa. i. e. Quæ nihil secrutorum tenet. Hor. 2. Serm. 6. 46.

Secreta. Hor. 2. Serm. 8. 78.

Securae. Ovid. 2. Amor. 2. 53.

Severæ. Martial. lib. 6. 82.

Sintentes, pro audiendi cupidis. Cic. 2. Att. 14. Quantam mihi moves expectationem ex ferme Bibuli? &c. prouinde ita fac venias ad sientes aures.

Solertia, plenæ sonoribus. Lucret. lib. 6. 1183.

Solidæ, i. e. Quæ carent judicio. Ovid. 11. Met. 175.

Surdæ. Tibul. 4. 14. 2.

Suspensis auribus aliquid bibere. V. SUSPENDO.

Teretes & religiose aures Atticorum. Cic. in Orat. 27. Ad Atticorum aures teretes & religiose qui se accommodant, ii sunt exultimandi Attice dicere. Qui bene de aliquo Oratore judicare possunt, hi dicuntur a Cicerone teretes aures habere. Idem de Opt. Gen. Orat. 11. Si teretes aures habent, intelligentiæ judicium. Teretes, i. e. Rotundas & perfectas: Religiose, Quæ nihil tolerare possunt quod incorruptum non sit, & quodammodo sanctum. Videtur Hor. in Arte Poët. 323. ex preflsite, quæ ait,

Gravis ingenium, Gravis dedit ore rotundo

Musa loqui.

Timidæ. Ovid. 1. Faſt. 699. & 2. de Arte Am. 179.

Trepidae. Sen. OEth. 6.

Tritæ. Cic. de Cler. Orat. 124. Atqui hec, inquam de incestu laudata oratio puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore, loci sane inaneas, verum tam nonnulli tritis nostrorum hominum auribus, nec eruditæ civitate, tolerabiles.

Vacue. Ovid. 4. Mct. 41.

Vaporata. Peri. 1. Sat. 126.

Verberatae sermonibus. Tacit. Agric. 41.

Abhorret a nobis auris deorum, atque animus. Cic. ad Octav.

Abuti auribus. In ABUTOR.

Accidit auribus, & ad aures. In ACCIDO.

Accipere auribus. Quintil. lib. 2. cap. 6.

Accipere mandata auribus. Cic. 8. Philipp. 28. Hæc tu mandata L. Piso, & tu L. Philippe, principes civitatis, non dico animo serre, verum auribus accipere potuitis?

Accipere auribus multa oratoris est. Cic. 1. de Orat. 218. Quoniam dicendi non debet esse jejuna atque nuda, sed alpfera atque difinita multarum rerum jucunda quadam varietate, fit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percuruisse.

Andre miferorum vocem, & auribus accipere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Accipi æquis auribus, pro Benigne & libenter audiri. Plin. lib. 1. Epist. 8. ad Saturninum. Aliene laudes parum æquis auribus accipi solent.

Accipi prornis auribus. Tacit. 1. Hist. 1.

Accommodare aures pronas. Claud. de Bell. Gild. 426.

Adire aures alieuius. Tacit. 11. Ann. 32.

Admittere auribus. In ADMITTO.

Admonere ad aurem. In ADMONEO.

Admovere aurem. In ADMOVEO.

Adverte monitis tardas aures. Propriet. 1. 1. 37.

Affere aures verbis, i. e. Audire. Ovid. 2. de Arte Am. 159.

Agnoſcere auribus. In AGNOSCO.

Annuere aure facilis. Propriet. 1. 1. 31.

Arrigere aures, quod Oratores Patetificæ dicunt. In ARRIGO.

Aſtare arrectis auribus. Virg. 1. Enn. 156. Metaphora ab animalibus sumpta.

Audire aure non aversa. Tibul. 3. 3. 28.

Audire parum auribus. In AUDIO.

Biberæ aure. In BIBO.

Blandiri auribus. Plin. lib. 1. Epist. 2. ad Arrianum. Libelli quos emisimus, dicuntur in manibus esse, nisi tamen auribus nostris bibliopoliæ blandiuntur. i. e. Adulanter.

Calent aures. Cic. in Sallust. 2. i. e. Plus nimio affluſaſætæ, & quasi attritæ. Metaphora a calore qui generatur ex frequenti collisione & attritione duorum corporum.

Canere surdis auribus. In CANO.

Cantare in aurem. V. paulo post, Garrire in aurem.

Capere auribus spolia. Plaut. Mil. 3. 1. 5.

— Nam opus est nunc tuto loco,

Unde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis.

Unde inimicus, ne quis nostra spolia capiat auribus. i. e. Non stra audiendo consilia, ne libi consilium capiat, unde possit esse superius. Jocus Plautinus. Unde proverbium. Perficium, Alienis auriculis colligere efcas. [ubi exstat hoc proverbium?]

Capere aurem. Lex est xii Tab. apud Pythagorinem Horatii interpretationem, quam sic restitutus Turnebus, Si in suis vocat, n. i. t. antefatus manum injicito, aurem anteſtantī capito. V. ANTETFOR.

Ceperat aures: i. e. Attentas fecerat. Ovid. 4. Met. 27.

Captare auribus aera. Virg. 3. Enn. 514. i. c. ventos explorare.

Circuit sonus aures. Stat. 4. Sylv. 4. 26.

Circunsonant aures vocibus. In CIRCUNSONO.

Claudere aures ad voces doctissimas. In CLAUDIO.

Claudere aures veritati. Cic. de Amicit. 90. Cuius autem aures clauderetur, ut ab amico verum audire nequeat, hujus falus desperanda est.

An Ita clauderetur? H. St. Non male.

Commodare aures alicui. Sen. in Hippol. 5. & Ovid. 5. Trist. 12. 53.

Competere auribus dicitur res aliqua. Tacit. 3. Hist. 73.

Completere aures sermonibus. In COMPLETO.

Conciliare fibi aures. Claud. in pref. Bell. Get. 17.

Concipere aures sonos. Claud. epigr. de Mul. Gall. 8.

Contingit aures pavidas fecitus. Ovid. 3. Epist. 59.

Dare aures alicui. Cic. 1. Att. 4. Etenim quoniam multos dies aures meas acutilio dedidimus, cuius sermonis genus notum ribi esse arbitror, non mihi grave duxi refractare ad te de illius querimoniosis.

Dare faciles aures. Sen. in Hippol. 4. est libenter audire aliquid.

Dare justas vocibus aures. Valer. 7. Argon. 419. significat Verba recte accipere & percipere.

Dare auribus, pro Aſtentari & blandiri. Cic. 12. Fam. 16. Noli putare, mihi Cicerio, mihi auribus tuis dare: nihil, &c.

Dedere poetas suas aures. Cic. pro Arch. 26.

Deducit aures niveus lapis, i. e. Unic gravis dependet ab auribus. Sen. Hippol. 390.

Dicere aliquid dignum studiis atque auribus. Cic. pro Cneuent. 66. Vos quoſo ut adhuc me attende, auditis item, que reliqua sunt, audiatis: proſecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conuentu & silentio, dignum veſtris studiis atque auribus esse videatur.

Dicere in aurem. V. 1. N.

Dividere aures alio. Catul. 60. 15.

Nos alio mentes, alio divitimus aures.

Dormire in aurem utramvis. In DORMIO.

Eſſicere dignum aliquid auribus hominum. Cic. 1. de Orat. 120. Quinihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficerre atque edere, is mihi etiam si commovetur, in diceando tam impudentis videatur.

Erigere aures, & animum attendere. Cic. 3. Verr. 3. Quo tempore igitur aures judex erigeret, animumque attenderet?

Excipere aliquid auribus, pro Audire. Plin. 4. Epist. 19. Laudes nostras avidissimis auribus excipit.

Exigi

Exigi aures. Quintil. lib. 1. cap. 5. Illa vero non nisi aure exiguntur, quae sunt per sonos. i. e. auribus dijudicantur.

Ferire aures. Cic. 2. de Orat. 144. Feriunt enim aures hominum, cum illa qua jucunda & grata, tum etiam illa qua mirabilis sunt in virtute, laudari.

Ferit sonus trepidas aures. Sen. OEth. 16. Quod Virg. 3. Aen. 40.

Vox redditia fertur ad aures.

Garrare, ridere, cantare, laudare in aurem. Martial. lib. 1. 90.

Garris in aurem semper omnibus Cinna:

Garris & illud, teft quo licet turba.

Rides in aurem, quereris, arguis, ploras:

Cantas in aurem, judicas, taces, clamans.

Adeone penitus fedit hic tibi morbus,

Ut sepe in aurem, Cinna, Cæfarem laudes? Cinnam arguit, cui tantus in aurem dicendi omnia morbus infederat, ut ne Cæfarem quidem aperte laudaret.

Habere faciles aures. Quintil. lib. 6. cap. 5. Nam & faciles habuit aures, & natura sequebatur, ut meliora probantes pejorum pœniteret. h. e. Nactas est faciles & volentes auditories.

Habere teretes aures. V. Teretes & religiose aures.

Habet aures hebetes. Qui negligenter audit, vel non curat audire que audienda sunt. Cic. pro Planc. 66. Nam posteaquam sensi populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere, defici quid de me auditori essent homines, cogitare. Sumpta metaphora ab ipsa ratione naturali, atque adeo physiognomia ipsius capituli: quibus enim oblonge sunt aures, si quidem optime audiunt: qui autem hebetes habent & minus cavernos, si deteriorem audiendi facultatem habent. [In]fite.

Aliquid auris hab. Gell. 13. 19. Si aliquid auris habeas, sentias suavitatem sonitus.

Imbuere aures sermonibus. Tacit. 4. Hist. 7.

Impellere aures. Virg. 4. Georg. 349.

Implore. In IMPLEO.

Implore aures sermonibus. Ovid. 12. Met. 56.

Inculcare se auribus alicuius. In INCULCO.

Influere in aures populi. In INFLUO.

Infervire aures. Gell. lib. 13. cap. 19.

Interrogare aurem suam. Gell. lib. 13. cap. 19. Aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere, quid illa suaferit, id profecto erit redditissimum. Tum is qui quererat: Quoniam modo (inquit) vis aurem meam interroget? Et Probum ait responde: Quo suam Virgilium percutundus est, qui diversis in locis, urbes & urbis dixit, arbitrio confilio usus auri.

Juvare aures cantu. Lucret. 5. 1380. i. e. Delectare, seu Obllectare.

Lacestant voces aures. Lucret. 4. 601.

Micat auribus equus. Virg. 3. Georg. 84.

Movet fragor attonitas aures. Sen. OEth. 8.

Mulcendas natus ad aures, Canor. Ovid. 5. Met. 561.

Obgannire ad aurem, pro Maleste infusurare & obtundere. In OBGANNO.

Obstruere aures. Virg. 4. Aen. 440.

Obtundere aures aliquia re. V. paulo post, Præbere aures non obtusas.

Offendere aures. V. supra, Judicium aurium superbiss.

Onorare odio. V. ONERO.

Pandere rumoribus aurem avidam. Claud. 2. in Conf. 1. Stil. 47.

Parcere auribus alicuius, est Non sippius inculcare illud quod invitus quis audiat. Sen. in OEdip. 14.

Patefacere aures aſtentatoribus. Cic. 1. Off. 91. Iſdem temporibus cavenimus et ne aſtentoribus pateſaciamus aures, nec adulari nos finamus, in quo nulli facile eſt.

Patent aures querelis omnium. In PATEO.

Patent aures præceptis omnium monitique. Cic. 14. Philipp. 20. Memoria teneti, me ante diem XIIII Cal. Jan. principem revocande libertatis fuisse: me ex Cal. Jan. ad hanc horam in vigiliſe Reipublicæ: meam domum, measque aures dies & noctes omnium præceptis monitique patuisse.

Patent aures ad diputationem. Cic. 3. Fam. 8. Jam non tam mihi vindicent injuriam facere ii, qui haec disputant, quam si cuius aures ad hanc diputationem patent.

Pepulit aures meas fremitus. Sen. Hippol. 7.

Percutunt aures suam. V. paulo ante Interrogare aurem suam.

Percutit aures murmur. Sen. in Agam. 7.

Peregrinantur aures, Quom non verfantur in pervagato civitatis sermone: quum soli ignoramus que omnes norunt in urbe fieri. Cic. pro Milon. 13. An vero Judices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe verfamini, vestra peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone verfantur? quis illæ leges, &c.

Perfluit aures dicta. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Permovere aures precibus. Claud. de Sext. Corf. Hon. 368.

Permulcere afflentum aures. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Personant aures. In PERSONO.

Perstringere aures. i. e. Strictrum penetrare. Hor. 2. Carm. 1. 18.

Pervelle aures. Sen. lib. 4. de Beneficiis, cap. 36. Nec tanquam munus dabo, sed verba mea redimam, & auren mihi pervellam: damno castigabo promittens temeritatem. Rfuris lib. 5. cap. 7. Loquar mecum, & mihi auren pervellam. h. e. Ero mihi ipsi monitor, ne similiſter peccem. V. Vellere. [Bud. legit Provelam. Provellam ferri posset.

Pervenire ad aures dicitur, quod Auditur. Virg. 2. Aen. 81.

Pervenit ad aures crimen. Ovid. 2. de Arte Am. 449.

Placere auribus. Martial. lib. 2. 86.

Scribat carmina circulus Palæmon:

Me raris juvat auribus placere.

Præbere aures. Ovid. 7. Met. 821.

Præbere aures non obtusas. Cic. Anteq. iret in exil. 13. Nunc si eadem conditio disceptationis proponeretur, aqui auditores adhibebuntur, aures non obtusa criminatione, sed vacue præbebuntur.

Præcludi aures alicui. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Præfertare aures alicui. Martial. lib. 11. 25.

Aurem dum tibi præfeto garrenti.

Pulsat aures ululatus. Claud. de Bell. Get. 625.

Quarere auribus effigiem perfectæ eloquentiæ. Cic. in Orat. 9.

Raderre aures delicatas. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Recipere auribus, pro Audire. Stat. 10. Thib. 765.

Recipere sonum aures dicuntur. Cic. 2. de Nat. Deot. 141. Aures quum sonum recipere debeat, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocata sunt.

Respirant aures a. Quintil. lib. 1. cap. 8. Quum poeticis voluntatibus aures a forensi asperitate respirent.

Respuunt aures quod durum atque absonum est. Gell. lib. 13. cap. 19.

Sequi aures i. e. Judicium auris. Gell. lib. 13. cap. 19. Neque rationem verbi, neque confuetudinem, sed solam auren sequuti sunt, suis verba modulis penitentiam.

Sonant aures. Cell. lib. 1. cap. 3. Cui sonant aures. Sonant aures intra se ipsas. Idem lib. 6. cap. 7. §. 8.

Stant aures. V. supra Hippidæ aures.

Studere auribus judicium, i. e. Causas agere apud judices. Martial. lib. 10. 19. de Plinio juniore, qui patronus erat apud Centumviros.

Dum centum studet auribus virorum.

Substringere auren loquaci. Hor. 2. Serm. 5. 95. i. e. Subjungere.

Suscipere aliquid in alteram auren. h. e. Animo parum securo. Sic suscipere, ut dubites tamen recte sis facturus, an secus. Cic. 11. Att. 11. Sed quoniam tu suscipis in alteram auren de retentione, reſcripti ad tuas accurate literas scriptas. Conſcieſt igitur, & quidem sine illi, duitatione aut retrahitione hoc fieri & oportet, & opus est. Alli tamen sic diſtinguant, Sed ipsi quam res illa probaretur, magis verebar. Sed quoniam tu suscipis, in alteram auren. Deinde sequitur alterius epitoſa latitudine. De retentione reſcripti, &c. Sensu autem est, In alteram auren: subaudi, Dormio. i. e. Securus sum, nihil vereor.

Sufurrat aure. i. e. In auren. Ovid. 3. Met. 643.

Tangere auren. Plin. lib. 11. cap. 45.

Terget aures sonus. Lucret. lib. 6. 118.

Tintinant aures. Catul. 49. 11. ex emend. Scalig.

Torquere auren ab obſcenis sermonibus. Hor. 2. Epift. 1. 127.

Vellere. Virg. 6. Ecl. 3.

Quum canerem reges, & prælia, Cynthius auren

Vellit, & admonit paſtorem.

Ubi Servius, Vellit, i. e. Mo-vit: ut aliibi, Potesque a cardine vellit. Tractum a more præceptorum, qui dum pueros suos admonent alicuius rei, auren vellunt ac trahunt, ut in mentem revocent. V. Pervellere auren.

Venit ad aures fama. Sen. in Octav. 6.

Vermat auris. V. AURISCALPIUM.

Uti auribus alicuius, Ab aliquo audiri. Cic. 7. Fam. 33. Nam & Cassius tuus, & Dolabellus noſter, vel potius uteque noſter, ſtudiis iisdem tentent, & meis aguiflimis utuntur auribus. i. e. Equiflimo judicio arium meorum utuntur declamantes.

AURICULA, æ. Cartilago illa est circum aurium concavitatem, ut ait Valla lib. 1. Sed plerumque usurpatur pro Ipsa aure. dimin. Martial. lib. 5. 78.

Auriculam Mario graviter miraris olere:

Tu facis hoc, garris, Nestor, in auriculam.

Auricule albae, Afini. Perf. 1. Sat. 59.

BRACCARIUS, i. m. Braccarum confector. Lamprid. in Alex. cap. 24. Braccariorum, linteonum, vitreiorum, pellionum &c. vestigal pulcherimum inituit.

BRACCATUS, Adj. Bracca induitus. Cic. pro Font. 23. Sic existimat eos hic sagatos, bracatoque versari animo demissio atque humili, ut &c. Miles bracatus. Propert. lib. 3. 17. i. e. Parthus.

Braccata Gallia, Provincia Narbonensis, docente Plinio, Narbonensis, inquit, provincia appellatur pars Galliarum, qua interno mari alluitur, Braccata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumque faluberis Romano imperio jugis. Hec ille lib. 3. cap. 3. Constat autem Bracatam dictam esse a vestium habitu, quum reliqua a nutriendi capilli studio Comata diceretur, quanquam sunt qui toti id nomen Galliæ falsè tribuant, illi Lucani lib. 1. 438. moniti:

Crinitus effusus toti prælate Comata. Constat enim ex lib. 11. Ann. Taciti, 20. 2. Comatam a Narbonensi aliam esse omnino. V. Plin. lib. 4. cap. 17. & Melam. 2. 5. & 3. 1.

BRACCARA. V. **BRACARA**.

BRACHIUM, i. n. [Εργαστη] Os ulnae, quod humerum excipit a Celso I. 8. c. 1. dicitur, & frequentius pro toto membro accipitur, quod est ab humero summo ad manus. Virg. 5. En. 364.

— & evinctis attollit brachia palmis.

Brachium deducitur, inquit Festus, a *εργαστη*, quod est breve, eo quod ab humeris ad manus breviora sint, quam a coxis plantæ.

Levi brachio dicimus, quum Indilgentem operam significamus. Cic. 4. Att. 16. Consules, qui illud levi brachio egissent, rem ad senatum de- tulerint.

Molli brachio aliquem objurgare, h. e. Leviter: tralatione ab iis qui pueros errantes leviter percutiunt. Cic. 2. Att. 1. Quod me quodam modo molli brachio de Pompeii familiaritate objurgas, nolim ita existimes, &c.

Brachia, in piscibus mollibus. [Εργαστη] Plin. lib. 9. cap. 29. de nau- tilo. Postea prima duo brachia retrorsus, membranam inter illa mira tenuitatis extendit, qua velificante in auro, ceteris subremigans bra- chia, media cauda ut gubernacula se regit.

Brachia in machinis. Vitruv. 1. 1. & 10. 15.

Ferreæ, scil. Circinæ. [Εργαστη] Ovid. 8. Met. 247.

Brachia in munitionibus. Oppius de Bell. Alex. cap. 5. Liv. 4. 9. extr. Lucan. 3. 385. Curt. 6. 4. 16. conf. Lex. Pitif. Sic

Brachia portuunt. Suet. Claud. cap. 20.

Extrude brachia valli. Lucan. lib. 3. 387.

— eradicata extruxit brachia terra. i. e. Aggeres, sive extrema valli cornua.

Portæ brachia portus. Juven. 12. Sat. 76.

Tyrrenianum Pharon, porrectaque brachia rursum, &c.

Procurrunt brachia finis, vel potius portus. Ovid. 11. Met. 230.

Brachium, de mari & fluminibus dictum. Liv. 22. 52. pr. Annibal ad minora ducit estra oppugnanda: & omnium primum, brachio ob- jecto, flumen eos excludit. [Sed profecto h. l. ut & in alio ex l. 4. c. 35. exr. qui in Lips. Thesfauro afferatur, Munitionis brachium intel- ligitur, non Cornu, seu Diverticulum fluminis, vel Maris finus. De mari quidem Ovid. 1. Met. 13.

— nec brachia longo

Margine tenuorum porrexerat Amphitrite. De Fluminibus, quo- modo Germani usurpant, apud veteres autores non occurrit, nisi quod in Thei Lips. ex inedita veteri Geographo, Brachia Nili memoran- tur. Sed si fortassis sequitur avi ost. V. Cang. Gloss.

Brachia montium. Plin. lib. 5. cap. 27.

Ardua brachia insula. Claud. Epig. 86. (al. 28.) 4. in Descript. Insulæ.

— fractaque per tundas.

Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

Brachia in virtibus sunt, ut flagella, palmitæ, duramenta. Columel. lib. 6. [προ. 4.] Nec debemus committere ut brachia pleniora truncu- sint. Buda us. conf. l. 4. passim. Virg. 2. Georg. 368.

— tunc firme comas, tunc brachia tonde.

Arnosa brachia arboris. Virg. 6. En. 282.

Nemorosa texus fundit. Sil. Ital. lib. 13. 595.

Spatiantis pallim, arboris. Ovid. 14. Met. 629.

Pandit brachia ulmus. Virg. 6. En. 282.

— annofaque brachia pandit

Ulmus opaca ingens.

Tendere brachia, dicitur æsculus. Virg. 2. Georg. 296.

— & brachia tendens

Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.

Abrupta brachia Pindi, i. e. Arbores in monte Pindo crescentes. Claudi. Paneg. 3.

Concava Caneri. [Εργαστη] Ovid. 10. Met. 127.

Concavare in arcum. Ovid. 2. Met. 195. de Scorpio. Sic

Contrahere. Virg. 1. Georg. 34.

Curvare. Ovid. 2. Met. 82.

Brachium equo, vel potius Centauro. Ovid. 3. Met.

Contractio & Projecatio brachii, contraria. Cic. in Orat. 19. Brachii pro- jectione in contentionibus, contractione in remissis. [Remissione] Lamb. Malim Contortionibus legere, ut sit n. absolv. respondens à Lemili. Porrectio brachii. Aut. ad Herenn. lib. 3. 27. Si contentio fieri per di- distributionem, celeri prorectione brachii, inambulatione, peius dextri rara suppositione, acri & defixo aspectu uti oportet. [Nisi hic quoque

Projectione legendum.

Cere brachia. Hor. 1. Carm. 13. 3. i. e. Mollia, aut Ceræ similia. Aeron.

Candida. Stat. 3. Silv. 5. 66.

Captiva. Sen. OFth. 2.

Celeri brachio uti. Auctor ad Herenn. lib. 3. 27. Si contendimus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu uti- mur.

Curva. Stat. 6. Theb. 850. al. Vara.

Defessa. Sen. Herc. OEth. 14.

Fluentia sudore. Ovid. 9. Met. 58.

Fortia. Stat. 1. Achil. 128.

Inertia. Ovid. 5. Met. 548.

Lassata. Juven. 6. Sat. 420.

Lenta. Sen. Octav. 6.

Libera. Ovid. 13. Met. 668.

Liventia. Ovid. 6. Met. 279.

Livida. Hor. 1. Carm. 8. 11.

Mollia. Lucret. lib. 4. 791.

Nigra Vulcani. Juven. 13. Sat. 45.

Nuda. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 30.

Obliqua. Ovid. 5. Met. 215.

Onerata telis. Ovid. 3. Met. 109.

Operosa. Stat. 1. Theb. 218.

Pallentia. Ovid. 7. Met. 345.

Recta. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Retorta tergo. Hor. 3. Carm. 5. 22.

Sæva. Ovid. 2. Met. 82.

Saucia. Ovid. 1. Amor. 14. 18.

Sopita. Ovid. 14. Epift. 69.

Subiuncta lacertis. Ovid. 14. Met. 304.

Temeraria. Ovid. 1. Amor. 7. 3.

Adducta brachia solvere. Ovid. 9. Met. 52.

Captantia collum. Ovid. 3. Met. 428.

Confumpta feræ. Stat. 10. Theb. 165.

Circundare brachia collo. Ovid. 9. Met. 458.

Cohibere. Cic. pro Cal. 11. Nobis quidem olim annus erat unus ad co- hibendum brachium toga constitutus, & ut exercitatione ludoque cam- pestri tunicati uteremur.

Competere. Ovid. 14. Met. 630.

Dare. Hor. 3. Carm. 9. 2.

Nec quisquam potior brachia candidæ

Cervici juvenis dabit.

Demittere. Virg. 3. En. 535.

Demissa brachia. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Diducere molli motu. Stat. 3. Silv. 5. 66. de Saltatione.

Efferre. Virg. 5. En. 427.

Exerere. Ovid. 2. Met. 270.

Exolvere ferro. Tacit. 15. Ann. 63. i. e. Aperta, sive secta vena mor- tem fibi ascifere.

Extument brachium. Cic. 2. de Orat. 241. Per tuas statuas vero quum dixit, & extento brachio paululum etiam de gestu addidit, vehemen- tius risus.

Fatiscere. Stat. 1. Theb. 218.

— jampridem Cyclopum operosa fatiscunt

Brachia.

Ferire. Sen. in Med. 10. Tibi nudato pectori Manas sacro feriam bra- chia cultro.

Fere humida. Ovid. 19. Epift. 60.

Fidere brachii. Hor. 3. Carm. 4. 50.

Fidens juvenis horrida brachii.

Frangere brachium. Cic. 2. de Orat. 253. Excusavit Vespa Terentius,

quod eum brachium fregeisse diceret. V. FRANGO.

Gerere. Ovid. 5. Met. 455.

— & quæ modo brachia gescit,

Crura gerit.

Jactare alterna. Virg. 5. En. 276.

Otentique humeros latos, alternaque jactat

Brachia protendens, & veberat icthibus auris.

Excussa. Ovid. 5. Met. 595.

Jactare in latus. Quintil. lib. 4. cap. 12.

Implicare brachia collo materno. Ovid. 1. Met. 762.

Injicere collo. Ovid. 3. Met. 389.

— ut injicere sperato brachia collo.

Intendere remis. Virg. 5. En. 829.

— jubet ocyus omnes

Attonili malos, intendi brachia remis.

Laxare. Stat. 1. Achil. 128.

— & fortia laxat

Brachia.

Mittere. Lucret. lib. 4. 791.
— quum alternis brachia mittunt.

Movere. Ovid. 2. Met. 696.
— & brachia movit in herbis.

Nectere. Stat. 1. Achil. 319.
— & brachia ludo
Nectere, nate, grave est?

Opponere. Ovid. 9. Met. 33.

Præbere sceleri. Ovid. 7. Epist. 126.
Præbueram sceleri brachia nostra tuo.

Pulsare brachia. Sen. Herc. OEth. 15. Centum populi brachia pulsent.

Scilicet ad planctum Herculi dandum.

Remittere. Virg. 1. Georg. 202.
— si brachia forte remisit.

Tendere. Ovid. 3. Met. 723.
Tollere in numerum. Virg. 4. Georg. 174. De Cyclopibus.
Illi inter se magna vi brachia tollunt
In numerum. Ovid. 6. Met. 262.
— non profectura precando Brachia sustulerat.

BRACHIO^LUM, dimin. **CATUL**. 62. 181.
Mitte brachio teres, Prætextate, puellulae.
Est item pars Armo juncta in jumentis, apud auctores Rei veterin. V.

BRACHIO^LARIS.

BRACHIALIS, e. Quod est brachiorum. Plaut. Poen. 5. 4. 99. Condam alet alterum in nervum brachialcm.

Crassitudo brachialis. Plin. lib. 13. cap. 11. Idem 17. 17.

Torques brachialis. Vopisc. Aurel. cap. 7.

BRACHIALE, is. n. [Βραχίων] Ornamentum brachiorum. Plin. lib. 28. cap. 7. Lais & Salpe, canum rabiosorum morbus, & tertianas, quartanicas febres, mentritis in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Armillæ etiam vocamus. conf. Plin. 32. 1.

BRACHIARIUM Beroald. ex Prisciano. Vide Ber. Comment. in Suet. 229. Sunt autem Armilla, ornamenta brachiorum, quæ, ut ait, Prisc. alio nomine Brachiaria appellavit. H. St. conf. **DEXTRARIO^LUM**.

BRACHIATUS Adj. [Βραχιάτης] Quod brachia habet. ut, Brachiata vinea. Columel. lib. 5. cap. 5. Alii capitatas vineas, ali brachiatas magis probant: quibus cordi est in brachia vitem componere. Brachiata arbor. Plin. 16. 30.

BRACHIOLARIS, e. ut, Musculi brachiolares. Veget. Mulomed. 2. 25. Ubi & de Brachiolorum posuit in pectori equino.

BRACHIONARIUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. Βραχιονάριον, brachionarium.

BRACHMĀNS, um; & arum, m. pl. [Βραχμᾶναι] Indiae populi, & philosophi: quorum philosophandi genus, ut indicat Strab. lib. 15. non adeo a Pythagoricis præceptis alienum est. Plin. lib. 6. cap. 17. Multarumque gentium cognomen Brachmāna. V. **GYMNO^SOPHISTÆ**.

BACHODUS Extrema, [Βραχόδος ἄκρα] Urbs Africæ minoris Ptolemæo. Vulgo Monexi.

BRACHYBII, [Βραχύβιοι] a Dionysio vocantur Æthiopes a vita brevitate. Siquidem quadragesimum annum non excedunt.

BRACHYCATALECTOS, [Βραχυκαταλέκτος] Breviter terminatus versus, cui dicit in fine pes. Dicitur & Brachycatalecticus.

BRACHYLOGIA, æ. f. [Βραχυλογία] Latine Brevoiloquium dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 3. Dissolutio, figura vocata apta, quum quid instantius dicimus. Nam & singula incidunt, & quæ plura sunt. Ideoque utimur hac figura non in linguis modo verbis, sed sententiis etiam: ut Cicero dicit contra coniunctionem Metelli. Qui indicabantur, eos vocari, cuffodiri, ad Senatum adduci iussi, in Senatu sunt positi. Et totus hic locus. Hoc genus Βραχυλογία vocant, quæ potest esse Copulata dissolutio. Contrarium est Schema, quod conjunctionibus abundat. Illud ἀντίστοι, hoc μετατοπίστο dicitur. Hæc Fabius. conf. Idem 8. 3.

BRACTEA, æ. f. [ἰπάτης, πτυνών] est Lamina tenuis, & sponte pliabilis, ut pte tenuitate interdum crepitet. Virg. 6. Æn. 209.

Talis erat species auri frondens opaca
Ille, sic leni crepitabat bractea vento. Veruntamen ita tenuis nonnamquam bractea est, ut crepitare non possit, ut illa ex qua fit auratura & argentaria. Plin. lib. 21. cap. 3.

Bractea ligni. Plin. lib. 16. cap. 43. Idem 37. 7.

Tenuis bractea. Ovid. 3. de Arte Am. 212.

Inspice quam tenuis bractea ligna tegit. conf. Martial. 9. 63.

Solin. cap. 1. Valla 4. 74. vel Lex. Pitifc.

BRAC^TRALIS, vel **BRAT^TRALIS**, e. Prudent. Hymn. Rom. v. 1025. Setsafus fulgor bractealis inficit.

BRACTEAMENTUM, i. n. Subtile figuramentum. ut Vet. Gloss. exponit Fulgent. Virgil. Continent. p. 140. Ed. Münker. Afcrei fontis faturior. **BRACTEARIUS**, i. m. [Βραχετάριος] Qui aurum malleis tufum, & in quamvis tenacitate ductile, rebus inaurandis inducit. Budæus. Ea dictione utitur Arcadius in l. ult. D. de jure immun. Firmic. quoque lib. 4. cap. 15. & 8. 26.

BRACTRATOR, òris. m. Idem. Firmic. 8. 16. Quicunque habuerit horoscopum in XVII. parte Scorpiorum, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

BRACTEATUS, a. um. Sidon. 2. Epist. 10. Bracteatum lacunæ. Sen. Epist. 115. Bracteata felicitas. Bracteata coma. V. Lex. Pitifc. Ex Pontano 253. annotar. H. St.

BRACTEOLA, æ. [ἰπατηλία] dimin. Juven. 13. Sat. 152.
— qui bracteola de Castore ducat. Arnob. lib. 6. p. 205.

Prudent. Psych. 355.

BRACTIA, Insula est una Illyrici. Insulas autem Illyrici amplius mille frequentatas, Plin. est auctor.

BRADAS, Præcipue nobilitatis vir, Rheyllæ uxoris Herodis sophista frater, argumentum generis gestabat in calceis. Id autem erat epiphrynon menoides eburneum, quod significat fibulam cornicantem, qualis ferme figura in Luna est, quum paulum crasfescit. Ab hoc fertur proverbum. Nobilitatem in astragalis gestare: quod in eos recte dicitur, qui generis præstantis tumentes, nulla ipsi virtute nituntur. V. Cael. Rhodig. lib. 20. cap. 27.

BRAGADA, Fluvius qui juxta Uticam labitur. Aliis Bagrada vocatur. q. V. suo loco.

BRAGÆ, Insula Africae quedam sunt desertæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

BRANA, Turdulorum oppidum est in Hispania, & conventus Cordubensis. Plin. lib. 3. cap. 1.

BRANCA, æ. f. Idem quod Brachium vel Ungula, [Immō Vestigium, seu Planta pedis] ut Branca lupi, branca ursi, apud Vet. Aut. de Limit. Goef. p. 110. **BRANCA URINA**, [Βρανκα ωρία] Herba est foliis lactuca latioribus, longioribusque, eruce modo laciniatis, nigris cantibus, ac molli quodam labore pinguis, eadem profrus cum Acantho, ut videre est apud Mattheiol. in Dioſc. lib. 3. cap. 17.

BRANCE, Gallæ far est. Gallæ quoque suum genus farris dedere: quod illic Brance vocant, apud nos Sandalum, nitidissimi grani. Et alia differentia est, quod feri quaternis libriss plus reddit panis, quam far aliud. Hæc ille lib. 18. cap. 7. ubi Hard. ex Mſf. Bracem & Sandalem refutat.

BRANCHIA, arum. f. [Βρανχία] dicuntur in piscibus, secundum cervicem follium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per vices recipere existimantur. Plin. 9. 7. & 18. Piscium alii branchiae multiplices habent, alii simplices, alii duplices. His aquam acceptam ore remittunt.

Uitum in singulari numero, Vulg. Interp. Tob. 6. 4.

BRANCHIDA, Apollinis Didymai sacerdotes, apud Posideum oppidum & promontorium Ionie, qui locus (inquit Plin. lib. 5. cap. 29.) prius Branchidiorum oracula dicebatur, nunc Didymai Apollinis, quo in loco de Brancho & Apollinis amore confusa fabula est. Aut. Strab. lib. 14. conf. Pomp. Mel. 1. 17. & Lucian. Pseudoman. p. 719. & 734. Ab his orti **BRANCHIA**, Populi Afra. V. Curt. 7. 5. 28.

BRANCHUS, ut scribit Lactant. Filius fuit Apollinis ex filia Iaunic & Sunonis conjugi suscepimus, qui quum Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virginis accepit, cœpique vaticinari, & subito nupsquam apparuit: post hoc ingens templum est ei adificatum, quod Branchiadon nominarunt.

Idem auctor alibi dicit Branchum, quandam Thessalum fuisse, ab Apollo maxime dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem justit. Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiades communes Apollinis & Branchi sacerdotes.

Branchi meminist Stat. 3. Theb. 479. Strabo lib. 14. Boccat. de Geneal. Deor. 5. 10. p. 125.

BRANCHUS, vel **BRANCHOS**, [Βρανχος] Raucedo, & asperæ artearia paffio, quum humor ad guttur descendit, ita ut madente interiorie pellicula vox raucescat: unde & arteriacum hoc vitium appellant, quod aspera arteriam peculiariter inficit. Contingit etiam interdum circa humoris defluxum, nimia vociferatione, vel frigidi aeris inspiratione, ut & Egineta asserit, & experientia ipsa confirmat. V. Isidor. 4. 7.

BRANCO, Populi sunt Afra. Plin. lib. 6. cap. 20.

BRANNOVICES, um; vel **BRANNOVIL**, orum. Populi Galliæ Narbonensis ignoti, de quibus Cæst. Bell. Gall. 75.

BRASIDAS, dux Lacedemoniorum, circa Amphipolim ab Atheniensium multitudine numero impar deprehensus, claudendum se præstitit, ut per longum corone ambitum extenuaret hostilem frequentiam: quaque rarilius obstant, erupit. Frontinus. 1. 5. 23.

Braſidas quidem vir bonus, sed Lacedaemon multos habet præstantiores. Adversos eos qui se non modo primos, verum etiam solos existimant. Natum proverbiū ex apophthegmate, quemadmodum docet Plutarchus in Laconicos, & vita Lycurgi.

BRASMA, atis. [Βρασμή] Bulla scutenturis aquæ. Hinc Braſma, Pipe atropothum & inane dixit Dioſc. 2. 89. conf. MOX BRCHMA.

BRASMATIA, arum. f. [Βρασματία, a Βρασμω ebullio] Terra motus. Ammian. 17. 7. Eodem Braſtas vocant Apul. de Mundo p. 256. & Strabo lib. 5. Βρασματει Ariſtot. de Mundo.

BRASSICA, æ. f. [Βρασμή] a Praefacione est dicta, auctore Feſto. Braſifica (inquit Var. lib. 4. L. L. 21.) ut Praefeca: quod ex hujus scapo minutatim præfecatur. Cato de R. R. cap. 156. Braſifica est quæ omnibus oleribus antīſtat. Cic. 7. de Nat. Deor. 120. Jam vero ritus sic claviculari adminicula tanguam manibus apprehendunt, atque se ita erigunt ut animantes: quinetiam a caulinis braſificisque, si propter statu, int. ut a pteriſteri & noſcentibus refligere dicuntur, nec eos illa ex parte contingere. Cato cap. 157. de braſifica geneſibus. Nunc uti cognoscis genera earum, prima est laevis, quæ nominatur λεπτή, grandibus & latis foliis, caule magno: validam hæc naturam, & vim magnam habet. Altera est crispæ, quæ a similitudine apii καρποῦ vocatur. Hæc est & aspectu & natura bona ad curationem, validiorque est quam supre scripta est. Item est tertia, quæ σφραγίδη vocatur, minutis caulinis, tenuioribus foliis, & acerrima omnium est itarum, tenui ſucco vehementissima. Et primum ſcito, de omnibus braſificis nulla est illiusmodi medicamentorum. conf. Plin. 19. 8. & 20. 9. & Lex. Pitifc. Plaut. Pseud. 3. 2. 26. V. in FLITUM. Braſifica capitatum, vulgis Gallicum vocat des choux cabus. Macerare braſificans in aquam. In MACERIO.

Vincta junco levī braſifica. Propert. lib. 4. 2. 44.

BRASTA. V. BRASMATIA.

BRATHY, [Βραθή] Herba Sabina altera dicta, duorum generum est: altera tamarii ſimilis folio, altera cupresso. Quare quidam Creticam cūpreum dixerunt. A multis in ſufficiis pro thore affluitur. In medicamentis vero duplicitate pondere eodem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Verba sunt Plin. lib. 24. cap. 11. conf. Apul. de Herb. cap. 85. & Dioſc. 1. 89.

BRATTIA, Mæſtie provinciæ, que Pannoniis jungitur, insula est, ut scribit Plin. lib. 3. cap. ult.

BRAVIUM, V. BRAVIUM.

BRAURON, [Βραύριον, ή Βραύρια] Atticæ Demus, seu oppidum, ubi Diana Brauron facellum erat. Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7. Melæ Brauronis oppidi nomen.

BRAURONIA, [Βραύρια] Diana cognominata, a Braurone populo, ut scribit Stephan. & Strab. I. c. Brauron vero heros fuit, unde loco nomen. Brauronis Diana famulæ Athenis fuit in arce, cuius simulacrum Praxitelis opus fuit, ut ait Pausan. Aleminit, & Herodotus.

BRAURONIA, n. pl. [Βραύρια] Festum erat in honorem Diana Athenis celebrati ſolitum, in quo capra faciebat: ubi & Rhapodi primum Homer. Ilida decantaverunt. Hesychius.

BRAVUM, [Βραύριον] Urbs Hispaniæ Ptolemao, vulgo Burgos, olim Blasburgi, alius Aeca.

BRAXÆ, arum. f. Calceamenta coimedorum. Isidor. 19. 34. περὶ τὸ βράξαι, quod crepent inter cundem.

BRECHMA, is. f. Vitium est in piperis arboribus ex celi intemperie, quo carbunculantur, suntque semina cassa & inania, sic Indorum lingua significante arbustum. Ex Plin. lib. 12. cap. 7. Al. codd. Bremma vel Brioma. Diosc. *ερέχμα* q. v.

BREGETIUM, i. n. Urbs superioris Pannoniae. Hodie Bonezbida, Ptol. Geogr. 11. Gruter. p. 262. n. 8.

BREGMA, & Breges, & Phryges, iidem sunt. Strabo lib. 12.

BREGMA, ätis. [ερέχμα] a medicis proprie appellatur Pars anterior capitatis, supra frontem capillis tecta, que & Sinciput a Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Graecos pro Toto capite positum inventum.

BREMENTIA, Afiae populi in Troade. Plin. lib. 5. cap. 30.

BRENDA, a Poetis quibundam brevitas causa dicta fuit Apulie urbs Brundusium. Festus. Sed V. Scalig. & Dacer. not.

BRENNI, Norici populi. V. BREUNI.

BRENNUS, [βρένος] Senonum Gallorum regulus, & dux: in cuius mentione occupatus sumus est Liv. lib. 5. 38. &c.

Brennus sacrilegus. Propert. lib. 3. 13. 51.

BRENNUS, Mons in Germania. V. Philargyr. ad Virg. Georg. 4. & Berrugg. ad Suet. Ces. cap. 25. p. 47. Ortel. Thef. Geogr.

BRENO, Dux Gallorum, qui Brenonam Veneturum urbem ædificavit; quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Nonnulli scribunt duplicit. n.

BREPHOTROPHUM, i. n. [βρέφοτρόφον] Latine Parvulorum hospitium dicitur, domusque est aliendis infantibus parta. l. 19. C. de facrofanc. eccl.

BREPIUM, Promontorium est Achaeia. Plin. lib. 4.

BRETENA, [βρέτηνα] Urbs Italiae sub Venetia, Ptolemaeo. Plin. Brintum vocat: hodie Brignano.

BRETOLAEUM, Ptolemy. Lusitanæ oppidum est, quod hodie Britium dicitur.

BREUCI, teste Plin. lib. 4. cap. 35. sunt Pannonicæ populi, ad Saum fluvium. De his V. Strab. lib. 7. & Ursat. de Nor. Rom. Thef. Græv. Tom. 11. p. 581. D.

BREVIS, c. [βρέχω, βάδει, σύζεμο] proprie Quod opponitur Longo. Cic. 4. Acad. 92. Multa pauca, magna parva, longa brevia, lata angusta. Ovid. 2. Amor. 4. 36.

Convenient voto longa, brevisque meo.

Brevia, pro Confectariis. Cic. 4. de Fin. 48. Venio ad illa tua brevia, quæ confectiona esse dicebas, & primum illud quo nihil potest esse brevius. Bedeus. conf. 2. 26.

Aliquid contractione brevius fieri, aut productione longius. Cic. 3. de Orat. 194.

Verborum ambitus contractus & brevis. Cic. de Clar. Orat. 162. Et ambitus ille verborum, si secundum periodum appellari placet, erat apud illum contractus & brevis.

Vita exiguum & breve curriculum. Cic. pro Arch. 28. Quid est quod in hoc tam exiguo vita curriculo & tam brevi, tantis nos laboribus exercamus?

Cursus brevissimus fluvius, Qui non longe decurrit. Ovid. 14. Met. 329.

Breve vita reliquum. Plaut. Merc. 3. 2. 4.

Decurso in spatio breve quod vita reliquum est.

Actione brevis atque concisa. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Ævum breve. Hor. 2. Serm. 6. 97. — Quam sis avi brevis,

Ævum breve & fragile. Plin. Paneg.

Alvus brevis. Virg. 3. Georg. 80. — illi ardua cervix:

Argutumque caput: brevis alvus: obesaque terga.

Anni breves, pro ætate brevi. Hor. 4. Carm. 13. 22.

Aqua, i. e. frētum. Ovid. 18. Epist. 174.

Num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua?

Auditio brevi quamvis magna translati, impar curis gravioribus. Tacit. 2. Hist. 59.

Caput breve. Hor. 1. Serm. 2. 89.

Calix brevis haec rapiet. Sen. Troad. 273.

Censu, pro Exiguo. Hor. 2. Carm. 15. 13. Sic

Cœna brevis juvat. Hor. 1. Epist. 14. 35.

Coluber. Ovid. 2. Epist. 119.

Affuit Alecto brevibus torquata colubris.

Coma. Sen. Hippol. 6.

Commandatio. Plin. lib. 11. cap. 42.

Cura. Hor. 2. Epist. 1. 216. Curam impende brevem.

Cursus brevissimus. Virg. 3. Æn. 507.

Dies brevior. Ovid. 2. de Pont. 4. 12.

Sæpe fuit brevior, quam mea verba, dies. i. e. Brevior visus est.

Dominus. Hor. 2. Carm. 14. 24. i. e. Parvi temporis, ut ait Acron; vel Brevis vita, ut Porphyrio interpretatur.

Donum, Non durable. Sen. Hippol. 6.

Epitola. Cic. 1. Att. 9.

Excusus. Virg. 4. Georg. 194.

Filia breviora. Ovid. 5. Trist. 10. 46.

Flores. Hor. 2. Carm. 3. 13. Sunt qui ad v. Rosæ epitheton referunt.

Folii brevioribus ornare aliquem. Hor. 1. Epist. 19. 26. Minoris corona decores Schol. i. e. Parcius laudes.

Forma. Ovid. 5. Met. 457. de Lacerta.

Fortuna. Sil. Ital. 4. 734.

Pelle moras, brevis est magni fortuna favoris. i. e. Cito transit.

Frons. Martial. lib. 4. 42.

Fructus hic brevis hominis. Lucr. lib. 3. 925.

Furo ira. Hor. 1. Epist. 2. 62.

Gaudium. Sen. Octav. 4.

Gyare breves. Juven. 1. Sat. 73. Sunt qui subst. esse putant Brevibus, a recto Brevia. q. V. mox.

Gyro breviori flecti. Sen. Hippol. 3.

Herba lapathæ brevis. Hor. 2. Serm. 4. 29.

Ilex brevior. Sen. OEth. 13. Rapit alta flammæ pinus, & robur tenax, Et brevior ilex.

Iter. Ovid. 1. de Ponto, 4. 32.

Latus. Hor. 1. Serm. 2. 93.

Lilium. Hor. 1. Carm. 36. 16. i. e. brevi tempore durans. Schol.

Litus. Tacit. 14. Ann. 9. Navesque fabricatur plano alveo adversus brevi litus & incertum.

Brevissimi loculi, Repository in quibus monilia magnum patrimonium reuocantur, Repotoria in quibus monilia magnum patrimonium reuocantur, Annotavit Rhenan. in lib. Tertull. de Habit. mulichri.

Mensa. Hor. de Arte Poet. 198.

Mensura. Ovid. 9. Met. 788.

Mora. Sen. Troad. 8.

Mus. Ovid. 2. Faft. 574.

Occasio. Ter. Eun. 3. 5. 57. An ego occasionem mihi ostentatam, tam brevem, tam optatam, tam inperatam amitterem?

Opus. Ovid. 15. Epift. 4.

An, nisi legiles auctoris nomina Sapphus,

Hoc breve nescires unde veniret opus?

Ora. Lucret. lib. 4. 179. — ut brevis ora teratur.

Pœnia. Sen. OEdip. 12. Itane tam magnis breves pœnas sceleribus solvis?

Pondus, pro Corpore. Hor. 2. Serm. 2. 37. — Quia scilicet illis

Majorem Naturæ modum dedit, his breve pondus.

Præcepta. Cic. 1. de Orat. 145. Nam de actione & de memoria quædam brevia, sed magna cum exercitatione præcepta gutaram.

Sermo. Plaut. Mil. 4. 2. 29.

Sigilla brevia. Ovid. 6. Met. 86. — Certamina quatuor addit,

Clara colore suo, brevibus distincta sigillli. i. e. Parvis signis, seu imaginibus, de Palladiis tela.

Solamen. Sen. Oœstav. 3. Spes una mihi, totque malorum breve solamen.

Somnus. Sen. Troad. 6. Brevisque fessis somnis obrepit genis.

Spatium. Lucret. lib. 4. 162.

Et ceu multa brevi spatio submittere debet

Lumen Sol, ut perpetuo lumen omnia plena.

Stultitia. Hor. 4. Carm. 12. 27.

Misce stultitiam confilii brevem:

Dulce est despicio in loco.

Summa. Martial. lib. 12. 67.

Syllaba five litera brevis, cui contrarium Longa vel producta. Cic. in

Orat. 159. Inclitus dicimus brevi prima litera, infans producta.

Tempus breve. Virg. 10. Æn. 467.

— breve & irreparabile tempus

Omnibus est vita.

Tempore brevi. Cic. 2. Tusc. 5. Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum: ut jam (quod natura fert in omnibus febrebus) senescat: brevique tempore ad nihil ventura videatur.

Terra brevissima. Plin. Epift. 282.

Vafculum brevissimum. Pallad. de R. R. 5. t. 8.

Ver breve. Ovid. 1. Met. 117.

Perque hiemis, aëtusque, & inæquales Autumnos,

Et breve Ver, spatii exigit quattuor annum.

Via. Virg. 9. Ecl. 23.

Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas.

Via brevior mortis. Tibul. 1. 10. 4. Nep. 18. 8. 5.

Via brevissima. Ovid. 5. Met. 253.

Vipera brevis. Hor. Epop. 5. 15.

Canidia brevibus implicata viperis. conf. Coluber supra.

Vita. Ovid. 3. Met. 124.

Jamque brevis vita spatium fortita juventus.

Vitam brevem colere. Plaut. Pfeud. 3. 2. 33.

Breve facere aliquid. Cic. in Sallust. 5. Jam dabo operam quam maxime potuero, ut breve id faciam.

Absolute. Cic. 11. Att. 7. Breve faciam.

Brevis est labore, obscuris fio. Hor. de Arte Poet. 25.

Ad breve: subaud. Tempus. Suet. Tiber. 68. Erat prægrandibus oculis, & qui, quod mirum esset, nocte etiam & in tenebris viderent, fed ab breve.

In breve cogi. Hor. 1. Epist. 20. 8. — & scis

In breve te cogi, quum plenus languet amator.

In brevi, scil. Tempore. Cic. ad Oœstav. O miseram & in brevi tam celebrè tam variam Reip. commutationem!

Brevi, abl. & subauditur tempore. Cic. 7. Verr. Brevi postea est mortuus. Plaut. Rud. prol. 55. Potesset ibi cum brevi fieri divitem. Brevi non agnoscunt eodem emendi.

Puto de futuro dici frequentius. Quæ diræ brevi ab omnibus diis exaudite, ut favit ipse in suum sanguinem efficerent. Livius de quadam rege. H. St.

Adepte brevi. Ovid. 3. de Pont. 4. 99. conf. Nep. 2. 4. 4. Liv. 1. 9.

Brevi, adv. five abl. pro adv. Idem significans quod Paucis verbis, five Breviter. Cic. pro Cæc. 94. Tametsi extra caufam est, percurram tamen brevi.

Circumscribi & definiri brevi. Cic. pro Sext. 97. Sed genus universum (ut tollatur error) brevi circumscribi & definiri potest.

Complecti brevi. Cic. 1. de Orat. 190. Nunc complectar quod proposui brevi.

Dicere aliquid brevibus, & brevibus agere; dixit Cicero pro eo quod alii dicunt Uno verbo. [Διαλ. Εργάσια. H. St.

Docebo brevi. Phædr. præf. lib. 3. 31.

Proponere brevi, Synon. Brewiter. Auct. ad Herenn. 4. 36. Transfio vocatur, quæ quoniam ostendit breviter quid dictum sit, proponit item brevi quid confequantur.

Respondere brevi. Cic. 3. Fam. 8. Faciendum mihi putavi, ut tuis litteris brevi responderem.

Brevi, aliter acceptum. Gell. lib. 13. cap. 17. Fuit autem *Æschylus* nor. brevi antiquior Euripide, h. e. Longe antiquior.

Brevi, m. vel Breve, n. substantiæ pro Libello ponitur aliquando in quo quid scriptum est. I. ult. de con. fisci debitor. in C. Inter chartulas confiscati, brevis quidam afflaverat inventus, qui nomina debitorum concineret. Lamprid. de Alex. cap. 21. Milites fuos sci ficit, utin cibulo habetur breves & numerum & tempore militantium. Vopisc. in Aurel. cap. 36. Breve, inquit, nominum conscripti. [Inimo Breven, ut p.p. As breven legit singulis. Sic in Bonoso c. 15. Juxta breven legendum, quia subiecti, brevis numerum fuit. Omnino in n.g. exempla defidero. Brevia speciatim Pontif. Rom. Epiftolæ barbaris demen fecilis dici coepiunt.

Brevia, um. Vædo, per quæ possumus vadere. ait Serv. ad Virg. 1. Æn. 11. 5.

In brevia & Syrtes urger. i. e. In brevia Syrtium. Serv. ibid.

ubi & res Interp. V. conf. supra Gyare breves.

Brevia litorum nudantur. Tacit. 6. Ann. 33;

Brevia Profundis opponit Tacit. 1. Ann. 70. Neque, inquit, discerni poterant incerta ab solidis, brevia a profundis. conf. Sen. Epift. 22.

Vada brevia. Sen. Herc. fur. 572.

Has inopis unde brevia communiuunt vada. Scil. naves.

Deprehensus hefit Syrtium brevibus vadis. Virg. 5. En. 221.

BREVIO, [επιτελος, συντελος] arc. Quintil. lib. 1. cap. 9. Qua & brevia re quadam, & exornare salvo modo poetæ sensu permititur. Manil. 3. 461.

Ex illa totidem per partes sic breviantur. conf. Lactant. Epit. 8.

6. Vet. Gloss. Εργαζόμενος, brevio.

Bud. etiam ex Varrone hoc Breviare. H. St.

BREVIA, a, um, ut, Breviatis gradibus ascendere. Sidon. 2. Ep. 2.

BREVIA, onis. f. Augustin. Epist. 80. ad Hesych.

BREVIA TOR, onis. m. P. Oros. Hist. adv. Pagan. 1. 8.

BREVARIUM, i. n. [επιτελος] Opus concitum. Græce Epitome formino genere. Suet. Aug. cap. 101. Fecit & breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecunia in arario & fiscis & vectigalibus residuit. conf. Idem Vesp. cap. 21. Galb. cap. 12. air, Galbam ordinaria quidem dispensatori breviarium rationum offerenti, paropidem leguminis porrexisse. Sic Plin. lib. 18. cap. 26. Ut patiter (inquit) totius cultura breviarium quoddam peragatur. Pro eo accipit quod vulgo *Bordellum* dicimus. Hæc ex Budæo. V. Plin. lib. 7. cap. 26. Boëcier. ad Tacit. 1. Ann. 11. p. 236. Rupert. ad Flor. p. 114. q. Olim, ut ait Seneca Epist. 39. pr. vocabatur Summarium. V. Borrich. Cogit. p. 52. conf. Lex. Piffig.

Elias Vinetus prefatione in Solinum: Antiquus codex, cuius fidei Livii, Flori & Eutropii breviaria rerum Rom. refutimus. Vide an ita vocentur. H. St.

[Eutropio] hanc inscriptionem ex Ms. vindicat Vinet. cuius V. in eum auctorem præf. ut & que Cellarius de cadem.

BREVARIUS, a, um. Adi. ut, Breviarie rationes. Quæ in breve contractæ sunt. Scæv. I. ult. D. de pecul. legat. 8. 26. An peculio prælegato, & centum aurei, & usura eorum debentur, quum rationibus breviariis & forte & usuras complexus sit. Ulpian. in l. 3. §. 6. tit. feq. Logaratum, opinor, hoc appellat. Hotoman.

BREVICULUM, i. n. Libellus brevis. Budæus.

BREVICULUS, a, um, dimini. ut, Homo breviculus. Plaut. Merc. 3. 4. 54. Grabatus breviculus. Apul. i. Milef. p. 107.

BREVIGERULUS, i. m. Qui breve gerit. Gloss. Ifidor.

BREVILQUENS, entis. Partic. [επιχαλωσθεντος] Qui paucis aliquid scribit, aut dicit. Cic. 7. Att. 20. Breviloquentem jam ne tempus ipsum facit.

BREVILQUENTIA, a, f. [επιχαλωσθεντος] Idem quod Breviloquium.

Cic. de Repub. Breviloquentiam in dicendo colat. Ex Gell. lib. 12. 2.

BREVILQUEUS, a, um, vel BREVILQUIUS, e. [επιχαλωσθεντος]. Gloss. ambo. Labbæi: item Gr. Lat. H. Steph. p. 413. ex Apollon. Stob. Serm. 133. επιχαλωσθεντος profert.

BREVITAS, atis. f. [επιχαλωσθεντος] Cic. 3. Ver. 103. Multa autem propter rationem brevitatis ac temporis prætermittendam existimènt. Idem in Brut. 50. Brevitas autem, laus est in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet.

Contratio & brevitas. Cic. in Orat. 193. Quia contractio & brevitas dignitatem non habet.

Imitatio brevitatis. Cic. 1. de Invent. 28. Ac multis imitatio decipit brevitatis, ut quum se breves putent esse, longissimi sint.

Habiles brevitati. Ovid. 2. Amor. 4. 35.

Hæc habiles brevitate sua est. Brevitate, Ob brevitatem.

Ambitus brevitas, & Longitudo ambitus, contraria. Cic. in Orat. 199.

Arboris brevitas. Plin. lib. 12. cap. 2. Namque & chameplaneti vocantur coacta brevitas, quoniam arborum etiam abortus invenimus.

Dici brevitas, & longitudo noctis. Cic. 7. Verr. 26. Ita dici brevitas convivis, noctis longitudo stupris & flagitiis obterebatur.

Horæ brevitas. Sil. lib. 3. 141.

Pedum brevitas, & Proceritas contraria. Cic. in Orat. 211. ubi de Numero oratoria.

Pili brevitas. Plin. lib. 8. cap. 55. Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli ut in cute, propter brevitatem pili dilabidas.

Temporis brevitas. Cic. 1. Att. 18. Brevitate temporis tam pauca cogerer scribere.

Brevitas in sententia. Cic. 3. de Legib. 40. Nam brevitas non modo Senator, sed etiam oratoris magna laus est in sententia.

Judicium brevitatim in sonis. Cic. in Orat. 173. Et tamen omnium longitudinum & brevitatim in sonis, sicut acutaram gravimumque vocum, judicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

Acutior brevitas atque velocior in urbanitate. Quintil. lib. 6. cap. 3. Concisa brevitas. Cic. 3. de Orat. 202. Et distinctor concisa brevitas, &c.

Nuda & inornata. V. INORNATUS.

Non inornata brevitas esse debet, aliquo sit indocta. Quintil. lib. 4. cap. 2. Pura & illustris. Cic. in Brut. 292. Nihil enim est in historia, pura & illustri brevitate dulcissus. De Cœsaris commentariis loquitur, in quibus huiusmodi brevitas cognoscitur. Brevitas vero nisi sit illustris, sit illud Hor. Arte Poet. 25.

— brevis esse labore,

Obscurus fio.

Brevitas Sallustiana vitanda est. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Brevitatis cauta, familia contenti erimus una. Cic. 2. Off. Brevitate & celeritate syllabarum verba proclivius labuntur. Cic. in Orat. 191.

Brevitate sententia non satis aperta. Cic. in Brut. 66. Nam ut horum concisis sententias interdum etiam non satis apertis, cum brevitate tum nimio acumine, &c.

Consequi cum brevitate. Cic. 2. de Legib. 18. Eum morem igitur cum brevitate (si potero) confequer.

Brevitas pro Parvitate. Cœf. 2. Bell. Gall. 30. Gallis præ magnitudine corporum suorum brevitas nostra contentu est. conf. Claud. Epig. 20. & Pallad. de Instr. v. 157.

BREVITR, Adv. [επιτελος, συντελος] Idem quod Brevi. Cic. de Amicit. 6. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breviter & commode dicta, memoria mandabam.

Affari breviter aliquem. Virg. 4. En. 632.

Tum breviter Barcæ nutricem afflata Scahiæ.

Attingere aliquid cursum & breviter. Plin. lib. 1. Epist. 20.

Audire breviter. Virg. 2. En. 11.

Sed si tantus amor casus cognoscere nosnos,

Et breviter Trojæ suprium audire laborem.

Complecti aliquid breviter & absolute. Aut, ad Heren. lib. 1. 18.

Describere aliquid breviter summatisque. Cic. in Orat. 50.

Dicere & expondere breviter. Cic. 4. Ver. Dicit unus & alter breviter.

Et pauco polo. Exponam vobis breviter quid hominis sit. Et 1. de Orat. 107. Neque gravabor breviter meo more quid quaque de re fentiam, dicere. conf. Epist. 25. 18. 6.

Dicere aliquid breviter & in transcurso. Plin. lib. 3. cap. 5.

Fari breviter. Virg. 6. En. 121.

Compar. Brevius. Cic. 4. Fin. 10. Quod ego pluribus verbis, illibet vius. conf. Idem 3. Fam. 8.

Spe brevius, Cœtius quam putaras. Ovid. Rem. Amor. 804.

Spe brevius monitis expediere meis.

Superl. Brevissime. [επειχωντος] Cic. 7. Verr. 13. Tantum brevissime dico, Judices.

Usipratur & de tempore. ut, Iratum breviter vites, inimicum diu. Publ. Syrus.

BREUNI, [Πτολ. Ρεύναι] Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sie enim ex inscriptione trophyæ Alpium lib. 3. cap. 20. Gentes Alpinae devictæ, Triumpilini, Camuni, Venofites, Vennonetæ, Ifaci, Breuni, &c. Veloces Brieni. Hor. 4. Carm. 14. 11. Ubri al. Brenni. Sunt qui & Brenci, Breones vel Briones effarent. Dicitur adhuc val Bregna, Germ. Palenfer chal, tefte Schudo de Præsa Alpina Rhætia p. 97. qui negat eos dem esse Breunos Ptolemaei ac Plinii, quod afferit Hard.

B R I

BRIA, V. infra in MEBRERIA.

BRIAREUS, trifyll. [βραιάρειος] Gigas, Cæli & Terra filius fuit, alio nomine Ἑρακλος dictus, quem per pulchre his verbis depinxit Virg. 10. En. 56. &c.

Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt,

Centenaque manus: quinquaginta oribus ignem

Pectoribusque artifice: Jovis quoniam fulmina contra

Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enes.

Centum geminus Briareus. Virg. 6. En. 287.

Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ.

Vastus Briareus. Sen. OEth. 2.

BRIAREUS, a, um. Adi. quinque syllab. Claud. de Rapt. Proserp. 3. 188. Apperit centum Briareia turba lacertis.

BRIAS, adis. Urbs est Pisidie regionis in Asia, Strabo, Artemidorum. typum scriptorem testem citans.

BRIGANTES, um, pl. [βριγαντες] Populi in Septentrionali parte Angliae.

Juv. 14. Sat. 196. Tacit. 12. Ann. 32. & Vita Agric. cap. 17.

BRIGANTES, Vermiculi qui cilia arare & exulcerare solent. Marcel. Emp. cap. 8.

BRIGANTIA, a. f. vel BRIGANTUM, i. n. [βριγαντον] oppidum Vindelicorum juxta Rhenum, ad lacum Acrionium. V. Strab. lib. 4. & Ptolem. Ammian. 15. 4. Panciroli. Not. Imp. Occid. cap. 82. Hodie Bregenz. Unde,

BRIGANTII, ejusdem Oppidi incolæ. Strab. p. 142. &

BRIGANTINUS Lacus Rhætæ, inter Alpes, qui multæ marinis æmulas generat. Plin. lib. 9. cap. 17.

BRIGANTUM, [βριγαντον] Hispanie civitas: vulgo hodie Compostella, oppidum sancti Jacobi vocatur. Ptolemaeo Flavium Brigantium dicitur. Est & Brigantium, Cenomarus urbis ut Ptolemao, vulgo briancor.

BRIGANI, Populi inter Alpinas gentes, Plinio numerantur cap. 20. lib. 3.

Hard. putat eosdem ac Brigantios Delphiniatus.

BRILESSUS, Ἑγιάλειος dictus, Attica mons est. Auctor Plin. lib. 4. cap. 7.

BRILETUM, Mons est Attica regionis prope Tharen: utriusque meminit Plin. lib. 11. cap. 37.

BRIMO, f. [βρημον] Unum est ex Hecates, five Proserpina nomini.

duo, δῆ τε βρέμει, hoc est a Terreno impositum, eo quod nocturni terriculæ ab ea immitti credebantur, ut ex Apolloni interpretibus

annotavit Cœl. Rhodig. lib. 11. cap. 16. Propert. 2. 2. 64.

Mercurio Ianctus fertur Bebedios undis

Virgincum Brimo compotuisse latus. sed varia est lectio. V.

BÖBEIS, conf. Stat. 2. Silv. 3. 38. Micyll. ad Boccat. Geneal. p. 273 Schol. Apollon. ad l. 3.

BRISEA, a. [βρεισα] Promontorium Lesbi, in quo Dionysus colitur, quæ ab Ec Briseis appellatur. Stephan.

BRISEA, a. Uva Latine dicitur, quæ pedibus ad exprimentum vinum calcatur. Columel. lib. 12. cap. 39. Tum permiscere & subactam bri- fam præ subiicie, passimque secundarium, statim vase oblinitis in- cludere ne fiat austerior.

BRISÆUS, i. m. Cognomem Bacchi, vel a Brisea Lesbi promontorio, ve-

quod uvam invenerit & exprefserit. Tribut illud Peri. 1. Sat. 76. Accit. poeta, vel quia Poeta tragicæ in Liberi patris sunt tutela; vel quia scripsi Tragediam, Bacchum.

BRISABRITA, Asia populi, quorum mentionem facit Plin. lib. 6. cap. 20.

BRISEIS. V. poft dict. fed.

BRIDES, & CHRYSES, Fratres erant, patre Ardy progeniti. Horum alter Altynomen filium, ab Homero dictam a Chryse patre Chryseida suscepit: alter Hippodamiam, quam Homerus quoque a patre Brise Brieida appellat. Eufath. V. Rhodig. lib. 24. cap. 6.

BRISEIS, idis. f. [βρισεις] Homer. Iliad. 1. Phrygia puella, forma nobilis, qua capta ex Lyrmesso regia Minetis, Achilli in fortè cessit. Alias Hippodamia appellata, ut ex Eufathio docet Cœl. Rhod. 13. 3. Hor. 2. Carm. 4. 3.

prius infolentem

Serva Briseis niveo colore

Movit Achillem. conf. Ovid. 3. Epist. 1. sq.

Formosa Briseis. Propert. 2. 8. 35.

Briseis, accus. Propert. lib. 2. 8. 35.

Omnia formosam propter Briseida passus.

Briseida, voc. Ovid. 2. de Arte Am. 713.

Hilis te manibus tangi Brisebas finebas.

Briseida, abl. Ovid. Rem. Amor. 777.

Hoc & in abducta Briseida flebat Achilles.

BRITANNIA, per duplex n. [βριταννια] Insula in Oceano Septen-

trionali omnium per totum terrarum orbem insularum celebrissima

a Britone rege Britannia dicta, quæ prius Albion diceretur, ali-

aibis montibus, qui ad eam navigantibus primo apparent. Hæc ab ortu Germanico Oceano, ab occasu Hibernico alluitur, ab omni continente divisa, ut Ptolem. lib. 2. refert. Porrigitur in longum octingentis milibus passuum. In latum ccc millibus. Plin. lib. 4. cap. 16. conf. Tacit. Agric. 10. 2. & Lex. Pitisc. Inter Septentrionem & Occidentem, ut celebres Geographi tradunt, duæ sitæ sunt insulae: Britannia, & Hibernia paulo minor Britannia, ultra quas sunt quadraginta insulae Orcades appellatae, modicis spatiis inter se distinctæ. A poetis dicitur Alter orbis. Britannia nostro diuidetur mundo. Claud. Conf. Mall. Theod. 51.

Dura Britannia. Claud. de Bell. Get. 568.

Sæva. Claud. 4. Conf. Hon. 73.

Secura. Claud. 1. in Eutrop. 393.

Ultima. Catul. Epigr. 27. 4.

Quis hoc potest videre, quis potest pati,
Nisi impudicus & vorax & helluo,
Mamurram habere, quod Comata Gallia
Habebat, & cuncta ultima Britannia?

Britannia, Friesæ regio. V. Lips. ad Tacit. l. 1. Ann. p. 30. & ex eo Hard. ad Plin. 25. 3.

Britannia, hodie etiam Tractus in Gallia, qui & Normandia audit, olim Armoricus. V. Panciroll. Not. dign. Imp. Occid. cap. 84. Vulgo Bretagne.

BITANNUS, a, um. Adj. ut Causidici Britanni. Juven. 15. Sat. 111. Gallia caudicis docu facunda Britannos.

Efeda Britanna. Propriet. lib. 2. 1. 86.

BITANNUS, i. Subst. [εγράνως] Incola Britannæ.

Æquorei. Ovid. 15. Met. 753.

Cerulei. Martial. 11. 54. conf. Pitci.

Caledonii Britanni, Qui Caledonem silvam Britannæ inhabitant. Lucan. lib. 6. 68.

Unda Caledonios fallit turbata Britannos. conf. Martial. 10. 44.

Et f. l. CALEDONIUS.

Divisi tota orbe. Virg. 1. Ecl. 67.

Feri hospitibus. Hor. 3. Carm. 4. 34.

Horribiles & ultimi. Catul. 11. 12.

Infesti. Propert. 2. 14. 25.

Picti. Martial. 14. 99. 1. Caufam hujus Epitheti Vide ap. Cæf. 1. 5. de B.G. cap. 14. Conf. Cæruei, Virides.

Remoti, quas a toto orbe separati. Hor. 4. Carm. 14. 48.

Te belluofus, qui remotis

Obstrepit Oceanus Britannus.

Virides. Ovid. 2. Amor. 16. 39.

Ultimi orbis. Hor. 1. Carm. 35. 30.

Britannus, prima producta apud Lucret. lib. 6. 1104.

Nam quid Britannus cælum differe putamus?

BITANNICUS, a, um. [βετανίως] Adj. ut,

Aëstus Britannici. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Quid aëstus maritimæ vel Hispaniæ, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel acceſus, vel refluxus, deinceps fieri nonne possunt?

Balaena. Juvenal. 10. Sat. 14.

Quantum delphinis balaena Britannica major.

Bellum. Cæf. 5. Bell. Gall. 4.

Literæ. Cic. 7. Fam. 8. Ego vestras Britannicas literas exspecto.

BITANICA, a. f. [βετανική] Plin. lib. 25. cap. 3. Herba est foliis oblongis & nigris, radice item nigra, nervis & dentibus salutaris, & contra anginas & serpentum morbus efficax remedium habens. Hujus flores Vibones vocantur, quibus ante tonitrua degustatis, milites adversus fulminum id est profus fecuri reddebarunt. Scribit Plin. loco cit. promots a Germanico trans Rhenum castri, in maritimo traetu fontem suffuse inventum aqua dulcis, qua pota, intra biennium dentes deciderunt, compagique in genibus solverentur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio suffuse, a Friesi Romano militi commonitatram. conf. Difc. 4. 2. & Apul. de Herb. cap. 29. Plin. vocem quæ subauditur ubique addit.

BITANICUS, [βετανίκης] Cognomen fuit filii Claudiæ Cæfaris, ex Messallina suscepit, quem primo Germanicum mox ob partem de Britannia victoriæ Britannicum, appellavit: qui quanvis adhuc infans a patre in castris saepe circumlatu & militibus commendatus fuisset, Neroni tamen privigio, Agrippina artibus per adoptionem familiæ Cæsarum affecto, postpositus, ejusdemque operaveneno sublatu est. Suet. in Claud. & Ner. Tacit. Ann. lib. 11. 12 & 13.

Britanicus etiam cognominatus Imp. Commodus. Lamprid. cap. 8. item que Severus. Herodian. 3. 14. 8.

BRITO, vel BRITTO, onis. media ancip. Aliud gentile, Incola Britannæ. Aufon. Epigr. 107. v. 9.

Silvius hic bonus est. Quis Silvius? iste Britannus,

Aut Brito hic non est Silvius, aut malus est. Male enim tum audiebant Britanni. conf. idem Epig. seq. Martial. 11. 21. v. 9.

Quam veteres bracca Britonis pauperis.

Britones, pl. Juven. 15. Sat. 124.

Quæ nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam. [Sunt qui hoc nomen negant insulae Britannæ incolis competere, & his proprie vindicant, qui vulgo Bretones dicuntur.] Populi minoris Britannæ, quæ est Gallie Celtaicæ regio, ad mare Oceanum sita, Normannis, ac Picavæ contermina. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, indeque ab Anglis Saxonis populis fertur, in adverso litore tenuis fixisse. Verum hi facile refelluntur, cum transitus ille multis post fecilis accidet, ita ut de his antiquiorum auctorum verba interpretari non licet.

BRITUM, Lufitium oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

BRIOMARTIS, [βετανίμαρτης] Puella fuit ex Gortyne Cretæ civitate, Jovis & Charmes filia, Diane in primis cara, alio nomine Dictynna appellata, δικτυννη δικτυων, hoc est a retibus, quorum usum in venatione tradidit inventio. [Vel potius, ut alii placet, quia in iisdem delituit, a pectoribus excepta] Hanc [enim] Minos Creta rex fert adamasse, cuius viu quam aliqui effugere non posset, ex alta fete tupe in mare precipitavit. V. Virg. in Ciri 285. conf. ibi Scalig. Diodor. lib. 5. Calimach. Hymn. in Dianam, v. 190. Dicitur Diodoro lib. 6. Britona. Ipsam Dianam sic Cretenibus appellatam auctor est Solinus cap. 11. V. & Anton. Liberal. Fab. 40. conf. DICTYNNA.

BRIVAS, vel BRIVATES, Lugdunensis Gallie portus, apud Ptolem. lib. 2. cap. 8. hodie Brest. V. Scalig. Aufon. Lect. 2. 14. p. 126.

VOL. I.

BRIXELLUM, i. n. [βετανία] Oppidum in ripa Padi fluminis situm, ab urbe Parma decem milibus passuum distans, ubi Otho fibi manus attulit. Plin. 3. 15. Tacit. 2. Hist. 13. 3. Suet. Oth. cap. 9.

BRIXENTES, [βετανίτες] Ptolemy Alpini, Leptonites finitimi, quotum meminit Plin. lib. 3. cap. 20. Forum oppidum hodie Erixen.

BRIXIA, [βετανία] Urbs est Transpadana regionis, quam Cenomani redificaverunt, qui post insubres in Italiam venerunt. Vide Liv. 5. 35. & 32. 10. conf. Lex. Pitisc. Vulgo Brixia.

Est & His fluvius. Plin. lib. 6. cap. 27.

BRIZA, [βετανία] Planta est typhae limillima, in Thracie & Macedonia agri nascens, ex cuius semine panis fit gravis odoris, & atre, membranosa fubtantiam habens. Vide plura apud Galen. lib. 1. de Alim. facult.

BRIZO, i. s. f. [βετανία] Dea apud Graecos existimata, quæ vaticiniis per somnia præesse credebatur: in primis de Belli culta, cui scaphas offerre conuerteret omnium rerum referatas, piscibus duxstant exceptis. Quidam eam dictam existimat magis τε βετανία, dormio. V. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 10. & Athen. 1. 8.

BROCARDICUM, Vox familiaris in Scholis Jctorum. Originem refert Gravina (de Orig. Jur. Civ. 1. 149.) ad Pyleum Jctum Bononiensem Seculi xii scriptorum. Sunt Brocardia, inquit ille, Enunciata illa quæ usum habent ancipitem, & in utramque partem flecent.

BROCCUS, V. BROCHUS.

BROCHON, Idem quod Bædellium, teste Plin. lib. 12. cap. 9. [Forte Bolchon Diœsc. V. BÆDELLIUM.]

BROCHUS, Vas est vinarum fundendo vino accommodatum, implendis deplendisque culcis & valis conditoris, & vino quoque modo transvafando. Dicitur a verbo Graeco βρέχω, quod fundo significat. Hoc Graecæ cenophorum ex eo appellant, quod comportando virgo aptum fit. Gallica lingua nomen adhuc servat integrum. V. Lex. Pitisc. in Boëtius. [Gallica vox est, un broc, lagenam majorem denotans, nulli Latino antiquo auctori usitata, nec proinde hujus loci.

BROCHUS, vel BROCCUS, vel BRONCUS. Adj. [βροκός] Idem significare videtur quod Eminens, exertsus, vel procurrens. Ufpratur proprie de virooris prominentibus. Varro de R.R. lib. 2. cap. 7. de Equis; His maiores qui sunt, intelligi negant posse, prater quarum quin dentes facti sunt brochi, & supercilia cava. Ibid. cap. 9. de Canibus; Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra & sinistra paulo eminulæ superioribus, directis potius quam brochis & acutis. Plinius, Labra, a quibus Brocchi, Labeones dicti. 11. 37. Broncos dixi Lucilius apud Non. 1. 102. & interpretatur Producere ore & dentibus prominentibus. Conf. Plaut. Mil. 3. 1. 128. V. Harduin. in Plinii loc. cit. Ubi ex antiquo Provir gentis, cuius familia id cognomen fuit, denario. BROCHUS scribendum docet.

BROCHITAS, vel BROCHITAS, atis. f. [βροκόθη] Plin. lib. 11. cap. 37. Absumpta hac observatione, senectus in equis, & ceteris veterinis, intelligitur dentum brochitatem, superciliorum canitatem.

BROMIUS, [βρομός] Bacchi nomen, λόγος γεν. id est afremendo, scilicet a fragore tonitruum in nativitate eius. V. Diod. Sicul. Biblioth. lib. 4. Ovid. 4. Met. 11.

Thuraque dat, Bacchumque vocant, Bromumque, Lyæumque. Mons Phœbo, Bromioque facer, Parnassus. Lucan. lib. 5. 73.

BROMOS, i. m. [βρομός] Semen est spicam ferentis herbe: nascitur inter via segetis avenæ gener, folio & stipula triticum imitatur. In caminibus dependentes parvulas velut locutas habet. Hæc Plin. lib. 21. cap. 25. in fine. Idem 18. 11. Vulgo AVENS / BROMA.

BROMOSUS, a, um. [βρομόθη] Graevelons. Gloff. Isidor. Caro bromofa. Cal. Aurel. Acut. 2. 37. Idem Tard. 3. 2. Legitur & Brumofus. Gloff. Isidor. conf. Turneb. Advers. 28. 5.

BROMUS, [βρομός] Centaurorum unus, a Cæneo imperfectus. Ovid. 12. Met. 459.

BRONCHOCELE, V. polo feq. dict.

BRONCHUS, vel BRONCUS, V. BROCHUS.

Bronchus, [βροκχός] appellatur a medicis, docente Galeno, Guttur ipsum & caput aperire arteria. Hinc

BRONCHOCÉLÈ, [βροκχοζη] Celsi 7. 13. Morbus est, qui tumor gutturis & cervicis, inter cutem & asperam arteriam est. Creditur gigni hoc vitium affidu potu aque, quæ ex nivibus refloavit. Unde præcipue est familiare gentibus Inalpinis, Sabaudis scilicet & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, Gutturosi dicuntur.

BRONCIA, V. BRONTIA.

BRONGUS, i. m. [βρογός] Fluvius est ex Illyrico Boream versus fluens, & excepto Angro, in Istrum influens. Herodot. lib. 4. 49.

BRONTÆUS, [βροντη] Jupiter dictus est ab Orpheo, & item Phurnuto, quem Tonitrualem Apuleius, ut foler, licenter interpretatus est.

Cadavera Romanos olim ab ortu urbis humi condere, neque cremare confuevisse, illud arguento est, quod Numæ Pomplili corpus in arca lapidea post multa fecula a Cr. Terentio in Janiculo inventum, vetustissimi auctores tradunt. Postea quam longinquis bellis defunctos erui cognovissent, ut igni cremarentur decreto fanerunt. Primum ex patritis Cornel. Sylla traditur, qui decedens igni se cremari voluit, veritus talionem. Nam ipse corpus Marii, & eruta ossa subvertit, & in Anienem misit. Inde manus diu remandi confundito: a qua sequebitur temporibus, dum Antonini Cæsares imperitare, defutum fuit. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2. [P]ane quot verba, totidem errata sunt. Nam & Numani regem testamento se cremari vetuissæ ex Plutarcho conflat, cùm mos cremandi cadavera cum iam vulgo obtineret; Et Corneliam gentem id præcipuum habuisse, ante Sullæ obitum, ne mortuos suos cremaret, diferte Plinius testatur, 7. 54. Et ab Antoninorum temporibus cremari mortuos Roma defuisse temere afficerit. Quin fatus conflat utrumque ritum perpetuo obtinuisse, licet longe major pars mortuorum rogo inferre, donec Christiana religio veterem humandi confutuindinem restituit. Plur. V. in Pifici Lexico.

Militia cadavera, more Graecorum pacis aliquot dierum induciis ad sepulturam petebant, atque id etiam vieti impetrabant, quod ex Thucydide percipi potest, qui ſepe νεκρούς ἀποστέλλει esse datos refert. Id etiam ex Homero notum est: quod quidem imitatus est Virgil. dum inquit, 11. En. 101.

Jamque oratores adrant ex urbe Latina,
 Velati ramis oleæ, veniamque rogantes,
 Corpora per campos ferro que fusa jacebant

Redderet, &c. Praefrebant autem rogatari ramum oleæ lana
 involutum, quem Graci ιερογένεια vocant, ut & indicat Virg. 7. En. 237.

Præferimus manibus ritas & verba precantum. Illam enim la-
 nam, infulas, vitas, velamenta, tum in poetis, tum in historicis La-
 tinis vocari reperimus. Turnebus.

Cadavera oppidorum, eleganter per translationem dixit Sulpicius apud Cic. 4. Fam. 5. Quum uno loco, tot oppidum cadavera projecta jaceant?

Abiectum cadaver pro Homine abiecto, ac perditio. Cic. in Pison. 82. Nec desperata tamen, &c. futuros aliquos, qui abiectum hoc cadaver, Consularibus spoliis nudare non nolint. Conf. mox Ejectum.

Congefta cadavera. Lucan. lib. 2. 209.

Conferta. Lucan. lib. 3. 575. i. e. Denfa [ut mox] & interposita.

Crudum. Juven. 15. Sat. 83. — contenta cadavere crudo. De an-
 throphagia.

Cruentum. Cic. pro Milon. 39. Tu P. Clodii cruentum cadaver ejecisti domo.

Defunctum ex magna parte. Lucan. lib. 3. 720. De milite gravi vulnere fauio.

Denfa cadavera. Juven. 10. Sat. 186. — ac tarda per denfa cadavera prora. conf. Conferta.

Dilapida tabo cadavera. Virg. 3. Georg. 557.

Ejectum. Cic. in Pison. 19. conf. Abiectum.

In forme. In INFORMIS.

Lacerum. Lucan. lib. 5. 669.

Rigidum. Claud. de Bell. Gigant. 103.

Tetra cadavera. Lucret. lib. 2. 415.

— quum tetra cadavera torrent.

Torvum cadaver. i. e. In morte ferociam in vultu retinens. Stat. 9. Theb. 140.

Tremebundum. Sen. OEth. 812. De metu exanimato.

Vivum cadaver. Proverbialiter dicitur in Eum qui nihil agit vita dignum.

Apud Apul. 4. Milef. p. 145. Butti cadaver extremum. Convicium in anum decrepitam jactum.

Expirant cadavera vermes. Lucret. lib. 3. 719. i. e. Emittunt seu Ex-
 halant vermes.

Luftrare cadavera. Lucan. lib. 2. 171. i. e. Circumspicere.

Mordere cadaver. Juven. 15. Sat. 87. V. Crudum.

Spoliare cadavera. Lucan. lib. 3. 675.

Torrere cadavera. Lucret. lib. 2. 415. i. e. Cremare.

CADAVERINUS, a, um. Tertull. de Anim. cap. 32.

Cadaverinus apud Delphai, abfque exemplo. H. St. Deerat in ed. Lugd.

CADAVEROSUS, a, um. Adj. [καρκινώδης] ut, Cadaverosa facies. Ter. Hec. 3. 4. 27. Ubi Donatus; Cadaverosa, Sublivida, ac personata rubore & livore. Rubicundi enim & crassam faciem ſape habent, quod eft proprium cadaveris. Potest & Pulpo intelligi, & crassa, quod cada-
 verosa. Hæc ille. Sunt qui cadaverofan faciem intelligent, quam Hippocraticam vocamus, nempe homini morienti & pane demortuo simili. eft autem talis, qua habet concavos oculos, narcs amplias, collapſa tempora, labia demifia, prominentes aures: qua omnia, uno verbo elegantiſime explicavit Terent. Alii Cadaverofan exponunt Fo-
 dam & turpem. Dixerat enim hominem effe magnum, crupum, cras-
 sum, exſum: casios autem oculos oderant, ut foſdos, quos in Catilin. Sallust. notat. Cadaver autem quod pollueret & funefaret, etiam aver-
 fabantur. Hinc, Cadaverosa facies, Foeda, invisa, averfanda. Tur-
 nebus. [Bent]. En. conjectura Lentiginofa. Auctaſer fane. In Graco Apollodori procul dubio νεκρογένεια fuit. Ego ſupjor Parmenon hæc verba effe, quibus superiori decriptioni repondet, & per ironiam intelligenda. Facies autem, recto caſu, legendum puto.

CADISCUS, dimin. a Cadus. V. CADUS.

CADIVUS, V. CADO.

CADMÆA, [καδμία] pro Thebis ipsiſ antiqui uſpare ſoliti, ut auctor eft Strabo lib. 9. quum interim Cadmea, arx Thebana eft, ut ſcribit Plutarchus in vita Pelopidae. V. C. Neps. 15. 10. 3. & 16. 1. 2.

Cadmea victoria, [καδμία νίκη] h. e. Thebanorum victoria: proverbiū vim habet, quoties significare volumus, Tam magno conſtitutis vi-
 etoriam, ut non ita multum interſit inter victoris fortem, & vieti. Tractum

eft adagium a bello Thebano inter duos fratres geito. V. Erafni. in Adag. Etiam Carthaginem olim Cadmeam ſuife appellatam Stephanus in Κε-
 γανδή αuctor eft.

CADMĒIS, idis. [καδμία] Regio eft Achæia, e regione Eubœa ſita, quæ poſte dicta eft Boetia. Auctor Thucyd. lib. 1.

CADMIA, [καδμία], quæ & καρκίνη dictuſ Dioſcor. lib. 5. J Lapis eff. auroſo, id eft multum ſimilis habens. Plin. lib. 34. cap. 1. Fit & eſe la-
 pipeo auroſo, quem vocant cadmiam. Ibid. cap. 10. Metalla æris multis
 modis intrinſe medicinam, utpote quam ulcera omnia bīc ocyſimne fa-
 nentur. Maxima tamen prodeſt cadmia. Fit fine dubio hæc & in argenti fornicibus, candidior ac minus ponderoſa, ſed nequam compara-
 toria æra. Plura autem genera ſunt. Namque ipſe lapis ex quo fit
 as, Cadmia vocatur, ſuifer necelariuſ, medicina inutilis. Hic rur-
 fus in fornicibus exiftit, aliamque nominis ſu originem recipit. Fit au-
 tem egeſta flammis atque ſluo tenuiſima parte materie, & cameri late-
 rifib; fornicum pra quantitate levitatis applicata. Tenuiſima eft in
 ipſo fornicum ore, qua flammæ eluctantur, appellata Capinis, exulta,
 & nimis levitatis ſimilis favilla. Inferior optima, cameri dependens,
 & ab eo argumento Botryitis cognominata. Ponderioſer hæc priore, le-
 vior porro fequuntur. Duo eius coloris: deterior cinereus, punicus
 melior, triabilis, oculorumque medicamentis utiliflma. Tertia eft in
 lateribus fornicum, que propter gravitatem ad cameras pervenire non
 potuit. Hæc dicunt Placitis, & ipſa ab argumento, cruſa verius quam
 punx, intus varia, ad ploras ſuip, & ad cicatrices trahendas. Fluunt
 & ex ea duo alia genera: Onychitis extra pene caruila, intus onychis
 maculis ſimili. Oftracitis tota nigra, & ceterarum fornicibus vul-
 nebris maximè utilis. Omnis autem cadmia in Cypris fornicibus optimis.
 Ilæc Plinius. De cadmia ſcriperunt ampliſſime Dioſcoris lib. 5. & Galen.
 lib. 9. Simplic. Medicament. Porro, inquit Matthiolus Dioſcoridis inter-
 pretatio, officina omnes Tutiani, quæ Pompholyx eft, Cadmiam perpe-
 ram nominant: quandoquidem Tutia illis vocata (niū mea fallit op-
 nio)

nio) Cadmia est e Botryitis genere. Neque enim mirum esse debet, quod Cadmia proprio amissio nomine, in Pompholygis locum successerit, quum etiam Diophoridis tempore Spodii loco uerentur medici. CADMUS. [Κάδμος] Agenor & Agriopes filius, missus a patre ad inquirendam Europam a Jove raptam, iussus fine illa non redire, ex responsu sequuntis bovem. Boootia ubi constituit, regionem vocavit: Thebaeque ex nomine Egyptiarum Thebarum, unde originem habuit, civitatem condidit. Socios insuper quam vidisset a draconem absumpcos, ejus interfecti dentes sevit, ex quibus orti se mutuus vulneribus confuderunt. Ipse tandem ab Amphione & Zetho pulsus in Illyricum fecerit. Nobilissimum illic opus est inventio litterarum Graecarum, quas e Phoenix vel Egypto fertur attulisse. V. Fabric. Bibl. Gr. 1. 23. 2. p. 147. ubi etiam de aliis Cadmio. De Cadmi alphabeto Spanhem. de ntu & pr. Num. Att. Diff. 2. p. 81. Soror Cadmio. Ovid. 4. de Pont. 55. i. e. Europa terra, audaci figura. Nobilis Cadmus. Sen. Herc. fur. 4.

Cadmus, Miletius Pandionis filius, paulo post Orpheum, primus scripsit historiam de Miletio, ac totius Ioniae regione, libris quatuor. De Cadmo Miletius sic scribit Plin. lib. 5. cap. 29. Miletus Ionie caput, Legeis ante & Pityusa & Anactoria nominata, super LXXXV urbium per cuncta maria generatrix: nec fraudandae civis Cadmo, qui primus profam orationem condere intitulit. Eundem & Historianum primum condidisse l. 7. c. 56. scribit. V. Salmai Exercit. Plinian. p. 590. Voss. de Hist. Gr. 1. 1. & l. 3. in C. & 4. 1. ubi duos fuisse docet ex Suida.

Cadmus, Carnificis crudelissimi nomen eft apud Hor. 1. Serm. 6. 39.

Tunc Syri, Damæ, aut Dionysii filius audebat. Dejicere & faxo cives, aut tradere Cadmo? Quem locum explicant Scholia antiquis, Cadmus, inquit, dicitur eo tempore fusse carnifex, nota crudelitatis.

Cadmus, Montis nomen in Asia ad Laodiceam celeberrimam civitatem, ex quo monte Lycus amnis fluit. Autores Strabo lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 29.

CADMÆIUS, a, um. ut, Ἀemon Cadmeius. Stat. 8. Theb. 519.

—levius Cadmeius Ἀmon,

Tela rotat.

CADMÆIORS, patronym. a Cadmo deductum. Ovid. 4. Met. 562.

Equora distingunt summis Cadmeides alii. i. e. Thebanæ. Sed

Heinf. Sumptis Ismenides alii. q. v.

Impia Cadmeides. Sen. in Herc. fur. 9.

Domus Cadmeis. Ovid. 4. Met. 544. i. e. Cadmea, aut Cadmeia. Patronymicum nomen pro possefivo. [Nugæ. Domum Cadmeida intelligit Cadmi neptes.]

CADMÆUS, a, um. aliud Adj. [Κάδμεος] ut, Cista Cadmea. Sen. OEth. 594. Nos Cadmeis orgia ferre Tecum foliæ condita ciliis. i. e. Thebanæ. Theba enim a Cadmo conditæ fuerunt, ut dictum est.

Dirce Cadmea. Lucan. lib. 3. 175.

Juventus Cadmea. Stat. 8. Theb. 600.

Limen Cadmeum. Stat. 1. Theb. 123.

Mater Cadmea. Sen. OEdip. 1006. Agaven intelligit, quæ Pentheo filio caput amputavit.

Theba Cadmea. Propert. lib. 1. 7. 1.

CADMINITIS, idis. f. Gemma, quam Ostracitin vocant. al. Calamitis. V. Harduin. ad Plin. 37. 10.

CADO, cedidi, cäsum, [πέσσω, πέσαν, ἀπώ] ère. proprie est Ruere. Ter. Adel. 1. 1. 12. Aut uspiam cediderit, aut prefergerit Aliiquid.

Cadere & Confundere, contraria. Cic. in Orat. 98. Hoc uno perfecto magnus orator est, si non maximus: minimeque in lubrico versabitur, & si semel confiteritur, nunquam cadet. [An hoc uno, profecto, &c. Alte enim cadere non potest. Cic. ibid. h. e. Ex alto.

Gravatina cadute pappi nimia levitate. Lucret. lib. 3. 388.

Cadere a. Ovid. 3. Faft. 20.

Et cadit a mento languida facta manus.

Ab alto. Plin. lib. 10. cap. 38.

De vel Ex equo. Plaut. Mil. 3. 1. 124. Cecidissetne ebris, aut de equo uspiam. Cic. pro Cluent. 175. Cecidisse ex equo dicitur.

In classem cadit omne nemus. Lucan. lib. 1. 306. h. e. Cäduntur nemora, quibus confringuntur classis.

In pectus cadit pronus. Ovid. 4. Met. 578.

In pedes aliquius cadere. Ovid. 2. Faft. 832. de Lucretia,

Et cadit in patrios fanguinolenta pedes.

In plaga cadere dicitur cervus. Ovid. de Arte Am. 428. i. e. In retia.

In piano cadere. Ovid. 3. Trift. 4. 17.

In pontum cadute flumina. Sen. Med. 6.

In terram cadere. Lucret. lib. 2. 209.

In vulnus. Lucret. lib. 4. 1024. id est quod vulgo dicimus, Ut plurimum offendit partem jam laesam.

In vulnus. Ovid. 5. Met. 292.

Inter pericula cadit rara voluptas. h. e. Accidit. Hor. 1. Serm. 2. 40.

Inter verba cadere dicitur lingua. Hor. 4. Carin. 1. 36. i. e. Obmutescere.

Per aquas. Lucret. lib. 2.

Poft terga. Lucan. lib. 3. 478.

Deorbum. Lucret. lib. 2. 222.

Mora lenta cadere. Sen. OEth. 13.

Sine ruina partis cadere. Lucan. lib. 7. 119. i. e. Sic cadere ne partium secum ruinam trahat.

Barba cadit. Virg. 1. Ecl. 29.

Candidior postquam tondenti barba cadebat.

Per salebras, altaque faxa cadunt carmina. Martial. lib. 11. 91.

Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt,

Sed quæ per salebras, altaque faxa cadunt.

Dentes cadunt. Plaut. Men. 5. 9. 57. Nam tum dentes cadebant primulum.

Folia arborum, vel ex arboribus. Plaut. Men. 2. 3. 24.

Folia arbori. Plin. lib. 16. cap. 22. Legitur Decidunt.

Folia ex arbore. Plin. lib. 17. cap. 20.

Gutta. Lucret. lib. 2. 222.

Guttae cadentes in faxa. Lucret. lib. 4. 1281.

Imbris cadunt. Virg. 6. Ecl. 38.

Imber per genas cadit. Ovid. 1. Trift. 3. 18.

Lacrymæ cadunt. Ter. Adel. 4. 1. 20.

Lacrymæ cadunt ubertim. Claud. Laus Seren. Reg. 213.

Lacrymæ genis cadunt. Lucan. lib. 3. 733.

Lacrymæ in ora cadunt. Ovid. 3. Trift. 3. 39.

Lacrymæ cadunt per ora. Sen. Hippol. 4.

Lacrymæ in verba singula cadunt. Ovid. 3. Trift. 5. 14.

Et lacrymas cernens in singula verba cadentes.

Lacrymæ non sponte cadentes. Lucan. lib. 9. 1018.

Lana sponte cadit oviis ægris. Ovid. 7. Met. 541.

Lapis cadit aure. Martial. lib. 11. 50.

Gemina vel a digito, vel cadit aure lapis. pro Ab aure.

Laus tua occidit pariter cum Republica. Cic. 2. Off. 45.

Lingua cadente te murmurat. Stat. 2. Silv. 1. 149. De moribundo.

Lumina vieta gravi somno cadunt. Valer. 1. Argon. 300.

Membra cadunt corpore. Lucret. lib. 3. 595.

Oculi cadentes. Stat. 11. Theb. 620. Morte scil. Sic idem 3. Silv. 5. 39.

—tenuique oculos iam morte cadentes.

Palpebra cadunt. Lucret. lib. 4. 950.

Vela cadunt. Virg. 3. Äen. 207. i. e. Demittuntur, Deducuntur.

Via fluminis cadens. Sen. Thylet. 4.

Umbra cadunt. Virg. 1. Ecl. 84.

Majorisque cadunt altis de montibus umbræ.

Vires cadent. Lucret. lib. 5. 410.

Urbes cadunt. Lucret. lib. 5. 1236.

Cadit illi animus. Cic. de Amicit. 23. Nec debilitari animos, aut cadre patitur, &c.

Cadere animis. Cic. 6. Fam. 1. Non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenierit quod fieri posse nonquam putarimus.

Animi cadunt. Ovid. 11. Met. 537.

Arma cadere de manibus dicuntur, quando cessatur a prælio vel concertatione. Cic. 14. Philipp. Omnibus itis latronibus auctoritate ipsa Se-natus jampridem de manibus arma cecidit-sent. Cic. 1. Off. 77. Iti consiliis diligentia nostra celeriter de manibus austrofissorum civium delapsa arma ipsa cederunt. [Forte Arma impia reciderunt.

Austri cadunt, quando desunt flare, auctore Servio. Virg. 1. Georg. 354.

Quo signo caderent Austri. Contrarium Surgere. q. V.

Auctoritas principum cecidit. Cic. de Arusp. Rep. 60.

Fides cadere dicitur, cui Stare opponitur. Ovid. 2. de Pont. 3. 10.

Et cum fortuna statque, caditque fides.

Impetus amens cadit. Lucan. lib. 4. 279.

Ira cedidit ribi. Liv. 2.

Ira paulatim cadit. Lucan. lib. 4. 284.

Ira metu cadit. Ovid. 2. Amor. 13. 4.

Oculi. Cic. pro Domo sua, 135. Sed tibi tamen oculi, vultus, verba cedidissent.

Spes cadit. Ovid. 2. Trift. 148.

Spes ad iritum cadit. Liv. 2.

Timor cadit. Ovid. 9. Epist. 42.

Verba cadunt singulu. Propert. lib. 1. 5. 14. conf. Oculi.

Verba mea Zephyro. cadunt. Propert. lib. 1. 16. 34.

Vultus. V. Oculi.

Cadere causa dicebant eum, Qui plus petebat. Cic. 1. de Orat. 166. Ri-

dens & stomachans Scævola, quum Hypseus maxima voce plurimis verbiis a M. Crasso Pretore contendenter, ut ei quem defendebat, causæ cadere liceret: Cn. autem Octavius homo Consularis non minus longa oratione recusat, ne adversarius causa caderet. Quibus verbis inci-

tia duorum oratorum reprehenditur, qui juris civilis ignorantia non in-

tellegabant quid esset Causa cadere. Quintil. lib. 3. cap. 4. Est enim servitus, ad certa se verba attingendi, idque faciendum in libris Cic. de Orat. verat M. Antonius, nam etiam periculorum, quum si uno in verbo sit erratum, tota causa cedidisse videamus. Hæc Budæus.

Cadere causa, pro Litem perdere ab antiquis dicebatur, fortasse quod uti Comœdia stare dicebantur, quæ placebant, Cadere que displicebant, exigebantur: sive & Causa. V. Suet. Vit. Calig. 39.2. & ibi Pistic.

Causa simili caderes, qua Spartacus hostis. Lucan. lib. 2. 554. Alter.

Cadere fabula dicitur, cui Stare opponitur. Ter. in prolog. Phorm. Quod si intelleguerit quoniam stetit olim nova, actoris opera magis stetisse quam sua. Et Donatus dubios in locis, Agi, inquit, dicitur fabula, quum recitatur: stare, quum placet. Turneb. Horat. 2. Epist. 1. 172.

Securus, cadat, an recte stet fabula talo. i. e. Dispicere, an

placebat fabula, non curat: sed tantum quod nummos accepiterit gaudet: magis enim lucrum, quam laudem adipisci gestit. Ex Acrone & Por-

phyrone.

Cadere formula, dicuntur Patroni in judicio, Quum rem ipsam seu pro-

fessum, quem vocant, per suas formulas non possint recte explicare, ut interdum quod magis ad rem suam pertinet, negliguntis omnirunt.

Budæus. V. Quintil. lib. 3. cap. 6. p. 256. Burm. Torrent. ad Suet. Claud. c. 14.

Cadere in judicio. Cic. pro Muren. 58. Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quoniam cadere in judicio, ut nimis adverfarii viribus abjectus videbatur.

Arma in media cadere. Stat. 11. Theb. 171. i. e. Incidere.

In causas cadit frequenter ipsa linearis ratio, &c. Quintil. lib. 1. cap. 10.

In cogitationem quo ne quidem cadit. Cic. 2. de Nat. Deor. 21.

In conspicuum. 1. Tusc. 50. Casuræne in conspectum videatur ani-

mus, &c.

In confutedinonem non cadit id verbum. Cic. 3. Tusc. i. e. Non congrue-

ret confutedinonem.

In deliberationem cadere. Cic. 1. Off. 9.

In eam diem cadere numeros, qui a Quinto debentur. Cic. 15. Att. 20.

i. e. Eam esse diem solutionis.

In disceptationem quæcumque cadere possunt. Cic. 2. de Orat. 5.

In formam unam neque cadunt omnia orationum genera. Cic. in Orat. 37.

In intelligentiam nostram cadit. Cic. 3. Off. 17.

In legem. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 7.

In cursu cadere. Cic. de Clar. Orat. pro Expedita laude frustrari.

In alium non cadit tam absoluotum opus. Plin. lib. 35. cap. 10. i. e. Non

poteſt ab alio tam absoluotum opus perfici.

In aliquem cadere vel non cadere dicitur, quod quis facere vel pati aptus

natus est, vel non est. Cic. pro Cæl. 69. Nihil est quod in ejusmodi

mulierem non cadere videatur.

In eum cadit hoc scelus. Virg. 9. Ecl. 17.

Heu cadit in quenquam tantum scelus.

In cum cadit suspicio. Cic. 13. Att. 10. In quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio.
 In eundem non videtur cadere & contemptus pecuniae, & cupiditas. Quintil. lib. 7. cap. 3.
 In foeminae cadit. Quintil. in procem. lib. 6.
 In malos cadunt onnia scelerata. Quintil. lib. 7. cap. 3.
 In naturam rerum cadit, ut duos sapientes aliquando justa causa in diversum trahant. Quintil. lib. 2. cap. 17.
 In rem. Cic. 1. Acad. Non quod omnia quae essent, in re comprehenderet, sed quia nihil quod cadere in eam posset; relinquenter, &c.
 In sapientem si cadit animi dolor: qui profecto cadit. Cic. de Amicit. 48. i. e. Si sapientis est dolere.
 In virum bonum cadit mentiri emolumenti sui causa &c. Cic. 3. Off. 81.
 In eum cadit hoc verbum maxime, qui, &c. i.e. Convenit. Cic. de Arusp. Rcp. 56.
 In morbum, pro Incidere. Cic. 1. Tusc. 79. Quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum.
 In narrationem cadere non abrupte, optimum est. Quintil. lib. 4. cap. 1.
 In offensionem alienus. Cic. 1. de Nat. Deor. 86. Quanquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquie deos, re fustulisse.
 In omnes cadit aliiquid de his. Quintil. lib. 7. cap. 3. In orationem ut qui maxime cadant, i.e. Convenient. Cic. in Orat. 188.
 In potefactem alienus. Cic. 8. Att. 3. Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimum & clarissimum civium deferre: cadendum est in unius potefactem.
 In rem apte cadere fortis. Cic. 1. de Divin. 34. Quae tamen ductæ, ut in rem apte cadant, fieri credo possit divinitus.
 In sensum cernendi. Cic. de Univers. 7. Quicquid erat quod in cernen-
 di sensum cadere, id sibi assumpit.
 In speciem solleclimi. Quintil. lib. 1. cap. 5.
 In suspicionem. Cic. pro Milon. 50. Multi etiam hæc timentes in suspi-
 cione caderent.
 In suspicionem Lacedæmoniorum cadere: pro Suspectum fieri Lacedæ-
 monis. Corn. Nep. in Pausinga. c. 2. extr.
 In vituperationem. Cic. 14. Att. 12. Sed casurus in aliquam vituperationem, quod Reip. defuerim tam gravi tempore.
 In unam cadere possunt plures quæstiones, quæ velut subjacentes, ad illud, quo iudicium continetur, referuntur. Quintil. lib. 3. cap. 6.
 In alienissimum tempus ne cadat adventus tuus. Cic. 15. Fam. 14. i. e.
 Ne advenias, quum minime erit opus.
 In cassum cadunt promilla omnia. Plaut. Poen. 1. 2. 147.
 Sub aspectum, & sub oculis cadunt. Cic. de Univers. 9. Et omnia quæ sub aspectum cadunt, comprehenduntur.
 Sub imperio & ditionem alienus. Cic. pro Font. 2. Multoque ejus su-
 dore ac labore sub pop. Rom. imperium ditionemque ceciderunt.
 Sub judicium sapientis illa cadunt. Cic. 3. de Fin. 60. Prima autem illa
 natura, five secunda, five contraria, sub judicium sapientis & dele-
 ctum cadunt.
 Sub mensuram aurum cadere. Cic. in Orat. 67. Quicquid est enim quod sub aurum mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur.
 Sub rationem eandem cadere. Cic. 1. de Invent. 48.
 Sub regulam. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 11.
 Sub sensum. Cic. 4. Acad. 105. Iisdem sensibus reliqua quæ sub quæunque sensum cadunt, tentiet.
 Cadere, pro Venire. Cic. 3. Att. 7. Sane ita cedebat ut vellem.
 Quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Ter. Adel. 4. 7. 23.
 Nihil mihi optatus cadere potuit. Cic. 3. Att. 4.
 Gratum cecidit alieni. Cic. pro Milon. 82. Sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset, magno animo constantique cede-
 ret ex ingrata civitate.
 Incommodi aliiquid cecidite. Cic. pro Quint. 51.
 Irritum cadere. Tacit. 15. Ann. 51. Dum merita erga Neronem sua, &
 quam irritum cecidissent, aperit. Subauditur præpositio in. [Quam & addunt libri emendati.
 Honestæ & jucunda ceciderunt mihi a te. Cic. 1. Q. frat. 3.
 Augurum predictis multa incredibiliter vera cecidisse. Cic. 2. de Legib. 33. i. e. Vera evasisse, ut de Div. 2. 109.
 Promissa quo cadant, non curat. Hor. 2. Epist. 1. 52. conf. In cassum cadere. Res cecidit quo modo. Cic. 8. Att. 3. Quoquo modo ea res huic qui-
 dem cecidit.
 Res quoque carent. Virg. 2. Æn. 709.
 Belle cecidit. Cic. 13. Att. 13.
 Feliciter cecidit alea, proverbiū de Re optato adveniente. traclum ab aleatoribus. V. Chiladias Erafimi.
 Fortuito cecidit. Cic. 2. de Divin. 107. Satis est ad confirmandam di-
 visionem, semel aliquid ita esse divinatum, nihil ut fortuito cecidisse videatur.
 Mæc. cadere. In MALUS.
 Melius quod caderet, nihil vidi. Cic. 8. Fam. 12.
 Percommode cadit. Cic. 2. Ver. 5.
 Peropportune cecidit mihi hoc. Cic. 2. de Orat. 15:
 Perquam veniente cecidit. Cic. 8. Fam. 4.
 Valde optanti cecidit, ut, &c. Cic. 1. de Orat. 96. Hoc loco Sulpicius, Insperanti miki, inquit, & Cottæ, sed valde optanti utrque nostrum cecidit, ut in ictum sermonem, Crasfe, delaberemini. Sic cum aliis Participiis.
 Cadere de Re nūmariā, quod Galli dicunt echoī. Cic. 15. Att. 20.
 Equidem video mihi quoque esse opus viaticum: sed id ex prædū, ut cadet, ita folvetur. Conf. In diem cadere.
 Cadere, pro Definere & terminari. Cic. in Orat. 194. Qued verba me-
 lius in syllabas longiores cadunt. i. e. Flniuntur.
 Cadere similiter. Quintil. lib. 1. cap. de Orthographia, Eundemque in ceteris, quæ similiter cadant, modum tenuit? Idem lib. 9. cap. ult. Illa quoque via sunt ejusdem loci, si cadentia similiter & similiiter deli-
 nentia, & eodem modo declinata, multa jungantur. Similiter cadentia
 vocat, Quæ sunt ejusdem terminatio[n]is, ut Dicam, faciam.
 Articulus cadens non ad numerum. Cic. in Orat. 59. de Geitu loquens.

Verba quedam fonte Greco cadunt. Hor. in Arte Poet. 53. h. c. A Gre-
 co in Latinum derivata. Porphyrius.
 Privatum cadere. Cic. 16. Att. 11. Veniendum est igitur in ipsam flam-
 mam, turpis est enim privatum cadere, quam publice. Privatum, i.e.
 Ære alieno opprēsum: Publicè, Reipublica causa.
 Cadere, Mori. [vel potius Occidi] Cæf. 3. Bell. Civil. 53. Ad duorum
 millionum numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus. Plaut. Amph.
 1. 1. 83. Crebri hostes cadunt.
 Ante diem cadere. Virg. 4. Æn. 620. i. e. Ante fati necessitatem, ait
 Servius.
 Fataliter cadere. Ovid. 12. Met. 68.
 — & Hectora primus fataliter hafta,
 Proteïnae, cadis.
 Acie cadere. Ovid. 7. Met. 142. — per mutua vulnera fratres,
 Civilique cadunt acie.
 Bipenni. Ovid. 12. Met. 611.
 Enfe. Valer. 1. Argon. 812.
 Fraude muliebri. Tacit. 2. Ann. 71.
 Jaculo. Ovid. 3. Met. 119.
 — jaculu cadit eminus ipse.
 Manu alicuius. Sen. Octav. 174.
 Manu sua cadere. Tacit. 15. Ann.
 Marte foemineo. Ovid. 12. Met. 610.
 At si femineo fuerat tibi Marte cadendum.
 Marte suo cadunt fratres. Ovid. 3. Met. 123.
 Cadere pro acies. In ACIES.
 Cadere pro patria. Quintil. lib. 2. cap. 15.
 Hoffia cadere dicitur ante aras. Virg. 1. Æn. 334. i. e. Occiditur, ma-
 etatur, immolatur.
 Ovis cadit de Somno. Ovid. 4. Fast. 895. i. e. Immolatur.
 Pleno anno hoodus. Hor. 3. Carm. 18. 5.
 Si tener pleno cadit hoodus anno. i. e. Anno completo macta-
 tur, seu immolatur.
 Stellæ Oriori & Cadere dicuntur. Ovid. 1. Fast. 295.
 Arcturus cadens. Hor. 3. Carm. 1. 27. i. e. In occasum tendens.
 Altra cadentia. Virg. 8. Æn. 59.
 Bootes cadens, Virg. 1. Georg. 229.
 Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.
 Dies cadens. Ovid. 4. Met. 626.
 Orion cadit. Hor. Epop. 10.
 Phœbus oriens, medius, & cadens. Ovid. 11. Met. 595.
 Sidera lapsa cadunt. Propert. lib. 4. 4. 64.
 Sidera cadentia. Virg. 4. Æn. 81.
 — Iuadentque cadentia sidera somnos.
 Sol cadens. Virg. 4. Æn. 401.
 Obscenō intellectu sumitur in illo Plaut. Pers. 4. 4. 104. Libera eris, si
 crebro cades. i. e. Viri succumbentes.
 CADENS, Partic. [καδέντιος] Cujus plura sunt exempla in ipso verbo.
 Excipere cadentem. Stat. 1. Silv. 2. 109. Ovid. 15. Epist. 179.
 Tu quoque, mollis Amor, pennas suppone cadenti.
 Sustinere cadentem. Ovid. 8. Met. 148.
 CASUS, us. m. [σύμπλοξε, αὐτοποίησις, πάθος] dicitur maxime Quod
 fortuito hominibus accidit. Cic. de Amicit. 42. Ut si in ejusmodi amici-
 tias ignari cau aliquo inciderint, &c. Hor. 1. Serm. 6. 53.
 — felicem dicere non hoc
 Me possum cau, quod te fortitus amicum.
 Levare cau. Virg. 3. Æn. 709.
 Heu genitorem, omnis curæ caufisque levamen
 Amitto Anchisen.
 Maris caufum ignarus. Tacit. 2. Ann. 23. V. Marini caufus.
 Mortis dura caufus. Virg. 10. Æn. 791. conf. Habere caufus.
 Pugna caufum præbere. Tacit. 11. Ann.
 Victoria caufum invenire, Sallust. in Jugurtha. cap. 25.
 Acerbus caufus. Virg. 5. Æn. 700.
 Admirabilis caufus. Quintil. lib. 2. cap. 17.
 Anceps caufus belli. Lucan. lib. 4. 771.
 Brevis caufus. Sen. in Troad. 4.
 Cæcus caufus. Cic. 2. de Divin. 15. Quo modo ergo id quod temere fit,
 cæco caufu & volubilitate fortunæ, presentiri & prædicti potest?
 Durus caufus. Virg. 6. Æn. 377.
 Fatale caufum ferre. Cic. 6. Philipp. 19. Fuit aliquis fatalis caufus, ut
 ita dicam, quem tulimus.
 Fortuiti caufus. V. Oriundus, in ORIUND.
 Gravis & miserabilis caufus. Cic. 2. de Orat. 197. Vim, fugam, lapida-
 tionem, crudelitatem tribuniciam, in Capionis gravi, miserabilique
 caufu, in judicium vocabas. Cic. 4. Fam. 6. Ego vero, Servi, vellem,
 ut scribis, in meo gravissimo caufu affuisse.
 Horrendos caufus fari. Sen. Herc. furc. 9.
 Incerto caufu pendere res dicitur, cuius exitus in dubio est. Sen.
 Troad. 10.
 Infandus caufus. Virg. 8. Æn. 578.
 Infelitus caufus. Cic. pro Syll. 1. Sed quoniam ita tulit caufus infelitus, ut
 amplissimo in honore, &c.
 Iniquitus caufus. Cic. pro Domino sua, 84. At vide quid inter sit inter illum
 iniquissimum patris tuu. caufu, &c.
 Magnus caufus. V. Habere caufum.
 Marini caufus. Virg. 2. Georg. 68.
 — caufus abies visura marinos. conf. supra Maris.
 Mirificum caufus! Cic. 7. Fam. 5.
 Nefandus caufus. Sen. in Hippol.
 Novi caufus. Cic. pro Lege Manil. 60. Semper ad novos caufus temporum
 novorum consiliorum rationes accommodafie.
 Rariores ceteros caufus habet hic ipsa fortuna. Cic. 2. Off. 19.
 Repentinus caufus. V. paulo post, Lugere caufus alicuius.
 Similes caufus. Stat. 6. Theb. 723.
 Subitius caufus. Juven. 3. Sat. 273.
 Varii caufus. Virg. 1. Æn. 204.
 Varii caufi fæsellerunt spem. Cic. 1. de Orat. 2. Quam spem cogitationum,
 & consiliorum meorum, cum graves communium temporum, tum va-
 ri nostri caufi fæsellerunt.
 Varios

Varios tremere casus. *Sen.* Troad. 4.
 Voluntarius casus. *Cic.* 6. Philipp. 19.
 Accipere graviter casum aliquem. *Cic.* 2. de Orat. 197. Ita quum singuli
 casus humanarum misericordiarum graviter accipiuntur.
 Attulit ipse virus optatum casus honorem. *Virg.* 5. *AEn.* 201.
 Afflictus casu. *Cic.* pro Syl. 61. In hoc tamen casu, quo afflictus jacet,
 per vos tutari, conservare cupiunt.
Agri casibus. *Virg.* 1. *AEn.* 244.
 Nunc eadem fortuna viros, tot casibus actos, Insequitur.
 Avertere casum dicitur Deus. *Virg.* 3. *AEn.* 265.
 Dii prohibete minas, dii talem avertite casum.
 Concuti casu acerbo. *Virg.* 5. *AEn.* 700.
 At pater *Hæneas* casu concutius acerbo. *Idem* 5. *AEn.* 869.
 — casuque animum concutius amici.
 Concurrunt casu, forte temere nonnunquam somnia. *Cic.* 2. de Divin. 141.
 An tu censes ullum anum tam delirum futurum fuisse, ut somniis crede-
 ret, nisi iste casu nonnunquam, forte temere concurrent?
 Dat casus tempus locumque, i. e. Fortuna. *Sen.* Hippol. 4.
 Dare in casum. *Tacit.* 1. Ann. 47. Fixum Tiberio fuit non omittere ca-
 put rerum, neque si Remque publicam in casum dare.
 Demisit me in eum casum fortuna. *Cic.* 10. Fam. 8. Sed quum in eum
 casum me fortuna demisisset, ut aut, &c.
 Deterritus casu. *Quintil.* lib. 1. cap. 10.
 Evadere casus. *Virg.* 4. Georg. 485.
 — casus evaserat omnes.
 Evenire temere & casu. *Cic.* 2. de Nat. Deor. 6. Idque evenit non teme-
 re, nec casu, sed quod & praesentiam saepe divi suam declarant, &c.
 Exhaustus casibus. *Virg.* 1. *AEn.* 599.
 Expendere casus. *Virg.* 12. *AEn.* 324.
 — atque omnes metuentes expendere casus.
 Facere aliquid Judicio, & Casu contraria. *Cic.* 2. Fam. 6. Judicio enim
 tuo, non casu, in ipsius discrimen rerum contulisti Tribunatum
 tuum.
 Factum casu. *Cic.* 1. de Nat. Deor. 92.
 Fieri casu aut forte fortuna. *Cic.* 2. de Divin. 8.
 Ferre sapienter casus adverbos. *Cic.* 2. de Orat. 346. Magna etiam illa
 laus & admirabilis videri solet, tulisse sapienter casus adverbos, non fra-
 ctum esse fortuna, &c.
 Casus nostris vita apibus tulit. i. e. Natura iisdem casibus addixit,
 ac nos. *Virg.* 4. Georg. 251.
 — quoniam casus apibus quoque nostros
 Vita tulit.
 Flere casus alicuius. *Ovid.* 1. Amor. 12. 1.
 Gerere aliquid casu: cui opponitur, Virtute & consilio gerere. *Cic.* pro
 Syll. 83. Ego committam, ut ea que pro salute omnium gesfi, casu
 magis & facilitate a me, quam virtute & consilio gesta esse videantur?
 Habere varios casus. *Cic.* de Senect. 67. Quinetiam *at&t;a* illa multo plu-
 res, quam nostra, mortis casus habet.
 Magnum casum habet haec res. *Cic.* 10. Fam. 18. Nam quae res nullam
 habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam afferat
 sollicitudinem, magnumque habet casum.
 Jactatus variis casibus. *Quintil.* lib. 7. cap. 3.
 Limitatur casus veritatem. *Cic.* 2. de Divin. 49. Potest igitur quod mo-
 do negabas, veritatem casus imitari.
 Impeditus casu aliquo. *Quintil.* lib. 2. cap. 18.
 Impellere in casum. *Cic.* In hunc me casum, vos vivendi autores im-
 pulsis.
 Incidere in casum. *Cic.* 10. Fam. 21. Incidit in eos casus, quos vitas, si
 est, si eum nihil sefalliset.
 Incidere casum alicui. *Cic.* 5. Fam.
 Si incidentur casus. *Cic.* 10. Fam. 21. Nec mori, si casus incidenter pro
 vobis, paratus fuit quicquam.
 Indignari casum amici. *Virg.* 2. *AEn.* 93.
 Insequitur te casus. *Virg.* 1. *AEn.* 615.
 Infultare casus alicuius. *Ovid.* 5. Trist. 8. 4.
 Intercedit casus, aut diffensio. In INTERCEDO.
 Intervenit mirificus casus. *Cic.* 7. Fam. 5. Casus vero mirificus quidam
 intervenit, quali vel tellis opinionis meæ, vel sponсор humanitatis
 tuae.
 Invehere casum. In INVEHO.
 Invenire casu. *Quintil.* lib. 5. cap. 10.
 Lugere casum alicuius. *Cic.* pro Sext. 53. Meum illum casum tam hor-
 ribilem, tam gravem, tam repentinum, non solum homines, sed tem-
 pla urbis ac dicta lugenter.
 Manent eos casus. *Quintil.* lib. 6. cap. 1.
 Minari casum dicitur fortuna. *Virg.* 8. *AEn.* 578.
 Sin aliquem infandum casum fortuna minaris.
 Miserari casum amici. *Virg.* 5. *AEn.* 350.
 Me liceat casum miserari infontis amici.
 Morere casus alicuius. *Sil.* lib. 16.
 Natus casu quadam in filiis. *Liv.* 1. 3.
 Obmutuit casu inopinata rei. *Quintil.* lib. 6. cap. 1.
 Onerare casus suos, Augere mala sua. *Sen.* Theb. 1.
 Pandere suos casus. *Ovid.* 14. Met. 221.
 Perculsus casu iniquo. *Virg.* 6. *AEn.* 475.
 Perpetui casus. *Valer.* 3. Argon. 318.
 Relevare casum. *Cic.* 1. Q. frat. 4. Si relevare potes communem casum
 misericordia hominum, scilicet incredibile quiddam afferquis.
 Rotant quani casus humana? i. e. Volvunt & agitant res humanas. *Sen.*
 Hippol. 11.
 Renovare casus. *Virg.* 2. *AEn.* 750.
 Stat casus renovare onnes. i. e. Denuo subire.
 Revolvere casus. *Virg.* 10. *AEn.* 61.
 — iterumque revolvere casus
 Da, pater, Iliacos Teucris.
 Simulet casum ars. *Ovid.* 1. de Arte Am. 155. i. e. Quod ex com-
 posito dedicata opera factum a nobis est, id casu accidisse simule-
 mus.
 Sum. ut, In casu esse. *Cic.* 2. de Fin. Et quod externum, id in casu
 est: ita fit beatæ vita domina fortuna. Fortem esse casu. *Cic.* 5. Fam. 2.

Quis esset qui me in Consulatu, non casu potius existimaret, quam con-
 siderat fortunam fuisse?
 Sustentare casum. *Cic.* 4. Fam. 13.
 Timere casum aliquem. *Lucret.* lib. 3. 996.
 — casumque timere quem cuique ferat fors.
 Timere prælii casum. *Cic.* 2. de Divin. 114.
 Ulcisci easum. *Quintil.* lib. 6. cap. 1.
 Casus, pro Morbo, vel Symptome. *Celf.* lib. 5. c. 23. pr. Antidota
 raro, sed præcipue interdum necessaria sunt, quia gravissimis casibus
 opitulantur. *Idem* 4. cap. 20. Deinde ubi si de reddit, circumcidendum
 vinum est in totum annum, etiamque casus idem non revertitur. *Idem*
 1. 5. c. 26. S. 34. de Gangra. In ejusmodi casu primum est, si vires
 patiuntur, sanguinem mittere. & paulo infra, Præcipueque in hoc casu
 petendum non a medicamentis solum, sed etiam a victus ratione
 præludium est. Budæus.
 Casus pro periculo. *Virg.* 4. *AEn.* 560.
 Nata dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
 Hyensis casus. *Virg.* 1. Georg. 340.
 Extrema sub casum hyensis. i. e. Circa finem hyensis, ante-
 quam ver incipiat. Servius.
 Casus urbis, Excidium. *Virg.* 1. *AEn.* 627.
 Altior casus, Ruina. Juven. 10. Sat. 105. — numerosa parabat
 Excelſus turris tabulata, unde altior esset Casus &c.
 Gravibus Saturnini atque Gracchorum expiata. i. e. Morte. Cas. 1. Bell.
 Civil. 7.
 Casus, quo infantium corpora toties in terram deseruntur, non eos gra-
 viter affligit. *Quintil.* lib. 1. cap. 12.
 Pro ponderibus casus celestare. *Lucret.* lib. 2. 231.
 Dari ad casum ita. i. e. Prosterni. *Cic.* 1. de Divin. 44.
 Insistere & ingredi viis adolescentia sine casu. *Cic.* pro Cœl. 41. Inter-
 dum multas vias adolescentia lubricas offendit, quibus illa insistere aut
 ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.
 Manus non timuere casum. *Martial.* lib. 12. 75.
 Et casum tremula non timuere manus.
 Casu, i. e. Ex inopinato. *Hor.* 1. Serm. 9. 36.
 — & casu tunc respondere vadato Debeat. *Cic.* pro
 Cluent. 74. Atque etiam tum casu, quod illud repente erat factum,
 Stalenes non aderat.
 Casus dicimus, non modo Ea quæ fortuita hominibus accidunt, sed etiam
 Vocabulorum formas: quia in aliis atque aliis cadunt effigiem. Fe-
 stus. V. Přiscianum de Casibus abunde tractantem, & supra Cadere
 pro Desinere.
 Casus, co significato quo utuntur Grammatici. *Cic.* in Orat. 160. Quum
 Phrygium, & quum Phrygium dicendum esset, absurdum erat, aut
 tantum barbaris casibus Graciam literam adhibere, aut recto casu folium
 Graece loqui, tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurum casu dicimus.
 Graeca litera est, quae dicitur ypsilon. Vocat autem Latinos casus, bar-
 baros, Græcorum more: quia Graci flatuebant, omnes qui Graci non
 essent, barbaros esse nominando.
 Sic in Topicis dicit, Ad mutandos casus. Vide in SPECIES. H. St.
 Casus a Jurisconsultis dici confluunt, pro Controversia quæ nata est, qua-
 si quæ acciderit, & casu contingit. V. CAUSA.
 CASURUS, a, um. Partic. a Cado. *Cic.* 15. Fam. 1. Quid casurum sit,
 incertum est. i. e. Eventurum.
 Aquæ casuræ. *Martial.* lib. 12. 29.
 Arces casure. *Ovid.* 12. Met. 588.
 Fontes casuri in æquora. *Lucan.* lib. 2. 419.
 Mœnia casura. *Ovid.* 13. Met. 375.
 Nomen casurum nullo tempore. i. e. Perpetuum nomen. *Ovid.* 1. Amer.
 15. 20.
 Ruina casura. *Ovid.* 2. de Pont. 3. 59. Conf. in ipso verbo Cadere in
 conceptum.
 CASUALIS, e. [καστιλις] Quod casu fit, sine ratione certa: ut, Casualis
 conditio, Quæ ab incerto eventu pendet, leg. ult. Cod. de necessar.
 Serv.
 Grammaticis Casus declinationum respicit: ut, Genus casuale. Varr. 7.
 de L. 29. Formæ casuæ. Přiscian. 5. p. 672.
 CASUALITER, Adv. Fortuito. Sidon. 9. Epist. 11.
 CASO, [καστος] ā, frequent, a Cado. Plaut. Mil. 3. 2. 37. Non her-
 cle tam iñhoc valide calabant cadi. i. e. Non tam valide cadebant, quod
 fecissent, quoniam illi lubricus locus. Legitur fere in omnibus Quæfau-
 bunt, sed perperam. Ab hoc est &
 CASITO, ā, alterum frequent. Paulus. D. de servit. urb. præd. 1. Ser-
 vites. Si servitus stillicidii imposta sit: non licet domino servientis
 area ibi ædificare, ubi casitare ceperit stillicidium. Si antea ex regula
 casitaverit stillicidium: poleta ex tabulato, vel ex alia materia casitare non
 potest. [Formatur Casu regulariter a supino Casum, licet id ipsum iniufi-
 tum sit, cum ne in compositis quidem nisi ab Occido Occafum occur-
 rat, de quo ipso tamen inter veteres quidam dubitarunt. Sed ab eodem
 Casurus, & verbale Casus, & a Compotito Occasio, Occafus.
 CASABUNDUS, a, um. [καστων] Adj. Crebro cadens. Festus. Varr.
 ex antiquo poeta,
 Risi egomet mecum casabundum ire ebrium. A verbo antiquo Ca-
 fo, as, deducitur. Ennio, in libro Juratissimæ Fidei, verbus iste tribu-
 uitur, ut refert Turnebus.
 CADUCUS, a, um. [καστων, καπωδη] Adj. Quod in ruinam proclive
 est, & casum minatur. *Cic.* de Senect. 5. Sed tamen necesse fuit ali-
 quod esse exterrit, & tanquam in arborum bacis, terraque frugibus,
 maturitate tempistica, quali vietum & caducum: quod ferendum est
 molliter sapiens.
 Fragile & caducum. *Cic.* 2. de Fin. 86. Quis enim confudit semper sibi
 illud itabile & firmum permansum, quod fragile & caducum sit?
 Caducus & incerta fuit, divitiae, bona valetudo, honores. *Cic.* de Ami-
 cit. 20.
 Brevia, fugacia, & caduca. *Cic.* 10. Fam. 12.
 Caducum & infirmum corpus. *Cic.* 1. de Nat. Deor. 99.
 Mortale & caducum. Cic. de Somn. Scip. 10.
 Omnia caduca præter virtutem. *Cic.* 4. Philipp. 13. Quanquam omnia
 alia falsa, incerta fuit, caduca, mobilia: virtus est uia altissimis de-
 fixa

fixa radicibus, que nunquam illa vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco.

Aqua caduca Frontino dicitur, inquit Budaeus, Quæ de lacu abundat. Sic Varro; Caduca aqua, quæ de canalibus defuit: hoc est quæ superfluit, & non continetur, hoc est abundant. Ovid. 2. de Pont. 7. 39.

— utque caducis

Percussu crebro fixa cavitant aquis. i. e. Cadentibus.

Auspicio caduca, auctore Festo, antiquis dicebantur, Quum aliquid in templo excederat; veluti Virga e manu.

Bona, Hereditas, Legatum &c. V. paulo infra.

Fama caduca. Ovid. 4. de Pont. 8. 46.

Folia caduca. Ovid. 2. Amor. 16. 45.

Frondes caduca. Ovid. 3. Trist. 1. 45.

— nec fronde caduca Carpitur.

Fulmen caducum. Hor. 3. Carm. 4. 44. pro Jam immisso dixit.

Glandes caducae. Lucret. lib. 5. 1362.

Lacrymae caducae. Ovid. 8. Met. 396.

— maledictaque terra caducas

Concepit lacrymas, ac venis peribit imis.

Littera caduca a Plinio dicuntur, quali *χαράκης ἀγριότερος*. Scabritia (inquit, lib. 13. cap. 12.) levigata dente, conchava: sed litteræ caducae sunt. i. e. Fugaces & fugientes, ut Cic. loquitur, *diffusores*.

Budaeus.

Preces caducae. Ovid. 1. Faft. 181.

— nec lingua caducas

Concepit ulla preces, dictaque pondus habent. h. e. Non frusta precantur.

Res humanae caducae & fragiles. Cic. de Amicit. 102.

Spes caduca. Ovid. 9. Met. 596.

Tela caduca. Propert. lib. 4. 2. 53. i. e. De manibus cadentia.

Tituli mortales, caduquique. Plin. in Paneg. cap. 55.

Verba caduca. Ovid. 15. Epift. 209. — Zephyri verba caduca ferunt. Vitis que natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur. Cic. de Seneç. 52.

Caducus, Qui morbo laborat comitali, Epilepticus. Firmic. lib. 3. cap. 6. Ex humorum flativa perseverantia, qui circa caput collecti fuerint, facient caducos, & lunaticos aut aliud interceptione deficientes.

Caducus, Mortuus significat aliquando, teste Servio. Virg. 6. En. 481. Hic multum fleti ad superos, belloque caduci

Dardanida.

Caducum legatum dicitur, Quod vel ad fiscum desertur, velut legatario de medio sublato: vel ad substitutum: ut si cui relictum legatum est, capere legatum non possit, vel quia ante mortem teflatorum mortuus est, vel alia de causa, tunc legatum ad substitutum legatarius defetur: vel ad eum qui in legato coniunctus erat, si forte duobus simul legatum erat factum. Similiter etiam Caduca hereditates eadem ratione dicitur. Cic. 10. Philipp. 11. de Antonio loquens, Quem nisi in via caduca hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse dices. Sic etiam Caduca bona dicuntur. Marcellus D. de iis quæ in teft. defeluntur. Proxime in cognitione principis, quum quidam nomina heredum induxisset, & bona eius ut caduca a hisco vindicarentur, diu de legis dubitatum est. Quoniam vero iucundum erat substituto, Legatum caducum accipere, quasi Rem minime speratam: idea Juven. dixit 9. Sat. 88. — propter me scriberis haeres,

Legatum omne capis, necon & dulce caducum. Cicero transactionis auctor fuit in 3. de Orat. 120. Nostra est enim, inquit ille, omnis ista prudentia doctrinæ posse, in quam homines, quasi caducum atque vacuum, abundantes otio nobis occupatis involaverunt. Sic Justinus, 19.3. Quam prædam, possele vacua fortuitis dominorum mortibus, sicuti caducum occupaverunt. Budaeus. Caducum ex lege Papia legatum erat, sub aliqua conditione relictum: qua deficiente, eadebat, & redibat vel ad teflatorum vivum, vel ad substitutum, eo mortuo. Unde et titulus apud Justin. in C. De caducis tollendis. Ulpian. tit. 17 eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani. Quod quis sibi testamento relictum, ita ut jure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, quia veluti cedidit ab eo. Verbi gratia, si calibi, vel Latino Juniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel celebs legi paruerit, vel Latinus jus Quiricium consequitus est: aut si ex parte haeres scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas deceperit, vel perager factus sit. Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca hisco vindicantur, sed servato jure antiquo liberis & parentibus. Hac ille, conf. Briffon. de Form. I. 3. v. Cadere.

CADUCARIUS, a, um, ut, Lex caducaria. Ulpian. tit. viges. oct. ejus libri, qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani, Populo bona deferuntur ex lege Jilia caducaria.

CADUCATOR, Adv. antiquen, pro Præcipitanter. Varro Etratione, Aut frigidos nimbos, aqua ista caduciter ruentes, Pertinerunt aquarites querquedula natantes. Nonius, 2. 172. ed. Gothofr. Sed aliter Mercer.

CADIVUS, a, uni, [χαράκης] Adj. Quod per se fecidit. unde, Cadiva poma appellamus. Plin. lib. 15. cap. 16. Colligit mala post æquinoctium Autumnale, neque ante primam horam. Cadiva separari, stramentis, strobis, paleisque substerni. V. Harduin. ad loc.

CADOPSIUS, Oppidum ab Alexandro conditum ad Caucalicum montem, de quo Plin. lib. 6. cap. 23.

CADUCEUM, i. n. [χαράκης] Mercurii sceptrum dicitur, ut quidam putant, (in quibus Ferret. loco mox dicendo) quod Cadere faciat contentiones atque certamina. [Pro Caruceum, καρυκεῖον] Æolic. H. St.] Est autem Virga qua bellum dirimitur. Nam quia Mercurius orationis deus est, & deorum nuntius, merito a diis mittebarum, ut diffidenter animos oratione sedaret. Hinc, Legati pacis, Caduceatores dicti. Sicut enim per Feciales bella indicabantur, ita per Caduceatores finebantur. Caduceum Ægyptii in specimina draconum, maris ac feminæ conjunctorum figuraverunt, & Mercurio confererunt. Hi dracones parte media voluminis sui, nudo, quem vocant Herculeum, invicem obligant, primumque partes eorum reflexa in circulum pretius oculis ambitum circuiti jungunt. Et post nodum cauda revocantur ad capulum caducei. Caudam autem cur exteræ gentes caduceum in pace tractanda, circumducta anguum effigie fecerint, quidam hanc ellæ tradunt. Quum Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadia septichordem ad Atlantidum numeris insituerit, quod Maia mater ejus ex illarum numero esset, ac non nullo pot deprehensus ab Apolline fuisset boves absigeret, quo faci-

lius veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram a se primo inventam prædicaret: Propter quod Apollinem ferunt virginam quandam Mercurio dono dedisse, quam quum manu tenens in Arcadiam proficeretur, inventos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuo pugnantes. Quo viso, virginam interposuisse, & dicto ciuitatis præmium dicimisse. Eo facto, hujusmodi virginis pacis gratia dixit esse constitutam. Sed haec fabulosa fuit. Veritas autem historie hoc habet. Ovorum genus est in magna Galliarum fama, omniflum Græcis. Angues innumeræ astate convoluti, falvis faucum corporumque spumis artifici complexu, glomerantur. Anguinum (id ovum) appellatur. Druidæ fibulis id dicunt in sublimi jastraci, fagoque oportere intercipi, ne tellurem actingat, profugere raptore equo; serpentes enim infequi, donec arceant amnis alicuius interventu. Experimentum ejus esse, si contra aquas fluere, vel aero vincunt. Atque, ut est magorum foliorum occultandis fraudibus sagax, certa luna capiendum censem &c. Ad victorias litium, ac regum aditus mire laudatur; tantæ vanitatis, ut habentem id in lite in finu equitem Romanum et Vocontios, a divo Claudio principi interemptum non ob aliud sciam. Hic tamen complexus anguim & efferatorum concordia causa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguum fecerint. Ne enim critatos esse in caduceo mos est. Hæc Plin. lib. 29. cap. 3. [Hæc est illa, quam consarcinato horum prædicat, si diis placet hisfræ veritas.] Liv. 8. 20. Ipsos se in dictione Consulis caduceum præfert, permisissæ. Cic. 1. de Orat. 201. Deinde qui non possit sibi caduceum, quam nomine oratoris ornatus, incolumis vel inter hostium tela versari.

Caduceum & hastam simul mittere, erat Optionem facere belli & pacis. Cell. 10. 27.

CADUCATOR, ὄρις. m. [χαράκης] Festus; Caduceatores, Legati pacem petentes. Cato, Caduceatori, inquit, nemo homo nocet. Hæc festus. Liv. 26. 17. Afrubal, ne in arco res esset, caduceatorem misit, qui promitteret, si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. [An Emulus?]

CADUCEATUS, a, um, i. e. Caduceum ferens. Ita extat Romæ. ABITE HINC VESTRO CVM MERCVRIO PETASATO CADVCEATOQ. vide J. B. Ferreti Muf. Lapid. p. 5.

CADUCIFER, [καρύκευτρος] Nomen quo Mercurius vocatus est, proponit domini etiam ab Apolline virginem, qua duorum draconum inter se dimicantium, prælum, quum in Arcadiana proficeretur, diremisse fertur, ut dictum fuit paulo ante in dictione CADUCEUM. Ovid. 2. Met. 708.

Hinc se futilerat paribus caducifer alis.

Atlantiades caducifer. Ovid. 8. Met. 627.

Venit Atlantiades positus caducifer alis.

CADUCITER, CADUCUS. V. CADO.

CADURCI, [Καρύκευτρος] Narbonensis provinciæ populi in Aquitania. Aut. Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgo Cahors.

CADURCUM, i. n. Vulum seu Culcitra ex lino candidissimo facta, in quo ut ait Plin. lib. 19. cap. 1. Cadurci Galliæ populi præcipuam gloriam obtinunt. Nam nullum linum est candidius lanæ filius. Juven. 7. Sat. 221.

Institutor hibernæ tegetis, niveique cadurci. hic ponitur pro Vili merce. [At cur vil?] J. V. Ferrar. de Re Veltiar. part. 2. lib. 1. cap. 22. Cadurcum, Vas illud numerosum, quod ex pescina ac puto aquam haurit, jumento rotam verante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex teftis defluant in cloacas: etiam in quibusdam urbibus, per quos aquæ pluviae cisternas impletant. Hæc Valia in Raudensem.

CADURCUS, a, um. Adj. ut, Natales puer horruunt cadurcas. Sidon. Carm. 9. 282. Cadurcas fascie, Linæ apud Sulpiciam. V. Lindenberg. ad Catal. Virg. p. 335. & Lex. Pitific.

CADUS, [καρύκευτρος] Genus vasis vinarii, decem congios continens, sicut & Metretæ Diocordi lib. 5. licet alii cadum duodecim congios continuisse referant. Columel. lib. 12. cap. 28. Si in vetustatem servare volles, in cada durarum urnarum quam optimi vini sextarium, aut facis generosæ recentis fætorias tres addito.

Cadi formani turbinatum, i. e. Coni & strobili, hoc est, nucis pineæ similem fuisse ex Plinio intelligimus, qui lib. 27. cap. 4. de aloe loquens, Turbinæ cadorum dixit; Laudatissima, inquit, ex India afferunt, sed nascitur & in Asia: non tamen ea ptuntur, nisi ad vulnera recentibus follis, mirifice enim conglutinat vel succo. Ob id in turbibus cadorum eam ferunt, ut aīzoumajus. Haec tenus Plinius. Utetantur autem antiqui etiam ad falsam condenda. Idem Plin. lib. 32. cap. 8. Quin & tefsis cadi fallamentarii fusis cum axungia vetere ad patrotidas, &c. Quin & ad Osfilegiuna. V. mox Athenus.

Cadus est, quem lingua Gallica vernacula, retinens Latinitatis vestigia Caccum vocat. Budaeus in lib. 5. de Afie.

Chii, vel Falerni cadus. Hor. 2. Serm. 3. 116.

Si positus intus Chii, veterisque Falerni

Mille cadis, nihil est, &c.

Temeti cadus. Hor. 2. Epift. 2. 163.

Ahenus. Virg. 6. En. 228.

Ossalecta cado testa Chorineus aheno, [Æneo cado ad osfilegiunus usus est. Alius satys conflat id vasini virinari genus, ut pleraque veterum, fætile fuisse, unde & Græci Καρυκεύτρος vocabant. Nam Ceramion, Cadus, Metretra, unum idemque significant. V. mox Fragiles. Chius. Hor. 3. Carm. 19. 5.

Qy Chium pretio cadum Mercemur.

pr. Annal. & paulini omnes. V. Suid. in Γάλιος & καλιγαρία.

CALIGO, inis. f. [καλύγος, ζεφός] Umbra ex spissitudine acris procea-
ta. Virg. 9. Æn. 36.

Quis globus o cives caligine volvitur atra?

Caligo, a. vulgo dicitur Erine, Brouée, Brouillard. Columel. lib. 3.
cap. 1. Vites firmi, durique acini, quarum inter caligines nra defore-
scunt &c. Idem cap. 2. pr. Quin etiam pruinas, & caliginem, & car-
bulorum facile propulsat.

Caligo ac tenebra. Cic. 5. Verr. 177. Illa omnis pecunia latuit in illa
caligine ac tenebris, que totam temp. tum occupaverant. Idem post
red. in Sen. 5. Postea vero quam &c. ex superioris anni caligine & te-
nebris, lumen in rep. Kal. Jan. difficere copifis.

Tetris tenebris & caligine se Alexandriam perventuros arbitrati sunt?
Cic. 2. de Lege Agrar. 43.

Atra caligo. Virg. 11. Æn. 876.

Volvitur ad muros caligine turbidus atra Pulvis.

Cæca. Virg. 3. Æn. 203.

Tres adeo incertos cæca caligine soles Erranus pelago.

Denza. Virg. 12. Æn. 466.

Nigrans. Sil. lib. 4.

Obscura. Virg. in Ætna,

Illinc obscura semper caligine nubes.

Opaca densus caligine. Ovid. 10. Met. 54. De tramite, ab inferis ad
superos.

Picea. Virg. 2. Georg. 309. — & ruit atram

Ad celum picea crassus caligine nubem.

Spissa. Ovid. 7. Met. 528.

Subita. Stat. 10. Theb. 140.

Terribilis. Lucret. lib. 6. 852.

Metaphorice. Vide nunc caliginem temporum illorum. Cic. pro Planc. 96.
Quasi per caliginem. h. e. Quasi per nebulam & obscuram quandam
rem. Cic. 12. Philipp. 3. Quod videbam equidem, sed quasi per ca-
liginem. Perfrinxerat aciem animi D. Brutus salus.

Abundare caligine. Ovid. 2. Met. 764.

Difusus est illa caligo, quam &c. Cic. 12. Philipp. 5.
Inducta caligine terras occuluit Deus. Ovid. 1. Met. 599.

Inducere caliginem alicui, metaphorice. Paternul. lib. 2. 36. 1. Con-
sulatu Ciceronis non modico adiecit decus natus eo anno divus Augu-
stus, omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturus cali-
ginem. i. e. Oeonum gloriam obscuratus.

Meritus caligine. Virg. 6. Æn. 267.

Pandere res alta terra, & caligine mersas.

Oborta est tanta caligo. Suet. Neron. cap. 19.

Tegere terras caligine nox dicunt: ut apud Lucret. lib. 6. 852.

Oculorum caligo. [ἀσπρόβρον] Plin. lib. 18. cap. 13. Oculos purgat,
medetur caligini admitto lacte mulierum. Sic sepiflime alias.

Maris. Stat. 4. Theb. 28.

Mentis cæca caligo. Catul. 62. 207.

Noctis cæca caligo. Lucret. lib. 4. 458.

Plenus caligine. Stat. 2. Theb. 685.

Ipse vapor crassus Caligo vocatur. Lucret. 5. 294.

Lumina, pendentes lychni, claræque coruscis

Fulguribus pinguis multa caligine tede, &c. Plin. lib. 6. Epist. 16.
de morte avunculi sui: Statim concidit, crassiore caligine spiritu oblitero.

CALIGINOSUS, a, um. [καλιγώνης, καλοφόνης] Adj. ut, Caliginosum
celum. Cic. 1. Tusc. 43. Ut penetret & dividat omne celum hoc, in
quo nubes, imbre, ventique coguntur, quod & humidum & caligino-
sum est, propter exhalationes terre.

Nox caliginosa. Hor. 3. Carm. 29. 30.

Prudens futuri temporis exutum

Caliginosa nocte premit deus.

i. e. Celat nos deus & ignorare vult futuri temporis exutum.

Stella caliginosa. Cic. 1. de Divin. 130. Nam si obscurior & quasi cali-
ginosa stella exirebit, pingue & concretum esse celum. Opponitibid.
Illustri & perlucida.

Tractus caliginosus & pluvius. i. e. Nebulis obnoxius. Plin. 17. 22.

CALIGINUS, a, um. Aliud Adj. Gratius in Cynegetico, v. 56.

Vel caliginoso laxanda reponito fumo.

CALIGO, [καλιγόνης, παρακλήσιν] ære. Cecutire.

Nubes caligat. Virg. 2. Æn. 605.

— namque omnem, quæ nunc obducta tenui

Mortales hebetus visi tibi, & humida circum

Caligat, nubem cripiam.

Caligat oculi ex somno. Cell. lib. 2. cap. 7.

Caligare dicuntur amnes. Columel. lib. 1. cap. 5.

Caligare in sole. i. e. In re clarissima caccutire: apud Quintil. lib. 1.
cap. 2. V. Chilidiadas Erasmii.

Caligat ad eas res humanum genus. Plin. lib. 30. cap. 1. de origine ma-
gice.

- CALLIDUS**, **CALLIDE**, **CALLIDITAS**. V. **CALLUS**.
- CALLIPHA**, [καλλιφά] Oleasaria. V. Ruel. lib. 1. cap. 104.
- CALLIGONON**, [καλλιγόνον] i. n. Herba quæ & Polygenon dicitur. Vulgus *sanguinaria* vocat. Plin. lib. 27. cap. 12. Appellariæ a multitudine seminum, aut densitate fruticis calligonon.
- CALLIACHUS**, i. m. [καλλιάχος] Poeta Cyrenæus, filius Batti, discipulus Hermocratæ Jafii grammatici, vixit apud Ptolemaeum Philadelphum, in Museum accitus, usque ad Evergeten bibliothecæ regiae prefectus. [Quod negat Fabric. Bibl. Grac. l. 3. c. 19. q. omnino V.]
- Omne poetam genus attigit. In adversarium poema acerbissimum, quem ficto nomine Ibin appellat: unde Ovidius nomen & argumentum mutuauit est: edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, alia que complura; quorum tamen minima pars ad nos pervenit. Quæ superfluit, post alios edidit, & quibusdam ineditis auxit, notisque illustravit Anna, Tanaquili Fabri filia: & jam plenis commentariis Ezech. Spanheimus.
- Romanum Callimachum seipsum vocat Propert. lib. 4. 1. 64.
- Ut nostris tumefacta superbier Umbria libris,
Umbria Romani patria Callimachi. Innuerunt vult tantum se
elle apud Latinos in scribendis elegiis, quantus apud Gracos fuerit Cal-
limachus.
- Callimachus alter sculptor se τετράχον nominari studuit, quasi artis inter-
polatorem, & qui eam in tenuiore exquisitioriæ disciplinam redu-
xit: τέτταν enim liquefacere conflare est. Nam ipse prius lapidem
perforavit, minutatimque traxit. Auctor Paufurias. V. Plin. 34. 8.
- Callimachus medicus. Plin. lib. 21. cap. 3. Et apud Gracos quidem de
coronis privatum scripsere Mnethes atque Callimachus medici, quæ
nocerent capiti: quoniam & in hoc etiæ aliquia valentissimis portio, odo-
rum vi surrepente fallaciter, & scelerata Cleopatra folertia.
- Fuit & Callimachus alias Atheniensium dux, quo tempore pralium adver-
sus Persas apud Marathonum factum est. Auctor idem Plin. lib. 35. cap. 8.
- CALLIMUS**, i. m. [καλλίμος] Lapis est ex genere ætitarum, de quo
Plin. lib. 37. cap. 21.
- CALLINICUS**, i. m. [καλλίνικος] Sophista Syrus, vel Arabs, profite-
batur Athenis. Scriptis de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de re-
bus gestis Alexandri, & alia quædam. Auctor Suidas. q. V.
- Callinicus etiam Cognomen Selunci secundus, Sylorum quarti ab Alexan-
dri excelsu regis, cui vere, per derisionem hoc nomen impositum
fuerit V. in Vaillantii historia regum Syriae, ex nummis deducta, p. 52.
- Tributum & Herculi cognomen, teste Suida.
- CALLINOUS**, [καλλίνος] Athen. ut ex Terentiano Rhodig. resert, Poe-
ta fuit, qui primus elegum carmen enuntiâle traditur, licet nonnulli a
Naxio quodam Theocle furente, id factitatum esse asseverent. V. Cæl.
lib. 9. cap. 3.
- CALLION**, i. n. [καλλίων] Herba est, quam aliis nominibus Solanum
forniferum, Halicacabum, & Vesicarium appellant. V. Plin. lib. 21.
cap. 31.
- CALLIONYMUS**, i. m. Genus pescis, cuius fel cicatrices sanat. Plin.
lib. 32. cap. 7.
- CALLIOPE**, es. f. [καλλιόπη] Una Musarum, & quidem præstantissima,
ut dixit Hesiod. quæ etiam Calliopea dicitur Ovid. 5. Fast. 80.
- Prima fui cœpit Calliopea chorii.
- Mater Orphei Calliopea. Virg. 4. Ecl. 57.
- Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
- Musa callida Calliope. Lucret. lib. 6. 92.
- Pia. Martial. lib. 4. 31.
- Calliope requies hominum, divinique voluptas. Lucret. lib. 6. 93.
- CALLIOPICUS**, i. m. [καλλιοπίκος] i. e. Excellens cantu, apud Fir-
micum.
- CALLIOPIUS**, i. m. Grammaticus criticus, qui Terentii Comedias re-
cenfuit. & ea tantum admisæ fuere, quæ illæ probaret. Ita Jof. Scalig.
Opusc. post Epist. 9. & Frid. Lindenbrog. Observat. Terent. p. 596. extr.
& Barthius Advers. 6. 20. qui hunc Calliopum, non alium, quam Alcui-
num fuisse conatur probare. Euphranius Scholiastes vetus Terentii, ad
Andr. extr. Calliopum non criticum & recognitorem fabularum, sed re-
citatorem sive actorem agnoscit.
- CALLIPATIRÆ**, Mulier quædam fuit, quæ cum capitale effi feminis
sciret Olympiæ tempore Alpheum amnem transfisse, mutatis vesti-
bus gynæstico sexfili habitu. Sed quin id postea reficitum esset, igno-
ranti quidem est Callipatiræ, quod patrem & fratres habuissent olympioni-
cas. Lata vero in reliquo lex est, uti in certamen nudi prodiunt gyn-
naftæ. Ex Paufanis Eliac. & Cæl. lib. 14. cap. 15. V. BERENICE.
- CALLIPETALON**, [καλλιπεταλόν] i. n. Herba eadem ac Quinquefolium.
Apul. de Herb. cap. 2.
- CALLIPHO**, Philosophus, qui honestati voluntatem adjunxit. Cic. 3. de
Off. 119.
- CALLIPHON**, önis. m. Saltatoria artis magister, qui Epaminondam
docuit. Nepos 15. 2. 1.
- CALLIPIDA**, [καλλιπίδαι] Scythæ Europæ populi ad Hypanim flu-
vium: Solinus Callipidas vocat: Pemponius Mela 2.1. Callipidas. Eos-
dem Herodotus in Melpom. Græcosythas nominat, quod ex Græcis
Scythæ facti sint.
- CALLIPIDES** vel **CALLIPPIDES**, is. m. [καλλιπίδης] Histrio Tra-
gediarum fuit Agesilai tempore, cuius nimium motum in actione veterces
reprehendunt, usurparunt proverbialiter pro Tardo & cunctatore. V.
Erasm. Chil. Cic. 13. Att. 12. Biennium præterit, cum ille Callippides
assiduo cursu cubitum nullum processerit. [V. Suet. Tiber. cap. 38. Paria
de Petich. necfio quo Stadiodromo lib. 2. Anthol. Epig. 9.]
- CALLIPOLIS**, is. f. [καλλιπόλις] Urbs Thracie, in extremo Hellesti-
oni, e regione Lampaci, a quo quadrangula tantum dilit stadiis, ut scri-
bit Strab. lib. 13. Plin. lib. 4. cap. 11. Hellestpon septem stadii Euro-
pam ab Asia dividens, quatuor illic inter se contrarias urbes habet, in
Europa Calipolis & Sefton: in Asia Lampacum, & Abdon. Hæc por-
to, Calipolis non adeo celebris est atque illa Macedonica, cuius Liv. me-
minit Decad. 4. [Immo eadem est, ut inspecto loco l. 31. c. 16. appa-
rebit. Sed alterius meminit Atalica Callipolos l. 36. c. 30. De qua Steph.
in καλλίπολις, ex Polyb. Quæ forsan καλλίπολις Ptol. & Callipolus Paufanæ.
Est item Callipolis Peloponnesi civitas, in tractu Occidental, non pro-
cul ab Araxe promotorum, inter Cyllenen & Patras: cuius meminit
Pompon. Mela lib. 2. cap. 3.]
- Callipolis præterea insula est maris Ægæi, una Cycladum, quæ nomine
nomine Naxus appellatur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.
- CALLIPUS**, [καλλίπος] Atheniensis Platonis auditor, imperfectus a
Syracusani, quod tyrranidem post Dionysium aggredereatur, Dionem
quæ patriæ liberatorem per proditionem interfecisset. Auctor Suid. Plu-
tarach in Dion. Hunc Nepos in Dion. c. 8. incertum quo auctore Cal-
licratem vocat.
- CALLIPYGOS**, [καλλίπυγος] Veneris cognomentum, quod hac ratio-
ne illi inditum est: Fuerat aegresti cuidam filie dñe formosæ, quæ inter-
fe de natum seu clunium pulchritudine certarent, quæ quin in publici
cam vienissent, adolescenti cuipiam inde eunti se ostenderunt, ut is
judicaret utra esset παλαιπνυστεύη, id est pulchriorum natum. Juvenis
utrumque accurate intuens, maiorem natu clunium specie præstare pro-
punctavit, ejusque simul est amore correptus, & domum reverus rem
fratri significavit: qui urbe exiens, ad rem hujusmodi visendam prodit,
similiter alterius est amore captus. Quare ambo fratres ambas foro-
res, agrestes puella, etiam ibi invito patre uxores duxerunt. Hæc autem mox
fortunis affluent, οὐδὲ οὐδὲ Αργοῖσιν καλλιπύγοι, id est templum Ven-
eris pulchricinium condidere, propterea quod pueræ ipsæ a cibis κα-
λλιπύγαι, hoc est pulchricunes dicerentur. Ex Athenæo lib. 12. Memi-
nit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.
- CALLIRHOE**, [καλλιρρόη] Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Dio-
medem liberavit ab infidis patris, qui hospites omnes immolabat, a quo
quini se defensaverit, vita laqueo finivit. V. Ovid. 9. Met. 414.
- Fuit item Callirhoe, Acheloï fluminis filia, quæ Alcmæoni nupstit. V.
supra in dictione **ALCMÆON**.
- Callirhoe, Fons Atticae. Plin. lib. 4. cap. 7. In Attica fontes Cephissia,
Larina, Callirhoe enneactonus. ubi V. Harduin. Est igitur Callirhoe
καλλιρρόη dicitur, id est cuius aqueductus, vel seaturiginis sint novem.
Stat. 12. Theb. 629. id eleganter expressi,
- Et quos Callirhoe novies errantibus undis Implicat. V. Barth.
ad locum.
- Eft & Callirhoe, Fons ad Edeßam. Plin. 5. 24. & Alius in Judea. Ibid.
cap. 16.
- CALLIS**, is. **CALLISCERE**. V. In **CALLUS**.
- CALLISTEA**, [καλλιστα] Græci dicunt Selecta quæpiam præmia: sicut
Quæ virtutis ergo contributum, vocant Aristea. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11.
cap. 17.
- CALLISTA**, [καλλιστα] Insula maris Ægæi, una Sporadum, alio nomi-
ne Theræ appellata. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.
- CALLISTHÈNES**, is. m. [καλλισθῆνες] Olymphius discipulus, & pro-
pinquus Aristoteli, unus et comitus Alexandri, vir ingenio doctrina-
te præstans, scriptis historiam, philosophorum secundus a Xenophon-
te, in quæres Alexandri gelta continentur. Tandem quasi auctor conjurationis Hermolai, ab Alexandre indignis modis interficiuntur. Suspectus
quoque quod non uti ceteri, adorandum cum putaverit. Justin. lib. 24.
& Curt. 8. cap. 5. & 8.
- CALLISTO**, IN CALISTO.
- CALLISTRATUS**, i. m. [καλλιστός] Statuarius. Plin. 34. 8.
- Græcus Scriptor alius fuit Callistratus, cuius exstant icones pulcherrimæ,
sue hypotyposes, adjunctæ iconibus Philostrophi.
- Fuit & Jctus hoc nomine.
- Item Atheniensis Orator, apud Nepotem 15. 6. 1. V. Meurf. Bibl. Att.
lib. 2.
- CALLISTRUTHIA**, [καλλιστήια] Ficorum genus omnium frigidissimum.
Plin. lib. 15. cap. 18.
- CALLISTUS**, Libertus fuit Claudii Cæsaris potentissimus, qui ipsum
etiam Craftum opibus longe superavit. Hic scenam Rome adificavit,
triginta solidis ex onycha columnis sultam. Auctor Plin. lib. 36. cap. 7. &
lib. 33. cap. 10.
- CALLITHRIX**, trichis. f. [καλλιθρίξ] Species simiæ pulchrum habens
crinem. Plin. 8. 54.
- Callithrix, Herba, quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodest.
Plin. lib. 26. cap. 14. Eadem ac sequens, si creditur Apulejo C. 47.
- CALLITRICHON**, i. n. [καλλιτρίχων] Herba, ex qua fit sternutamen-
tum. folia sunt lenticula similia, caules juncis tenuissimis, radice mini-
ma. Nascentur in opacis & humidis, gustato fervens. Plin. lib. 25. cap.
11. [Hard. exhibet Ex callitrichæ. Sed alterum nomen retinuit lib. 22.
cap. 21.] Dioforides callitrichon appetillard, quod nunc polytrichon
vocabus, hoc quidem quia multos, illud vero quia pulchros capillos fa-
ciat. Species est capillorum Veneris. Ruel. lib. 3. cap. 133.
- CALLIXENUS**, i. m. [καλλιξένος] Statuarius nobilis fuit, qui Olympi-
ade centesima quinquagefima quinta, quo tempore illorum ars revixit,
quum antea aliquandiū cœfassat, floruit. Ex Plin. lib. 34. cap. 8.
- CALLON**, [καλλών] Statuarius nobilis fuit, qui octogesima septima
Olympiada floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8. & Quintil. lib. 12. cap. 10.
Alii per simplex l. scribunt.
- CALLIUS**, i. m. & **CALLUM**, i. n. utroque modo dicitur: [τόλλη, τόλ-
λος] & est Cæsi labore via in pedibus aut alio opere in manibus, parteve
alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, cervice bovis,
animalium plantis pedum. Plin. lib. 9. cap. 35. Sani quidem partus mul-
tiplici constant cutæ, non inopposite callum ut exstinxiri corporis possit.
Suet. Aug. cap. 80. Sed & callis quibusdam ex prurië corporis, alliu-
duo & vehementi strigulis usu, plurifariam concrescit, ad impetriginis
formam.
- Aprugnum callum. Plin. lib. 8. cap. 51. & Plaut. Poen. 3. 2. 2.
- Filtularum callum. Plin. lib. 34. cap. 11.
- Foliorum callum. Plin. lib. 16. cap. 24.
- Fungorum callum. Plin. lib. 19. cap. 4. ad finem, Fungorum enim cal-
lum in ligni arborumque natura diximus.
- Purpurarum callum. Plin. lib. 32. cap. 10.
- Salis adjecto callo. Plin. lib. 16. cap. 12.
- Terræ callum Tubera esse dicit Plin. lib. 19. cap. 2.
- Callum, per metaphoram ponitur, unde Callum obducere. Cic. 1. Tusc.
53. Quorū animis diuturna cogitatione callum vetusatis obduxerat. Et
2. Tusc. 36. Ipsæ labora quæ callum quoddam obducit dolori.
- Erodere & exedere callum. Cels. lib. 5. cap. ult. Segm. 12.
- CALLOSUS**, a, um. [καλλόσος] Adj. ut, Callofus acinus. Columel-
lib. 3. cap. 1. Humido loco sciet non recte mandari fructus, teneri, &
amplioris acini, sed callosi & angusti.

- Cutis callosior. Plin. lib. 11. cap. 39.
Dextra callosa. Lucan. ad Pison. 17.
Humum callosa quam pinceret hordea dextra.
- Olivæ calloſæ. Plin. lib. 15. cap. 3.
Ore calloſæ, in ulceribus sunt, quæ vulgo Labra dura dicimus. Cels. lib. 5. cap. 28.
Ova calloſæ. Hor. 2. Serm. 4. 12.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Ut succi melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere, namque marem cohibent calloſa vitellum. V. Tor-
rent. ad locum.
- Tunica calloſæ, five Membrana oculi. Plin. lib. 11. cap. 37.
Venter avibus calloſus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Ulcer calloſæ. Plin. lib. 26. cap. 14.
- CALLOSTAS**, atis. Scribon. Largus 36. Collyrium quod proprie facit
ad aspiritudinem palpebrarum & calloſitatem. V. Non. 466.
Dein, Confuetudo malorum. Tertull. de Testimoniis animæ, cap. 5.
Existe hac in usus communis calloſitatem. i. e. Confuetudinem, in-
terprete Rigaltio.
- CALLO**, ōris. m. Idein apud Caffiodor. 1. Epist. 35.
CALLEO, ui, [καλλεῖσθαι] ère. Callis obductum esse. Plin. lib. 11. cap. 37.
Antiqui abdomen vocabant, priusquam calleret, incientes occidere
non assueti, h. e. In callum duresceret. Plaut. Pseud. 1. 2. 4. Plagis co-
stæ callent.
Callere. [δέλλειρειν, εἰπεῖν] significat Scire, hoc est calliditate, qua
est urbana scientia: ut ait Nonius. Hor. de Arte Poët. 274.
Legitimique sonum digitis callamus & are. Callamus (in-
quit Perottus) h. e. Scimus, novimus: quod sicut pes ex longo via la-
bore callum facit, ita mens longa experientia facit habitum quandam
rerum in quibus veritas. V. Cic. locum in **CALLIDUS**.
Calloēo hanc rem, pro hac re, auctore Nonio. Perf. 4. Sat. 5.
— dicenda, tacendaque calles. Ter. Adel. 4. 1. 17.
Quin tu otiosis es, ego illius sensum pulchre calloēo.
- Callere jura. Cic. pro Corn. Balb. 32. Ignolco tibi, si neque Pœnorum
jura calles.
- Fidibus apprime callere. Apul. Florid. p. 358.
Callere ad iūum queſum. Plaut. Truc. 5. 40.
Callere in. Plin. lib. 8. cap. 25. Callent enim in hoc cuncta animalia.
Callere, cum infinitivo. Hor. 4. Carm. 9. 49. — qui deorum
Muneribus sapienter uti,
- Duramque callet pauperem pati. i. e. Ingeniose novit. Acron.
CALLENS, Partic. [εἰπεῖν] ut, Callens vaticinandi. Plin. lib. 21.
cap. 31. Halicabaci radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes.
Jus civile callentem familiarem meum adspiciens. Gell. lib. 16. cap. 10.
V. Ammian. 16. 12.
Callens lingua. Gell. lib. 17. cap. 5.
- CALLENTER**, Adv. Apul. 4. de Alino, p. 150. Quorum satis callenter
curiosos adspicere Thrasileon noster impetu minaci frequenter inhibebat.
Callenter. Bergold. in Pr. Commentar. in Suetonium. Reip. Bononiensis
habenias iam multos annos adeo callenter regit. Sic & alibi, nec du-
bito, quin ex aliquo veteri scriptore habeat, ut saepe talibus uitetur ex
aliquo vetusti scriptore sumptis. Sic Rarenter dicere, quam Raro ma-
vult, quomodo Eminenter. H. St. Vere conjectatur Henricum ex ad-
scripto loco Appul. appetet, qui in Lugg. desiderabatur.
- CALLISCE** o, c. Verbum antiquum, Idem quod Calleo. Nonius. 2. 162.
Calliferunt, pro Occuluerunt. Cate de Bell. Carthag. Aures nobis ca-
liferunt ad injurias. Obfoletum. [Forte] Calliferunt legendum.
- CALLIDUS**, a, um. [καλλίδειος] Adj. dicitur Qui callum sibi usu artis
induxerit, auctore Donato. Cic. 4. Acad. 94. Ego enim, ut agitator
callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo. Ovid. 6.
Met. 576.
- Stamina barbarica suspendit callida tela.
- Callidus & Demens, contraria. Nepos 4. 3. 1. Non callida sed dementi
ratione cogitata patet.
- Stultus & Callidus, contraria. Ovid. 2. Trist. 500.
Verbaque dat stulto callida nupta viro.
- Inter Verfum & Callidum. Cic. 3. de Nat. Deor. 25. Homo sine dubio
versutus & callidus. Versutus eos appello, quorum celeriter mens ver-
fatur. Callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus uti
conciliuit.
- Callidus temporum. Tacit. 4. Ann. 33. Igitur ut olim plebe valida, vel
quum patres pollerent, noscenda vulgi natura, & quibus modis tempe-
rante haberetur. Senatusque & optimatum ingenia qui maxime perdi-
dicerant, callidi temporum & sapientes credebantur, &c.
- Callidus, & tendens fcelerum obscuris. Tacit. 6. Ann. 24.
Callidus amicus accendens offendens. Tacit. 2. Ann. 57.
- Ad quæstum. Plaut. Truc. 2. 4. 62.
Ad rem. Plaut. Epid. 3. 3. 47.
Ad fraudem. Cic. pro Cluent. 183. Quod aut hi qui ad fraudem callidi-
funt, non tantum audent, quantum excoigitant.
In disputando callidus. Quintil. lib. 12. cap. 2.
Usu callidus. Ovid. 20. Epist. 25.
- Non ego natura, nec sum tam callidus usu.
Adulter. Ovid. 1. Amor. 10. 4.
Amor callidus. Ovid. 1. Amor. 2. 6.
Artificium. Cic. 1. Tusc. 47. Quanquam foramina illa quæ patent ad
animum a corpore callidissimo artificio natura fabricata est.
Aftus. Sen. Troad. 6.
- Auceps. Ovid. 11. Met. 73.
Confilium. Cic. 15. Att. 6. Ita per te exoretur, ne quod callidus ineat
confilium. Alii Calidius, *Sequitur*, quod placet Victor. Ursin. Pop-
ma &c. V. infra Calidus, in **CALOR**.
- Fraude. Sen. Hippol. 4.
Judex. Hor. 2. Serm. 7. 101.
Junctura, Argute compotio. Hor. in Arte Poet. 47.
Dixieris egregie, notum si callida verbum
Redididerit junctura novum.
- Liberalitatem callidam, pro Insidiosa & captatoria dixit Nepos 25. 11. 3.
Lena. Tibul. lib. 1. 5. 48.
Mendacium. Plaut. Most. 3. 1. 136.
- VOL. I.
- modo callidose. Lucan. ad Pison. 180.
Navita callidus. Hor. 3. Carm. 24. 40. — horrida callidi-
Vincunt æqua navite.
- Vir callidus, i. e. Qui confilio pollet. Nepos 14. 10. 1.
Callidus de re inanima, cum infinit. Hor. 3. Carm. 11. 4.
Tuque, testudo, resonare septem
Callida nervis.
Compar. Tacit. 2. Hist. 31. 6. Nemo ea tempestate callidior rei mili-
taris.
- Superer. Columel. lib. 2. cap. 2. Callidissimus rerum rusticarum.
CALLIDULUS, a, um. dimin. ut, Fraus callidula. Arnob. lib. 2. p. 91.
CALLIDE, Adv. [καλλίδειος, δεῖναι] Cic. 2. de Fin. Sed omnia callide
referentem ad utilitatem.
- Accedit callide. Cic. pro Flacc. 2. Bene testem interrogavit, callide
acecessit, reprehendit.
- Callide dicere. Cic. in Orat. 98. Qui in illo subtilli & acuto elaboravit,
ut callide arguteque dicaret, nec quicquam altius cogitaret.
- Callide & perite. Cic. 1. de Orat. 48. In his ipsis rebus satis callide ver-
fari & perite potest. V. Plaut. Asin. 2. 2. 82. Perf. 4. 1. 7. & Ter. And.
1. 2. 27. Nep. 14. 3. 4. & Tacit. 6. Ann. 37.
- CALLIDITAS**, atis. f. [καλλίδειος] Astutia. Cic. de Arusp. Resp. 19.
Quam volumus licet p. c. ipsi nos amemus: tamen nec numero Hispanos,
nec robore Gallos, nec calliditatem Poenos, nec artibus Gracos,
nec denique, &c. superavimus. Cic. 1. Off. 63. Scientia qua est re-
mota ab iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda.
- Calliditatem, pl. pro Fraudibus. Ter. Heaut. 5. 1. 14. Servi venerare in mem-
tem Syri calliditatem.
- Occulta. Quintil. lib. 2. cap. 5.
O mira calliditate virum! Ovid. 16. Epist. 300.
Stulta calliditas, perverse initata prudentiam. Cic. 3. Off. 113. vide-
tur Oxymoron.
- Ledi calliditate. Ovid. 20. Epist. 126.
Rapere calliditate. pro Callide. Martial. lib. 11. 50.
Nulla est hora tibi, qua non me, Phylli, fuenterem
Despolies: tanta calliditate rapis.
- CALLIS**, is. c. [καλλίτη] significat Semitam, veluti callo pedum pre-
duratum. Maf. g. frequentius. Virg. 4. En. 405.
— prædamique per herbas.
- Convestant calles angusto. Ubi Servius, Callis est semita tenuior,
callo pecorum prædatura. Cic. pro Sext. 12. Italæ calles, & pastorum
stabula præclaræ cepistet &c.
- Ignoti calles. Curt. 4. 16.
Invii calles. Curt. 5. 6.
Occulti. Virg. 9. En. 383.
Secreti. Virg. 6. En. 443.
Silvestres calles. Curt. 5. 4.
Surgens callis. Perf. 1. Sat. 57.
- Surgentem dextro monstravit limite callem. De littera Pythagoræ.
Feminino genere usus est Livius 22. 14. Pecorum modo per activos saltus
deviaque calles exercitum ducimus. Idem sic frequenter; quod & No-
nius 3. 46. notavit.
- Calles, Provincia Consulibus olim demandari solita. Scribit enim Suet.
in Vita Julius Cæs. 19. provincias minimi negotii filvas & calles decretas
Consulibus. Silve autem illæ & calles fere in Apulia, & illo Italia tra-
ctu erant. Tacit. 4. Ann. 27. Et erat in istis regionibus Curtius Lupus
quaestor, cui provincia, vetere ex more, calles evenerat. Callum
autem nomine, Saltuum administrationem significari existimo, in qui-
bus profeli pecoris sui capita pecuarii pafcebant, scripturamque folve-
bant. Nam Callis ex eo appellatur, quod pecudum callo calctetur, est-
que Via a percute durata: fed & Loca quæ pecudes calcant. Varro, de
R. R. 2. 10. pr. Et utrosque, inquit, horum firmiores, qui in calibus
verfentur, quam eos qui in fundo quotidie ad villam redcant Turneb.
Adv. 3. 22. conf. Pitil. Lex.
- Oppidum Umbriae hujus nonnius etiam fuit ad viam Flaminiam, hodie
Cagli. V. Græv. ad Cic. 8. Att. 9. p. 780.
- CALO**, [καλῶ] āra, a verbo Græco καλέω, live καλῶ deducitur; significat Voco.
Calata comitia vocabantur, Quæ pro collegio pontificum haberi sole-
bant, aut regis factorum, aut flaminum inauguratorum caufa. Gell.
lib. 15. cap. 27. Dicta autem sunt calata, quod callarentur, hoc est vo-
carentur classes per ordinem, equites enim vocabantur primi: octoginta
deinde primæ classis centurie peditum vocabantur, atque ita ad infi-
mos ordines pervenientebant. Bud. Conf. CALABRA & CALENDE.
- CALATI**, ōnis. f. i. e. Vocatio. Varr. de L. L. 4. 1. extr. Nec curia
calabra sine calatione potest aperti.
- CALATOR**, ōris. m. [καλλιτελεῖος] Fefus; Calatores, Servi, Καλλιτελεῖοι,
quia tempore necessestervitutis vocari possent. Fortasse legendum,
Vocare, in activa significacione. V. p. p. Calones, & Scalig. & Dacer. ad loc.
Plaut. Rud. 2. 3. 5. & Merc. 5. 2. 11. Infra Nomenclator in NOMEN.
Calator etiam est Minister factorum, V. Suet. de Grammat. cap. 12. &
Vet. Glott. Calatores, *καλλιτελεῖοι*.
- CALATORIUS**, a, um. Adi. apud Fabretum, p. 435. PERMISSVS
KALATORIO ET FLAMINVM.
- CALONES**, [καλλιτελεῖοι] Calcei ex ligno facti. Fest.
- CALO**, ōnis. Servus, unde & Calones, a ferendis lignis. Schol. antiq. ad
illud Hor. 1. Epist. 14. 42. — invidet usum
- Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti. Qui lignum
domi non habet, qui it lignatione foras. Lambinus.
- Calones, pl. m. [καλλιτελεῖοι] Militum servi, dicti quia ligneas clavas
gerebant, quæ Graci vocant. Hæc Fefus. Servius, Calones di-
cuntur. Qui militibus ligna portant. V. CALA. Liv. 3. Bell. Pun.
Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasque, & invalidos nullites val-
lum serre. Cic. 3. de Nat. Deor. 11. Eos tu canteris albis, nullis calo-
nibus obviā Vatieno vénisse existimas, &c. Porphyrio in illud Hor. 1.
Serm. 2. 44.
- Hunc permixerunt calones. Calones, inquit, dicuntur a Ca-
lando, & hoc est quod vocent ad ministerium. Nonnulli a Calendis
putant, quod ea die cibaria accipiant. Haec Porphyrio, apud quem
fortasse legendum, Quod vocentur ad ministerium. [Nihil igitur apud
Fest. in Calator mutandum.]
- Eee

CALOPAFRIUS, i. m. Graece καλοφάνης, b. e. Grallator, qui ligneis perticis incedit. Ita Nonio 2. 361. Grallatores sunt Calobatarii, ubi corrupte Collobatarii.

CALOPHANTA, a. m. [καλοφάντης] Derisor. Plaut. Curc. 4. 1. 2. Calophantam ac sycophantam. Sic pro Halophanta ex MSS. legendem ducunt Pætus in Animadv. & Alciatus Parerg. 7. 4.

CALOPHORI, [καλοφόροι] Servi Creteni. Scribit Athenæus, apud Cretenes conviviantibus duo fusile destinata cœnacula: unum quod dicent Andrius: alterum, in quo dormirent hospites, Coemeterium. In andro duarum primæ constituebant mensa hospitibus destinata, propterea que Xenicus nuncupata, mox sequentur reliqua. Servi muneri huic destinati vocabantur Calophori, ab aliis etiam Xylophori, a ferendis lignis. Hæc ille lib. 4. V. & Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 26.

CALOPODUM, i. n. [καλοπόδιον] Calceamenti genus ex ligno: quod vulgo Soccum, & per diminutionem Socculum vocant. Perottus Hinc proverbium, Calciate omnes uno calopodio: In ineptos & ignaros, qui tunan & eandem rem multis accommodant. V. Erasm. in Chiliad. [Immo non Calceamenti genus, sed forma Calcei. V. Henr. Steph. Thes. Græc. & Forma f.]

CALOPUS, [καλόποι] Animal Syriæ, juxta Euphratem habitans, austerrum ac velox, cornibus longis, quibus arbores dejicere fecerit.

CALOR, ōris. m. [χέιρ, ἄρια, ἡρός, παράγω] Primitivum est, & ab eo derivatur Caleo verbum. Varro tamen Andabatis sic sit, apud Nonius, Aperiendam pñat, idque alterum appellamus a calendo calorem, alternum a fervore febrim. Plaut. Mil. Nam mihi nimis calor comburebat guttarem.

Calor a Sole. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Et si est calor a Sole, se operant.

Aequi calores. Ovid. 2. Met. 134.

Utque ferant æquos & cœlum, & terra calores,
Nec preme, nec sumnum nuclire per aethera currum.

Alienus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Aridus. Lucret. lib. 4.

Fervidi. Hor. 3. Carm. 24. 37.

Fluidus. Ovid. 15. Met. 362.

Nonne vides quæcumque mora, fluidoque calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?

Horrifici. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 24. Calores vocat Ircundiam & bitem.

Juvenili calore Polus inconsiderior. Quintil. lib. 2. cap. 16. ubi Calor ponitur pro Impetu, fervoreque ingens.

Magnus. Virg. 1. Georg. 190.

Maximus caloribus, & anni tempore gravissimo. Cic. 2. Q. frat. 15.

Occultus. Stat. 2. Achil. 214.

— & occulto virtus infraacta calore.

Summissior. Macrob. 7. Saturn. cap. ult.

Vivus. Claud. de Bell. Get. 437.

In vivum calorem revocare. Ovid. 4. Met. 248.

Decedere calori. Virg. 4. Georg. 23.

Vicina invitet decedere ripa calori. Ut æstus possint aquarum vicinitate vitare. Serv.

Dilapitus. Virg. 4. Æn. 705. — omnis & una Dilapitus calor, atque in ventos vita recessit.

Effusa calore tellus. Lucret. lib. 6. 843.

Quo magis est igitur tellus effusa calore. Sed hic legendum est Vapore, ut patet locum insipienti: & ita habent alii codices. Effusa, i. e. Spoliata, privata.

Evocare calorem inutem. Cels. lib. 2. cap. 14.

Excitare calorem aliquius. Lucan. lib. 2. 324.

Frangit fe calor. Cic. 1. de Orat. 265. Nunc & Scævola quoniam in Tufculanum ire constituit, paulum requiefecit, dum se calor frangat.

Incidit calor menti. Stat. 1. Theb. 3.

Inclusus. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Omne igitur quod vivit, five animal, five terra editum, id vivit propter inclusum in eo calorem.

Largarit Sol idem caloris omnibus. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Liquefieri calore. Lucret. lib. 5. 1261.

Meet in pectus, venefaque calor. Sen. Med. 10.

Redit calor offibus. Virg. 3. Georg. 272.

Reliquit offa calor. Virg. 3. Æn. 308.

Remittere mella dicitur calor, & cogere frigus. Virg. 4. Georg. 36. i. e. Refovere.

Revocare extinctum calorem. Sen. in Hippol. 3.

Sulfureum calorem. Cels. lib. 7. cap. 7.

Sedare moleftias calorum. Cic. 2. Off. 13. Tecta vero quibus & frigorum vis pellebatur, & calorum moleftias fedarentur, unde, &c.

Temperare calores dicuntur venti. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Quorunq; flatu nimis temperantur calores.

Trahere pariter calorem. Opif. 11. Met. 305. i. e. Una incipere amare. Vitandi enim caloris caufa Lanuviæ tres horas acqueveram. Cic. 13. Att. 34. Impatiens caloris cera. Ovid. 2. de Arte Am. 60.

Calor, pro Festeatione operis. Virg. 1. Georg. 190.

Magnaque cum magno veniet tritura calore. Ubi Servius, per Calorem, Festinationem operis significat: ut alibi, Fervet opus. Hæc tenuis illæ ut ostendat eo anno, pro Copia frugum, festinatione & studiis tritura futuram. Licit tamen & de illæ nimio interpretari, eodem fatente. Eaque interpretatione fine dubio præferenda.

Calor, pro ardore bellico. Sil. Ital. 1. 549.

Nava rudimenta, & primos in Marte calores. V. Barth. Ad. verf. 7. 15.

CALDOR, ōris. m. Idem quod Calor. Varro de R. R. lib. 3. cap. 9. Evitare item calorem & frigus oportet. Cell. lib. 19 cap. 4.

CALORIFICUS, a, um. Adi. [χειροφέρων] Quid calorem facit: sicut a Frigore, Frigoricus, refrigerandi vim habens. Cell. 17. 8. Oleum calorificum est. Idem ibid. Acetum frigoricum.

CALORIFICO, a. m. Mantuanus de Sole,

Cuncta calorificat, populos illuminat omnes.

CALORATUS, a, um. Calidus, calefactus. Apul. 6. p. 182. Prima juventutis caloratus impetus freno quodam coercendos existimavi. Fulgent. Mythol. 3. 4. extr. Omnis caloratus juventutis igniculus torpidæ veternositatis agetur senio.

CALIDUS, a, um. [χειρός, ἀλεῖσθαι] Adj. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo. Hæsta calida. Sen. in Hippol. 6.

Frigida & Calida contraria. Ovid. 1. Met. 19.

Frigida pugnabant calidis, humerita fiscis. Confilia calida. Cic. 1. Off. 82. i. e. Præcipitata, & inconsulta. Nonius 4. 76. V. Liv. 22. 24.

Apud Nonium exponitur Ferox & inconsulta. Calida confilia & audacia, Livius lib. 35. ubi male Calida in exemplaribus. Vide indicem in Confilia. H. St. [Locus est notissimus ex cap. 32. Firmatur hæc lectio auctoritate Cic. 1. 2. de Inv. 28. Conf. que supra in CALIDUS. Dies calidi. Plin. lib. 10. cap. 14. Ova celerius excluduntur calidi diebus. Mendacium calidum, i. e. Subitum, recens ac novum. Plant. Most. 3. 1. 135.

Pedes calidi, Veloces, citati. Varro. Quum dixisset Vitulus, ecce calidus pedibus quidam navicularius semistulatus irripuit se in curiam. Nonius. l. c.

Prandium calidum prandere. Plaut. Poen. 3. 5. 14. i. e. Facere quod si fit magno malo futurum: Erasmo interprete.

Rixa calida. Hor. 3. Carm. 27. 70. — abstineto

Dixit irarum, calidæque rixæ.

Sanguis. Virg. 9. Æn. 422.

Sapor calidus, ac vinofus. Plin. lib. 12. cap. 13.

Sideris calidiæstus. Tibull. 2. 1. 47.

Sulfur calidum. Ovid. 1. de Arte Am. 256.

Telum priori cæde calidum. Ovid. 8. Met. 443.

Vapor. Lucret. lib. 3. 127.

Vulnus calidum. Ovid. 5. Met. 137. & 12. 119.

Calidus, Fervens. Virg. 9. Æn. 414. Nonius.

Animis calidus juvenis equus. Virg. 3. Georg. 119.

Calidior, five ardenter animus. Cic. 1. Tufc. 42. Calidior est enim ve potius ardenter animus, quam illi hic aer.

Juventa calidus, i. e. Præcipitis animi propter juventutem. Hor. 3. Carm. 14. 27.

Calidus: Avidus, vel Laboriosus, & in perférando labore pertinax; vel Studio incensus. ex quo nata sunt hæc loquendi genera, Res calet, & Calfacere aliquem, qua apud clásicos facile repertus. Hor. 2. Epist. 2. 72.

Feltinum calidus mulis gerulique redemptor.

Calidæ, absoleto, Aquam calidam significat. Sen. Epist. 77. Calidæ subfine suffusa. Apul. Met. 4. p. 145. Calida tunnulario lavacro preparata. V. CALDA paulo post.

CALIDE, Adv. ut Calide agere, i. e. sine mora. Plaut. Epid. 2. 2. 100. Vide apud Perrottum. H. St.

CALDUS, a, um. pro Calidus veteres dixerunt. ut Calidus Sol. Varro; de R. R. cap. 2. pr. Comitis Ædilitionis, quum sole calido ego & Q. Axiu Senator tribulis, suffragium tuliferimus.

Calda, pro Aqua calida. Martial. lib. 1. 12.

Jam defecisit portantes calda ministros,

Si non potares Sextilinea merum. — Absolute etiam usitatu

Plin. 23. 4. Cum pari calide mensura.

Calda aqua. Martial. lib. 8. 67.

Calidam pœcis aquam, led nondum frigida venit:

Alget adhuc nudo clausa culina foco.

Calida aqua vendebatur. Vide Dionem p. 444. Par. verf. ultimo, & 459 H. St. Res hodie notissima. V. Lud. Nonn. de Re. Cib. 1. 4. c. 6. 8 autores, quos magno numero adducit Fabric. Bibliogr. Antiquar. cap. 19. Segm. 5.

Scholasticos declamatores quosdam Caldos appellasse, auctor est Seneca. Suas 3. sub finem.

Calidior, pro Calidior. Hor. 1. Serm. 3. 53.

Calidior est, acres inter numeretur opinor. — Quanquam Varro 7. de L. 39. de Calidus & Calidissimum videtur dubitasse.

CALDARIUS, ieu CALDARIUS, a, um. Adj. Quod ad Caldam, vel Caldationem, ut ita dicam, pertinet. ut Æs Caldarium, ad Athena calidaria utile, de quo V. in Æs.

Ahenum. V. in CALDARIUM.

Cella. V. ibid.

Maltha calidaria, qua rimæ explebantur balneorum, apud Pallad. lib. 1. tit. 41.

Fornices. Pontanus, lib. 1. p. 277. de Britannia loquens. H. St. En verba: Quod sit regio maxime frigida, oporteatque non exigua anni parte calidaria agere sub forniciis.

CALDARIA, a, f. Olla, ubi aqua calefit. Apul. de Herb. cap. 59. n. 4. In caldaria decoquere. Marcell. Emp. cap. 25. In caldaria commorari. Et Vulg. Interp. 1. Sam. 2. 14. Mittere in caldariam.

CALDARIUM, ieu CALDARIUM, i. n. In balneis caldarium erat locus, in quo calida lavabantur, quemadmodum frigidum, in quo frigida, & tepidum, in quo tepida. Perrot. Cels. lib. 1. cap. 4. Si in balneum venit, sub velle primum paulum in tepidario infudare, ibi ungi: tum transire in caldarium, ubi sudabit, in solium non descendere, sed multa calida aqua per caput se totum perfundere, &c. V. Tepidarium in TEPIRUS. Vitruv. 5. 10. pr. Ipsa autem caldarria, tepidariaque lumen habent ab occidente hiberno. Plin. lib. 5. Epist. 6. Cellam caldarium vocat.

Caldarium absolu. Ahenum, ex quo aqua calida haerit, vel in quo aqua igni admovetur. Affertur ex Vitruv. 1. c. ubi tamein subauditur vox Ahenum, quam paulo ante appulit.

CALDARIUS, i. m. Qui calidam præbet. Vet. Glosa Lat. Græc. Caldarius, θερμότης. & in Græco Lat. θερμότης. [Hic Caldarius minister videtur dictus a Juvenale Sat. 5. v. 63. Quanquam potest & θερμότης intelligi, qui vendebat Calidam. V. supra in CALIDUS.

CALDAMEN: um, i. n. Marcell. Emp. cap. 5. Caldamentis adhibitis sopori.

CALEO, u. [χειρος] ēre, est Fervore. Ovid. 2. Met. 410.

— & accepti calore sub offibus ignes.

Thure calidæ. Virg. 1. Æn. 411.

Calent spectacula non modico sole. Martial. lib. 12. 29.

Quamvis non modico calent spectacula sole, &c.

Calere & Tepere eadem posita significatione videntur apud Hor. 1. Carm. 4. 19.

Nec

Nec tenerum Lycidam mirabere: quo calet juvenus

Nunc omnis, & mox virginis tegebunt.

Ut calere ignem, nivem esse album &c. Cic. 1. de Fin. 30.

Calere, per translationem, res dicitur, Dum adhuc recens est, eaque adhuc fit. Plaut. Poen. 2. 2. 92. At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. Quod alias dicitur Dum ferrum in igne est utitur Seneca de Morte Claudi.

Calere res dicitur aliter. Cic. 3. Verr. 66. Posteaquam fatis calere res Rubrio visa est, quæso, inquit Philodame, cur, &c. h. e. Ubi vidit eos inflammatis & accensis multa compotatione. Ubi opportunum jam esse vidit. Bud.

Calere etiam dicuntur, Quos molestissimis rebus perturbatos inexplicabilis agitat cogitatio. Animus enim æque curis exercetur, ut labore corpus. Et quoniam animi fides est in cerebro, quo pertinent feri omnes venient: animo affecto quasi reperclusus communetor fanguis, & fanguinis motu consequatur calor. Cic. 7. Att. 19. Hæc velim explices, & me juves confilio: esti tēpīum iticjam calere puto: sed tamen, quantum poteris. Jam calere: jam habere quod de teipso cogites, foliūcum de statu rerum tuarum, quia video urbem a Pompeio sine praefidio reliquæ Casari patræ. Sic etiam dicimus Æstuare.

Calere, In agendis rebus acriter verfar. Cic. 15. Att. 6. Quæris an ego, quum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam.

Aures nostræ calent illius criminibus. V. AURIS.
Bella calent Veneris. Tibul. lib. 1. 105.
Caufa meliore calere. Ovid. 3. Sabin. 6. Amore scil. licito.
Crimen caluit re recenti. Cic. pro Cn. Planc. 55. Illud vero crimen de nummis, quos in circa Flaminio deprehensoris effi dixisti, caluit re recenti: nunc in caufa refixit, neque enim qui illi nummi fuerint, nec que tribus, nec qui divisor, ostenderis. Bud. sic exponit: Cela est effi bon a dire sur le champ, oïs l'heure du faict: mais maintenant il ne sembleroit point bon. Il est effi bon quil l'eust pourfuri à l'heure: mais maintenant c'est battre à froid. Metaphora a metallis sumpta liquatis & concretis, vel candentibus & frigidis.

Cupidine laudis calere. Ovid. 8. Met. 300.

Lecta manus juvenum caluere cupidine laudis.

Dolor calet. Stat. 3. Theb. 383.

Femina aliqua calere. Hor. 4. Carm. 11. 33. Conf. Puella.

Judicia calere dixit Cic. 4. Att. 16. Sed omnes absolventer, nec pothas quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. Hoc tamen agitur severius. Itaque judicia calent, &c. i. e. Exercerunt judicia magna diligentia.

Morbo inentis aliquo calere. Hor. 2. Serm. 3. 80. Alludit ad Febris calorem.

Puellæ caluisse. Ovid. 3. Amor. 6. 83.

Ora rabie calent. Valer. 3. Argon. 216.

Os tibi calet. Plaut. Rud. 5. 2. 39.

Calere dicuntur etiam rumors. Cic. 8. Fam. 1. Nam illi rumors de comitiis Transpadanorum, Cumarum tenet caluerunt. i. e. Auditæ sunt crebri.

Studio scribendi calere. Hor. 2. Epist. 1. 180.

Sudor per membra calet. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 117.

Sudore belli calere. Stat. 8. Theb. 7.

Virtus mero calet. Hor. 3. Carm. 21. 12. Al. Incaluisse ab Incalisco. videtur & hoc certa a Calesco.

Calere, pro Desiderare, cum Infinit. Stat. 4. Theb. 261. Arma, tubas audire calere &c.

Caletur, imperf. Plaut. Truc. 1. 1. 46. Quum caletur maxime.

CALENS, Partic. [καλέσθω] ut, Juvenile calens, Qui juvenum more animo est paulo ardente. Star. 2. Silv. 2. 137.

Calentes adhuc ab recenti pugna. i. e. Ferores. Liv. 25. 39.

Currus cæde calentes. Lucret. lib. 3. 643. & 5. 1312.

Favilla. Hor. 2. Carm. 6. 22.

Foci. Ovid. 8. Met. 671. Nisi potius Epulæ calentes. V. loc.

Sulfur. Ovid. 14. Met. 86.

Teras' alio calentes sole mutamus. Hor. 2. Carm. 16. 18.

Amore calentes. Ovid. 3. de Arte Am. 571.

CALENTER, Adv. Idem, apud Apuleium. [Nisi est Callenter. q. V.

CALITURUS, a, um. Partic. [καλέσθω] Ovid. 13. Met. 590.

— diesque

Des mibi sacrificios, caliturasque ignibus aras.

CALFACIO & CALFACIO, éci, actum, [καλεύω, κεῖω] ére. Calidum reddere. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito.

Igne focum calfacere. Ovid. 4. Fast. 608.

Sanguine calfecit amnes. Claud. de Bell. Get. 515.

Ventus calfecit omnia. Lucret. lib. 6. 686.

Calefacere, ad animum transfertur: ut, Calefacere aliquem. Cic. 3. Q. frat. 2. Eodem die Gabinum ad populum luculente calefecerat Meminius. i. e. Vexarat, exagitarat.

Calface hominem, i. e. Vehementer commove. Cic. 16. Fam. 18. [Cupiditatem innuit conductoris incendiam, appolloi alio conductore. Forum aleatorium calfecimus, i. e. Multum lumen, multo talorum jactu quæ calidum reddidimus. Suet. August. cap. 71. V. Pitisc. ad locum.]

CALFACTUS, a, um. Partic. [καλεύως] Ovid. in Ibin. 46. Petit Nondum calfacti velitis hasta solum. i. e. Nondum furentis, & omnino irati. V. Salvagn.

Vino calfacta Venus. Claud. de Bell. Gild. v. 182.

CALFACTO, ônis. f. m. Calefactiones thermarum. Hermogen. in l. 1. D. De muneribus & honoribus.

Calefactio publici balnei. Arcadius in l. Munerum. 2. §. Inter personalia. D. de muneribus & honoribus.

CALFACTUS, ônis. m. [καλεύως] Plin. lib. 29. cap. 3. Cibo quot modis juven, notum est, quum transiente fauci tumorem, calfactus obiter soveant. De ovis loquitur.

CALFACTO, [καλεύως] arc. frequent. Hor. 2. Epist. 2. 169. — emptis Sub noctem gelidam lignis calefactat anhemum. Et Plaut. Rud. 2. 3. 80. Aquam calefactat latèvamus.

Virgis calefactabere. Paſſ. Plaut. Caf. 2. 6. 48.

Vol. 1.

CALFACTORIUS, a, um. ut, Acopium calefactorium. Plin. Val. 1. 38. conf. Th. Prisc. de Dieta cap. 10.

CALFACTORIUM, i. n. Hypocaustum.

CALIFERI, [καλεύως] éti. Calidum fieri. Cic. 2. Att. 3. Balneum califeri jubebo.

Aquæ caleferi. Plaut. Epid. 5. 1. 48. Jumentum caleferi exerceretur posset. Nepos 18. 5. 4. V. Plaut. Petf. 1. 3. 25. & 30.

CALISCO, [καλεύως] ére. Calidum fieri. Ter. Eun. 1. 2. 5. Accede ad ignem hunc, jam calefæces plus fatis.

Ignes calefæct. Ovid. 2. Met. 310.

Flamma proprie calefæct. Ovid. 18. Epist. 177. Ventus mobilitate calefæct. Lucret. lib. 6. 279.

CALOS LIMEN, [καλός λίμην] i. c. Bonus portus, ita Græci nominantur a re scilicet, ut solent frequentissime: Scythia Europæ portus est in Euxino super Tauricos. Aut. Pomp. Mela lib. 2.

CALPAR, [καλπάς] Vinum novum, quod ex dolio demittit sacrificii causa ante quam gustetur. Hæc enim prius fuit vina libabant, quæ appellata fuit Vinalia. Calpar genus vasis scitilis. Hæc Fest. lib. 2.

Calpar, nomine antiquo Dolium. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Quod ante quam nomen dolii prolatum est, quum etiam id genus vorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. Nonius. [Forte, Vinum calpare, Adjective. Et apud Fest. quoque Calpare vinum &c.

CALPE, es. f. [καλπή] Hispanie mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Abyla monte Africæ. V. ABYLA.

Calpe vocatur Gibraltar, vel (ut quidam proferunt) Gibratlar. Est animal Gibel lingua Arabica, id quod Mons Latina. Olivarius in Melam.

Vasta Calpe. Sen. OETH. 7. Calpe, [καλπή] Genus quoddam equis certandi in sacrâ certanib[us] exercitu solitum, de quo sic Cæl. ubi de Synoride & Celeste mentionem fecit: Accesserunt alia duo Calpa & Apena. Calpa trahebatur equa fed ita ut extremum curvum anabat, hoc est secessu ipsi defiliendo, apprehensis manu habenis, perficerent. Hæc ille lib. 21. cap. 31. ex Pausan. Eliac. & Meminit & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Hesychio Calpis. V. Henr. Steph. Thef. Gr.

Calpes, pl. Galeæ militum. Iſidor. Gloss.

CALPURNIA Gens Romana nobilissima, licet Plebeja. Plutarchus Calpurnia gentem & nominis & generis originem a Calpo Numæ regis filio accepisse in Numa tradit: quod idem Feltus lib. 3. scribit: & ad Pifonem his verbis ostendit Lucan. 15.

— nam quid memorare necesse est

Ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat? Quom igitur antiquissima sit hujus gentis & regia origo, a Patriciis ad plebem defivisse Calpunitos, ut plerisque alios, existimat hæc. Hujus gentis familiae præcipuæ dñe sunt: una Pisonum, altera eorum qui Frugi appellantur sunt.

V. PISONES. [Atqui iidem sunt Frugi, qui Piones. V. Fulv. Ursin.

Sic & Qui Bestiae cognominantur in eadem gente nilominus Pisones, ut L. Calpurnius Piso Bestia, Consul cum P. Cornelio Scipione Nasica, A. U. C. 642. qui pecunia corruptus rem aduersus Jugurtham male gesit. Huic, ut nonnulli putant, a M. Cæcilio accusatore objectum est, quod uxores suas dormientes intercesserunt. Plin. lib. 27. cap. 2. Catilidur.

Valer. lib. 1. cap. 8. 11. Sallust. in Jugurtha. cap. 27. seqq.

Alius L. Calpurnius Piso, cuius disciplina militaris severitatem & abstinentiam laudem, in bello aduersus fugitivos in Sicilia gesto prædicat Val. Max. 2. 7. 9. & 4. 3. 10.

M. Calpurnius Flamina, quom Trib. militum in Sicilia esset, coronam gramineam, que & Obsidionalis vocatur, adeptus est, qua nulla fuit nobilior in maiestate populi terrarum principis, præmissæ gloriæ, quod universum pop. Ro. exercitum, cum A. Attilio Calatinus cos. circa Camariensem saltum angustis clausum, obsidione liberaverat, teste Plinio lib. 22. cap. 3. & 6. ubi Hard. V. & Schott. ad Viæ. de Vir. Ill. cap. 39.

Calpurnius Lanarius, cuius meminit Cic. 3. Offic. 66. Valer. 8. 2. 1. in proverbiu[m] abiisse videtur, de Indoictis, stupidis, bardis. Hieronymus in epistola ad Augustinum de Rufino. Mifit mihi temeriter solita sua maledicta, Calpurnius cognomento Lanarius. Aut. Turneb. Adv. 20. 13.

T. Calpurnius Siculus, bucolici caminis scriptor. V. Crinit. de Poet. Lat. cap. 83. & Voss. de iſdem cap. 4.

De M. Calpurnio Biblio cos. dictum est in BIBLIUS. Alios brevitatis gratia omitimus. Sunt qui cum aspiratione Calpurnius scribunt, sed aliter in denariis antiquis.

Calpurnia, Mulier fuit importunitissima, que sexus sui verecundia oblita, per seipsum caufas egit, adeoque molestem se judicibus præbuit, ut occasione dederit edicti, quo cantum est, Ne mulieri in posterum canas agere licet. [Ex Cæl. Rhod. 13. 33. Qui vellent & audiorent indicaret. Silento certe hoc exemplum mulieribus audacie præterit. Valer. lib. 8. cap. 3. de Mulierib[us]. qui causas ergerunt. Vereor ne deceptus vitiose lectione 1. 1. §. Sexum D. de Poful. pro Carfania, Calpurnia forsan reponeretur, cum ex Val. legendum sit 3. i. e. Caja Afraniæ, de qua dictum f. l. De Calpurnia Uxore C. Julii Cæsaris V. Suet. Cæsar. cap. 21. & 81. Valer. 1. 7. 2.

CALPURNIUS, a, um. Adj. ut, Lex Calpurnia, Domus Calpurnia. Lucan. ad Calp. Pif. v. 15. & Familia Calpurnia. Cic. in Pifon. 53.

CALTHA, vel CALTHA, &. [καλτή] est. Viola coloris albi. Plin. lib. 21. cap. 6. Proxima ei caltha est, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedent: eadem odore superatur. Est enim gravis caltha. Ruel. lib. 2. cap. 129. Caltha, Autemalis viola est amplitudine catalianæ, colore luceo, folio multiplici, odore gravi, nec ei quam appellant scopam regiam levior. Virg. 2. Ecl. 50. eam luteolo cincte colori tintæ, nec Plinii ab eo diffringit. Porro a Caltha Calthula vestis genus dicitur, ut a Croci similitudine, Crotoluta. Facile putaverim eam esse quam vocant officine caltham vel calthulanum, nam ea autumnio fusus eniat colore

luteo, folio multiplici, odore suaviter gravi. flos item colore luteo non ineleganti inficit, aut crocato. Verum certo statu non potest, quum aliis lorpuides ab similitudine feminis, aliis leontopodium esse putetur. Scio tamen calendulum qua vulgo dicitur *Sofia*, non esse Dioforidis heliotropium, nec magnum, nec parvum. Haec enim Ruellius. Turneb. Adv. 19. 22. Se in antiquo lexico reperire scibit Caltham esse Buphtalmum, cuius luteum effe florem omnibus fere constat. Gloss. Lat. Gr. Calta *βούθταλμος*.

CALTHULA, vel **CALTULA**, a. [καλθή] Vestis, a caltha colore. Plaut. Epid. 2. 2. 47.

Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum casicum,

Industriata, patagiatam, caltam, aut crocotulam.

Calthulam, Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Palliolum breve voluit haberi. Non. 16. 4. Julius medicus Calthulam legit. Sic & Mercer. V. loc.

CALTHULARIUS, i. m. Qui calthulas conficit. Calthularios nonnulli reponi volunt pro Cartharitis in Plaut. Aul. 3. 5. 36.

CALVA, a. f. [καλύπη] Superior pars capitis. Martial. lib. 12. 45.

Nudæ tempora, verticemque calva.

Calva, pro Calvaria. Liv. 23. 24. Galli L. Posthumii calvam auro cælato, idque farum vas iiis erat, quo solemnibus libarent, &c.

CALVARIA, a. [καλύπη] Moles illa ossium capitis, in qua continetur cerebrum. Ammiano 27. 4. Os capitum cavum. Cels. lib. 8. cap. 1. Igitur Calvaria incipit, ex interiori parte concava, extrinsecus gibba, utrinque levata, & qua cerebi membranam contegit, & qua cute capillum gigante contegitur. Eaque simplex ac occipito & temporibus, duplex usque in verticem a fronte est. Offusque ejus ad exterioribus dura, ab interioribus quibus inter se connectuntur, molliora sunt. Interque ea vene discurrent, quas his alimentum subministrare credibile est: raro autem calvaria solida fine futuris est.

Interfecti calvaria. Plin. 28. 1. Artemon calvaria interfici, neque creari, propinavit aquam &c.

Tu neque anhelantis, coquitor dum massa camino,

Folle premis ventos, &c. Ut sit Anhelantes ventos, pro quo

Horat. Serm. 1. 4. 19. Auras usque laborantes dixit, quem fine dubio

exprimere studuit Persius, ut jam interpp. monuerunt.

Ardens semper. Juven. 14. Sat. 118.

Lentis camini dare vicerat. Sen. in Thyste. 766.

Perpetui caminis desudare, Vulcanus dicitur, Stat. 3. Theb. 277.

Udos cum foliis ramos urente camino. Hor. 1. Serm. 5. 81. pro Igne urente.

CAMINO, [καμίνος] äre. In modum fornacis facere. Plin. lib. 16. cap. 6.

Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur.

CAMINATUS, a, um. ut, Fossura caminata. Plin. lib. 17. cap. 11.

CAMIRUS, i. m. Una ex urbibus Rhodi insulae. Strabo, Quas urbes Homerus commemorat, Lindon, Jalyson, Camiron. Plin. lib. 5. cap. 31.

CAMISNA, æ. f. [καμισνή] Regio est olim Medorum ditio[n]i subiecta, nunc autem sub Parthis vivens, ait Strabo lib. 11. Aliis Comisnae & Co-
mifene.

CAMISIA, æ. f. quam Subculatum esse dicit Sext. Pompeius lib. 17. in verbo Supparus: & vix eam appellationem alibi reperias apud antiquos. Nos vocamus Chemise. Putatur autem a Macedonibus primum introducta. Isidor. 19. 21. & 22. & Hieron. Epist. ad Fab.

CAMMA, Nobilis quædam femina e Galatia oriunda, viri sui mortem a Sinorige illatam ægermine ferens, quum apud Galatas in more esset, ut qui inuenit spofalia, vir scilicet & uxor, de codem poculo bibant, disfumato dolore spofalia cum eo inire fixit, venenatumque poculum illi propinavit: quo hausto Sinorix, & ipsa, leta quod virum ultra esset, mortem obivere. Haec Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. Ex Plutarcho de virtute mulier.

CAMMABON, [καμμαβων] Herbarum venenosissima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum existimat, a radice flexura, quam Dioctordes 427. Scorpionis cauda assimilat. Aconitum item herbam nonnulli Cammaron appellantur. V. Plin. lib. 27. cap. 3.

CAMMABUS, i. m. [καμμαβος] Pisces marinus, ex specie malacostrorum, hoc est qui mollioribus testam pro capte habeat. Columel. lib. 8. cap. 15. Aquatibus autem cibis, si sit facultas, datur cammarus, & validus alecula. Aliis Gammarus dicitur. q. V.

CAMMATIDES, um. f. pl. [καμματίδες] Folia lauri, cum quibus una comedebant bellaria seu fragmantum. Cæl. Rhod. 14. 50.

CAMONEA, arum. f. pl. vel **CAMENÆ**, fine diphthongo, [καμαινα] Muze: quibus a Cantu inditum est nomen. V. Voss. Etym. p. 102. Virg. 3. Ecl. 59.

Alternis dicitur, amant alterna Camoneæ. Servius. Camoneæ Muze a Caminibus sunt dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod fint castæ mentis præsides, inquit Festus. ubi V. Dacer. Plin. lib. 34. cap. 5. Actium poetam in Camonearum æde maxima forma statuam sibi posuisse, quum brevis admodum suisset. Camonea, etiam numero singulariter dicitur. Perf. 5. Sat. 21.

— tibi nunc, hortante Camonea,

Excutisti danus precordia.

Dulces Camoneæ. Hor. 1. Epist. 19. 5.

Vina fere dulces oluerunt manus Camoneæ.

Gaudentes rure. Hor. 1. Serm. 10. 45.

— ductu molle atque facetum

Virgilio annuerunt gaudentes rure Camoneæ.

Graia. Hor. 2. Carm. 16. 38.

Inhumana. Hor. 1. Epist. 18. 47.

Insignis. Hor. 1. Carm. 12. 39.

Tragica. Hor. de Arte Poet. 25.

Ignotum Tragica genus invenisse Camoneæ.

Vocalis. Sen. in Med. 8. i. e. Calliope dulciter canens.

Senium Camoneæ depondere. Hor. 1. Epist. 18. 47. i. e. Severitatem.

[vel potius] Segnitum, Desidium.

CAMONALIS, e. Adj. apud recentiores.

CAMPAGUS, i. m. Julio Capitolino in Maximin. Jun. cap. 2. barbarum est Calciamenti nomen, sicut Anaxyrus item Calcei fuit genus, ut nota Rhodig. lib. 18. cap. 21.

CAMPANA, æ. f. [καμπάνα] Onomast. vet. Campana, καμπάνα. Est autem campanarum usum antiquum, & varius in facris & profanis. Sed vox, prout hodie sumitur, veteribus incognita. V. Adr. Jun. Animadv. 3. 11. Turneb. Advers. 23. 6. Cang. Gloss. & infra TINTINNAEULUM.

CAMPANULA, æ. f. dimin. Hieron. ad Eustoch.

Herba etiam est, Campanula silvestris.

CAMPANARIUS, i. m. Qui campanas confat ex ære, vel Qui pulsat.

CAMPANIA, [καμπανία] Italia regio, de qua sic Plin. lib. 3. cap. 5. Qualiter Campania ora per se, felixque illa ac beata amoenitas narrari debet? ut palam sit, uno in loco gaudentis opus esse naturæ. Jam vero tota ea vitalis, ac perennis fulibratis cali temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii faltus, tam opaca nemora, &c. Nomen retinet, & est inquit regni Neapolitan. Pinguis. Propriet. lib. 3. 5. 5.

Campania terra. Tibul. lib. 1. 9. 33. Ut Terra Græcia, Gallia &c.

CAMPANUS, a, uni. [καμπανός] Adj. ut, Urbs Campana. Virg. 10. Æn. 145.

Affuit & Mnetheus, quem pulli, &c.

Et Capys: hinc nomen Campana ducitur urbi. Ubi Servius, Iste quidem dicit a Capy dictam esse Capuan. Sed Livius vult Locus campestribus dictam, in quibus sita est. Constat tamen eam a Tusci conditam de viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur: unde est Capua nominata. Tufo autem omnem prene Italianum subjugasse manifestum est. V. plura ibid. & conf. CAMPESTRIS, CAMPANÆ, CAPUA. Arrogantia Campana. Cic. 2. contra Rull. 75.

Litus Campanum. Stat. 3. Silv. 3. 162.

Luxuria Campana. Liv. 23. 45.

Morbus Campanus. Hor. 1. Serm. 5. 62. i. e. Oris seditas aut arrogantia, nam Campani qui Ofci dicebantur, ore immundi & arrogantes habiti sunt: unde Ofci dictos putant, quafi Obscenos, aut vero dixit Campanum morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur. Ex

Acrone & Porphyrione. [Nec saniora Cruequianus afferit interpres, qui profus incredibilis de Morbo isto, Campano memorat. Miror autem nec ex junioribus interpretibus, editoribusque Horatii quenquam extitisse, qui non in eodem luto patiter hasserit. Scribendum enim vero, commatis tantum nota interposita:

Campani, in morbum, in faciem permulta jocatus, Pastorem falterat uti Cyclopa, rogabat. Tò Campanum substantivum gentile est, & ad v. Rogabat refertur: reliqua παντες, ιντερποντινα.

Legi omnes posset ut morbum in facie, sublata distinctione. Sed altera quoque lectio commoda fati videtur. Morbum quem intellegat poëta, & quem item Campanum, fati ipse explicabit. Superlex Campana. Hor. 1. Serm. 6. 118. i. e. (ut exponit Acron) Fidelis, (vel vinimea,) quia in Campania erant figlinea. V. Turneb. Adv. 23. 6.

Superclium Campanum. Cic. 1. contra Rull. 2.

CAMPANUS, i. subit. pl. **CAMPANI**, orum. Caput & Campanæ incola. Cic. 2. contra Rull. 95. Campani semper superbi bonitate agrum, & fructuum magnitudine, &c. & i. contra Rull. 20. Superbita natura ex Campanorū fastidio. V. in superiori dictione notata.

CAMPANICUS, a, um. ut, Peritromata piæ Campanica. Plaut. Pfend. 1. 2. 12.

Supercilium Campanum. Cic. 1. contra Rull. 2.

CAMPAS, atis. o. g. pro Campano. Plaut. Trin. 2. 4. 144. Campas genitus. Nonius 8. 23. legit Campan.

CAMPARIUS, V. **CAMPUS**.

CAMPASPE, Alexandri magni ex concubinis praecepit dilecta, quam quum nudam pingi ob admirationem formae ab Apelle jussisset, eumque tum pari captum amore sensisset, dono ei dedit. Magnus animo, major imperio sui, nec minor hoc factio, quam Victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantum fium, sed etiam affectum donavit artifici. Verba sunt Plin. lib. 35, cap. 10. *nec* vocatur *Eliano* V. H. 12. 34. Lucian. in *Imagin.*

CAMPES, es. vel CAMPES, a. f. [κάμπη] Eruca Latine, Vermiculus hortensis maxime herbas, & arborum frondes rodens. Campes Graecis a Flexu dicta est, quia in arcum atrependo curvatur. Budaeus. Columel. lib. 10. v. 324.

Nec folium teneras audens erodere frondes,
Implicitus concha limax, hisputaque campes.

Dicere campes. Plaut. Truc. 5. 1. 50. i. e. Nugari.

Campes etiam Equi marini, delphini, & omne genus cetaceum, quod caudam flectit. Martial. lib. 9. 43.

Campus dives Apollo marinis. i. e. Delphinis, Apollini facris. Sed rectius aliis Campus Myrinis. Myrina Eolidis oppidum, proximum Grynio, templo Apollinis nobilitato. V. Strab. lib. 13. & Rader. ad Martial. Nihil igitur haec ad Campas.

CAMPESTER, CAMPICURSIO, CAMPIDOCTOR, &c. V. CAMPUS.

CAMPHASUS, Proprium nomen equi, de quo Sil. Ital. lib. 16. 356.

Campafus, ipse asper, nec qui cervicis ameret

Applause blandos sonitus, clausunque cruento

Spumeus admorfu gauderet mandere ferrum. Sed exhibent me-

liores codi. Caucasi.

CAMPONI, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib. 4. cap. 19.

CAMPSEONYSIS, Flumen est in Themiscyrena regione, prope Heniochos populos, de quo Plin. lib. 6. cap. 4. Hard. Acamps. q. v.

CAMPIONI, Germanie populi indigentia laborantes, commitemorantur Straboni his verbis, Sunt illi Germanie populi indigentia magis laborantes, Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campiani, aliqui complures. Haec tenus illi lib. 7.

CAMPSO, ate. pro Cambire antiquissimi dixerunt, ut notat Priscian. 10. p. 906. [Non dicit pro Cambire usos veteres hoc verbo, verum ex Graeco acrio ἄγρον, τὸν ἄγρον, utrumque formales; & Ennius eadem usus est, significatio partic. Campantes, ac Greci solent, pro Circuire navibus, circumnavigare. V. locum integrum in CAMPUS.]

CAMPORIS, oris, in vulgo vocatur Collybita atque Trapezita, sive Numularius. V. Alciat. Parerg. 1. 46.

CAMP TAULE, [καμπταύλαι] de quibus apud Vopiscum in Carin. cap. 19. fit mentio, dicuntur, Qui flexili tibiarum utuntur cantu: licti Pithaula, Tibis quodammodo persuadentes. Cael. Rhod. lib. 12. cap. 5. V. Barthol. de Tibis vett. p. 77.

CAMPUS, i. m. [πόλις, ουπός, ἀλών] Quod primum ex agro plano fructus capiebant Campus dictus, auctore Varr. de L. L. 4. p. 11. ed. 3. Steph.

Campus, inquit Valla, lib. 4. est Planities terra ampla & grandis: ideoque spatiis plateæ, areæ, campi nomen acceperunt. Unde Romæ campus Martius. Cael. 2. Bell. Civil. 37. Sed quum esset inter bina castra campus, circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit. His pro Planitiis ponitur, Sapius pro Agro, nec raro pro Loco certaminis, ut ex subiectis apparebit exemplis.

Æquor campi. Virg. 7. Æn. 781.

Filius ardentes haud feciæ æquore campi

Exercet equos.

Æquora camporum patentium. Clc. 1. de Divin. 9. Ut enim Ægyptii & Babylonii, in camporum patentium æquoribus habitantes, quum, &c. Ager campi. Virg. 2. Georg. 274.

— si pinguis agros metabere campi,

Densa fere.

Agger camporum. Stat. 2. Theb. 708.

Quercus erat teneræ jamdudum oblita juventæ

Aggere camporum medio.

Area campi. Ovid. 10. Met. 86.

Collis erat, collemque super planissima campi Area.

Fundamina campi subter. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 164. de Cuniculis. Immenstatae camporum. Cic. 2. de Nat. Deor. 98. Adde hoc fontium gelidas perenitantes, immenstataeque camporum.

Limes camporum. Lucan. lib. 6.

— camporum limite parvo

Absfumus a votis.

Medio campi. Tacit. 1. Ann. 61.

Media campi completere. Tacit. Agric. 35.

In medium campi procedere. Liv. lib. 7. Decad. 4.

Pulvis camporum. Virg. 11. Æn. 866.

Spatia campi maxima. Virg. 3. Georg. 202.

Spatia immensa camporum. Cic. 2. de Nat. Deor. 161. Totam licet ani- mis tanquam oculis lustrare terram, marisque omnia: cernes iam spa- tia frugifera atque immensa camporum, &c.

Æquo campo se dare. Virg. 9. Æn. 56.

Tecrum riunantur inertia corda

Non æquo dare se campo, non obvia ferre

Arma viros, sed castra sovere.

Æstiferi campi Garamantum. Sil. Ital. lib. 17. 452.

Qualis in æstiferis Garamantum foeta veneno

Attollit campis ferventi pastus arena

Colla Parethomius serpens.

Anhelans sulfure campus. Stat. 11. Theb. 17.

— anhelantem calcisti sulfure campum.

Apertus campus. Virg. 2. Georg. 145.

— et campo itet agmen aperto. V. APERIE.

Apricus campus. Hor. 1. Carm. 8. 4.

— cur apricum

Oderit campus patiens pulveris, atque solis? V. APRICUS.

Armiger. Stat. 9. Theb. 316.

— atmigerum ni protinus improba campum Deseris.

Caligantes animarum examine campi. Stat. 1. Theb. 95. de Sede inferorum.

V. infra.

V. O. L. I.

Elysius. Virg. 1. Georg. 38. V. ELYSIUS. & infra Campus pro Sede inferorum.

Facilis campus operi. Liv. lib. 2. Decad. 4.

Fertilis ubere. Virg. 2. Georg. 185.

Frequens herbis. Virg. 2. Georg. 185.

Frondens. Lucan. lib. 6. 81.

Ungula frondente discussit cornea campum.

Gramineus. Virg. 5. Æn. 287.

Herbosis. Hor. 1. Carm. 18. 9.

Horrens. Virg. 3. Georg. 161. — aut scindere terram

Et campum horrentem fractis invertere glebis.

Irrigatus. Lucan. lib. 4. 296.

Lat. Virg. 1. Georg. 486.

Latis currere in campis. Ovid. 2. Met. 662.

Martius. Hor. 4. Carm. 1. 39. Qui sepe Campus absolute dicitur. V. infra.

Nigrantes pulvere. Sil. Ital. lib. 3.

Nudi sine fronde, sine arbore campi. Ovid. 3. Trist. 10. 75.

Optimi & uberes. Cic. 2. Agric. 95. Agros vero, &c. cum suis optimis atque uberibus campis conferendos scilicet non putabant.

Patentes. Virg. 4. Æn. 153.

Pateli. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 339.

Pigri. Hor. 1. Carm. 22. 17. i. e. Frigidi, & frigore pigritiem inducen- tes. Acror. V. PIGER. Sic Virg. Segnis.

Pinguis. Virg. 2. Georg. 25.

Planus. Lucret. lib. 3. 1015.

Putris. Virg. 11. Æn. 875.

Quadrupedumque putrem curvit quatit ungula campum.

Rudis. i. e. Novale. Virg. 2. Georg. 211.

Sanguineus. Stat. 3. Theb. 314. ab cade.

Segnis. Virg. 1. Georg. 72. dum quieticit. conf. Pigri.

Spectabilis undique. Ovid. 3. Met. 709. i. e. Apertus.

Spirans tabo. Stat. 12. Theb. 567.

Squalentes. Sil. Ital. lib. 3.

Stagnantes. Sil. Ital. lib. 7.

Tauriferis ubi ne Mevania campis

Explicit. Lucan. lib. 1. 468.

Tenuis. V. Arare campum.

Torrentes sanguine. Stat. 1. Silv. 2. 97.

Turpis sine gramine. Ovid. 3. de Arte Am. 249.

Vafri. Virg. 3. Æn. 13. i. e. Vaftati, aut Magni, inquit Servius.

Uberes. V. paulo ante, Optimi, &c.

Udi. Sil. Ital. lib. 8.

Virentes. Hor. 2. Carm. 5. 6.

Circa virentes est animus tuæ

Campos juvenca.

Viridis. Virg. 3. Georg. 13.

Arare campum. Ovid. 2. Trist. 328.

— tenuis mihi campus aratur. Parciam sapit.

Afpire in campum. In ASPIRO.

Attollere campus pulvere. Stat. 4. Theb. 138.

Circumferre campo lumina. Sil. Ital. lib. 17.

Circumvolere campus jaculo. Sil. Ital. lib. 17. 420.

— & jaculo circumvolat alte campum. de Masinissa.

Colligere. Veget. lib. 3. de Re Milit. Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, & (quod ipi dicunt) colligat campus. Budæus.

Conferre fe in campus. In CONFERO.

Confernere campus milite. Sil. Ital. lib. 1.

Corripere. Virg. 3. Georg. 104.

Nonne videt quum præcipiti certamine campum

Corripue? De cursu equorum.

Credere campo aciem. Virg. 9. Æn. 42.

Neu struere auderent aciem, neu credere campo.

Currete in campo. Hor. 1. Serm. 1. 91.

Dare se. Sil. lib. 13. Videat posse non incommodie pro eo accipi quod dicere solemus, in arenam defendere.

Decedere campus. Virg. 4. Georg. 186.

Diffugere. Virg. 10. Æn. 804.

— omnis campus diffugit arator.

Durefit situ. Virg. 1. Georg. 72.

Et segnem patiere situ durefere campus.

Errare campus. Virg. 3. Georg. 246.

Everfo facias dum femina campo. Valer. 7. Argon. 75. i. e. Perarato.

Explicit campus tellus effusa. Lucan. lib. 4. 19.

Extendere. Ovid. 1. Met. 43.

Exutus campus Mithridates. Tacit. 12. Ann. 44.

Fetri non femitis, sed campus dicitur orator. Quintil. lib. 5. cap. 14. p. 487.

Flavescit campus aristæ. Virg. 4. Ecl. 28.

Fufaces corpora campo. Ovid. 1. de Arte Am. 513.

Habet & campus infidias. Martial. lib. 12. 14. i. e. Planities aperta.

Dum habebunt pubulus mollis campi. Ovid, in Ibin. 139.

Hic sunt campi. Stat. 9. Theb. 22.

Jacet campus in medio. In JACBO.

Jacere toto campo. Sen. Troad. 6.

Jacet tantum campi. Virg. 3. Georg. 143.

— itque pecus longa in deserta sine ullis

Hospitii: tantum campi jacet. i. e. Incultum remanet.

Incedere campus. Sil. lib. 17.

Indulgere campo, pro Campestrì ludo, ut Buschio placet. Perf. 5. Sat. 57.

Hic campo indulget, hinc alea decoquit, ille

In veneri putris. Poteft & de Ambitu, ac largitionibus in Campo Martio factis, intelligi. Idque verisimilius, quia sequitur, Hunc alea decoquit. V. infra.

Inferre fe campo. Virg. 9. Æn. 56.

Inire campus. Stat. 11. Theb. 593. Talis init campus.

Instruere per campos certamina bellæ. Lucret. lib. 2. 6.

Insurgunt campus tenebrae. Virg. 9. Æn. 34.

Inundare campus dicitur exercitus. Sil. Ital. 15.

Lacessere. Stat. 12. Theb. 604.

Liquantr campus, Adventu veris scil. Catull. 44. 4.

Lustrare oculis. Lucan. lib. 7. 799.

Et lustrare oculis campos sub clade latentes.

Meritus campus crux. Sil. Ital. lib. 1.

Miscere canum pulvere. Virg. 12. En. 444.

Obstruere. Lucan. lib. 2. 495. Ponte scilicet rescissio in flumine, campus terminante.

Parare ad certamen. Virg. 12. En. 116.

Partiri limite campum. Virg. 1. Georg. 16.

Pascuntur per campos equi. Virg. 6. En. 653.

Peragrange. Cic. 1. de Divin. 94. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quod pastu pecudum maxime utuntur, campos & montes hinc & auctate peragrangeant, &c.

Perlabi campum. Sil. lib. 16.

Perlustrare oculis. Sil. lib. 7.

Perfultar campos exercitus. Tacit. 1. Ann. 9. Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militis Romani ad excienda castellorum ardua, simul Hiberi exercitu campos perfultante.

Pingueſtū campi. Virg. 1. Georg. 393.

— & latos ēmī pingueſcere campos.

Proſcindere ferro. Ovid. 7. Met. 119.

Pulsatus aliudius equis campus. Ovid. 6. Met. 219.

Quatere campos dicuntur equites. Virg. 11. En. 513. V. Putris campus.

Rapere. Stat. 5. Theb. 693.

Recumbunt campo nebulae. Virg. 1. Georg. 402.

Redeunt campus gramina. Hor. 4. Carm. 7. 1.

Redundat campus Nilus. Lucret. lib. 6. 712.

Refuit campus Nilus. Virg. 9. En. 32.

— aut pingui flumine Nilus

Quum refuit campus.

Relaxare. Sil. Ital. lib. 7.

Renovare aratis. Ovid. 1. Amor. 3. 9.

Serere hordea campis. Virg. 1. Georg. 210.

Strepit omnis murniure campus. Virg. 6. En. 709.

Tentent late campos arbores. Virg. 2. Georg. 11.

Tondere campus dicuntur equi. Virg. 3. En. 538.

— equos in gramine vidi

Tondentes campus late.

Transmittere cursu. Virg. 4. En. 154.

Tremescunt tonitru. Virg. 5. En. 694.

Vestire campos lumine dictur ether. Virg. 6. En. 640.

Largior hic campos ether, & lumine vestit Purpureo.

Veltiti gramine. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 231.

Campus, non sine epitheto tamē, spē inferorum sedem denotat, ut, Umbrarum campi. Lucan. lib. 7. i.e. In quibus errant anima infelitorum.

Iners, i. e. Putridus & infructifer. Sil. lib. 13. 530. sic vocat Campum inferni.

Nitentes. Virg. 6. En. 677.

— campoſque nitentes

Desuper officitat. scil. Elysios.

Silentes, Inferorum. Sen. Herc. furent. 10.

Campus etiam pro Mari & Aqua usurpatur. Ovid. 1. Met. 41.

— campoſque recepta

Liberioris aquæ, &c.

Latus campus aquarum. Ovid. 1. Met. 315.

Liberiore campo natare. Ovid. 4. Fast. 292.

Liquentes campos. Virg. 6. En. 724.

Natantes. Virg. 3. Georg. 198. — campique natantes

Lenibus horrefundit fabris.

Salis campos. Virg. 10. En. 214. adde Plaut. Trin. 4. 1. 15.

Latī campi aëris. Virg. 6. En. 888.

Campi nomine absolute non raro venit, Campus Martius Roma, ubi Comitia habebantur. Hor. 3. Carm. 1. 10. — hic generofor

Descendat in campum petitor. Ovid. ad Liv. 231.

Sed Mavros templo vicinus, & accola campi.

Cum proximis comitiis confularibus me Confulem in campo, & compertiores tuos interficere voluisti. Cic. 1. Catil. 11. Hinc illud proverbiale, Fons dominia campi. Cic. in Pison. 4.

Campi nota. Valer. Max. 6. 9. 14. i. c. Repulsa in honorum petitione. Venalis. Lucan. lib. 1. 180. Venalem appellat, Campum Martium, in quo suffragia vendebantur.

Campus, pro Comitis. Cic. 3. de Orat. 64. Gravis est modus in ornata orationis, & sapo fumendus, ex quo genere hac sunt, Martem belli effe communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, Curiam pro Senatu, Campum pro comitiis, Togam pro pace, Arma ac telo pro bello.

Campus, Res qualibet, in qua quis studium habet. ut, Campus rhetorum. Cic. 1. Off. 61. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, &c. Idem, Latissimum dicendi campus alio loco dixit, pro Überitate materiae quam vocant.

Expositionis campus nancisci. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Immenso in campo vagari. Cic. 3. de Orat. 122. In hoc igitur tanto, tamque immenso campo, quam licet oratori vagari libere.

Magnus campus ad laudem. Cic. 14. Philipp. 17. Magnus est in Rep. campus, ut sapienter dicere solebat Crassus, multis apertus cursus ad laudem.

Magnum campus habet cursus animi. Cic. 5. Att. 15. Non habeat satius magnum campus illi, tibi non ignotus, cursus animi & industriae meae. Dare campus. Cic. pro Muren. 18. Nullum enim vobis fors campus dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique posset.

Exultare in campo, & in angustias compelli dicitur oratio. Cic. 4. Acad. 112.

Proferuntur campus & matieres tuis laudibus. In PROSTERNO.

CAMPUS Lapidetus, [Απόδεις περιτο] Calliae Narbonensis campus est, centum fere stadiorum diametrum habens, lapidibus, qui singuli manum impleant, plenus, sub quibus gramen exoritur, a quo pecoribus pubili suppeditatur ubertas. In medio saltus aquae salisque vis magna. Univera circum adjacens ora ventis exposta est: validissime autem Melamborii venti procellis infestatur, quo faxa ipsa volvi traduntur, homineſque ex curribus excuti, & vi ventorum armis vestibusque nudari.

Hujus rei originem ad hujusmodi referunt fabulam, Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnantes, quoniam deficentibus telis in vita discripen venisset, Jovem patrem orasse et fibi telo administraret, statimque imbre lapideum ea in loca decidisse, quo gigantes fuerint interempti. V. De hoc plura apud Strab. lib. 4.

CAMPUS Diomedis, in Apulia appellantur, qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, ceſerunt. Fest.

CAMPUS MACRI, [Μακροὶ καὶ γῆ] Italia Oppidum est exiguum, prope Ravennam, ubi quatuor forum conſicitur, ut auctor est Strabo lib. 5. Meminerunt & Liv. Varro, Columel. Cl. Cellarius addubitat, an Oppidum sicut fuit. Geogr. Ant. 2. 9. 1. 79. q. V.

CAMPUS TR, & CAMPUS TRIS, e. [πεδίον] Quod ad campos attinet, vel in mediis campis jacet: ut, Locus campetrus. Cœl. 7. Bell. Gall. 72. Varro de R. R. lib. 1. cap. 5. ad finem, Campeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem vergit, quam is qui est ad libellum æquus.

Ager campeſtris. Liv. 4. 37. Vulturnum Hetruscorum urbem, que nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod proprius vero est) a campeſtri agro appellatam.

Arma campeſtria. Hor. de Arte Poet. 379. Ludere qui necfit, campeſtribus abstinet armis. Quia in Mar-

tio Campe armis ad palum se exercebat.

Decurſio campeſtris. i.e. Militaris. Suet. Galb. cap. 6. Ipſe maxime insignis, quod campeſtrem decurſionem ſento moderatus, etiam ad eſe- dum Imperatoris per viginti paſſuum milia cucurrit. V. Decurſio in DECURRO.

Fraxinus campeſtris & Montana. Plin. lib. 16. cap. 13. Campeſtre enim eſe crīpam, montanam ſpīſam.

Gratis campeſtris. Liv. 7. 1. pr. i.e. Que in Campo Martio, comitif. que adeo floret.

Iter. Cœl. 1. Bell. Civil. 66. Uterque idem suis renuntiat, quinque milia paſſuum proxima intercedere itineris campeſtris.

Ludus, Qui in campo fit. Cic. pro Cœl. 11. Ut exercitatione, Iudoque campeſtri tunici teremerunt.

Opera campeſtres. Suet. Aug. 3. V. ibi Torrent.

Pralia. pro Exercitatione armorum in campo. Hor. 1. Epist. 18. 54.

Scytha. Qui in campis fine ſteſt ſub tentoriis vivunt. Hor. 3. Carm. 24. 9.

Campeſtres melius Scytha,

Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos.

CAMPETRE, is. n. [Καπέτρη] Genitalis succinctorium, quo in

gymnaſiis & paleſtris, ut & in campo uteretur. Hor. 1. Epist. 11. 17.

Incolunt Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod

Penula foliſtis, campeſtri nivalibus auris. Augustin. de Civ.

Dei, p. 14. 17. de nuditate primorum hominum differens: Confusi inobedientia carnis sua, tanquam teste pœna inobedientie, conſeruent folia fici; & fecerunt fibi campeſtria; i.e. Succinctoria genitalium. Nam quidam interpres Succinctoria posuerunt. Porro autem Campeſtria, Latinum quidem verbum eſt; fed ex eo dictum, quod Juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita succinctoria fuit, Campeſtrato vulgo appellat. conf. Not. Vivis ad h. l. August. & Tignebi Adv. 27. 22.

Procilius nudus, campeſtri folo teſtus. Vulcat. Gallic. in Avid. Cœlio, cap. 4. Vide Bapt. Egnatium. H. St. Adſcripsiſ & verba Egnatii, qui Augustinum, ut appetat ex his, que cultro non refecta fuit, exſcripsit. V. Cafaub. ad h.

CAMPETRATUS, a. um. Quis dicatur, ex modo datis Augustini verbiſ liget.

CAMPICELLUS, i. m. dimin. apud Innocent. de Cœſis litter. inter Auct.

rei agrarie Cœſi p. 222. ut Monticulus ibid.

CAMPANEUS, a. um. & CAMPANIUS, a. um. Idem ac Campeſtris.

Innocentius ibid. p. 239. In campaneis locis. & p. 240. In campaniis locis. Que ibid. Montanios opponit.

Campanei idem fuit ac Campani in Gruteri Inſcript. p. 297.

CAMPARIUS, i. m. Cultus exercitorum camporum. Valla lib. 1. Capra-rius, inquit, Saltuarius, Campanius, Horrearius, Clafarius: Cultus

exercitorum caprarum, saltus, campi, &c. In Lips. Theſſ. aerſtut Glosſ. Campanius ἀγροφύλαξ, fed in Graeco Lat. est Saltuarius.

CAMPICURSIO, ὄνις, f. Exercitatio militaris, que currendo fiebat.

Campicurſionem, ut ipſi appellant, affidue faciant. Veget. 3. 4. conf.

2. 22. Eadem ac Decurſio campeſtris. V. DECURRO.

CAMPIDOCTOR, ὄνις, m. Qui tirones in campo exerceſt, armorum uſum docens, ſive armaturam. Veget. 1. 13. & 2. 22. Malc. Steweſius Cam-

piductores apud Vegetum malit reſtituit. Non enim a Duce ſed a Docendo dictos Lampridii locus in Alexand. cap. 57. Campidoctors vos docerunt, &c. facile periuaderet. In Vet. Glosſ. Graeco Lat. ἄρμαδον. Armiductor. At Lat. Ge emendatus Campidoctor, ἄρμαδον, conf. Schol. Juvenal. ad Sat. 5. 155. & quae ad eum loc. notamus infra.

CAPPELLA, adde Du Fresne in Glosſ.

Tribunis ex campidoctor. Ammian. 15. 3. V. ibi Valeſ. f. 71. & Lin-

debrog. p. 32, qui interſcriptionem ex antiqua Roma profert, in qua est

CAMPIDOCTOR COH. I. & apud Grut. f. 56. n. 5. CAMPIDOC.

COH. VII. PR.

CAMPIDONUM, i. n. & CAMPIDONA, a. f. Urbs Suevia. Vulgo Kempten.

CAMPIGENUS, i. m. quāl in campo natus. Veget. 2. 7. Campigeni an-

teſignani, ideo ſic nominati, quia eorum opera atque virtute exercitii

genus creſcit in campo.

CAMUM, i. n. Porosum genus apud Ulpian. in 1. 9. D. de tritic. vin. &

oleo leg. quod cuſuſmodi fit parum conſat.

CAMURUS, a. um. Adj. [καμύρως] Festus, Camura, & camuri bo-

ves, a curvatione, ex Graeco καμύρων dicuntur. Virg. 3. Georg. 55.

— & camuris hirta ſilis cornibus aures. Camuris (ait Ma-

crob. lib. 6. Saturn. cap. 4.) peregrinum verbum eſt, id eſt, In ſe re-

deſentibus. Et forte nos quoque hac ratione Cameranum figuramus. Haec

nus ille. Hinc vulgaris noſter fermo ſtrixile videtur, quoniam Camurini

pro Simo appellamus, Camus. Non. 1. 126. apud Virgil. Cameris legit.

CAMUS, i. m. [καμύρως] Genus vinculi apud Graecos. Plaut. Cœſin. 2. 6.

37. Deos quod, ut quidem hodie camum & furcam ſeras. Alii legunt

Camem. conf. Voss. Etym. p. 100.

καμύρη erat freni genus, quod mancipiis in os inferebatur suppliciis cau-

ſa, hinc eſt illud Pfal. 31. In campo & treno maxillas eorum conſtrige.

Cru-quis

quiis 378. in Horatium ex Rob. Constant. Apud Horat. (Serm. 1.6.39.) ita quidam Tradere cano, pro Cadmo. H. St. V. ipsum in Append. Thes. Graci in hac voce.

C A N

CANA, Straboni lib. 13. Promontorium quod contra Leulum confurgens, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. Sunt & Canæ eidem, Locorum oppidulum, situm in agro Caneo.

CANA, [κανά] dicunt Graci, nos Canistra, & per diminutionem Canifella. Festus. V. Dacer.

CANABEL, vel CANABIL, Serapioni medico Terra est tenuissimo sambulo perfimilis, que, ut ipse ait, una cum pluvia & celo decidit, cuius non modo apud Arabes ad interaneorum tineas necandas, verum & ad fistula fracta conglutinanda increbuit usus. Proinde haud dubie hallucinari deprehenduntur, qui Canabel Serapionis Semen sanctum interpretantur, quem longe admodum haec inter se differunt. V. Matthiol. in Dioscorid. lib. 3. cap. 24. Pierique Eretiani terram esse dicunt.

CANABIA, [καναβία] Calccorum multibrium species Polluci libro 7. cap. 22. Scribitur & geminata littera Cannabia.

CANÄBÜLA, orum. n. & CANAEBULÆ, arum. f. pl. Loca inculta & aspera, que & Noverac dicuntur. V. ex Frontino & aliis Rigallii Gloss. Agrimen. a. Grecio edit. p. 204. & Jan. Grec. Laurem. Antiq. p. 65. Quantum ex his colligas, videtur Limitationis genus intelligi.

CANABUS, [καναβός] i. m. Exile lignum est, pileorum textrinae accommodum: unde & qui sunt macie prætenuerunt Canabi a Graecis vocantur, ut scribit Pollux: & poeta Samyrion, quod macie effet attenuatus, ita cognominatus est, teste Csel. Rhod. lib. 8. cap. vlt. [Ex Polluc. lib. 7. Segm. 164. & 10. 189. non intellecto. ubi V. interpp.]

CANACE, es. f. [κανάξ] Macarei foros, Eoli filia: de qua Ovid. scribit 11. Epist.

Item, Canis nomen a κανάξ strepitus. Ovid. 3. Met. 217.

CANACHUS, i. m. [κανάξ] Insignis statuarus fuit, qui apollinem nudum. Phileum cognominatum in Didymao, Eginetica æris temperatura effinxit: cervum una ita vestigis suspedit, ut linum subter pedes trahatur, alterno morfo digitis calceque retinentibus solum, ita vertebrato dente utrifice in partibus, ut a repulsi per vices resiliat. Plin. lib. 34. cap. 8.

CANALIS, is. m. & f. [κανάλη] Festus, Canales per quos aqua confluit in viis lapide stratis.

Canalis, a Canna fit, una detracta litera, Lignum ad cannæ similitudinem cavatum, per quod aqua deducitur. Columel. lib. 12. cap. 50. Oleo autem confundi mole utiliores sunt, quam trapetum: trapetum, quam canalis & solea.

Arundinæ. Virg. 4. Georg. 25.

Mellaque arundinæ inferre canalibus ultro

Hortantem.

Demerus. Stat. 1. Silv. 2. 205.

Iligni. Virg. 3. Georg. 330. i. e. Facti ex ilice, inquit Servius.

Structiles canales, Structura & fabrica constantes, quales hodie Romæ semiripi vinfuntur. Vitruv. lib. 8. cap. 7. Ductus autem aquæ sunt generibus tribus, risis per canales structiles, aut fistulis plumbeis seu tubulis fictilibus. Aquæductus vocant Romanæ, hinc Praefecti aquæductum. Canalis, Quo crura & femora continentur fracta. Quo pacto autem constitutur vide apud Cell. lib. 8. cap. 10. Segm. 5. pr. de Crurum & femorū curatione.

CANALICIUS, a, um. & CANALIENSIS, e. Adj. ut, Canalicum autem. Plin. lib. 33. cap. 4. Quod petrus fodit, canalicum vocant: alii canaliens, marmoris glacie inherens. & p. p. Vagantur hi venarum canales per latera puteorum hæc & illuc, inde nomine invento.

CANALICULUS, i. m. dimin. [καναλικός, καναλιών] Columel. lib. 8. cap. 10. Nam largiore cibo celerius pinguefit, semper tamen etiam canaliculi milio replieci apponuntur, que est firmissima esca. conf. Varr. de R. R. 3. 5.

Canaliculus Celsi lib. 8. cap. 20. extr. Quo articulus fractus continetur, ut Canalis in majori membro fracto.

Est etiam Canaliculus, Cavitas exterior in columnis. Vitruv. 4. 3. [Striges etiam, & Strigium cava cap. 4. ejusdem. libri vocat, quibus Striatæ sunt columnæ. Nam Stria eminentia inter hac cava vocantur.

CANALICULA, a. f. Idem. Gell. lib. 17. cap. 11. Ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quæ canaliculus quadam vel fistulas, easque ab oris fauibus proficiunt deorsum, per earumque alteram deduci delabique in stomachum esculentia omnia & pocula. conf. Lucil. apud Non. 3. 50.

CANALICULATUS, a, um. [καναλιώδης] Adj. In modum canalis factus: vel qui canalis formam habet, ut, Semina canaliculata. Plin. lib. 27. cap. 9. Est autem singularis atque non fruticosa, brevior molliorque, & dentior, foliis ad radicem canaliculata. De Filice femina.

CANALICOLA, a. c. [κανεπέα] Homo nauci. Festus: Canalicola forenses, Homines pauperes dicti quod circa canalem fori confiserent. Et Gell. 4. 20. Qui jurabat, cavillator quidem & canalicola & ridicularius fuit. Hos defribuit Plautus. Cœr. 4. 1. 14. In foro infimo boni homines atque dites ambulant, in medio propter canalem ibi ostentatores meriti. V. etiam Salmas. ad Vopisc. Carinum. p. 481.

CANAN, dicta est Arabia, a Canaan fil. Cam, qui in ea consedit, a qua Cananæ. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignoravit: quia princeps eius & conditor cultum a patre vel avo potius, non acceptit, maledictus ab eo. Itaque ignorantiæ divinitatis minoribus reliquit.

CANANÆ, a. f. [κανανά] Syria regio, a Canaan filio Cam, qui eam regiōne, que nunc Iudea nuncupatur, inhabitans, a se Cananæ nuncupavit.

CANANITIS, idis. f. [κανανῖτις] possedit, est patronymicæ feminini forma, deductum a nomine Canaan, ut Regio Cananitis.

CANARIA, a. f. [καναρία] Una ex insulis fortunatis, ita vocitata a Canum multitudine ingentis magnitudinis. Plin. lib. 6. cap. 32. Alii Canariam vocant. V. FORTUNATÆ Insulae.

CANARIA, a. f. Herba est, quam vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quod canes ægroti ea praesentem vomitum elicant. Plin. lib. 25. cap. 8. Inveniuntur & canes canariam, qua fatidum deducunt, eamque in nostro conspicu mandunt: sed ita, ut nunquam intelligatur que sit, etenim depasta cernitur. Ruellus humilem esse herbulam ostendit, foliis tritici multo minoribus, calamulam tenui, geniculis pyxidatim cohaerentibus articulato, internodiis tibiarum modo in se infectis, que

VOL. I.

tracta suis ex vaginulis exeruntur, evanidam spicæ loco panniculam habens, denique folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitan.

CANARI, orum. pl. [καναρίαι] Mauritanie populi sunt circa Atlantem, habitantes in saltibus plenis elephontorum, ferarum, & serpentum: ita dicti, quod canum victimus ipsi promiscuus sit. V. Plin. lib. 5. cap. 1.

CANARIUS, V. CANIS.

CANAS, Oppidum Lyciae regionis Asiaticæ. Lycia quandam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27.) LX oppida habuit, nunc xxxvi haber. Ex his celeberrima præter supradicta, Canas, &c.

CANASTER, V. CANUS.

CANASTRÆUM, i. n. Macedoniae promontorium, in Thermaico sinu: dicente Plin. lib. 4. cap. 10. In Thermaico sinu oppida Dicæa, Pydna, Derra, Scione, promontorium Canastræum. Nunc vulgo dicitur Canistro: teftis Olivaribus in Melam.

CANATA, Pulpæ & caro canis marini, ejusque falsamentum. Plaut. apud Fest. Muriatæ autem video in vasis stanneis, naricam bonam, & canatam, & comaquinæ furtas, & conchas piscinarias. Ex Turneb. Advers. 3. 6. Sed V. Scalig. ad Fest. in Narita.

CANATHA, a. f. Oppidum est in Decapolitana regione, qua Syrie jungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

CANATHRA, [καναθρά] Grypum imagines ac tragelaphorum ligneæ, quibus insidentes pueræ circunferantur in spectaculis, ut Xenophon indicat, & Plutarch. exponit. V. Henr. Steph. Thef. Græc.

CANCANOS, [κανκάνος] Herba est Galeno, que Diocordi & Plinio Calacalia dicitur, & Leontice. V. Ruell. lib. 3. cap. 128.

CANCAMUM, [κανκάμος] Arabici ligni lacryma est, myrræ quodammodo similis, viroſi gustus, quam ad suffumatione usurpat. Vetus eo, additis styrace & myrra, suffumunt. Officina Laca appellant. Vires ejus & naturam vide latius apud Dioſcor. lib. 1. cap. 23.

CANCELLARIUS, i. m. [κανελλαρίου] Idem, ut doctores existimant, qui Actuatoris: inde ducto nomine, quod ejus officium, id est cellula in qua scribere confuevit, cancellis munita sit. Nam quum ejus officium libellis five chartulis sit refertum, & frequentes habeat interventores, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amitterandis chartarum pericolo absit. Hujus rei conjecturam adjuvat inscriptio quadam martore perveruta, quam Romæ repertam esse ait. Ex auctoritate Turci Apronianæ v. c. præfecti urbis. Ratio docuit utilitate suadente ratione dimicante lumenota, sub exiguo potius pecora vendere, quam digitis conludentibus tradere, ut appenso pecore, capite, pedibus, & fevo lactante, & subgulari lanio cedentibus, reliqua caro cum pelle & interneis proficiat venditori sub conspicu publico fide ponderis comprobata, ut quantum caro occisi pecoris appendat & emptor norit, & venditor: commodis omnibus & præda damnata, quam Tribunus, officium, cancellarius & scribi de pecariis capere confueverunt, quæ forma interdicti & dispositionis sub gladii pericolo perpetuo custodienda mandatur. Extat & apud Flav. Vopiscum, in Carini vita, a princ. mentio de Cancellariorum: Amicos, inquit, optimos quoque relegavit: pellimum quemque elegit aut tenuit. Praefecti urbi unum ex cancellariis fuis fecit, quo feedius nec cogitari potuit aliquando, nec dici. Quanquam Hotomanus vir judicij non mediocre, Cancillaris potius legendum putet, quo nomine Vopiscus interdum utitur, Lenocinii ac libidinis ministris significans. [Utrum uno in loco Trebell. Pollio, sed de cuius vera lectio patrum confat. V. quæ diximus in ANCILLA. Nec huic tamen Vopisci lectio fatis confido. Videtur enim mentio turpioris perfornæ requiri, ut ex subiectis verbis apparet.

Turnebus Adv. 11. 25. Cancellariorum dici purat, Qui preces supplicesque libellos, omniaque scripta, quibus princeps subscrivere solebat, cancellabat, id est ductis cancellatim lineis vitrabit & inducentibus, forfaste & notariorium numero. Cancellariorum autem non erat ejus ordinis & dignitatis, ut ad praefecturam urbis vocari solerent: quam tamen uni mandavit Carinus imperator, frenmitibus omnibus ob indignitatem rei. Nam senatori alicui aut illuftri suo comiti tantum mandare honorem debuerat. Hodie in maximum togatorum fatigium evecti sunt Cancellariorum, & apud reges secundas fere tenent. [Sed verisimilior est superior nominis derivatio a Cancellaris, intra quos sedentes scribent, quam Cassiodorus confirmat Var. lib. 11. Ep. 6. & 27. & lib. 12. Ep. 1. Cui affulgarunt Pitheci in Subsec. Cafaib. & Salmas. ad Vopisc. l. c. Valef. ad Ammian. 30. 4. Spelman. in Glosso, ubi prolixus de hoc officio, Materi fratres in Hierol. & Cang. in Glosso.

CANCELLI, orum. m. pl. [κανελλίδες, δρύφεα] per diminutionem vocantur, h. e. Opus subtili materia in transversum compacta, ad similitudinem retis factum: quod frequenter foramina habeat, qualia sunt quæ in corpore efficit cancer morbus. [Quam foeda, tam falsa est isthac non minus ratio. A Cancris per diminutionem Cancello dictos docet Festus. Sed caulfam non addit, cur Cancros id genus reticulati segmenti appellaverint antiqui. V. CANCER.

Eiusmodi cancelli, seu septa in foro, in circo, in tribunalibus, &c. fuerunt. Cic. pro Sext. 124. Tantus est ex omnibus spectaculis usque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatius, &c. Et hinc ad alias res transfertur: ut, Homini improbo circumdati cancelli. Cic. 5. Ver. 135. Satisfie nobis Prætori improbo circumdati cancelli videntur in sua provincia, immo vero in sella a tribunal: ut aut de suo capite judicium fieri paciatur præfens, accedens: aut confiteatur se omnibus judicis convinci necesse esse. i. e. Satisfie teneri vobis videtur, ne qua elabi possit, quin alterutrum fateatur. Translatio sumpta est a bettis, que septis & cancellis continentur, ut effugere non possint.

Scientia cancellis circumscripita. Cic. 1. de Orat. 52. Nam si quis erit qui hoc dicat, elle quidam oratorum proprias sententias, atque causas, & certarum rerum forensibus cancellis circumscriptis scientiam.

Sibi cancellis circumdat. Cic. pro Quint. 36. Et me facile vestra expositio revocabitis, si extra hos cancellios egredi conabor, quos mihi ipse circundedi. i. e. Extra id digrediar quod dictur me propofui. Budens.

Cancelli etiam in agris pro Limitibus erant: termini scilicet, seu lapides, quibus agrorum fines descerbantur. [Puto, quia lignis cancellatim, seu decussatim positis siebiebant agris.

CANCELLIO, āre. Cancello efficere. Columel. lib. 4. cap. 2. de vite loquens, Hæc autem quæ tota prostrata corpore, quum inferius solum quæ cancellavit atque irrectivit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis anguit, nec aliter quam si multis palmibus gravata, deficit.

Fff 2

Cancel.

- Cancellare testamentum, pro Cancellatim ductis lineis delere. Ulpian. D. de iis quæ in testamento delentur, l. 2. Cancellavera quis testam- tem, vel inducerat, etiæ propter unum haeredem facere dixerat, id postea testamentum signatum est. Quarebatur de viriis testamento, de parte portione eius, propter quem se cancellata dixerat.
- CANCELLATUS**, a, um, ut. Cutis elephantorum cancellata. Plin. 8. 10. Modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. Plin. 9. 51. de Polypu incubante.
- Manibus cancellatis. Solin. cap. 1.
- Cancellatus, Limitatus, ut, Regio cancellata, i. e. Terminis suis circumscripta, apud auctores de Limitibus.
- Item, Expunctus; ut, Chirographum cancellatum, l. 22. Cod. de Solutionibus. V. in ipso verbo.
- Tabula cancellata, l. 82. Dig. de Furtis.
- CANCELLATIM**, Adv. Ad speciem cancellorum. Plin. lib. 7. cap. 20. Fitiunque ejus militum magni Pompei, & rectos & transversos cancellatim totu corporu habuisse nervos, in brachiis etiam, manibusque, auctor est Varro, &c.
- Cancellatim reticulata. Plin. lib. 9. cap. 33.
- Cancellatim mordax asperitas. Plin. lib. 11. cap. 37. Terrefrui aliis venter denticulata asperitas, aliis cancellatim mordacis. Dicitur ventriculus cancellarum mordax: quod villos habet obliquos, rectos & transversos, quibus, ceu per cancellos quodam, cibum attrahit, retinet & conficit.
- CANCELLATIO**, ònis. f. Limitatio agrorum. V. ex Siculo Flacco & Frontino in Rigalti Gloss. Agrimens. p. 295.
- CANCELLUS**. V. **CANCER**.
- CANCER**, cri. m. [καρκίνος] Genus pisces, quod a Græcis, & Galeno, intra Ofracoderma numeratur, hoc est quæ leviori teste includuntur. Cancerorum autem genera vide apud Plin. lib. 9. cap. 31.
- Littoreus. Ovid. 1. Met. 369.
- Rubentes. Virg. 4. Georg. 48. —neve rubentes
Ure loco canceros. Rubentes autem quam uruntur: non quia per naturam sint hujus coloris. Scrivius.
- Cancer, Signum caeleste. Plin. lib. 18. cap. 25. Solstitium Canceris.
- Brachia Canceris. Ovid. 4. Met. 619.
- Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit.
- Ostipes. Ovid. 1. Fast. 313.
- Sidus Canceris. Virg. 10. Ecl. 68.
- Æthiopum verèfum oves sub fidere Canceris.
- Calens. Claud. in Eydil. Nilo, 9. —& claro collucens lumine Cancer.
- Collucens. Cic. in Arat.
- Curvans brachia. Ovid. 2. Met. 83. —atque alter curvantem brachia Cancrum.
- Rapidis. Stat. 4. Theb. 776.
- Sidus Libyæ Cancer. Senec. OEth.
- Torrens. Lucan. lib. 8. 83t.
- Rubescunt signa Canceris. Civid. 6. Fast. 727.
- Cancer, [καρκίνος] pro Morbi quadam generis. Ovid. 2. Met. 825.
- Ute malum late solet immidecible cancer
- Serpere, & illætas vitias addere partes. Quo in loco Malum immidecible per appositionem intelligendum sit. Nascitur hic morbus ex humore melancholico inflammatu fere in omnibus corporis partibus: fed maxime in manuillis mulierum, que non purgantur menstruo naturali. Obsistere cancer, & Occupari cancer. Cels. lib. 8. cap. 10.
- Cancri, inquit Festus, decibantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem Cancelli. Hinc
- Inter orci cancros adhaerere, pro Adeo irriterit, illaqueatunque tene- ri, ut nusquam pateat effugium. Apul. 6. Mife. p. 176. V. **CANCERIS** supra.
- CANCERIS**, cri. m. pro Signo caelesti. Lucret. 5. 616.
- Canceris ut vertat metas ad solstitialies. Etiam de Morbo hac for- ma Arnobius lib. 1. p. 30. conf. Priscian. lib. 6. p. 697.
- CANCELLUS**, i. m. [καρκίνος, περιφέρεια] Dimin. a Cancer. Ut Galen. lib. 3. de Alim. Facultat. scribit, bestiæ per paregus cancri similis, coloris flavo. Elianus vero lib. 13. cap. 19. Hist. Anim. de Cancellis ita scribit, A conchis quidem inopes, & nudis primum Cancelli nascuntur, deinde eas tanquam domicilia ad habitandum deligunt. Quam enim vacuas & inaneas offendenter conchulas purpuræ aut turbinis, primo intra eas ingrediuntur: deinde quam in ampliore magnitudinem excreverunt, quam ut iis capi queant, in tefsum laxiore, tanquam domum alteram demigrant: neque modo in supradictorum conchas immigrant, sed & in permulta alias capaciores transuent, & ampliore nocti, ea tanquam majore domicilio gaudent, ac sape de spoliis multo certamine inter se contendunt, viribusque inferiore repulso, viator exuvias affe- quitur. Haec enim Elianus, cui in omnibus subscrifit Plin. lib. 9. cap. 31. & 42. Quin & horum naturam & speciem latissime describit Aristotles, lib. 4. cap. 4. de Hist. Animal. sub fin. Sunt tamen qui Cancello a Squiliis haud differe existimunt, sed falluntur, ut videre poteris ex supra scriptorum auctorum lectione. T' Ceterum hac Latina voce **CANCELLUS**, pro Animali, nefcio an vet. usi sint. Sed Gaza, ad exemplum Græca di- ctionis καρκίνος, fixit. Videtur tamen ex Festo in Cancri id colligi posse.
- CANCERO**, arc. Plin. Valer. 1. 10. Si intrinsecus canceraverit auris.
- Vulnera canceraverint. Apul. de Herb. cap. 36. i. e. In canceri naturam transferint.
- CANCERATICUS**, a, um, ut. Fœtor canceraticus. Veget. Mulom. 2. 43.
- CANCEROMA**, åtis. n. [καρκίνωμα] apud Cels. 5. 28. 2. ut, Canceroma quæ in naribus nascuntur. Apul. de Herb. cap. 19. n. 7. conf. cap. 31. n. 3. [In emendatis Celsi coddi. legitur Græca vox Carcinoma, de qua V. f. I.]
- CANCROMA**, åtis. n. Idem. Salvian. adv. Avarit. 1. p. 232. Si plagas canceroma sequitur cancrum necesse est consequatur occasus.
- CANCHREMA**, åtis. n. Idem. Veget. Mulom. 2. 22.
- CANCRÖSUS**, vel **CANCROSUS**, a, um. Sarisb. 3. 6. Serpit mor- bus cancerosus in omnibus.
- Vulnera cancerofra. Sext. Placit. c. 11.
- CANCHLEI**, Arabæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 10.
- CANCHRYX**, idis. f. [καρκηνός] Libanotidis fœcundæ semen est Diosco- ridi lib. 3. cap. 70.
- CANDACE**, es. f. Æthiopum regina, de qua sic Strabo, Candace per nostra tempora Æthiopum imperavit, virilis fane mulier, sed altero
- oculo capta. Hæc ille lib. 17. Commune reginarum nomen Plin. lib. 6. cap. 9. dicitur. Sunt qui efferunt Candax. V. Interp. ad AEt. 8. 17.
- CANDACUS**, a, um. Savvis, tametu a magistris accepimus mansuetum. Virtus de L. 6. 6. Ex Navii Agidone.
- CANDARA**, vel **CANDRA**, a. f. [κανδάρα] Paphlagonia oppidum, tribus schœnensis a Gangis distans, & Thariba vico. Gentile est Candrenus. Steph.
- CANDARIA**, a. f. Promontorium est in Coo insula. Auctor Strab. lib. 14.
- CANDAVIE**, Montes sunt in Macedonia, de quibus Plin. lib. 4. cap. 23. Straboni tamet lib. 7. Candavia, Mons est Illyrici, qui Macedonia illi- lyricumque determinat.
- CANDAULES**, is. m. [κανδαλης] quem Græci Myrsilum nominant, Herodoto circa initium libri primi, Sardini fuit tyrannus, ab Alceo Hercules filio oriundus. Is uxori adeo amabat, ut eam præ amore arbitraretur omnium feminarum esse pulcherrimam. Hocita esse fibi per- suadens, apud Gygem Dafycili filium sibi acceptissimum, spaciis uxoris supra modum extollebat; tandemque nudam eam Gygi compiciendam proposito. Quare ab uxore & Gyge interemptus. V. Justin. lib. 1. cap. 7.
- CANDAULUS**, i. m. [κανδαλης] Obsonii genus fuit ex carne elixa, pane, & caseo Phrygio, cum anetho & pingui jure. V. Rhodig. lib. 20. cap. 14.
- CANDAICE**, åcis. In **CANDACE**.
- CANDORÆA**, Palus est in radicibus Carmeli montis: de qua sic Plin. scri- bit lib. 36. cap. 26. Pars est Syriæ, quæ Phœnicie vocatur, finitima Ju- dææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Can- debæa. Ex ea creditur nasci Belus annis, &c. Variant. codd. hic & lib. 5. cap. 19. In aliis Candeba, al. Candæria. Editi Cendevia.
- CANDEFACIO**, V. **CANDEO**.
- CANDEI**, Arabici sinus populi, quos Ophiophagos ob id vocant, quod serpentes veluti sint soliti. Plin. lib. 6. cap. 29. & Pomponius Mela lib. 3. cap. 9. in descriptione sinus Arabici.
- CANDÈLA**, æ. f. [κανδέλα] a Candore luminis. Plin. lib. 13. cap. 13. La- pidem fusile quadratum circiter in medio, arte vinclum candelis quo- quo versus. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. Hermo- laus, Candela, inquit, sunt quacunque constent materia, scipis, ta- da, fevo, cera: uti mirum ne sit, libros Numas candelis involutos tra- di. V. & Hard. Juven. 3. Sat. 286. — vel breve lumen
- Candæla, cuius dispenso & tempore flum.
- Apponere candelam valvis. Juven. 9. Sat. 98. de Incendiario.
- Sebare candelas. Columel. lib. 2. cap. 22. Feris autem ritus majorum etiam illa permittit, far pinse, faces incidere, candelas sebare. i. e. Sebo vel fevo induere ellychium, & in candelam concinnare.
- CANDELABRUM**, i. n. [κανδέλα, κανδέλη] dicitur quod in eo candæla figurant, auctore Festo. Virg. 4. de L. L. Candelabrum a Candela: in his enim funiculi ardentes figebantur. Martial. de Candelabro Corinthio, lib. 14. 43.
- Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:
- Non norat parcos unctæ lucerna patres. Cic. 4. Verr. 183. Un- de quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra?
- Dionysius tyranus junior, ut notam dierum totius anni tradaret, in Pry- taneo Tarentino fixit candelabrum, in quo tot succendebant lychni, quot anni dies erant. Notat id Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.
- Eneas candelabrum. Cic. 6. Verr. 60. Jam vero lectos eratos & candelabra ænea, num cui prater istum Syracusis per triennium facta esse ex- stimatis?
- Humile. Quintil. lib. 6. cap. 3.
- Lignum candelabrum. Petron. cap. 95.
- CANDELABRUS**, i. m. antiquis. Cicil. Meretrice, Memini ibi cande- labrum lignum ardente. Ex Nonio. [Accusativus est, a recto Can- delabrum fortassis. Sic Canitrum & Canister, Calamitrum & Galamister, aliaque quam plurima efferebantur.
- Magnus hic candelabrus est. Petron. cap. 76.
- CANDEO**, ui, [κανδεῖναι] ère. est proprie Candidum esse. Virg. 4. En. 61.
- Candens vacca media inter cornua fundit.
- Atrum & Candens opponuntur. Ovid. 11. Met. 315.
- Candida de nigris, & de candentibus atra.
- Color candens. Plin. lib. 2. cap. 18.
- Corpus. Virg. 9. En. 563.
- aut candenti corpore cygnum
- Sustulit ala petens, pedibus Jovis armiger uncis.
- Ebur candet. Catull. 62. 45.
- Elephantus candens. Virg. 6. En. 896.
- Altera candenti perfecta nitens elephanto. i. e. Ebore.
- Equi candentes. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 369.
- Lana. Catull. 62. 318.
- Lilia. Claud. in Laud. Seren. 91.
- Lumen Solis. Lucret. lib. 6. 1195.
- Marmor. Lucret. lib. 2. 566.
- Pruina candentes. Claud. de Nupt. Honor. 52.
- Taurus. Virg. 5. En. 236.
- Virgo candens. Cic. in Arat. De sidere.
- Candere, [καρκηνός] Ignitum esse. Nam tunc vere ignita dicitur quæ- cunque materia, quam non rubet, sed jam candet. Cic. 2. Off. 25. de Dionysio tyrranno. Qui cultos metuens tonforios candente carbone fibi adurebat capillum?
- Aer candet. Ovid. 1. Met. 120.
- Tum primum siccis aer fervoribus ustus
- Canduit.
- Aetas. Lucan. lib. 1. 213. Cum fervida canduit astas.
- Axis. Ovid. 2. Met. 297. In fabula Phætonis.
- Vixque suis humeris candentem fuitinet axem.
- Chalybs. Sil. lib. 1.
- Non ignes, candensque chalybs.
- Cinis. Ovid. 2. de Arte Am. 440.
- summo candet in igne cinis.
Animal canorum. Cic. 2. de Divin. 57. Quum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem venit Callistheni dicere deos galilis signum dedisse cantandi, &c.

Aves canor. Virg. 2. Georg. 328.

Avia tum resonant avibus virgulta canoris.

Chelys canora. Sen. in Troad. 321.

Levi canoram verberant plectro chelyn.

Fides canora. Virg. 6. EEn. 120. — Órpheus

Threicis fretus cithara, fidibusque canoris. i. e. Bene sonantibus chordis. Servius.

Fila lyra canora. Claud. in procem. 2. de Rapt. Proserp. 14.

Difuetæ repetit fila canora lyra.

Fluvius canorus avium concentu. Plin. lib. 4. cap. 8. Allabitur Peneus,

viridis calcu, amoenus circa ripas gramine, canorus avium concertu. Latratus canori canum. Columel. lib. 8. de Villatico cane, Vasti latratus, canoricus.

Lyra canora. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 256.

Modulatus canorus. Sen. Herc. fut. 4. Canoro faxa modulatu trahens.

Nuga canoræ. Hor. in Arte Poet. 322.

Quæ verius inopæ rerum nugeque canoræ.

Orator canorus & volubilis. Cic. de Clar. Orat. 105.

Sonitus Curenum canori. Virg. 4. Georg. 150.

Tuba. Ovid. 3. Faſt. 849.

Turba. Tibicinae. Ovid. 6. Faſt. 671.

Verfus. Hor. 2. Epift. 2. 78.

Volucres. Ovid. 3. Faſt. 7.

Vox. Ovid. 3. de Arte Am. 311.

Vox suavis & canora. Cic. in Brut. 234. Sic intervallis, exclamatiōibus, voce suavi & canora, admirando irridebat.

CANORUM, i. n. subt. [τὸν λαχανόν] Cic. de Senect. 28. Omnino canorum illud in tuo splendorest etiam, neci quo pačo, in senectute.

CANORE, Adv. Apul. Doctr. Plat. p. 6. Mūſice mundus & canore mouetur.

CANAX, acis. Adj. Hinc CANACITER & compar.

CANACIUS, Adv. i. e. Sonorus. Apul. 2. Florid. p. 312. Canaciis & plenies libro mandare.

CANTICUS, a, um. Adj. ut, Delinimentis canticis musica occupatur.

Macrob. 2. Somn. Scip. 3.

CANTICUM, i. n. [καντικόν] proprie significat Elegantem cantum, atque laſcivum. Plin. 14. Epift. lib. 2. Plausus tantum ac potius sola cymbala & tympana illis canticos defunt.

Obsecra canica. Quintil. lib. 1. cap. 2. Omne convivium obsecnisi canticus strepit.

Excipere cantica modis mūſicis. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Recitationes comediorum, tragediorumque vocabantur Cantica, quod ad modos mūſicos canerentur, ut Donatus proleg. in Terent. monet.

Ex coiſpi Actores & Hisfriones, Cantores, dicti, de quo paulo post. Suet. Ner. cap. 39. Datis Atellanarum histrio in cantico quadam, ιαχαιαν τάνγκη &c. Idem Galb. cap. 13. Siquidem Atellanis notillimum canticum exorsis, Venit Onesimus a villa &c.

Canticæ proprie Hisfrionem fuſile, inde patet, quod illorum originem describens Liv. 7. 2. hisfrionem canticum egisti ostendit.

CANTICULUS, i. m. dimin. Septinius Afer apud Terentianum.,

Pine brachii cum trepidant,

Audio canticum Zephyri. Nonius 7. 111. ex Pomponio : Mirum ni

haec Marfa est, in columbas callet canticulum. [Forsan a recto Canticum n.

CANTILENA, æ. f. [καντιλένα] Cic. de Clar. Orat. 105. Gerendus est ibi mos adolescentibus, Cræſa, qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine uſi, neque ex scholis cantilenam requirunt.

Cantilenæ, sunt Mularum filiae. V. Mūſis etiam rem facram facere, &c.

in MUSA.

Cantilenam illam siuam cerebro mihi infusurrat Epicharmus. Cic. 1. Att. 16.

V. INSUSURRO &

Cantilenam eandem canere. In CANO.

Cantilena, pro Jactatione verborum, denuntiatione & rumore. Cic. 11.

Fam. 20. Nam de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum & denuntiatione periculi, sperare eos te perfundato, adolſeſte impulso, posse magna confequi praemia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quamplurimum lucrifaciant.

Librerum cantilenas pro Inepsiis & nugis Hieronymus Epift. 53. extr. dit:

ad nutricim & præficarim nugatoria cantica respiciens.

CANTILENOSUS, r, um. Metricus, ad musicam compotius. Sidon. 3.

Epift. Poetarum ſtilo cantilenæ nūgæ. & 4. 1. Si quid Lyricus cantilenosum condidit.

CANTOR, òris. m. [καντος, κανσερης, κανοποιος, ψάλτης] Qui cantus exercet. Hor. 1. Serm. 3. pr.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, &c.

Cantor formalum, pro Jurisperito. Cic. 1. de Orat. 2. 36. Ita & tibi

Jurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleins quidam cautus & acutus, præco

G G

præco actionum, cantor formulare, aucep syllabarum. V. Cautor formulare, in *Cavro*.
 Cantor, pro *Histrione*, vel Actore fabulae. Hor. Arte Poet. 155.
 — donec cantor vos plaudite dicat. In eandem sententiam & Prudentius antiquus poeta usurparit, quum scribit,
 Ut tragicus cantor ligno tegit ora cava.
 Grande aliqd cuius per hiatum crimen anhelet. Eodem sensu usurpat Suet. Calp. cap. 54. Alterum generum artes studiosissime exercebat. Thrax, & auriga, idem cantor & faltator. V. Liv. 7. 2.
CANTRIX, *īcis* f. Que cantus exercet. Plaut. Trin. 2. 1. 23. Cantrices, cistellatrices, nuncii, &c. Aves cantrices. Varro 3. de R. 5.
CANTUS, *īs* m. [*καντός*, *ῶν*, *πίνσης*, *χαράξεως*] est Inflexio vocis, & pro Cantione cuiuscunq; rei dicitur. Martial. lib. 14. 168.
 Itē trochus pueris, at mihi cantus erit.
 Canticus & numeri. Cic. 5. Tufc. 104.
 Canticus & symphonie. Cic. pro Cœl. 35.
 Modi & cantus. Cic. 1. de Orat. 255.
 Nervi atque cantus. Cic. 1. Tufc. 4.
 Avium cantus. Hor. 3. Carm. 1. 20.
 Buccinatum, cantus, & gallorum. Cic. pro Muren. 22. Te gallorum, illum buccinatum cantus exuscitat.
 Cithara. Hor. 3. Carm. 1. 20.
 Galli cantus. Hor. 1. Serm. 1. 10.
 Sub galli cantum consulor ubi ostia pulsat.
 Musicorum cantus. Cic. 3. de Legib. 20. Idque haud paulo est verius, quam quod Platoni nostre placet, qui musicorum cantibus ait mutatis, mutari civitatum statu.
 Nervorum, i. e. Fidium. V. Vocom.
 Sirenum cantus. Claud. 29. 23.
 Symphonie. Cic. 7. Verr. 31.
 Tibiae cantus. Hor. 3. Carm. 7. 30. conf. Vocom.
 Vocis cantus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
 Volum quotidianus cantus. Cic pro Rosc. Amer. 134. Animi & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum, nocturnisque convivis tota vicinitas personet.
 Vocalia & flexiones in cantu. Cic. 3. de Orat. 96. Quanto moliores sunt, & delicatores in cantu flexiones, & falsa vox, quam certa & severa?
 Insignis cantu. Valer. 3. Argon. 158.
 Emoni cantus, Magici, ab Emoni, i. e. Thraciæ mulieribus, quæ his olim artibus infigens erant. Valer. 6. Argon. 448.
 Apollinei. Ovid. 11. Met. 156.
 Clarus. Valer. 8. Argon. 152.
 Dulcior. Cic. 2. de Orat. 34. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior invenitur potest?
 Feralis. Sil. lib. 5.
 Fettivi. Claud. 1. in pr. Conf. Stilich. 3.
 Conjugii necrum festivos regia cantus Sopierat.
 Flibilis. Sen. QEth. 2. Cantu nostra canet tempora flibili.
 Fluens, metaphoricos dictum, pro Suavi & dulci. Valer. 3. Argon. 158.
 Felices cantus ore dare. Tibul. lib. 3. 4. 40.
 Garrulus. Flin. lib. 10. cap. 29. Luscinia diebus ac noctibus continua xvi garnitus sine intermissione cantus.
 Infelix cantus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 329.
 Lugubris. Hor. 1. Carm. 24. 2.
 Lustrifici, Expiatori. Valer. 3. Argon. 448.
 Atque ita lustrifico cantu vocat, Ite, perempti.
 Obscurior. Cic. in Orat. 57. Est autem in dicendo etiam quidam cantus obcurior, &c.
 Pastorialis. V. paulo post, Modulari aliquem, &c.
 Pius. Stat. 5. Silv. 3. 235. Al. Tu cantus stimulare meos.
 Raucus cornuum. Virg. 8. JEn. 2.
 Siculi cantus apud Juven. 9. Sat. 150. dicuntur Cantus Sirenum, que juxta Siciliam habitarunt, ab Ulyssie & ejus sociis evitati, idque auribus ceræ obturatis.
 Supplex. Claud. in Phoenice, 46. — & supplice cantu
 Praestatura novas vires incendia poscit.
 Tener. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 244.
 Tremulus. Hor. 4. Carm. 13. 5.
 Accendere Marem cantu Tubicen. dicitur. Virg. 6. JEn. 165.
 Arcessere cantus lacrymæ. Propert. 4. 1. 73. Sed longe aliam lectionem sequitur Breckh. q. V.
 Celebrare funera cantu. Mela 2. 2.
 Circumsonare aliquem cantu. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 268.
 Commovere cantu. Virg. 4. Georg. 471.
 Concelebrare cantu carmina. Lucret. lib. 5. 1380.
 Dare cantus. Virg. 1. JEn. 402.
 Et coetæ cinxere polum, cantusque dedere. conf. Felices cantus.
 Deliniri cantu. Quintil. lib. 5. cap. 8.
 Evehere cantu ad sidera. Sil. lib. 8.
 Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu
 Evecta Andino. i. e. Virgiliano.
 Exercere. Virg. 1. Georg. 403.
 Nequicquam feros exercet noctua cantus.
 Flectere. Lucret. lib. 5. 1405.
 Flectuntur cantu atque consuntur saepe immanes bestiæ. Cic. pro Arch. 19.
 Flere cantu incendia. Stat. 5. Silv. 3. 205.
 Fundere cantus gutture. Cic. 1. de Divin. 14.
 Haud modicos tremulo fundens & gutture cantus.
 Hortulari cantus remigem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
 Imitari aliqd nervis atque cantibus. Cic. de Somn. Scip. 12.
 Incitari sono quadam vocum, & Phrygiis cantibus. Cic. 1. de Divin. 114.
 Levare malum cantu. Hor. Epod. 13. 17.
 Minantur raucifono cornua cantu. Lucret. lib. 2. 619.
 Modulari aliquem cantu. Claud. 1. in pr. Conf. Stilich. 182.
 Te pastorali modularunt. Menala cantu.
 Molliore aliquem cantu, i. e. Placare. Ovid. ad Inanimata transtulit, 11. Met. 15.
 Cunctaque tela forent cantu mollita.
 Movere cantus. Virg. 10. JEn. 163.
 Mulcere cantu æthera. Virg. 7. JEn. 754. i. e. Lenire. corporalia enim

funt elementa: non enim mulcetur, nisi quod corpore est. Servius. Pelluntur animi vocum gravitate & cantibus. Cic. 1. de Divin. 80.
 Percrepat lucus cantu symphonie. Cic. 7. Verr. 31.
 Personat vicinitas cantu vocum. Cic. pro Rosc. Amer. 134.
 Preberae aures cantibus. Ovid. 5. Met. 334.
 Præsonuit tibia scelenti cantu. Ovid. 3. Amor. 13. 11.
 Promere audaci cantu. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 3.
 Refonatur lucos affidus cantu. Virg. 7. JEn. 12.
 Rumpere cantu arbusta. Virg. 3. Georg. 328.
 Et cantu querula rumpent arbusta cicadæ. i. e. Nimio clamore. Servius.
 Rumpunt cantus silentia. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 329.
 Solaris cantu laborem. Virg. 1. Georg. 293.
 Interea longum cantu solata laborem.
 Sollicitare cantu Cupidinem. Hor. 4. Carm. 13. 5.
 Sopire cantus. Claud. 1. in 1. Conf. Stilich. 3.
 Stimulare cantus alicuius, est Calcar alicui addere, & excitare ad canendum. Stat. 5. Silv. 3. 235.
 Streperare cantu rauco. Virg. 8. JEn. 2.
 — rauco streperunt cornua cantu.
 Vocat cantu in certamina divos. Virg. 6. JEn. 172.
 Cantus, pro Carnimibus magis, five Incantatione. Ovid. 7. Met. 195.
 — concuslaque siffo,
 Stantia concutio cantu freta.
 Componere cantus. Tibul. lib. 1. 2. 55.
 Solvere amores cantibus. Tibul. lib. 1. 2. 62.
 Taciti cantus, Secreta incantamenta. Valer. 7. Argon. 488.
CANTILUS, i. m. dimin. Firmic. lib. 3. cap. 12. In quarto loco Mercurii & Saturnus ab horoscopo partiliter constituti, ex invento cantuli, & organi, facient magistros.
CANTO, [*καντός*, *μέλος*, *χορός*, *μελλίσω*, *μελλόδειν*] āre. frequent. Ter. Eun. 3. 1. 52. Pamphilum cantatum provocemus.
 Pares cantare. Virg. 7. Ecl. 5:
 Et cantare pares, & respondere parati. h. e. Qui possent continentum carmen dicere. Servius.
 Aves cantantes. Propert. 4. 10. 30.
 Cycni. Virg. 9. Ecl. 29.
 Vare tuum nomen, &c.
 Cantantes sublimi ferent ad sidera cycni.
 Puella bene cantantes, Sirenes. Ovid. 4. de Pont. 10. 17.
 Invicem. Hor. 3. Carm. 28. 9.
 Avena sterili. Lucan. ad Pison. 222.
 Aveni struthis. Ovid. 1. Met. 677.
 Fidibus cantare alicui. Plaut. Epid. 3. 4. 64.
 Conducta veni, ut fidibus cantarem seni.
 Pede certo. Tibul. 2. 1. 52.
 Ad limen amicæ. Ovid. 5. Faft. 339.
 Obscœna cantare. Ovid. 3. Faft. 6. 75.
 Verba rusticæ cantare. Tibull. 2. 1. 52.
 Cantare alicui aliiquid, pro Sapius dicere, admonere, inculcare. Ter. Heaut. 2. 1. 19. Qui harum mores cantabat mihi. Et Plaut. Trin. 2. 2. 10. Haec dies noctes tibi cantu, ut caveas.
 Cantare, cum dativo rei inanimatae. Ovid. 6. Faft. 660.
 Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
 Cantabat moestis tibia funeribus. Videntur hi dativi per ablativos exponi posse addita præpositione IN.
 Surdo cantare. Propert. 4. 9. 21.
 Cantabant surdo, nudabant pectora carco.
 Vinci cantando. Virg. 3. Ecl. 21.
 Signum cantandi dare. Cic. 2. de Divin. 57. Quid in mentem venit Callitheni dicere, deos gallos signum deditis cantandi, quum id vel natura, vel casus efficeret potuisse?
 Cantare, pro Celebrare, tollere laudibus. Cic. 2. Q. frat. 12. Nam ut feis, jampridem istum canto Cæsarem. i. e. Summis laudibus celebro.
 Amicam cantare. Hor. 1. Serm. 5. 15.
 — absenteum ut cantat amicam
 Multa prolixtus vappa nauta, &c.
 Amores. Ovid. 15. Epift. 155.
 Carmina. Hor. 3. Carm. 1. 2.
 Convivia. Hor. 1. Carm. 6. 17.
 No: convivia, nos prælia virginum
 Cantamus vacui.
 Laudes alicuius. Ovid. 2. Faft. 658.
 Dignus cantari. Virg. 5. Ecl. 54.
 Et puer ipse fuit cantari dignus, &c.
 Versu cantari. Lucan. ad Pison. 236.
 Tu mihi Mæcenæ tereti cantabere versu.
 Cantare, pro Incantare & fascinare. Virg. 8. Ecl. 71.
 Frigidus in pratis cantando rumpit anguis. Ubi Servius;
 Cantando, Dum ei incantatur: nam gerundivus modus ab omni verbo similiter procreat, unde modo Cantando a passivo ait, quem id alibi ac activo dixerit; ut 3. Ecl. 25.
 Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio, Jug. 62. Quum ipse ad imperandum Tigidium vocaretur, i. e. Ut ei imperaretur.
 Cantare etiam precipue dicuntur, Qui in fabulis verlantur. Juven. 4. Sat. 34.
 Incipe Calliope, licet hic considere. non est
 Cantandum, res vera agitur. Narrate puellæ
 Pierides, ubi Cantare, Fabulas conficeret: Narrare, Res veras exponere, est.
 Cantare etiam Recitatores seu Declamatores dicebantur, propter fractum pronunciationis genus, & histrionas, quos exprimebant, modos. Juven. 10. Sat. 178.
 — madidis cantat que Sofratus alis. Sofratus enim ibi declamator est, non poeta, ut Vet. Schol. interpretatur.
CANTATUS, a. um. [*καντός*, *ιαντάδης*] Partic. Stat. 1. Silv. 2. 197.
 Asteris & Vatis totam cantata per urbem.
 Amica cantata. Martial. lib. 7. 13.
 Aquæ cantatae. Ovid. 24. Epift. 90.
 Carmine cantato celum densatur. Ovid. 14. Met. 369.

Herba. Ovid. 1. Amor. 14. 39. de Incantatione.
Leges cantatae imponere lune. Propert. lib. 4. 5. 13.

Toga cantata. Martial. 9. 50.

Uva. Ovid. 3. Amor. 7. 33. ut Herba.

Canta etiam pro Cantata posuisse veteres testatur Festus. [Ubi V. Dacer. Forte Supinum exolevit. & Cano intelligit.

CANTATIO. ónis. f. ut, Animus permulcere cantationibus. Apul. 2. Met. p. 125. Plaut. Stich. 5. 5. 19.

Lepidam & suavem cantationem aliquam occipito cinadecam.

CANTATUS. f. m. Alcimus Avitus 5. 157.

Ranarum fides textus cantatibus urbes.

CANTATOR. óris. m. [αναπονερός, ἀρδεύς, ψάλτης] Qui confuevit canere, & crebro cantus exercere. Martial. lib. 13. 77.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,

Cantator cynus funeris ipse fui.

Cantatorem, sine adjecto, appellat Mauricius de Milit. Rom. ut Turnebus 24. 16. referit. Qui exercitum hortatur, & animat oratione milites ad fortiter dimicandum ante pugnam, velut ad eorum aures canens.

CANTATRIX. icis. f. & Adj. ut, Avis cantatrix. Varro 3. de R. R. 5. Chorea cantatrices. Claud. Bell. Gildon. 448.

Item ex Incantanti significatio: ut, Anicula cantatrix, i. e. Saga. Apul. 2. Met. p. 123. Anus cantatrices. Idem p. 128.

CANTAMEN. inis. n. [ἔπειδην] pro Incantatione dicitur. Propert. 4. 4. 51.

O utinam magicas nossem cantamina Mufe.

Nativa cantamina artis magicae. Apul. 2. Met. p. 114.

CANTABUNDIS. e. Vulg. Interpr. PG. 118. 54.

CANTABUNDUS. a. um. ut, Gallus cantabundus. Gell. 9. 13. conf. Petron. cap. 62.

CANTITO. [περιπέτερος] āre. frequent. a Canto frequent. Ter. Adel. 4. 7. 32. Facturum credo, ut habeas quicunq; cantantes. Cic. de Clar. Orat. 74. Utinam extarent illa carmina, quæ multis fasciis ante suam atarem in epulis esse cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato. Suet. Neron. cap. 39. Quod Naupili malia bene cantaret, sua bona male disponeret.

CANTILLO. āre. Submisse canere. ut, Clamore ludunt, strepitu canillant. Apul. 4. Met. p. 146. Orpheus in solitudine cantillavit. Idem Flolid. 3. p. 358.

CANTURIO. īre. Fefus in Dagnades. V. D A C N A D E S.

Belle canturie. Petron. cap. 64.

CANOBITA. [κανοβίτης] Nomen gentile ductum a Canobo, quam Caputnupi ali, Stephanus de urbibus Canobosam vocat, si non fallunt exemplaria.

Litora Canobita. Catull. 64. 58.

CANOBUS. Navis Menelai gubernator, quo tempore Menelaus ipse in Ēgyptum perirexit: de quo infra in dictione CANOPUS.

CĀNON. ónis. m. [κάνων, κανών] Latine Regula dicitur. Cic. 16. Fam. 17. Sed heus tu, qui canon esse meorum scriptorium soles, unde illud tam ἄνεγος, valetudini fideliter inferiendum? Plin. lib. 34. cap. 8. de Polycleto. Fecit & quem canona artifices vocant, lineaamenta artis ex eo potentes, velut a lega quadam. Budaeus interpretatur *Un paragon, un chef d'œuvre.*

Canon etiam significat Lorum scuti in quod brachium immittitur.

Canon, in re nummaria quid sit, docet Asconius in 4. Ver. 5. Omne genus, inquit, penitentias in hoc capite positum est, canonis, oblationis, inductionis. Dicit autem Cic. Quando illa frumentum, quod deberet non ad diem dedit? quando id quod opus esse putaret, non ultra pollicita est? quando id quod imperaverit, reculavit? Hodie Canon, quod Domaniū dicuntur: ut portoria, vēctigalia, & bujusmodi. Oblatio, quæ Auxilia nunc dicimus: ut octavae vini heminatim dividenti, & viciniam ejus quod cuppatum culicatumque venit, reliquarumque mercurio quæ a solidaris negotiatoribus venduntur, quos gloriarios appellant: quæque a minutariis & venditoribus, qui & propolas dicuntur, hoc est non sua vendentes, sed a negotiatoribus emptata, pluris postea vendentes. Indictio est quam Taleam vocamus; antiqui collationem vocabant. Cicero etiam Collectam dicit. Graci ἐπονομαζουσιν αποllant, & οὐδὲν αὐτοῖς. Hodie igitur coactores, id est receptores canarios, oblationes, inductiones, fiscarios, & ararios, aliquis nominibus appellare licet, Latine loquenteribus. Hac Bud. ad Pand. p. 114. Episcop. V. & Suiceri Thesaurum in hac dictione extr.

Certum quoque Modum numerumque frumenti, quo opus esset ad alienam urbem aliquam per annum uüm, Canonem, dictum; & ita Canonem urbis Romæ, apud JCTos inveniri. Lipsius Elect. 1. 8. extr. observat. V. Cod. tit. de Canone frumentario Urbis Romæ.

Canon etiam videtur dicti Dementium diurnum servorum, five Cibus in unum diem, h. e. Diarium, ut alias appellatur. Salvian. 4. de Gab. Dei, p. 67. Servi si fures sunt, ad sursum forsan egestate coguntur: quia etiam si ei stipendiis uisitate praetantur, confutidine hæc magis, quam sufficiente satiscant: & ita implent canonem, quod non expletat satietatem.

Canon Theologis dicitur Verbum Dei, tanquam Norma fidei & morum. Item Decretorum synodalium capita. V. Suiceri Thesauri.

Dicitur etiam Quodvis ecclesiastice & philosophice præceptum, ideo propositum, ut secundum illud statuatur & agatur.

De uero huic vocis V. G. Ziegler. diff. de Orig. & Increment. Jur. Canon. p. 1. & 2. Add. Suicer. d. l.

CANONICUS. a. um. Adj. [κανονικός] Regularis dicitur. ut, Ratio mathematicorum canonica. Vitruv. 5. 3. Sed ratio canonica fallit. Plin. 2. 17. Canonici vocantur Musices studiosi, qui primas in judicando partes, longeque ratis maxime rationi ascribunt. ex Cal. Rhodig. 5. 11.

Canonica, a Gracis nuncupata est altera Geometria pars, ut Varro prodidit, quæ vocum longitudines & altitudines mensu distinguit certo: Longior autem mensura rhythmus vocatur, id est modulus, vel numerus, & pedum ordo: Altior autem, μετρός, id est cantus modulatus, nam μετρός, id est mensura seu dimensionis, syllabulum excutit mensum, & canonica portio est. Hæc Cal. Antiq. Lect. 1. c. & lib. 15. cap. 14. ex Gell. 16. 18. q. V.

Ex notione Canonis frumentarii, Canonicum, est, Quod ad annuum illam penitentiam pertinet. ut,

Indictio canonica, I. 4. Cod. de prox. fact. scrib. Penitentias canonicae, I. 2. Cod. de luer. advocatori.

In Ecclesia Canonici dicuntur Clerici, quod in canone Ecclesiae, five ca-

Vol. I.

talogo erant adscripti. V. Salmas. de Cæsarie & Cœma p. 432. Ille Concanonicus, de quo s. l.

Libri facie scripture canonice Theologis sunt, Qui canonem constituunt, h. e. Agendorum & credendorum normam: unde & Normales a quibusdam dicuntur.

Scriptura canonica. Fulgent, contra Arianos p. 72.

Ilatio canonica, cuius meminere Imp. Honорius & Theodos. in l. placent. C. de facrofanci eccl. est Ordinarium munus, quod habet certam prælationem lege impositam, ad cuius solutionem etiam ecclæ tenuerit. De his omnibus V. Suicer. l. c.

CANONICATUS. appellatur Titulus regularis sacerdotii in ecclesia, unde de Canonici dicuntur: & differta Præbenda, que redditus habet annos ex tali titulo. Itaque qui utrumque habet, is Canonicus Præbendarius dicitur, 70. distin. cap. Sanctorum canonum.

CANONICARIUS. orum. JCis sunt. Qui principis nomine ac mandato canonem exigebant, Leg. 9. Cod. de exact. tribut.

CANONIUM. i. n. Locus est, si Rhodionem credimus, sacræ viris & canonicæ viventibus destinatus. In navibus etiam, quæ cataphractæ vocantur, & catastromata habent, id est pavimenta superiora, vel tabulata, lignis quibus tabule incumbunt, canonia nuncupantur, ut ait idem Cal. lib. 5. cap. 11.

CANONISATI. ónis. f. Vox barba, quæ Receptionem in numerum sanctorum exprimit.

CANOPICUS, CANOPITANUS. V. post CANOPUS.

CANOR, CANORUS. V. CANO.

CANOPUS. Deus cultus ab Ægyptiis, cuius originem Suidas & Rufin. lib. 11. Ecclesiastice historie commemorantur. Ferunt enim Chaldaeos per varias orbis regiones ignem suum circumferre solitos, & cum omnium nationum deis contendere, ut qui deus vicisset, ab omnibus crederetur. Quare quem dei, qui ex ære, auro, argento, ligno, vel alia quavis materia confabat, igne omnino absurserentur, Chaldaeorum locis omnibus prestatbat. Hæc quum Canopi sacerdos audisset, quiddam contra ignem calidum excoxitavit. Solebant in Ægypto fictilia vase quædam fieri, quæ hydria vulgo appellantur, minimis quibusdam foraminibus pertusæ, quibus turbida limpidissima & defecatissima effluit. Harum ille unam cara foraminibus obturatis cepit, variis coloribus undique depictam, aqua repletam, ac ut deum statut: & excidens veteris simulacri caput, quod Canopi sacerdos cerebatur, imponens diligenter simulacrum aptavit. Adsum post hec Chaldaei: itur in confitum, circa hydras ignis accendit, cera dissolvitur, qua foramina erant obturata: difflente aqua ignis extinxetus est. Atque igitur sacerdotis Canopus deus vicit Chaldaeorum evasit, & ex eo deus cultus est. V. plura apud Rufinum.

CANOPUS, five CANOPIS. i. m. [κανόπης] Parva insula est mediterranei mari, Nili offio, quod Canopicum vocant, obvia. Menelai gubernator Canobus illi forte moriens nomen insule, illa offio dedit. Hæc Pomponius Mela. Canopi porro his verbis meminit Tacit. 2. Ann. 60. Condiderat (inquit) id Spartani ob sepulcum illic rectorum navis Canobum, qua tempestate Menelaus Græciam petens, diversum ad mare terraque Libyam delatus. Noti sunt Menelai poli Helenam raptam, ad Syrum litus errores, ex Homer. Proinde quum a Canobo dicta sit, ideo B littera scriptum aliquando vocabulum, teste Quintiliano lib. 1. cap. 9. Amyclaus Canopus. Sil. 11. 433. V. ibi Drakenb. Famosus Canopus. Juven. 15. Sat. 46.

— sed luxuria quantum ipse notavi

Barbara famosa non cedit turba Canopo.

Pellaei Canopi gens fortunata. Virg. 4. Georg. 287.

Ex abundantia illius fertilissimæ regionis lacivia & voluptatis studia sine modo vigebant: quæ de causa Pacatas Theodosi panei cap. 33. Mollem Canopum, & Lacivæ Canopi oram, Status 2. 111. dixit. Et item Canopus, Sideris nomen, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22. in descriptione Taprobana insule.

CANOPICUS, & CANOPICUS. a, um. ut, Ostium Nili Canopicum, Plin. 5. 10.

CANOPICUM. i. n. Zeugitanæ regionis quæ proprie Africa & Minor Afrika Plinio dicitur, oppidum est, endem auctore lib. 5. cap. 4.

CANOPITANUM. i. n. Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, five Africæ minoris Plin. lib. 5. cap. 4.

CANOPITANUS. a, um. Adj. Solinus cap. 44. Quod ab Atlante ad usque Canopitanum ostium panditur.

CANTABRA. a. f. Fluvius in Indum erumpens, cum tribus aliis quos secum trahit fluvius. Plin. lib. 6. cap. 20.

CANTABRI, bři, m. [κανταρίς] Cantabri, Populus in Hispania Tarraconenis ad Oceanum, ut docet Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hodie Piscani. Ex Plinio lib. 4. cap. 20. finitimihi qui tractum trans Duriam servant. Hi ab Augusto fuerunt subacti, ut docet Strabo lib. 3. Et Suet. in Via Augufti, cap. 20. & 21. ante Augustum nemo eos subegret: quod videtur innue re Hor. 2. Carm. 6. 2.

Cantabrum indoctum juga ferre nostra. conf. Sil. lib. 3. & 5.

Belluccius Cantaber. Hor. 2. Carm. 11. 1.

Stoici Cantaber. Juven. 15. Sat. 108.

CANTABRICUS, a, um. [κανταρίς] Adj. ut, Bellum Cantabricum. Hor. 1. Epiph. 18. 55.

Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti.

CANTABRICA, a. f. [κανταρίζειν] Herba est ubique nascentis, caule junceo pedali, in quo sunt floculi oblongi, velut calathi: in his semen per quam minutum. Dicta autem est Cantabrica, quod per Augusti temporis reperta fit a Cantabris in Hispania. Ex Plin. lib. 25. cap. 8.

CANTABRUM. i. Arnobius, [vel potius Minucius Felix cap. 29. 7. cuius Octavianus olim pro gyro Arnobii adverlus gentes venditabatur.] Nam & signa ipsa, & cantabria, & vexilla cantabrum quid aliud quam inauratae crucis sunt & ornatae? Sed quæ Cantabria sint non ita dictu promptum est: Videntur esse Cantabria, quæ Tertullianus Labara vocavit. Ego, si capitalis ista forte audacia nemini esse videatur, unius literule immutatio lubenter. Cantabria legerim. Nam ut a Candela, Candabrum: sic a Conto, Cantabrum diceretur non inepte: amplius tamen pronuntiabitur, & non liquere nobis dicimus: vocabula ita rara difficiles habent explicatus. Imo vero legendum affirmabimus, Signa ipsa atque labara: Cantabrum autem est, Apicio 7. & Cælio, Acut. 3. 3. & Chron.

3. 4. Furfur. verba sunt Turnebi 15. 16. [Cujus opinioni codicum confessus repugnat. V. Tertull. Apolog. cap. 16. & ad Nat. lib. 1. cap. 12. extr. Hinc

CANTABRARI¹. 2. cod. Thiod. de Collegiat. ubi Signiferis junguntur.

CANTATOR, CANTATRIX, CANTATIO, IN CANO.

CANTERIUS, V. CANTHERIUS.

CANTHARIAS, æ. m. Gemme species, quæ scarabeorum effigiem habet: quippe Graci κανθάριος, vocant scarabeos. Plin. lib. 37. cap. 11.

CANTHARIS, id: vel CANTHARIDA, æ. [κανθάριδη] Vermis, vel musca potius viridis, in fumigate ramorum fraxini & olive nascens: cuius succus in venas ingreffus, ut venenum intermit: & humano corpori applicatus, veficas plenas humore facit. Ovid. in Ibin. 308.

Cantharidus succos dante parente bibas. Plin. lib. 29. cap. 4. In cantharidibus magna quisio: quoniam ipsa venena sunt poterū veficas cum cruciati precipuo.

Cantharides, pro Venenata potionē. Cic. 9. Fam. 21. Caius accusante L. Crafo cantharidas sumpliſe dicuntur.

CANTHARITES, æ. Vini transmarini genus. Plin. lib. 14. cap. 7.

CANTHARUS, i. n. [κανθάρος] Promontorium est in Samo insula, stadiis octoginta a Dracano lacate inſula promontorio distans, qui trajectus minimus est freti interjecti. Auct. Strab. lib. 14.

CANTHAROLETHROS, i. n. [κανθαρολέθρος] Locus Thracie exiguis, a Canthari exiit dictus, quod ibi ex omnī animali genere solus necessit̄ cantharus. V. Plin. 11. 28.

CANTHARUS, i. m. [κανθάρος] Poculum, quo usus est Liber pater. Plin. lib. 33. cap. 11. C. Marius post victoriam Cimbriam cantharis potafæ, Liber patris exemplo, tradidit. Macrob. 5. Saturn. cap. 21. Scyphus Herculis poculum est, ita ut Liberi patris cantharus.

Parvulus cantharus. Juven. 3. Sat. 205.

Plenis cantharis bibere. In Plant. Pers. 5. 2. 40. [Eius figuram exhibent tabula anaglyptica, in quibus Orgia Bacchi expressa sunt apud Bellor, unde liquet proumisse vel utrinque, vel ex una duxata pars anfostos cantharos fieri solitos. V. Tab. 52. 54. & 56. Admir. Quo miror magis in dubium rem vocare Cl. Drakenborch. ad Sil. 7. 196.

Cantharus, Aquæ conceptibulum iudicis formis elaboratum, per quas aqua salit. Paul. in l. Cetera. D. de legat. 1. Sed & automataria, & canthari per quos aquæ faliunt, poterunt legari: maxime si impositiū sint. Alciatus Parerg. lib. 1. cap. 20. Dubium est, quid hoc loco sibi velint canthari: nisi accipias pro vasis aquarium, quibus epitomia, id est (ut vulgo vocamus) spinae adduntur, unde aqua exit, ideoque Salientes dicti Latinis austoribus. [Ornamentum fuit ad Canthari similitudinem effictum, ut appareat ex paf. Aufoni Centoni præmissa.

Marculus, i. e. Malloclus pultandis foribus adpensus hoc etiam nomine indigitatur. V. Plaut. Men. 1. 2. 64. [Sic quidem in Thef. Lips. unde hæc petita sunt. Sed inspecto Plauti loco apparebit Cantharus vi-narium intelligi. V. ad loc. not. Salmæ.

Cantharus, Calceum signum in Aquario, ex tribus constans stellis.

Cantharus Scarabeus ex generationis ratione nomen irvenit. Canthona Graci asinus vocant, id est κανθάριον: Oron autem femen, & quidem scarabei proprie. Sic vero progigni animal tradunt, quod nec tacuit Arifoteles. Ubi cantharus asini remittenta seu stercora, quæ onidas nuncupant, & orbiculari fere vilutina figura, offendit, inflit: ac pedibus provolvens, interim genitalem urinam effundit. unde enasfiter vermiculus qui nox fit cantharus. Cæl. lib. 8. cap. 5.

Cantharus pilulari, subaudi Volvit, vel Exerceit. Adagium est in eos qui castigati sapienti, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arrupiunt, pertinacis sovent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prourum arte visceris. Ductum adagium a Pilularum, id est orbicularium stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cæl. lib. 8. cap. 5.

Cantharus. Nodus sub lingua Apis bovis, quem Ægyptii colebant numeris vice. Plin. lib. 8. cap. 46. De hoc cantharo vide Cæl. lib. 8. cap. 5.

Cantharus pro Navigio, ut ex Menandro probat Macrob. 5. Saturn. cap. 21. Cantharus, Genus pifcīs. Plin. lib. 32. cap. 11. Columel. lib. 8. cap. 17. extr. Nam & alecula modo capta, & cantharus, exiguae gobio, &c. Sed alii hic Cammarus exhibit. V. ad Plin. Hard.

Zenodus ait, Athenis Cauponem fuisse, nomine Cantharum, quem ob imposturas & maleficia capitum afficerint supplicio. Proinde vulgo receptum, ut in verituſis ac impostoribus diceretur, Cantharo astutior. V. Erafm. Adag. de Cantharo statuorio. V. Plin. 34. 8.

Cantharus, i. m. Poeta comicus Atheniensis, cujus seruntur fabule nonnullas posuisse a Suidâ.

CANTHARULUS, i. m. [κανθαρίου] dimin. i. e. Parvus cantharus, Bacchi insignis apud Arnob. lib. 6. sub fin.

CANTHRIUS, i. m. [κανθαρίου] Gr. H. St.] Equus castratus. Canthrius hoc dicit ab Equo, quod malialis a verre, capus a gallo, vervey ab ariete. Est enim Cantherius, Equus cui tefliculi amputantur. Festus. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Propero quod discrimen maxime intitutum ut caſtrent equi. Demptis equi tefliculis sunt quætores: & ideo quod feminine parent, ii cantherii appellati, ut in subibus malialis, in gallis galinaceis capi. Cic. 9. Fam. 18. Et apud Sen. Epist. 87. Cantherio vehebat, & hippocratis quidem impositis, ut secum utilia portaret. Cantherii coſtas. Vide verſum Luciliuſ in MANTICA. Sic Virgil.

Sæpe oleo tardi colas agitator afelli,

Vilibus aut onerat pomis. H. St.

Cantherius in foſta. Adagium in eum qui læcſit ad pugnam, mox cadi animo, ut cominus congredi non audeat. Ductum adagium a cantheris equis, qui quum defecti tefliculi & exēta fint illis genitalia, languidores & degeneres sunt, quod feminine careant. Vide Erafm. in Chiladi. & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 15. V. Liv. 23. 47. & Gronov. ad loc.

Cantherius vel Canterius [κανθαρίου] Genus iugi in vinea. Columel. lib. 4. cap. 12. Iraque aut veteres (ne nova radicem agant) arundines binas singulis vitibus applicinibus: aut si regiōnis conditio permittit, vēta deponimus hastili, quibus annectuntur lingulae transverſe pertice in iam per ordinis: quod genus iugi, cantherium vocant rufiſi. Plin. lib. 17. cap. 21. Simplici iugo conitat prorecto ordine, quem cantherium appellant. Pedamentum Cato vocat.

Cantherii, Tigna. Vitruv. lib. 5. Et cantherii prominentes ad extremam fuggrandionem, supra cantherios templi. Cantherii item dicuntur,

Qui subiiciſi ſolent a fabris materiariis, dum moles arborum fecant. Vul-gus Caballas vocat.

Item Cantherius, ut auctor eft Varro, de R. R. 2. 1. Mons eft in Sabinis. CANTHERIOLUS, i. m. dimin. pro Parvo pedamento. Columel. lib. 11. cap. 3. Deinde quæ fecerint caſtum, humilioribus quæſi cantheriolis interpoſitis rigorem ſtilorum conservato. nam niſi arundines tranſverſas in modum jugata vinea crebras diſpoſueris, thalli ceſparum ventis proſteruentur.

CANTHERINUS, a, um. Adj. ut, Cantherino ritu ſomniare. Plaut. Men. 2. 3. 44. Certe haec mulier cantherino ritu aftans ſomniat. Solent enim equi itantes ſomniare, auctore Plin. lib. 10. cap. ult.

Hordeum cantherinum. Columel. lib. 2. cap. 9. V. HORDEUM.

Lapathum cantherinum, Latinuſ Runicem appellant. Plin. 20. 21.

CANTHERIATUS, a, um. Adj. Quod cantherius ſubnixum eft. Columel. lib. 5. cap. 4. Deinde que pedaminiibus adnixa ſingulis jugis impo-nuntur, eas rufiſi cantheriatas appellant.

CANTHUS, i. m. [κανθός] Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio 1. 77. & 4. 1485. ponitur, itemque ab Orpheo. Apollonus dicit eum in Libya perifile: Flaccus autem noſter in Eæ. Argon. 1. 451. & in 6. plenius.

CANTHUS, i. m. [κανθός] Ferrum quo rote extremitates vincuntur: ſed potius Ligna illa rote extremitas, ex multis partibus curvis compa-cta. Sane Picardi quamlibet illarum partium vocant ανε-γαντε, Franci une-jante. Ad quod facere videtur illud Hieronymi lib. 3. Reg. cap. 7. Tales autem rote erant quales ſolent in curru fieri: & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fuliſa. Quintil. lib. 1. cap. 5. De virtutib. & vitiis orationis, Barbarum pluribus modis applicimus. Unum gente: quale fit, fi quis Afrum vel Hispanum Latinæ orationi no-men inerat: ut Ferrum quo rote vincuntur, dico ſoleat Canthus: quamquam eo tanquam recepto utitur Perfus. V. Burm. p. 52. Badius interpretatur in commentariis Persii Canthum, Rota circumferentiam. Pers. 5. Sat. 71.

— quamvis temone ſub uno

Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum.

Canthus, i. m. oculi vocat Galenus lib. de Uſu partium, quos Angu-los dicimus: ſicut autem maiorem & minorem canthum.

CANTICUM, CANTILENA, CANTILLO, CANTIO. In CANO. CANTIBES, [καντοῖς] Urbs Germania Ptolemaeo: hodie vulgo An-berg.

CANTITO, CANTIUNCULA, CANTURIO. V. CANO.

CANTUM, i. n. [Κάντη] Britanniæ promontorium & ipsa regio Cæſari Bell. Gall. 5. 13. & 14. Cantia, Regio Bedæ. vulgo Kent: ubi civitas Cantuaria, vulgo Canterbury.

CANTO, CANTOR, CANTUS. V. CANO.

CANUCHA, æ. f. Fluvius eft navigabilis, in Gangem influens, ut ſcri-ſit Plin. lib. 6. cap. 18.

CANULBIUS, Nom. gent. Rom. Ex qua C. Canulejus Tribunus plebis quia u. c. 310. rogationes duas tulit, Ut connubia plebis cum patribus eſſent communia, & ut alter Conful de plebe crearetur. Orationem ejus adverſus Confules vide apud Livium lib. 4. pr.

CANUM, i. n. inter ſimplicia medicamina refertur a Galeno, his verbis, Canum optimum habetur, quod validissimum eft. Invenitur enim in metallis, in quibus confluunt, & quibusdam litoribus mari. Viros ha-bet, verum acriter ſtrigentes, & quodammodo cauſticas. Haec ille lib. de Simplici. Medicam. [Hoc quid fit nefio.]

CANUS, a, um. [κανος, κανονις] Adj. Coloris nomen quam proxime ex nigro, aut fuſco, aut viridi ad Album accendentis, frequentius de homine dicitur, cui candent five albent capilli praſeneſt. Plaut. Bacc. 5. 1. 15. Cano capite atque alba barba.

Absinthium canum. Ovid. 5. Trift. 13. 21.

Cana prius gelido defiſt absinthia Ponto.

Amator. Tibul. lib. 1. 8. 29.

Anilites cana. Catul. 59. 162.

Barba. Martial. lib. 4. 36.

Cana eft barba tibi, nigra eft coma.

Capilli. Hor. 2. Carm. 11. 15.

Caput. Ovid. 5. Faſt. 57.

Coma. Sen. in Troad. 3.

Crines. Catul. 59.

December. Martial. lib. 1. 50.

At quum December canus, & bruma impotens.

Favilla. Ovid. 8. Met.

Fides. Virg. 1. Æn. 29.

Cana fides, & Vesta. Ubi Servius, Canam fidem dixit, vel quod in canis hominibus invenitur: vel quod ei albo panno involutam ſacrificatur: per quod ostenditur, fidem debere eſſe ſecretam. No-nius autem, Canam fidem, Veterem & antiquam interpretatur.

Fila cana. Ovid. 15. Met. 372.

Queque ſolent canis frondes intexere filis

Agreftes tineat.

Fluctus. Cic. in Arat. 71.

Nec metuant canos minitanti murmure fluctus.

Gelu. Virg. 3. Georg. 442.

— & horrida cano

Bruma gelu.

Laurea. pro Veteri. Ovid. 3. Faſt. 142.

Lupi. Ovid. 7. Met. 550.

Mala. Virg. 2. Ecl. 51.

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.

i. e. Cydonea, Serv.

Mater cana. Martial. lib. 12. 32.

Et cum forore cana mater ingenti.

Montes, Albi ex nive. Virg. 1. Georg. 43.

Nix. Hor. 2. Serm. 5. 41.

Plumæ. Ovid. 2. Met. 373. ſic vocat Plumæ cycni.

Pruina. Virg. 2. Georg. 375.

Frigora nec tantum cana concreta pruina.

Puella cana heret. i. e. Vetula. Propert. 2. 16. 22.

Pulvis. Claud. 1. de Rapt. Proſerpi. 185.

Salicita. Ovid. 5. Met. 590.

Segetes. i. e. Matura. Ovid. 10. Met. 655.

Senectus. Ovid. 14. Epift. 109.

Situ cano obductus color. Plin. lib. 12. cap. 25.

Veritas. Varro Eumenidibus, Et ecce de improviso ad nos accedit cana veritas, Attica philosophice alumna, apud Non. 2. 138.

Vesta. Virg. 9. JEn. 259.

— & canæ penetratæ Vestæ

Obstetor. i. e. Venerabilis, antiquissimæ. Servius.

Villi cani arborum. Plin. lib. 12. cap. 23. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in queru maxime videmus, &c.

Eft & Canus nomen proprium Choraulæ apud Suet. Galba cap. 12.

CANI, orum. m. tantum pl. [αι τοιων] Capilli albi in capitibus senum. Cic. de Senect. 62. Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt.

Honorati cani. Ovid. 8. Met. 9.

Miseri. Pers. 5. Sat. 64.

— petite hinc juvenesque senesque

Finem animo certum, miserisque viatica canis.

Rari. Ovid. 8. Met. 567.

Venerandi piis. Sen. Herc. fur.

CANOSUS, a, um. Idem quod Canus. ut, Mihi eo tempore credita (illa legio) est, quo & me canosum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Vopiscus in Probo cap. 5.

CANUTUS, a, um. Idem. Gloss. Gr. Lat. πολιος, canus, canutus. [An Canulus dimin. forma?]

CANASTER, tri. m. Canescens. Gloss. Gr. Lat. μεγοπλιος, canaster.

CANEO, ui, [ποιηματικη] ère. Canum esse: ut Canent Gramina h. e. Al- bescunt morte rora aspera. Virg. 3. Georg. 325.

Luciferi primo cum fidere frigida rura

Carpamus, dum manc novum, dum gramina canent.

Barba canet gelu. Sil. lib. 1. 205.

Senectus. Virg. 5. JEn. 416.

— genula necundum

Temporibus geminis canebat sparsa senectus.

Verbo Canere in tercia flexione ulus est fpt. prop. 2. 14. 7.

Quod si jam canis atas mea caneret annis.

Quod retinet etiam ac tuctur cum Scaliger Broeckhusi. al. Caneat.

CANENS, [ποιηματικη] Partic. Valer. 6. Argon. 122.

Neurus, & expertes canentis laizes ævi.

Gelu canens. Ovid. 5. Trist. 2. 66.

Glebaque canenti semper obvita gelu.

Lilia. Ovid. 12. Met. 411. Al. Canentia, probe.

Nemora Æthiopum molli canentia lana. Virg. 2. Georg. 120.

Oliva. Ovid. 6. Met. 81.

Edere cum bacis factum canentis oliva.

Pruina. Sil. lib. 3. 33.

Salicta. Virg. 2. Georg. 13.

— & glauca canentia fronde salicta.

Locum falcum pro

Ipsis arboribus posuit. beata autem ait Glaucia & canentia: nam falkix ab una parte alba est, ab altera viridis. Servius.

Senecta. Virg. 10. JEn. 191.

Canentem molli pluma duxisse senectam.

CANESCO, [ποιηματικη] ère. Canum fieri, & Senescere, ac Deforescere. Ovid. 9. Met. 421.

— queritur canescere mitis

Jäfiona Ceres.

Ætas canescit. Claud. de Bell. Get. 35.

Totaque sub galeis Majoria canuit ætas.

Capillus canescit. Suet. Galb. 8. Capillus repente toto capite canesceret.

Flos. Plin. lib. 20. cap. 2.

Herba. Ovid. 3. Faft. 880.

Canerunt herbae rora recente quater.

Oratio. Transl. Cic. de Clar. Orat. 8. Quumque ipsa oratio jam nostra canesceret, habebatque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.

Pabula canescunt. Ovid. 2. Met. 212.

Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor.

Quercus canescit. Cic. 1. de Legib. 2. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicitur: eaque ut ait Scævola de fratriis mei Mario,

Canescit seculis innumerabilibus.

Tecta canescunt fulu. Ovid. 1. Amor. 8. 52.

CANITES, ei, f. [πολιος, πολια] Color ipse hominis cani, vel etiam ipsa senectus. Plin. lib. 11. cap. 37. Canities homini tantum & equis.

Inquinis ægi canities. Juven. 10. Sat. 209. i. e. Senium libidinolum.

Alba. Ovid. 10. Met. 419.

Arida. Hor. 2. Carm. 11. 8.

— arida

Pellente lascivos amores

Canities, facilemque formum. i. e. Sicca: hoc est aut nihil in se impendente per nimiam parfumoniam, ut sunt fenes, aut Arida, Minus juvenc calens. Acron. Aut quia ea ætate succus exhausturit, & perilius reficit, & contrahitur in rugas. Badius.

Feltina. Claud. de Nupt. Honor. 325.

Hirta. Ovid. 10. Met. 425.

Impexa. Stat. 3. Theb. 138.

Canitem impexam dira tellure volutans.

Inculta. Virg. 6. JEn. 300.

— cui plurima mento

Canities inculta jacet.

Morosa. Hor. 1. Carm. 9. 17.

Donec virent canities abest Morosa. i. e. Senectus.

Propexa. Stat. 2. Theb. 97.

Puicra canities. Suet. Galb. cap. 30. Nam & prolixo nec exili, corpore erat: & specie canitieque pulcra, opinis cervicibus.

Reverenda. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 24.

Severa. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 50.

Deformare canitatem. Virg. 10. JEn. 844.

Canitem immundo deformat pulvere.

Inficere. Ovid. 3. de Arte Am. 161.

Femina canitem Germanis inficit herbis.

i. e. Capillos canos

tingit.

Ponere. Ovid. 7. Met. 289.

Canite posita nigrum rapuere colorem.

i. e. Deposita.

CANITUDO, iinis. f. [πολιος] Idem Plaut. Frag. 2. 7. Stultus est adverbus atatem & capitio canitudinem. Varro Aborigine, Sed neque vetulus canthieris, quam novellus melior, nec canitudini comes virtus. Ex Festo & Nonio.

CANUS, i. n. [κανυση] Urbs est Apulia maxima, quam præterfluit Aufidus annis. Plin. lib. 3. cap. 11. quondam a Diomede condita, ut habeat Strabo lib. 6. Cui convenit Hor. 1. Serm. 5. 92. ubi de pane Canino loquitur.

Nam Canus lapidofus, aquæ non ditior urna,

Qui locus a forti Diomede est conditus olim. Canus, pro Canusi. In hoc oppido lana laudatissima fiebat, quæ Canusina dicitur, cuius color est rutilus.

Canusina fusca meminit Martial. lib. 14. 127.

Hac tibi, turbato Canusina scilicet multo,

Minus erit: gaude, nam cito fiet anus. [ubi Vestis, non

lane nomen est, verum ex lana Canusina, unde & Canusinati dicuntur. CANUSINUS, a, um. [κανυση, κανυση] Adj. Incola Canusii.

Bilingues vocat Canusios Horatius, quod utramque nolent lingua, & Latinam & Greacam. Fuit enim futum Canusium ea parte Italia: quæ ab antiquis magna Graeca dicta fuit. Hor. 1. Serm. 10. 30.

— patriis intermixta petita

Verba foris malis, Canusius more bilinguis. Videtur autem non tam significare voluisse duarum linguarum doctos suffic illos, quam unius, sed militæ ex duabus, sic ut nec Latinam nec Græcam posse dicere, quod vitio magis, quam dulcius dicendum est.

CANUSIUS, i. m. [κανυση] Canusina vesta induitus. Martial. 9. 23.

Ut Canusinus nostro Syrus astre fudet.

Et Suet. Neron. 30.

Mulionibus Canusinatis, armillata & phalerata cum Mazacum turba, atque curforum. V. CANUSUM.

C A P

CAPANE, es. [καπανη] Currus est sic Theſſalîs dictus, & virga item in curru eodem nomine. Hinc Capanea Minerva, cuius simulacrum videbatur in gymnasio Cyllabate apud Argos, de Stheneli filio sic nuncupato, ut auctor est Paſanias. Meminit Cælius Antiq. Lect. lib. 9. cap. 22.

CAPANEUS, i. m. trium syllabarum, [καπανεος] Maritus Evadnes, unus & septem duibus qui Thebas obfederunt, ut auctor est Stat. lib. 3. Theb. superbus atque deorum contemptor. Is a Jove, fulmine percussus in bello Thebanæ fabulis dicitur, quoniam quum scalis admotis Thebanos muros vellet confondere, iactu lapidum oppressus est. Veget. lib. 4. de Re Milit. cap. 21. Qui scalis (inquit) nituntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, a quo primi scalarum oppugnatio peribuerit inventa: qui tanta vi occisus est a Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur. V. Ovid. 4. Trist. 3. 63. & Plin. 35. 11.

CAPANEUS, a, um. Adj. [καπανεος] ut Capanea pinus, apud Stat. 8. Theb. 661.

— Capaneus pinus

Jam procul Anonis volet agnoscenda catervis.

Pectora Capanea. Stat. 12. Theb. 764.

CAPANEUS, a, um. [καπανεος] aliud Adj. ut Capanea conjux apud Stat. 12. Theb. 545.

— aula ante alias Capanea conjux, &c. Euadne.

CAPARA, [καπαρα Ptolemao] alio nomine CAPERA, Hispania Lusitanæ urbs. Vulgo Capara.

CAPARANIA, a, f. Virgo fuit quædam Vestalis, quæ incepsa damnata, moxque viva defodienda, suspedio supplicium prævenit. Auct. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12. [Inmo Capparonia. V. Comment.

CAPASTIS, inter Ægypti præfecturas, quas Nomos vocant, numeratur a Plin. lib. 5. cap. 9. Cabastites ex Mif. Hard. q. V.

CAPAX, V. CAPIO.

CAPEDO, inis. f. Vas erat sacrificiis aptum. Cic. in Parad. 1. 3. Minus gratia diis immortalibus capedines, ac fistiles urnulas fuissæ, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Capedines Turnebus Advers. 20. 20. interpretatur pœnula, Dionysius sequitur qui lib. 2. urnulas εψης appellat, capedines εψης; [an εψης;] Est & Spatum, a Capiendo; unde Intercapedo.

CAPEDUNCULA, a, f. dimin. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus jure Pontificio & more magorum, capedunculis quas Numi nobis reliquit.

CAPELLA, a, f. CAPER.

CAPELLA, a, f. apud Scriptores sequiorum seculorum vocatur Fanum minus, ut oratorium templo majori adjunctum. V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 522. Hinc

CAPELLANUS, i. m. dictus Qui capellam curabat, & a sacris ministrabat. V. Speculum. gloss. Archæol.

CAPENA, a, f. [καπενη, Τερρυνη πολις Steph. H. St.] Oppidum vicinum Roma, iuxta fontem Ægeria. [vel potius Feronie lucum] Hinc

CAPENATRES, [καπενη] Steph. Italie populi, Clusini vicini, auctore Plin. lib. 3. cap. 5.

CAPENAS, atis, m. Fluvius qui Capenam præterlabitur. Sil. lib. 13. 85.

CAPENUS, a, um. Adj. ut, Luci Capeni. Virg. 7. JEn. 697.

Capena Porta Roma, a Capena urbe, quam Italus tex adscivit. Haec etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur. Juven. 3. Sat. 11.

Substituit ad veteres arcus, madidamque Capenam. [Nuge sunt de Italo rege, forsan ex Serv. ad JEn. 7. 697. non intellecto.]

Ad portam Capenam est aqua Mercurio sacra, qua varia fievant ablutiones ad expianda peccata, ea etiam lauro spargebantur omnia quæ dominos novos essent habitura. V. Ovid. 5. Fast. 693.

CAPER, [καπερ] Strab. lib. 12. Fluvius est qui Laodicæam Caria urbem cum Lyco & Afoso alluit. V. Plin. 5. 29. pr.

Caper, Pisces genus, in Acheloo amne nascens, & grunniens more porcorum. Plin. lib. 12. cap. 51. Quem Aprum Latine rectius diceret, id enim Graeci vox declarat. V. Hard.

CAPER, pri. m. [καπερ] Mas caprarium cafratus. Martial. lib. 3. 25.

Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.

Vir gregis ipse caper.

Albus caper. Hor. 3. Carm. 8. 6.

Bicornis. Ovid. 15. Met. 305.

Libidinosus. Hor. Epod. 10. 23.

Setiger. Sil. lib. 3.

Cæditur caper Baccho. Virg. 2. Georg. 380.
Non iam ob culpani Baccho caper omnibus aris
Cæditur.

Caper etiam dicitur Fector alarum, qui ex sudore ibi collecto inde nascitur, quod illa corporis pars vento spirituque agitari haud queat, ut Ari-rotelæ docet. Catull. 70. 5.

Lædit te quedam mala fabula, qua tibi fertur

Valle sub alarum trux habitate caper. V. Dict. seq.

De Caprini generis animalibus in nummis V. Spanheim. de Uso & Præst. Num. diff. 4. p. 199. seqq.

CAPRA, æ. f. [κάρπα] a Carpensis virgultis, auctore Nonio. Varro de L. 4. p. 25. ed. tert. Steph. Capra, carpa: a quo scriptum, Omnicarpa capra. Varro de R. R. cap. 3. Studiœ enim de agrestibus fruticibus præfuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt: itaque a carpendo capra nominata.

Capra dicta, quod omne virgultum carpant, sive a crepitu crurum, unde & Crepas eas præfici dixerunt. Auctor Festus. Plin. lib. 8. cap. 50.

Capra parvunt & quaternos.

Sufficere capris arbusta. Virg. 3. Georg. 300.

Fera capra, pro Capreis. Virg. 4. Æn. 152.

Eccœ fera laxi dejecta verroce caprae.

Olida capra. Hor. 1. Epist. 5. 29.

Sed nimis arcta premunt olim convivia caprae. Intelligitur hoc loco de Factore qui sub aliis excitatur arcta nimis discumbentium. Hunc & Caprum, & Hircum appellare conseruerunt poetae. V. dict. præced.

Capra, si Suidæ credimus, facete olim dicta est Meretrix quadam Nanium nomine, quod Thallæ cujusdam caponiam faciens bona de-glutislet, tanquam germina hædis obijici foliis in partum, qua Thallos Græci vocant. Meminit Apollodorus in tractatu de Scortis. ex Cæl. lib. 8. cap. 8. V. Suid. in Næne.

Capra, Signum cælestis, quod & Capella. Columel. lib. 11. cap. 2. x Calend. Januariorum Capra occidit mane, tempore patet significat.

Capra fidus in fanum. Hor. 3. Carm. 7. 6. Hædos videtur significare, quorum ortus & occasus concitat tempestates, de quibus Virg. 1. Georg. 205.

Hædorumque dies servandi. Ubi Servius, Aurige signum est haud longa a Septentrione, cuius pedem cum cornu Tauri una stella conjungit. Hic in manu sinistra fert Hædos, in humeris Capram, quæ alijs dicitur Jovem. Oriuntur cum Scorpio mensæ Octobri. Ex Servio in illud Virg. 9. Æn. 668.

Quantus ab occaui veniens pluvialibus Hædis.

Capram cælestem orientem confpicere. Proverb. est dici solitum de iis, quibus omnino profere succederent. V. Erafni. Chiladi. 3. 10. 76. Est & Capra, Meteori igniti nomen; de cuius appellationis ratione fibi non liquere, Seneca Quæst. Nat. 1. 1. ait, Quidam hanc tradunt, quod quadam quasi barbulas in morem caprarum pendentes habeant.

Capram & in Hirufos suis convicium Suet. videtur significare in Calig. cap. 50. V. CAPILLA.

CAPRAGO, CAPRALIA, CAPRARIUS, CAPRASIA, CAPREA, CAPREOLUS &c. V. post. dict. seq.

CAPPELLA, æ. f. [καπέλλα] dimin. Columel. lib. 7. cap. 6. Annicula vel bimaculæ capellæ (nam utraque ætas partum edit) submittit hædum non opertor. Virg. 3. Ecl. 96.

Tityre, paescentes a flumine reice capellas.

Fœtus capellæ. Tibull. lib. 1. 1. 31.

Pecus felix capellæ. Virg. 1. Ecl. 75.

Amantes faxa. Ovid. 16. Epist. 55.

Diftensa lacte. Virg. 7. Ecl. 3.

Graciles gramen capspare. Ovid. 1. Met. 299.

CARYSTIUS, a. um. [Καρυστίνος] aliud Adj. ut, Vinum Carystium apud Strab. lib. 10.

Vitem quatuor columellæ Carystia subeunt. i. e. Marmoris Carystii. Plin. lib. 5. Epist. 6. V. ibi Cellar.

C A S

CASA, æ. f. [Κανέναι, σένη, σωνή] a Cavatione dicta, auctore Festo: quod antiqui casavatas rupes inhabitarent. Alii a facile cadendo dictam volunt: quod a Cado fiat Caso casas frequentatim. q. V. Varro 2. de R. R. cap. 10. Qui autem sunt in saltibus, & silvestribus locis paciunt, & non villa, sed casas repentinis imbris vitant. Virg. 2. Eccl. 19. Humiles casas appellat Tuguria. Cic. 5. Tusc. 97. Nec euriens Ptolemaeus ederat: cui quin perigranti Ægyptum, comitibus non consecutus, cibarius in casa panis datum esset, nihil vixit est illi pane jucundius.

Tectum pallorale case. Stat. 12. Theb. 268.

Ambitiosa casa. Martial. lib. 12. 67.

Angusta. Claudi. 1. In Ruff. 203.

Candida, Lintea. Juven. 6. Sat. 153. V. Schol. vet.

Exigua. Ovid. 4. Fast. 525.

Surge, nec exiguë despice tecta casæ.

Prima case, h. e. Primatum. Martial. lib. 9. 60. [Dic]um potius, ut Prima frons de Exposita omnium conspectui parte caseæ, seu tabernæ. Sparse. Ovid. 1. Fast. 502.

Afpicit & sparsas per loca sola casas.

Stramineæ. Ovid. 2. Amor. 9. 18.

Ædificare casas, Puerile. Hor. 2. Setm. 3. 247. V. CASEULA.

Contecta stramine. Ovid. 5. Metr. 447.

Delitescere in parva casa. Ovid. 2. de Arte Am. 240.

Facere casas sine arte. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Jacere casa. Lucret. lib. 6. 1252. pro. In casa.

Integere habitabiles casas. V. INTEGO.

Parare. Lucret. lib. 5. 1009.

Ita fugias, ne præter casam. Ter. Phorm. 5. 2. 3. Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt. Ubi Donatus, Proverbium, Ita fugito, ne præter casam: hoc est, Ne prætercasam tuam, qua tibi sit tutissimum receptaculum. Aut ita fugias, ne præter casam: ubi custodiri magis, & prehendi fut, & mulctari verberibus potest.

Vegetius Tentoria militum Casas dicit 2. 10. Tabernacula, vel casæ militum cum impedimenti omnibus, &c. Et Ovid. 3. Fast. 527.

Sub Jove pars durat, pauc tentoria ponunt,

Sunt, quibus e ramis frondea facta casæ est.

De Casæ notione apud Agrimensores V. Rigaltii Gloss. Agrim.

CASARIA, æ. f. dicitur Mulier que casam custodit. Fetus.

CASARIUS, i. m. Qui in casa rusticæ habitat. Gloss. Lat. Gr. Casarius, κασαρίος. conf. 1. 7. Cod. Theod. de bonis proscript.

CASÜLA, æ. f. [καστούλα] dimin. Plin. lib. 35. cap. 10. Casula Protogenes contentus erat in horculo suo.

Ruficus infans cum casulis. Juven. 9. Sat. 61.

Contentus casulis. Juven. 14. Sat. 179.

Defiderare casulam. Juven. 11. Sat. 153.

Vendere casulas. Petron. cap. 44.

CASÄLIS, e. ut. Vineæ casalis. Innocent. de Cas. p. 221. Absolutæ Casæ dicuntur Terminis casæ, ibid. p. 228. Et Casalia fundum dicuntur constitutæ. p. 225.

CASELLA, æ. arum. f. pl. sunt Granaria in quibus fructus componuntur. i. i. D. de judic. Dicitur quasi Cellula granorum. [Ex Thes. Lips. Sed falsa citatio.

CASELLA, æ. f. dimin. Ennod. 9. 29.

CASALVADÆS, f. pl. [κασαλβάδες] Meretricula sunt olim cognominatae, hoc argumento, quod absentes sibi advento, rejiciant præsentes amatores: feedant vero in domiciliis, & volentibus faciles se præbeat. Meminis hujus vocabuli Aristophanes in Concionatric. 1098. & ex eo Cæl. Rhodig. lib. 14. cap. 8.

CASALVÍUM, i. n. [κασαλβάδιον] Locus erat Athenis intra urbem, ubi proflabant meretriculae, quæ etiam ab hoc loco Casalvades dicebantur. V. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 18.

CASANDRA, æ. f. [Κασανδρα] Insula in Oceano meridionali, contra Perfidem. Plin. lib. 6. cap. 25. Contra Perfidem (inquit) insulæ, Philos, Casandra, Aracia, &c.

CASCA, æ. m. Viri proprium, siuit Bruti armiger. de quo Sil. lib. 7. 648.

Nec damnata manus, medio fed (stibile) mento

Armigeri Casca penetrabilis hæsit arundo. Quædam exemplaria legunt Casæ. [Cognomen fuit gentis Serviliae. V. Fulv. Ursin.

CASCATENSES, ium m. pl. Populi Hispanie citeriori, in conventu Casaraugastano, quo Plinius Latinorum esse veterum ait lib. 3. cap. 3.

CASCUS, a. um. [καστίον] antiquitus dicebatur, quod nos Vetus appellamus. Idque, ut auctor est Varro, lingua Sabinorum, quæ in Ocam usque lingua radices erant, qua Casnar fenex dicitur: equi Ennium, ut Ocam lingua peritum, scripsisse,

Quamorimum casci populi genuere Latini. Cascos Latinos priscos appellat M. Tull. 1. Tusc. 27. Citat autem Varro adagium. Casca cascam ducit, tanquam a Manilio quodam profectum, qui dixerit Non esse mirabile, si cascum casca duxit, quoniam canoras conficiebat nuptias. Videtur esse locus in anum vetulo nuptam, allusumque ad vocem Casci, perinde quasi deducatur a canendo. Refertur ibidem epigramma Papini cuiusdam, quod scripsit in adolescentem nomine Cascam,

Ridiculum est quum te Cascam tua dicit amica.

Opinor adolescentem duxisse velutum, proinde absurdum videri quoties casca, id est vetula, maritum juvenem veluti suo ipsius nomine Cascam vocaret. Dicitur hoc proverbiu quo quoties similis simile delectat, vetulus velutum, deformis deformem, barbarus barbarum, improbus improbum. Haec Erasmus in Chiliad. V. locum ipsum Var. de L. 6. 3. p. 70. ed. tert. Steph. Satis obscurum.

CASCE, Adv. Vetus, Gell. 1. 10. Adolescens casce loquens.

CASEALE, In CASEUS.

CASELIUS, [Καστίον] Vindix, optimus habitus conflitus juris, de cuius eteritoribus dicitur scripsi Tertius Scaurus Adriani temporibus. Hæc Janus Parthusius in illud Horatii de Arte Poet. 371.

— nefici quantum Casellius Aulus,

Sed tametsi in pretio est. [Cuningh. edidit Casellius, quomodo Cic. in Epp. ad Att. & Q. Fratr. Apud A. Gellium vero perpetuo id non modo Casellius scribitur, qui sapienter Grammaticum illum citat.

CASUS, i. m. [καστός] à Coeundo dictus est, ut ait Festus. Virg. 1. Eccl. 5. p. 70. ed. tert. Steph. Satis obscurum.

CASELLIUS, Adv. Vetus, Gell. 1. 10. Adolescentem casce loquens.

CASELLA, In CASEUS.

CASELLUS, [Καστίον] Vindix, optimus habitus conflitus juris, de cuius eteritoribus dicitur scripsi Tertius Scaurus Adriani temporibus. Hæc Janus Parthusius in illud Horatii de Arte Poet. 371.

— nefici quantum Casellius Aulus,

Candidus elxæ miscet casus herbe.

Fistulosis. Columel. lib. 7. cap. 8. Vulgo Oculatum vocamus.

Gallicus casus. Columel. lib. 12. cap. 57.

Glaciatus casus ramulis fici juncundissime sapit. Glaciatus, i. e. Coagulatus. Columel. lib. 7. cap. 3.

Ingratus casus. V. INGRATUS.

Luniferus casus. Martial. lib. 12. 30.

Musculus casus, Recens. Plin. lib. 11. cap. 42. Sed brevis ac musculus tantum commendatio.

Recens aut mollis. Plin. lib. 28. cap. 9. Casus recens cum melle, sugillata emendat, mollis alvum sitit, &c.

Tolofus casus. Martial. lib. 12. 32.

Nec quadra dearet casæ Tolofatis. i. e. Minimi pretii.

Viridis, Recens. Columel. lib. 7. cap. 8. Si tenui liquore conficiatur casus, quam celerrime vendendus est, dum adhuc viridis succum retinet.

Figurare casum. Plin. lib. 16. cap. 38. Ficti humor lacteus: huic ad casos figurando coaguli vis.

CASRUM, i. n. Nævius Macro, Pecunia quid bonum, quid bonum respondi Sardis: veniens casum. Plaut. Medicis, Paralito cum virginis casum radi potest. Nonius. Pomponius etiam neutraliter dixit in Lenone, Casum molle. Teftis Claris lib. 1.

CASEÖLUS, i. m. [καστίον] dimin. ut, Xenocratis caseolus; In sordidos adagium.

CASEALE,

CASFALE, is. n. [κασφάλη] Locus in quo sunt & reconduntur casei. Columel. lib. 2. cap. 15. de generibus fercoris, Quedam quotidie, ut culina, & caseale: quedam pluvii diebus, ut bubilla & ovilia debent emundari. Quidam Cefale legunt, & Latinam interpretantur: sed id sine ratione.

CASBARIUS, a, um. Adj. [κασβαρίου] a Caseus: pt, Taberna Casbaria. Ulp. in l. Sicuti §. Aristo. D. Si servitus vindicetur, Aristo Cereio Vitali respondit, non putare se ex taberna casearia fumum in superiora adficia jure immitti posse: nisi ejus rei servitutem talem admittat. Et autem Taberna casearia, in qua sumigari solent casei: Moris enim fuit in plerisque Italie locis, colorandi siccandique casei gratia, fumum aut ex culmis, aut ex malignis viridibusque lignis facere. Columel. lib. 7. cap. 8. de casei faciendo ratione loquens. Est etiam, inquit, non ingratia corporis muriaria perduratus, atque ita maligni ligni, vel culni fumo coloratus.

CASCAUTUS, a, um. ut, Polenta caseata. Apul. Met. 1. p. 7. Ego deinde vespera, dum polentæ caseatae osiflum modico grandiorum, &c.

CASIA, vel **CASSIA**, a, f. [κασσιά] Frutex est Theophrasto, salicis Amerinae magnitudine, multis surculosque brachiatibus ramis, crassiorre, quam cinnamomum, sartimento, foloque cortice commendatus. Plin. quoque lib. 12. cap. 19. Frutex & Cassia est, inquit, juxtae cinnami canpos nascitur, sed in montibus crassiore sartimento, tenui cute verius quam cortice. Virg. 2. Georg. 466.

Nec cassia liquidi corrumputus usus olivi. Dioscorides lib. 1. cap. 12. tria facit pricipia cassia genera. Unum ex nigro purpuraceo, & rosæ odorem referens, Zigr (al. Gizar) appellatum. Alterum longius & angustius, & fistulis plenum, aromatum & vini mixtum odorem representans, quod Arabum lingua Adi (al. Achy) ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitum dicitur. Tertium genus superioribus paulo vilius, quod Rubum mosyleticum vocaturum.

Hyginus auctor est, a Latinis Cassiam appellari Coccii Cnidii fruticem, quem Graeci Cneorion vocant, & Tymelæam: cuius folia & in corona menta veniunt.

Cassia vel Cassia fistularis, a recentioribus medicis appellatur, quam ex doctoribus nonnulli Silianum /Egyptianum malunt nominare. Est autem Siliana oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non una coalescens serie, sed ex intervallis lignos, tenuibusque membranis septum, osfläche quædam habens immersa, non diffimilis his, quæ nostra profert filia.

HUMILES cassias ministrare apibus. Virg. 2. Georg. 213.

Vix humiles apibus cassias, rorèmeque ministrat.

Recentes. Virg. 4. Georg. 304. i. e. Statim carpe.

Virides. Virg. 4. Georg. 30.

Amant cassiam puellæ. Ovid. 4. Fast. 440.

Pars thyma, pars cassiam, pars Meliloton amant.

Intexunt cassia Nymphaea ferta. Virg. 2. Eccl. 49.

Tum cassia, atque alii intexens fauivibus herbis. V. ibi Servium.

Pascuntur apes cassiam. Virg. 4. Georg. 182.

— pascuntur & arbuta passim

Et glaucas falices, cassiamque, crocumque rubentem.

Substerit Phoenix cassias. Ovid. 15. Met. 398.

Quo simul ac cassias, & nardi lenis aristas,

Quassaque cum fulva subitravit cinnamomum myrrha.

CASIACA, a, f. [κασιάκα] Genus velitis era militibus propriæ, quam Athenies reges lepissime induabant. Alex. Genial. lib. 5. cap. 18. V. CASOS.

CASINETE, es. f. [κασινέτη] Herba genus est, apud Plin. lib. 24. cap. 17. ita dictum, quod cum sui generis herbis tantum nascatur. Eandum & Dionysophamad appellant, quod vino mire conveniat.

CASILAM, vel, ut ed. noviss. **CASSILAM** Antiqui pro Casside ponebant. Festus. Sed Cassidam legendum censem Viri docti. q. v.

CASILINUM, i. n. [κασιλίνον] Italia oppidum in Campania, auctore

Plin. lib. 3. cap. 5. In Campano agro, inquit, Stabiae oppidum fuere: intercidit ibi & Tauranica: sunt & mortenit Casilini reliquia. Hæc ille, de eversis & intercedentibus turbibus intelligens. Cic. 2. Philipp. 102.

Casilino salutatum veniebant, Aquino, Interamna, admissus est nemo. conf. Fest. in Praefecture.

CASILINUM, a, um. Adj. ut Casilina limina. Sil. 12. 426.

CASILINI, orum. m. pl. Populi, qui inclusi a Poenæ, famem nubibus sustentarentur. Festus. [At non dicit Festus, v. Nucula, Casilinos fuisse obfessos, verum Prænētinos Casilini, i. e. in oppido Casilino. V. Liv. lib. 23. cap. 17. & seq. de hujus oppidi post cladem Cannensem obfessione.

CASILINENSIS, e. gentile. Cic. 2. de Invent. 171. Necesse est Casilinenses se dedere Annibali.

CASINA, a, f. [κασίνα] Fabula Plauti. Quidam Cassina legi volunt.

Scribentem tamen est Cassina, quia primam corripit. Plautus, in argumento ejus comedie,

Adolescens ducit civem Cassinam cognitum. Verlus est Iambicus trimeter. Ab hac ancilla Fabulæ nomen, auctor Fest.

CASINUM, i. n. [κασίνον] Campania oppidum in Italia. Plin. lib. 5. cap. 5. Quod autem ait Varro, de L. L. 6. 3. Etiam nunc Casinum fortem vetus appellat: intelligo oppidum Casinum a Romanis appellatum fuisse Forum vetus. Nam fori nomen multis indiderant oppidis, ut foro Cornelii, foro Sempronii, foro Livii, Turnebus. Sunt qui Casinum apud Var. legunt.

Nebulosu rura Cassini. Sil. lib. 4. 227.

CASIOTIS, idos. f. [κασιόνος Ptolemaeo] Regiuncula est Arabia petrea,

Pelusio ostio ab Egypto divisa, in qua Casius mons est, Pompeii magni tumulo insignis, a quo & regio ipsa nomen accepit.

CASIRI, orum. m. pl. Populi. Plin. lib. 6. cap. 17. Ab Attacoris gentes Thyri & Thocari, & jam Indorum Casiri: introitus ad Scythas veri, humanis corporibus vescuntur.

CASIUS, i. m. [κάσιον] Arabia mons est, iuxta quem delubrum est Casii Jovis, quod Romanorum ambitio illustre fecit, & Pompeii tumulus multis post annis ab Hadriano inauratus, ut Capitolinus tradit. Nostræ Sinai monte effe afferunt, ob illuc a Deo data pars per Moyen populo Iheratico decalogi tabulas nobiliter & clarum. Plin. lib. 5. cap. 11. Arabianum hanc sterilem, & præter Casium montem nihil infuscetem indicat. At notandum obiter, alium supra Seleuciam Casium esse Plinio lib. 5. cap. 22. cuius altitudo in directum quatuor millium passuum est. Cuius (inquit) excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit: brevi circumactu corporis, diem noctenque pariter offendens. Hunc meminit Ammianus, ubi de Juliano Cæfare lib. 22. cap. 16. conf. CASOS.

Ptolemaeus præterea lib. 5. cap. 18. Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul a Singra altero ejusdem regionis monte, cuius meminit & Suidas.

CASUS, a, um. Adj. Lucan. lib. 10. 434.

Jupiter a Cassa prospexit rupe, &c.

Arena Cælia. Lucan. 8. 538.

Perfida quo rullus Catius excurrit arenis.

CASMENAS, dixerunt veteres pro Camenis. Varro de L. L. 6. 5. V. supra CAMENAS.

CASIMILLUS, i. m. nominatur in Samothraces mysteriis, Dius quidam minister diis magnis. Varro de L. L. 6. 3. V. CAMILLUS.

CASNAR, iuris. m. Senex Oscorum lingua apud Festum & Varr. de L. L. 6. 3.

Pro Affectatore ponitur apud Quintil. 1. 5. Et in Oratione Labieni (five illa Cornelii Galli est) in Politionem, casnar, affectator, e Gallia ductum. V. Burn. & Interpr. in loc.

CASO, ære frequent. a Cado. V. CADO.

CASOS, i. m. [κασσός] Insula juxta mare Carpathium, ambitu 80 stadiorum in qua est oppidum ejusdem nominis, a Cafo Cleomachi patre dicta, colonis eo deductus. Hujus nominis prima brevis est, ab hac & Casus mons in Syria. Steph. Sunt autem multæ Casorum insulae per ambitum, a quibus vestimenta nomen Casianam appellata a monte Casio.

Casos, Insula una ex Cycladibus, quæ & Astrabe dicitur. Plin. lib. 4. cap. 12.

CASPERIA, æ. f. Rhœti regis Marrubiorum uxor fuit, quæ cum Anchimo privigno corpus commixxit. V. ANCHEMOLUS.

CASPERIA, æ. f. [κασπερία] Nomen urbis in Italia. Virg. 7. En. 714.

Casperiamente colunt, Forisloque, & flumen Himeilex.

CASPERIOLA, æ. f. [κασπερίωνα] Oppidum est Sabinorum, quod Silius Italicus a Caspiis portis, quæ in Oriente sunt, ubi Bactriana est regio, accepte nomen fingit lib. 8. 416.

Hunc Amiterni cohors, & Bactris nomina ducens Casperula.

Sed Drakenb. ex MS. Colonieni legit Casperia.

CASPII, orum. m. [κασπίων] Populi Scythie ad Caspium mare, ut auctor est Pomponius Mela lib. 3. cap. 5. apud quos favissimi sunt canes, ut scribit Valer. Flaccus lib. 6. 107.

CASPIUS, a, um. Adj. [κασπίος] ut, Fretum Caspium. Curt. 6. 7. 3. Hinc simul mare quod Ciliciam subit, illinc Caspium fretum, &c.

Mare Caspium dicitur. Hor. 2. Carm. 9. 2. Quod inter Caspios & Hyrcanos montes est: a quibus nomen accepit, & immensus occupat spatiū. De hoc inter scriptores parum convenient, ut diligenter adnotavit doctissimus Vadiani ad Pomponium Melam. l. c.

Portæ Caspiae, [κασπίων πύλαι] Angultæ sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hycananum dicitur, ad octo millia passuum, teipe Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, ut vix plauso sint perviae. Non satis tamen convenient inter auctores, ad quam maris partem conjungantur. Quidam Amazones portis Caspiae egrefas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidit: sed illæ Casiæ fuerunt, per quas transitus est ex Iberia in Scythiam. Neronis quoque principis communatio ad Caspias portas, ut inquit Plinius, l. 6. c. 13. ad cum transitus respiciebat. Verum mons Taurus tribus in locis interrupit, quasi portis quibusdam petratur in Armeniam, in Ciliciam, & in Medianam. Sed illæ tantum Caspiz portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemaeo, Plinio, & Strabone licet intelligere. Per has transitus est ex Babylone & Perse ad mare Caspium: unde etiam Caspia dictæ sunt. Juga vero Caspia procul hinc abstant, & ad Armenios ulterioreque populos pertinent.

Regna Caspia. Virg. 6. En. 799.

Hujus in adventu, jam nunc & Caspia regna

Responsa horrent divum. i. e. Fines Affyriorum, in quibus

sunt πύλαι Caspia. Servius.

Rupes. Sen. Herc. fur. 13.

Tigris. Stat. 10. Theb. 288.

Vada. Claud. 3. Conf. Hon. 71.

Via Caspia. Tacit. 6. Ann. 33. Sed Iberi locorum potentes, Caspia via

Sarmatam in Armenios raptim effundunt.

CASPICUS, a, um. [κασπαρίος] aliud Adj. ut, Porta Caspiaca. Stat. 4. Silv. 4. 64.

Aut Istrum servare latum, metuendaque portæ

Limina Caspiaca.

CASPIANI, orum. m. pl. [κασπιανοί] Populi ad Caspium mare. Curt. 4. 12. 9. Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat. add. Mel. 1. 2. & Nep. 14. 8. 2.

CASPIRUS, [κασπερίος] Urbs Parthorum, finitima India, cuius incole

curfū velocissimi sunt, ut ex Dionysio Baffaricis annotavit Stephan.

CASSANDANE, [κασσανδρίαν] Filia fuit Pharnaspis, uxori Cyri, & ma-

ter Cambyses, teipe Herodoto, historiarum lib. 2. quam immatura mor

teplatum & Cyrus ipse deflevit, & publico regnorum suorum luco

decorari voluit.

CASSANDER, dri. m. [κασσανδρίος] Antipatri filius, post mortem Ale-

xandri M. Macedonum Rex, & Regia familie extinxitor. Justin. 1. 5. 2. & C.

Fuit & alias Cassander astrologus. Cic. 2. de Divin. 88. Archelaum &

Cassandrum summos astrologos iustis &tatis, &c.

CASSANDRA, æ. f. [κασσανδρία] Filia fuit Priami regis ex Hecuba, ea

demque vates, exitium patris frustra canens, quum ei nemo crederet.

Eam ab Agamemnon in Graciā abductam Clytemnestra intererit. Au-

tor Homerus in Odys. 1. 420.

Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quam Bellerophonti nupsisse idem Ho-

merus auctor est. Iliad. 5.

Est & Cassandra Oppidum, & Cassandra colonia, de quibus infra in po-

TIDEA.

Vates Cassandra. Virg. 3. En. 187.

— aut quem tunc vates Cassandra moveret?

Virgo Priameia. Virg. 2. En. 403.

Ecce trahabetur pafis Priameia virgo

Crinibus a templo Cassandra.

Aperit ora futuris Cassandra. Virg. 2. En. 246.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris

Ora, dei iufu, non unquam credita Teuris.

h. c. Praecepto

Apollini

Apollinis: qui spe promissi coitus, concessa divinitate, frustratus, fuit illicem vera denti. Servius.

CASSANDREUS, a, um. Adj. ut, Urbs Cassandrea. Justin. 24.2.1. & 3.3.

CASSICULUM, **CASSICULUS**. V. **CASSIS**, is.

CASSIDA, **CASSIDARIUS**. V. **CASSIS**, idis.

CASSIDIÆ, is, n. nisi mendacio est, posuit Hieronym. pro Perula vel burgo [Bulga H. St.] Tobie 8. 2. Budæus. In Graeco ea vox desideratur.

CASSINUM.

CASSIODORUS, i. m. Ravennas, præceptor Theodorici Gotthorum regis, primus Senator, deinde monachus factus, nonnullos scriptis psalmorum locos apertius. Extant & ejus ad Theodoricum epistola. Volaterr. lib. 13.

CASSIOPÆA, æ. f. [κασσιόπη] Cephei regis Æthiopum uxor, & Andromedæ mater, qua cum Nereidibus de pulchritudine certavit. Unde & inter sidera constituta fertur. Columel. lib. 11. cap. 2. Dicitur & Cassiopea. Cic. 2. de Nat. Deor. 1.11.

Obfcura species stellarum Cassiopea. Est autem sidus ita figuratum, ut in sella sedeat. Constat felis tredecim, occidens cum Scorpione, capite cum fedili resupina ferri propicitur, exoriunt autem cum Sagittario. Perottus.

CASSIOPÆA, [κασσιόπη] Oppidum est Epri mediterraneum, a quo Cassiopæa populi dicti sunt, quorum meminit Plin. in procen. lib. 4. Stephanus Cassiopen, κασσιόπη, appellat. Quomodo & Strabo l. 7. qui Cassiopæa ad Sinum Ambracium & Nicopolin collocat.

Item Oppidi nomen in Corcyra insula, apud eundem lib. 4. cap. 12. quod Ptolemeo Cassiopolis dicitur. V. Gell. 19. 1. & Suet. Ner. cap. 22.

CASSIOS, i. m. Flumen Scythæ, quod per Albaniam in mare decurrit, ut vult Plin. lib. 6. cap. 13.

CASSIS, is, m. [κάσσις] Rete: quod vacuas habeat maculas: unde & a Raritate, Rete dictum est. Ovid. 2. de Arte Am. 27.

Decidit in casses præda petita meos. Plin. lib. 19. cap. 1. Cum manæ plaga concidunt apros, & hi casses vel ferri acim vincunt. Laxi casses. Virg. 4. Georg. 247. de aranea.

Cassibus impositis venari. Propert. 4. 2. 33. de Vertumno loquens.

Cassibus impositis venari, fed arundine sumpta

Fauonis plumo sum deus auxilio.

Ponere casses. Ovid. 5. Met. 579.

— nec posuit studiolum altera casses.

Tendere casses alicui. Tibull. 1. 7. 5. Jam mihi tenduntur casses. H. St. Venire ad casses. Idem 4. 3. 17.

CASSICULUS, i. m. [κασσικοῦ] diminut. a Cassi, pro Reti. Hieronymus, Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos. Dicitur &

CASSICULUM, i. n. Felt. Cassiculum, Reticulum, a Cassibus per divisionem dictum.

CASSIS, idis, f. [κάσσις, κασσίς, κασσίτης] Galea. dicta quod vacua sit ad caput recipiendum. Caf. 7. Bell. Gall. cap. 45. Mulionesque cum cassidibus, equitum specie ac simulatione collibus circumvehi jubet. Casside liber. i. e. Non genres galeam. Martial. lib. 9. 57.

Non jaculo, non ene fuit, laetus fugita,

Casside dum liber Parthenopeus erat.

Apex torvæ cassidis. Stat. 8. Theb. 708.

Athena. Stat. 6. Theb. 390.

Aurata. Stat. 6. Theb. 917. — atque ambo aurata casside donat.

Celata. Juven. 11. Sat. 103.

Crifata pennis. Ovid. 8. Met. 25.

Fracta de casside buccula pendet. Juven. 10. Sat. 134.

Fulminea. Claud. 3. Conf. Hon. 194.

Fulta cassis. Ovid. 12. Met. 89.

Languida. In LANGUOR.

Laxata, Aperta. Claud. de Bell. Gild. 24.

Minax. Stat. 4. Theb. 205.

Picta. Ovid. 1. Trist. 10. 2.

— & a picta casside nomen habet. de Navi.

Plebeia cassis. Lucan. 7. 586.

Torta. Stat. 8. Theb. 707.

Abdere caput casside. Ovid. 8. Met. 25.

Claudi casside. Stat. 4. Theb. 102.

Sunere cassidem in caput. Plaut. Trin. 3. 2. 100.

CASSIDA, æ. f. Idem. Propert. 3. 9. 15.

Aurea cui postquam nudavit cassida frontem.

Aurea cassida. Virg. 11. Æn. 755.

Aureus ex humeris sonat arcus & aurea vati Cassida. Cassida pro Cassiis: nam accusativus ponit pro nominativo. Servius. Hoc est, ex accusativo Graeco facit nominativum Latinum. Conf. Dacer. ad Felt. in Cassilam, & Solip. Charil. 1. I.

CASSIDARIUS, i. m. Qui in armamentario Cassidum curam habebat. Inscript. Romæ: Q. NAEVIUS MARINUS. MILES. EX. ARMEN-TARIO. IMP. CAESARIS. DOMITIANI. AVG. GERMANICI. CAS-SIDARIUS. VIXIT. ANN. XXXX. V. Spon. Mifc. Erud. Ant. sect. 7. p. 254. [Legendum videtur ARMAMENTARIO].

CASSIDA, w. f. [κασσίδης, κασσίδη] Avis, quæ & Galerita & Alauda dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. At quæ ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Doct. Plinius, galeritam ab apice, quem velut galerum habet in capite, nomen fortitam. Quemadmodum igitur a galero galerita, sic a casside cassita nuncupatur. De cattula, vide apologum festivissimum apud Gellium lib. 2. cap. 29.

CASSITERIDES, um. f. pl. [καστερίδες] Ptol. lib. 2. cap. 6. καστερίδες. Insula maris Atlantici decem, de quibus Plin. lib. 4. cap. penult. sic scribit. Ex adverso, inquit, Celtiberia complices sunt insulari Cassiterides dictæ Gracis, a fertilitate plumbi. V. dict. seq. Meminit & Herod. lib. 3. Sed fabulosas esse docet Harduin. ad l. c. Plini.

CASSITEROS, i. m. [καστερίδες] Latina Plumbum album dicitur. Plin. lib. 34. cap. 16. Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretiolissimum candidum, a Gracis appellatum Casiteron.

CASSIUS, i. m. Nomen gent. Ro. nobilissima. Ex qua Sp. Cassius Viscellinus, vel ut Surius exhibet Bicellinus, cos. cum Op. Virginio Ann. CCL. Cassiodorus. Sabinos pralio fecit, deque iis triumphavit. Magister equitum primus T. Latio dictatore Ann. CCLV. Dionysius lib. 5. Liv. lib. 2. 18. Consul i. r. cum Postumo Cominio Ann. CCLX. Cassiodorus. Livius. 2. 33. Dionysius lib. 6. His coss. sedes cum Latinis ictum Liv. 1. c. & Cicero pro Cor. Balbo 52. scribit. coss. III. cum Pre-

cuso Virginio Ann. CCLXVII. Volsces & Hernicos in amicitiam Populi Romani traduxit, triumphavit. Legem agrariam ad conciliandum plebem primus promulgavit. A Quætoribus Fabio & Valerio affectati regni accusatus, damnatusque de faxe Tarpeio precipitatus est. Alii patrem auctorem eius suppliciis fuisse existimat. Dionysius lib. 8. Livius lib. 2. 41. Cic. Philipp. 2. Valerius sibi ipsi non fatis confare videtur, nam lib. 6. cap. 3. a Senatu & populo: lib. 5. cap. 8. a patre damnatum tradit: quo in loco etiam in hoc erat, quod Trib. pleb. agrariam legem tulisse scribit. Patricius enim fuit, & tum quidem c. o. S. Dionysius, Livio auctoribus L. Cassius LF. QN. Longinus PR. Ann. DCXLVI. COS. cum C. Mario Ann. DCXLVI. Cassiodorus. In magistratu a Tigurinis interfectus, exercitus ejus sub jugum misitus. Epitoma Livii LXV. Cæs. de Bell. Gall. lib. 1. cap. 11.

L. item Cassius Trib. pl. C. Mario, L. Flacco coss. plures leges ad diminuendam nobilitatem potentiam tulerunt: in quibus, ut quem Pop. Romanus damnasset, cuive imperium abrogasset, in Senatu non effet. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatu. Auctor Pedianus. Pr. or. in Toga cand.

L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum & sapientissimum judicem putabat, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 84. De hoc V. Pedian. in 2. Verr. 30. & Pro Mil. 32.

C. Cassius Longinus, Quætor Crassus in bello Parthico, Parthos vinctores Syria expulit, deinde duos Pompeianos, cum decem navibus ardente bello civili, transiit ad Cæsarem. A quo Praetor factus cum M. Brutus in eundem conspiravit, caisque eo a Senatu primum Cyrenæ provinciam, pro Syria promissa obtinuit, mox etiam hanc Dolabella exortis, eundemque Laodicæ obsecum ad voluntariam mortem compulit, novissime Philippica pugna, desperata fatali errore fortuna partium, voluntaria morte perit. Ex Suet. Plut. Vellej. Valer.

L. Cassius item Longinus Juriscons. nobilis & cæsus, qui quod C. Cassius percursoris Cæsaris imaginem in stemmate gentilicio haberet, jussus est a Nerone mori. Prænepos fuit Servii Sulpici, ac Eques Romanus, ut scribent Tranquillus in Ner. cap. 37. & Pomponius. 1. 2. §. 47. D. de O. I.

Fuit Cassius Severus, de quo Quintilianus sic scribit lib. 10. cap. 1. Cassius Severus, si ceteris virtutibus colore & gravitatem orationis adiecisset, ponendus inter praecipuos foret. Nam & ingenii plurimum in eo, & accerbitas in ira, & urbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, quam confilo dedit. Hæc ille. Hujus Cassii scripta, ex Senatusconsulto abolita, requiri & lexitari permisit Caligula, ut auctor est Tranquili. cap. 16. ejus vita.

M. Avidius Cassius, praefectus exercitus M. Aurel. Antonini in Oriente, dum imperator ipse res in Germania gerit contra Marcomannos, ab eo defecit, itaque relicto bello, imperator eum cum exercitu petit ac superaret. Cuius tamen caput sibi oblatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiae. V. Vulcat. Gallic. in vita utriusque.

Cassius Parmensis poeta. Hic aliquot generibus stilum exercuit, inter quæ elegi & epigrammatæ ejus laudantur. Hic est qui in partibus Cassii & Briti Tribunos militum militavit, quibus victis Athenæ se consulit. Quintus [an Quintilius?] Varus ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scirinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thysitem Cassii Parmensis suffit. Scripferat enim multis alias tragedias. Hæc Acron in illud Horat. 1. Epist. 4. 3.

Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat. De eodem Cassio Hor. 1. Sevir. 10. 62.

Cassius Praefit Narinensis tempore Totila regis Gotthorum, cui occurrerunt, animum placavit, ne civitatem noceret. Meminit hujus Gregorius 3. Dialogorum.

CASSIUS, a, um. Adj. [κασσίς] ut, Cassia via. Cic. 12. Philipp. 23. Tres ergo, ut dixi, viæ: a supero mari Flaminia: ab infero, Aurelia: media Cassia.

CASSIANS, a, um. Adj. [κασσιανός] Adj. Cic. pro Milon. 32. Itaque illud Cassianum, cui bono fuerit, in his perfolis valeat. Ubi V. Pedian. Judex Cassianus. Cic. 2. in Verr. 137. Non quoero judices Cassianos, veterem judiciorum severitatem non require.

Cassiani jurisconsulti dicti sunt, qui Cassii sciam institutionem sequitur, fuit, de quibus vide que Pomponius scribit in l. 2. D. de origin. jur. Partes Cassianæ. Vellei 2. 74. 1. Fractis Brutianis, Cassianisque partibus, &c.

CASSO, æ. V. QUASSO.

CASSOPÆA, CASSOPÆI, V. CASSIOPEA.

CASSOTIS, [κασσωτίς] Fons fuit apud Delphos, a nymphæ sic dictus Parnassia, super quem adificium constructum erat, quod a Delphis Lescfe dicitur, a differentiationibus qua ibi fierent. Cal. Rhod. meminist lib. 19. c. 10.

CASSUS, a, um. [φαστός] Adj. dicitur Inane, vacuum, quasi omni re carens. Nonius, Cassum veteres Inane posuerunt. Virg. 11. Æn. 104. Nullum cum victis certamen & æthere cassis. i. e. Luce vacuis, inquit Servius. Arbitrandum est ejus verbi proprietatem magis a Cassibus aranearum dictam, quod sint levæ ac nullius ponderis: non, ut quibusdam videtur, quasi Quassum. V. CARRO.

Anima cassum corpus. Lucret. lib. 3. 561.

Augur cassa futuri. i. e. Mendax. Stat. 9. Theb. 106.

Dote cassa virgo. Plaut. Aulul. 2. 2. 14.

Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Lumine cassus, Vacuus, privatus. Virg. 2. Æn. 85.

— nunc cassum lumine lugent. Servius.

Lumine cassus aer. Lucret. lib. 4. 369.

Sanguine cassa cochlea. Cic. 2. de Divin. 133. ex vet. poët.

Senu cassa simulacra. Lucret. lib. 4. 127.

Canna cassa. Ovid. 6. Faft. 406.

Nil prater falices cassaque canna fuit.

Confilia cassa, pro Vanis. Sen. in Troade.

Copia cassa verborum. Lucret. lib. 4. 514.

Fertilitas cassa. Ovid. 5. Met. 481.

Fides cassa. Sil. 3. 17.

Flamma. Ovid. de Remed. Amor. 446.

Cassaque seducto stipte flamma perit.

Formido Lucret. lib. 3. 994.

Sollicitamque geris cassa formidine mentem.

Fraus. Lucan. 5. 130. Cassa fraude parat. i. e. Irrita. Bud.

Glans cassa, pro Rorihili. Plaut. Rud. 5. 2. 37.

Ira. Valer. 6. Argon. 556.

Labor, Frustra sumptus. Plin. Epist. 176.

Manus. Stat. 9. Theb. 629.

Nunquam cassa manus, nullum sine vulnere fugit
Mifile. Nunquam cassa, i. e. Nunquam aberans.

Nox. Valer. 4. Argon. 423.

Nux. Plaut. Pseud. 1. 3. 136.

Ted amatorem inventum esse inanem, quasi cassam nucem.

Nuce cassa pauperare. Hor. 2. Serm. 5. 10. i. e. Fracta. Acron.

Omen, Vanum. Stat. 5. Theb. 318.

Prefidia. Sen. in Troad. 8. i. e. Vana & inania.

Via cassa, i. e. Quam fructu ingrediens sis. Stat. 15. Theb. 449.

Virtus. Stat. 5. Theb. 512.

Vota. Virg. 12. Eñ. 780.

Dixit, opemque de non cassa in vota vocavit. Non ad inania

vota popofit auxilium. Servius.

Cassum & inane. Cic. 5. Tusc. 119. Omneque, quod honestum nos & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inani vocis sono decoratum esse dicant.

Cassum granum & inane. Plin. lib. 18. cap. 17. Retorsarum vero etiam semel, omnino certum est, granum longius fieri, sed inane cassumque, ac datum non nasci.

In cassum it virtus. Lucan. lib. 2. 263; alii Incassum legunt conjuncte.

Cassa etiam absolute. Tacit. 3. Hist. 55. Apud sapientes cassa habebantur, que neque dari, &c.

CASSUM, i. n. Fragmentum. Solinus cap. 65. Aut palearum cassa, aut chartarium fila ad se rapit. De lychnite gemma.

CASSE, Adv. Frustra. Liv. 24. 26. Casse ne tempus tereretur.

CASSO, āre. Cassum reddere. Sidon. 1. Epist. ult. Objecta si non improbabiliter cassaverimus. Hinc

CASSATUM, a, um. i. e. Abrogatus. ut, Omnium redemtione cassata.

Cassioid. 5. 14.

CASSESCO, ēre, ut, Cassescere in favillas, Solinus; ut restituit Salmas,

in Exercit. f. 177.

CASSUTHA, a. f. quam herbariorum vulgus Cuscutham nominat, ejus generis est, ut in frutices & herbas epithymo modo profiliat, & vivat earum ad minimulo fulta, nulla radice nixa, sed velut ab alarum sinu prodeuntibus cirris, capillamentive longissimis. Hoc statim ab exortu plantarum ramulis se implicant, & adeo cibris involutionibus his se circumvolvit, ut brevi plantas ipsas strangulet atque enect. Folis nullis unquam vestita visitur. Flores tamen edil albos, quamplurimos, a quibus semen tenue prodit. Cirri rufescunt, vitium capreolis crastitudine, & facie pares. Hec ex Matthiol. in Dioec.

CASTABALENS, ium. m. Populi Ciliciae. Hi propter bella cohortes canum habuere, quae primae dimicabant in acie, nunquam detrectantes. Hec erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indigunt, inquit Plin. lib. 8. cap. 40.

CASTALDUS, i. m. Alcicius enarrans 1. lecta. D. de rebus credit. obiter monuit in Longobardica lege Scervum significare: & inde Castaldum vernum, Cui causa seu domus cura est demandata, sicut generaliter omnes economos dici. I. pen. D. de testib. I. quum unus. in prin. D. de alim leg. CASTALIUS, i. m. & CASTALIA, a. f. [Κασταλία] Fons Caballinus & Libethrinus dicitur. Est autem in radicibus Parnassi, Musa sacer, a virgine Caftalia: quae Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontem versa est: cuius aquam dicuntur bibere poetae. Hunc fontem dicit Acron fuisse in Lycia, ubi armenta Apollo fertur pavisse. Virg. Caftaliam vocat, lib. 3. Georg. 293.

— juvate ire jugis, qua nulla priorum

Caftaliani molli divertitur orbita clivo.

CASTALIUS, a, um. Adj. ut, Antnum Caftalium. Ovid. 3. Met. 14.

Aqua Caftalia. Ovid. 1. Amor. 15. 36.

Arbor Caftalia. Quae est ad Caftalium fontem. Propert. lib. 3. 3. 13.

Domus Caftalia. Martial. lib. 8. 66.

Vatis Caftalianum domum sonare.

Fons Caftalias. Martial. lib. 12. 3.

Fons ibi Caftalus vitro torrente superbit, &c.

Gutta Caftalia, apud Columel. lib. 10.

Gurges. Claud. 31. 1.

Umbra. Tibull. lib. 3. 1. 16.

Unde vocales Caftalie. Stat. 5. Silv. 5. 2. Vocales vocat propter Musarum illic habitantium perpetuos cantus.

CASTALIDES, um. f. pl. Musae. Martial. lib. 7. 11.

Ludimus innocuus verbis, hoc juro, potentis

Per genium famæ, Caftalidumque gregem. conf. lib. 4. 14.

CASTANEA, a, um. f. [Καστανε] & Nucum gener, & tam Fructum quam Ipsam arboreum significat. Plin. lib. 17. cap. 20. Castanea pedamentis omnibus præstert facilitate tractatus, perdurandi pervicacia.

Nuces castaneæ. Virg. 2. Ecl. 52.

Ipse ego cana legem tenera lanugine mala,

Caftaneaque nuces. Bene speciem addidit: dicens Caftaneas. Nam, Nuces, generaliter dicuntur Omnia tecta corio diuiri: ut avellane, amygdala, juglades, caftaneæ. sicut contra dicuntur Poma, Omnia molliora. Servius.

Hirsutæ. Virg. 7. Ecl. 53. Adhuc intra suos echinos locatæ. Servius.

Molles. Virg. 1. Ecl. 82. i. e. Matura. Servius. Non ab re tamen fuerit earum certum genus intelligere, quam interpres Nicandri caftaneum quoddam genus μελαχτην, id est molle appelleret. Sic enim scribit, τὸν καστανὸν τὸν μελαχτην, τὸν λυπηρόν, τὸν μελαχτην, τὸν πικαδινόν.

Ex Turneb.

Gerunt caftaneas fagos. Virg. 2. Georg. 71.

Et steriles platani malos gessere valentes,

Caftaneæ fagos. Dicit quid in quam arboreum debeamus inferere, in fago caftaneum, non enim in caftanea fertili infundenda fagus inferatur. Unde aut hypallage est, ut Caftaneæ fagos sit, pro Fagi caftaneas gessere, aut mutantur distinctio, ut fit,

Et steriles platani malos gessere valentes Caftaneæ. h. e. Infundenda arborei platani fortes ramos caftaneæ portaverunt. Servius. [Sed & deinceps legendum erit, Fagusque, ornulque, &c.

Legere caftaneas. Virg. 2. Ecl. 52.

. VOL. I.

CASTANETUM, i. n. [καστανέ] Locus caftaneis constitutus. Columel. lib. 4. cap. 33. Propter quæ spæ novella caftanæ calvescent.

CASTANINUS, a, um. ut, Caftaninum oleum, Ex caftaneis factum. Perott. CASTAON, [Καστων] Locus est in Hispania, haud procul a nova Carthagine, in quo peculia est plumbum effodi, cui etiam argenti pars parva immixta est, non adeo ut ejus utilis sit expurgatio. Auctor Strabo lib. 3.

CASTE, IN CASTUS.

CASTELLUM, CASTELLANUS, CASTELLATIM. In CASTRUM. CASTRIA, a. f. [Καστρία] Locus est, inquit Nonius, ubi quini navigatio conquisit, remi & gubernacula conquisit. Plaut. Asin. 3. 1. 16.

Quin poli si reposi remum, sola ego in casteria
Ubi quiesco, omnis familia causa confitit tibi.

CASTINTA, a. f. [Καστινία] Uxor Priami pulcherrima, quam ex Ellymo Thracie urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homer. lib. Iliad. 8.

CASTIGO, [καστίγω, καστίγω, καστίγω] ēre. Increpare, vel reprehendere, auctore Nonio. Ter. Heaut. 3. 3. 32.

Nisi eum, quantum tibi opis dili dant, servas, castigas, mones. Cœf. 1. Bell. Civil. 3. Laudat Pompeius, atque in posterum confrmat, segniores castigat, atque incitat.

Ad ungues castigare carmen. Hor. in Arte Poet. 294. A marmorariis ductum esse censem interpretes, qui juncturas marmorium ungue explorant: alii a fictoriis, qui primum manu informant rude opus, deinde lineaient & habitum, omnemque speciem ungue fingentes & perpolientes ab solvunt. Lambin. Dictis castigare. Virg. 5. Eñ. 387.

Hic gravis Entulum dictis castigat Acestes. i. e. Increpat, objurata, inquit Servius.

Lingua castigare. Curt. 4. 6. 6.

Litteris castigare. Cœf. 3. Bell. Civil. 25.

Verbis castigare aliquem. Cic. 1. Off. 88.

Dolorem immodicum. Lucan. lib. 8. 71.

Inertia atque segnitatem alicuius castigare. Cic. 1. de Orat. 185.

Metus castigare. Valer. 6. Argon. 660.

Moras. Mart. lib. 10. 104. — jam tumidus vocat magister, Castigatique moras. i. e. Objurata quod nimis morerur. Nonius Expedi interpretatur.

Nonius in loco Virgilii ex lib. 4. (Eñ. 407.)

Castigatique moras, Quem imitatur Martialis. H. St.

Rarini castigare. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Se castigare in aliqua re. Cic. 5. Tusc. 4. Sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum, & ex nostra fortasse niolitia, non ex ipso virtute, de virtutis robore existimo.

Segnes castigare. Tacit. Agric. cap. 27.

Turpia castigare. Juven. 2. Sat. 6.

Verba castigare. Juven. 6. Sat. 454.

Castigandi genus. Cic. 1. Off. 88. Ad hoc genus castigandi raro invitique veniems.

Castigare, Punire, vindicare, auctore Nonio. Plaut. Most. 4. 1. 26.

Mane castigabit eos exuvios bubulis. Virg. 6. Eñ. 567.

Castigatique audite dolos, subfigitique fateri.

Vinculis & carcere castigare. Cic. 3. Off. 73.

Verberibus castigare. Cic. 3. Tusc. 64. Pueros vero matres & magistri castigare etiam solent, nec verberis folum, sed etiam verberibus.

Delatores castigare. Suet. Domit. cap. 9. Fiscales calumnias, magna calumniantium poena reppræfert: ferrebaturque vox ejus, Princeps qui delatores non castigat, irritat. Malum Invitat.

Improbos castigare. Cic. 2. de Legib. 62.

Castigare, Coercere. Liv. 39. 25. Ut equum tenacem non parentem, frenis asperioribus castigandum esse. [Puto ab sole dictum Asperioribus, ac distinguendum esse, Tenacem, non parentem frenis, asp. Sic Horat. 1. Serm. 1. 91. Parentem frenis conjunxit.

Furorem castigare. Flor. 4. 2. 75. Velut furorem civium castigaret Oceanus.

Insula castigatur aqua. Sil. 12. 356. V. ibi Burn. & Drakenb.

Rifum castigare potinuili. Petron. cap. 47. Subinde castigamus crebris potinuili rifum.

CASTIGATUS, a, um. ut, Dolor animi castigatus. Cic. 2. Tusc. 49. i. e. Levior factus.

Frons castigata. Stat. 2. Silv. 1. 44.

Et castigata collecta modestia frontis. i. e. Frons, in qua nihil appetit, quod comprehendit posset.

Libertas jubarum. Stat. 9. Theb. 687.

Colla sedent, nodis & castigata jubarum Libertas. i. e. Constricta. Pectus castigatum. Ovid. 1. Amor. 5. 21.

Quam castigato planus sub pectora venter. i. e. Emendato vel correcto per faciam, qua tumescentes papillas solebant coercere. Conf. Idem 3. de Arte Am. 274. & Rem. Am. 337.

Compar. Ammian. 26. 6. Procopius vita moribusque castigatorum.

Superl. Gell. 4. 20. p. Disciplina castigatissime exempla.

CASTIGATE, Adv. ut, Vixit modete, castigate. Sen. Controv. 6. extr.

Compar. Ammian. 22. 3. Vivere castigatus. V. Macrob. Somn. Scip. 1. 6.

CASTIGATOR, oris. m. [καστιγωνος, αφεγονης] Qui reprehendit & objurat. Plaut. Trin. 3. 1. 13. Ibo ad meum castigatore.

Lacrymarum castigator, atque inertium querelarum. Liv. 1. 59. . Hor. in Arte Poet. 174.

Irritus castigator. Sen. de Ira 1. 15.

Serus castigator. Columel. lib. 8. cap. 16. Nos quoque, ne videamur tot jam feculorum seri castigatores.

CASTIGATORIUS, a, um. ut, Adhibere solatium non castigatorum & nimis forte, sed molle & humanum. Plin. 5. Epist. 16.

Severitas castigatoria. Sidon. 4. Epist. 1.

CASTIGATIO, ōnis. f. [καστιγωνη] Cic. 4. Tusc. 44. Ut omnes castigationibus, reprehensionibus, ignominia affici se in delicto dolerent.

Berborum castigatio, ob errorem præteritum. Liv. 27. 15. pr.

Animadversio & castigatio omnis, contumelia vacare debet. Cic. 1. Off. 88.

Castigatio sulfum. Bud. ex Ulpius. de Effractoribus. H. St. V. I. ult. D. de Effract. & Expil.

Castigatio loquendi, Puritas. Macrob. 2. Saturn. 42. de Augusto: Contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat.

C A S T I G A B I L I S, e. [καστιγαβίλης] Quod castigari debet. Plaut. Trin. 1. 2. 6. Qui admisit, in se culpam castigavit.

C A S T I T A S, C A S T I M O N I A, C A S T I R U D O. In **C A S T U S**.

C A S T I N I E N S I S, Venus cognominata est, sub quo nomine a Theseus culta, apud eosdem sanum habuit, & aliud in Sidra Pamphylike, & in Apsinda Argivorum, & Argis, in festo quod Hysteria dicitur: in quibus præter insituta moresque aliorum, fues macræ licet, quum in ceteris nullo modo fas sit. Alex. Genial. lib. 7. cap. 12.

C A S T O L U S, i. m. [καστόλος] Lydiæ urbs: ita dicta a Doribus conditoribus, quos Lydi *Kastorūs* appellant. Hinc Castoli campus, apud Xenophonem. V. Stephanum.

C A S T O R, óris. m. [καστόρ] Animal ex eorum genere, quæ Græci amphibia vocant, quod tam in terra, quam in aqua vivant. Plin. lib. 32. cap. 3. Spectabilis natura potentis. In his quoque quibus & in terris & in aqua vixus est, sicut & fibris, quos castores vocant, & castræ, testes eorum. Castor vocatur Latinus Fiber, Gallis *Bievre*. Servius tradit etiam Ponticum canem vocari. Differat a Lutra. V. **C A S T O R E U M** & **F I B R E**.

C A S T O R E U M, a, um. [καστορεῖον] Adi. nt, Castrorum odor. Plin. lib. 12. cap. 24. Alipathii probatio est in colore rufo, vel igneo, taquaque spissi, & odore castrorum. h. c. Festido, & putri, vel acuto. Sed Har-dinii, legio Odore castrorum.

C A S T O R E U M, i. n. [καστορεῖον] Castrorum, auctore Plin. lib. 32. cap. 3. vocantur Testes castrorum. Plin. lib. 26. cap. 11. Clavos pedum ex-trahit ladanum cum castrorum, verbenacæ ex vino. Pharmacopœia illud quoque vocant Castrorum: quod unguentum compositum est ex castoris testibus avulsiis.

Grave castrorum. Lucret. lib. 6. 794.

Castrorum gravi mulier sopita recumbit. Gravi, i. e. Odoris terti, male & graviter ollentis.

Virofa castrorum. Virg. 1. Georg. 56.

India mitit ebur, molles sua thura Sabæi:

At Chalybes nudiferrum, virofaque Pontus

Castrorum. Servius, Fibri, canes sunt Pontici: quorum testes apti sunt medicaminibus, propter quos ubi se requiri senserunt, eos fecant: de his Cicero, Redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur. Castrorum autem a Castrando dicti sunt. Virofa au-tum, Venetana nam licet sint multi remedio, tamen pregnantes eorum odore abiciunt & egerunt partum, & virofa dicta ab eo quod est virus. Alii fortia accipiunt, a viribus. Haec tenus Servius. Alii tamen Virofa dici malunt ob odoris gravitatem.

C A S T O R I N U S, a, um, ut, Oleum castrorum. Marc. Emp. cap. 35. Veste castrorum. Ambros. de Dignitat. Sacerdot.

C A S T O R I N A T U S, a, um. Fibrina veste amictus. Sidon. 4. Epist. 7. Incendit castroriam ad litaniæ. V. ibi Sirmundum.

C A S T O R, [καστόρ] Frater Pollucis: qui ambo post mortem inter sidera relati sunt, quorum signum Gemini dicitur: & a gentibus pro diis habiti, atque in proverbiis semper adducti pro Constantissima & inviolabilis amicitia nota. Fabulantur enim poëtae, Jovem in specie cycni cum Le-da, Tyndari uxore, concubuisse. Unde illa ovum concepit, sicut ex viro alterum ovum. Secundum Horatium quidem cuius verba infra pone-mus, ex ovo eodem geniti sunt Castor & Pollux, secundum alios, ex ovo Jovis, Helena & Pollux immortales, & ex ovo Tyndari Castor & Hernione mortales. Sed Pollux mortuo Castrorum impetravit, ut divinitatem suam illi communicaret, & vicissim alternis diebus morerentur. Unde Virg. 6. Æn. 121.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,

Irrue rediutque viam roties. Quod ideo fingitur, ait in hunc locum Servius, quia horum stellæ ita se habent, ut occidente una oriatur altera.

Fuit autem Castror egregius equorum domitor, Pollux vero pugil. Unde Horat. 2. Serm. 1. 26.

Castror gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis.

Gemellus Castror. Catull. 4. 27.

Magnus. Hor. Epod. 17. 43.

Receptus Castror in templo deorum. Hor. 2. Epist. 1. 6.

& cum Castror Pollux,

Pot ingenta facta, deorum in templo recepti.

Arbitri & testes legum & judiciorum Castror & Pollux. Cic. 7. Verr. 186. Vosque omnium rerum forenum, confiliorum maximum, legum, judiciorumque arbitri & testes, celeberrimo in loco Praetorii locati, Castror & Pollux, &c. [Quia nimurum ædes eorum in foro fuit extratta. V. 3. Verr. 129 seqq.]

Currere ad Castrorum, scilicet ad Milon. 91. Nisi vero sustinuisti eos, qui cum facibus ad curiam concurrerunt, cum facibus ad Castrorum, cum gladiis tote foro volitarunt, i. e. Ad eadem seu templum Castrorum.

Castror & Pollux, Castrorum etiam vocati sunt ab antiquis. Trebellius Pollio in Vit. Valerian. cap. 1. Quomodo imператорis literas in æde Castrorum, Senatus haberetur. Capitolinus in Maximinus, cap. 16. pr. Quomodo ventus effet in ædem Castrorum. Arnobius, 2. p. 93. Tyndardus Castrorum, unus equos dominare consetus, alter pugilar bonus.

Castror, Medicus antiquissimus, qui docuit piperitum herbam, quam alio nomine siliquastrum nominavit, bibi contra morbos comitiales. Aut. Plin. lib. 20. cap. 17.

C A S T O R I U S, a, um. Hipp. [καστόριος] a nomine proprio Castror: ut, Manus castrorum. Sen. Hippol. v. 810. Frenis Castrorum mobilior manus. i. e. Ipsi Castror, qui optimus domitor equorum erat.

C A S T R I C U S, V. **C A S T R A**.

C A S T R O, [καστρα, ινεξία, οικοτροπή] ære. proprie est Virilia amputare. Plin. lib. 18. cap. 32. Verres, juvencos, arietes, hædos, decrescente luna castrato.

Vitulos castrare. Columel. 6. 26.

Meraphorice. ut,

Alcyonia castrare, est Alveos favis spoliare, & mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum sit, docet Columel. lib. 9. cap. 15.

Arbores castrare, In imo perforare. Plin. lib. 24. cap. 8. Humor quoque e medulla, uti diximus, castrata arboris effluens, capillum redit capiti illitus.

Caudas catulorum castrare. Columel. lib. 7. cap. 12. Reigner.

Libellos castrare, Expurgare obscenias. Martial. lib. 1. 36.

Nec castrare velis meos libellos.

Vites castrare. Cato cap. 33. Vites teneras quamprimum propagato, veteres quam minimum caltrato: potius si opus erit dejicitio, biennio, que post præcedito.

Vina castrare faccis. Plin. lib. 19. cap. 4. V. Cæl. lib. 28. cap. 26. & Saccus nivarius, In saccus.

Castrant in iteritatem Lupini umbilicum vermiculi. Plin. lib. 18. cap. 14. Avaritiam caltrare; i. e. Auferrere vel Coercere. Claud. 1. in Eutrop. 193. — vis nulla cruentam

Castrat avaritiam.

C A S T R A, a, um. [καστρα] Partic. ut, Castratus hæres. Claud. 2. in Eutrop. 550.

— Rufini castratus profilis hæres. i. e. Eunuchus.

Homo castratus, Bagoas. Curt. 6. 3. 12.

Translate etiam ponitur, ut,

Ref. Castrato more aliquicis absurdæ dicetur. Cic. 3. de Orat. 161. No-lo morte dici Africani castratam esse Remplub.

Vires castrator. Plin. lib. 11. cap. 18. de fucis. i. e. Adempta.

C A S T R A T A, a. S. Siliginis genus est, apud Plin. lib. 18. cap. 9. Egra-num, quod in Campania proveniebat.

C A S T R A N D U S, a, um. [καστρανδος] aliud Partic. Claud. 1. in Eutrop. 46. — rapitur castrandus ab ipso Ubere.

C A S T R A T I O, ônis. f. [καστρατη] Virilium amputatio. Columel. lib. 6. cap. 26. Id optimum genus castrationum, quod adhibetur tenera etati. Arborum castratio. Plin. lib. 16. cap. 40. Ramis sepe deputatis, castratio illa est. Columel. lib. 4. cap. 12. de Arundinetis, Sed illud de integro refodi debet, hoc potest intercidi & disrari: quod opus rusticæ castrationem vocant.

C A S T R A T U R A, æ. f. [καστρατη] Idem quod Castratio. Plin. lib. 18. cap. 9. de pistoris & molitura, & farina loquens, Jutum est e grano Campanæ, quam vocant castratam, e modo redire sextarios quatuor si-liginis, vel e gregali fine castratra sextarios quinque.

C A S T R A T O R, ôris. m. ut, Carnis castrator. Tertull. adv. Marc. 1. 1. Gloss. Gr. Lat. ινεξίας, castrator.

C A S T R A T O R I U S, a, um. Ad castrationem pertinens; ut, Ferramenta castratoria. Pallad. 1. extr.

C A S T R U M, i. n. [καστρον] Locus muris munitus, castello majus, & minus oppido. Callistratus in l. Non tantum inquilini. D. de Excufa-tutorum, inquilini castrorum a tutelis excusari solent, nisi eorum qui & ipsi inquilini sunt, & in eodem castro, eademque conditione sunt. Sed Idor. 15. 4. Castrum, ait, antiqui dicebant Oppidum loco altissimo situm: quasi Casam altam: cujus pluralis numerus Castra, diminutivum Castellum est.

C A S T R U M O V U M, Italia oppidum est, non procul ab ostiis Tiberis, apud Pompon. lib. 2. 4. & Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo *Corneto*, ut scribit Olivarius in Melam.

C A S T R A, orum. pl. tantum. [καστρόμενον, παρεμβαλλέν] Locus est ubi militæ tentoria figunt, a castris similitudine: quod fossa valloque, quasi mu-ro, circumdari solent. Grace παρεμβαλλέν, tam pro exercitu, quam pro castris. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & fossa circumdedi: sex castris, castrisque maximis sepisi.

Castræ, f. g. teste Nonio. Accius Æneadis, aut Decio.

Castræ haec veltra est, optime efficiunt, meritus a nobis.

Metator castrorum. Cic. 11. Philipp. 12. Accedit Saxa necfio quis, quem nobis Cæsar ex ultima Celtiberia Tribunum pleb. dedit, castrorum ante metator, nunc ut pteratur urbis.

Obsidium castrorum. Tacit. 4. Hist. 24. Flaccus interim cognito castrorum obsidio, & misericordia per Gallias qui auxilia concident, &c. Castris promptus. Tacit. 1. Ann. 57.

Æltiva castra. Suet. Claud. 1.

Confusa fremitus castra. Lucan. lib. 7.

Domestica. Juven. 10. Sat. 95.

Cavere aliquem se refutatur. i. e. Satisfare. Ulp. I. si procuratorem. §. ult. D. mandat. Si dolus non intervenit, nec culpa, non tenerberis, nisi ad hoc, ut caves si in potestate tuam pervenerem te refuturum.

Obsidibus cavere de pecunia. Caf. 6. Bell. Gall. 2. i. e. Dare obsidibus, quoad pecuniam dissolvant. Bud. Obsidibus inter se cavere, pro Obsidibus invicem exigere. Caf. 7. Bell. Gall. 2. Et quoniam in præfatione obsidibus cavere inter se non possent, ne res effteretur, ut jurejurando ac fide fanciantur, pecunt. Bud.

Per aliquem sibi cavere. Cic. 6. Fam. 7. Auges etiam tu mili timorem, qui in Oratore tuo caves tibi per Brutum, & ad excusationem faciun quæris.

Pecuniam aliumcavere. Scævola in 1. si ex pluribus. D. de solut. Si ex pluribus cauli & chirographis creditor ita cavit. T. Mævius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse C. Titio reliquum omne ratione posita ejus pecunia, quam mihi Stichus C. Titii servus caverat. Quæsitum, &c. Summanum cavere. Scævola in 1. Quæ neptis. D. de Acquir. hæred. Condemnatique pro portionibus hæreditatis singuli hæredes, inter quos & Seia, Sempronio caverunt summanum qua quisque condemnatus erat, uturis, &c.

Cavere capite, est Capitis pericolo se obstringere, & alium sibi eodem vinculo obligare. Plin. lib. 14. cap. 7. Itæ nostra vidit in Capitolio, prius quam id novissime confagratia a Vitellianis incensum, in cella Junonis, canem ex are, vulnus suum lambentem, cuius exsimum miraculum, & indiscreta veri similitudo, non eo solum intelligitur, quod ibi dicta fuerat: verum ex nova fastigatione: nam summa nulla per videbatur, capite tutelarios cavere pro ea instituti publici fuit. Bud.

Scriptis aut racitis exceptionibus cavere. Cic. 2. de Invent. 140. Non ergo omnia scriptis, sed quodam, quæ perpicua sunt, tacitis exceptionibus caveri.

Senatus consulto cavere. Tacit. 4. Ann. 20.

Testamento cavere. Cic. 2. de Fin. 103. Tantum dico magis fuisse vestrum, agere Epicuri diem natalem, quam illum testamento cavere, ut ageretur.

De evictione cavere. Ulpian. in 1. Si duo. §. Si quis juraverit. D. de Jurejur. Si quis juraverit vendidisse me ei rem centum: ex emplo agere poterit, ut ei cetera prætentur, id est retradatur, & de evictione caveatur.

De facto paulo. Paulus in 1. Dc tuo. D. Mandat. vel contr.

De re aliqua & chirographo cavere. Suet. Calig. 12.

Cavere sibi aliquid dari. Ulpian. I. Si remunerandi. §. Marius Paulus quidam. D. Mandat. Erubit nomine alterius ex eventu litis caverat sibi certam quantitatam, &c. i. e. Pactus fuerat. Et cum Fut. Infin. Ulpianus in 1. Si quis multis. D. de Noxal. action. Si quidem unus occupaverit, an melior sit ejus conditio: ut ipsi foli debent: an vero vel omnibus dedi debet, vel cavere debeat, defensum iri adversus ceteros?

Cavere, pro Cautionem exigere. Ulpian. in 1. Quod ad hæredem. D. M m m 2 de

catus nunquam terminat nec magnitudinis, nec diurnitatis modum. Legitur & Cautus. Plaut. Perf. 4. 4. 70. Di istam perdant, ita catus est & callida.

Mercurius catus. Hor. 1. Carm. 10. 3.

Catum confilium. Plaut. Epid. 2. 2. 73. h. e. Providum & sanum.

Confidens & catus. Ter. Andr. 5. 2. 14. Nescio qui senex modo venit: illum! confidens, catus. Ubi Donatus: Catus, Callidus, doctus.

Prudens & catus. Cic. 1. de Legib. 43. Quis igitur prudentem, & (ut ita dicam) catus, non ex ipsis habuit, sed ex aliqua re externa judicet?

Canerat. Apul. Flor. p. 341. Sols ante alios catus canere.

Jaculator catus. Hor. 3. Carm. 12. 10.

CATE [κατη] Idem significat quod Caute. Plaut. Men. 1. 2. 22.

Sic hoc decet dari facete verba, custodi cate. Idem Mil. 3. 1. 9.

Si minus cum cura & cate locus loquendi lectus est. Catum enim

veteres, Acutum dicebant, teste Varr. de L. L. 6. 3.

Tornare cate. Cic. in Arat. v. 304.

Tum tornare certos contortos possiet orbes.

CAUTOR, ὄρις. m. [ιωλεῖσθι, ιστοῦν] Qui cavet & providet. Plaut. Capt. 2. 2. 5.

Qui cavet ne decipiatur, vix cavet, quum etiam cavet:

Etiam quom cavisse ratus est, sepe is cautor captus est.

Formularum cautor. Cic. 1. de Orat. 236.

Periculi alieni cautor, Qui sollicitus est & providet, ne quis incidat in periculum. Cic. pro Sext. 15.

CAUTELA, ἡ. f. [απόφυγειν] pro Cautione. Paul. in l. Si defunctus. §. Qui ad communia. D. de Procurator. Qui ad communia dividendo iudicium datus est ad agendum, item & ad defendendum videbitur datus, duplice cautela interponenda. Pomponius in l. Quamvis convenerit D. de Pignor. actione, Prius idonea cautela a debito pro indemnitate ei praefanda.

CAUTELITAS, ἡ. f. Ennod. 8. 8. An forte contra me illam tuam cautelitatem astimas esse servandam.

CAVERNA, IN CAVUS.

CAVIARES Hostiae, quæ & Cavæ, erant Partes hostie cauda tenuis, que in sacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur. Fest.

CAVILE, V. CAVUS.

CÄVILLA, a. f. & CÄVILLUM, i. n. [καναπέδην] Cavillatio est & irrisio, auctore Festo, sive Jocus. Plaut. Aul. 4. 4. 11.

Pone hoc sis: aufer cavillam, non ego nunc nugis ago. Et apul. 1. Milet. p. 66. Jam adlubentia proclivis est sermonis ac joci, & scitum est cavillum, Alludere cavillo. Aur. Vict. Epit. 9. 14. conf. 23. 6.

CAVILLUM, a. f. dimin. Plaut. Truc. 3. 2. 18. ubi V. Taubm. & Gronov.

CAVILLOSUS, a. um. Firm. 5. 8. Astuti, callidi, cavillosi & fiduciari pleni.

CAVILLOR, [κανάριον, σφήκαιον, περιστροφή] ari. Jocari, inquit Nonnius, five etiam Iridere. Cic. 3. de Orat. 120. Ut ille in Gorgia Socrates cavillatur. Liv. 2. 58. A Centurionibus corruptum exercitum dicere, Tribunos plebeios cavillans, interdum & Volerones vocare.

Cavillari cum aliquo & jocari. Cic. 1. Att. 1. Itaque jam familiariter cum ipso cavillar ac jocor.

Cavillari in aliquo aliiquid. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. Atque in eo etiam cavillatus est, æstate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum.

Attem cavillari. Quintil. lib. 1. cap. 4. a. pr. Quo minus sunt ferendi, qui hanc artem ut jejunam & tenuum cavillantur.

Verba cavillari. Tacit. 1. Ann. 46. An Augustum fessa ætate toties in Germaniam commearre potuisse? Tiberium vigenter annis federe in se natu verba patrum cavillantur.

CAVILLATUS, a. um. paſſīve, idem ac Illusus. Apul. Met. 3. 137. Lepido sermone Fotidis cavillatus. Idem 9. p. 230. Sermonis blanditie cavillatum deducebat puerum.

CAVILLATIO, ὄνις. f. [κανάρια, σφήκαιον, περιστροφή] Jocosa criminatio, inquit Festus, sive ut Cicero ait, Genus facetia, quod fit mentiendo. Cic. 2. de Orat. 218. Etenim quum duo genera sunt faciarum: alterum aquiliter in omni sermone fusum, alterum, peractum & breve: illa veteribus superior, cavillatio: haec altera, dicatas nominata est.

Per cavillationem perduci. Liv. 8. Bell. Maced.

Cavillatio, est (inquit Valla lib. 6.) Subdola ratio, quam consci nobis mendaci, vincendi tamen cauta proferimus. Ulpius in l. Ea est natura. D. de Verbor. & rer. signific. Ea est natura cavillationis, quam Græci κανάριον appellant, ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes disputatione ad ea qua evidenter falsa sunt perducatur.

Juris cavillatione. Quintil. lib. 7. cap. 5.

Verborum. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Inepti. Quintil. lib. 1. cap. 7.

Effugere omnem cavillationem. Quintil. lib. 1. cap. 5.

CAVILLATUS, ὄν. m. Apul. in Asin. Aur. lib. 8. Sed ille cognito cavillatu, similes indignanti. At te inquit, &c.

CAVILLATOR, ὄρις. m. [κανάριον] Cic. 1. Att. 12. Cos. autem ipse parvo animo, & pravo, tamen cavillator genere illo moroso, quod etiam fine dicacitate ridetur, facie magis quam facietis ridiculus. Gell. 4. 20. Qui jurabat cavillator quidem & canicula, & nimis ridiculus fuit.

Probus cavillator. Plaut. Truc. 3. 2. 15.

CAVILLATRIX, icis. f. Quintil. 7. 3. Dialecticorum formata conclusio, in disputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti. V. etiam 2. 15.

CAVILLATORIUS, a. um. ut. Tractatus frustratorius, cavillatorius, in lib. 35. ff. t. 2. l. 88.

AULA, a. f. [ἴερων] a Cavum dicta; Stabulum in quo pecudes reconduntur: quod antiquitus ante usum tectorum, oves antris teneri solebant. Virg. 9. Æn. 60.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili,

Quum fremit ad caulas. Ubi Servius, Caulas, Mumenta & septa ovium, est enim Græcum nomen, & detracto. nam Græci κανάριον animalium receptacula.

Caulas constat pro Quocunque receptaculo sive conceptaculo a veteribus dictas fuisse, ut apud Lucret. lib. 3. 255.

Ufque adeo vita desit locus, atque animali

Diffingunt partes per caulas corporis omnes. Idem lib. 4. 624.

Palati caulas dixit, i. e. Meatus & foramina.

AULIAS, a. m. [κανάρια] Succus ex caule laeserpiti, qui in vas con-

jectus, admisto fufure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

CAULINUS, a. um. Adj. ut. Caulinum vinum, juxta Capuam proveniens, ab agro ita nominarum. Plin. lib. 14. cap. 6. Campania excitavit nuper novis nominibus auctoritatem five cura, five caſi, ad quartum a Neapolii lapidem Trebellicis, juxta Capuam Caulinus, & in suo agro Trebelianus.

CAULIS, vel COLIS, is. m. [καυλίς] In herbis dicitur Ipsum robur, five stipes: i.e. Ea herbe pars, unde producunt folia aut ramulos. Plin. lib. 18. cap. 7. Fabæ in folia excent, ac deinde caulem emitunt, nullis distinctum internodis. A caulis sunt composta Uniculis, & Multiculis. Idem lib. 21. 16. Est & illa differentia, quod quedam in his multicaulia, ramosaque sunt, ut carduus.

Palmeus caulis. Columel. lib. 16. cap. 10. [Error manifestus.

Teneri. Hor. 1. Serm. 3. 116. Qui teneros caules alieni frergerit horti.

Vitis caulis. [καυλίς] Varr. 1. de R. R. cap. 31. Pampinare est ex farmento caules qui sunt funi, de iis qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.

Caulis, & proprie pro Brassica ponitur. Plin. lib. 17. cap. 24. circa finem, Odit & caulem vitis & omne olus. Et Cic. 2. de Nat. Deor. 120.

Quin etiam a caulibus brasifisque, si propter sati sint, ut a pestiferis & nocentibus, refugere dicuntur. De vitibus. Al. Caulibus brasifiscis, abjecta copula, legunt.

Suburbanus caulis. Hor. 2. Serm. 4. 15.

Unguere caules oleo. Hor. 2. Serm. 3. 125.

Caules pennarum. Plin. lib. 11. cap. 39. Pennarum caules omnium caui, precipite non crescunt, evulsa renascuntur.

Caulis cauda. Plin. lib. 11. cap. 50. Bouini caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. Quandoque, sicut docet Servius, (ubi?) sumitur pro Virili membro: quandoque pro Ferto, & pro Quolibet hastili. V. COLES.

CAULICULUS, vel COLICULUS, i. m. [καυλίκουλος, καλημπόνος] diminut. Plin. lib. 24. cap. 6. Parvulus caulicus Varto 1. R. R. cap. 31.

Is (capreolus) est coliculus viteus intortus, ut cincinnus. Colum. 11. 2. Coliculus fabæ.

Prototomi cauliculi. Martial. 14. 101. conf. Apul. de Herb. 87. 5.

CAULICULATUS, a. um. ut. Rami cauliculati. Apul. de Virt. Herb. cap. 90.

CAULESCO, [καυλίζειν] ēre. Caulem producere. A quo Decauleco. V. suo loco.

CAULODES, a. m. [καυλόδης] Brassicæ species est, lata habens folia & caule excentia, unde & nomen accepit. Auctor Plin. lib. 20. cap. 9.

CAULUM, i. vel potius CAULON, ὄνις. [καυλώνια] Oppidum quod a Plin. lib. 3. cap. 10. collocatur in prima regione Italiae. Virg. 3. Æn. 55. 3.

Caulonisque arces & navifragum Scylacæum. Hanc Strabo lib. 6. vocat Cauloniam, dicens, Post Sagram Caulonia extat, prius Aulonia, quafi Valonia, a vicina convalle nominata, ab Achivi adificata, nunc autem vacua est. Hor. 2. Carm. 6. 18. — & amicus

Caulon fertilis Baccho. [Ia Serv. ad l. c. Virg. Sed Aulon & metrum postulat, & exhibet Mihi V. f. l. Ceterum de gemina loci appellatione V. quæ in CARCASUM adnotavi.

CAUMA, ἡ. f. [καύνη] Eſtus. Vulg. Interpr. Job, 30. v. 30. Oſſa mea aruerunt p̄r caumate.

CAUNIUS, [καύνιος] Cupido vocatus, quod in Cauno urbe coleretur, ut ait Hesychius. Possumus & ab Eſtu derivare, qui fit ex auore: unde & illi ardentes faces attribuebant antiqui: vel quod amor καύνες homines reddat, id est difficiles & nialos.

CAUNUS, i. m. [καύνος] Caris oppidum ad Calbinum fluvium. Meminit Strabo lib. 14. Regio æstatis & autumni, ut ipse ait, ad inhabitandum gravis, ob calorem & pomorum copiani. Ob' id Caunii pestilenti celo esse dicuntur. Hos quum intutus esset Stratonicus cithareodus, homo salibus plenus, illum ex 6 Iliados vericulum (146.) in eos protulit,

Oīnē φίδων τενεῖ, ποιὲται δέ αὐτόν.

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Caunii vero quum hominum incellissent atrius, quod urbem ut morbidam carpere, Ego vero (inquit) eam morbidam dicere asum, ubi mortui quoque ambulant? Urbanius multo atriusque quam prius illudens. Hac fere Strabo.

CAUNEUS, vel CAUNÆUS, a. um. [καυναῖος] Adj. ut. Caricæ Cauneæ. Cic. 2. de Divin. 84. Cum M. Crassus exercitum Brundisi imponebat, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Caunes clamatibus. Dicamus, si placet, montium ab eo Crassum, Caveret, ne iet: non fuisse peritum, li oniū paruisse. [Cauneæ absolute, subauditio Ficus. Sic & in seq. exemplis.

Trium Caunearum ædilis. Petron. cap. 44. i.e. Nihil estimandus. V. etiam Plin. 15. 9. conf. Celf. 5. 2L

CAVO, CAVATUS, IN CAVUS.

CAUPA, in dict. seq.

CAUPO, ὄνις. m. [καυπά, οιστράλη] Cauponam exercens tabernarius. Ulpius, in l. 1. §. Caupones autem. D. Nautæ, caupones, stabularii, ut recepta reficiunt. Caupones autem & stabularii æque eos accipiems, qui cauponam vel stabulum exercunt, institores eorum. Cic. 1. de Divin. 57. Quoniam duo guidam Arcades admodum familiares iter una facient, & Megaram venientes, alterum ad cauponem divertisse, ad hospitem alterum, &c.

Perfidus caupo. Hor. 1. Serm. 1. 29. Quidam locum hunc Horatii, non de iis tantum intelligent, qui statam habent in urbibus cauponam, sed de copiariis etiam, qui perigrinantes principes & magistratus festabantur, vinum cibarie vendentes: de quibus vide suo loco.

Maligni. Hor. 1. Serm. 5. 4.

Reperitur & Copo scriptum apud antiquos: ut apud Cic. pro Cluent. 163. ex antiquis codicibus: Atque etiam, ut nobis renuntiatur, hominem multorum hospitum, A. Binnium quendam, coponem de via Latina forbatis, qui sibi a Cluentio, servisque ejus in taberna sua manus allatas esse dicat. Martial. lib. 13. 11. Haec ego copori, non tibi dona dedi. Et Copo pro Mulierte dicitur, quæ cauponam exercet. Suet. Ner. cap. 27. Virg. in Catalectis,

Copa Syrifca caput Graia redimita mitella

Crifpum sub crotalo docta movere latus. V. ibi Scalig. p. 354.

item Conjectan. in Varr. p. 61. Turneb. Advers. 24. 6.

CAUPONA, a. f. [καυπάνη] Taberna vinaria. Cic. in Pison. 53. Nonne

tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequenti? caupona pro oppido?

M m m 3. Vivere

Vivere in caupona. Hor. 1. Epist. 11. 12. Festus Copona scribit, & a Copia dictam dicit, inscite. V. Dacer. not.

Caupona item pro Hopfita, a Caupo, ut, a Leo Xenia, inquit Priscian. 6. p. 684. Et Lucil. 3. Sat. n. 33. per Doufam,

Caupona hictamen una Syra, &c.

CAUPONULA, *a. f. [καυπονεία]* dimin. Cic. 2. Philipp. 77. Delituit in quadam cauponula: atque ibi fe occultans, perpotavit ad vesperum.

CAUPONIUS, *a. um. Adj. [καυπονικός]* Plaut. Prosc. 5. 5. 14. Quis hic homo est cum tunicis longis, quali puer cauponius? Justinus lib. 1. 7. 12. Jussisse cauponias & ludicras artes & lenocinaria exercere. De Lydis loquitur. Instrumentum cauponium. Martian. in l. Pictoris. D. de fund. instr. & instr. legat.

Taberna cauponias. Ulp. l. 43. pr. D. de ritu nupt. & Paul. l. 13. D. de instru. vel in instrum. conf. **COPONIUS**.

CAUPONIUM, *i. n. Gloss. Gr. Lat. [καυπονίον]*, Cauponium. Pompon. Jct. D. I. 15. de Instr. vel Instrum. In cauponio institores.

CAUPONOR, *[καυπονώρ]* átri. est Lucri causa, cui caupones solent, aliquid venditare.

Cauponari bellum, per metaphoram, Lucri causa bellum gerere. Ennius apud Cic. 1. Off. 38.

Nec cauponantes bellum, sed belligrantes. V. Belliger, in **BELLUM**.

CAUPONARIA, *a. [καυπονική]* Ars cauponandi. Onomast. Vetus: Cauponaria, *καυπονική*.

CAUPONARIUS, *i. m. Idem ac Caupo. Gloss. Cyrilli: Cauponarius, καυπονάριος.*

CAUPULUS, *i. m. Cymbæ genus. Gell. 10. 25.* Caupolum vocat Iudorū 19. 1.

CAURIO, *ire.* Verbum pantheribus proprium, ut Latrare canibus, ut vultus qui conscripti librum Philomelæ, qui vulgo Ovid. tribuitur, v. 51.

Panther caurit amans, pardus hiando felit.

CAURUM, *i. n. [Καύρον]* Lusitania oppidum Ptolemæo: alio nomine Caura. Vulgo *Corra*.

CAUROS, *i. m. [Καύρος]* Insula erat, quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros. Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgo *Andro*.

CAURUS, **CAURINUS**, **V. CORUS**.

CAUSA, *a. f. [καίνη, αἰτία, άξον, λέπτη]* five **CAUSSA** (ut scripserunt Virgil. & Cicero, teste Quintiliano) dicitur Id ex quo, vel per quod, vel a quo, vel propter quod aliquid fit. Quidam Caufam a Chaos distracta aspiratione dictam esse existimat: quod confusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. Alii a Greco καῦσης, quod ardorem five incundum significat: quod causa fit quæ nos accidunt atque inflammat ad aliquid agendum. Nonnulli a Cavedo: quod ea fit quæ caverit ut aliiquid agatur, aut non agatur. Quidam a Casu: quod initia & origines rerum quæ causa sunt, casu eveniant.

Causa ea est, quæ id efficit cuius est causa: ut vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Cic. de Fato 34.

Nihil fieri sine causa potest. Cic. 2. de Divin. 61.

Causa & ratio. Cic. 1. Off. 67. Causa autem, & ratio efficiens magnos viros, in priore est.

Semen & causa bellorum. Cic. 2. Off. 29. Nec vero unquam bellorum civilium semen & causa deerit. conf. Arborum causa est in feminis. Caufam, id est principium philosophiae esse scientiam. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. Ad eam causam scripta interpretari. Cic. 1. de Invent. 11. Quamobrem igitur leges servari portet, ad eam causam scripta interpretari convenit, &c. h. e. Quoniam Reipub. servimus: ex Reipub. commido atque utilitate leges interpretarum.

Causa est faciens aut nos faciendo. Quintil. lib. 3. cap. 8. p. 276. Cic. 1. de Arusp. Resp. 10. Nulla enim potest cinqum male de Reipub. merendis iusta est et causa. Sic Virg. 1. Ecl. 27.

Et quæ tanta fuit Romanæ tibi causa videndi? Cic. 1. de Fin. 16.

Voluptates omittantur, majorum voluptatum adipiscendarum causa. Lucret. lib. 4. 840.

Haud igitur potuere intendi crescere causa.

Causa est cur. Cic. 4. de Fin. 9. Quæ expposita, scire cupio quæ causa fit, cur Zeno ab antiqua institutione deficerent.

Erit causa qua, pro Cur, vel quamobrem. Cic. pro Domo 2. Erit causa, quæ consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis jure ac merito laudare possimus. Cur, in codd. emend.

Causa aliqua, quamobrem. Ter. Eun. 5. 30.

Nam jam diu aliquam caufam quererbat senex,

Quamobrem insigni aliquid faceret iis. Et Ibid. 1. 2. 65.

Multa sunt causa, quamobrem cupio abducere.

Causa est quo. Plaut. Aulul. 1. 2. 14.

Ne causa quid sit, quæ quisquam quereret. Legitur Quod in novissime editis.

Hæc causa est, quod sic statuo, &c. Cic. de Arusp. Resp. 36.

Id erit causa quod. Cic. 1. Fam. 7. Quod si rarius fit, quam tu expectabis, id erit causa, quod non ejus generis meæ literæ sunt, ut eas audeam temere committere.

Ea causa. Ter. Hec. 3. 2. 13.

Jam ea te causa maxime hoc nunc introire nolo.

Ea causa est, ut. Cic. 8. Att. 16. Hujus autem epistolæ non solum ea causa est, ut, &c.

His de caulis credere. Cic. 6. Att. 1.

In causa damnacionis fuisse: multos offenderas, &c. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Non est causa, cur. Cic. pro Rosc. Amer. Quod si tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis, &c.

Non sine causa exquirere. Cic. 13. Att. 22. De Varrone non sine causa quid tibi placeat, tam diligenter exquirere.

Nulla causa, vel Nunquid causa, quin, &c. Plaut. Mil. Nunquid causa est, illico quin te in pittrinum dedam? i. e. Recusafne, aut renuiscne? [Non reperi loc.] Cic. 2. de Orat. 89. De me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. Sic Nihil causa, vel Non caufam dico, quin. Cic. pro Quint. 57. Nonis Febr. si Roma fuit, causa nihil dicimus, quin tibi vadionum præmiserit. i. e. Non negamus. Ter. Phorm. 1. 5. 42. Si est, patre, &c.

Non caufam dico, quin quod meritis sit, ferat. [Tantundem est, Ac si diceret Non recuso, Non renu, quin vel Nihil dici potest, quin &c. V. Gell. 10. 5. extr. conf. Quid causa est, quin.

Ob eam ipsam caufam. Cic. de Clar. Orat. 27. Grandes erant verbis,

erebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam causam subobscuri.

Per causam inopum atque imperitorum. Cic. pro Domo 12. Quum tibi in annona caritate, in Consules, in Senatum, in bona fortunaque locupletum, per causam inopum atque imperitorum repentinis impetus comparares.

Pro causa. Cæs. 7. Bell. Gall. 9. pr. At Cæsar biduum in iis locis commoratus, pro causa supplementi, ab exercitu discedit. [Imma Per Per causam, ut in codd. correct. i. e. Hoc prætexto.

Pro magnis causis. Cic. pro Sull. 23. Sed tamen te a me, pro magnis causis nostris necessitudinis, monendum esse etiamque etiam puto. Quæ de causa quid sentiat. Cic. 1. Off. 147.

Quidnam causa, cur. Cic. 3. Tusc. 1. Quidnam esse Brute, causa pu. tem, cur quum contemus, &c.

Quid causa est, quin. Hor. 1. Serm. 1. 2.

Quid causa est, merito quin illis Juppiter ambas

Iratus buccas inflet? Ut Nihil causa, quin. V. supra.

Satis causa. Cic. 2. de Invent. 60. Judicatio, Atrocitas injuriarum sa. tis causa fit, quare dum, &c.

Sine causa. Cic. pro Rosc. Amer. 72. Qui intelligent neminem ne mi. nimum quidem maleficium sine causa admittere.

Sine multis, magnis, necessariis, causis. Cic. pro Rosc. Amer. 40. Ve. riſimile non est odio fusile parenti filium sine causis multis & magnis & necessariis.

Arborum causa est in feminibus. Cic. 2. Philipp. 55. Ut igitur in semi. nibus causa est arborum & stirpium: sic hujus luſtuſiſimi belli ſemen tu fuſti. conf. Semen & causa ſupra.

Brevitatis causa. Cic. 8. Att. 21. Lippitudoſis ſignum tibi ſit libra. ri manus, & eadem causa brevitatis.

Contumelia causa. Cic. in Pifon. 68. Non me hercule contumelia caufa describam quenquam, praetertim ingeniosum hominem atque eruditum, &c.

Decoris causa. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Honoris causa facere. Cic. de Clar. Orat. 86. Se, quæ fecisset honoris eorum studiis, studioſe accurateque fecisse.

Libertatis causa fuit civitati. Cic. 2. de Fin. Hic dolor Pop. Rom. duce & auctore Bruto, causa civitati libertatis fuit.

Malorum causa fuit adolescenti. Cic. pro Cœl. 18.

Mea causa, Quod ad me attinet. Plaut. Rud. 1. 2. 51.

Mea quidem hercule causa ſalvos ſis licet.

Mea, caufa, tua caufa, yefra caufa, quod Gall. vulgus dicit, Amore mei, tui, veltri. Ter. in prol. Hec. 28. Mea caufa æquo animo atten. dite. Cic. 11. Att. 8. Sin vellet nostra caufa, nihil poſſe illis invitis. Idem de Amicit. 97. Quam multa enim quæ noſtra caufa nunquam face. remus, facimus caufa amicorum.

Mea caufa abeſt te moleſte fero, tua gaudeo. Cic. 15. Fam. 18.

Mei caufa dare. Ulpius. in l. Si gratitatu. §. Papinius lib. 8. D. de Praſcript. verb. Si vero mei duntaxat caufa datum est, colum ſolum: quia prope depositum hoc accedit.

Nummorum caufa, caufa temporis. Plaut. Moſt. 2. 1. 10. Qui trium num. morum caufa ſubeunt ſub falas. Cic. de Amicit. 26. Nam utilitates qui. dem etiam ab iis percipiunt ſape, qui ſimulatione amicitia coluntur, & obſervant caufa temporis. Pro hoc alibi idem dicit, Ut ut tempus eſt. Ruina caufa nota. Ovid. 4. Trift. 10. 99. de ſeipſo loquens.

Salutis omnium caufa decedere. Cic. Anteq. iact. in exil. 20.

Sua aut Reipub. caufa. Cic. 8. Att. 11. Si me vellet ſua et Reipub. caufa Luciferum venire.

Sui caufa accipere. Ulpius in l. Eum qui. §. Sed & fi. D. Commo. dati, Si vero ipſe cui voluit commiſſit, aequæ mihi culpam prælatabit, fi sui caufa accepit.

Timoris inter caufas dicitur effe quippiam. V. INTER.

Tua caufa volo. Cic. 3. Fam. 6. Si natura es φιλαΐς, illud non per. ficies, quo minus tua caufa velim.

Verbi caufa. Cic. de Fato 12. Si quis, verbi caufa, oriente Canicula natus eſt, is in mari non morietur. i. e. Exempli gratia.

Via caufa. Ovid. 2. Met. 33.

Utilitatis caufa. Lucret. lib. 5. 868.

Quæ danus utilitatis eorum præmia caufa.

Abdita. In ABDITUM.

Certiſ de caufa aliter existimare. Cic. 1. de Orat. 86. Quod quidem cauſis de caufis a plerisque aliter existimatur.

Conſimiſ caufa moveri. Lucret. lib. 4. 234.

Dubia. Ovid. 6. Faſt. 1.

Hic quoque menſis habet dubias in nomine caufas.

Fallaces. Claud. 1. in Ruffin. 238.

Fortuita. Ulpius. in l. 1. §. Merito. D. Depositū, Merito has caufas deponendis separavit Prætor, quæ continent fortuitam caufam depositi. nis ex necessitate defendantem, non ex voluntate proficiscentem.

Gravi de caufa. Cic. 7. Att. 7. Quod ſcribis in urbem introiffe, vereor quid fit; nam iſi gravi de caufa non feciſſet.

Incerta caufa. Tacit. 1. Hist. 63. Sed furore & rabie, & caufis incertis, eoque difficultioribus remedii.

Inepita. V. INEPTUS.

Invidiosa. Ovid. 2. Epift. 145. ubi personæ tribuitur.

Juſta caufa nulla cuiquam effe potest contra patriam arma capiendi. Cic. 2. Philipp. 53.

Jutis de caufis rationes deferre. Cic. 5. Fam. 20.

Latens caufa, Ignota. Ovid. 21. Epift. 194.

Nam lacrymæ caufa ſepe latente cadunt.

Levis. In LEVIS.

Levifilis & infirmifilis caufæ. In INFIRMUS.

Levis caufa impulit me. Ter. Hec. 3. 4. 12.

Magna, ut, Intemelii in armis ſunt, neque de magna caufa. Cic. 8. Fam. 15.

Memorabilis caufa, ſed eventu misero. In MUTO.

Mutabilibus caufis hoſtis non eſt, fed natura. In MUTO.

Naturales caufæ. Quintil. Procem. lib. 1. p. 9. conf. Habere nat. cauf. Nocens cladi. Ovid. 7. Met. 526.

Occulta rerum. Stat. 6. Theb. 935.

Optima. Ovid. 20. Epift. 92.

Parvula. Lucret. lib. 4. 194.

Peracuta. In PERACUTUS.

Pia causa coegerit. Ovid. 6. Met. 496.

Plurimi justissimique de causis. Cic. 4. Verr.

Pudenda, Non honesta. Ovid. 5. Epist. 98.

Recens accedit causa. Ovid. 3. Met. 260.

Tum vero postquam solitas accedit ad iras

Causa recens, plenis tumuerunt guttura venis.

Tacit. 15. Anth.

68. Acceslerat recens causa, quod Vefinus, &c.

Speciosas causas habere. Cic. 16. Att. 7. Reverisus has speciosas cau-

fas habes, justas illas quidem & magnas, &c.

Taterima belli. Hor. 1. Serm. 3. 108.

Valentes. Ovid. 1. Trist. 8. 29.

Accipere causam queristi. Ovid. 4. Met. 793.

Accumulare. Ovid. 2. Epist. Sabin. 64.

Adjicere. Ovid. 1. Fast. 189.

Afferre probabilem. Cic. 1. Acad. 10. Causam autem probabilem tu qui-

dem affers; aut enim Graca legere malent, qui erunt erudit, aut, &c.

Affere confus. Cic. 2. Philipp. 72. Quam causam dementissimi sui con-

fili & facti afferebat.

Afferre causam faciendo aliquid dicitur res aliqua. Cic. 2. de Divin. 6. Ac

mihi quidem explicanda philosophie causam attulit causus gravis civitatis.

Aperire causas. Propert. lib. 4. 11. 1.

Apparere causa & Non apparet dicuntur. Ovid. 21. Epist. 13.

Languor enim, causis non apparentibus, haret.

Attribuere causam calamitatis. In ATTRIBUO.

Augere causas lacrymarum. Quintil. in procam. lib. 6.

Cognoscere causas rerum. Perl. 3. Sat. 66. Virg. 2. Georg. 490.

Conferre. Cic. 2. de Divin. 151. Quum autem proprium sit Academicae,

judicium suum nullum interponere, ea probare quae simillima veri vi-

deantur, conferre causas, & quid, &c.

Congerere in aliquem. In CONGERIO.

Confitat causa belli hujus in tua persona. Cic. 2. Philipp. 53. Tibi certe

confitendum est, causa perniciossimi belli in persona tua constituisse.

Contrahere belli causa mortis. In CONTRAHO.

Dare causas ad culpam. Virg. 2. Georg. 455.

Debet causa. V. Semen & causa.

Desinunt causas. Ovid. 1. Amor. 8. 93.

Dicere causas aliquid rei, i. e. Rationes adferre, cur ita le res habeat.

Lucret. lib. 6. 55.

Dicere cum causa aliquid. Cic. 2. de Orat. 247.

Esse luctus causam alicui. Ovid. 3. Met. 139. Is enim profecto mortem

attulit, qui causa mortis fuit. Cic. 9. Philipp. 7.

Exigere causam rei alicuius. Sen. Thelyt. 5.

Eximere hortandi causas. Tacit. 3. Ann. 46.

Expedire causam morbi. Virg. 4. Georg. 391.

Explicandae causae. Cic. 5. Fam. 12. In quo & illa poteris uti civilium

communitacionum scientia, vel in explicandis causis rerum novarum, &c.

Explorare causas. Inquirere. Stat. 12. Theb. 544.

Exponere causam. Hor. 1. Serm. 7. 22.

Exponere causas, est Causas occultas obscurasque explicare. Lu-

cret. lib. 3. 317.

Quorum ego nunc nequeo causas exponere causas.

Expromere veras causas. Lucan. lib. 1. 67.

Facere cum causa. Cic. 1. Q. frat. 2. Certe scio te enim fecisse cum cau-

sa. h. e. Quemadmodum res ipsa postulare videbatur.

Fieri causam dolendi alicui. Ovid. 11. Met. 345.

Fluunt inde causae. Quintil. lib. 5. cap. 10. pr. Nam similes parentibus

ac majoribus suis filii plerunque creduntur: & nonnunquam ad honeste-

ritusque vivendum inde causa fluunt. [Lega Turpiterve.

Habere celebritatibus, aut nominis causam. Cic. 2. Off. 44. Nam quis ab in-

eunte aetate habet causam celebritatibus aut nominis a patre acceptam, &c.

Habere iudicij corrumpendi causas. Cic. pro Client. 82. Age quoniam

corrumpendi iudicij causas illæ multas & graves habuit, hic nullam, &c.

Habere veram & bonam causam. Cic. 9. Att. 18.

Habere naturales causas. Cic. 2. de Divin. 140.

Habere causam a natura. Cic. 1. de Divin. 60. Quicquid enim oritur,

qualecumque est, causa habeat a natura necesse est.

Non habent causam. Cic. 12. Fam. 14. Nam quod huc properent in ma-

gristrum venire, aut exercitum mittere, causa non habent.

Impellit causa aliquem, ut, &c. Cic. 1. de Nat. Deor. 7. Sin autem quis re-

quirit quae causa nos impulerit, ut hac tam sero litteris mandaremus, &c.

Incidunt causa. V. INCIDO.

Inire causam alicuius rei. V. INRO.

Intelligere. Lucret. lib. 6.

Intervenientes extrinsecus causæ. Quintil. lib. 3. cap. 8. p. 276.

Invenire. Cic. 1. de Orat. 123. Has causas inveniebam duas, Unam

quod, &c.

Invenire quicquam aliud causæ. Cic. pro Rosc. Amer. 8. Postremo si præ-

ter eam prædam, quam dixi, quicquam aliud causa inveneritis, &c.

Latet causa. Virg. 5. Æn. 6.

Legere retro causas. h. e. Ab initio repetere. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Manent causa. In MANEO.

Memorare causas alicui. Virg. 1. Æn. 12.

Nactus causam morienti. Cic. 1. Tus. 74. Cato autem sic abiit e vita,

ut causam morienti nactum se esset gauderet.

Oblitat gravior causa. Cic. 2. de Divin. 4. Ad reliqua alacri tendebamus

animo, sic parati, ut nisi que gravior causa obstatisset, nullum philo-

sophia locum esse pateremur, qui non Latinis litteris illustratus pateret.

Patent causa. Ovid. 4. Fast. 17.

Percipere causam. Ovid. 1. Fast. 166. & 4. 938.

Perfari in causa danni sui. Cic. 2. de Arte Am. 560.

Probar. Ovid. 11. Met. 449.

Quarerere. Cic. 1. de Orat. 123.

Reddere. Martiil. lib. 11. 41.

Quoniam tristis quereretur, & roganti

Causam reddere vellet Eliano, &c.

Reddere causas alicui. Hor. 1. Serm. 4. 16.

Removere. Cic. de Univers. 5. Nullius enim rei, causa remota, reperti

origo potest.

Requirere. Virg. 6. Æn. 710.

Repetende causa ab ultimo. Quintil. lib. 5. cap. 10. i. e. Ab initio.

Scribi causam. Martial. lib. 7. 85.

Sequi causam. Lucan. lib. 3. 303.

Stetere causa cur, &c. Hor. 1. Carm. 16. 19.

Subjicere causam, Affere. Cic. 7. Verr. 145. At quæ causa tum subjec-

batur ab ipso, Judices, hujus tam nefaria crudelitatis?

Subesse nullam gravem causam video. Cic. 1. Att. 10.

Sumpsi hoc causam. Cic. 1. Att. Hoc causa sumpsi, quod ex te ipso co-

ram ante nihil potuisti cognoscere.

Sulfutus causas rerum efficientium. Cic. 1. Acad. 6. Quid est enim mag-

num, quum causas rerum efficientium sultuleris, de corpusculorum

(ita enim appellat atomos) concusione fortuita loqui?

Tegere causam alicuius rei. Ovid. 11. Met. 748.

Tentare causas, h. e. Perquirere. Virg. 3. Æn. 32.

Trahere ex qualitate celi causas. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Videre causam, i. e. Cognoscere. Lucret. lib. 1. 154.

Causa, translatice dicitur Omnis actio quam in Senatu, sive in foro, &

apud Judices, populumve habemus, vel Quæ alias controversiam, vel

concentrationem constituit. Unde tria esse causarum genera dicimus,

Demonstrativum, Deliberativum, quod & Concionale a quibusdam

vocatur, & Judiciale. Ex iis tamen proprie Causa Æn. dicitur, quæ

judicialis est, unde Causam pro Lite & Controversia ponimus: quamvis

nonnulli ita distinguant, ut Controversiam seu item dici velint post-

quam contestatum est: Causam autem, & ante, & post contestationem.

Cic. 15. Fam. 4. Cujus etiam interitum, ut facile intelligenter mihi

quantum tribueres, Milonis causa in Senatu defendenda, approbaris.

Causa & contentio. Cic. 1. de Orat. 107. Quam possumus reperire ex

omnibus rebus civilibus causam contentioneque majorem, quam de

ordine, &c.

Concinatores & redemptores causarum. Ulp. in l. nec quicquam. §.

circa advocatos. D. de offic. Proconf.

Causa & disceptationes. Cic. 2. de Orat. 42. Atque in civium causis dis-

ceptationibusque verantur.

Defensio & causa. Cic. 2. de Orat. 201. Sic in illa omni defensione at-

que causa, quod esse, & c.

Actor causa. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Cardo. Quintil. lib. 5. cap. 12. V. CARDIO.

Confirmatio, & inclinatio totius. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Conficiatio prima. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Congrefus. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Dictione causæ, Apologia Græce dicitur. Cref. 1. Bell. Gall. 4. Die con-

stituta causa dictionis, & Orgetorix ad judicium omnem suam familiam,

ad hominum millii decem, undique cogit: per eos ne causam diceret,

se eripuit. Budaeus.

Facies nova & varia causarum. Quintil. 2. 4.

Fides. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Frons honesta. Quintil. lib. 4. cap. 1. Insinuatio surrepat animis, ma-

xime ubi frons causa non satis honesta est.

Pars. Quintil. lib. 3. cap. 5.

Status. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Varietas causarum, & multitudine litium. Cic. 1. de Orat. 118.

Absoluta & perfecta causa. Cic. in Partit. 93. Conficiens autem causa

alia est absoluta, & perfecta per se: alia aliquid adjuvans, &c. Ulpius

Absolutam causam vocat, Nihil difficultatis habentem, in l. Carbonianum. §. 3. D. de Carbon. edit. cui opponitur Ambigua causa:

Et si quidem, inquit, absolutam causam invenerit, evidenterque probatur fulnum non esse, negare ei debet honorum possessionem Carbonianam: si vero ambigua, &c. Idem in l. 1. §. 2. D. Ut possidet. Quoties inter litigantes est proprietatis controversia, aut convenit uter posseffor sit, uter petitor: aut non convenit. Si convenit, absolutum est, &c. Hic Causa rō ã̄no intelligitur, i. e. Ratio, cui res sit, non ã̄no, seu Causa Judicialis.

Anceps causa & gravis. Cic. 2. de Orat. 86. Sic equidem quum aggredi-

or accepitem causam & gravem ad animos judicum pertractandos, omni-

ni mente, &c.

Afflumpiva. Quintil. lib. 7. cap. 5.

Bona causa. In bonu s. Melior causa mandantis fieri potest. Paulus

in l. Diligenter. §. Melior autem. D. Mandat. vel contr.

Conjecturales. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Dubia. Cic. pro Ligar. 10. Causa tum dubia, quod erat aliquid in ultra-

que parte, quod probari posset.

Faciles ad diluendum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Forenses. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Gravis. Idem lib. 1. cap. 2.

Honesta. Cic. 2. Off. 43. Ergo in illo secunda est honestam causam non

honesta victoria.

Invalida. Lucan. lib. 7. 67.

Addidit invalida robur facundia causæ.

Judiciales. In JUDICO.

Lepida. In LEPIDUS.

Liberali causa manu astiferæ. In LIBERE.

Lucrativa. Tryphonius in l. in Bello. §. si natum ex Pamphila. D. de

captivis, & postlib. reverf. Non videri te partum ex causal lucrativa habere.

Mala. Juven. 13. Sat. 109.

Nam quoniam magna male superest audacia causæ,

Creditur a multis fiducia.

Obscuræ ac multiplices. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Par. Cic. pro Sulla 52. Cur in pari causa non paria signa reperiuntur cri-

minis? conf. Superior causa p. p.

Positas in affectibus causas propriis personis debet induere declamaturus.

Quintil. lib. 4. cap. 1.

Prior causa, Qui inter duos meliore causam obtinet. Hor. 2. Serm. 5. 30.

Publicæ, & private. Cicero in Brut. 178. In causis publicis nihil, pri-

vatis satis veterator videbatur. Publicis, ut Repetundari, ambitus,

majestatis, & ceteris que reipublicæ causa constituebantur, ut ait Asco-

nius in Divin. pr. Privatis, Rerum privatuarum.

Simplices, perplexæ, suspicæ, & infamæ. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Superior causa & Inferior. Budaeus, Superiorum causam dicebant pro

eo quod nunc dicimus Causam jure communi fundatam, vel jus appa-

rentius:

rentius: cuius contrarium inferiorem causam vocabant. Cic. pro Quint. 59. At si in causa pari Quintinus discedere inferior videretur, tamen est non mediocriter conquerendum: nunc in causa superiori, ne ut par sit non quicquid est, postulat: inferiorum esse patitur, duntaxat sique eo, ne quidem sit, postulat: inferiorum esse patitur, duntaxat sique eo, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Nævii cupiditatem crudelitatem que dedatur. Idem in Brut. 30. de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, aliquique sophistis loquens, Hi (inquit) aliisque multi temporibus eisdem docere se profitebantur, arrogantibus sane verbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior posse. conf. Facer pejorem causam meliorem.

Tenuis, inops, nec scriptio digna. Cic. 9. Fam. 12. Quam velim sic legas, ut causam tenuem & inopem, nec scriptio magno opere dignam. Verecunda parum. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Vieta & Victrix. Lucan. 1. 128.

Accedere ad causam. In ACCEDO.

Accipere causam dicitur patronus. In ACCIPPIO.

Accipere causam aliquam. Ter. in prol. Hec. 47. metaphorice usus est, Mea causa causam hanc accipite, & date silentium.

Astitare causas. Cic. in Bruto 246.

Acuere linguam causis, i. e. Agendis causis se exercere. Hor. 1. Epist. 3. 23. Adductus ad causam. Cic. in Pison. 79. Non sum ego, propter nimiam fortassis constantiam cupiditatem, adductus ad causam. Pro. In eandem sententiam, idemque studium rei defendere perleactus. Budæus.

Adhibere probations causas. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Adjudicare causam aliqui. Cic. 2. de Orat. 129.

Admissus reus ad causam dicendam. V. ADMITTO.

Adefici causam. Quintil. lib. 4. cap. 13.

Agere causam. Cic. 2. de Orat. 102.

Agere veram causam. Cic. in Brut. 226. In Tribunatu primum contra C. Julii veram consulatus petitionem extraordinariam, veram causam agens non est probatus. Veram, i. e. Justam. Erat enim vera & justa causa, negare dandum consulatum ei, qui Praetor nondum suisset.

Amittere. In AMITTO.

Cadere causa. In CADUO.

Capere. In CAPIO.

Cognoscere causam aliquicis ab altero. Cic. ad Brut. 3. Quod ita statueram, a te cognoscere causam ejus Senatum oportere.

Community causa. In COMMUNIO.

Complecti. Cic. 5. Philip. 44. Cæsar autem annis multis minor veteranos cupientes jam requiescere armavit: eam complexus est causam, quæ est Senatus, quæ populo, quæ cunctæ Italæ, quæ diis omnibus gratissima. Componere causam cum causa. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Conferre. In CONFERO.

Confidere causam. In CONFIDO.

Conjicere & confititare, fieri constitutere causam dicitur. Qui item, ut Jcti loquuntur, confitatur: h. e. Qui controverham apud judicem praesentibus testibus exponit: id quod Actoris proprium est. Gell. 5. 10. Capit consilium Protagoras, ut tum exitimabat, acutum: petere interest ex pacto mercedem; item cum Euathlo confitatur. Et cum ad judices conjicienda, confiditæque causa gratia venient, tum Protagoras sic exorius est, &c.

Conjugere cum causa. Cic. pro Cluent. 96. Nullo modo illam multam, quæ a Junio petita sit, cum Cluenti causa posse conjungi. Sed aliter legitur in codic. emendatione.

Conilit. In CONSISTO.

Contendit causa cum causa. In CONTENDO.

Contendere causam contra aliquem. Lucret. lib. 4. 473.

Contempta causa pecunia publica & abjecta. Cic. pro Cluent. 94.

Contineri causa. Quintil. lib. 3. cap. 5.

Converttere ad causam animos judicium. Cic. 2. de Orat. Judicium animos totos, vel calamitate civitatis, vel luctu ac desiderio propinquorum, &c. ad causam nostram converterem.

Credere causam aliqui. Lucan. lib. 7. 77. i. e. Committere.

Dannare. Lucan. lib. 5. 247.

Declamare causas. Cic. 1. Tusc. 7. 1. Al. Declamitare.

Deducere se in causam. In DEDUCO.

Defendere. Hor. 2. Serm. 5. 34.

Defensitare. In DEFENSITO.

Defere causam ad. Cic. de Clar. Orat. 86. Itaque auctoritate C. Lælii publicanos causam detulisse ad Galbam.

Demittere se in causam. Cic. 7. Att. 12. Acquiesco enim, & tuas volo elicer litteras, maximeque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram, demittamne me penitus in causam.

Descendere in causam. Cic. 8. Philipp. 4.

Deserere causam amici. Ovid. 1. Trist. 9. 65.

Dicere causam, est Defendere vel per se vel per patronum. Curt. 7. 1. 20. Amyntas vinculis exceptus ut defensionem ordiretur, ita inquit, Sine præjudicio causam dicimus. i. e. Liberati tantisper vinculis, respondeamus criminibus objectis. Hæc Budæus.

Dixisse causam quis dicitur, Qui inter reos receptus est. Cic. pro A. Cluentio 98. Quapropter hoc Bulbi judicium non plus obesse huic causa debet, quam illa qua comminoratione sunt ab accusato, duo iudicia, P. Popili, & T. Gutta, qui causam de ambitu dixerunt. Budæus.

Dicere publicam causam. Cic. pro Rofc. Amer. 59. Quod antea causam publicam nullam dixerim. V. Causa publicæ & privatæ.

Dicere beneficij causam. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Dicere causam accurate & eleganter. Cic. de Clar. Orat. 86. Causam pro publicanis accurate, ut semper solitus esset, eleganterque dixisse.

Dicere causam apud aliquem. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Dicere de capite suo causam. Cic. pro Quint. 51. Sed (id quod nunc evenit) de capite suo priore loco causam esse dicturum.

Dicere de ambitu causam. Cic. pro Sext. 18.

Dicere ex vinculis. Liv. lib. 29. 19. Sententiam deinde æque trucem orationi adjecti. Pleminium legatum vinculum Romani deportari placebat, & ex vinculis causam dicere. i. e. Interim dum quantum criminis peragitur, in carcere vinculum esse. Ex Budæo. Caius in lege Cornelio. §. 1. D. de fenusato. Syllaniano, Præterea cavetur, ut de iis qui ante questionem habitum fugerint, si aperto testamento liberi scripti inventantur, lege de fiscaris iudicium fiat, ita ut ex vinculis causam dicant. Dicere causas in foro. Caius in l. 1. D. de Orig. juris.

Dicere causam nullam, quin pro Non negare, renuere, fecusare, repugnare, quin &c. V. supra, a pr.

Diffidere cum causa. Cic. 11. Philipp. 15. Ex quo judicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa diffidere.

Effe in meliore causa. V. Melior, in BONUS.

Excutere causas. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Exordiri causam. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Expendere causam meritis. Ovid. 13. Met. 150. h. e. Secundum meritum causam judicare.

Explicare totam. Quintil. lib. 4.

Exponere. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Exudare causas, ridicule dictum ab Horatio de Causidicis, qui nimia verborum contentionem, & inquietam gesticulationem sudorem sibi provocant: ita ut causas suas non orare, sed sudare videantur. Horatii haec sunt verba lib. 1. Serm. 10. 28. — Latine

Quum Pedius causas exudet Publicola, atque Corvinus, &c.

Facere partum causam pejorem. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Facere pejorem causam meliorem. Quintil. lib. 2. cap. 16. conf. Superior causa & Inferior.

Facere suspectam. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Fidere causa. Cic. pro Ligur. 13. Quod nos domi petimus, precibus & lacrymis prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quam humanitatem.

Fluctuare causa dubia. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 3. M. Cicero Cn. Pollinium Lænam, rogatu Marci Cælii, non minore cura quam eloquentia defendit, eumque causa admodum dubia fluctuantem, saluum ad penates suos remisit.

Habere causam. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Impugnans causa meritum & fidem. i. e. Suscepta causa contra fidem & meritum. Ovid. 5. Met. 151.

Incumbere in causam. Cic. 3. Att. 15. Atque utinam ipse Varro incumbat in causam: quod profecto cum sua sponte, tum te infante faciet. Indicta causa damnari. V. INDICTUS & DAMNO.

Indicta causa profugere. Cic. pro Sulla 22.

In integrum causa cuiuspiam esse dicitur, cui Dubia opponitur. V. INTEGRI.

Indormire causa. V. INDORMIO.

Inedita causa. Ovid. 4. de Ponto 16. 39.

Effent & juvenes, quorum, quod inedita causa est, Appellantur nil mihi juris adest. i. e. Sunt & alii juvenes qui præclaræ poemata conscripserunt: sed quoniam edita nondum sunt nihil est cur vobis illa magnopere commendem. Sed in Edit. Burman legitur Cura.

Ingredi in causam, idem quod In causam descendere, & ad partes transire. Cic. 5. Fam. 1. Si etenit quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse, non debemus ita caderre animis, quæ aliquid evenierit, quod fieri posse nunquam putarimus.

Insinuari se in causam. V. INSINUO.

Involuta obscuritate. V. INVOLVO.

Judicare. Cic. pro Rabir. Posth. 8.

Juvat facundia. Ovid. 7. Met. 505.

Laborare causam. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Meditari causam. In MEDITOR.

Nascitur ex causa causa. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Obtinere causam, Vincere in causa. Cic. 1. Fam. 4. Causam enim frumenti Senatu, non magna varietate, magna invidia eorum, qui te causam regiam transfererant, obtinebamus.

Orare. Terent. Phorm. 2. 1. 62. Servum hominem causam orare legi non finit.

Ad orandas adire. In ADO.

Oftendere lucidissime. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Peragere causam rei. Hor. 1. Serm. 10. 26.

Perdere. In PERDO.

Perclitari. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Perorare causam. In PERORO.

Pertinet ad causam. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Ponere totam causam ante oculos. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Ponenda causa officium. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Postulat causa. Cic. pro Quint. 57. Vereor me hercule ne aut gravioribus utar verbis quam natura fert, aut levioribus quam causa possit.

Pugnare pro causa. Ovid. 5. Met. 151.

Recipere. Cic. pro Sulla 22. Nisi tu, inquit, causam receperis, non quoniam mihi restissem, sed indicata causa profugissem.

Remittere ad Senatum. Tacit. 3. Ann.

Removere a causa aliquem. Cic. pro Muren. 10. Etenim si me tua familiaritas ab hac causa removisset.

Separare causas. Ulp. in l. 1. §. merito. D. depositi, Merito has causas deponerant separavit Praetor.

Subiacent plurime lites cause. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Suscepta causa contra aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Sufcipere causam. Cic. pro Domso 11. Certe Consules causam suscipere, certe Senatoris aliquid consilii capere potuit.

Sustinere causam, Græca *κατεύθυνση*, ad verbum Cicero expressit Gracis, Suscepimus esse, criminis premi. Cic. 15. Att. 10. Nunc vero quoniam de Maglio conseruit, nonne furor eius omnem causam sustinet? Quoniam, inquit, conseruit P. Magium, qui Marcellum vulneraverat, paulo post flagitium agnovisse, sequi ipsum sibi & sceleri iratum interficisse: res indicat, ejus facti caudam non in Cæsarem, sed in Magii fundrem esse conferendam.

Sustinere causam, alio sensu. Cic. 1. Att. 1. In causa universorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo (subiecto, patrono) quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facile causam committent, non tenuerant.

Tenerre causam, Vincere judicio. Suet. in Domitian. 9. Eaque conditione permisit, ut accusatori qui causam non teneret, ex ilium pœnae esset. Cic. pro Cæcili. 67. Et hoc loco Scævolam dixisti causam apud Centumviro non tenuisse.

Tractata causa. Cic. 1. de Orat. 201. Omnis est a me illa causa tractata. Tradere causam adversariis. Ter. Phorm. 1. 5. 7.

Tutari causam. Cic. 5. Fam. 17. Ut potius accuratissime te tuamque causam tatus sum.

Valere causa dicitur. Quae est superior. Ovid. 8. Met. 59.

Versare causas in iudiciis. Cic. in Orat. 31. Non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret.

Vincere causam. Ovid. 16. Epist. 75.

Vivit causa. Cic. pro Sest. 68. Res erat & causa nostra ea cum loci, ut ergo oculos & vivere videtur. Causam *μυρτοπολεστ* vivere dixit: quia antea tanquam mortua erat ac jacebat, quum commode defendi non posset.

Vocari causam in judicium. Cic. 1. de Orat. 241.

Causa etiam pro Prætextu ponitur. Cæs. 3. Bell. Civil. 76. Equitatumque per causam emulsum. Et cap. 87. Annos auditiss ex iis, qui per causam valetudinis remanserunt. Et 1. Bell. Gall. 19. Alius, alia causa illata petebat. Suet. Cæs. cap. 2. Reputata Bithynia, per causam exigendæ pecuniae. Et in Othon. cap. 3. In omnibus his locis Per causam, et sub prætextu.

Causa, Negotium, onus, provincia. Plaut. Asin. 3. 1. 17. Omnis familiæ causa constituit tibi.

Dare causam alio, pro Negotium dare. Cic. 5. Verr. 170. Cum hoc mihi primum Halefius demonstravit &c. Halefius Æneas, cui Senatus dederat publice causam, ut mihi fratrique meo gratias ageret. *Luy avoit bailli charge & commission.*

Mandata aliqui causa. i. e. Commissa. Ovid. 7. Met. 505.

Publica causa, i. e. Negotium publicum, vel potius Publica utilitas. Ovid. 12. Met. 29.

Curare suam causam, non reipublicæ, i. e. Suum commodum, suam privatam utilitatem, non publicam. Cic. 8. Fam. 5, in fine.

Exire ex causa. Cic. 8. Fam. 6. Sed expectes quemadmodum ex hac causa, i. e. Ex hoc negotio, ex accusatione Appii. de Dolabella loquitur, qui Appium accusarat.

Integra causa. Cic. 1. Fam. 5.

Deposita. Idem ibidem.

Si tibi eadem causa est. Cic. 8. Att. 1. extr. Tu, si tibi eadem causa est, me renumerere sane velim.

Agere eandem causam, i. e. Rem eandem tractare. Cic. 2. de Nat. Deor. 168. Tu autem Cotta, si me audias, eandem causam agas.

Causa, pro Causa conjunctionis, amicitiae, benevolentiae. Cic. pro Quint. 48. Ad vadimonum non veterat, ut aīs, is quicum tibi affinitas, frōcetas, omnes denique caufe & necessitudines veteres intercedebant.

Causa etiam Morbum significat. Tibull. 1. 9. 51.

— non illi fontica causa. i. e. Sonticus morbus. [Immo Sontica causa est Justa & Legitima causa, ut recte olim exposuit Petrus Crinitus de Hon. disc. 1. 25. c. 10. V. Scalig. & Broeckh. ad loc. & Sonticus in SONS.

Causa, pro Excusatione. ut, Accipere causam, quod vulgus dicit Habere pro excusato. Cic. 16. Fam. 19. Si ob eam rem moraris, accipio causam.

Affere. In AFFERO.

Colligere. In COLLIGE.

Elt tibi causa de hac re. Ter. Hec. 4. 3. i. e. Habes quo te excuses. In hunc locum Donatus dicit, Causam more suo pro Defensione posuit.

Fingere. Terent. Eun. 1. 2. 58. Fingit causas, ne det, sedulo.

Infere. In INFRERO.

Nectere. Virg. 9. Æn. 219.

Morandi causas innectere. Virg. 4. Æn. 51.

Meditari. In MEDITOR.

Obtendere gaudiæ causas. Tacit. 15. Ann. 12.

Causa, Occasio, ut Causa adempta. Ter. And. 5. 1. 18. Ubi ea causa, quamobrem haec faciunt erit adempta his, desinent.

Hinc cellarius expetitur artes. Ulpianus in l. Quæstum. §. Cellarium. D. De instructo & instrumento, legat. Cellarium quoque, id est qui idem præpositus est, ut rationes salvi sint: item offitium, munitionemque, instrumentis esse constat. Alii legunt Cellarium.

C E L L A R I U M, i. n. [κελλιαριον] Idem quod Cellæ. Servius, ad 1. Æn. 708.

Inter penum & cellarium hoc interest: quod cellarium est paucorum dierum: unde & in cellam dicunt imperatur frumentum. Penus vero est temporis longi. Plin. lib. 36. cap. 15. Quorum agri quoque minorem modum obtinere, quam cellaria itorum. V. etiam Donat. ad Ter. Adel. 4. 2. 13.

Cellaria etiam dicebantur, Quæ promebant ex promptuaria cella pretter annos, h. e. frumentum & panem: videlicet Sal, vinum, oleum, carnes, &c. Commiss. l. 3. Cod. Theodos. de officio judicium omn. Neque rectori provinciae plus aliquid praefebbit, quam nos concessimus sine annonis & cellarioris. Et Sulp. Severus Hist. Sacrae 2. 41. 2. Accipi numeratique quadriringenti & aliquanto amplius occidentales episcopi Ariënum convenero: quibus omnibus annonas & cellaria dari imperator præcepérat. V. ibi Sigon. & Interpr.

C E L L A R I O L U M, i. n. dimin. Hieron. adv. Jovinian. 2. 16.

C E L L A R I S, c. Adj. [κελλιαρινος] ut. Columbi cellarares. Columel. lib. 8. cap. 8. Hac eadem ratione palumbos, columbosque cellares pinguisimos facere contingit.

C E L L A R I E N S I S, c. aliud Adj. ut, Cellarienses species. Cod. Theodos. de erogatione militaris annona. 1. 32. & l. 16. de indulgentiis debitor.

C E L L A T I O, ònis. f. Cellularum constitutio, scil. Series. Petron. cap. 77. Domus habet cellationem.

C E L L I O, onis. m. Idem quod Cellarius. Inscript. Grut. p. 582. n. 10. D. M. SECUNDI NUNDINIS PRIMITIVI CELLIONIS.

C E L L O, is, quo veteres utebantur pro Cedo: nunc compositis tantum utimur, Excello, Præcello, q. v.

C E L M I S, i. m. sive **C E L M U S**, [κελμης, κελμησ] Nutritius fuit Jovis, quem & parvulus adhuc Jupiter plurimum amat. Ceterum quum aliquando mortale esse Jovem dixist, Jupiter injuria memor, quum expulso Saturno rerum jam potiretur, in adamantem lapidem commuta- vit illum. Fabulam breviter innuit Ovid. 4. Met. 281.

Te quoque nunc adamas, quondam fidissime parvo,
Celmis, Jovi.

C E L O, [ἀέρας] ãre. Abscondere, tegere. Ovid. 2. de Arte Am. 409. Quæ bene celaris, si quatamen acta patebunt,

Illa licet pateant, tu tamen usque nega.

Secreti calles celant. Virg. 6. Æn. 443.

Hic quis durus amor crudelitate peredit

Secreti calles celant & myrtle circum Silva tegit.

Celare & occultare. Cic. 3. Off. 37. Arque etiam ex omni deliberatione celandi & occultandi spes opinioque removenda est.

Celare, cum accusatio perfida, vel rei. Cic. 1. de Nat. Deor. 74. Neque tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos. Ter. Heaut. 4. 3. 27. Ut celat senem. Cic. 1. Acad. 2. Nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat existimo.

Celare, cum duobus accusativis, personæ & rei. Ter. Adel. 1. 1. 29. Ea ne me celet, confueci filium. Cic. 2. Fam. 15. Non enim te celavi sermonem.

Celare aliquem de re aliqua. Cic. pro Deiot. 18. De armis, de ferro, de insidiis celare te voluit.

Celare se a domino. Ulp. in l. Quis sit fugitivus. D. de Ædil. edit. Fugitivus est, qui extra domini dominum fuga causa, quo se a domino celaret, manif.

Celare ne. Plaut. Aulul. 1. 2. 35.

Nam nunc, quum celo fedulo, omnes ne sciant, &c.

Celare se tenebris, i. e. Omnino se occultare, nec in medium proferre se. Virg. 9. Æn. 425.

—tunc vero exterritus amens

Conclamat Nifus, nec se celare tenebris

Amplius, aut tantum potuit perfere dolorem.

Amorem. Ovid. 12. Epist. 37. Ubi Medea Jasonem sic alloquitur, Perfida fensi: quis enim bene celat amorem?

Auctorem, Taceri nonen auctoris. Hor. 2. Serm. 4. 11.

Crinna sua. Ovid. 2. de Arte Am. 427.

Culpam celare sub imagine falsa. Ovid. 2. Met. 37.

Damnum. Ovid. 9. Met. 100.

Diem celare Sol dicitur. Quum occidit: cui Promere diem, opponitur. Hor. in Carm. seculari 10.

Fugitivum. Ulpianus in l. 1. D. de Servis fugit. Is qui fugitivum celavit, fur est.

Granum sub cortice celante mala punica. Ovid. 10. Met. 763.

Hamos celare cibis, i. e. Hamum in esca abscondere. Ovid. 15. Met. 476.

Ignem. Ovid. 6. Faft. 297.

Inane. Lucret. lib. 1. 515.

Ingenium celare, & Nudare, contraria. Hor. 2. Serm. 8. 74.

—ingenium res

Adversa nudare solent, celare secundæ.

Numen Jovis celare non potest. Cic. pro Deiot. 18. Si veneno, Jovis illius quidem hospitali numen nunquam celare potuisse, homines forfæce celasset.

Orata celare alicuius. Ter. Hec. 4. 1. 60.

Pudorem. Ovid. 2. Met. 594.

Sentientiam. Cic. 4. Acad. 60. Aut cur celatis, quasi turpe aliiquid, sentientiam vestram?

Ulceræ incurata. Hor. 1. Epist. 16. 24.

Turpia. Hor. 1. Serm. 2. 85.

Ulvam. Ovid. 5. Faft. 519.

Vultum celare manibus. Ovid. 4. Met. 682.

Vultum prodentem gaudia celare. Hor. 2. Serm. 5. 104.

Vendor celare quis dicatur. Ulpian. in l. 1. §. vendor. D. de act. empt.

Scid scire venditorem & celare scis accipimus, non solum si non admouuit, sed etiam si negavit servitutem itam deberi, quum esset ab eo quæstum.

C E L O, passiv. Ter. Eun. 2. 3. 4. Ubi ubi est, diu celari non potest. Cæf. 7. Bell. Gall. 80. Neque recte aut turpiter factum celari poterat. Cic. 2.

Q. frat. 16. Sed heus tu celari video a te. Ter. Phorm. 5. 4. 6.

Quin, si hoc celetur, in metu, sin patet, in probro sim.

Vol. I.

Celari & exclusi: Cic. de Leg. Agr. 12. Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar.

Foribus operatis celari. Ovid. 2. Faft. 563.

Di quoque templorum foribus celentur opertis. i. e. Abscondantur clausis foribus.

C E L A N S, antis. ut, Commisla celans. Nepos 15. 3. 2.

Perse arcana regum mira celantes. Curt. 4. 6. 5.

Vultus celans timorem. Lucan. 10. 14.

C E L A T U S, a, um. [κελατημενος] Partic. Cic. pro Cluent. 189. Non est profecto de illo veneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine con- filio mulieris cogitatum.

De aliquo celatus. Cic. pro Sulla 9. Credo, Judices, celatum Cassium de Sulla uno: nam de ceteris certe sciebat.

Non grata invito servat celata salutem. Sil. lib. 17. 643. ubi loquitur de Junone, qua in palto formam converta, Hannibalem ab exercitu abduxerat, ne hostes illum interficerent.

Amor celatus. Ter. Andr. 1. 1. 105. Bene dissimulatus & celatus amor. Anni celati. Propert. lib. 3. 23. 31.

At te celatis atrox gravis ureat annis.

Ferrum celatum. Ovid. 2. Faft. 831.

Igne, Ignoti amores. Ovid. 9. Met. 615.

Littera celatos arcana fatebitur ignes.

Peccata. Lucret. lib. 5. 1159.

Virtus. Hor. 4. Carm. 9. 30.

C E L A T U M, i. n. ut, Indagator celati. Plaut. Trin. 2. 1. 15. & l. 2. 127.

Celata omnia illi peccata dicit.

C E L A T E, Adv. [κελευθερωμενος] Tecte, Occulte. Ammian. 14. 7. Non celate turbidum faviebat ingenium.

C E L A T I M, Adv. Idem. Sisenna lib. 6. Hist. Quammaxime celatum poterat, in infidis suis disponere. Ex Gell. lib. 12. cap. 15. V. Apul. 4. Met. p. 151.

C E L A T O R, òris. m. Qui abscondit. Lucan. 10. 286.

Quæ Deus, undaram celator, Nile, tuarum,

To mihi nosce dedit.

C E L A M E N, inis. n. apud Apul. Met. 5.

C E L O X, òcis. f. [κελονη] Navigum breve: dictum a Celeritate, auctore Nonio. V. **C E L E S**. Plaut. Capt. 4. 2. 94. Vidi in publica celo. Liv. 21. 17. Naves ducentæ viginti, quinqueremes, celoces viginti deducere. Pro Ancilla gnava & celeri posuit. Plaut. Milit. 4. 1. 40. Quæ hac celo? ancilla illius est, qua hic egreditur foras. Diversa significatio utitur in Pfeud. 5. 2. 12. Oncrare celocem, eff Inverbi se.

C E L S I N I U S, i. m. Nomen cuiusdam viri; unde

C E L S I N I A N U S, a, um. Adj. ut, Porcellus Celsinianus. Apic. 8. 7.

C E L S U S, i. m. Plagiarius carnime Horatii notissimus, 1. Epist. 3. 15.

Quid mihi Celsus agit monitus, multumque monendus, &c.

A. Cornelius Celsus, quem nonnulli Aurelium prenomine vocant. Scriptor luculentia brevitatem difertur, cuius libros v 11 de medicina habemus. Hujus meminit Quintil. lib. 12. cap. ult.

Alius Julius Celsus fuit, multo recentior, qui de vita Cæsaris scripsit, & Commentarius Cæsaris recensuit, vel potius interpolavit. V. Voss. de Hist. Lat. 1. 13. & 5. Et Inisti. Orator. cap. 3. §. 10. & Salmal. Proleg. Exercit. Plin. sub fin.

Alius Celsus Jctus in Digestorum libris sepe laudatus. V. Spartan. in Adrian. cap. 18.

Celsus etiam inter triginta tyrannos vigesimus octavus. de quo Treb. Pollio cap. 29.

C E L S U S, a, um. Adj. [κελσος] Altus, sublimis, excellens: a Cello antiquo verbo: unde compositum Excello. Plin. lib. 13. cap. 24. Firmitores, celioresque infantes fore. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. Quæ primum eos humo excitatos, celsos & rectos constituit.

Celsi præterunt austera poemata Rhamines. Hor. de Arte Poet. 342. Accommodata equiti attributione vocabuli dictum est. Celsus enim, ut ait Feftus, a Graeco κελης deducitur, quo vocabulo significatur qui singulari equo vehitur.

Celsos etiam judices Marcellinus dixit lib. 28. Et judicibus, inquit, Celsis, itidemque minoribus. Sic fortasse Celsi Rhamines magni sunt equites, aliiq. ditiores & potentiores. Turnebus. [Periphrafis est ordinis equestrism. V. R A M N R T E S.

Celsus & erectus ad animum transl. Cic. 5. Tusc. 42. Qui autem poterit esse celsus & erectus, & ca quo homini accidere possunt, omnia parva ducens, &c.

Status celsus & erectus. Cic. in Orat. 59. De gestibus oratoris.

Armis celsior, Superior & potentior. Valer. 2. Argon. 547. Al. Artus. Cœnitis celsior. Claud. de Bell. Get. 430.

Corporc celsus. Liv. 10. Bell. Pun.

Critis celsa avis. Plin. lib. 10. cap. 21.

Honore celsus. Ovid. 10. Epist. 126. Alii legunt, In arce.

Vertice celsior. Claud. de Bell. Get. 77.

Arx celsa. Virg. 1. Æn. 56.

Caput, Altissima pars corporis. Sen. Hippol. 5. Colles. Sen. Agamemn.

Collum. Ovid. 11. Met. 358.

Corpus, i. e. Magnum. Sil. lib. 3. 273.

Eques. Stat. 1. Silv. 4. 42.

Os celsum, dicitur respectu totius corporis, quasi in alto positum. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 83.

—tum talia celsi Ore tonat. i. e. Clara voce: quod

irato maxime convenit: vel ex alto loco. Parhæsius.

Puppis. Virg. 3. Æn. 527.

Stans celsa in puppi.

Regia. Ovid. 1. Epist. 34.

Sedes celsissima honoris & dignitatis. Cic. pro Sulla 5.

Somipes. Sen. Hippol. 10.

Silva. Valer. 6. Argon. 76.

Turres. Hor. 2. Carm. 10. 10.

Vertex montis. Cic. 1. de Divin. 13.

Urbs. Virgil. 3. Æn. 293.

Graditut celula. Sen. Agamemn. Nunc levata in auras altior solito caput,

graditurce celula. h. e. Incedit erecta.

C E L U S, Adv. ut, Celus asturgum. Claud. in Eutrop. 1. 387.

Confurgens celus vita. Ammian. 25. 4. pr.

Ogo 2

Gradien-

Cradientes celsus. Idem 28. i. conf. & Columel. 4. 19. **C**ELSIAS, atis. f. Magnitudo, altitudo. Cic. 3. Off. 24. Celsitas animi & magnitudo. Alii legunt, Excelitas. **C**ELSTUDO, inis. f. Vell. Patrc. lib. 2. 9. 2. Tiber. Claudius Nero, juvenis gener, forma, celsitudine corporis, optimis studiis, maximum que ingenio instructissimus. Summa celsitudo. Apul. de Mundo p. 73. Superabilis celsitudo. Ammian. 15. 10. **C**ELSTUDANS, antis. Theodulfus. Carm. 2. 447.

Hanc cibis celtitanos aram Teudulus adorno.

CELTA, arum. m. pl. [κελτη] Populi sunt Galliae inter Sequanam & Garumnam amnes, sic a Celto Polyphemus filio dicti, ut scribit Appianus. Celatum autem clarissimi sunt Hedu, ut Aquitanorum ausci, & Belgiorum Treveri. Pompon. lib. 3. cap. 2. V. Cet. Bell. Gall. 1. 1. **C**eltae, & de Germanis. **C**ELTAGALATIA. Κελτοὶ γάντες, εἰς δὲ Γερμανοὺς γένονται, καὶ τὸν αὐτὸν Κελτοὺς γεγονότις, Γερμανοὺς ἀναρρέοντας είπανται. Dio lib. 53. par. 341. Par. Vide Xyl. annot. principio. Steph. Λεύθεντα, πόλις Κελταριανα. Εἰς τὴν Κελτηνήν, τὴν λευθερήν γαντανα. Appian. in Annibal. p. 122. in gvo. in principio. H. St.

CELTICA, a. f. [κελτική] Tertia Gallia pars. Plin. lib. 4. cap. 17. Gallia (inquit) Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. A Scalde, ad Sequanum, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Logudonensis: Inde ad Pyrenaei montis excursum, Aquitania, Aremorica ante dicta. V. etiam Cet. Bell. Gall. 1. 1.

CELTICUS, a, um. Adj. [κελτικός] ut Celticus crux. Sil. lib. 5. 144. Furor Celticus. Sil. lib. 1. 46.

CELTICUM, [κελτικός] Promontorium est Hispaniae citerioris, in Celtorum tractu in Oceanum, Occidentem versus, quam longissime excursens. Idem cum eo quod Ptolemaeus Nervium, & vulgus nautarum hodie *Finem terra* appellat. V. Pompon. Mel. lib. 3. 1.

CELTIACAE, a. f. Oppidum est Hispaniae Bæticae in conventu Hispalensi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 1.

CELTİBERI, orum. m. pl. [κελτιβηγες] Populi Hispaniae, qui a Celtis originem ducunt. Nam Celtæ Gallorum populi, relicta quondam provincia, Iberian Hispanie regionem habentare. Unde compito ex utraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt. Horum meminit Strabo lib. 3. & Plin. lib. 3. cap. 3. Lucan. lib. 4. 9.

— profugio a gente vetusta

Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis. Sil. lib. 3. 339.

Venere & Celtæ sociati nomen Iberis.

CELTİBERIA, a. f. [κελτιβηνή] Regio Celtiberorum: & est propria pars, quia intra Iberum continetur. Plin. lib. 4. cap. 22.

Celtiberia cuniculosa. Catul. Epigr. 40. 11. Quod ad cuniculos metallorum inscrite a nonnullis referri intelligo. abundant enim cuniculis tota Hispania, qui sufficiunt terram, menses populantur, radices exedunt stirpium, teste Strabone, quem vide. Voſſ. legit Celtis perſea.

CELTİBEE, ēra, ērum. aliud item Adj. ut Celtiberia terra. Martial. lib. 12. Epigr. 18. — Celtiberis

Hac fuit nomina craſſiora terris.

Gentes Celtiberæ. Martial. 1. 50.

Oræ Celtiberæ. Idem 10. 20.

Urbes Celtiberæ. Valer. Max. 5. 1. 5.

CELTİBERIUS, a. um. aliud Adj. ut Celtiberia terra. Catul. Epigr. 40. 21. **C**ELTİBERICUS, Adj. [κελτιβηγες] a Celtiberia deductum. unde Celtibericum bellum, & Celtibericam cladem dicimus. V. Plin. lib. 3. cap. 3.

CELTIS, is. f. Genus est eximia testudinis: sed rara, quam Troglodyta, ad quos adnat, ut sacram adorant. Cornigera est, ut in lyra, annexis cornibus latiss, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adjuvatur. Ex Plin. lib. 9. cap. 10.

Celtis, [κελτη] est Arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa & potissimum circa Sytes nascens, que ali nomine Lotos appellatur. In cistis in foliis crebrioribus faciunt ne ilices videantur: fructu magnitudo fabae, croci: tam dulcis ibi cibus est, ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. lib. 13. cap. 17.

CELYDRUS, Lege CELYDRUS.

C E M

CEMA, Narbonensis provinciae fluvius, ex Alpium monte Cemeno profus. Plin. lib. 3. cap. 4.

CEMELIO, i. n. Oppidum Ligurie, non procul a portu Herculis Monaci: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Quidam Cemelleo scribunt, alii Cemellio.

CEMNELEM, i. n. [κεφενελεός] Urbs in Alpibus littoreis, auctore Ptolemeo. Vulgo Cemelio.

CEMENTUM, In CEMENTUM.

CEMENUS, i. m. Mons Narbonensis Galliae, non procul a Varo fluvio, ex quo Cema amnis profluit, unde & monti nomen factum videtur. V. Plin. lib. 3. cap. 4.

CEMUS, i. f. [κεμός] Herba est apud Plin. lib. 27. cap. 8. cuius descriptionem idcirco prætermittitur, quod foliis in amatoris usum habeat. Dioscorides lib. 4. candem esse ostendit cum Leontopodio.

Cemus autem videtur appellata, ex floris five calycis figura: quoniam pyxidula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subjectum vaculum, quod Cadiscum vocabant, demitti confluverant. V. Ruell. lib. 3. cap. 130.

C E N

CENÆUN, i. n. [κεναύος] Eubœæ promontorium, ad Septentrionem, auctore Strab. lib. 10. Plin. 4. 12. Ubi Hercules a devicta O'Echalia reversus, Joviaram extrixit. Hinc Cenæus Juppiter. Ovid. 9. Met. 136. de Hercule.

Victor ab O'Echalia Cenæo sacra parabat

Vota Jovi.

CENARIUS, orum. m. Auri & argenti expurgatores, secundum Pitisci expositionem veteris inscript. Romae. H. C. IAC. ET. NOMINE. MAGNA. C. F. IN. FACE. VXROR. CORNELI. PRIMICERI. CENARIO. RVM. FILIA. PORPHORI. PRIMICERI. MONETARIORVM.

CENCHRAMIDES, um. [κενχραῖδες] Ficorum grana, ita dicta a milii

similitudine, quod Graci κενχραῖδες vocant. Plin. lib. 15. cap. 19. frumenta appellat, Ficis mollis omnibus tactus: matris frumenta intus.

CENCHREAS, arum. f. [κενχραῖα] Peloponnesi oppidum est prope Corinthum in Isthmo ipso, juxta fanum Neptuni, quem Strabo ob id Isthmum appellat. Auctor Pompon. lib. 2. 3. & Plin. lib. 4. cap. 4. & 5. **C**ENCHREUS, a, um. Adj. [κενχραῖος] ut, Cenchreæ manus apud Stat. 4. Theb. 60.

CENCHRIAS, [κενχραῖα] Herpetis genus est, qui morbus a medicis siniari solet, Membri mortificatio, ac cum putredine & mollificatione dissipatio. Dicitur autem cenchrias, quoniam pustule succrescant milii similitudine, quod cenchrum vocant. V. Cal. lib. 30. cap. 15.

CENCHRIS, is. m. Genus serpentis venenosi. Plin. lib. 20. cap. 22. Adversus serpentes efficax, maxime cenchrin & scolopendas terrestres as marinas. Et Lucan. 9. 712.

Et semper recto laprurus limite cenchris.

CENCHRIS, idis. f. Genus accipitris. Plin. lib. 29. cap. 6. Turturis album albiginis extenuatum: item cochlearum cinis, finum cenchridis: accipitrum generis hanc Graci faciunt.

CENCHRITS, a, m. Gemma species, quæ veluti sparsa milii grana habere videtur. V. Plin. 37. cap. 11.

CENCHRIUS, [κενχραῖος] Ionice amnis est ad Ephesum, Caystro proximus, per lucum Otrygia flumen, in quo Latona fabulatur ab Otrygia nutrice lotam ex parte. Tacit. lib. 3. cap. 61. ubi de horum legionibus ad Senatum missis, Primum, inquit, omnium Ephesi adiere memorantes, non ut vulpis crederet, Diana atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrius annem, lucum Otrygiam, ubi Latonam partu gravidam, & olea, quæ tum etiam maneat, adnisi, edidisse numina, deorumque monitu sacratum nemus.

CENCHRON, i. n. Adamantis genus est, quod sit milii magnitudine. κενχραῖον milium dicitur. Plin. lib. 37. cap. 4.

CENDEVIA, a, f. Palus in Phenice, intra montis Carmeli radices, ex qua creditur nasci Belus amnis, quinque m. pass. spatio in mare perfluenus juxta Ptolemaeum coloniam. Ex Plin. lib. 36. cap. 26.

CENEYĀ, a, f. [κενεῖα] Filia Cenæi. Ovid. 10. Met. 609.

Talia dicentem molli Ceneia vultu Aspicit. legitur Schoeneia.

V. ATALANTA.

CENEUS, In CÆNEUS.

CENINA, a, f. Urbs quæ fuit vicina Romæ, a Cenite conditore. Festus.

Et Ovid. 2. Faſt. 135.

Te Tatus, patrue Cures, Ceninaque fensit. V. etiam Propter. 4. 11. 9.

CENIS, In CÆNIS.

CENITS, is. m. Viri proprium, qui Ceninam urbem condidit. Festus.

CENOMANNI, orum. m. pl. [κενομανοί] Gallæ Cæticae fave Lugdunensis populi vulgo notissimi. Horum meminit Plin. lib. 4. cap. 18. Cæf. 7. Bell. Gall. 75. Horum regio vulgo Le Maine.

Fuerunt & Cenomanni Italiae populi, in quorum agro Cremona fuit & Brixia, eodem Plinio auctore lib. 3. cap. 19. V. Liv. 5. 35.

CENOTAPHIUM, i. n. [κενοτάφιος] Imaginarium sepulcrum: quale Virgilius describit 3. Æne 301.

Solennes tum forte dapes & tristia dona, &c. Quo loco Servius Tullium inane, Cenotaphium esse dicit. Græce κενον inanis dicitur: & κεντρον sepulcrum: unde nomen compofitum. Suetonius Honorarium tumulum appellat in Claudio, cap. 1. Ceterum (inquit) exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps statu die quotannis miles decurseret, Galliarumque civitates publice suppllicant. Quibus verbis significat Cenotaphium Druso in Germania extrectum, quum corpus eius Romanum devectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas representationes in anniversariis exequi vocamus. Hæc ex Budæ. Florentius in l. monumentum. D. de relig. & sumpt. fun. Monumentum generaliter res est memoria cauæ in posterum prodita: in qua si corpus, vel reliquie inferantur, fieri sepulcrum: si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoria cauæ factum: quod Græci cenotaphium appellant.

CENSEO, vi, sum, [κενεῖσθαι, κενεῖσθαι, κενεῖσθαι] tunc. Pintare significat, auctore Feffo: five Arbitrari, ut vult Donatus. Ter. Adelph. 4. 2. 40. Cen' hominem me esse?

Cenferi & Arbitrari veteres cognitione quadam, socia ac similia esse verba voluerunt. Vattro de Repub. lib. 20. Quod verbum censeo & arbitrio idem valebat. Ex Nonio, 4. 818.

Magnopere censeo. In MAGNUS.

Sentire & censem. Cic. ad Brut. 15. De ceteris rebus quid senserim, quidve censuerim, audiſſe te arbitrari.

Cenferi etiam proprium erat Senatorum, & significat Decernere. Plin. 9. Epist. 3. Jam censendi tempus. Dicit Domitius Apollinaris Consul designatus. Et Lucan. 3. 109.

— federe patres censem parati,

Si regnum, li templi petat. In fine sententiarum Patres haec solenni forma utebantur: Quas ob res ita censeo; De ea re ita censeo. V. Sall. Catil. cap. 51. & 52. extr.

Bellum censem. Liv. 10. 12. Bellum Samnitibus & censem patres; & populus iustif. Et idem 31. 7. Sulpicius Consul populum concione ad vocata alloquens, quia patres, ait, censem, vos jubete.

Cenfeo ut. Cæf. 1. Bell. Civil. 2. M. Calidius censembat, ut Pompeius in suas provincias proscisceretur.

Cenferi ne. Suet. Aug. 94. Senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur.

Cenferi, Dicere. Plaut. Stich. 3. 2. 22. Non edepol possum. q. quid gravare? censem. Legitur aliter, Censem eas.

Cenferi [κενάξ] In censem ascribi a Cenforibus. V. CENSUS. Cic. 4. Verr. 139. Quinto quoquo anno Sicilia tota censematur. erat censa Prætor.

Peduceo: quintus annus quum te Prætor incidisset, censa denou est. & Sub lustrum censem. Cic. 1. Att. 18. extr. Ne absens censemare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. Sub lustrum autem censem, germani negotiatoris est. i. e. Lustrum tempore.

Prædia censem. Cic. pro Flacco, 80. In qua tribu denique ista prædia censemisti?

Territorium censem, pro, Imperare territorio censem. 1. C. In quib.

cauf. pignus vel hypoth. tacit. contrahit.

Modum agri censem. Cic. pro Flacco, 80. Verum esto, glorioſus fuisti, voluisti magnum agri modum censem, & ejus agri qui diuidi plebi Ro-

manæ

mane non potest. Census es præterea numerata pecunia cxxxv. eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hac omitto. Census es mancipia Amyntæ: neque huic ullam in eo secili injuriam: possidet enim ea principia Amyntas. ac primo quidem permittit, quoniam te audisset servos suos esse censum. [Nonnulli putant Cenferi hic deponentis forma positum esse. Quod mihi non item videtur.]

Eratem in censendo significare necesse est. Ulpian. in l. Etatem. D. de Censib.

Censendi causa. Cic. 2. Verr. 54. Quæ convenit uno tempore undique, comitiorum, judiciorum, censendique causa.

Cenferi [συνεδρία] Æstimationem, auctoritatemque assequi, in pretio haber. Cic. pro Archia, 13. Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis hæc quoque censetur oratio & facultas, &c. i. e. Pretium & æstimationem meretur, & in primis laudatur. A Gracis δέκα dicitur. Hæc Eudeus. Legitur in aliis codicibus, Crescit oratio. Sed V. not. Grut. Plin. lib. 8. Animalia igitur quedam bruta naturali quadam intelligentia prædicta propterea censentur. Ovid. 2. Amor. 15. 2.

Annule, formosa digitum vinciture puella,

In quo censendum nil, nisi dantis amor.

Christoph. Longolius lib. 1. Epist. ad Leontem Pontif. qua incipit Etsi apud me &c. Sed agilitas etiam ad eas omnes, quæ velocitate censentur, conficiendas egregia. H. St.

Cenferre æstimare. Cic. in Paradoxo ultimo, Si censenda nobis atque æstimanda res, utrum pluris æstimabimus, pecuniam Pyrhi, &c. Laude alicujus censeri, i. e. Probari. Claudian. Epigr. 29. 67. de Serena regina.

Cenferre, Irafc. Varro, Ne vobis censem, si ad me referretis.

Vide num sit Succensere. H. St. V. Non. 4. 88.

CENSUS, a, um. [πολιτεία] Partic. ut, Censa civium capita centum quatuor & viginti millia. Liv. 3. 3. Millia capitum censa ducenta sexaginta duo. Liv. 10. 47.

Sed Alconius pro Divite, & eo qui Centum millia festertiū possideret. in Cic. 3. Verr. 104. Is quin habet unicam filiam, neque census esset, quod eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit ut filiam bonis suis hæredem institueret. Ibidem, 111. In his nuper Annae ea de mulorum propinquorum sententia, pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit hæredem filiam. i. e. Neque centum millia festertiū possideret, nam more veterum Censi dicebantur. Qui centum millia in professione detulissent. Hujusmodi adeo facultates Censusocabantur. Sed V. ibid. feg. & Gronov. de Pec. Vet. 3. 16.

CENSITUS, a, um. pro Censu dicitur. In Monumento Ancyranio, quod Imp. Augusti Octav. res gestas continet: QVO LVSTRO CIVIVM ROMANORVM CENSITA SVNT CAPITA QUADRAGINTA CENTVM MILLIA ET SEXAGINTA TRIA. V. etiam lib. 11. Cod. tit. 47.

CENSIO, onis. f. [πόνος] Æstimation: unde Censores. Festus, Censio facere dicebatur censor, quoniam multam equiti irrogabat. Plaut. Rud. 4. 8. 9. Aſſume quidem, ne censionem ſemper facias.

Censionem bubulam Plautus Aul. 4. 1. 14. festive vocavit Verbera lori bubuli, cuius censura in servos animadvertisit. Annotavit Turnebus. Censoſio haſtaria dicebatur, cum militi multa nomine ob delictu[m] militare indicebatur, quod hastas daret. Festus.

Idem est ac Cenfera, judicium. Symmach. 1. Epist. 3. In gravi dono habebo, hanc apud vos esse de nostris epiftolis censionem.

CENSITIO, onis. Idem quod Census, quo verbo usus est Spartan. in Pefcen. Nig. cap. 7. Terras levare censione.

CENSOR, oris. m. [ποντίς] (Inimo πόντης) apud Dionem & alios H. St.] a Cenfendo dictus est. Feftus, Censores dicti, quod rem suam quicquidanti astimare solitus fit, quantum illi censerunt. Varro de L. L. 4. 14. Censor, ad cuius censionem, id est arbitrium censeretur populus. Aſconius in Divinat. Cic. 8. Regendis, inquit, moribus civitatis Censores quanto quoque anno creati solebant. Hi prout cives sic notabant, ut qui Senator esset, ejiceretur Senator: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in Cæritum tabulas referrebatur, & ætarinus fieret, &c. Cic. 3. de Legib. 7. Censores, populi avitantes, & boſoles, familias, pecuniasque censento, &c. Idem codem lib. 46. Græci hoc diligenter, apud quos ἀναφένεται creaturæ, nec si nolum litteras (nam id quidem etiam apud inajores nostros erat) fed etiam facta hominum obferabant, ad legesque revocabant. Hæc detur cura Censoribus: quondam quidem eos in Repub. ſemper volumus esse. Apud eosdem, qui magistratus abierint, edant & exponant quid in magistrato gesserint: deque iis Censores præjudicent.

Censor. Quinquevènum primum fuit censorum imperium, ea lege, quæ Geganio Macrino 11, Quinctio Capitolino v. c. o. lata est: Qua simul illud fanticum, ut e gente patricia crearentur, sed eam legem lèxenio post Mam. Æmilius dictator correxit, lege lata, ne plus quam annua ac semestris censura effet. gravis enim omnis diuturna potestis in libera civitate. Censorum erat munus, civitatem censere, vestigalia locare, vitia notare, notatio autem, & animadversio in improbus cives non ejusdem erat generis. Senator novitate nobebar: eques equum publicum perdebat: plebeius in Cæritum tabulas referrebatur, & ætarinus fiebat: hoc est, ferenti suffragi & capiendo muneric publici potestate omni privabatur, ut tantum ad eum pro suo capite, tributi nomine, pendente civis esset. Cærites enim primi, inquit Gellius 16. 13. pro facie bello Gallico receptis, custodiisque, municipes fine suffragii jure facti: conceſſumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, negotiis tamen atque oneribus vacarent, hinc tabule Cærites appellate, in quas censores referri jubebant, quos nota caufa suffragi privabant. adimebant igitur censores quod cinq[ue] ordinis summum erat: senatori ne in senatu esset: equiti, ne equitis insigni, publicum equum, & annulum aureum haberet: plebeio, ne suffragium ferret. quod enim præterea posset adimi, nihil erat. suffragii porro amisionem sequebatur amissio simul omnium muneric publicorum, sicuti, suffragii jure conceſſo, scimus honorum simul ac muneric omnium publici potestis datum. Eratne civi Romano senatori, dicet aliquis præter ordinis amisionem, alia poena? erat, nam interdum non modo adiut curia prohibebatur, verum etiam tribu movebatur, in ætariorum referebatur, moveri autem tribu, est, in tribum ignobiliorum transferri, ut ex rusticis in urbanas, vel in aliatis rusticis minus honoratas. Æmilius quidem Mamercum, quod censura tempus minuſet, a censoribus & senatu ejectum, & tri-

bu motum, ætariorumque etiam, censu octuplicato, esse factum, Liv. lib. 4. 8. scriptum reliquit. eodemque modo cives Romanos ordinis equeſtris non modo equo publico privatos, verum etiam in ætariorum reſolatis esse, ex Valerio Maximo, aliisque dicimus. Censoriam autem notam, atque ignominiam ii, qui succedebant, censores plerunque solvebant, atque etiam, quod censor unus statuerat, id alter ſepe mutabat: præterea notarios a censoribus pristinum in locum restituere vel jūdices, re cogniti, & iudicata, suis ſententiis, vel populus ipſe ſuffragiis & poterat, & ſolebat, quod ſiquis e ſenatu ejectus, neque a censoribus ſequentibus, hebat a jūdicibus, neque a populo in integrum reſtitutus eſſet: unam hebat in ſenatum redeundi viam, ſi honores illos denus populi ſuffragiis confequeret, quos qui gafferant, iis, etiam ſi leſti in ſenatum a censoribus non effent, patre tamē curiam leges jubebant. Causis, quibus cives Romani a censoribus notarentur, multæ traduntur, ut, li quis conceptis verbis pejeraſſet: li, qui mœſt in provincia, ſocios diripuerit, ſi pecuniam obceſſo ob tem juſicandam putaretur, ſi propter ariſ magnitudinem prædia manciparetur: ſi paulo mœſt inſolentio in lumpu: ſi de re verba ſum haec apud Gellium lib.

4. 12. Cornelius Rufinus, bſ confutat & dictatura functum, censor Fabricius ſenatu movit ob luxurie notam, quod decem pondo argenti facti haberet, notabuntur etiam qui ſtrigofores equos haberent, quibus equus publicus adminebatur. omnium denique rerum nomine male auſtentes, ut furti, pecularis, captarum pecuniarum pro ſocio, quorum criminum turpia jūdicia vocabantur, a censoribus notabantur: ut tamen iidem illarum ipsarum rerum pollea jūdicia abſoluti, ius ſuum, censorum animadverſio ademptum, ſepe recuperaverint, neque unquam iis, in quos animadverſiſtent censores, propere vel magistratum capere, vel jūdicum legi, vel alterum accuſare non licuit. Incenſis poena fuit gravissima, bonorum & libertatis amissio: eamque significat quidem Livius, quoniam ait lib. 1. cap. 44. pt. de Ser. Tullio, Censu peracto, quem maturaverat, metu legis de incenſis latet cum vinculorum minis, mortifico. [lego Maturaverant.] narrat autem aperte Dionysius: τοῦ δὲ, inquit, μὴ πρατηθῆνε πιστοῖς ὄνταις, τὸν τὸν εἰς τὸν πάντας περιπέμψας οὐδὲν τοῦτον εἴπει. Ex P. Manutii lib. de Legibus, & ex lib. de Civitate Romana. V. Dionys. Halicarnass. lib. 11. exr. Liv. 4. 8. & 24. & Celi. 4. 12. & Spanhem. de Uſu & præſt. Num. diff. 10. p. 99. sq. Aſcon. Pedian. l. c.

De reliquis cenſi, muneribus, de Lustro item & Solitaurilibus V. f. l. & Lex. Pitisci.

Censor & caligator. Hor. in Arte Poet. 173.

Minorum censor. Hor. in Arte Poet. 173.

Magister disciplina, & ſeveritatis Censor. Cic. pro Cuent. 129.

Magister morum. Cic. 3. Fam. 1. V. in MAGISTEE.

Prefectus moribus. Cic. pro Cuentio, 129.

Rigidus. Juven. 11. Sat. 92.

Sanctissimus. Quintil. lib. 4. in proœmio.

Tetricus. Martial. lib. 12. Epigr. 71.

Censoribus vestigalia locare nū in conspicu Populi Romani non licet.

Cic. 1. de Lege Agrar. 7.

Animum censoris ſumere. Hor. 2. Epist. 110.

Cum tabulis animum censoris ſumet honestum.

CENSITOR, oris. m. [ποντίς] ab antiquo verbo Censio quarti ordinis, idem quod Censor. Ulp. in 1. forma, §. illam sequitatem. D. de cenſib. Illam aquitatem debet admittere Censor, ut officio ejus congruat, &c. Censorum vice fungi. Pomponius l. ergo. §. alluvio. D. de acq. rer. dom. Sed uthu obtinuit ut illo Censores dicerentur, qui Romæ censum faciebant, & ii Censores, qui in Provinciis hoc munere fungebantur. Inſcript. Vet. apud Fabret. p. 29. GN. MVNATIVS. M. F. PAL. AVRE-LIVS. BASSVS. ASTVRVM. CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIAE. VICTRICENSIS. Et Ulp. 1. 4. §. 1. ff. de Cenſibus: Si agri portio chafitate perierit, debebit per Censoriū revelari.

CENSORIUS, a, um. [πόντης] Adj. Quod ad Cenſorem pertinet. Animadverſio censoria & auctoritas. Cic. pro Cuent. 129. Majores autem nostri nunquam neque jūdiciū nominaverunt, neque perinde ut rem jūdicatam obſervaverunt animadverſionem atque auctoritatem censoriorum.

Castigatio censoria. Plin. lib. 18. cap. 6. Et paulo post.

Crimes censorum. i. e. Censoria castigatione dignum. Seneca de Vita beata cap. 21. in fine. H. St.

Gravitas censoria. Cic. pro Cœlio, 35. Sed quid ego Jūdices, ita gravem peronam induxi, ut & verear ne ſe idem Appius repente converterat, & Cœliū incipiat accuſare illa ſua gravitate Censoria?

Homo censorius. Qui censuram gemit. Valla lib. 4. cap. 84. Cic. 2. de Orat. 368. Quid enim poterit dicere? Conſularem ſe effe hominem & Censorium?

Jūdiciū rationemque censoriam tenere. Cic. in Pilon. 10.

Nota censoria. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Lex. Cic. 1. Q. frat. 1.

Ratio. Cic. in Pilon. 10.

Severitas. Cic. pro Cuent. 129.

Subscriptio. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Tabula Censoria. Cic. pro Cuent. 41.

Virgula. Quintil. lib. 1. cap. 2. Veteres grammatici non versus modo censoria quadam virgula notare, &c.

Censorum non est. Cic. pro Cuent. 129. Hominum delictum, fortunæ judicio committere, minime censorium est.

CENSORIUS, i. m. Cognomen familiæ apud Romanos. Hor. 4. Carm. 8. scriptis ad C. Marciū Censorinū, & forte idem est, cuius meminit Vellei. 2. 102. 1. Alius Censorinus, post alios dignitatum graeſ, septem dierum imperator ab ipſis, qui elegerant, occiſus est. V. Treb. Poll. in 30 Tyrannis, cap. 32. Censorinus Grammaticus Anno 238 scriptis de Die natali. V. Voſſ. de Hist. Lat. 2. 3.

CENSURA, æ. f. [πόντης] Censor dignitas, ſeu officium. Plin. lib. 14. cap. 4. Catonum ille primus, triumpho & censura ſuper cetera infignis. (Unde dicitur Caſo Censorius. H. St.

Quinquennali primum, deinde annua & ſemestris facta lege Æmilie. Liv. lib. 4. 24. Alios magistratus annuo eſſe: quinquennalem censuram: grave eſſe iſſum per tot annos magna parte vita obnoxios vivere. Se legem laturum, ne plus quam annua ac ſemestris censura eſſet.

Alpéra censura Fulvi Flacci & Posthumii Albini fuit. Patrc. lib. 1. 10. 5. Agere

Agere censuram. Ovid. 6. Fast. 647.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur.

Peragere. In PERAGO.

Censura lex. Propert. lib. 4. 12. 41.

Censuram vini facere. Plin. lib. 14. cap. 6.

Censura, Reprehensio, correctio. Plin. Panegyr. cap. 45. Nam vita principis, censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur. h. e. Bona principis vita est subditis Magistra morum.

Cachinni censura. Juven. 10. Sat. 31. de Risi Democrati.

Vexat censura. Juven. 2. Sat. 63.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Censura a posteriori avi Latinis scriptoribus pro Severitate & adductiore disciplina dicebatur. Capitol. in M. Antonino Phil. cap. 22. Res etiam in Sequanis turbatas censura & auctoritate reprobavit. Et Spartan. Nigro cap. 7. His erga milites tanta sunt censura, ut, cum apud Egyptum ab eo limitatis milites vinum pterent, responderet: Nilum habetis & vinum queritis?

Opponitur etiam Clementia. M. Antoninus Orat. ad senatum apud Vulcaum in Caelio cap. 12. Vos oro atque obsecro, Patres conscripti, ut censura veltra deposita, meam pietatem clementiamque servetis, immo vetem.

CENSUS, ūs. m. [τέλος, σύνα, ἀπογένεσθαι] dicebatur aestimatio rerum ac bonorum facta: secundum quam tributa pendebantur. Unde Censum agere est Recensere hominum facultates. Liv. lib. 1. 42. extr. & seq. Censum instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio, &c. de Servii Tullii regis institutis.

Census, est id quod principi per capita solvit, five per focos: unde quis dicitur solvisse, aut non solvisse censum. Valla in Raudenem. Censu censendo agri proprie appellantur. Qui & emi & venire jure civili possent. Fefus. Cic. pro Flacco, 80. Illud quoque simne ita praedia censu censendo, habeant jus simile, sint necne sint mancipi, subsignari apud ararium, apud Cenorum possint? In qua tribu denique ita prædia censuit?

Census, inquit Theop. significat Tabulam, aut chartam, in qua Romanis facultates suas conscribant, ut belli tempore pro modo patrimonii sui uniusquisque conferret. §. 6. de his qui sunt vel alieni. jur. Censu manumitiebant servi olim, qui iustrali censi, Romæ, iussu dominorum, inter cives Romanos censum proficiebantur. Ulp. tit. 1. de Libertis, in Inf.

Census iustralis. V. Lustrum condere, in L U S T R U M.

Vitia censuum. Ulp. in l. vitia. D. de censib. Vitia priorum censum editis novis professionibus evanescunt.

Impudens locupletum censu. Cic. ad Brut. Ep. 18. extr. Obdurescunt enim magis quotidiani boni viri ad vocem tribut, quod ex centesima collatum, impudenti censu locupletum in duarum legionum præmiis omnino confunditur.

Habent censum. Cic. 4. Verr. 137. In censu habendo potestas omnis aestimationis habenda, summaque facienda Censori permittitur. De Si culo Magistratu loquitur.

Impedire. Cic. 4. Att. 9. pr. Sane velim scire num censum impendat Tribuni, diebus viitandis. Ali. Impedient rectius.

Irrepsille in censum. Cic. pro Corn. Balbo, 5. Non enim furatus esse civitatem, non genus suum clementius, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsille in censum dicitur. Unum objicitur, natum esse Gadibus, quod negat nemo.

Liberari censu. Cic. pro Cæc. 99. Quum autem in censum vendidit, hoc judicat, quum ille in servitute justa fuerunt, censu liberentur.

Requirere censu. Cic. pro Archia, 11.

Servare censu. Cic. 4. Verr. 63. Censu, qui isto Pratore sunt habiti, non servarunt se Metellus ostenderat.

Censu, Quicquid fortunari quis habet. Juven. 3. Sat. 140.

Protinus ad censum, de moribus ultima fact

Quæstio. Cic. 2. de Legib. 68. A quo iterum funerum sumptus præstabilit ex censibus, &c.

Census & fortuna. Ulp. in l. cogit. D. ad Trebell. Si patrimonium fuerit rogatus, & si facultates, & si quicquid habeo, & si censum meum, & si fortunas meas, & si substantiam meam, & si peculium meum testator dixerit, &c.

Aestimatio censu. Cic. in Parad. 6. Non aestimatione censu, verum viæ atque cultu terminatur pecuniae modus.

Brevis, i. e. Tenuis. Hor. 2. Carm. 15. 13.

Equester censu. Suet. Cas. 31. Existimat etiam equestres censu pollicitus singulis. Fuit autem Equestris censu in principio, ut qui ex prima classe censebantur, teste Liv. 1. 43. Centenorum millium aris, quæ summam efficiunt flor. Imp. 1250. Florente vero rep. Quadrigena festertia, i. e. Flor. 20000.

Exiguus. Hor. 1. Epist. 1. 43.

Exuperans cuncta patrimonia. Juven. 10. Sat. 13.

Indomitus. Juven. 14. Sat. 176.

Intactus. Lucan. lib. 3. 157.

Magnus. Juven. 14. Sat. 227.

Privatus. i. e. Patrimonium. Hor. 2. Carm. 15. 13.

Senatorialis censu. Suet. Vesp. 17. i. e. Patrimonium senatoris. V. ibi Torrent. & ad Aug. 71. Fuit autem duplus Equestris censu. q. v.

Tenuis, & Homo tenui censu. Hor. 1. Epist. 7. 56.

Dives antiquo censu. Hor. 2. Serm. 3. 168.

Sine censu homo. Cic. pro Flacco, 52. Nunc vero quid putem, Trallianus Macandrio causam commissi, homini agenti, fordo, sine honore, sine exitimatio, sine censu?

Germanicus agendo Galliarum censu intentus. Tacit. 1. Ann. 31.

Nobilitate censu non major. Ovid. 9. Met. 670.

— nec censu in illo

Nobilitate sua major. i. e. Tam nobilis, quam dives.

Cultus major censu. Hor. 2. Serm. 3. 323.

Augere censu reditu quadam. Ovid. 1. Amor. 10. 41.

Turpe thori reditu censu augere paternos.

Omnis censu maiorum carere. Juven. 1. Sat. 60.

Conferre tributa ex censu. Cic. 4. Verr. 131. Siculi ex censu quotannis tributa conforunt.

Dat censu honores. Ovid. 3. Amor. 8. 56.

Janua pauperibus clausa est, dat census honores.

Dedicavit predia in censu, pro Detulit, professus est. Cic. pro Flacco 79. V. Manut. not.

Defere in censum. Ulpian. in l. forma. §. Iacus. D. de censibus, Iacus quoque pectorios, & portus in censu dominus deber defere.

Demittere censum in viceera, est Abligurire bona. Ovid. 8. Met. 846.

Eruitur censu. Lucan. lib. 3. 157.

Extendere breves censu. Martial. lib. 12. Epigr. 6.

Largiri, præstare, breves extendere censu, &c.

Partus per vulnus. Ovid. 3. Amor. 8. 9. i. e. Divitiae bello parte.

Censu. Egregia multa sunt, nec a multis animadverba, que de censu civium Romanorum a veteribus tradita licet colligere. Censebantur cives Romani, non ubi ad ætatem ferendis armis idoneam, hoc est ad annos xxi, pervercent: quod video quosdam existimatissima: sed a quo primus die nati erant, nam si robustiores tantum censi essent, Ser. Tullio regnante, qui censum instituit, Romæ fuissent hominum ducentia millia, siquidem Livius octoginta millia, Dionysius etiam plures in primo censu commemorat: ut neceste sit, eos, qui nondum per ætatem gestare arma possebant (omito senes affecta iam ætate ob infirmitatem virium domi fedentes, aut in lectulis cubantes) haud fere pauciores ducenti millibus fuissent. tantoque marius numero parem fuisse numerum feminarum, æque necelarium videtur: quod certe, ad aestimationem quidem judicij mei, vix est ut credi posset, demus, id quod verum est, urbem Romanam quinque regum virtute ac sapientia rebus omnibus vehementer esse auctam. annorum vero c. l. x. i. i. spatio (in illo enim regni principio Servius, sextus rex, censum instituit) incrementa fuisse tanta, ut capitum ducentia millia, quam hodie multitudinem in una altera Europæ urbe vix, aut fortasse ne vix quidem inventias, numerata sint, ita simile veri non est, ut monstri simile videatur. ipse etiam Livius lib. 111, quum ait, Q. Fabio, T. Quinctio coss. censu ci-vium capita c. x. i. i. millia, c. x. i. i. millia, præter orbos orbaque, nullam etiam, orbis exceptis, nullumque sexum censu exclusum, fatis indicat, idemque lib. l. x. significat, quum inquit: Censu sunt c. l. c. l. v. millia, d. x. i. i. præter orbos & viudas. Quia si cui dubia videntur argumenta, Dionysius Halicarnassæ legit historiam, nam ex eius verbis, que sunt lib. 1. non modo cuiusque rem esse aestimatam, quod unum Livius, scriptor quandoque parum diligens, tradidit, verum etiam atates omnium, uxores, liberos, locum ubi habitarent, vel in urbe vel in agro, publicis in tabulis notatum, planissime ostendit. Quod autem ad libertinos attingit, eos item una cum ingenuis esse censos idem Dionysius eodem in loco significat. Utrum vero, qui extra pomerium, an soli qui intra pomerium habitabant, censerentur, dubitare non licet: quum ab eodem & de agro Romano fieri mentionem videamus. Et us de rusticis Romanis censis ex Dionysio; sic de municipibus, postea quam communiciari cepta civitas est, plane constat ex eo Pediani loco: Convenierat ex municipiis cujuscunque modo multitudine, aut, propter comititia, suffragiorum causa, aut ludorum, aut ut censeretur, nec tam obscuræ idem significant illa verba pro Cluentio 41. Illum tabulas publicas Larini censoribus corrupisse, decuriones universi judicaverunt, certe enim de tabulis iis intelligit, in quas censores, quum ci-vium Romanorum censum agerent, municipi nomina retulerant. Coloni ante bellum Punicum secundum non censebantur, aut enim Livius sic lib. 29. 37. Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, de ferentibus censoribus, censum accepserunt: ut quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monimenta extarent. Censebantur quanto quoque anno, ludo scilicet confecto, quod integrum quatuor annorum spatium fuit. tametsi, ultra quadrienniū intervallum, vel bello, vel domesticis discordiis, vel alio casu, saepe producunt esse censum, obseruantur. Magistratus huic muneri praefuit, primum, qui summus in urbe fuit, reges duo postremi, Servius & Superbus: ejusque regibus, consules: deinde, quum consules bellis impedirent, censores, qui ab eo nomen accepserunt. Censu in foro fiebat: lustrum in campo Martio condebatur, causa sue, ova, tauri: quod sacrificium & solitaria, & suovetaurilia vocabant: de listro Livius, Dionysius, omnes historie narrant. de censu inde coniicio, quod equites tractatos per medium forum Idibus Quintilibus ante censores sua manu equum traduxisse, Livius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmant. quia in re significanda, verbum, Transvehere, veteres historici libenter usurparunt: Cicero, Traducere dixit: quod si equites in foro censebantur: de ceteris, nihil obstat, quin idem putemus. A principio, & Servii regis instituto, in sua quæque classe, que in centuriis dispergitæ erant, hoc est, ex suo quæque censu, que rei familiaris erat aestimatio, censebatur: qui centum millia, eova amplius possidebat, in prima classe: qui infra centum usque ad septuaginta quinque, in secunda: inde ad quinquaginta millia, in tertia: inde ad viginti millia, in quarta: ab eo ad undecim millia, in quinta: infra vero, in sexta, ex quo sequitur, ut decuriones, equites, senatores omnes in prima classe censerentur: quandoquidem neque decurio poterat esse, qui centum millia non haberet: neque eques, qui quadragesinta millia: neque senator, qui octingenta millia. Post explatas vero x. x. v. tribus, non in centuriis, sed in sua quæque tribu censum esse crediderim. censores enim, clarissimos viros, summis honoribus functos, ipsos, inquam censores, M. Liviu Salinatorem, C. Claudiu Neronom, in suis utrumque tribus, nulla facta claustrum mentione, censum esse, Livius l. c. perspicue demonstrat his verbis: Equitum deinde census agi census est. & ambo forte equum publicum habebant: quum ad tribum Pollium ventum est, in qua M. Liviu nomen erat, & praecox cunctarum citare ipsum censem: Cita, inquit Nero, M. Liviu: & five ex reliqua & vetere simulata, five intempedita jactione severitas inflatus, M. Liviu, quia populi iudicio esset condemnatus, equum vendere jussit. Item M. Livius quum ad tribum Narriensem, & nomen college ventum est, vendere equum C. Claudiu jussit. Festus tamen videatur significare, post explatas etiam x. x. v. tribus censos esse cives Romanos in centuriis: at enim sic, Niquiscivit centuria est, que dicitur Ser. Tullio rego constituta, in qua licet ei suffragium ferre, qui non nullus est in sua: ne quis civis suffragii jure privaretur. nam, scicte, significat, tententiam dicit, ac suffragium fert: unde scita plebis, sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centuria prefigitur, neque centuriis potest esse: quia nemo certus est ejus centuria, est autem, Niquiscivit, nisi quis scivit. Pedianus etiam ad Divinat. Cic. 8. Cujusque

que civis nomen in albo sua centurie scriptum fuisse, tradidit: inde que exemptos qui a censore arari fierent, itaque hanc veterum quasi controversiam ita dirimemus, ut nominatas quidem & recognitas in censu singulis tribus, nominata tamen civium in sua cuiusque centuria scripta esse dicamus. Et quoniam tria genera civium sive confat, senatores, equites, plebem, &, plebi equites, equitibus senatores dignitate praestitae confat: ratio postulat, id quod etiam veterum exempla teflantur, ut in censu primus ordinis senatorii locus, equitum secundus, plebis vero fuerit postremus. primum igitur recitabantur omnium senatorum nomina, erat autem inter ipsos senatores primum recitari, per honorificum: siquicunque princeps senatus vocabatur. Id in arbitrio censorum positum erat: a quibus tamen neminem, nisi de consularibus, principem senatus esse legit, animadvertismus. eodem modo princeps equitatus ordinis dicebatur is, quem censores primo loco scripserint in iis tabulis, quo equitum nominis continebant. Ex P. Manut. observationibus.

CENSUM, i. n. Idem quod Census. Cic. apud Nonium, 3. 76. Quorum luxurias fortunata censa peperit.

CENSUALIS, c. [τεμντικός] Ulp. in l. forma. D. de censib. Forma censuali caverunt, ut agricoli in censum referantur.

Contractus censualis est, Quum quis jus quod in re habet, sive directum, sive utile dominum alienum proflus in alium pro certa pecunia, puta pro centum, & praterea constituto anno censu. Sed ex emphyteutis contractum non transfertur omne jus in emphyteutam. l. i. C. de juri, emphyteut.

Lex censualis. Alciat. in lib. 1. Tacit. Quæ regiones jus civitatis Romanæ non habebant, gravioribus tributis vexabantur, censuali enim lege profiteri cogebantur quot capita essent in qualibet familia, quot jugera terræ, quo servos quis haberet. sed & de lacibus pectoris census vendus erat Ulpius Paulus Jureconsulto testibus.

Libri censuales. l. 4. Cod. de Agricol. & censitis.

Vincula censualia. Ulpianus in l. forma. §. siquis inquilinum. D. de censibus, Si quis inquilinum vel colonum non fuerit professus, vinculis censibus teneret.

Volumina centualia. l. 3. Cod. Theod. de privilegiis eorū qui in sacro palat. &c.

Censuales etiam subit. dicebantur, Scribæ publici, qui censuales tabulas conficiebant. Capitol. in Gordianis cap. 12. Senatus consultum tacitum fieret, ita ut non scriba, non servi publici, non censuales illis actibus interessent. Senatores exciperent, Senatores omnium officia censualium scribarumque compleverent, ne quid forte proderetur. V. tit. 2. lib. 8. Cod. Theod.

CENSUARIUS, a, um. ut, Liberalitates censuarie. Spartan. in Adrian. cap. 10. pr. i. e. Quibus vel census exigendus remittitur, vel ejus minutus modus. Ita Cauca, ex Mf. al. Cauca, q. v.

CENTAETUS, i. m. Galata quidam fuit, qui Aniochœ rege occiso, equo eius potitus, eum evans confecit. Quod ille indigne ferebatur, præcepis in abrupta defiliit, una cum scelso est exanimatus, ut ex

Philarchi sententia refert, Plin. lib. 8. cap. 42.

CENTAURIA, æ. f. five **CENTAURIUM**, i. n. [κένταριον τὸ μέγα], κένταριον τὸ μέγα] Genus herbae. Est autem centaurion minus & major. Plin. lib. 25. cap. 6. Centauria dicitur curatus Chiron, quem Hercules excepti hospiti retractanti arma, sagitta excidisset in pedem: quod aliqui Chironion vocant. Centauria major est illa radix quæ a Pharmacopolis appellatur *Rerponicum*. Centauria autem minor a Senenibus vocatur *Biondella*, Matthiolus. conf. Ruell. lib. 3. cap. 6. & 7. qui dicit Centaurium minus esse, quod aliqui Libadiom vocant, quoniam secundum fontes nascitur: alijs Linnæion, quod propter lacus in riguis ubertim profiliat: officinalis hodie *Centauria minor*, Latinis Fel terra propter amaritudinem summam, nonnullis Febrifugia vocitatur, &c. Vide illis locis plura.

Centaura per secundam vocalem & productam in penultima, legitur apud Virg. 4. Georg. 270.

Coccopiumque thymum, & grave olentia centaurea. Lucret. lib. 4. 123.

Abrotanique graves, & tristia centaurea. Quia Græci quoque

Keratæus per se scribunt.

CENTAURUM, i. etiam n. legitur apud Lucret. lib. 2. 402. ubi inquit

At contra tetra absinthi natura, ferique

Centauri. Quo loco non dubium est quin intellexerit Centaurum, quod Latini vocant Fel terra, & feritatis cuiusdam nomen ei tribuunt, non solum ob feritatem Centaurorum, a quibus nomen habebat, sed etiam ob amaritudinem saporis. Turneb. [I]mmo Apocope est genet. sing. ut Absinthi.

CENTAURIS, is. f. Plinio tertia est Centaurei species, cognomento Triorchis, ex quoq; eam fecerat, a Triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap. 7. extr.

CENTAUROIDES, [κένταριδης] Genus ornamenti muliebris, apud Pollicentius lib. 5. cap. 16.

CENTAURUS, i. m. pl. **CENTAURI**, qui & Hippocentauri [κένταρος] Thefalæ populi, habitantes secundum Pelium montem. Auctor Plin. lib. 7. cap. 56. Fabule autem Centauros esse semieros, hoc est superiore parte homines, inferiore autem equos. Unde quidam joco dixit in natura Centauri equum eructare hominem, & hominem cacare equum.

Veritas historie hoc habet, Centauri, populi sunt Thefalæ, secundum Pelium montem habitantes, dura sane & aegrestis natio. Hi primi ex equis pugnare invenerunt: quum ante equis vehi Bellorophon, frenis & ephippiis uti Peletronus inventissent. Hincigitur datus fabula: locus, & a stimulando calcaribus equo, Centaurus appellatus est: propter quod &

Hippocentaurus, hoc est equi stimulator est dictus. Centaurorum nomina qui magis insignes fuerunt, hæc sunt, Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhetus, Arnes, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros, Pholus, qui suscepit Herculem hospitio dictatur. Lucan. lib. 6. 391.

Hæc & Alcide magni Phole. Furentes. Virg. 2. Georg. 455.

Ixionide. h. e. Ixionis filii. Ixion enim amatam Junonem de stupro interpellavit. Illa confessa Jovi est: & ex ejus voluntate nubem in suam formam conversam Ixioni obtulit, unde feruntur nati esse Centauri. Ser. vius in illud. 2. En. 286. Centauri in foribus stabulant.

Nubigenæ, & Bimembres. Virg. 8. En. 293. Sævus. Ovid. 12. Met. 219.

Semiferi. i.e. Semiequi. Lucan. lib. 6. 386.

Semihornes. Ovid. 12. Met. 536.

Truces. Seneca Herc. fur. 9.

Centaurus est Sidus australis apud Vitruv. 9. 7. Columel. 11. 2. Hygin. Astron. 3. 38.

Centaurus, Nomen navis, apud Virg. 5. En. 122. ob Insigne centauri.

Centaurs & Fluvius Ætolus est, qui prius Evenus dicebatur, post Neffis Centauri mortem ab Hercule interficti, a poetis centaurus vocatur.

CENTAUREUS, a, um. [κένταρευς] Adj. ut, Lustra Centaurica apud Stat. 1. Achil. 266.

CENTARIUM, Medicamentum a Chirone Centauro inventum, ut sit Pestis. V. **CENTARIA**.

CENTAUROMACHIA, æ. f. Pugna cum Centauris. Plaut. Curc. 3. 7. 5. Theffilia ipsa joculariter, quia pars ejus a Centauris inhabitata dicitur poetis.

CENTRARIUS, **CENTENUS**, **CENTESIMUS**, **CENTICEPS**, **CENTIES**, **CRNTIFIDUS**, **CENTIFOLIA**, **CENTIGRANUM**, **CENTIMALIS**, **CENTIMANUS**, **CRNTIMETER**, **CENTINODIA**, **CENTIPEDA**, **CENTIPES**. In **CENTUM**.

CENTINUM, i. n. [κέντινος] Umbria oppidum, apud Ptolem. lib. 3. cap. 1. Alii Sentinum scribunt per s., quibus etiam Plin. suffragatur, qui in Umbria descriptione Sentinatum meminit.

CENTO, onis. m. [κέντων] Perrot. Centones a villorum multitudine: quoniam finitus numerus pro infinito ponitur. Sunt enim Stragula crastiflora villis passim pendentibus, quibus & lecti vilissimum perfornarunt, & tabernacula omnime castris supplex pluvioso tempore velatur. Sisenus lib. 4. His. Puppes aceto madefactis centonibus integruntur, quos supra perpetua clavis suspensa ciliicia obtenguntur. ex Non. 2. 177. Cas. 2. Bell. Civil. 10. Centonesque insuper injecerunt, ne aut tela torquentis missa contabulationem perfringent, aut faxa in catapultis lateritium discuterent.

Cento, Genus vestimenta rusticæ. Cato de R. R. cap. 2. Centones, Culciones familiam oportuisse sibi sarcire. Columel. lib. 1. cap. 8. Culcione vestitamque familiam magis utiliter, quam delicate habeat, munimque diligenter a vento, frigore, pluviaque: que cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confeccis, vel fascis culcillis. Al. Culcatis. [Ο]mnino tollendum commi prius est. Centones pellibus manicatis sunt. Qui manicas pellices habent.

Centones, Fasculi ex pannis aut linteis fordistis compacti, quibus edictum instrumenta deterguntur. Apud Ulp. l. 12. §. 12. D. de instr. vel putum videtur pro his, qui perticis impositi aceto immerguntur ad incendium extinguendum. Hotomanus. Juven. 6. Sat. 121.

Intravit calidum veteri centone lupanar. ubi Schol. Vet. Velo ex pannis facto.

Centones, Vests & variis panniculis, ac diversis etiam interdum colobis confarcinante. Ad harum similitudinem Centonem vocant Carmis genus, ex diversis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atque illinc acceritis, contextum, quæque confutum: Graci κέντωνες, appellant addita littera, quam abficiunt Latini. Extant adhuc Homero-centones & Virgilio-centones Proba mulieris. Ex Erasmi Chiliadibus. V. Aufon. in Epit. ad Paul. Centoni nuptiali, seu Eidyll. 11. præfix. Tertull. de Prescript. cap. 39. & Iudor. Orig. 1. 38. Fabric. Bibl. Lat. 1. 12. & Grec. 2. 7. 3.

Centones sarcire alicui. Proverbium. Plaut. in Epid. 3. 4. 39.

Quin tu, alium queras, cui centones sarcias. i. e. Quem tu gloriois mendacis & confarcinatis fabulamentis exples. Solent enim homines gloriose mendacium aliud ex alio connectere: nullum facientes neque finem neque modum. Erasmus in Chiliadibus. Apud Plaut. alii Sarcias legunt.

CENTUNCULUS, i. m. diminut. [κέντωνεύος] Liv. 7. 4. Mulus strata destrahit: binique tantum centunculis relictis, &c. Et Apul. 1. Miles. p. 104. Et cum dicto, futili centunculo faciem suam punicantem præ pudore, obexit.

Centunculus, Herba, de qua Plin. lib. 24. cap. 15. Itali centunculum vocant rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum jacentem in arvis. Græci autem Clematidem. Dioscorides autem lib. 3. cap. 112. Centunculum a Romanis herbam vocari ait, quam Graci Gnaphalion & Chamezelam vocant. Ratio nominis tracta videtur a molli foliorum lanagine, qua ad inferiordem centones tomenti inopia suppleri posset.

CENTONARIUS, a, um. ut, More centonario Tertul. de Praescript. cap. 39. i. e. In modum centonis.

CENTONABUS, i. m. Qui centones conficit, in obsidione necessarios.

V. Turneb. Adver. 29. 16. Suni & Centonarii, Qui tabernacula & castrenses supellecilem, quos centones vocaverunt, fuppedicabant. Centonariorum collegium, Inscript. apud Spon. Mifcell. Erudit. Antiq. p. 57. 62. 63. & Fabret. p. 485. M. IVNIVS SABINVS III. VIR AE-DILICIAE POTEST. E LEGE IVLIA MVNICIPALI PATRONVS COLLEGI CENTONARIORVM. conf. Cod. Theod. 14. 8. de Centonariis & dendrophoris.

CENTOBERICA, vel **CENTOBIGA**, æ. f. Celtiberorum urbs in Hispania. V. Valer. Max. 5. 1. 5. Hinc

CENTOBRICENSIS, e. Adj. ut, Machinae Centobrigenses. Valer. Max. 1. 1. Cet aliis scriptores Nertobrigam vocant.

CENTRINES, um. Genus ficiariorum culicium. Plin. lib. 17. cap. 27. Est & aliud genus culicum quos vocant centrinas, fuci apum similes ignavia malitiae cum pernicie verorum & utilium. Interimunt enim illos, atque ipsi moriuntur.

CENTRONES, um. [κέντρωνες] Fures dicebantur manifestarii, quoniam dum in questione haberunt, stimulos, quæ vocant κέντρα, illis admovere mos fuit: unde Centrotypi (κέντρον) vocantur, Aurigæ, qui stimulis equos exagitant. Hæc Cæl. lib. 10. cap. 5.

CENTRONES, [κέντρωνες] Alpini populi, Octodurenibus finitimi, in quorum tractu Sallustianum as repertum est, quod aliquandiu maximo fuit in pretio. V. Plin. lib. 3. cap. 20. & lib. 34. cap. 2.

CENTRUM, i. n. [κέντρον] Lat. Stimulus, Spiculum: Mathematicis Punctus in medio circuli, a quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ sunt inter se aequalis. κέντρον, Cic. 1. Tufo. Perfudant enim Mathematici terram in medio mundo sitam ad universi cæli complexum,

quali

qui puncti instar obtinere, quod *vixit* illi vocant. V. Mart. Capell. lib. 8. p. 286. 287.
 Solis centrum. Plin. lib. 18. cap. 29. Solis centro bis aequinoctiale circulum secans.
 Centra, in arboribus & in marmore que dicantur, declarat Plin. lib. 16. cap. 39. Inveniuntur (inquit) in quibusdam arboribus, sicut in marmore centra, id est duriora clavo similis, inimica ferris.
 Centrum in crystallo. Plin. lib. 37. cap. 2. de crystallo verba faciens. Infestantur plurimis vitiis, scabio, ferrogine, maculosa nube, occultaria aliquia vomica, praejudice centro.
CENTRALIS, e. [centrālis] ut. Terra centralis, Qua est in medio mundi. Plin. lib. 2. cap. 23. Quoniam terra centralis interveniat.
CENTUS, a. um. Adj. [centrū] ut. Centroscobis. i. e. Limatura admodum dura, veluti centrum, quod in marmore vel juniperio invenerit. Plin. lib. 37. cap. 7. Adulerant vitro simillime, sed cote reprehenduntur, sicut alijs gemmae faciliter, mollior enim materia & fragilis, & centroscobis reprehenduntur: & pondere, quod minus est viribus, & aliquando pulsulis argenti modo relictus.
CENTUM, [centrū] Nomen numerale indeclinabile, cujus nota Latinis C. Gracis e.
 Centum dies. Cic. pro Milon. 61. Hi, centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore produci sunt.
 Centum emere, pro Centum nummis emere. Paplus l. diligenter. D. mandat. Itaque si mandavero tibi, ut domum Scianam centum emeres, &c. Sic etiam Centum vendere, eadem loquitione.
 Centum, indefinite pro pluribus nonnumquam a poetis accipitur. Sic, Centum greges apud Hor. 2. Carm. 16. 33. & Centum juvencii apud eundem lib. Epod. 17. 39. & Centum puer artium 4. Carm. 1. 15.
 Centum missus circenses. Suet. in Domit. 14. Circensium die, quo fascilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina corripiunt. Centum missus circenses sunt, inquit Servius, unius diei: centum enim currus mittebantur, quare scribit Virg. 3. Georg. 18.
 Centum quadrigulos agitabo ad flumina curvus. Ultimus autem missus ararius vocabatur: quangum & Centum pro Maltis poetarum confuetudine accipi possent. Turnebus. V. Missus in MITTO.
CENTENUS, a. um. Adj. [centrū] Numerale distributivum a Centum. Nonnunquam autem citra distributionem ponitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Jecur maxime vetustissima patiens centenis durare annis, obsidionum exempla prodidere. i. e. Centum. Centena lefftaria pendere, vel capere ex pradiis. Cic. 6. Att. & in Parad. 6. ubi subaudiuntur Millia. Centena pondo dicebant antiqui, referentes ad libram. Festus. al. Centenas. Centeni vicini quini homines. Plin. lib. 7. cap. 49.
 Centena vires lxxx m. hominum. Plin. lib. 7. cap. 26.
 Decies centena. Hor. 1. Serm. 3. 15. &
 Decies centena millia. Plin. lib. 33. cap. 10. Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia, itaque & hodie multiplicantur haec, ut decies centena millia, aut sepius dicantur. Quod & Decies simpliciter dicebant. Annos centenos excedere. Plin. lib. 7. cap. 2.
 Arbore centena fluctus verbescere. Virg. 10. Æn. 207. i. e. Centum ingentibus remis. Est autem auxesis ad amplificandam exprimentamque navis magnitudinem, quae plures habuit remorum ordines, ut ait Servius. Astes centeni vicini quini. Liv. 36. 40. ext. Militibus, qui currunt sequuntur sunt, centenos vicenos quinos astes divisi. Al. Trecenos. Columnas centenæ. Martial. lib. 12. 50. In habentem amoenas ædes. Eques centenus. Stat. 6. Theb.
 Judge. Ovid. sive Lucan. ad Pison. 42. i. e. Judicium centum virorum. Manus centene, pro Centum manus apud Stat. 10. Theb.
CENTENA, æ. I. Gradus & dignitas militaris. l. 3. Cod. Theod. de cohortal. princip. cornicul. Primitularius poft emeritam militiam perfectissimatus, vel ducentæ, vel centena, vel egregiatus dignitas dati potest.
CENTENARIUS, a. um. [centrāris] & familia in ARIUS, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum que non nominantur. ut. Lapis centenarius, non quod centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quod sit centumgeminus, sed quod habeat centum annos. Vetus. Autore de ponderibus.
 Centenaria, cum dicebantur, in quas legi Licinia non plus centusibus, præter terra nata, impendebatur, id est centum astibus: qui erant breves nummi ex ære. Festus. [Lego Graves, nec assento his, qui spuria hæc putant. Asten libram intelligit.
 Fistula centenaria. Vitruv. 8. 6. i. e. Fistula centum pedibus longæ. Numerus centenarius gregum. Varro 2. de R. R. cap. 5.
 Pondera centenaria. Plin. lib. 7. cap. 20.
 Centenarii, a. Jurisconfutis dicuntur, Qui centum millia h. s. in bonis habent, ut scribit Imperator. §. 4. de successi. liber. qui, ut ait Asconius, more veterum Censi dicebantur. V. Censu in CENSEO. De centenariis Ulpianus frequenter in l. 16. D. de jur. patron. Quod autem apud Imperatorem legitur centum millia h. s. centenis aureis comprehendendi, falsum est. Non enim centeni, sed mileni aurei five solidi, centum festertiū millia conficiunt. Hotomanus.
CENTENIALIS, is. m. Genus pecuniae. Cod. Theod. lib. 9. t. 23.
CENTESIMUS, a. um. [centrāris] Ordinis numerale a Centum. Nonnunquam pro Centuplo ponitur, ut. Centesimum fructum ager attulit: h. e. Centies tantum, quantum sementis acceperat.
 Centesima fruges. Plin. lib. 5. cap. 4. Ita appellatur regio ccl. m. passuum fertilis eximie, cum centenaria fruge agricolis fons redente terra. Dies centesimus. Plin. lib. 5. cap. 9.
 Lux centesima hæc est ab interitu P. Clodii. Cic. pro Milon. 98.
 Pars centesimalis. Plaut. Mil. 3. 1. 168.
 Centesima [fructu] [centrāris] Genus usura, de qua sic Budæus. Atqui quum hac ratio centesima duodenos nummos annuos, in singulis centenariis pariat. & merito singulos: facile patet ideo centesimam dictam, quod centesimo mensis forte aequaliter. Usuram enim dics olim in singulis mensibus cedere exfiltrabantur, ut hodie, moribus hujus urbis, tertio quoque mensis cedunt earum penitulationem dies, que pretio legitimo accepto prediis impontur, & mancipio dantur, & circa viatum, foenoris inlatae habent. Dicitur etiam centesima usura, ideo (ni fallor) quia centesimus nummus pro foenore statuitur. Centum enim nummi fortis, parione singulos nummos merito. Plin. lib. 10. ad Trajanum Epist. 8. (al. 62.) Pecunia publica, Domine, providentia tua, & ministerio nostro & jam exacta sunt, & exiguntur: quae vero ne otiose jaceant: nam & prædiorum comparandorum aut nulla,

aut ratissima occasio est: nec inveniuntur qui velint debere Reip. præfertim duodenis astibus, quanti a privatis inveniantur, vel (ut alii legunt) mutuantur. Dilipice ergo, domine, nunquid minundam uoram, ac per hoc idones debitos invitandos putes. Duodenis astes appellat centesimam, eo modo loquendi, quo nunc in ea re utimur, duodenum denarium vel decimumpotum dicentes. Cicero in 5. Verr. 21. objicit Verri quod pecuniam sibi attributam ad coemptionem frumenti publici, apud publicanos reliquant, unde erat attributa, duabus centesimalis foeneraus sit, duas centesimalis Cicero quatuor & viginti astes in centenarios singulos dixit. Haec tenus Budæus. Cic. 1. Att. 12. Nam a Cælio propinquio minore centesimalis numnum movere non posunt. Ufura centesimalis. Plin. Epist. 205. De his plenius disquisitum a Salmas. de Modo usuræ, & Gronov. de Pec. Vet. Hodie x 1. pro Centum vocant. Obfervantur centesimalis. Cic. 5. Att. 21. Interim quum in editio translatio centesimalis me observaturum habemus, cum anatocismi anniversario. Duxerit centesimalis perpetuo foenore. Cic. 5. Att. 21. Perpetuo foenore, i. e. Sine renovatione singulorum annorum: fine anatocismo, ne usuram folverentur, sed centesimalarum perpetuum esset foenüs, non interruptum, non renovatum alio præterea foenore adjecto. Dare spondes centesimalis calendis? Notus loquendi Jurisconf. modus, ex foeneratorum consuetudine ortus, ut Alciato videtur. Significat autem Intra octo annos & menses quatuor, licet aliqui Centum annos intelligant, sed non recte, eodem tradente cap. 23. lib. Parec. Obfervantur vero astes, ea ratione stipulationes concipi solitas, quod calendis foenora exigeantur: ex hac consuetudine Calendaria, Libros rationum dictinum, ut idem Alciat. recte monuit. V. CALENDÆ.
CENTESIMO, are. Centesimalis, & decimare exercitum, Castræ verba sunt, pro eo quod est Centesimum vel decimum militem supplicio afficer. Solebant enim Imperatores, quom gravius quidquam milites deliquerint, eam moderationem adhibere, ut neque universum exercitum delecterent, neque facilitate venia alios ad familiam invitarent. Convocatis itaque universis, centesimalum, aut, si videretur, decimum quemque forte proditum fecuri percutiebant, ceteroque metu liberabant. Sic Egnatius in Macrinus apud Capitolinum, cap. 12.
CENTUPLEX, icis. Adj. [centrāris] Numerale Multiplicativum a Centum, ut. Murus centuplex. Plaut. Pers. 4. 4. 11. Hæc nisi inde abe- runt, centuplex murus rebus servandis parum fit.
CENTUPLEX, s. a. um. Adj. [centrāris] idem quod Centuplex. Perottus. [Immo non idem, cum hujus forma numeralia Relativa sint, proportionis ratione indicantia ad id, quod unum & simplex est, & numeris abstractis proprie serviant: Illa vero alterius generis, ad quemlibet numerum multiplicacioni per se, rei cuiuscunq; dentent, apud Mathematicos.
CENTUPPLICATUS, Adj. Prudent. 2. adv. Symm. v. 1050.
 — soletaria centuplicatos
 Agitorum redigit fructus.
CENTUPPLICATO, Adv. [centrāris] Numerale Multiplicativum a Centum, ut. Murus centuplex. Plaut. Pers. 4. 4. 11. Hæc nisi inde abe- runt, centuplex murus rebus servandis parum fit.
CENTUPLEX, s. a. um. Adj. [centrāris] idem quod Centuplex. Perottus. [Immo non idem, cum hujus forma numeralia Relativa sint, proportionis ratione indicantia ad id, quod unum & simplex est, & numeris abstractis proprie serviant: Illa vero alterius generis, ad quemlibet numerum multiplicacioni per se, rei cuiuscunq; dentent, apud Mathematicos.
CENTUPPLICATUS, Adj. Prudent. 2. adv. Symm. v. 1050.
 — soletaria centuplicatos
 Agitorum redigit fructus.
CENTUPPLICATO, Adv. [centrāris] Numerale Multiplicativum a Centum, ut. Murus centuplex. Plaut. Pers. 4. 4. 11. Hæc nisi inde abe- runt, centuplex murus rebus servandis parum fit.
CENTUPPLICATO, s. a. um. Adj. [centrāris] idem quod Centuplex. Perottus. [Immo non idem, cum hujus forma numeralia Relativa sint, proportionis ratione indicantia ad id, quod unum & simplex est, & numeris abstractis proprie serviant: Illa vero alterius generis, ad quemlibet numerum multiplicacioni per se, rei cuiuscunq; dentent, apud Mathematicos.
CENTUPPLICATUS, s. a. um. Prudent. 2. adv. Symm. v. 1050.
 — soletaria centuplicatos
 Agitorum redigit fructus.
CENTUPPLICATO, Adv. ut. Centesies circumspicere prius, quam, & C. Plaut. Rud. 4. 4. 12. Numerus certus pro incerto hyperbolice positus. Dicere centies. Plaut. Pseud. 4. 7. 129.
 Facta centies h. s. syngrapha. Cic. 2. Philipp. 95. In talibus subanditum Centella millia, & sunt Decem millions. V. mox Hotom. Reliqui centies h. s. Cic. 2. Att.
 Centies vices prælatus. Plin. lib. 7. cap. 28.
 Centies & octogies, vel Centies & tricies. Cic. in Pison. 88.
 Centies aureorum, præcisa loquitione, pro Centies centena millia au- reorum. Cels. l. 88. D. de verb. signif. Tantum quisque pecunie reliquit, quantum ex bonis ejus refici potest. Sic dicimus Centies aureorum habere, qui tantum in prædiosis certeferi similibus rebus habet. Hotom
CENTIPES, itis. [centrāris] dicitur Quid centum habet capita. Hor. 2. Carm. 13. 34.
 — illis carminibus stupens
 Demitti atras bellua centipes. Aures. Cerberum intelligit, i multitudine angustiæ qui in capite eius eminet.
CENTIFIDUS, a. um. Prudent. in Symm. 2. 889.
 Dæmon centidum confundit iter.
CENTIFOLIA, [centrāris] Rofa, de qua vide Plin. lib. 21. cap. 4.
CENTIGRANUM, i. n. Genus tritici. Plin. lib. 18. cap. 10.
CENTIMALIS, e. i. e. Minutis multis foraminibus constans. ut Filitula centimalis, instrumentum chirurgicum. Veget. Mulom. 1. 43.
CENTIMANUS, i. m. [centrāris] Qui centum manus habet: cuiuslibet fuisse Buceium giganteum refert Virg. 6. Æn. 287. Ovid. 3. Met. 303.
 Nec quo centimanum dejecerat igne Typhœa.
 Gyges centimanus. Hor. 3. Carm. 4. 69.
 Teftis meaurum centimanus Gyges
 Sententiarum.
CENTIMÈPER, tri. m. Genus carminis. Sidon. Carm. 9. 265.
 Sed nec centimeter Terentianus.
CENTINODIA, æ. f. Herba que & Genicularis a Latinis, a multis nodi & geniculis dicta, & eadem ratione a Graecis Polygonum appellata est, & Polygona, sunt & qui Sanguinarium appellant. Plin. lib. 27. cap. 12.
CENTIPEDA, æ. f. [centrāris] Vermis: de quo lic Plin. lib. 29. cap. 6. Millepeda abalis centipeda, aut multicpeda dicta, Animal est & vermiculus ter- pilosum, multibus pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se. Ver mem esse autem, quem nos vulgo Clavigerum appellant. V. Dio- lib. 2. cap. 37. & Galen. lib. 2. cap. 2. de Compos. pharmac. sec. locos.
CENTIPERLIO, ònis. m. Plin. lib. 28. cap. 9. de hircis, Teftis quoque ejus invertebrata, vel genitale maris salutariter dantur in vino: Item ver ter, quem centipellionem vocant. [Is Gracis κεντηπέλλιον]. De quo plenissime in Comment. de Ruminantibus Jo. Conr. Peyerus. lib. 2. cap. 3.
CENTIPES, èdis. f. [centrāris] Piscis est, alio nomine Scolopendrad etus. Dicitur a terribilis Scolopendra similitudine. His hamo devorat omnia interanea evomit, donec hanum egerat, deinde resorbet. Aucto Plin. lib. 9. cap. 43.
CENTUMGEMINUS, a. um. [centrāris] Briareus, i. e. Centipede: secundum fabulas ipsæ est Aegeon. Servius. Virgil. 6. Æn. 287.
CENTUMCAPRA, Herba, quam Graci Hecatoncephalon nominant ex aeclarum genere, & alio nomine Erynge alba, five Eryngiu dicitur, caule & radice in cibos a Gracis recepta, five coquere bea

beat, sive crudari sumere. V. Plinum abunde ea tractantem lib. 22. cap. 8.

CENTUMPERANEA Insula, Parvum Italæ oppidum, ab aquis undique circumfluentibus sic nominatum. A quo & familia Perottorum traxit cognomen. Perot.

CENTUMPONDIUM, [εκατόδιπον] pro Immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. Afr. 2. 2. 37. Ad pedes quando alligatus es æquum centumpondium. Cato cap. 13. Cellas duas, trutinam unam, centumpondium incertum. Significare videtur Prægrande pondus incerti modi a Centenario denominatum. Budæus. Alii aliter: Sic enim Turneb. Centumpondium incertum, Pondus suspicior una mole centum libras pendens: Cetera ponderibus opponitur, quæ distincta parataque sunt, non in unum pondus confusa. Æquum centumpondium apud Plaut. in Asinaria, Æquum est & iustum centum librarum pondus. Hæc ille. Scribitur autem hodie Centumpondium, non Centumpondium.

CENTUMVIRI, pluraliter. Quum essent Romæ xxxv tribus, quæ & curiae sunt dicti, terti ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui Centumviri appellati sunt, & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumviri sunt dicti. Festus. Cic. pro Cæs. 53. Et hoc loco Scevolani dixiñ caſam apud Centumviro non tenueſi: quem ego anteā non commemoravi.

Ad Centumviro delata res. Cic. 1. de Orat. 175.

Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumviri judicarunt? Cic. 1. de Orat. 176.

CENTUMVIRALIS, e. [τὸς τῶν εκατὸν] Quod pertinet ad Centumviro, Centumvirale judicium. Cic. 1. de Orat. 172. Quid quod item in Centumviral judicio certatum accepimus?

Centumvirales causa, vel judicia. Cic. lib. 1. de Orat. 173. Nam volitare in foro, harere in iure, ac Prætorum tribunib[us], iudicia privata magnarum rerum obire, in quibus sepe non de facto, sed de æquitate ac jure certetur: iactare se in causis Centumviralibus, in quibus usū capionum, tutelarum, gentilitatium, agnationum, alluvionum, circumlitionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stellacidorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura venturæ: quum omnino quid suum, quid alienum, quare denique civis an peregrinus, servus an liber quispiam sit, ignorat, insignis est impudentia. Suet. in Vesp. cap. 10. Litum series ubique majorem in modum ex reverant, manentibus antiquis intercedente jurisdictionis, accedentibus novis ex consuetudine tumultu quo temporum. Sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quique iudicia centumviralia, quibus peragendis vix sufficiunt litigiorum aras videbatur, extra ordinem dijudicarent: redigerentque ad brevissimum numerum. Budæus.

Centumviralis haſta, dicta quod Centumviri, haſta in foro posita judicarent. Unde Suet. in August. cap. 36. Author & aliarum rerum fuit, in quies ne acta Senatus publicarentur, &c. ut cura ariarii a Quæstoribus urbanis ad Praetorios Praetores transire, ut Centumviralem hastam, quam Quæftura functi conuerterent cogere, Decemviri cogerent. Valer. lib. 7. 8. 1. Notæ infanæ Tuditanus testamentum filium instituit haſredem. Quid T. Longus sanguine ei proximus, haſta iudicio subvertere frustra conatus est, magis enim Centumviri quid scriptum effet in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimaverunt. Budæus. Centumviralum partes. Quintil. lib. 5. cap. 2.

CENTUNCULUS, In CANTO.

CRNTURIA, a. f. [καρντορία] in agris significat Ducenta jugera: in re militari Centum homines. Hæc Festus. De illa Varro de L. L. lib. 4. 16. Centuria primo a Centum jugeribus dicta, post duplicita retinuit nomen. Idem tradit. Columel. lib. 5. cap. 1.

Centuriae vocabulum centuris, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datum est, Quum antiqui Romani agrum ex hoto captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenisi hominibus ducentena jugera dederunt: & ex hoc facto Centuria iuste appellata est. pag. 15. Gœf. V. Varr. de R. R. 1. 10. ubi ait; A Centum Centuria dicta est. Centuria est quadrata in omnes quatuor partes pedum m c. Hæ porro quatuor centuria conjuncta, ut sine in utramque partem binæ, appellantur in agris divisis vietim publice Saltus. Sed Varronis numerus haud videtur satius exactus: constat enim quatuor Centuriæ simplices seu duas duplicates, Quinquagesimæ tress millies, & septingentes sexaginta millia quadratos pedes habere, i. e. secundum hodiernam numerandi methodum, Pedum quinque miliones ac septingentes sexaginta millia continere. Itaque forsitan locus Varronis viotiosus est, & refutii debet m ccccc pro m c; & tunc omnia recte se habeant. V. Thef. Antiquit. Rom. Græv. Tom. 11. p. 1616. B. Centuria equitorum, est ab initio centenos tantum equites singulae continebant, aucto ciuium numero plures numerabantur. Nam trium columnando centuriarum numerus mansit, cum tamen equites, quo tempore moratus est Romulus, haud multæ pauciores quam mille fuerunt, ut patet ex Dionys. 2. p. 89. Et Tarquinii Prisci atate tres duntaxat centurie fuerunt, ut ab initio, in iis tamen mille equites continebantur. Nam scribit Liv. 1. 36. Negre tum Tarquinius de equitorum centuriis quidquam mutavit nonrum alterum tantum adjectit, ut mille & trecenti equites in tribus centuriis essent. Et five pauciores five plures fuerunt in centuria, nomen tamen haud mutatum est, sed integra & una habebatur centuria.

Centuria Seniorum & Juniorum, in quas universi Cives Romani, Militia & Comitiorum causa, a Ser. Tullio rege, sub Classibus sex, pro ratione censu descripti fuenterunt, de quibus V. Liv. 1. 43. & plura apud Pif. in Lex. Ant. Rom. Cic. 2. de Divin. 74. Primum vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. [Cave putes autem has quoque Centuriæ singulæ centenorum omnino capitum fuisse, cum descriptio ex cuiusque censu, i. e. facultatis fieret, ac fine controversia in ultima, quæ proletariorum & capite censorum fuit, foliisque sextam classem constituebat; longe maximus numerus ciuium fuerit, in prioribus, quæ majorum censu postulabant, longe pauciores.

Modica centuria. In MODUS.

Auspicio centuriarem augusta. Cic. pro Milon. 44. Hunc igitur diem campi speratum atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus & facinus præ se ferens & confitens, ad illa augusta centuriæ auspicio veniebat?

Vox una centuriarum. Cic. pro Domo, 141. Vobis campus, centuriarumque una vox omnium, &c.

Equitum centuriæ. Cic. 7. Philip. 16. Patronus centuriarum equitum, quæ idem fine suffragio esse voluit

Seniorum & juniorum centuriis honore affici. Cic. 7. Verr. 17. Sed quum esses renuntiatus, ut dixi, non ipsa præconis voce excitatus es, qui te totiens seniorum, juniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit.

Defuerunt ei paucæ centuriæ ad Confusatum. Cic. de Clar. Orat. 271. Ornare centuriis. Cic. de Lege Agr. 2. 32. Deinde ornat apparitoribus, scribis, libratis, præcoribus, architectis: præterea mulier, tabernaculis, centuriis, supellectili. Sed lectio dubia, & merito suspecta est.

Renuntiatus Prætor centuriis cunctis. Cic. pro Lege Manil. 2.

Centuriis aliqui conficer. Cic. 11. Fam. 16. L. Lamia Prætrum petit.

Paulo post. Ego suscepit totum negotium. Nunc, si me tanti facis, quanti certe facis, quando equitum centuriæ tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nocturnum, utis nobis eas centuriæ conficiat. videlicet ad suffragia. Ferre centuriarum, est Habere centuriarum aliquam sibi suffragantem in alijs cuius magistratus petitione. Cic. pro Planc. 49.

CENTURIALIS, e. Adj. ut, L. lapides centuriæ, scil. Quibus limites instituunt in agris. Centuriæ arvum. Festus.

CENTURIO, [καντορίου, καντορία, καντορίων] āre. In centuriæ distribuere. Cic. ad Qui. post red. 13. Ego quum homines in tribunalii Aurelio palam conscribi, centuriæque vidissim. Liv. 25. Eam juventutem ex industria centuriaverat, armaveratque ad tales casus. h. e. Ex juvenibus centuriæ confecrater. conf. 29. 1. pr.

Agrum centuriare, Hyginus de Limit. contit. pag. 195. Gœf. Limitibus includere simpliciter exponit.

CENTURIATVS, [καντορίας] Partic. In centuriæ distributus. Liv. 22. 38. Sua voluntate ipsi inter se equites decurati, centuriati pedites conjurabant.

Centuriati manipulares. Plaut. Milit. 3. 2. 3.

Si centuriati bene sunt manipulares mei. Centuriati comitis dicebantur, quia Populus Romianus per centenas turmas divisus erat. Festus. Scal. per Centurias Liv. 2. 2. Brutus collegam sibi comitis centuriatis creavit. conf. Gell. 15. 27. Cic. Post red. in Senat. 26. Quo die nos comitis centuriatis, que maxime justa dici, haberique voluerunt majores, arceſtivit in patriam, ut eadem centuriæ, que me Consulem fecerant, Confusatum menni comprobarent. V. supra in CANTUARIA. & infra in COMITIA.

Centuriati capituli comitia. In CAPUT.

Centuriate Leges, Centuriatis comitiis latæ. Erant autem majoris auctoritatis, quæ plenis, justisque comitiis perlatæ. Ideoque gloriatur Cicero centuriati se lege ab exilio revocatum esse. Ex Budæo.

Lex centuriata, & curiata. Cic. de Lege Agr. 2. 26. Nam centuriata lex Censoribus serebatur, quum curiata ceteris patriciis magistribus.

Centuriatus ager in ducentia jugera definitus: quia Romulus centenæ cibis, ducentia jugera tribuit. Festus. V. in ipso verbo.

CENTURIATVS, ñs. m. [καντορία] Dignitas & officium centuriionis. Cic. pro Lege Manil. 17. Quem enim possimus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veneant centuriatus atque venierint? Venditi centuriatus. Cic. in Pison. 88. Quid centuriatus palam venditos? Legitus & apud Liv. 22. 38.

CENTURIATIM, [καντορίας] Adv. Per centuriatas. Cic. pro Flacc. 15. Distributis partibus tributis, & centuriatim descripsiis ordinibus, classibus, etatibus, &c. Liv. 6. 20. Cum centuriatim populus citaretur. Cœf. 1. Bell. Civil. 76. Centuriatim producti milites.

Centuriatim dictum est abundantanter & copioſe, a Centuriis quæ suffragium in comitiis forebant. Pomponius Proſibulo, Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent. Nonius.

CENTURIATIO, ñnis. f. Vox apud agrimenſores. Sic. Flacc. p. 16. Alii dicunt perticam, alii centuriationem, &c. Et Hygin. p. 206. Deduci intra centuriationem.

CENTURIO, ñnis. [καντορίνεξ, καντορίας, ταχίνεξ] A numero pedium cui in militia præterat. Ab antiquis dicebatur Centurionus, tette Festo. Qui centuriæ præterat, quæ doctor. Caf. 1. Bell. Gall. 19. Horum vocibus at timore, paulatim etiam hi, qui magnum in caltris uüm habebant milites, centurioresque, quique equitati præterant, perturbabantur. Erant autem in singulis manipulis huius, ordinibus, feu gradu inter se distincti. Hinc Omnimq[ue] ordinum centuriionis memorat Cœſar. lib. 1. de Bell. Gall. 40. pr. Alibi Centuriates primorum ordinum. Idem lib. 1. de Bell. Gall. cap. 41. Ac primorum ordinum centuriatas. Idem, Iuliusque Catonius primi ordinum centuriatio. [Suspedit] Hi autem sunt, ut ait Turnebus Adver. 3. 3. exti. Centuriatio primi p[ro]li. Primus princeps, Primus hastatus, quorum maior erat dignitas in legione. V. Lips. de Mil. Rom. 2. 8. Hircosa gens centuriionum. Perf. 3. Sat. 77.

Magni centuriones. Hor. 1. Serm. 6. 73.

Centuriones varicoli. Perf. 5. Sat. 189. Quo in loco Varicosos ponit pro Duris & laboriosis.

In Centuriionis invadere. Tacit. 1. Ann. 12.

Centuriotes, vite milites delinquentes cædebant. Juven. Sat. 8. 247. de Mario. Plin. lib. 14. cap. 1. Centuriionum in manu vitis, & opimo premio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis poenam ipsam honorat.

CENTURIONVS, ñs. m. [καντορίας] Idem quod Centuriatus. ut, Agere centuriationem. Tacit. 1. Ann. 44.

CENTUSSIS, ñs. m. Nummi species ad centum assuum valorem. ut, Centufelicet, i. e. Centum assiduū æstimet. Perf. 5. Sat. 191.

Et centum Græcos curto felicitate licetur.

Centufelicitas, inquit Budæus, apud Lucilium, Quadragesima festiæ erant, qui Legem sumptuariam Centufelicitas vocavit, ob centum assuum taxationem, ut auctor est Macrob. in 1. Saturn. cap. 17. Idem Budæus alio loco, Centufelicitas dicere possumus pro ea summa, quam alternis prope verbis Negotiatorum centum solidos appellant, ut Decussum pro decem.

CENTURIPÆ, es. f. sive CENTURIPÆ, arum. f. p. [καντορίας] Ptolemaeo, καντορίας alia] Oppidum est Sicilia, sub Etna monte, Symatho fluvio, & Catanea urbi proximum, ut tradit Strabo lib. 6. Vix legitur in numero singulari. Plin. 31. 7. Purpureus sal Centuriipis gignitur. Sil. Ital. lib. 14. 203. — necnon & vertice cello

Centuriipæ. De hoc oppido agit Cluver. 2. Sic. Ant. cap. 6.

CENTURIPINI, Centuriiparum populi, Latinæ conditionis apud Plin. lib. 3. cap. 8.

CENTUSSIS, In CENTUM paulo super.

Pp p

CEON,

Ceos. Una ex Cycladibus insulis, Helenæ propinquissima, ut Strabo auctor est lib. 10. V. CEA.

Cépe, n. [κεφαλη] indecl. Olus hortense: quod capitis similitudinem habeat, vel quod in caput crescat. Plin. lib. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis separatis cepe scimen causa seritur, separatis cepe seminis.

Tuticatum cepe. Perf. 4. Sat. 30.

Pro Plebeio & vili cibo, vult usque Horat. 1. Epist. 12. 21.

Verum seu pisces, seu porrum & cepe trucidatae.

Scribunt nonnulli Cape, sed minus recte.

Cépa, n. f. Idem. Plin. lib. 19. cap. 6. Cetero cepas ter fosto solo seri jubent. Ovid. 3. Fast. 340.

Cedenda est hortic eruta cepa mea.

Cepas edere dicebantur joco proverbiali, Qui lacrymari viderentur, natum a Biantis apophthegmati. Is enim Alyatte tibi per nuntium misum denuntianti, ut quamprimum ad te venirent, respondit ad hunc modum, οὐτού τούτου κατέλαβεν εγώ τούτον, Ego jubeo Alyatte cepas edere, hoc est flere & ejulari, quibus verbis extremum regis contemptum indicabat. Ductum est hinc proverbium, quod ceparum odor, ut est acris, confuserit lacrimas oculis excutere. Simili figura neque diversa sententia disti sunt Cepas odorari vel olfacere qui flerent. Erasmus in Chilidiibus.

Céparius, i. m. Qui ceparum esu delectatur. Lucil. apud Non. 3. 67. Lippus edenda acti affidue cepariu' cepta.

Fuit & nomen gent. Ro. Marci Ceparius meminit Cic. 9. Fam. 23.

Cépetum, i. n. [κεπανή] Locus cepis conitus. Gell. lib. 20. cap. 7. Cepetum revirescit & congerminat decedente Luna. Quo loco legitur & Cepitum, i. e. telle Prisciano, Cepe.

Cépina, a. f. Columel. lib. 11. 3. Cepina magis frequenter subactam poltulata terram, quam altius conversam, &c. A Cepis nomen habet, ut aepite colligitur ex Columella, si locum perlegeris. Est autem Cepina, Locus cepis conitus, vel ipsarum ceparum uno in loco conforbitum multitudine. Columel. ibidem, Sed cepina vel sapius, certe non minus debet quam quater farriri. Paulo post, Thalli ceparum ventis prosterrentur. Sic autem a Cepis dicitur Cepina; ut a Rapis, Rapina; a Napis, Napina.

Cépitum, a. um. & **Cépitum,** i. n. secundum Priscianum, pro eo quod est Ex genere ceparum.

Cépula, a. dimin. a Cepa. Pallad. 3. 24. Hoc mensa cepulas feris.

Cépaea, Plin. 26. 8. Herba est similis portulaca, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus arenosis, gustu amara. V. Ruell. lib. 3. cap. 73.

Céphalalgia, [κεφαλαιγία] Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continetque sub se Hemicraniam, Cephaleam, & similes.

Céphalas, [κεφαλας] Promontorium altum & silvosum, majoris Syrtis initium. Strabo lib. ult.

Céphalatomi, Colchica regionis populi. Auctor Plin. lib. 6. cap. 5.

Céphalea, [κεφαλαια] Morbi quibus totum caput infestatur. Plin. lib. 20. cap. 13. Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum acetato & rofaciente illata. Si vero fit cephalæa, cum farina hordeacea vel acetato.

Céphalus, a. um. ut, Caro cephalæa. Versus Lucilii sunt apud Gellium, 10. 20.

Advenientibus priva dabo, carnem & cephalæam. Ut autem

Cephalæam dixit Lucilius, ita & Plautus Ophthalmiam: Ille carnem capitum intelligit, hic oculis vicinam, oculofusque. Turnebus.

Céphalénia, [κεφαλαινια] Insula est Ionii mari apud Pomponium lib.

2. 7. Plinius tradit ea quondam dictam fusse Melanam, lib. 4. cap. 12. Dieta Cephalenia, a Cephalo Amphitryonis socio: vel a Cephalo Dionae filio. De hac sic Strabo lib. 10. Non dubitavere plerique Cephaleniam eandem & Delychium appellare & Taphium. Alii Taphios & Cephalenios eosdem dixerunt Teleboas, & adversus illos Amphitryonem exercitum ductasse, assumpcio socris Dionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem portum, eam Cephalo tradidisse, ab eoque nomen habuisse insulam. Hinc,

Céphalenes, [κεφαλαιν] Iltius insulæ populi. ut apud Homerum in Catalogo. Sil. lib. 15. 305.

Saxa Cephalenium, & scopulosus Neriton arvis. Græci geminato & Cephaleniam & Cephallenies scribunt. Vulgus adhuc hodie vocat, La Cephalonie, vel Chiphalonie.

Céphalodesmus, [κεφαλοδεμος] five Céphalodesmium, Idem quod Frontale, de quo postea suo loco.

Céphalodes, [κεφαλοδε] Sicilia oppidum, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8. in descriptione Siciliae. Hodie Cephalodon.

Céphalus, [κεφαλα] Eolo filius Aurora dilectus. Ovid. de Arte Am. 3. 687.

Latnus Endymion non est tibi, Luna, pudori,

Nec Cephalus roferet præda pudenda dera.

Alter fuit Cephalus Atheniensis orator, qui primus protœma & epilogos induxit. Auctor Suidas. Hujus Cephalii Æschines & Demosthenes in orationibus adversariis metinuerunt.

Cephalus, [κεφαλα] Pictus a Gracis dicitur, quem Latini Mugilem vocant: eo quod caput in metu occulter, existimans totum se absconditum. Plin. 9. 17. & 42.

Céphénés, n. [κεφηνες] Imperfectæ apes sunt, & inutiles operi: nisi quod multitudine, quæ ad calorem multum confort, factus adjuvant, Hæc Perott. Meminit Plin. lib. 11. cap. 16. & cap. 11. Sunt enim qui & Fuci dicuntur.

Cephenes item fuerunt Asiae populi, qui postea a Perseo Jovis & Andromedes filio, Persæ appellati sunt. Auctor Herodot. lib. 7.

Cépheus, [κηφευς] duarum syllabarum, teste Euripide; Rex Æthiopum Phoenicis filius, & Andromedæ pater, fœcere Persei. Ovid. 5. Met. 12.

— conanti mittere Cepheus

Quid facis, exclamat. Ab eo autem Cepheni Æthiopes populi dicti sunt, ut idem tellatur. 5. Met.

Céphénus, [κηφευς] Adj. ut, Arva Cepheia, Ovid. 4. Met. 669.

Céphise, Statuarius nobilis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Céphisia, Attica regionis sons, dicente Plin. lib. 6. cap. 7. In Attica fontes, Cephisia, Larine, Callirhoe ennaeacrus.

Céphisia, [κηφεια] Attica regio. Nam Cecrops Athenarum conditor,

omnem ejus regionis multitudinem in duodecim urbes digessit. Sed Theœs poeta has omnes in unam Atheniensium civitatem congregavit. Dicta Cephisia a Cepheo amne.

Céphisia, Lacus est juxta Atlanticum mare, quem Mauri Electrum vocari, quod sole calcatur, electrum e limo dare videatur. Plin. lib. 37. cap. 2.

Céphisoðrus, [κηφισιοðρος] Atheniensis tragicus antiquæ tragœdia scriptor, cuius fabulas enumera Suidas.

Cephisodorus item statuarius, Praxitelis filius.

Alius præterea inter preciosos pictores Plinio numeratur lib. 35. cap. 9.

Céphisoðrus, [κηφισιοðρος] Statuarius apud Plinum lib. 34.

Fuit item Cephisodotus Atheniensium dux, qui re male gestæ damnatus, in obfusione Alopeconnesi quinque talentis multatus est. Auctor Suidas. Céphisis, [κηφισος] Fluvius Bœotia: ortum habet in radibus Par-nali montis. In ejus ripa fuit olim templum Themidis, ad quod accesserunt Deucalion & Pyrrha deani consulti super humani generis reparatio-ne: unde ab oraculo vocatur fluvius ille Fatidicus. Lucan. lib. 3. 175.

Bœoti coiere duces, quo impiger ambit Fatidica Cephisia aqua. Hujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 3.

Ovid. 3. Met. 19.

Jam vada Cephisi, Panopeisque, evaserat arva. Hinc

Céphisis, idis, patronymic femininum finxit idem poeta 1. Met. 369. Nulla mora est, adeunt pariter Cephidis undas.

Céphisia, adis, patronym. item fem. Ovid. 7. Met. 439.

Vidit & immitem Cephisia ora Proculen.

Céphus, [κηφος] Animal est apud Æthiopes, pedes posteriores huma-nis pedibus, & priores hominis manibus similes habens. Hoc animal a Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit ostentum, & postea Romæ non visum. Auct. Plin. lib. 8. cap. 19. V. CEPUS.

Cépidines, Saxa prominentia. Festus.

Cépina, V. CEP.

Cépio, V. CAPIO.

Céponides a. Gemma crystallini nitoris, qua imagines reddit ut speculum. Plin. lib. 37. cap. 10. Hard. Ceponides.

Cérites, five CEPOLATES, Gemma candida, venarum nodis coen-tibus candore imaginem representans. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cépoæ, [κεπαι] Oppidum est Bospori Cimmeriorum, dicente Plin. lib. 6. cap. 6. Oppida in aditu Bospori primo Hermonassa, dein Cepo Milesorum: Mox Stratoclia & Phanagoria. Meminit & iidem pene verbis Pompon. lib. 1. 21.

Cépos, [κεπος] Latine Hortus dicitur.

Est & urbs juxta Bosphorum, auctore Suida. Eadem ac Cepæ.

Céprifica, [κεπριεια] Graci appellant Olera, quæ in hortis seruntur.

Unde Sabinus Tiro, librum Cepiricum inscriptis, h. e. Hortensium. Firmi-

cus lib. 2. cap. 12. Scorpis significat loca quandoque cepurica, & horten-sia.

Cépphos, Avis est ita levis, ut quamcumque in partem ventus flaverit, in eam auferatur. Une Monete. Unde

Cépphicus, Adj. pro Levi. Cic. 13. Att. 31. de epistola ad Cæfarem,

Non recte, inquit, illi meam ad Cæfarem epistolam reprehendunt: & ea que dicunt, minimi sunt ponderis, plane cephpica. V. etiam Cal. lib. 10. cap. 6. Lexicon Grecum dicit Ceppho metaphorice pro Stulto accipi. Erasmus putat & Larum vocari. V. LARUS, & Chilades Eratini.

Cépus, [κεπος] Animal est in extrema Æthiopia nascens, facie leonis, corpore reliquo panthera, magnitudine damam representans. Hujus meminit Strab. lib. 16. & 17. Sic & apud Plin. legendum, pro Cephus.

Céprica, V. CEPOS.

Céra, a. f. [κερα, κερος] Nomen a Græco habet: κερα enim Græci favum vocant, κερωνα cereum. Tamen, Appuleio teste, confuetudo con-vertit, in æ diphthongum. Plin. lib. 21. cap. 14. Cera fit expressis fa-vis, sed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novi fictili.

Cera, Fucus & pictura, propterea quod ceris pingere antiqui solebant. Seneca, Picti colores, quos ad reddendam limitudinem multos va-riosque ante se posuit, celetrine denotat, & inter ceram opusque facilis

vultu ac manu commat. Varro 3. de R. R. 17. Nam ut Paflas, & ce-teri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi dis-fo-

lores sunt cere. Ex Turneb. Advers. 24. 17. Ceram discolorē tabula indu-ebant, prout exigerent, quod in tabula vellent pingere: Id, quo ceris

pingerent, τικτειν dixerunt, ut arte ipfam τικτειν. Martial. 4. 47.

Encaustus Phæton fabula depictus in hac est;

Quid tibi vis, dipyron qui Phætona facis?

Parietis quoque depicto, & armis, cera Punica cum oleo liquefacta, can-dens fetis inducebatur, iterumque admotis gallis carbonibus adureba-tur ad sudorem ulque: postea candela subfigebatur, deinde linteis pu-bris, ut ficut marmorata nitescerent. Hæc Perottus ex Vitruvio lib. 7. cap. 9.

De minii temperatura. Plin. lib. 21. cap. 14. Nigreficit cera addito char-tarum cinere, sicut anchusa admixta rubet. Variosque in coloris pig-mentis trahitur, ad reddendas mixtilitudines, & innumeros mortuum uisu, parietumque etiam, & armorum tutelam.

Quia vero ex cera facta sunt majorum Imagines, inde poetis non Cerae, sed metronice Cera dicuntur. Ovid. 1. Fast. 591.

Perlege dispositas generosa per atria ceras. Intelligit poeta Ce-reas imagines in atris nobilitissimi cuiusque per armaria dispositas: quales fere sunt pictura illæ, in quibus per varios velut rainorium duetus & or-biculos multiplices, utque nobis exprimit regum nostrorum & eorum qui ab ipsis prognati sunt series & genealogia, si pro orbiculis illis tibi fingas armaria in atrii parietibus excavata. Unde est illud Juven. 8. Sat. 19.

Tota licet veteres exornent undique cerae.

Atria, nobilitas sola est atque unica virtus. V. Suet. in Galb.

cap. 2. & f. l. STEMMA.

E ceras etiam illinebant & obducebant pugillares in quibus scribere mos erat. Unde Ceras aliquando pro Libellis five epiltolis vel tabellis ceratis capimus. Juven. 1. Sat. 63.

Nonne licet medio ceras implere capaces

Quadrivio? Plin. 1. Epist. 6. Erat in proximo, non venabulum aut lancea, sed filos & pugillares, meditaribus aliquia, enotabamque, ut, si manus vacuas, plena tamen ceras reportarem.

Prima & secunda cerae testamenti, pro Primis & secundis tabellis, sive foliis testamenti. Suet. in Neron. cap. 17. Cautum ut in testamentis prime duas ceras testatorum modo nomine inscripto vacue signariis ostenderentur. Hoc Budaeus. Suet. in Cef. cap. 83. In ima circa C. Octavianum etiam in familiam, nomenque adoptavit. i. e. In ultima parte tabulae testamentariae. Hor. 2. Scrm. 5. 53. — quid prima secundo.

Cera velit veru folius, multiforme cohaeres,

Veloci percurse oculo. Ubi vetus Scholiastes, Prima cera, Prima Tabula.

Cera ultima, pro Ultimo testamento. Martial. lib. 4. 70.

Nihil Amiano preter aridam vestem,

Moriens reliquit ultimus pater ceris.

Codicis cera extrema. Cic. 3. Verr. 95. Deinde codicis extrema cera nomen infinitum in fragilitate litura fecit.

Cera & creta. Cic. pro Flacc. 37. Nostra igitur laudatio, &c. datam quidem confitetur, confignata creta est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datum, cera esse videmus. V. quae antecedunt istud. Alba cera. Plin. lib. 22. cap. 24.

Caritate cera dignus, Homo nullius pretii. Hor. 1. Epist. 6. 62.

— Cera cera

Digni, renigunt vitiosum Ithacensis Ulysseni. Unde natum sit proverbium, V. in CÆRE, tum interpres poetæ, & in Chiliadibus Erasmus. Commutabilis. Cic. 3. de Nat. Deor. 30.

Flava. Ovid. 3. Met. 487.

Flavens. Ovid. 8. Met. 670.

Fragilis. Juven. 12. Sat. 88.

Impatiens caloris. Ovid. 2. de Arte Am. 61.

Infamis ac nefaria. V. INFAMIS.

Laborata. Stat. 10. Theb. 573. de apibus,

— laboratatisque premunt ad pectora ceras.

Legitima cera tabella. Cic. 1. Verr. 24. V. Afcon. ad loc.

Odorata. Ovid. 8. Met. 226.

Solvit odoratas pennarum vincula ceras.

Pufilla. Juven. 14. Sat. 29.

Sacra. V. PROPOLIS.

Sexangula cera dicuntur alveoli apium ab Ovid. 15. Met. 382.

Soluta igne. Ovid. 2. de Arte Am. 47.

Tenaces cera, Quæ mel retinet. Virg. 4. Georg. 162.

— deinde tenaces

Suspendunt ceras. Servius.

Tenues. Valer. 1. Argon. 128.

Circumlinire cera. Cic. 1. Tusc. 108. Conduint Ægyptii mortuos, & eos domi servant. Perit etiam cera circumlitos conduint, ut quammaxime permaneant diurna corpora.

Credere cerae. In CÆDO.

Conjugente cera calamis plures. Virg. 2. Ecl. 32.

Defigere nomen calamus ceras, i. e. In cera scribere. Ovid. 3. Amor. 7. 29.

Sagave Punicia defixit nomina cera. [Magicae genus defixio- nis est, quam plenus ad locum Heinlius illustrat.

Fingere in ceras aut fictilibus figuris. Cic. 1. de Nat. Deor. 71. Hoc intelligenter quale esset, si in ceras fingeretur, aut fictilibus figuris. Quædam exempla legunt Cereis.

Formare & fingere mollissimam ceram ad arbitrium. Cic. 3. de Orat. 175. Non enim sunt alia sermonis, &c. sed ea nos quæ jacentia futilimus & medio, ficut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus.

Illita ceris pocula. Ovid. 8. Met. 670.

Liquefecit cera. Virg. 8. Ecl. 80.

Mollire ceram digitis. Ovid. 8. Met. 198.

Silet in cera vultus. Martial. lib. 11. 103. i. e. Mutus est.

Tabescere cera dicuntur. Quæm liquefiunt. Ovid. 8. Met. 227.

CERULÆ, æ. f. [κερύλαι] dimin. Cic. 16. Att. 11. Cerulas enim tuas miniaturas illas extimescebam. Atticus in Ciceronis libris ea, quæ non probaret, notare miniata cera solitus erat.

Miniata cerula notare. Cic. 15. Att. 19. His litteris scriptis me ad συντάξεως dedi: quæ quidem vereor ne miniatæ cerula tua pluribus locis notanda sint. Vult Cicerò se Atticæ censuram de libi: is veritum suisse. Critici enim in libris perlegendis suspecta, dubia aut improbata signare notis quibuidam solebant, atque ita facere attingendis frustulis & cera, ea, quæ miniata. Graci παραγόντες vocabant; ut observat Salmas. Exerc. Plin. p. 775.

CERO, [κέρως] āre. Cera tegere. Columel. lib. 12. cap. 50. Nam fore sexta quoque olivare dolia cerari oporete antiqui dixerunt.

CERATIUS, Partic. [κερατίς] ut, Tabella cerata. Cic. 1. Verr. 24. Ceratam tricunque tabellam dari, cera legitima, non illa infamia ac nefaria. Codicilli cerati. Ulp. in l. librorum. §. 1. D. de leg. 3.

Puppes ceratae, Cera illitæ. Ovid. de Rem. Amor. 447.

Rates. Idem 5. Epist. 42.

Tede. Ovid. 7. Epist. 23.

Uror, ut inducto cerata sulfure teda.

CERATURA, æ. f. [κερατων] Ipsa ceratio, sive Ceræ inductio. Columel. lib. 12. cap. 50. Nam quemadmodum nova vasa si calefiant, liquidam ceram facile recipiunt: sic vetera non crediderim propter olei succum, ceraturam pati.

CERATUM, sive CÆRÆTUM, i. n. [κερατών] Emplastrum est propriæ, nec pastillæ, sed plerumque ex pastillis fit, conformat ex rebus siccioribus, & igni appossum mollefit: posse applicatum corpori durescit, ac pertinaciam heret, dictum a Cera, que fere ceratis omnibus adhiberi solet. Plin. lib. 13. cap. 22. Faciemque invadunt ignes sacri, ob id cerato prius illuminunt. Celf. lib. 4. cap. 4. de difficultate spirandi.

Factum ex rosa ceratum. Celf. lib. 4. cap. 24.

Pingu ceratum. Martial. lib. 11. 99.

Neclabra pingui libellus cerato.

Officiis inter fe. Cic. 7. Fam. 12. Reliquum est ut officiis certemus inter nos, quibus æquo animo vel vincam te, vel vincar abs te. i. e. Nita. mur alterum officiis vincere.

Officio priorem certare. Virg. 1. Æn. 532.

— officio nec te certasse priorem

Poeniteat. Ubi Servius, Ne tibi parum videatur prima beneficia præstiffisse, quum possit majora recipere.

Pictate. Claud. 6. Conf. Hon. 99.

Pignore. Virg. 3. Ecl. 31. — tu dic mecum quo pignore certes.

Sagitta certa. Virg. 5. Æn. 485.

Protinus Æneas celeri certare sagitta

Invitat qui forte velint: & præmia ponit.

Scelere

Scelere omni. Sen. Thyeſt. 1.
 Titulus alicuius. Claud. in Laud. Seren. 33. i. e. Cum titulis.
 Virgiliis ac labore cum altero. Liv. 34. 18. extr. Parſimonia & vigiliis &
 labore cum ultimiſ militum certaret.
 Virgiliana virtute. Plin. in pref. lib. 9.
 Certare cum aliquo de. Liv. 4. 37. Aut illi, cum quibus de imperio cer-
 tetur, nec virtute, nec patientia, nec disciplina rei militaris ceden-
 dum eſſe.
 Vitiis cum aliquo. Cic. 10. Philipp. 10. Erat enim ei ſpes una in C. An-
 tonio, qui duorum fratrum atabibus medius interjectus, vitiis cum utro-
 que certabat.
 Secum. Plin. Epift. 119.
 Cum alterius improbitate. Cic. 7. Verr. 14. Si cum aliorum improbitate
 certet, longe omnes, multumque ſuperabit.
 Cum feracifimis terris. Plin. in Paneg. cap. 30. pr. Tantis ſegetibus in-
 duebatur, ut cum feracifimis terris, quaſi nunquam ceflura, certaret.
 de Egypto.
 Cum uſuris fructibus praediorum certare dicuntur hi, quorum reditus vix,
 aut ne vix quidem uſuris perfolvidens pars eſſe poſſunt. Cic. 2. in Ca-
 til. 18. Meo beneficio tabula nova proferentur, verum auctionarieſ.
 Neque enim iti qui poſſeſſiones habent, alia ratione uila ſalvi eſſe poſ-
 ſunt. quod si maturus facere voluerint, neque (id quod ſtultifimūm
 eſt) certare cum uſuris fructibus praedicrūm: & locupletoribus his, &
 melioribus civibus uteretur.
 Imparibus certare, i. e. Contra vel maiores ſe vel minores. Ilor. Epop.
 11. 27. V. Certare cum Datiuo.
 Forma certare deis, pro Cum deis, i. e. Non minus quam deos formo-
 sum eſſe. Sil. lib. 5. 16.
 Melioribus, i. e. Cum nobilioribus & potentioribus. Hor. 2. Serm. 5. 19.
 Certare de. ut, Cic. 2. de Orat. 76. Quid enim aut arrogans, aut lo-
 quacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de imperio cum
 pop. Rom. certaffet, &c.
 De re aliqua. Cic. 4. Acad. 65. Nam ſi in minimis rebus pertinacia re-
 prehenditur, calumnia etiam coeteretur: ergo de omni ſtata confiſcio-
 que totius vita ut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cum aliis,
 tum meipſum velim?
 In omne facinus certare, i. e. Ruere in omnem turpititudinem, projectum
 effe ad omne ſceſlus. Sen. Theb. 1.
 Foro, i. e. In foro. Hor. 2. Serm. 5. 27.
 Magna minoruſ foro ſi res certabitur olim, &c.
 Jure certare inter ſe. Cic. 4. Verr. 39. Quum id quod omnes intellige-
 bant, diceret Herachus, ius eſſe certum Siculis, inter ſe quo jure cer-
 tarent: legem eſſe Rupiliam &c.
 Certare ob præium aliquod. Hor. in Arte Poet. 220.
 Carmine qui tragicuſ vilem certavit ob hircum.
 Sub lege aliqua certare, i. e. Propoſita conditione. Claud. de Laud. Se-
 ren. 163.
 Certare, Inter ſe ſumma cura deliberare. Virg. 6. JEn. 178.
 Haud mora, feſtinant flentes, aramque ſepulchri
 Congerer arboribus, caeloque educere certant. i. e. (ait Set-
 vius) Ut hoc faciant, mente pretractant: nam adhuc ituri fuit ad filias.
 Agero certo quidipam, eſt Certatini aliquid conor. Virg. 2. JEn. 64.
 Circumſuſa ruit, certantque illudere captio.
 Superare certo, i. e. Studeo & conor. Virg. 5. Ecl. 9.
 Quid ſi idem certet Phœbū ſuperare canendo?
 Vincere certo. Virg. 5. JEn. 194.
 Honorem certare. Stat. 6. Theb. 6.
 Certare aliquid. i. e. Certando conari. Hor. 2. Serm. 3. 313.
 Laudibus alicuius certare. Virg. 2. Georg. 138. conf. ſupra Certare cum
 dativo.
 Donaria deo terris certant, i. e. Dona certatim offeruntur. Valer. Flacc.
 lib. 5. 644.
 Certatur, pro Certat, Nonius ex Pacuvii Armorum judic.
 An quis eſt, qui te eſte dignum quicunq; certetur putet? [Nisi Paſ-
 fum eſt imperonaliter politum.
 Certatur, Imperonale. Liv. 1. 17. pr. Inter ordines certabatur.
 Certatum eſt. Lucan. lib. 2. 150.
 Certatum eſt in judicio. Cic. 1. de Orat. 172. Quid quod item in Ce-
 ntralium judicio certatum eſſe accepimus?
 CERTANS, [εργάζομενοι] Partic. ut. Crines auro certantes, i. e. Fla-
 vo colore & pulchritudine contendentes cum auro. Sil. lib. 4. 201.
 Occubuit Sarmens, flavam qui ponere victor
 Caſariorum, crinemque tibi, Gradiue, vobebat
 Auro certantem, & rutulum ſub vertice nodum.
 Animam certantem in hostis ponere dextra. eſt Ab hostiſ forti dextra in-
 terfici. Sil. lib. 10. 303. de Paulo Iouenus.
 Animis certantibus, i. e. Summa animorum contentione. Virg. 12. JEn. 574.
 Remis certantibus aquora verrere, Certatim agitatis remis navem impel-
 lere. Virg. 3. JEn. 668.
 Verminus & proni certantibus aquora remis.
 CERTATUS, Partic. paſſivum. Sil. lib. 17. 342.
 Certatus nobis hodiū dominum accipit orbis. Verba ſunt Han-
 nibalis ad Scipionem. h. e. Pro quo certavimus.
 In amnis transgredi multum certato. Tacit. 11. Ann. 10. conf. ejusdem
 4. Hift. 16. [Nisi ablativis eſt participiſ ſolutoſ, ſenſu verbi imper-
 onalis. V. Voff. de Conſtr. cap. 49.
 CERTAUNDUS, Adj. Apul. Apol. p. 288.
 CERTATIO, onis. f. [εργασία] Ipsi actus, contentioque certantium.
 Cic. 3. de Nat. Deor. Sed nequaquam iſtuc ibit: magna eſt certatio.
 Corporum certatio. Cic. 2. de Legib. 22. Ludis publicis, quod fine cur-
 riculo, & fine certatione corporum ſiat, popularum latitiam in cantu,
 & fidibus & tibis moderato.
 Multe. Liv. 25. 4. Confettiſ Carvili Tribuni plebis, omiſſa multa certa-
 tionē, rei capitalis diem Poſthumio dixerunt. V. Multam dicere, in pico.
 Poena. Cic. 3. de Legib. 6. Quum magistratus judiciallit, interrogatiſ-
 ve, per populum multe poenā certatio eſto.
 Certatio iniqua comparata. Ter. Adel. 2. 2. 4.
 Iniqua. Cic. pro Quint. 69. Hoc eſt iniqua certatio: non illa, qua tu
 contra Alphenum velitarabis.
 Certatio cum. Cic. 2. de Finib. 44. Non mihi cum Torquato, ſed vir-
 tuti cum voluntate certatio.

Parem certationem cum aliquo eſſe. Cic. pro Quint. 68. An vero, id quod
 Hortenſium, &c. non fuſiſe Nāvio parem certationem cum Alpheno,
 illo tempore, illis dominabitibus?
 Certatio inter. Cic. de Amicit. 32. Atque hæc inter eos fit honesta certatio.
 CERTATU'S, ſ. m. [εργασία] Idem quod Certamen. Stat. 3. Silv. 1.
 153. — rideſque benigna
 Parthenope Gentile ſacrum, nudosque virorum
 Certatus, & parva ſimulacra corona.
 CERTATOR, oris. m. Agretiles & indomiti certatores. Gell. 12. 10.
 CERTATIM, Adv. [εργασία] Cum contentione: quando alius alium
 preire conatur in re aliqua. Plin. lib. 2. Epift. 9. Omnes me certatim,
 & tamen æqualiter amant. Liv. 26. 44. extr. Itaque in vulnera ac tela
 ruunt, neque illos muri, neque ſuperstantes armati arcere queunt, qui
 certatim ascendant.
 Cantare certatim. Hor. 1. Serm. 5. 17.
 Circumſtare certatim. Virg. 7. JEn. 585.
 Certatim regis circumſtant tecta Latinii.
 Conſtant inter nos certatim ſumma ſtudia. Cic. 10. Fam. 25. Eſti omni
 tempore ſumma ſtudia officii muſto inter nos certatim conſliterunt,
 pro noſtra, &c.
 Credere certatim. Liv. 1. 54. Certatim ſummi, infimique Gabinorum
 Sextum Tarquinio dono ſibi miſſum ducem credere.
 Currere certatim ad opus. Cic. 2. Philipp. 118. Certatim poſthac, mihi
 crede, ad hoc opus curreſtur. h. e. Summa cum diligenter.
 Dicere certatim de ſalute alicuius. Cic. pro Sext. 74. Quum omnes certa-
 tim, aliusque alio gravius atque ornatus de mea ſalute dixiſſet, &c.
 Feriunt certatim focū mare, & aquora verrunt. Virg. 3. JEn. 290.
 Infirmitat certatim epulas, &c. Virg. 7. JEn. 146.
 Linunt certatim. Virg. 4. Georg. 38.
 Nequicquam in tecis certatim tenuia cera
 Spiraneta linunt.
 Loqui certatim. Ovid. 12. Met. 241.
 Obſtrupere certatim alteri alteri. Liv. 1. 40. extr.
 Tradunt certatim de his auctores. Plin. lib. 32. cap. 5.
 Ubi ſunt hoc certatim Cicero atque Afanius. Quintil. lib. 6. cap. 1.
 CERTAMEN, onis. n. [εργασία, εργασία, εργασία] Ipsa eſt certa-
 tim in ſenſu priuorio. Nonnquam vero eſt Res ipsa de qua certatim
 uter columbam ſagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Unde Virg. 2.
 Georg. 330.
 Velociſ jaculi certamina ponit in ulmo. Autor, Donatus in
 Adelphos Terentii. 2. 2. 4.
 Disci certamen. Ovid. 10. Met. 177.
 Lex certaminis. Ovid. 10. Met. 572. de Atlanta,
 Praemia veloci conjux, thalamique dabuntur,
 Mors preiūm tardis, ea lex certaminis eſto.
 Ludorum certamina. Ovid. 1. Met. 446.
 Inſtitut facros celebri certamine ludos.
 Preiūm certaminis ferre. Ovid. 13. Met. 19.
 Veneris certamina mutua. Ovid. 2. Amor. 10. 29.
 Vini certamen, Comptatio. Tibul. lib. 3. 6. 11.
 Aut ſiquis vini certamen mite recufet,
 Fallat cum tecto cara puella dolo.
 Celebre certamina, i. e. Ludos certaminis cauſa institutos. Virg. 5.
 JEn. 601.
 Hac celebrata tenus, ſancto certamina patri.
 Descendere in certamen. Cic. 2. Tuic. 62. Videmusne apud quos eorum
 ludorum, &c. nullum ab his qui in id certamen descendant, devitati
 dolorem?
 Inire certamina prima. Virg. 5. JEn. 114.
 Miſſum certamen, i. e. Peractum & finitum. Virg. 5. JEn. 545.
 At plus Æneas, nondum certamine miſſo, &c. Epytiden vocat.
 Movent certamina præmia. Ovid. 16. Epift. 372.
 Refere certamina, i. e. Innovare. Virg. 5. JEn. 596. de Afanius.
 Tollere dona certamine. Virg. 5. JEn. 390.
 Certamen, pro Tumulu ſive Streptiu. Virg. 3. JEn. 128.
 Nauticus exoritur vario certamine clamor.
 Certamen, Contentione etiam significat. Sallust. Catil. cap. 1. Diu-
 magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi
 res militaris magis procederet. Cic. pro Rofc. Amer. 136. Quo in certa-
 mine perdiſ civis erat, non ſe ad eos jungere, &c.
 Summum certamen, Summus conatus. Virg. 5. JEn. 197.
 Contentio & certamen. Cæſ. 5. Bell. Gall. 43.
 Honestum certamen, & diſputatio ſplendida. Cic. 2. de Finib. 68. Pu-
 gnant Stoici cum Peripateticis, &c. & certamina honestum & diſpu-
 tatio ſplendida. omnis eſt enim de virtutis dignitate contentio.
 Divitiarum certamina, i. e. Labores in cumulandis opibus. Hor. 1.
 Epift. 5. 8.
 Equo certamine bellum geritur. Lucret. lib. 2. 573.
 Alacre. Sil. lib. 1. 184.
 Anhelum. Sil. lib. 2. 430.
 Aſperum. Ovid. 4. Trith. 1. 71.
 Avidum. Sil. lib. 12. 457.
 Bijugum certamen, Curium inter ſe certantium bigarum significat. Virg. 5.
 JEn. 144.
 Non tam precipites, bijugo certamine campum
 Corripiere, ruuntque effuli carcere currus.
 Celebre certamen. Ovid. 1. Met. 446.
 Clauſicm. i. e. Navale preiūm. Paterc. lib. 2. 85. Agrippæ omne clauſi-
 ci certamina arbitrium commiſſum.
 Chryſantianum certamen, ab Aureo flore, præmio victoris, nuncupatum,
 δέρμα ρεινός, i. e. auro, & ἀργυρῷ, flore. Hujus ludi meminit Juriconſi.
 in l. pen. D. de ann. leg. Ceterum de hoc ludi genere, & alius multis,
 vide Budaeum, Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Valturium de Re milit. lib.
 & cap. 12. & Rhodig. lib. 13. cap. 30.
 Fetta certamina. Stat. 6. Theb. 921.
 Funefum. Virg. in Cul.
 Nec ſueta tenet valide certamina classis.
 Grande. Hor. 3. Carm. 20. 7.
 Impar. Ovid. 11. Met. 155.
 Aufus Apollineos pra se contempnere cantus,
 Judge ſub Tmololo certamen venit ad impar. De Mida.
 Ludicruſ

Ludicrum certamen, Ludorum solenium. Sen. Agam. 935.
 Magnum. Virg. 7. Ecl. 16.
 Et certamen erat, Corydon cum Thyrsis, magnum.
 Sacri certaminis perpetua materia laudes Jovis Capitolini. Quintil. lib. 3. cap. 7. de hoc V. in CAPITOLIUM. de reliquis facris certaminibus infra. Quadrigum. Stat. 6. Theb. 369. conf. Bujugum.
 Valida. Stat. 6. Theb. 704.
 Verum fictumque. Quintil. lib. 2. cap. 4.
 Certamen cum. Cic. 3. de Legib. 4. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum gravissimo Reip. tempore: cui si cessarem, &c.
 Cum aliquo venire in certamen. Cic. de Clar. Orat. 319. Quum igitur esse in plurimis causis, & in principibus patronis quinquenniis fere versatus, tum in patrocinio Siciliensi in certamen veni, designatus Adilis, cum designato co s. Hortensio.
 Instituere sibi certamen cum aliquo. Cic. 1. Acad. 4. Tum ego, Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arcesiles sibi omne certamen instituit, non pertinaciam, &c.
 In certamen rem aliquam adducere. In ADDUCO.
 Certamen inter. Sallust. Catil. cap. 7. Sed gloria maximum certamen inter ipsos erat.
 Inter quodam certamen de. Cic. pro Flac. 62. De quorum urbis positione, propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est, de Atheniensibus.
 Prore aliqua certamen esse. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris, pro quo urbis muri, &c.
 Honoris & dignitatis certamen esse cum aliquo. Cic. 1. Off. 38. Quum civiliter contendimus, alter si est inimicus, alter si competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero capit & fama.
 Certamen & discrimen salutis. Cic. 1. de Divin. 95. Neque solum in pace, sed in bello multo etiam magis, quo majus erat certamen & discrimen salutis.
 In certamen & discrimen rerum omnium devenire. Cic. 1. de Orat. 3. Consulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen. Certamen, Praetium. Virg. 11. EEn. 434.
 Quod si me solum Teucri in certamina poscunt.
 Belli certamen. Cic. 10. Fam. 18. Lucret. lib. 1. 476.
 Clara accendisset favi certamina bellii.
 Belli certamina conferre inter se. In CONFERO.
 Pugna certamen. Sil. lib. 17. 547.
 Vitæ gladiatorium certamen. Cic. 2. de Orat. 317. Sed si in ipso illo gladiatorio vita certamine, que ferro decernitur, &c.
 Aeterno certamine prælia edere. Lucret. lib. 2. 117.
 Atrocissimum certamen. In ATROX.
 Clara certamina, i. e. Celeberrima. V. paulo ante Belli certamen. Contentio certamina. Firmic. lib. 5. cap. 1.
 Dispar certamen inire, est Cum maiore contendere. Ovid. 2. Amor. 2. 61.
 Exacto tunc certamine vitor. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 113.
 Grave. Sil. lib. 16. 518.
 Lethiferum. Catul. 62. 394.
 Longum. Hor. 1. Epist. 10. 35.
 Martium. Hor. 4. Carm. 14. 17.
 Miserandum. Sil. lib. 5. 517.
 Navale, Quod e navibus in mari committitur. Virg. 5. EEn. 493.
 Rabidum. Sil. lib. 16. 410.
 Sacra certamina fuerunt quatuor apud Graecos: Nemea dictata Archemoro, Pythia Apollini, Isthmia Palaeomoni seu Melicertæ, Olympia Jovi. Lactanius tamen in principio sexti libri Thebaidos tradit Olympia in honorem Pelopis fuisse instituta, cui subscrribit Solinus cap. 2. his verbis, Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermixtum Iphiclus filius eus instauravit post excidium Trojae anno quadragesimo octavo. Stat. quoque in principio lib. 6. Theb. 6. Hunc plus Alcides Pelopis certavit honorem,
 Pulvereumque fera crinem detinor oliva. In Nemeis victores apio coronabantur. Plin. lib. 19. cap. 8. Honos ipso in Achaea, coronare vices faci certamina Nemeæ. De apio loquitur. In Pythiis lauro, utpote que dicta est Apollini. Teitis Plin. lib. 2. cap. 1. Teitis & Lactanius loco supra citato. In Olympiis oleastro. Plin. lib. 13. cap. 4. ad finem. Athenæ quoque victores oea coronant, Graeci vero oleastro Olympiæ. In Isthmiis pina. Plin. lib. 15. cap. 10. ad finem, Pinæa corona victores apud Isthmum coronantur. Extas super hac re Graecum epigramma Archie poete, quod primum omnium in Antholog. legitur, quod sic Latinitate donavit Volaterranus,
 Graecia concelebrat duo bis certamina sacra:
 Quorum, hominum duo sunt, & duo calicolum:
 Sacra Jovis, Phœbique, Palæmonis, Archemoriique.
 Dona oleaster erant, mala, felina, pitys. h. e. Oleaster, poma, apium, pinus. Primum (aī Volaterranus) Hercules in Jovis honorem constituit in Olympia: ubi stadium fecit tanto ceteris majus, quanto ejus mensura pedis præpolleret: ubi primus Olympionica feit Chorobus Atheniensis, ut auctor Eusebius. V. Plin. lib. 7. cap. 56. & Diodorum Siculum lib. 5. cap. 2. Secundum Phœbo dicatum Delphis, ob Pythonem serpentem ab eo interiectum, ubi certamen erat mucrone, in quo Chrysothemis primus vicit hymnorum cantu, deinde Thamyras, ut auctor Pausanias. Coronabantur lauro, quæ Delphis adeo magnis fert baccas, ut male videri possint. Tertiū Palæmonis Athenensis filii, ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptuno apud Isthmum. Quartæ Nemea sacra, ob Archemorum puerum Lycurgi filium, ab Hypsipylo nutrice educatum, & in silva Nemea defunctum. Erat autem confitudo hieroniarum (sic enim vocabantur qui in sacris certaminibus vivissent) ut domum redeentes, dirutis de industria incenibus a patria exciperentur, tanquam viri fortissimi & vi superantes. Coronas præterea donabant patria. Hac & multo plura apud Volaterranum in Philologia, lib. 29. V. Cal. lib. 13. cap. 17. Cic. 2. Tufc. 62. & pro Flacc. 62. Plin. lib. 14. cap. 4.
 Saevum. Sil. lib. 1. 143.
 Occubuit favo Tyrus certamine ductor. i. e. Prælio.
 Sublime diu, i. e. Arduum. Claud. 1. in Ruff. 297.
 Trepidum. Hor. 4. Epist. 20. 46.
 Ludus enim trepidum genuit certamen, & irata.

Vastum. Virg. 12. EEn. 553.
 Nec mora, nec requies, vasto certamine tendunt.
 Minor in certamine, i. e. Viibus inferior. Hor. 1. Epist. 10. 35.
 — minor in certamine longo
 Imploravimus opes hominis.
 Studio certaminis in litene ire. Ovid. 6. Faſt. 8.
 Abnovere certamen. Liv. lib. 1.
 Accendere certamina. Lucret. lib. 1. 476. significat Causam præbere li-
 tum.
 Accendi impensis certamina. V. ACCENDO.
 Accendi ad certamen. Liv. de Bell. Pun.
 Cadere duro certamine. Claud. de 6. Conf. Hon. 311.
 Celebrare certamina sub nomine alicujus, Scævola in Liberto. §. L. Ti-
 tis. D. de annuis legatis.
 Conferre manu certamina. Lucret. lib. 4. 841.
 Conferere. In CONSERO.
 Contrahere. In CONTRAHO.
 Coortum certamen. Liv. lib. 1. 6. extr.
 Differre. Ovid. 6. Met. 52.
 Dirimere. Ovid. 5. Met. 314.
 Excludere, Remittere præsum, atque interponere quietem bello. Sil.
 lib. 15. 826.
 Tum castris procul amotis, adversa quiete
 Dissimulans dubia exclusit certamina Martis.
 Extrahere. Liv. lib. 4.
 Experiiri. Liv. de Bell. Pun.
 Facere. Liv. de Bell. Pun.
 Imbibere certamen animis. V. IMBIBO.
 Incisit certamen, pro Subiit. Tacit. 2. Ann. 51.
 In crescere dicitur certamen. V. INCRESCO.
 Inferre alicui. V. INFERO.
 Injicere aliquibus. V. INJICIO.
 Inire. Ovid. 10. Met. 177. 152.
 Inire cum aliquo. Sil. lib. 13.
 Instare certamen. Liv. de Bell. Pun.
 Instituere sibi cum aliquo. V. INSTITUO.
 Invadere. Sil. lib. 17. 473. i. e. In certamina vadere.
 Misere. In MISCEO.
 Moliri. Sil. lib. 16. 6.
 Moveare. Lucan. lib. 3. 121.
 Occumbere certamine. Sil. lib. 1. 143.
 Certami avide se offerre. In AVIDUS.
 Ponere, i. e. Finire. Virg. 8. EEn. 619.
 Post idem inter se polito certamine reges
 Armati Jovis ante aram, &c.
 Ponere militibus certamina, Collocare armis, instruere ordines militum.
 Virg. 5. EEn. 66.
 Primi citæ Teuctris ponari certamina classis. | i. e. Proponam ludicrum certamen.
 Præbere. Liv. de Bell. Pun.
 Preparandus certamini. Quintil. lib. 2. cap. 8.
 Renovare. Liv. Confal meuvens ne nimis intendo renovaret certamen, &c.
 Sedare. Liv. de Bell. Pun.
 Serere. Liv. lib. 2.
 Tentare. Liv. lib. 5.
 Virtus certamine. Ovid. 6. Met. 91.
 Equus primus certamine, i. e. Victor in certamine cutuli. Hor. de Arte Poet. 84.
 Certamen, non semper Pugnam & Dimicacionem significat, sed interdum Specimen. Plaut. Cas. 3. 1. 2. Nunc specimen spectatur, nunc certamen cernitur. Terneb. Advers. 16. 3.
 CERTUS, Adj. [ἀνατοσίως, ἀναποδιστός, λεῖτην οὖτος] a Cerno, ut aī Perotus, quando significat Vide: & eī Clarus, indubitate quia ea quæ cernimus, clara & indubitate sunt.
 Certus sūm ex hoc metu. Plaut. Merc. 2. 3. 2. ex hoc ut sim certus me. i. e. Ne quid ultra timeam de hac re.
 Incertus & Certus, contraria. Ter. Eun. 1. 1. 16. Incerta hæc si tu potestes ratione certa facere, nihil plus agas, &c.
 Amicus certus. Ennius apud Cic. in Lel. 64.
 Amicus certus in re incerta cernitur.
 Amor certus, i. e. Non simulatus. Ovid. 2. de Arte Am. 248.
 Læta erit, ut caufam tibi se faciet esse pericli,
 Hoc dominus certi pignus amoris erit. Propert. lib. 1. 8. 45.
 Non mihi rivalis certos subducet amores.
 Amor certior. Ovid. 3. de Arte Am. 555.
 Amor certo & confirmato posse confidere in causa. Cic. pro Quint. 17.
 Diffidebam me hercule C. Aquili, fatis animo certo & confirmato me posse in hac causa confidere.
 Arboribus certis gravis umbra tributa est, i. e. Peculiariter private cuiusdam arborum speciei. Lucret. lib. 6. 783.
 Auctor certus. In AUCTOR.
 Auctor certissimus, i. e. Probatissimus & verissimus. Virg. 1. Georg. 432.
 Auxilium. Cic. pro Quint. 29. Appellantur Tribuni: a quibus quum effet certum auxilium petimus, ita tamen disceditur, &c.
 Candidatus certus. Cic. 8. Fam. 3. Quenodo illi putas Auguratus tuum competitorum dolore? & dissimilare me ctiorem, quam se, candidatum? Cetiorem, i. e. In petenda adilitate gratia superiori: omnium opere me futurum Adilem potius, quam Hirrum.
 Censis de causis aliter existimare. Cic. 1. de Orat. 254. Quod quidem certis de causis a plerisque aliter existimatur.
 Competitores certi. Cic. 1. Att. 1. In campo comitiis Tribunitiis ad xvi Cal. Sextil. competitores qui certi esse videbantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. Certi, h. e. Certo perfici, ne forte exponas, Gratiosi ad populum, mox enim infert, Sunt qui etiam Cæsonium putent, subaudi, Petiturum.
 Conditio certa. V. paulo post, Fines certi.
 Confut certissimus, pro Non dubic futuro. Cic. pro Milon. 25. Ubi vidit homo ad omne facinus parasitissimus, fortissimum virum, inimicissimum sūm, certissimum Consulem, idque intellexit non solum sermo-
 nibus, &c.
 Crimen.

Crimen. Cic. pro Rosc. Amer. 83.
 Crux. Cic. pro Milon. 23. Clodius infidus fecit Miloni? fecit: certa crux nullas fecit: sperata libertas. Subaudi Servo.
 Certos & confitantes cursus habere. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Sed non omnia Balbe: quia cursus certos & confitantes habent, ea deo potius tribuenda sunt, quam naturae.
 Damnum certum. Hor. 1. Epist. 10. 28.
 Deus certissimus. Cic. 1. de Nat. Deor. 37. de Cleanthe. Tum ultimum & altissimum atque undique circumclusum & extremum, omnia cingentes, atque complexum ardorem, qui aether nominetur, certissimum deum judicat.
 Dextera certa, Certa manus, non aberrans, ut ait Bud. Martial. Spect. 13. de sue, que ex vulnere peperit,
 O quam certa fuit librato dextera telo.
 Dies. Cic. 6. Att. 2. Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent, i. e. Ad tempus constitutum.
 Die certa promittere. Ulpius in I. Stipulatio ita. §. Inter certam. D. de Verborum obligationibus, Inter certam incertamque diem discrimen esse ex quoque appetet, quod certa die promissum vel statim dari potest: totum enim medium tempus ad solvendum, liberum promissori relinquatur.
 Diebus certis aliquid facere, i. e. Statutis. Virg. 2. Georg. 329.
 Et venerem certis repentum armamenta diebus. Ubi Servius Certis exponit Statutis, legitimis, a natura arcana quadam ratione dispositis. Diebus ac sacrificiis certis libare. Cic. 2. de Legib. 19. Certaque fruges, certaque baccas sacerdotibus publice libato: hoc certis sacrificiis ac diebus. Dolor certus, Confitans & obdurans. Hor. Epod. 15. 16.
 Nec seni offensio cedet constantia forma,
 Si certus intrarit dolor.
 Domus, Propria habitatio. Virg. 6. En. 673.
 Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.
 Epistolarum certissimum genus. Cic. 2. Epist. Vives de Conscriptis epistolis libello exponit Verum & Germanum. H. St. Vide Henrici nostri Schediasm. lib. 2. 5. Locus est Cic. lib. 2. ad Fam. Ep. 2. pr.
 Exercitus. V. paulo post, Fines certi.
 Familias certas duas habere. Cic. 1. de Divin. 91. Itemque Elis in Peloponneso familias duas certas habet, &c.
 Fides animis certa, i. e. Fiducia constans minimeque anceps. Valer. 4. Argon. 744.
 Facti certa fides est, i. e. Certum est hoc sic contigisse. Ovid. 6. Faft. 609.
 Fides certa segetis. Hor. 3. Carm. 16. 30. significat Certum agri prouentum.
 Fidei certa res. Plin. Epist. 286. Que ideo tibi non misi, quia & parum emendata, & quædam non certa fidei videbantur. i. e. Non admodum vera.
 Finis. Lucret. lib. 1. 562.
 Fines certi, conditio certa, exercitus certus. Cic. 10. Philipp. 11. Certi certi Macedonie, certa conditio, certus erat illius exercitus.
 Finem votu petere certum. subaudi Habendi. Hor. 1. Epist. 2. 56.
 Fines certi in rebus. Hor. 1. Serm. 1. 106.
 Et modus in rebus, fure certi denique fines:
 Quos ultra citraque nequit consilire rectum.
 Fines certos, teminofisque fibi constitutere. Cic. pro Quint. 35. Certos mili finies, terri, in quoque constitutum, extra quos egredi non possum, si maxime velim.
 Fluitantia reddere certa, i. e. Incerta certa reddere. Hor. 2. Serm. 3. 269.
 Födere certo, Certa lege, certo pacto. Virg. 1. En. 66.
 — regemque dedit, qui foedere certo
 Et premere, & laxas foerit dare jussus habent.
 Fructus certos ac deformatos offendere. Quintil. lib. 6. in procem.
 Genus qualionum certum. Cic. 2. de Orat. 41.
 Genero aliquo certo, cursuque vivendi implicari. Cic. 1. Off. 117. Itaque ante implicatur aliquo certo genere, cursuque vivendi, quam potuit, quid optimum esset judicare.
 Haeres certus, Legitimus. Sen. Hippol. 10.
 Haftam certam quaterre, i. e. Inevitabilem. Virg. 11. En. 767.
 Homines certi, Notissimi, quasi qui pollint nominatum referri. Cic. pro Domino 28. Hanc iudicandissimam vite atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis crimibus disserunt.
 Homo certus, i. e. Gravis. Fic enim exponit Paul. Manutius apud Cic. 5. Att. 17. Q. Voluntum tui Tiberii generum, certum hominem, sed mirifice abstinenter, mili in Cyprus, ut ibi pauculos dies esset: ne cives Romani pauci, qui illuc negotiantur, jus sibi dictum negarent. Quo in loco, Sed, accipe dictum ad augendam laudem: ut si dicas, Homo eruditus, sed eloquens in primis. Dominus in illud Martial. lib. 5. 62.
 — fane certus & asper homo est. Certi, inquit, dicuntur
 Fideles. Certi item, Qui supercelio gravitatem tuentur. Certi preterea, Quos nulla ratio rei gerendae fallit: ut Certum sagittatorem dicimus, Dirigentem sagittam in signum. & ita accepte Martialis hoc loco. Haec Dominitus.
 Homines certi, i. e. Fidi, vel Quibus fidere licet. Cic. 1. Fam. 7. Quoties mili certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non praetermittam.
 Homines certos habere. Cic. 5. Att. 17. conf. 21. ibique Malaspina.
 Ictus certus, Rectus, non fallax. Virg. 12. En. 490.
 Ilorum unum certo concontorsum dirigit ictu.
 Inimicus certus, quasi Ex professo inimicus. Plaut. Pers. 4. 4. 33.
 Lex certa & definita in carminibus. Cic. in Orat. 198.
 Leges certa aliquid facere. Ovid. 5. Faft. 65. i. e. Cesta conditione.
 Legem certam dicere restamento. Paulus in I. Qui in testamento domini. D. de Testam. Nam qui incertus est de statu suo, certam legem testamentum dicere non potest.
 Liberi. Cic. 1. de Invent. 2. Nondum divine religionis, non humani officii ratio colebatur: nemo legitimus viderat nuptias: non certos quisquam inspexerat liberos: non ius aquæ quid utilitatis haberet, acciperat. conf. Patre certo nasci, Progenies certa.
 Loca certa, Distincta & determinata. Virg. 1. Georg. 60.
 Continuo has leges, aternaque foedera certis
 Impulsit natura locis.
 Locus certus & definitus. Cic. de Somn. Scip. 4. Omnibus, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in caelo, ac definitum locum, ubi beati aeo sempiterno fruentur.

gionis vis fuit, ut quidam imperatores etiam seipso diis immortalibus capite velato certis verbis pro Repub. devoverentur.
Verbis quibusdam certis fieri divortium. Cic. 1. de Orat. 183. Certis quibusdam verbis, non novis nuptiis, fieri cum superiore divortium, &c. De viro loquitur, qui relicta prima uxore, non dato libello repudii, secundam duxit.

Vita certa vocis. Cic. 3. de Orat. 38. Sunt enim certa vita, quae nemo est quin effugere cupiat, molla vox, ut muliebris, aut quasi extra modum absoluatque absurdia.

Vox certa & conscientia. Martial. lib. 11. 62. De Maneio,
Et voce certa, conscientia dicebat,

Puer, an puella matris esset in ventre.

Voluntatem aliuscum alteri certam esse, Alteri conscientie. Virg. 4. En. 125. ubi Juno Venerem alloquitur,

— adero: & tua si mihi certa voluntas,

Connubio jungam stabili. i. c. Si tuum etiam officium subsequatur. Voluptas certa & pura magis. Lucret. lib. 4. 1069.

Ufuras certas pendere. Ulpian. I. Si remunerandi. §. Apud Julianum. D. Mandat. vel contr.

Certus, pra Veloci aut Fideli. Virg. 1. En. 580.

— equidem per littora certos

Dimittam, & Libyis lustrare extrema jubebo. Ubi Servius Certos interpretatur? aut Veloces, aut Fideles. Utrumque enim, inquit, hoc loco significat. Aliquando & Firmos: ut Sallust. Apud latera certos locaverat. Aliquando & Deliberati judicii.

Certus, cum prepositione In, vel Erga, interdum idem est quod Prosper, & de quo melius confidat. Valer. 1. Argon. 17.

— neque enim in Tyrias Cynosura carinas

Certior, aut Graiae Elice servanda magistris.

Dubium & Certum, contraria. Lucret. lib. 4. 478.

Notitiam veri qua res falsique creari:

Et dubium certo qua res differe probarit.

Maris certa. Tacit. 4. Hist. 81. Statos atlantis flatibus dies & certa maris opperibatur.

Certum quiddam & breve exempli causa ponamus. Cic. 1. de Invent. 66.

Certiota sunt quam apud Sagram. Proverbialis locutio, cuius meminit Cic. 3. de Nat. Deor. 13. Nam de Sagra, Græcorum etiam est vulgare proverbium: qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quam apud Sagram. V. Erafra. in Chilida.

Certum est, i. e. Manifestum. Ter. Eun. 4. 4. 36. Jam satis certum est virginem visitatum esse?

Certum est deliberatimumque. Cic. pro Rosc. Amer. 31.

Parum certum est mihi de hoc. Cic. 10. Fam. 23.

Certum est de jure. Cic. 1. Fam. 9. Mihi non tam de jure certum est, (quænam non id quidem valde dubium est) quam illud ad tuam sumam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinere.

Certum est de aliquo. Cic. 11. Fam. 2. Quem enim impedimento futurum putas, quam de nobis certum sit nos quieturos?

Certum est, apud Jurisconsultos, cuius species, vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione que nominis vice fungitur, qualis quanto sit ostendit. l. 6. D. de reb. creditor.

Certum est, [δῆνος, διδόνει] non modo accipitur pro Manifestum est, ut apud Quintilianum, Nempe legem esse certum est: sed etiam pro Deliberarum & constitutum est. In quo secundo plerunque adjungitur dativus cum infinitivo: ut, Certum est mihi ire in Hispaniam, (δέδεται με) Nonnunquam dativus subintelligitur, ut apud Virg. 10. Ecl. 52.

Certum est in silvis inter spelæa ferarum

Malle pati. Hæc Valer. lib. 5.

Certum est facere. Plaut. Amph. 1. 1. 109. Certum est hominem eludere. Ter. Eun. 2. 3. 95. Si certum est facere, facias.

Non certum est inibi quid agam. Ter. And. 1. 3. 4.

Mihi certum est. Cic. 7. Att. 3. Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam.

Certum est tibi. Ter. Eun. 3. 3. 31. Si istuc ita certum est tibi, amabo, ut illuc transeas, ubi illa est, &c.

Certum est, pro Tuttum est. Cic. 13. Att. 7. Venisse a Cesare narrabat litteras, hoc scribere, sibi certum esse Remæ manere, &c.

Certum atque oblitinatu. Liv. 2. 15.

Certum est itum? Ter. Hec. 2. 2. 30.

Definitum aut certum esse. Cic. 3. Fam. 8. Nihil enim habent quod definitum sit, aut certum.

Audire certum, pro Certo audire. Hor. 2. Serm. 5. 100.

Et certuni vigilans, quartæ sit partis Ulysses

Audieris hæres. Poteft etiam exponi Certum vigilans, eadem ratione, pro Certo vigilans.

Clare & certum loqui, i. e. Aperte & distincte, ut ab omnibus intelligatur. Hor. 2. Serm. 6. 27.

Facere aliqui certum. Plaut. Pseud. 2. 2. 4. Nimis velim qui certum mihi faciat, Ballion hic leno ubi habitat.

Facere aliqui certius. Plaut. Men. 5. 2. 12. Nec quid id sit, mihi certius facit, quid velit, quid me arcessit.

Facere aliquem certum. Plaut. Pseud. 1. 1. 16. Fac me certum quid tibi sit. Virg. 3. En. 179.

Anchifer facio certum, remque ordine promo.

Habere aliquid certum. Cic. 1. Att. 8. Neque tamen id ipsum certum habeo. Habere certum de aliquo quid agat. Cic. 12. Fam. 5. Idem 1. de Nat. Deor. 6. Multum autem fluxisse video de libro nostro, quos plures brevi tempore edidimus, variumque sermonem partim admirantium, unde hoc philosophandi nobis subito studium extitit, partim, quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. Idem 6. Att. 5. De quo adhuc nihil certi habebamus.

Mittere certa ad aliquem. Cic. 16. Att. 13. Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas.

Invenire certum. V. INVENIO.

Nefcire certum. Cic. pro Sull. 8. Sed tamen quid respondit de Sulla Casius? se nefcire certum.

Ponere certum in aliquo. Cic. de Fato 12. Quoniam certum in Fabio ponitur, natum esse eum in Canicula oriente, &c.

Scribere clara certa. Cic. 16. Att. 13. In præsentia mihi velim scribas quibus, &c. tu mihi de his rebus quæ novantur, omnia certa, clara.

VOL. I.

Scire certum. Ter. Phorm. 1. 2. 98. Non certum scio.

Certo certius. pro Verissimo. JCri utuntur. Ulpian. in 1. ait Prætor. §. Si quum mulier. D. Quæ in fraud. credit. Neque enim dos in fraudem creditorum constituenda est: & hoc certo certius est, & sepissime constitutum.

Nihil invenies magis hoc certo certius. Plaut. Capt. 5. 4. 111.

Pro certo creditur. Sallust. Catil. cap. 15. Pro certo creditur necato filio domum scelestis nuptiis vacuefecisse.

Pro certo dicere. Cic. 2. de Nat. Deor. 48. Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis.

Pro certo habere. Cic. Brut. 5. Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Pro certo habere de re aliqua. Cic. 9. Att. 18. Quoniam de adventu Caesaris pro certo habebamus.

Pro certo negare. Cic. 5. Att. 21. Sed posthac omnia, quæ certa non erunt, pro certo negato.

Pro certo polliceri atque confirmare aliiquid. Cic. 2. de Lege Agr. 101.

Pro certo putare aliquid. Cic. 9. Att. 18.

Pro certone. Ter. Adel. 3. 4. 32. Pro certone tu ille dicis?

Certus, cum genitivo, ut, Certus eundi, Indubitabiliter profecturus; sic exponit Servius in illud Virg. 4. En. 55. 4.

— Aeneas cella in puppi, iam certus eundi.

Deficendi certus. Tacit. 4. Hist. 14.

Definitio certus. Tacit. 12. Ann. 52. Jam ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulan aspectat, quum ortæ apud Brigantes discordie retraxere ducem definitio certum, ne nova moliretur, nisi prioribus firmatis.

Difidii. Tacit. 4. Hist.

Exiti. Tacit. 1. Ann. 27. de Cn. Lentulo, Jamque lapidis iei cruentus & exiti certus, adcursu multitudinis, quæ cum Druso advenerat, protinus est.

Futuri. Sen. Herc. fur. 12.

Laudis certus, Laudem certo sperans. Sil. lib. 16. 441.

Matrimonii certa. Tacit. 12. Ann. 3. Nam ubi sui matrimonii certa fuit, struere inatoria, nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Enobarbo generata, & Octavia Caesaris filie moliri. De Agrippina loquitur.

Necis certus, Certus mori. Sil. lib. 4. 197.

Sceleris certa mulier. Tacit. 12. Ann. 66. ad finem. i. e. Quæ omnino decrévit patrare bud.

Spei. Tacit. 4. Hist. 3.

Vita relinqua. Tacit. 4. Ann. 34.

Certus, cum ablativo, ut, Jaculis certus, Optimus jaculator. Valer. Argon. 1. 366.

Certus, cum infinitivo, ut, Certus succurrere, i. e. Paratus. Valer. 2. Argon. 457.

Acrius hoc instare viri, succurrere certi.

Mori. Virg. 4. En. 564.

Præber. Lucan. lib. 3. 557.

At Romana ratis stabilem præbere carinam

Certior, h. e. Firmior & aptior.

Compar. [αἰνιγματικός] Peritior. Sen. Hippol. 192.

Ipsumque Phebum tela qui nervo regit,

Figit sagitta certior missa puer.

Certiorem facere aliquem [παρεξεύση, πάρεξε, παρεξεύσθαι] Cic. 6. Verr. 72. Adfunt Segelanti clientes tui, socii Populi Romani atque amici, certiorē faciunt, P. Africani Carthaginē deleta, &c. Africani in 1. Eum qui. §. 1. D. de Acquir. hered. Filius familiæ hæres scriptus patrem suum certiorē fecerat, videri fibi solvendo eis hereditatem.

Quam diligenterne facere aliquem certiorē. Cic. 1. Att. 11.

Per litteras certiorē facere de re. Cic. 1. Fam. 9. Tu me de tuis rebus omnibus, & Lentuli tui, nostrisque studiis & exercitationibus velim quam familiariterne certiorē, & quam sp̄tissime facias.

Per notas certiorē facere. Cic. 2. de Divin. 47.

Fieri certiorē adventu aliquius. Cic. 5. Verr.

Certiorem fieri scripto aliquius. Ovid. 6. Epist. 4.

Quantum potes, me certiorē face. Ter. Phorm. 4. 3. 69.

CERTIOR, āre, pro Prämonere. Ulpian. in 1. l. §. sed utrum. D. de eo qui prætor. &c. Sed si cogniti quod tutor non fuit, abstinuit se ab administratione, videamus, an tenetur, si necessarios pupilli non certioravit ut ei tutorem peterent, quod verius est.

Certior, Paff. [μαρτυρία] āre. Certiorē fieri. Ulpian. in 1. l. §. videntur. D. de act. empt. & vend. Hæc ita vera sunt, si emptor ignoravit servitudes: quia non videtur esse celatus qui seit, nec certiorari debuit qui non ignoravit.

CERTIORĀS, Partic. Ulpian. in 1. Quid & lex. D. de libere homin. exhib. Is qui necis apud se esse hominem liberum, dole malo caret. sed uti certioratos retinet, dole malo non caret.

CERTISSO, āre. Certus fio. Pacuvius apud Nonium 2. 160. Vocant coquos, unde certillen.

CERTITŪDO, āre. f. a. Certus, vox haec legitur apud Amm. Marcell. lib. 30. a. pr. In cuius fidei certitudine mansit immobiliis. Sed non inventur apud ullum auctorem probata auctoritatis. Nec in Mss. Ammian. teste Hadi. Valef. V. Voss. de Vit. Serm. 1. 6. Vorit. de Lat. Susp. cap. 7. Cellar. Antib. p. 16.

CERTI, Adv. [ἐπιστημα, η δια] confirmantis. Ter. Adel. 3. 4. 32. Num. nam illa quoque partur? e. certe Hegio.

Certe, Ironice dictum. Ter. Att. 5. 6. 9. Necis quid mihi obtigerit. p. certe: sed quid mihi obigerit scio

Certe captes est, i. e. One dubio, ut ait Donatus. Ter. Att. 1. 2. 55.

Certe est. Plaut. Trin. 4. 3. 65. Eltne ipsus, an non est? si est, certe est, si profecto.

Eveniet certe. Cic. 2. de Divin. 18. Ut mihi ne in deum quidem cadere videatur, ut sciat quid casu aut fortuito futurum sit: si enim sit, certe illud eveniet, nulla fortuna est.

Nescio certe. Hor. 1. Serm. 9. 67.

Nam certe neque tuum peccavi, quum, &c. Cic. 8. Att. 16.

Res fortassis vera, certe graves. Cic. 4. de Finib. i. e. Aut saltē.

Regium certe genus. Hor. 2. Carm. 4. 15.

Quanti certe facis. Cic. 12. Att. 36. Qui quidem tibi inveniendi sunt,

— me tanti facis, quanti certe facis.

Qq q 2

Profecto

Profecto certe. Cic. 1. de Nat. Deor. 5. Quorum opiniones quum tam varia sint, tamque inter se dissidentes: alterum profecto fieri potest, ut earum nulla: alterum certe non potest, ut plus una vera sit. Certe, concedentes. Grace *ad*, ut vuln. Bud. Cic. in Orat. 144. At dignitatem docere non habet. Certe, si quai in Iudo. Idem 2. de Finib. 91. Naturales divitias dixit parabiles esse, quod parvo esset natura contenta. certe, nisi voluptatem tanti aestinaretis.

Et certe. Cic. pro Marcell. 6. Et certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia fociorum, classes, commeatus, multum juvent. Certe, pro Etiam, vel simili quadam particula, teste Bud. Cic. 3. de Finib. 33. Erat enim, si cuiusquam, certe tuum, nihil prater virtutem in bonis ducere.

Certe, pro Saltem, vel Uteneque. Cic. 4. de Finib. 60. Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui sunt, aut non potuerunt, aut noluerunt, certe reliquerunt. Idem 4. Fam. 7. Vici sumusigitur: aut si vinci dignitas non potest, certe fracti atque abjecti.

Vel certe. Cic. 1. Tusc. 117. Homines mortem optare incipiunt, vel certe timere desistunt.

At certe. Cic. 9. Att. 10. De eo quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certe ab optima fide & optimo animo proficietur.

Certe, pro Tamien. Cic. 16. Att. 7. Etsi, quamvis non fueris suasor & impulsor profectionis meae, approbator certe fui.

Certe enim. Cic. 1. Acad. 13. Certe enim recentissima quoque sunt correcta & emendata maxime. In hoc genere loquendi abundat Enim. Idem de Clat. Orat. 123. Certe enim & boni aliquid atulum juventuti.

Certe si. Ter. Att. 3. 2. 14. Saltem accurate, ut metui videar: certe si resciiverim.

Certe hercule. Ter. Att. 3. 2. 15. Certe hercule nunc hic se ipius fallit, haud ego.

Tam hercule certe. Plaut. Merc. 2. 2. 52. Certen' vidit? A. tam hercule certe, quam ego nunc te, ac tu me vides.

Certe quidem pol. Ter. Eun. 4. 5. 5. Certe tu quidem pol multo hilarior. Enim, edepol, hercule, quidem, & pol, quem post CERTE ponuntur, sunt ornatae tantum particulae.

Certe equidem. Virg. 9. Ecl. 7. Quidem certe. Cic. 16. Att. 6. Sed ita, si ante Kal. Januar. redeam: quod quidem certe enitar.

Certe igitur. Cic. 2. de Divin. 23. Certe igitur ignoratio futurorum maiorum utilior est, quam scientia.

Certe scio. Ter. Adel. 2. 3. 23. Satis certe scio. Cic. 12. Philipp. 29. Nam Martiam & quartam nihil praeter dignitatem & decus comprobaturas esse certe scio.

Certe edepol scio. Plaut. Amph. 1. 1. 115. Atqui certe. Cic. 7. Att. 7. Atqui certe illae agere debuit: &c.

Et certe. Ter. Eun. 5. 6. 4. Sed estne ille nostre Parmeno? & certe ipsius est. Valla lib. 2. Certe conjuncta cum conjunctione Et, semper affirmat. Compar. Certius exploratore referre. Liv. 3. 40.

Superol. Tertull. de Pallio, cap. 4. Tunc certissime pallium, super omnes exuvias & peplos, augusta vestis.

CERTO, [ταρεψιδέρος] Adverbium similiter affirmandi, quod etiam Pro certo dicimus. Plaut. Amph. 1. 1. 213. At mentris etiam, certo pedibus non tunicis venis.

Certo hæc mea est. Plaut. Poen. 5. 4. 52. Ut modeste orationem praebuit? certo haec mea est.

Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum. Plaut. Aul. 5. 1. 4.

Quidem certo. Plaut. Epid. 3. 2. 42. Me quidem certo servavit consilii suis.

Quidem hercule certo. Ter. Phorm. 1. 3. 12. Nam tua quidem hercule certo vita hæc expectabat, optandaque est.

Certo sciare. Cic. pro Cætin. Venient in mentem mihi per multa, vobis plura, certo scio.

Et ea est certo. Plaut. Poen. 5. 5. 20. Satin' ego oculis cerno? estne illæc mea amica Anterathifilis? & ea certo est.

Certo peri. Plaut. Poen. 3. 5. 42. Nunc pol ego peri certo, haud arbitrio.

Certo comperi. Ter. Eun. 5. 1. 8. Quid ais venefica? P. atqui certo comperi.

Satin' hoc certo? G. certe hisce oculis egomet vidi. Ter. Adel. 2. 2. 31.

Futurum certo. Cic. 5. Tusc. 81. Nihil ita expectare, quasi certo futurum.

Scire certo. Cic. 6. Fam. 4. Evidenter quoniam hæc scribem, aliquid jam actum putabam, non quod ego certo sciam, sed quod haud difficilis erat conjectura.

Videntur certo hæc erumpere aliquo. Cic. 2. Att. 22.

Certo, Sine dubio. Plaut. Men. 5. 8. 9. Liberum ego te jussi abire? M. certo.

CERVA, **CERVARIUM**. In CERVUS.

CERVARIA, Locus ad portum Veneris, Gallie Aquitanæ finis. Auctor Pomp. lib. 2. cap. 5. & 6. Nunc vulgo dicitur Colliore, ut ait Olivarius in Melan.

CÉRÜCHUS, i. m. [κερύχος] Latine dicitur Cornutus: poniturque pro Cornibus navalibus, id est extremis antennis, quæ in utrumque veli latutus diffunduntur: de quibus Virg. 3. JEn. 549.

Cornua velutaria obvertimus antennarum. Quidam Ceruchos accipiunt pro Cavea illa, quæ in fastigio navigii sustollitur, effigie corniculata. Valer. 1. Argon. 469.

Temperet ut tremulos Zetes, fraterque ceruchos. Lucan. lib. 8. 177. Surget, & instabit summis minor Ursi ceruchis. De Polo Arctico co loquitur, quo reguntur naves.

CERVICAL, In CERVIX.

CERVINUS, In CERVUS.

CERVISIA, æ. f. Genus potus ex hordeo. Plin. lib. 22. cap. 25. extr. Ex ifidem fuit & potus, zythum in Egypto, celi & ceria in Hispania, cervisia & plura genera in Gallia. Quo loco quidam Cervisiam legunt. Ulpius in l. Siquis. §. 1. D. de tritico, vine, &c. Certe zythum, quod in quibusdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conseratur, non continebitur. Simili modo nec curmi, nec cervisia continebitur. [Forte apud Plin. legendum] Et cervisia plura genera.

CERVIX, icis. f. [κερκη] est Posterior collis pars, unde origo est omnibus

nervis, Jugulus anterior, unde vox halitusque procedit, Collum omnes partes in solidum complectitur. Hæc Valla lib. 4. Plin. lib. 11. cap. 37. Cervix nulli, nisi quibus utraque hæc: ceteris collum quibus tantum guula. Sed quibus cervix, & multis vertebratis orbiculatum ossibus flexibilis ad circumspectum, articulorum nodis junctur.

Et quoniā nervi qui corpus erectum rigidumque faciunt, in cervice sunt collocati: idcirco dicimus Hominem duræ cervicis, quæ Indomabilis, more ferocium boum: vel Qui cervice erecta & rigida, contumaciam quandam & rigorem mentis præ se fert, tanquam nemini caput inclinare volens. Hæc Valla lib. 4. 36.

Cervices etiam dicimus pro Cervice: immo singulari numero neminem ante Hortensem dixisse Quintilius est auctor, lib. 8. cap. 3. Hæc Valla præscripto loco. Cic. 2. Philipp. 51. Cervicessque fuis ei obiecti secuti, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. Al. Subiecti.

Cervices, pro Cervicem. C. Gracchus in potestate inimicorum veniret, Philocrat seruo suo cervices incidentes præbuit. Valer. Max. libri sexti cap. 8. tmemate 3. H. St.

Cervix (inquit Serv. in Virg. 2. JEn. 707.) cum numero singulari dicitur, Collum significat; si plurali utimur, Superbiæ offendimus, ut Frangere cervices. Cic. 7. Verr. 147. V. Frangere p.p. Sed hoc discrimen nullus penitus auctoritate videtur; si, ut supra dictum est, Veteres in plurali tantum usparunt, ut distete Varro prodidit de L. L. 7. 5. & 9. 4. Enim diu antea Hortensem singulari usus est Pacuvius, ex quo Cic. 2. de Divin. 133. de Testudine:

Quadrupes, tardigrada, agrestis, humili, aspera, Capite brevi, cervice anguina, aspectu truci. Necnon & Luctret. lib. 6. 741.

Præcipitque cadunt molli cervice profusa. Et recentiores differant notatam omnino neglexerunt, ut patet ab exemplis quæ sequuntur.

Cervicum mollitia. Cic. in Orat. 59. Nulla mollitia cervicum, nullæ argutia digitorum.

Redundare cervicibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Tuus autem deus non digitu uno redundant, sed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus.

Tantis cervicibus homo, qui. Cic. 5. Verr. 135. Recuperatores dicuntur datum, bene agis, tamen siquid erunt tantis cervicibus Recuperatores, qui audeant in provincia, quum Prætor adsit, non solum contra voluntatem ejus, sed etiam contra fortunas judicare. i. e. Tam obstinat.

Alte cervices. Virg. 2. JEn. 219.

Anguina. Pacuvius apud Cic. 2. de Divin. 133. V. paulo ante.

Candida. Hor. 2. Carm. 9. 3.

Captiva, Quæ vinculis coercetur. Ovid. 4. Trist. 2. 21.

Vinclaque captiva reges cervice ferentes.

Dubia cervice labare, Vacillanti neque erecta cervice esse. Sen. Agam. 8.

Cur ita fates corpus effusa a tremens dubia labat cervice?

Eburnea. Ovid. 20. Epist. 57.

Fortissima. i. e. Cervix viri fortissimi. Sil. lib. 13. 373.

Horrifica cervix. Ovid. 8. Met. 284.

Intacta, Quæ nondum jugum passa est. Virg. 4. Georg. 540.

Quattuor eximios præstanti corpore tauros

Ducit, & intacta totidem cervice juvencas.

Lactea, Alba. Virg. 10. JEn. 137.

Lævis. Propriet. lib. 3. 17. 31.

Languida. Stat. 10. Theb. 300.

Mollis, pro Defessa & laffa. Lucret. lib. 6. 744.

Marmorea. i. e. Pulchra. Virg. 4. Georg. 523.

Nivea. Claud. Laud. Seren. 120.

Opima cervix. i. e. Pinguis. Sen. Hippol. 10.

Plurima. Virg. 3. Georg. 52. — optima torva

Fotra bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix.

Prona. Sen. Herc. fur. 11.

Rebellis. Claud. de Rapt. Proserp. lib. 1. 155.

Rofea cervix. Hor. 1. Carm. 13. 2. h. e. Pulchra. Acron. Viig. 1. JEn. 406.

Teres. Lucret. lib. 1. 36.

Torfa. Catul. 6. 83.

Abrupta crux & cervice profunditur. Ovid. 8. Met. 764.

Abscidere cervicibus caput. Cic. 11. Philipp. 5. Post autem cervicibus caput abficit, idque fixum getari jussit in pilo, &c. De Trebonio.

Adigere cervices sub juga. Claud. Laud. Seren. 120.

Applausa cervicis sonitum amare. De equis proprie dicitur. Sil. lib. 16. 357.

Camphassis ipsi asper, nec qui cervicis amaret

Applausa blandos sonitus.

Astricta: subaudiat Ad catenam aut funem. Juvenal. 10. Sat. 88.

Avulsa. Lucan. lib. 8. 12.

Cæsa cervix. Juvenal. 10. Sat. 120. De Cicerone loquitur, cui ob ingenium ac sumnum eloquentiam, Popilius Lænas manum & collum amputavit jussu M. Antonii.

Contenta cervice boves plastrum trahere dicuntur. i. e. Constanti & firma cervice. Virg. 3. Georg. 536. — montisque per altos

Contenta cervice trahunt stridentia plastrum.

Coronant cervicem pluma. Lucret. lib. 2. 801.

Curvata. Clodian. de Nupt. Honori. & Mar. 291.

Dare brachia cervici. Hor. 3. Carm. 9. 3.

Dare cervices alicui. Cic. 5. Philipp. 42. Nullum erat consilium publicum, nulla libertas: dandæ cervices erant crudelitati nefariae.

Vide infra Præbentes cervices. H. St.

Demittere a cervicibus corpus. Aut. ad Heren. lib. 3. 26.

Detorquere cervicem ad aliquid. Hor. 2. Carm. 12. 26.

Detrectare onus rebelli cervicie. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 155.

Fluit cervix, Quæ fessa vacillat & inclinatur deorsum. Virg. 3. Georg. 524.

Ad terramque fluit devexo pondere cervix.

Frangere cervicem. Cic. 7. Ver. 109. Prætorum tu accusas? frange cervicem. i.e. Pertinaciam translat. Alter in Vat. 26. Fregeris ne in carcere

cervices ipsi illi Vettio. Profrus contra Servii argutias. V. supra in hac col.

Impedire cervicibus gladius. Cic. 5. Tusc. 62. In hoc medio apparatu

fulgentem gladium et lacunari fetu equina aptum demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus.

De Dionysio tyrrano & Damocle loquitur.

Inclinata cervix. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Inclinata cervix. Quæ fasciæ plura genera.

Infexam

Inflexam cervicem ponere. Virg. 3. *Æn.* 63. 1.

Nam simul, expletus dapibus, vinoque sepultus,

Cervicem inflexam posuit, jacutum per antrum.
Intenta. Sen. in Agam. 13. subaud. Ad iustum.

Juncta est humero. Ovid. 12. Met. 299.

Locata. Juven. 9. Sat. 143. De servis Moesia regionis, quae est Pannonicæ finitima, loquitur, qui, ut fortissimi, ad lecticam ferendam Romæ locabantur.

Nata ad jugum boum cervices. Cic. 2. de Nat. Deor. 159. Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiens figurata, cervices autem natae ad jugum, &c.

Petere terram cervice, In terram cervicem inclinare. Sen. Herc. fur. 9.

Portant funus cervices. Juvenal. 10. Sat. 260.

Præbere cervices. Cic. Anteq. iret in exil. 21. Sed illud queror, quod non

jam ad unius perniciem, &c. ore oppræse cervices esse præbendas.

Recellit caput cervice. i. e. Avulsum aut abscissum est. Ovid. 2. Pont. 8. 65.

Reflectere cervicem. Stat. 1. Achil. 382.

Reflexa cervix. Virg. 10. *Æn.* 535.

Reponunt cervicem oratores. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Rotare cervicem, rotata cervix. Lucian. ad Pison. 53.

Soluta cervix, Rupta. Sen. Herc. fur. 12.

Subacta cervice jugum ferre. Hor. 2. Carm. 5. 2.

Suberat amphoræ cervix. Martial. lib. 12. 32.

Focuni ferentis tuberat amphore cervix.

Sutinere collo & cervicibus ponant avaritiam aliquid. Cic. 7. Verr. 107.

Sutinere cervicibus Rempubl. Cic. pro Dom. 142. Quæ quum ita sint, Pontifices, revocate in animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universi Rempubl. quam ante cum viris fortibus multis, in hac vero causa folis velitis cervicibus futiliter.

Securim cervice tingere dicitur, Cui cervix securi amputatur. Hor. 3.

Carm. 23. 13.

Victima pontificum secures

Cervice tinger.

Tollere cervicibus. Quintil. lib. 4. cap. 2. p. 350. Quæ tamen examinatae temore, hostium adventu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen in clamoribus, fructu cervicibus tollebant, blandius alia ad aurem invocabat, vehementius etiam nonnulla seriebat.

Tutati cervices. Cic. pro Sext. 90. An qui sua tecta defendit, &c. monetur ut aliquo praesidio caput, & cervices, & jugulum, ac latera tutetur: hunc de vi accaufandini putas?

In cervicibus nobis esse dicuntur, que cum periculo nostro in vicinia sunt, aut aliquo gravia impendunt. Justin. lib. 29. 3. extr. Sed nec Romani, quibus Poeni & Annibal in cervicibus erant, soluti metu Macedonico videbantur.

In cervicibus bellum esse, pro Vicinum esse aut imminere. Liv. 22. 33. Adeo etiæ bellum est in cervicibus, nullus usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat.

Avertere aliquem a cervicibus. Cic. Brut. 16. Praefidium omne esset in puer, qui a cervicibus nostris avertisset Antonium. De Octavio Cæsare loquitur.

Collocare legiones populi in cervicibus. Cic. 12. Fam. 23. Brundusium erat profectus, &c. easque ad urbem adducere, & in cervicibus nostris collocare. De Antonio loquitur.

Depellere aliquem a cervicibus. Cic. 3. Philipp. 8. Virtute enim admirabilis Cæsar, &c. a cervicibus nostris est depulps Antonius.

Imponere cervicibus. i. e. quasi jugum servitum injungere. Curt. lib. 7. 7. pr. Ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositum esse cervicibus. Bud.

Imponere dominum in cervicibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Itaque impoñisti in cervicibus semper dominum, quem dies & noctes timueremus.

Repellere a cervicibus. Cic. pro Milon. 78. P. Clodium interfeci, ejus furores, & c. hoc ferro, & hac dextera a cervicibus velitis repul.

Refraire in capite & cervicibus aliquid. Cic. pro Muren. 79. Non enim deseruerunt, sed ab illo in speculis atque iniiciis reliqui, in capite atque in cervicibus nostris restiterunt.

Plumæ columbarum sita circum cervicem. Lucret. lib. 2. 801.

Cervix vitis. Columel. lib. 4. cap. 7. Quam ad unum pampinum jam redegeris, & ipse excesserit pedalem longitudinem, decacuminare convenit, ut in cervicem potius confirmetur, & sit robustior.

Cervicem de Arbore dixit Stat. lib. 6. Theb. 852.

Ille autem Alpini veluti regina cupressus
Verticis, urgente cervicem inclinat in Austros.

Cervices lignæ, per metaphoram. Vitruvius lib. 10. cap. 13. E modiolis autem fistulae sunt continenter conjunctæ lignæ cervicibus, pertingesque ad nares quæ sunt in arcu, in quibus axes sunt ex torno subacti, & ibi collocati.

CERVICAL, vel CERVICALE, is. n. [κερβικάλη] denom. a Cervicibus: significat Cervicis sustentamentum. Juvenal. 6. Sat. 352.

Conducit comites, sellam, cervical, amicas. Martial. lib. 14. 146.

Tinge caput nardi folio, cervical olebit.

Cervicalibus aliiquid subjiceret. Plin. 20. 20.

Tribunale, non Tribunal quodam dicere voluisse scribit Fab. lib. 1. cap. 8. qui Analogiam fequentur. H. St. Tametsi nullus dubito, quin huius formæ nomina ab Adj. n. per apocopen formata fuerint, ut Animal ab Animulis, e. Adj. Sic Cervical a Cervicis, e. Adj. Cervicale tamen, ut obsoletum, æque respendum puto, ac si quis & Animalis substantive poneret. At usus postulat Penetrare, non Penetral.

CERVICATUS, Adj. Obstinatus. Vulg. Interp.

CERVICOSUS, Adj. Idem. ut, Cervicof Judæi. Ambr. V. Voss. de Vit.

I. L. 3. 4.

CERVICOSTAS, atis f. Sidon. 7. Epist. 9.

CERVICULA, æ. f. [κερβικόν] dimin. a Cervix. Cic. 5. Verr. 49.

Tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum,

& populo te ad coronam daturum?

CERULÆA, in CERA.

CERULEUS, in CÆRULEUS.

CERUS, Adj. apud veteres Sanctus, unde Ceremonia, ut vult Scal. in Ffestum. v. Ceremonia.

CERUSMANUS, in carmine Saliari, Creator bonus intelligitur. Fest. in Mater Matuta. Scaliger l. c. divise scribit Cerus Manus.

CÆRUS, æ. f. [κερβίδης] Genus pigmenti candidi, ex ramentis plumbi compoſiti: quod Græce Φιμμυθιον vocatur. Plin. lib. 34. cap. 18. Φιμμυθιον, hoc est cerusum plumbarium dant officine. Laudatissimum in Rhodo. fit autem ramentis plumbi tenuissimus super vas aesti asperissimi impositis, atque ita diffillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acutum, arcuatum molitur & cribrat, iterumque acetò mixto in patillos dividitur, & in sole fiscatur aſſlate. Et paulo post, Vis ejus eadem qua ſupradictis, levissima tantum ex omnibus: præterque ad candorem feminarum. Est autem lethalis potus, sicut ſpuma argenti: potesta ceruſa ipsa ſi coquatur, rufescit. Plautus Mof. 1. 3. 101. Cedo ceruſam. s. quid ceruſa ipsa eft? PHILE, nam qui malas obliniam? s. Una opera ebri atramento candeface poſtules. Ea enim utuntur mulieres ad faciem dealbandam & illinendam. Ovid. de Med. facie, 73.

Nec ceruſa tibi, nec nitri ſpuma rubentis Defit.

CÆRUS, ut. Adj. [κερβικόν] ut, Ceruſata mulieres, quæ candoris comparandi gratia ceruſa utuntur. Martial. lib. 2. 41.

Ceruſata timet Sabella ſolem.

Ceruſata cutis, ceruſata buccæ. Martial. lib. 7. 24. Cic. in Pifon. 25.

CERVUS, i. m. [κέρβος] Animal notum: dictum quod *τοξεύει*, i. e. Cornua gerat, auctore Festo. Varr. de L. 4. 24. Gervi quod magna cornua gerunt, Cervi, mutata g in c, ut in multis, quali Geruli. Plin. lib. 8. cap. 32. Cervis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimum animalium.

Alipedes cervi. Lucret. lib. 6. 766. significat Celeres, quæ Alatos pedes habentes.

Alati. Ovid. 1. Met. 306.

Celeres. Stat. 6. Theb. 598.

Cornigeri. Lucret. lib. 3. 751.

Errantes. Virg. 5. *Æn.* 253.

Fugax. Ovid. 3. Trit. 11. 11.

Imbelles. Virg. 3. Georg. 265.

Inermes. Stat. 6. Theb. 598.

Ingentem cervum ad retia premere clamore. Virg. 3. Georg. 413.

Jugales. Claud. de Bell. Get. 286. Sic illos vocat qui Diana currum trahunt.

Leves. Virg. 1. Ecl. 60.

Ante leves ergo paſcentur in æthere cervi. i. e. Avium more ante cervi volabunt. Servius.

Ocius cervis. Hor. 2. Carm. 16. 23.

Pavidæ formidine. Ovid. 5. Faſt. 173.

Timidi. Sen. Hippol. 1.

Veloces. Virg. 5. *Æn.* 253.

Ventoſa cervorum mens, i. e. Instabilis, trepidæ, & timida Lucret. lib. 3. 300.

Vivax. Virg. 7. Ecl. 483.

Glociata, Cervorum esse vocem ait ille, qui Philomela carmen compoſuit, inter Ovidii opera reponitum,

Et barrus barrit, cervi glociata, & onagri. Tu vide, an fides adhibebunt ſuſtiori.

Cervi etiam in ædibus rusticis furca dicuntur. Virg. 2. Ecl. 29.

Atque humiles habitare casas & figere cervos. Ubi Servius, Aut furcas, quæ figurant ad casas ſuſtentationem: quæ dictæ ſunt cervi, ad ſimilitudinem cornuum cervinorum. Aut (quod melius eit) figere cervos, i. e. Venari & jaculari, intelligamus: ut magis ad voluptatem eum, quam ad laborem invirare videatur.

Cervi in re militari, genus valli, A similitudine cornuum cervi dictum ut ait Varro de L. 4. 24. Meminit Cæſar de Bell. Gall. 7. 72. ubi *τοξεύει* Græcus Interp. convertit, quod Suid. *παραχέρει* reddit. i. e. Paſſillos. V. Lip. Poliorc. 22. Broekh. ad Tibull. 4. 1. 84. vel quos ibi indicat potius auctores.

Cervus, pro Fugitivo. Sext. Pompeius lib. 17. Servorum dies festus exiliatur Idibus Auguſti, quod eo Servius. Tullius natus ſerva, adem Diana dicaverit in Aventino, cuius tutela ſunt cervi, a quorum celeritate Fugitivi vocant Cervos.

CERVÆ, æ. f. Plin. lib. 25. cap. 8. Simplicius cerva monſtrare Elaphoboscon, de qua dimimus. Item Sefeh enixa partu.

Æripes cerva. Virg. 6. *Æn.* 802.

Nec vero Alcides tantum telluris obivit,

Fixerit arpedem cervam licer.

Alba cerva. Gell. lib. 15. cap. 22. V. in SERTORIUS.

Cretæa cerva. Sen. Hippol.

Silviculturex cerva. Catul. Epigr. 64. 72.

Tragica cerva, ſeſil. Quæ in Tragedia Sophoclis dicitur pro Iphigenia immolanda ſubiecta. Juven. 12. Sat. 118.

— & ſi qua eſt nubilis illi

Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, eti

Non ſperat Tragice fertuſa piacula cerva. Martial. 3. 49.

Suppoſitam famam ei quondam pro virginē cervam.

CERVULA, æ. f. dimin.

CERVULUS, i. m. dimin. Frontin.

CERVARIUS, [κέρβος] Adj. ut, Cervarium venenum. Plin. lib. 27. cap. 11. Limeum herba appellatur a Gallis, qua fugittas in venatu ſingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant.

Cervaria ovis, Quæ pro cerva immolabatur. Feſtus.

Cervarius lupus, Animal, ut ferunt, ex cerva & lupo, aut Lupa & cervo genitum ac miſum: de quo ſic Plin. lib. 8. cap. 22. de lupis. Sunt in eo genere qui cervarii vocantur, qualem in Gallia e Pompei Magni arena ſpectatum diximus. Huic quævis in fame mandent, ſi respexit, oblivionem cibi ſurreperet aiunt, digrefſumque quærere aliud.

CERVINUS, [κέρβος] aliud Adj. Quod pertinet ad cervum, ut, Cervinum cornu, Varro 3. de R. R. cap. 9. Plin. lib. 28. cap. 9. Sanguine quoque cervino, ſi una urantrur, &c.

Color cervinus, qualis eft pellis cervi, vel caſtanæ. Pallad. lib. 4. cap. 13.

Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, rufescens, morteus, cervinus, gilbus, ſcutulatus, albus, guttatus, candidillimus, niger preffus.

Halitus cervinus. Martial. lib. 12. 20.

Cervinus gelidum forbet ſic halitus anguem.

Pellis. Hor. 1. Epit. 9.

Sanguis. Plin. lib. 28. cap. 9.

Vellera cervina. Ovid. 6. Met. 592.

CÆRYCUM, i. n. [κέρυκον] Lignum erat rectum, utrinque duos con-

tinens ſerpentes implexos, ita ut ſe mutuo & ex adverto intuerentur,

Quæque

quals

CETARIA, arum. [κεταρία] Loca juxta mare, stagnante lacu, in thymni, & aliu hydromodi pisces capiuntur & juxta saliuntur. Plin. lib. 37. cap. 5. Ferunt & ea insula tumulo reguli Hermiae, juxta cetarias, marmoreo iconi fuisse inditos oculos ex fissuragis.

CETARIA, orum. n. Idem. Hor. 2. Serm. 5. 44.

Plures annabunt thunni & cetaria crescent. [Nisi Crescat legendum, pro recepta statu Schol. vet.

CETARIUS, i. m. [κεταρίας] Qui cete, i. e. magnos pisces venditat, & bolonas exercet, auctore Donato, ad illud Ter. Eun. 2. 2. 26.

Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscares. Cic. 1. Offic. 150. Nec enim quicquam ingenium habere potest opificina, minimeque artes et probanda, que ministra sunt voluntatum, cetaria, lanii, coqui, &c.

Cetaria, Nonis, genus est piscautorum, quod majores pisces capit, distum ab eo, quod cete in mari majora sunt piscaum genera. Varro γένη θαλασσινών. Non animadvertis cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, ascendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces?

CETOSUS, Adj. Avien. Phanom. de Ceto pisce v. 1300.

— cum primum rufus ab undis

Cetosa in superum referuntur viscera Calum.

CETTE, [κέττη] significat Dicte vel Date: ab eo quod est Cedro. Naevius Lycorgo, Pro industria ne te regem prognatum patre Lycurgum enim Medea, Salvete, optima corpora, cette manus vestras, measque accipite. Nonius. Antiquum est. V. CETO verb. defectiv.

C E U

CEU, [οὐρά, ὄπει, ὄπτη] Adv. similitudinis, magis est poetarum, quam oratorum: sed quo mulri, & preteritum Plinius, utuntur. Virg. 2. En. 116.

Adversi rupto ceu quondam turbine venti

Confluent.

Ceu, pro Velut. Plin. lib. 9. cap. 7. Argumento animalium que semper defossa vivunt, ceu talpe.

Ceu, pro Quasi. Plin. lib. 8. cap. 16. Incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur.

Ceu vero, pro Quasi vero, frequentissime usus est Plin. ut in praef. sui operis, Ceu vero necquam adversus Theophrastum scriptiss. etiam feminam. Idem lib. 7. cap. 55. Ceu vero ullo modo spirandi ratio homini a ceteris animalibus dicitur.

CEVA, x. [κέβα] Genus vaccæ humilioris. Columel. lib. 6. cap. 24.

CEVRO, [κεφαλωνία] cre. Clunes movere: quod proprio est marium obsecne se motantum. Usi sunt Poetae Juven. 2. Sat. 21. & Martial. 3. 95. Cevere [κεφαλωνία] per translationem pro Adulari accipitur: quod quum adulantur canes, clunes moveant & caudam. Pers. 1. Sat. 87.

— an Romule ceves?

CEVENS, Partic. [κελαυνία] Juven. 2. Sat. 21.

— ego te ceventem, Sexte, verebor?

CEUS, V. Cœus.

C E Y

CEVX, x. c. m. [κέψη] Accipitris genus Suidæ. Rex fuit Thraciae, Luciferi filius, & maritus Alcyones filia Æoli, qui cum ob causam fratris in accipitrem mutati, ad Clarium oraculum confundendum navigaret, tempestate deprehensus est & submersus. Quare cum statuto tempore non rediret, Alcyone multa quotidianae vota pro viri salute suscepit. Tandem in somnis monita, naufragio eum perire, quum ad defendendum miserabilem viri causam mane ad litus veniret, unde ille solerat, cadaver quoddam fluctibus ad litus vidit expelli: quod quum viri sui esse cognovisset, ac per undas ad illud exire vellet, deorum miseratione in Alcyonem conversa, ad os mariti advolavit: qui & ipse ocula uxoris sentiens, in Alcyonem mutatus est. Fabulum hanc refert Ovid. 11. Met. 544.

C H A

CHA, [χά] inquit Strabo lib. 8. Peloponnesi urbs Lepræa vicina, ubi Ephesus campus jacet. Hujus Chaæ causa, bellum inter Arcades & Pylios conflatum plerique aijunt.

CHALA, Vicus est Ægypti apud Strabo. lib. 16.

CHARARENI, [χαραρεῖνος] Populi Scythici, ad Chalybem fluvium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancisci poterant, mammis crudas edebant, & pueros devorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

CHARRIA, Vicus est Ægypti prope Arabiam. Strabo lib. 17.

CHABRIAS, [χαριάς] Atheniensis philophorus, & dux clarissimus. Auctor Suidas. Hujus Demosthenes cum sepe in orationibus meminit, tum in oratione ad Leprinem, pluribus res gestas persequitur, & in ejus laudes digreditur. Hic dicere solebat terribiliorum eis exercitum cervorum duce leone, quam leonum ducere cervo.

CHADISIA, [χαδία] Fluvius est & oppidum ejusdem nominis in Capadoccia, five Leucosyria, in finibus Themiscyrenæ, non procul a Lycastro. Auctor Plin. lib. 6. cap. 3.

CHÆNITA, [χαινίτη] Populi sunt ad Caucasi montis radices, Septentrionem versus, post Troglohydas, de quibus Strabo lib. 11.

CHÆRE, [χαρεῖ] i. e. Salve. Martial. lib. 5. 52.

Exprimere Rufe, fiducile licet cogant, Ave Latinum, χαρεῖ non potest Græcum. Perf. in procem. v. 8.

Quis expeditiv pithaco suum χαρεῖ?

CHÆREAS, [χαρεῖα] Statuarius nobilis, Alexandrum magnum, & Philippum patrem ejus fecit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Fuit & alter Chæreas, Atheniensis medicus, de quo idem Plin. mem. lib. 20. cap. pen.

CHÆREFOLIUM, IN CHÆREPHYLLUM.

CHÆREMON, [χαρεμών] Comicus poeta Græcus.

Fuit item alter, qui scripsit ερωτηθεὶς. Auctor utriusque Suidas.

CHÆRUPHON, [χαρεφῶν] Atheniensis philosophus, Socratis auditor.

Hujus nihil traditur scriptum. Ab hoc natum proverbium, οὐδὲ θεοὶ χαρεφῶν. i. e. Nihil a Chærephonte differens. In Macilentos pallentes, apud Aristophanem in Nobibus. Erat enim Chærephon pallidus, ut qui magna studio philosophie operam daret, & in litteras incurberet. Suidas.

CHÆREPHYLLON, [χαρεφύλλον] Herba est pinnatice erraticæ, five dauci folio aliquanto tenuiore, radiculæ candicante, subamara. Veteres Gingidion appellarent. Nam Chærephylli nomen recentius est, a come luxuria, & aspectus jucunditate (ut videtur) impositum. Hodie a vulgo herbariorum Chærephylion, Græca & Latina voce in unam coalescentibus, vocatur. Columel. lib. 11. cap. 3. conf. CHÆREFOLIUM.

CHÆRIS, idis. [χαρεῖς] Citharæodus inceptor fuit, cuius meminit Arifophanes in Comœdia, que inscribitur Αριφεῖς. Auct. Suidas.

CHÆRONEA, [χαρονεῖα] Boeotia vicus, Pletarchi patria, clade Atheniensium memorabilis. Charoneæ meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

CHÆRONUS, [χαρωνός] gentile.

CHALACANTHA, apud Nicolaum Myrepsum, quandoquidem ambigi video quid ex nomine intelligendum sit, non aliud quicquam est quam Atramentum futorium, quod Chalacanthum alii vocant: etiam Chalacanthen interpres Nicandri appellat. Turneb.

CHALÆON, [χαλαῖον] Locrorum portus, a quo v. 11. m. passuum introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnaso, clarissimum in terris oraculo Apollinis. Plin. lib. 4. cap. 3. ext.

CHALASIS, [χαλαῖς] a medicis appellatur Laxatio articulorum, quem scilicet ex laxitudine, nimio labore, aliave ex causa evenit, ut laxatis vinculis membrum excidat: ut si radius in brachio a cubito submoveatur, ita ut locus quadam in medio vacuus relinquantur.

CHALASSIS, V. CALASSIS.

CHALASTICA, [χαλασίκα] Medicis dicuntur Medicamenta relaxantia: inde nimirus, sicut & nomen ipsum indicat, quod tensas laxent particulas. Auctor Galenus lib. 7. de Compos. medicam. secund. gener. conf. CALASTICUS.

CHALASTRA, Urbs ad Thermaeum sismum, ut ait Strabo: a Chalastra proximo porta dicta. Hinc

CHALASTRICUS, Adj. ut

Chalastric Nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. Optimum copiosumque in Letis Macedonia, quo vocant Chalastricum, candidum, purumque, proximum sali.

CHALAZIAS, æ. [χαλαζία] Gemma que grandinum colorem habet & figuram, adamantinea duritas. Plin. lib. 37. cap. 11. χαλαζί. Gr. Grandio est.

CHALAZION, [χαλαζία] Tuberculum est in oculorum palpebris, non diffimile illud, quod a Gracis εχθροῖς appellatur, diversa tamen figura, & mobile, si huc atque illuc pellatur. De hoc meminit Galen. lib. 14. Method. & lib. 4. de Compotitione pharmac. secund. locos. & in Finit. medic.

CHALAZOPHYLAX, æcis. [χαλαζόφυλαξ] Observator grandinum futuræ, interprete Seneca, Quæst. Nat. 4. 6. Ubi & modum describit, quemadmodum instantem grandinem sacrificii averterint, apud Cleonacos huic rei publica constituti. Add. Plutarch. Symp. 7. Probl. 2.

CHALBANE, In GALBANUM.

CHALCEA, [χαλκεά] Festæ quædam erant, quæ nonnulli vocant Atheneæ. Alii etiam Pandemum, quoniam ab omnibus celebrarentur: quanquam mox a cerdonibus tantum, aut operariis, & fabris praestimt, ut referat Harpocration, & Apollonius Achæneus. Quo argumento prodiret quidam, Athenenses primum ærarium fabricam exercuisse, ut scribit Eustathius.

Fuit & Menandri fabula, titulo Chalcea, ut annotavit Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 9.

CHALCANTHOS, [χαλκανθός] vel CHALCANTHUM, [χαλκανθοῦ]

Atramentum genus a similitudine æris sic dicitur: quippe Gracis æ. Vulgo hoc a vitri similitudine Vitriolum nominant. Et multis in locis, præcipue in Hispania & euteis stagnis habentibus id genus aquæ. Decoquitur ea admitta pari mensura dulcis aquæ, & in pincis ligneas funditur. Immobilibus super has transfras dependent refites, lapillis extente, quibus adhærentes limus vitreis acinis, imaginem quandam uæ reddit, exemptum ita tringita diebus siccatur. Color est caruleus, spicabilis nitore, vitrumque esse creditur. Diluendo fit atramentum tinctus aptum coris, & hoc factitium vocant. Hec Perottus ex Plin. lib. 34. cap. 12. Cels. lib. 5. cap. 1. Sanguinem supprimunt, inquit, atramentum futorium, quod Græci χαλκανθοῦ appellant. Plenius Galen. lib. 9. de Simp. med. facult. V. Atramentum futorium, in ATER.

CHALCE, [χαλκη] Insula est cum oppido, circa Rhodum. Auct. Plin. lib. 5. cap. 31.

CHALCEDON, [χαλκεδὼν] Oppidum est Thracæ ad Bosphorum Thracium, non procul a Byzantio. Plin. lib. 5. cap. ult. Chalcedonis meminit Pompon. lib. 1. 19.

CHALCEON, [χαλκεων] Genus herbae. Plin. lib. 21. c. 16. Carduus & folio & caule spinosus lanuginis habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnidos, &c.

CHALCERITIS, Insula est in Ponto, alio nomine Aria appellata, Marti facra. Ex Plin. lib. 6. cap. 12.

CHALCERUM, Herba genus. Plin. lib. 26. cap. 7. Item herba chalceum & vineis contrita imponitur.

CHALEUTICE, [χαλευτική] Æraria fabrica dicitur.

CHALCEUS, [χαλκεύς] Adj. i. e. Areus. Martial. lib. 9. 96.

Tam stupidi nunquam nec tu, puto, Glauco fuisti,
Chalcea doranti chrysea qui dederas. i. e. Quum dareas au-

rea ei, qui tibi ærea dedist.

CHALCIA, Insula, quam inter Cycladas Plin. enumerat lib. 4. cap. 12.

CHALCIDENE, Fertilissima regio, ut scribit Plin. in descriptione Cœles Syrie, lib. 5.

CHALCIDA, CHALCIDYCUM, V. CHALCIS.

CHALCIDIUM, [χαλκιδίον] Medicamentum, de quo sic Galen. lib. 2. de Dynamidis. Chalcidum sic fac, ἀτρις florem in acetum vehementissime subigit, siccata ad solem, fac pulvrem, & utere.

CHALCIDICE, es. Genus lacæta. Plin. lib. 29. cap. 5. Lacerta quam hi sepi, alii chalcidicæ vocant, in vino poto, morfus suos sunat.

CHALCEUS, [χαλκεύς] Minerva a Lacedamonii cognominata, cuius, ut Pausan. in Lacon. atq. pag. 99. Wech. simulacrum Gritidas vir indigena conficit, simulque in candem versus editit. Suidas, Chalcœcum Minervam a Spartanis appellatam sit, quod εχει χαρεῖς, h. e. quod adem aream habet: vel quod Chalcidenses ex Eubœa exiles eam construxerint. Templo eò nomine post Thucydidem lib. 1. meminit Cornelius Nepos 4. 5. ubi in I Pausaniam configit memorat, atque inibi interisse, matre etiamnum principe, audito filii scelere, ad occidendum illi egredium lapides ingenerent. Meminit & in Parallelis Plutarctus in historiæ ejusdem explicatio. Proinde mirum est adhuc esse aliquos, qui apud Livium 35. 36. extr. Chalcœcum legendum putent, & Chalcœnum apud Thucydidem latum.

Fuit & Minerva Chalcidica in urbe Roma, in nona regione, siveva P. Victor tradit. Meminit, nif falor, & Dion. in Histor. lib. 5.

CHALCIOPÆ, [χαλκιόν] Filia Ætæ Cholcorum regis, Phryxi uxor, foror Medæ & Absyrti, Cytori mater. Valer. 6. Argon. 479.

Cingit arcanis Saturnia late venenis,
Atque hinc virginæ venit ad penetralia sedis,
Chalciopea imitata sono formaque sororem. Ovid. 17. Epist. 232.
Non

Non erat Eetes, ad quem despecta rediret.

Non Hypsea parens, Chalciopeque foror.

CHALCIS, idis. [χαλκίς] Serpentis venenoso genus est et genero lacertarum quodam arei coloris linearis in tergo habens: unde & nomen habet. Plin. lib. 32. cap. 3. Quippe aduersus scorpiones ex vino bibuntur, aduersus phalangia, & araneos ex mullo, aduersus chalcidas cum myrte. Eft & Chalcis, Homero, Avis nocturna, ex genere accipitrum, bellum interneccinum cum aquila gerens. Plin. lib. 10. cap. 8. Cymindim vocat. V. not. Hard.

Chalcis, [χαλκίς] Pisces genus. Plin. lib. 32. cap. 11. Chalcis, cobio, callarias, aellorium generis.

CHALCIS, idis. [χαλκίς] Ebœba urbs præcipua, ab Aulide Boötiae portu, exiguo Europo divisa, vetus Atheniensium colonia: ita dicta, si Stephano creditimus, a Chalcide filia Afopis: aut certe, quod araria fabrica ibi primum fuerint repente. Vulgo Negroponte.

Eft & alia Chalcis, agri Corinthii oppidum.

Tertia Ætolie, Achelous fluvio irrigata.

Quarta Syriae a Moniche Arabe condita.

Sunt & alia ejusdem nominis urbes, quæ enumerantur a Stephano.

Eft item Chalcis fluvii & pagi nomen, apud Strabonem lib. 8.

CHALCIDICUS, [χαλκιδίκης] Adj. Qui est ex Chalcide urbe, vel Chalcidica regione. ut, Arx Chalcidica. Virg. 6. Æn. 17.

Chalcidicaque leuis tandem superaltitudo arce. Intelligit Cumas, Chalcidicensem coloniam. V. Gell. 10. 16. Idem 10. Ecl. 50.

Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita verfu

Carmina, &c. h. e. ut interpretatur Servius, Theocritio stilo. q. V. Varro 3. de R. R. cap. 9. de Gallis gallinaceis. Nec tamen sequendum in feminio legendu Tanagricos, ac Medicos & Chalcidicos, qui sive dubio sunt pulchri, & ad pæliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriores.

Chalcidica creta, que affricta triticum conservat. Varro 1. de R. R. cap. 57. de tritico condendo. Quidam ipsum triticum conspergunt, quum addant in circiter mille modiun quadrantal amurce. item aliis aliud affricti, aut aspergi, ut Chalcidicam, aut Caricam cretam, aut absinthium.

Litora Chalcidica. Stat. 2. Silv. 4. 78.

Turres Chalcidicae. Stat. 2. Silv. 2. 94.

CHALCIDICUM, i. n. Genus edificii, teste Festo, ab urbe Chalcide dictum. Hujs meminit Vitruvius lib. 5. cap. 1. his verbis, Sin autem locus amplior in longitudine, chalcidica in extremis constituantur. Meminit & Dion. nec prætermittit Cassiodorus in Consulium fatis. Videor etiam obferuisse Chalcidicum pro Cœnaculo ponit. Quod enim Homerus scribit,

τέρπε δ' εἰς οὐρανόν, αἰνέσθαι τογήν τούτων:

convertit Aufonius in Perioch. 23. Odys.

Chalcidicum gressu nutrix superabat anili. Turneb. Advers. 18. 34.

CHALCITES, Gemma arei coloris. Plin. lib. 37. cap. 11.

CHALCITIS, is. f. [χαλκίτης] Lapis ex quo ipsum æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12.

CHALCITIS, Insula est contra fauces Rhindaci fluvii in Asia. Plin. lib. 5. cap. 111.

CHALCOPHONOS, [χαλκόφωνος] Gemma nigra, quæ illisa, æris tintinnum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

CHALCOSMARGOS, [χαλκοσμάργος] Gemma e Cypro, turbida æneis venis. Plin. lib. 35. cap. 5.

CHALCOSTHENES, [χαλκοσθένες] is. m. Plastes laudatissimus de quo sic Plin. 35. 12. Fecit & Chalcosthenes cruda opera Athenis, qui locus ab officina eius Ceramico appellatur.

Fuit & Statuarius ejusdem nominis. V. Plin. 24. 8.

CHALCUS, [χαλκός] Genus numismatis Attici, perexigui. Plin. lib. 21. cap. 34. Eadem sex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos. Sed Pollux octavam, Suidas sextam, Dioscorides tertiam oboli partem facit.

Adeo incerta pecunia vet. affirmatio.

CHALDAEA, Regio ad Orientem Judgee. Arabie contermina, plana, sonnum indigo, in qua est Babylon civitas magna. Vide Interpretationes nominum Hebraicorum. Vel potius Cellarii Geogr. Antiq. lib. 3. cap. 16.

CHALDI, [χαλδαῖος] (inquit Plin. lib. 6. cap. 28.) intra confluentem Euphratis, & Tigris habitant, de quibus Strabo lib. 17. sic scribit. Constituta est habitat quadam in Babylonia philoposis indigenis, plurimum circa astronomici verfantibus, qui Chaldaei appellantur. Horum frequens in sacris literis mentio est. Constat autem nusquam diligentius severiusque Mathematica studia exculta fuisse, quam apud Chaldaeos. Unde dicti sint Chaldaei, & quam scientiam prothecant scribit Cic. 1. de Divin. 2. Quoniam de Asyriis loquitur, Quia in natione, inquit, Chaldaei non ex artis, sed ex genito vocabulo nominati, diuturna obseruatione siderum, scientiam putantur efficiere, ut predici posset quid cuique eventurum, & quo quisque fatu natus esset.

Chaldaeo, pro Altrōnō vel Hariolo accepit Cato, quum inquit cap. 5. Augurem, haruspicem, harialiolum, Chaldaeum nequem confusilusse velit. Monstra Chaldaeorum. Cic. 2. de Divin. 87.

Promissa Chaldaeorum. Cic. 1. Tusc. 95. Nam nunc quidem cogitationibus moletissimis effeminantur: ut si ante mors adventet, quam Chaldaeum promissa consequenti fumus, spoliatus magnis quibusdam bonis, illi, detinutiisque videcamur. Multos promissi fuis ut secesserint Chaldaei, offendit item 2. de Divin. 87.

Quid pollicentur Chaldaei, Columella lib. 11. cap. 1. aperit. Gens Chaldaea. Claud. 1. Ruff. 148.

Ritus Chaldaeus. Claud. 1. in 1. Conf. Stil. 60.

CHALDAEUS, [χαλδαῖος] Adj. ut, Genus Chaldaicum. Cic. 2. de Divin. 88. Scylax Halicarnassus, familiaris Panætii, excellens in astrologia, idemque in regenda sua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum predicavit genus repudiavit.

Ratio Chaldaea. Cic. 2. de Divin. 88.

CHALFPI Versus, [χαλεπὰ μέτρα] dicuntur Duri, asperi, ac prolatu difficultate, qualis etsi versus Virgilianus, 8. Æn. 596.

Quadrupedum putrem tonitu quatit ungula campum.

CHALESTRA, In CALESTRA. CHALO, ære. Laxare & demittere. Vegetius, Aliquant centones & culcata funibus chalant. A Greco [χαλεπός] deducitur. Atque hoc etiam verbum hodie nautis familiare est, qui Chalare velum dicunt. Turneb. Advers. 24. 25. Vitruv. 10. 13. Hinc

CHALATORIUS, Adj. Chalatorii funes apud Vegetum libro ultimo remilitaris, quibus antennæ & attollitur & demittitur. In editis, Colatiori legitur, quam scripturam Turnebus non proflus improbat, etiæ priorem magis amplectatur. V. Turneb. l. c.

CHALYBES, um. m. [χαλύβες] Populi in Ponto juxta Thermodoctem fluvium Straboni & Plinio: qui ferri temperandi arte ceteris praestare cunctur. Virg. 1. Georg. 58.

India mitit ebur: molles sua thura Sabzi, At Chalybes nudi ferrum.

CHALYBS, ubi. m. [χαλύψ] Genus ferri durissimi, a Chalybibus populis, utante dictum est.

Candens chalybs. Sil. lib. 1. 171.

Durus chalybs. Sil. lib. 2. 493.

Chalybs, aliquando accipitur pro Opero ipso ex hujusmodi ferro facto.

Lucan. 6. 398. — chalybem, frenosque momordit. Virg. 8. Æn. 446.

Vulnificaque chalybs. ubi Chalybem, pro Chalybeo enfe posuit.

Lethifer chalybs, Enfis. Valer. 6. Argon. 342.

Strictus chalybs, i. e. Enfis. Sen. Thylest. 4.

Item Chalybs est Hispania fluvius, in quo Chalybes accolæ optime ferrum temperant. Justin. 44. 3.

CHALYBEUS, Adj.

CHAMÆ, [χαμαι] inter cetera Conchyliorum genera longa descriptione at Athenæo referuntur. Ceterum id sibi peculiare acrivere, quod plerumque in litore hiantes inveniuntur: idcircoque eas recte Chamæ dicitur, quæ in marinis oris, pandentes se levè testa coniecta reperiuntur. Ex Matthiole. Vide & Galen. lib. de Cib. bon. & mal. succ.

CHAMÆACTUS, es. [χαμαικτός] Genus fimbrii humilioris. Plin. lib. 24. cap. 8. San-bucus habet alterum genus magis silvestre, quod Græci chamæacten, aliæ helion vocant multo brevius. Ruell. lib. 1. cap. 139. Chamæacten fimbrius pumila est, Latinus Ebulum dicitur. Iato gaudent folo, ut tellatur Columnella, lib. 10. v. 9.

Atque habilis natura soli, quæ gramine lato

Partitur, & utilis eboli creat uida bacca. Galis hodie dicitur kieble, longe similius fimbriu, magisque herbaceo generi assignandum.

CHAMÆCERASUS, i. m. [χαμαικέρασος] Frutex est Plin. lib. 15. cap. 25. San & Macedonica, parva arboris, raroque tria cubita excedens, & minore etiamnum frutice chamæcerasi. Ruell. lib. 1. cap. 64. Chamæcerasus, ut apud Athenæum lib. 2. Afclepiades Myrleanus depinxit, pumila est. Bithynorum agro frequens, radice parva: negue arbos est, nec arbuscula ceraforum impars, baccis cetera omnia consimilis. Copiose vescenti, bus caput vimido gravant, & dolores cident. Hactenus Ruellius.

CHAMÆCISSOS, [χαμαικίσσος] Genus hedera, non attollentis se a terra, teste Plin. lib. 24. cap. 10. Unde vulgo Hedera terrestris dicitur. Matthiolus at hic hedera genus hodie in Italia non cognosci.

CHAMÆCYPRIBOS, [χαμαικύπριος] Herba, quæ ex vino pota, contra venena serpentum omnium, scorpionumque pollet. Plin. lib. 24. cap. 15. Nonnulli cum esse putant qui vulgo dicitur, Cypræs des jardins: quod quidam Abrotonus mas esse credunt. Ruellius lib. 3. cap. 23. Qui chamæcypris existimat esse, quem vulgas ab odore formaque foliorum ejusdem nomenclatura arboris cyppressum appellat, falluntur: nam etiæ coacta fit brevitatis, & velut arboris cuiusdam abortus, non tamē in genere pumiliorum sedem inventi, nec in arborum, sed fruticum censu constat haberi. Huc facit quod nihil apud classicum auctorem de chamæcypris leges.

CHAMÆDAPHNE, es. [χαμαιδάφνη] Plinio herba est in hortis seri folia, in fucili modi se pectorigens, & vicina quæque vinciens, unde & Vinca pervincia ab eodem appellatur. Folia habet lauro similia: ideo Chamædaphne, i. e. Parva laurus appellatur: florem autem viola limitem. De hac Plin. lib. 21. cap. 11. Disocordiæ [χαμαιδάφνης δευτεραὶ] dicitur. Est & altera Chamædaphnes species, cuius idem Plin. meminit lib. 24. cap. 15. Chamædaphne, inquit, unico ramulo est, cubitali fere, folioleni iauri similitudine: cuius semen rubens admixtum foliis, illinitur capitulum doloribus recens. Hanc Romani Laureolam aut Lauraginem appellant. Dioſcorides autem, & Galen. hanc foliam Chamædaphnes nomine nonverunt.

CHAMÆDIOSMOS, Ros marinus. April. cap. 79. [Scribendum, ut in edit. Lugd. 1587. est Chamediosmos, ex Gr. χαμαιδός].

CHAMÆDRACON, ontis. m. Serpentis genus in Africa. Solin. cap. 4. conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 243.

CHAMÆDROPS, [χαμαιδρόψ] Herba quæ vocatur &

CHAMÆDRYS, [χαμαιδρύς] Herba quæ Latine Trिक्षो dicitur. Plin. lib. 24. cap. 15. Dicitur autem chamædrys quasi humilis & terrestris querulus. Vulgo appellatur Querciola aut Calamandrina.

CHAMÆGLYCIMERIS, [χαμαιγλυκιμερίς] Cancer major. Plin. 32. 11.

CHAMÆLÆON, [χαμαιλέων] inter Cancrorum genera numeratur a Plinio ut videtur est ex ejus lib. 33. cap. ult.

CHAMÆLÆON, vel **CHAMÆLEO**, önis. m. [χαμαιλέων] Cardui species. Plin. lib. 22. cap. 18. Chamæleoneum aliqui Ixiam vocant. duo ejus genera, &c. *Carlina* vulpis vocat.

CHAMÆLEON, ontis. m. [χαμαιλέων] quasi Patrys leo. Animal pavidum est in India nascens, figura & magnitudine lacerta: coloris naturæ mirabilis: mutat namque eum subinde & oculis, & cauda, & totu[m] corpore: redditque semper quem proxime artigit prater rubrum candidumque. V. Plin. lib. 8. cap. 33. conf. Casiodor. 5. Ep. 34. Brod. Mischell. 6. 21. Hinc

Homo vesperillus, proverbio dicitur, Chamæleontem mutabilior. Et adulatores sapienter comparantur ad Chamæleontem. V. Alciati Embol. n. 5. Et Plin. in libr. De adulatore & amico.

CHAMÆLUCRE, es. [χαμαιλύκρη] Herba quæ Tussilago dicitur, naſciens fecus fluvios, folio populi, sed ampliore. Plin. lib. 24. cap. 15. Match in Dioſc. 4. 127. ait hanc herbam hodie esse ignotam.

CHAMÆLYGON, Herba. Apul. cap. 3.

CHAMÆMELION, [χαμαιμέλιον] Herba vulgo nota, ab odore mali dicta. Leucanthemum aliæ vocant. V. Plin. lib. 22. cap. 21. Camomillæ barbare vocatur. conf. Pallad. 7. 10. Nacer. 1. 15.

CHAMÆMYRSINE, [χαμαιμύρσινη] five Oxymyrsine, Frutex ex quæ scopæ sunt apud Italos: alias Ruscus: nonnulli Myrtum silvestrem vocant. V. Plin. lib. 23. cap. 9.

CHAMÆPELÖRIS, Cancer. Plin. 32. 11.

CHAMÆ

C H A M E P E U C K , es. [χαμεπευκ] Herba est, folia habens loricis foliis simili, lumborum & spina doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.
C H A M E P I T Y S , vos. [χαμεπιτης] Herba que Lacine Ajuga dicitur. V. Plin. lib. 24. cap. 6. Ivan pharmacopole vocane. Apul. de Herb. cap. 25.
C H A M E P I T Y N U S , Adj. [χαμεπιτηνος] Vinum Chamapitynum. Diofsc. 5. 41.
C H A M E P L A T A N U S , i. f. Brevis planatus. Plin. 12. 2.
C H A M E P U S , [χαμεπους] apud Grecos dicebatur Sponsa, que curru non subvehebatur, sed pedibus mariti domum petebat. Moris enim erat apud eos, ut Paulianus ait, ut sponsa locaretur in nuptiali curru, sposo & necessario affini juxta comitante, quem parochum vocant: cuius axem pro foribus incendebant, ut signarent illam ibi perpetuo manifuram, neque ulla tempestate inde recessuram. Auctor Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. vel potius Pollux lib. 3. Segm. 40.

C H A M E R I P S , [χαμερипс] Arbores sunt ex specie dactylorum, que & in Creta, & in Sicilia nascentur, folio latiore ac molli, ad vitium utilissimae. V. Plin. lib. 13. cap. 4.

C H A M E R O P S , [χαμеропс] Herba est, de qua Plin. lib. 26. cap. 7. Eodem effectus lateris doloribus habet chamrops, myrtis circa caulem geminis foliis, capitibus Graecula rosa, ex vino pota. V. CHAMЕROPS.

C H A M E S Y C E , [χамесиц] Herba est lents folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrofictis nascent. V. Plin. lib. 24. cap. 15.

C H A M E Z E L O N , [χамезелон] Herba est, teste Plin. lib. 27. cap. 10. quam quidam eandem esse credunt cum Gnaphalo, cuius folia ita alba & molli sunt, ut plana videantur totumentum, & pro tomento usurpantur. Est & aliud Chamazeli genus, quod & Pentaphylon a Graci, & a Latinis Quinquefolium appellatur: cuius meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9.

C H A M E T R A C H E A , f. Cancer. Plin. 32. 11. Hardinus hic legit Chremas striata.

C H A M E V I , vel CHAMAVI, orum. m. pl. Populus Germaniae prope Amis. V. Tacit. 13. Ann. 55. Ejusdem Germ. 33. 1. Ammian. 17. 8.

C H A M E L A E , [χαμела] Herba que similitudinem foliorum oleae habet. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus vocat pover montano. Matthiolus. V. Diofsc. 4. 172. Apul. de Herb. cap. 111.

C H A M E L A T E S , [χαμелатес] Vinum ex Chamelaea factum. Bioscor. 5. 41.

C H A M E T R A , æ. [χαμетра] Parva sicia. Plin. lib. 36. cap. 5. Is fecit Venerem & Pothon & Phaethontem, qui Samothracie sanctissimis ceremoniis coluntur. Item Apollinem Palarinum. Vestim sedentem laudatum in Servilianis horis, duasque characteras circa eam, quarum pares in Afriki monumentis sunt, ubi & Canephorus ejusdem. de Cephidoro Praxitelis filio loquitur. Budaeus.

C H A M B U N I A , æ. f. [χαμбуня] Humi cubatio. Heron. Epist. 2. ad Nepotianum.

C H A M U L C U S , i. m. [χαмулкус] A Marcellino dicitur, Humile plostellum quod trahitur, Sciodia, ut reperio in antiquo lexico Latino Graeco, χαμυλος: haud scio an nostrum Chamium inde nomen invenerit, & certe inventisse probabile est. Haec Turneb. Advers. 22. 13.

Instrumentum est, quo humo pene reptile aliquid trahebatur. Graecam vocem retinuit Ammian. 17. 4. Unde chamlucus impositus, &c. Scheffer. de Re Vehic. 2. 7.

C H A M U S , i. m. [χαмус] Genus freni. Interpr. Vulgat. 4. Reg. 19. 28. conf. Ifaj. 37. 29. Ifidor. 20. 16.

Est etiam Chamos, [χαμос] vel Chemos, Idolum, quod alio nomine Beelphegor dicitur, ut inquit Hieronymus ad Sajam lib. 5.

C H A N E S , [χάνες] Fluvius est inter Albaniam & Armeniam a Cyro flumine exceptus, mox quam est factus navigabilis, in mare Caspium erumpens. Auctor Strab. lib. 11.

C H A N N E , es. Piscis genus, quem ex seipso concipere ex Ovidio tradit Plin. lib. 32. cap. ult. Ovid. Halieut. v. 108.

C H A O N , onis. m. Heleni Trojani pater & comes. V. Serv. in illud Virg. 3. Enn. 335. Chaonianique omnem Trojano a Chaone dixit.

C H A O N E S , [χαонэ] Populi Epiri, a quibus Chaonia regio dicta. Plin. lib. 4. cap. 1. Virg. 3. Enn. 292.

Litora Epiri legimus, portuque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendum urbem.

C H A O N I A , [χαониа] Pars alpestris Epiri, licet quandoque sumatur prota Epiri. Plin. in proem. lib. 4. Epirus in universum appellata, Acroceranii incipiunt montibus. In ea primi Chaones, a quibus Chaonia. Vitgil. 1. c.

C H A O N I U S , [χαониус] Adj. Campi Chaonii. Virg. 3. Enn. 334.

Columbae Chaonie dictae ab Epiri parte, in qua (ut poetæ fabulantur) columba olim reddebat oracula in Dodona silva. Virg. 9. Ecl. 13.

— carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Quod autem in Epiri

illo nemore columba dare responsa dicuntur, Servius ideo fingi putat, quia lingua Thessalica Peliedae & Columbae vaticinatrices vocantur.

Frondes Chaonie. Stat. 3. Theb. 476.

Glans. Virg. 1. Georg. 8.

Juppiter. Valer. 1. Argon. 303.

Nemus. Stat. 6. Theb. 99.

Patris Chaonie glandes, i. e. Jovis Epirotici, ut ait Servius. Virg. 2. Georg. 67.

Sinus Chaonie. Ovid. 13. Met. 717.

Victus Chaonius, i. e. Glandium cibis. Claud. de Rapt. Proserp. lib. 3. 47.

Chaonio statui gentes avertere victu.

C H A O N I D E S , [χαониды] Canum genus ex Chais, hoc est lupis cervariis conceptum, ut videtur lentire Hermolaus in Plin. 8. 10. Verisimilior ramen est a Chaonia regione dictos, quemadmodum & Molossos a Molosia. Chaonidum canum originem refert Julius Pollux ad euenum canem a Vulcano fabricatum.

C H A O S , n. indec. [χαоз] Festus, Chaos appellat Hesiodus Confusum quandam ab initio unitatem, hiamenti, patentemque in profundum. Ex eo & χαος Graci, id nos hanc dicimus. Ovid. 1. Met. 7.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia calum,

Unus erat tota natura vultus in orbe,
Quem dixerat chaos, rudis indigetque moles. Virg. 4. Enn. 510.

Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque.

Eterna noctis chaos. Sen. Med. 1.

Altum chaos. Rufus Festus Avienus non procul ab initio.

VOL. I.

Atrum chaos rebus induci, significat Summam confusionem & perturbationem rerum. Sen. Agam. 6.

Avidum. Sen. Herc. fur. 9.

Cæcum. Sen. Octav. 7.

Cimmerium. Stat. 3. Silv. 2. 93.

Deforme. Sen. Thyest. 9.

Densum. i. e. Profundum. Sen. Herc. fur. 10.

Horrendum. Valer. 2. Argon. 86.

Imum. Sil. lib. 11. 438.

Extinuit natura chaos. Lucan. lib. 5. 634.

Chaos, pro Inferno. Virg. 6. Enn. 265.

Dii, quibus imperium est animalium, umbraque silentes,

Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia late.

Durum. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 13.

Inane chaos, i. c. Vacua Ereb regna. Ovid. 4. Fast. 600.

Profundum. Valer. Flacc. 7. Argon. 402.

— qualque profundum

Per chaos occurunt cæca fine vocibus umbra.

Tartareum. Stat. 12. Theb. 772.

Umbriferum chaos, pro Nocte. Rufus Avienus in Sole,

— quum per chaos umbriferum vis

Flammea pervalit, i. e. Per tenebras nocturnas.

C H A R A , [χар] Genus radicis. Cæf. 3. Bell. Civil. 48. Est etiam genus radicis inventum ab iis qui fuerant cum Valerio, quod appellatur Chara, quod admissum lacte multum inopiane levat: id similitudinem panis efficiat: ejus erat magna copia. Quæ sit haec herba quæstum est. Plinii lib. 19. cap. 8. Lapianam interpretari videtur quum scribit, Nec non olus quoque silvestre, & triumphorum divi Julii carminis præcipue jocilique militaris celebratum: alterius quippe veribus exprobrevare lapiana se fixisse apud Dyrorrhachium, præmiorum patrimoniam cavillantes. Est autem id Cyma silvestris. Alio loco Plinii Lapianam inter Brallicas silvestres numerat, pedatis alitudinis, hirtulis foliis, napi simillimi, nisi candidior effet flore. Sed lib. 19. cap. 5. de generibus brasifacie differens ita tradit, Etiamnum unum silvestre Graci cheram vocant, Pontici armon, alijs leucen, notræ armoraciæ, fronde copiosius quam corpore. Hanc testantur scripturam vereres omnes libri, sed Chere nomine offensi correctores dicam an depravatores, Agrium supposuerat Ilidores, Armorace, inquit, haec est lapiana: vetus lexicon armoraceum πανθερίδης interpretatur. Sed Plinii duas herbas in unam confudit Lapianam & Armoraciæ, quæ caulinis & foliis tam indiscretis sunt, ut ne a peritis videm distingui possint nisi flore: quæ factum esse ror, ut quod de Chara dixit Cæsar, de Lapianam Plinii retulerit, quum armoracea, ut dixi, indistincte & gemine cujuſdam fit cum lapiana similitudinis, & utraque species fit brasice silvestris. Dicit autem Cæsar radicem illam inventam fuisse ab iis qui cum Valerio fuerant, milites eos intelligens, qui duce Valerio in Asia fuerant Mithridatico bello: Valerium autem eorum decem interficiunt curarunt Fimbriae. Haec ad verbum ex Turneb. Advers. 24. 7. Agrius tamen retinuit apud Plin. Hardinus, nulla mentione facta varia in Mſt. scriptura, quod miror. Kegy etiam Theophrastus πανθερίδης καραβός vocari lib. 9. docet. V.D. Voss. not. ad Cæf.

C H A R A C E N T I , Taurica regionis populi, ab oppido Charace sic dicti, quod inter hujus regionis urbes et memorat Ptolemaeus. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

C H A R A C I A S , æ. Genus tithymali. Plin. lib. 20. cap. 8. enarrans tithymali genera, Primus cognominatur characias, qui & masculus existimat, ramis digitali crassitudine, rubris, rugolis. Ruellius libro 3. Characias Gallis nunc magna ex parte Expurgia nominatur, Ruthicus Erigillum matutinum, aut quia repurget, aut antelucano moliens dejectionem, expurgato fumentum cogat.

C H A R A C T E R , arum, f. Gradus puritatis in auro. V. Pitisc. Lex. Rom. Antiq.

C H A R A C T E R , éris. m. [χαρактер] Latine dicitur Signum, vel Insigne, quod animanti vel alii rei imprimitur, ut dignoscit possit. Columel. lib. 11. cap. 2. Nec niplus majora quadrupeda charactere signari debent. Pallad. R.R. 2. 16. Hoc menfe maturi agni & animalia omnia minora & majora charactere signatur. V. Voss. 6. Institut. Hinc vulgo dicitur Serino animali character est.

Character, Genus & figura dicendi. Gell. lib. 7. cap. 14. Et in carmine & in soluta oratione, genera dicendi probabilis sunt tria, quæ Græci χαρακτηρας vocant. Cic. in Orat. 134. Sed jam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur: quæ, qualis esse debeat, ex ipsis quæ supra dicta sunt, intelligi potest.

Character alijus poetae, vel Scriptoris. Varr. 3. de R.R. cap. 2. Nonne item L. Albius homo, ut scitis, apprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum sumum pastionibus semper vincere a villa?

C H A R A C T E R I S U S , i. m. [χαρактеристик] Latine Designatio: ut est apud Juven. 4. Sat. 38.

— & calvo serviret Roma Neroni. i. c. Domitiano. Figura qua orator vita eorum de quibus loquitur, deformat. V. Quintil. 9. 3.

C H A R A C T E R I Z O , [χαρактизи] Are. Augustin.

C H A R A D R I O S , [χαρадри] Avis maritima, magna, & ingluviosa, quam aspicentes itineri morbo liberantur, teles filian. lib. 15. cap. 26. Alio nomine lterus appellatur, & a Latinis Galgulus, ut existimat Plin. lib. 10. cap. 11.

C H A R A D R U S , [χαρадри] Lacus est, & navium statio prope Ciliciam, contermina Asia, juxta quam Charadrus est fluvius. Haec Steph. de Urbi. Charadrius fluvii meminit Stat. 4. Theb. 46.

Quæque pavet longa spumantem valle Charadron Neris.

Est item Charadrus, Oppidi noinen in ea Syrie parte, qua Phoenicia proxima est. Plin. lib. 5. cap. 20.

C H A R A N D R O , Troglodytæ sinus, in quo Ptolemaeus Philadelphus de nomine fororis Arsinœ urbem condidit, ut refert Plin. lib. 6. cap. 29.

C H A R A X , [χαρакъ] Strabo inter castella Corsice insula habitabili numerat, quæ sunt quatuor, Blefinti, Charax, Eniconia, Vapanes. Reliquum vero ejus insulae ferè incultum est, asperum, & plurimum in partibus proflus inaccessibile, adeo ut ejus montes habitant, ex latrociniis vitam degentes, supererunt ipsis immunitate belluas. Haec ille lib. 5.

Charax, Straboni lib. 17. Locus est quo Carthaginenses emporio utebantur, advenientes vinum, & inde succum & silphium reportantes ab iis, qui id ex Cyrene clam exportabant. Plin. lib. 6. cap. 27. Charax oppidum Perosi sinus intimum, a quo Arabia Eudemon cognominata excurrit, habitat in colle manu facto inter confluentes: dextra Tigrin,

Rr lava

Iava Eulæum trium millium passuum laxitate. Conditum est primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex urbe regia Durine (qua tum interrit) deductis, militumque in urbibus ibi relatis, Alexandriam appellari jussifat: Pagumque Pællæum, a patria sua, quem proprie Mæcænum fecerat. Flumina id opidum expugnare. Postea Antiochus restituit, quintus regum, & suo nomine appellavit. Iterumque infestatum Pasiæ Sogdoniæ filius, rex finitimum Arabum, quem Juba satrapem Antiochi fuisse falso tradit, oppositis molibus restituir, nomenque suum dedit, enuntio sita iuxta in longitudinem trium millium passuum, in latitudinem paulo minus.

CHARAX, atis. m. Latine dicitur Vallum: significat & Pedamentum vallis, five ridicam, unde apud Columel. lib. 5. cap. 4. Vites charactæ. Meminit Cælius. Rhodig. lib. 8. cap. 4. Vulgus Gallicum dicit *Echaras*, voce illinc defixa. Pro Firmiore pale cum vitis alligatur, five pedamento, est generis feminini. Columel. 11. 3. [Hunc poferiorem Columnam locum non reperi, nec est in Indice Gefneri. De mutatione generis in hac voce prolixe egi. Henr. Steph. in Thef. Gr. q. V.

CHARAXES, [χαράξ] Fuit tele Herodot. lib. 2. Mitylenæs patria, & frater Sapphus. De quo Ovid. 15. Epist. 117.

Gaudet, & e nostro surgit meroe Charaxes

Frater, & ante oculos ita redire meo.

CHARAXO, [χαράξ] Are. Inscrivo, Incido. Prudent. Hymn. 10. Ro. 557. & Augustin. & Apic. 6. 9.

CHARES, atis. [χάρη] Atheniensium dux, ad promittendum facilis & promptus. Unde proverbium natum, *χάρης των ουρανών*. i. e. Chares pollicitationes. Suidas. V. Chiliad.

Fuit & Chares Lyndius statuarius, Lyssippi discipulus, qui Rhodi Solis coleophorū fecit. Auctor Plin. lib. 34. cap. 7.

CHARIBEA & PORCIUS, Dracones duo erant, qui olim equo ligneo a Trojanis in urbem admisso, ab Calydni insulæ, in quas se concercent Graci, enatantes, Laocoontis filios peremere, ob conjectum in equum lignuum haftile. De his vide Cal. Rhodig. lib. 8. cap. 13.

CHÄRDEMUS, [χαριδέμος] Dux Ceroblepta Thracia regis militum, cuius multam mentionem facit Demosthenes in oratione contra Timocratem. Item Exul quidam Atheniensis, qui ab Alexandro pullus, ad Perfas transiit. a Dario deinde ob paulo liberius factum de ipius & hofium viribus judicium, supplicio affectus est. Curt. 3. 2.

CHABIEN, Fluvius est Themiscyrenæ, in Suriū, urbi cuidam cognominem fluvium, influens, de quo Plin. lib. 6. cap. 4. in descriptione Themiscyrenæ regionis.

CHÄRINTISMUS, i. m. [χαριστόμενος] Urbanitas, lepos & venustas sermonis. Apud Rhetoras figura est, qua dura dictu, gratius profertenur: ut si interrogantibus nobis nunquam nos queritur, responsum detur, Bona fortuna, exinde intelligitur, neminem nos quassisse. Hæc Donatus in libello de Barbarismo. Vel ut ille Davis Terentianus, Bona verba quæso. V. Voss. 4. Rhet. Inflitut. p. 238.

CHÄRILLUS, [χαρίλη] Dux Lacedæmoniorum, Tegeatas superavit. Auctor Paufas apud Volateranum. Arbitror scribendum Charilaus, cuius meminit Strab. lib. 12. & Plutarchus in vita Lycurgi. [Apud Paufan. in Lacon. p. 87. extr. Wech. & Arcad. p. 240. Achaic. 276. χαρίλη] constanter scribitur. At idem p. 82. extr. Lacon. *χαρίλη* eundem vocat. Fuit autem in Sparte regno Archelai collega, ex familia Euryponitarum, Polydectæ filius, sub quo Lycurgus, patruus eis, leges suas scripti, ut Strabo & Plut. plenius memorant. Promiscuæ vero utroque modo talia nomina scribi confusæ pridem doctiores monuerunt. V. Pérez. ad Ælian. V. H. 1. 27. Alioqui analogæ lege *χαρίλη* & deminutivum est, a *χαρίνη*.

CHÄSINI, olim dicti sunt Nummi, vel Stateres aurei, a Charino imperatore signati. Nam ut Philippi nomen habeant solidi aurei a Philippo percusi, sic consuetaneum est qui forma Charini signati sunt, ut Charini nomen habeant. Aufonius Ep. 5. v. 23.

Ergo aut predictos jam nunc rescribe Charinos. Quanquam Turnebus (Advers. 22. 10.) aliter hunc locum legit.

CHÄRIS, itos. f. [χάρις] Latine dicitur Fætivitas, beneficium, munus, gratia, remuneration, voluntas. Plin. 35. 10. In pictura Venus. Conf. Quintil. lib. 12. cap. 10. ps.

CHIROGYLIUM, Infula. Plin. lib. 5. cap. 31. Sed contra Chimæram Dolichite, Chirogylium, Crambusa, Rhoge, Enagora. De insulis ante Asiam.

CHIRÖMACTRON, [χιρομακτρον] Capitis ornamentum, aut (ut ali
 dicunt) Mantile. V. Bayfum de Re Vettaria.

CHIRÖMANTIA, a. f. [χιρομαντεία] dicitur Divinatio, quæ ex linea-
 rum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet.

CHIRÖMANTIS, [χιρομαντης] Qui lineis manuum inspectis futura nosce-
 re profiterit.

CHIRON, önis. [Χειρον] Saturni & Philyrae filius. Laertius tamen di-
 cit eum ex Peloponeceptum. Dum enim, ut auct. est Servius in 3. Georg. 550. cum amica Philyrae Saturnus coiret, Ops uxoris eius advenit,
 cuius præsentiam veritus, se in equum convertit, exinde natus est Chiron,
 dimidio parte homo, dimidio equus. Qui quoniam exirefuit, in

filis abit, easque coluit. Huic autem a Thetide Achilles puer commen-
 datus, quem ipse, similis cum Erculacio nutrit & docuit. Hic enim,
 ut auctor est Plin. lib. 7. cap. 56. herbarum vires atque medicamenta re-
 perti. Poltemro quoniam viuistis Hercules, casu factum est, ut una

fagittatum ejus Lernæo veneno perlitæ, super pedem eius caderet. Atta-
 men quoniam a parentibus fuisse genitus immortalis, ut Ocyroes vatici-
 num impleretur, quo prædictor ex eum optatutum esse ut mortalis foret,
 gravi vexatus morbo mori cupiens, oravit superos ut illi mori con-
 cederent. Quo concepsit, ab eisdem in cælum translatus est, & in Zodiaco locatus, & Sagittarius appellatus. Ex Bocatio.

Geminus Chiron. Ovid. 2. Met. 630.

— sed natum flammis uteroque parentis

Eripuit, geminice tulit Chironis in antrum. Philyrides Chiron, Philyra ex Saturno filius, medicinæ inventor.
 Virg. 3. Georg. 550.

Semifer. Stat. 2. Silv. 1. 89.

CHIRÖNÉON, vel **CHIRONTION**, [χιρονείον] Herba est, tertium genus
 panaceas. Plin. lib. 25. cap. 4. Tertium panaceas, chironome cognominata
 ut inventore, folium ejus lapatho simile, majus tamen & hispidius.
 flos aureus, radix parva. nascitur in pinguis locis. Ibid. cap. 6. Cen-
 taurea curatus dicitur Chiron, quoniam Herculis excepti hospiti pertractanti
 arma, fagitta excidit in pedem: quare aliqui chironion vocant. V.
 Ruell. lib. 3. cap. 6.

CHIRÖNIA, Genus vitis, quæ Ampelos dicitur: a Chirone inventa. Plin.
 lib. 25. cap. 4.

CHIRÖNOMUS, i. m. [χιρονεύς] Qui manibus gesticulato & ludit.
 Budæus, Chironomi sunt gesticulatores; & Chironomia, saltatio gesticu-
 latrix: qualis est quoniam *morescam* vocamus. Juven. 6. Sat. 63.

Chironomus Ledani molli saltante Bathyno,

Tufcia vesica non imperat. Leda autem chironomica erat sal-
 tatio. Alioqui Chironomia, lex gestus a Quintiliiano dicitur in primo,

cap. 11. ab heroicis ipsa temporibus orta, & a summis Græcis viris atque
 ab ipso etiam Socrate probata, a Platone quoque in numero civilium
 posita virtutum, & a Chrysippo in præceptis de Liberorum educatione
 compositis non omissta. Quam artem oratori necessariam esse idem

late

Iate ibidem docet. Haec etiam Palestra vocatur: & qui eam docent, Pa-
kætrici dicti sunt. Ab his enim præceptoribus motus gestusq[ue] forman-
tur, ut recta sint brachia, ne indecæta ruficævæ manus, ne status inde-
corus, nequa in proferendis pedibus inscrita, ne caput oculique ab alia
corporis parte diffideat. Quæ omnia antiquæ ingenii pueris & liberali-
ter educatis necessaria cogniti existimaverunt. Nostræ vulgus uno verbo
Continentæ hac omnia significat. Hæc Budæus, prope ad verbum ex
Quintiliiano. Ars eadem Carptoribus & Scissoribus obsonitorum aucta est,
ut artificio se omnia incidenter. Juven. 5. Sat. 121.

Structorem interea, nequa indignatio desit,

Saltantem species, & chironomonta volant!

Cistello donec peragat dicta magistrum

Omnia, &c. [Re-
stevero Henr. Steph. in Thes. Gr. apud Juven. Cheironomista per s. le-
git, ut sit a v. Χειρονόμησι, q. omnino V.]

CHIROTHERECA, æ. f. [Χειροτέχνη] Manum tegmen, quod & Daçtylo-
thecam Græci vocant. Ejus usum priscis ignotum fuisse vult Casaubonus
in Athen. 12. 2.

CHIROTHRACATUS, Adj. Sarisb.

CHIROTHECARIUS, i. m. Gloss. Qui chirothecas facit.

CHIBOTÖNFTON, i. n. [Χιροτόντον] Vitruv. 9. 2. Liber Democriti de
rerum natura inscribitur Chirotoneton. Gr. Χιροτόντον. Al. Chirocmetra.

CHIRURGUS, i. m. [Χειρογενής] Medicus vulnerarius, a manum opera-
tione ita vocatur. Plin. 7. 2. appellat Medicum vulnerum; & Romæ
legitur hæc Inscrip[ti]o.

CHRESTAE, CONSERVAE, ET. CONIVGI.

CELODVS. ANTINOVOS. DRVSI.

MEDICVS. CHIRVRGVS. Martial. 1. 31.

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

CHIRURGIA, æ. f. [Χειροτεχνία] Ipsa ars, quaæ a Græcis & Chirurgice di-
citur, Cic. 4. Att. 3. Sed ego diata curari incipio, chirurgiæ dædet. V. DIAETA.

CHIRURGICE, es. f. [Χειροτεχνία] Idem. Celsus in procem. Idem ibid.
& lib. 7. pr. Partem medicinæ, Quæ manu medetur, vel curat, inter-
pretatur.

CHIRURGICUS, Adj. Hygin.

CHIRYDRA, [Χειρύδρα] proprie Terra ruina, sive fissura, quam aqua
pluvia, torrens, aut terra motus efficit. Spieg.

CHISIOTES AGI, Populi Scythiae, in montibus Emodis, quorum pro-
montorium Imaus vocatur, degentes, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 17.

CHITIS, [Χίτης] Arabia insula, in qua Troglodyte predones, quam
diutius fame & tempestate pressi, herbas radicisq[ue] effoderent, erue-
runt topazion geminam, ut ex Archelai sententia refert Plin. lib. 37. cap. 8.

CHITON, ònis. m. [Χιτών] dicitur Latine Tunica. &

CHITONIUM, i. n. [Χιτώνιος] Dimin. ejusd. Tunicula. Hinc Galli pre-
polito articulo Greco & Χιτώνιοι finixerunt futu[m] Haqueton. [Si dis placet.

CHITONICUS, [Χιτώνικος] Alterum diminutivum, Camisia, indu-
sum. Hoc autem genus vestimentum Pollux lib. 7. cap. 13. dicit commune
est virorum & mulierum.

CHITRAM, Medicamentum. Galen. lib. de Simpl. medicam. Chitram, laeticinum est quam plurimarum arborum; omnibus notum est. Cuius
quasi optimum eliquimus quod est candidum, & mundum, & glutino-
sum. Plura ibidem. [Nil vero error est.

C H L

CHLENA, æ. f. [Χλεῖνα] Vestimenti genus, quod palliis hiberno præ-
fert tempore superindubatur, Latinis Lena appellatur. Unde na-
tum est apud Graecos proverbiū. εἰ τὴ χλεῖνα ἐπεῖται, h. e.
Etætan lenam deteris. In eos dici solitum, qui alieno tempore rebus
necessariis abutuntur. Dicta est autem χλεῖνα, ut putatur, ξωθὶ χλει-
νει, hoc est a calfaciendo, propterea quod denilitate sua & pondere ge-
stantes calefaceret. Turneb. 17. 30. Pollux 7. 13.

CHLAMYDA, æ. f. [Χλεύδα] Vulgo Sædes, Insula est mariæ Egæi, una
Cycladum, qua nomine Delos appellatur. Aut. Plin. lib. 4. cap. 12.

CHLAMYS, òdis. f. [Χλεύδη] proprie Vestis militaris, qua & Palau-
mentum dicitur, auctore Nonio. Nec aliud est quam πεπτερεύων, i. e.

Vestimentum, quod tunica superindueretur. Philost. 5. 14. Clamy-
dem & militarem vitam adamavit. Ferrar. de Re Vest. 2. 3. 1. & apud
Plaut. Pseud. 2. 4. 45. Cum Sycophanta ornandus esset militare in mo-
dum. Etiam opus est chlamyde, & machæra, & Petaso. Virg. 8. Æn. 588.

ipse agmine Pallas

In medio chlamyde & pictis conspectus in armis.
Similis chlamydi terra habitabilis. Macrobius in Somn. Scip. 2. 9. ext.
de terra loquens, Veteres, inquit, omnem habitabilem nostram ex-
tentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudi-
num eius arcata esse. Budæus.

Chlamydes veri luminis, que a Trebellio in D. Claud. cap. 17. dicuntur,
Luminosi coloris, & flagrantis ardentiq[ue] intelligent, qualis est punicus
color & coccinus, nisi quis pro Vero colore & claro limpidoque ac puro
intelligat. Turnebus.

Status Scipionis cum chlamyde. Cic. pro Rabir. Posth. 27. L. vero Sci-
pionis, qui bellum in Afria gesit, Antiochumque devicit, non solum
cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio itatum videtis.

Aurata chlamys. Virg. 5. Æn. 250.

Crocæa. Virg. 11. Æn. 775.

— tum croceam chlamydemque, sinuque crepantes

Carbofas fulvo in nodum collegat auro.

Purpurea & variis coloribus intexta. Aut. ad Heren. lib. 4. 60.

Color purpureus chlamydis. Ovid. 14. Met. 393.

Phrygia chlamys dicta quod Phrygiones acu pingendi periti sunt. In
Phrygia enim (an Servius) ipsa inventa est ars. Virg. 3. Æn. 484.

Fert picturas aut subtemine vestes,

Et Phrygiam Afcianio chlamydem.

Sidonia, Purpurea, Virg. 4. Æn. 136.

Spartana. Vestis militari ex purpura Laconica tincta. Juven. 8. Sat. 101.

Circundata limbo chlamys. Virg. 4. Æn. 136. V. Trebell. Poll. l. c.

Collocare chlamydem ut apte pendeat. Ovid. 2. Met. 773.

Diffibulare. i. e. Fibulis suis solvere. Stat. 6. Theb. 570.

Indutus chlamydem Tyriam. Ovid. 5. Met. 51.

It tergo demissa. Stat. 1. Silv. 1. 43. It. i. e. Recedit ab humeris.

Sinuatum implete re aliqua. Stat. 10. Theb. 133.

Texere chlamydes ostro. Claud. Epigr. 17. de Munerib. v. 8.

Chlamys, inter Puerilia vestimenta numeratur ab Ulpiano in l. veitis. D.
de auro & arg. leg. Puerilia sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent,
nisi ad puerilem: veluti togæ praetextæ, aliculæ, chlamydes, pallia
que filii nostris comparamus.

CHLAMYDA, æ. f. Idem. Apul. Met. 10. pag. 253. Elmenh. conf
Non. 14. 12.

Chlamyda, Chlamyde. Appulejus 2. Florid. in perfona Bathylli, citante
Lipso in Tacituni 407. & ipse Lipsius pag. seq. Et quod ait de chlamy-
da. H. St. Deceat hæc dictio in ed. Lugd. V. Lips. ad Annal. 14. 14.
pr. Appul. pag. 351. Elmenh. Sed in Stewech. legitur, Chlamyde ve-
lat utrumque brachium.

CHLAMYDATUS, [χλαυδάτος] Adj. Chlamydem induitus. Cic. pro
Rabir. Posth. 27. Chlamydatum L. Sullam imperatore &c. Plaut. Rud.
2. 2. 9. Qui tres ducerer chlamydatos cum Machæris. Pseud. 4. 2. 8.

Quis hic est homo chlamydatus.

CHLAMYDULA, æ. f. [χλαυδίδος] dimin. Plaut. Tu sume chlamydu-
lam. [Nisi error est.

CHLÖNRS, [χλωνεῖς] Brachialia, ut exponit Suidas, quibus ma-
xime utuntur Samii, auctore Atheneo: & a Pollice ponuntur inter orna-
menta manuum & pedum libro 5. cap. 16. & simpliciter inter ornamen-
ta muliebria lib. 7. cap. 22.

CHLÖLE, ès. f. [χλωλή] Cereris Epitheton. Pausan. in Attic. pag. 20. Wech.
Item nomen amica Horatii; 3. Carm. 9. 9.

Me nunc Thresia Chlœ regit,

Dulces doctæ modos, & cithara sciens.

CHLÖRION, ònis. [χλωρίον] Genus avis. Plin. lib. 10. cap. 29. Chlo-
tion quoque qui totus est luteus, hieme non vifus, circa solstitia proce-
dit. Caza apud Arist. lib. 9. Hist. An. cap. 1. Vireonem verit. Vide suo
loco.

CHLÖRIS, idis. [χλωρίς] Filia Amphionis, Nelei uxoris, cui peperit
Neitone & alios filios, ut in Odyssæ & teftatur Homerus. Altera ab
Ovid. Dea florum ponitur: quæ quuna nymphæ est non ignobilis, &
Zephyro nuberet, quasi dotis loco id mueris a marito accepit, ut florum
omnium potestate haberet. Unde inquit ipsa apud Ovid. lib. 5. Fast. 195.

Chloris eram, qua Flora vocor, corrupta Latino

Nominis est nostri littera Græca sono.

CHLÖRTES, [χλωρίτες] Gemma herbacea coloris, quam dicunt Magi
inveniti in scylle avis ventre. Plin. lib. 37. cap. 10.

CHLORUS, Cilicia flumen. Plin. 5. 27.

C H O

CHOA, [χοα] Nomen mensuræ est: eadem dicitur & Chus. q. V. suo loco.
Choa in trichilio. Quintil. lib. 8. cap. 6. pag. 747. ubi de Ænigmate.
Et oratores nonnumquam: ut Cælius, Quadrantarius Clytemnestram:
& in trichilio Choam: & in cubiculo Nolam. Quas quidem allegorias
intellectu sane quam difficiles tribus diversis locis pro viribus explicans
Ludovicus Cal. lib. 29. cap. 1. de Choa sic dicit, Ænigma in bicabem
concinnatum arbitramur: cuius in hantiendo avitidis vel spiritu uno
choam perficaret. De hac re fuisit Quintiliiani interpres ibidem. [Si
a Greco χαίρει vel χωρίς, quod Latine Congium sonat, deducitur, necessaria
Choam, (Greco χαίρει vel χωρίς) scribendum est, quarto casu. Nam χαίρει
in resto nusquam gentium, præterquam in hoc lexico, inveries. Sunt
qui Coam legunt, quod minima probem. De quo ut & de reliquis, que
huc pertinent, V. in NOL. Conf. CHUS.

CHOARINA, [χοαρίνη] Regio est ex omnibus que sub Parthis sunt, In-
dia proxima, quam Craterus omnem permeavit, subiungens eos qui parato-
recubant, ut cum Alexandre jungerentur. Author Strabo lib. 1.

CHOASPE, is. m. & CHOASPE, es. f. [χοασπη] Medorum fluvius,
ad fines Persidis in Tigrim defluens, cuius aquæ tam fuit suaves, ut Per-
farum reges non alia aqua ad pocula teruterunt. Tibull. lib. 4. 1. 140.

Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Chaspsis Profluit. ubi
Broeckh. V.

Choaspe amnigena. Val. Flacc. 5. 584. [Choaspe f. temere h. l. adscri-
ptum puto.

CHOASPIRES, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Choaspites a flumine
dicta est viridis, fulgoris aurei.

CHOATÆ, [χοατεῖς] Inter gentes que circa Maeotim habitant, Plinio
numerantur, lib. 6. cap. 7.

Diri magico terrore Choatæ. Valer. 6. Argon. 151.

CHENIX, icis. f. [χενῖς] ut videri potest apud Budæum de Asse, Se-
modius erat. Modius autem Romanus non dispars erat ei mensuræ, quam
Eætiorum nostrarum vocant. i.e. Boissay.

Chœnæc ne infideles, Pythagoricum est symbolum, quo significatur Non
oportere per inertiam, otium & cibum alienum fecit, sed sua que-
mque industria sibi parare facultates, quibus munditiem virtu sustinet.

Parasiticum enim ac feedum aliena vivere quadra, nec ullam artem cal-
lere qua pollis οὐστασι vivere. Ex Chiladiibus Erafni.

Chœnæc & Dementum ac cibus diurnus: eo pacto Hefychius & Suidas
interpretantur. Porro servis olim cibus diurnus chœnæc distribuebatur,
ut illi vicim operis perfume perfolverent. Hinc Telemach. lib. 19.
Odys. v. 27.

— εἰς τὸν χενῖς αὔτη ταῦτα, quod sic vertit Erafnius. Namque operæ im-
munem haud patiar, quicunque meam unquam Chœnæc contigerit.

CHŒNICTON, [χενίκτον] Dimin. Grecum, Modiolus est Latine. Eætior
seruentum medicinale est. Cæsi lib. 8. cap. 3. Excudit vero os duobus
modis. Si parvum est, quod læsum est, mediolo, quem zoster Gre-
ci vocant: si spatiolum, terebris.

CHŒRÆDES, [χερæδες] nihil aliud sunt, quam Indurati adenes, i.e.
glandula, in collo præcipue, in alis & inguinibus nascentes, Latino vo-
cabulo Struma appellata. Chœrædes autem dicitur δέσμη τῶν χι-
ενῶν, hoc est a fribus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

CHŒRÆLUS, [χερæλος] Poeta fuit Samius, cervili conditione natus,
qui quum ex Samo Athenas profugisse, ab Herodoto historicæ e. ceptus
est & institutus. Scriptif Arthenienium victoriam contra Xerxes: cuius
carminis nomine in singulis versibus singulis accepit aureos stateres. Scrip-
tisti & getla Lyfandri Lacedæmoniorum ducis: cuius in expeditione com-
mes erat, ut in vita illius tradit Plutarchus. Scriptist etiam incepta carmina
de Alexandri gestis; uti tradunt Plutarchus in vita, & Curt. 8. 5. &
Horat. 2. Epist. 1. 232.

Gratus Alexandro regi magno fuit ille

Chorilus, inculpis qui versibus & male natis

Rerum acceptos, regale nimisima, Philippo.

Fuit & alter Chorilus poeta tragicus. Utriusque meminit Suidas.

C H O E S, pl. [χοῖς, ἡ τῶν χοῑων ἴστρη] Festum Athenis celebrabatur, in honorem Bacchi, Anthesterionis duodecima, quem interpretantur Novembrem: quo tempore a praecitoribus familiares hospitaliter accipiebantur ut apud Athenaeum lib. 10. Ioribit Eubulides.

C H O L A D E S, [χολαδεῖ] Medicis dicuntur Intestina, quoniam in ea corrievitur χλαδα, i. e. Bils quam vocant xantham, i. e. flavam, quae ex calcificatis, acrimonique irritans, velut pruriens ad superfuturum excitet egestatem, ut ipsi interpretantur. Haec Cal. lib. 4. cap. 14.

C H O L E R A, ά. [χολερα] Commune stomachi atque intestinorum vitium & morbus videri potest, nam simili & dejecto & vomitus est, praterque haec inflatio est: intestina torquentur: bilia supra infraque erumpit: prius aquae similis, deinde ut in ea recens caro lata esse videatur, interdum alba, nonnunquam nigra & varia. Ergo ex nomine morbum hunc χρήσαντες Graci nominarunt. Praeter ea vero, qua supra comprehensa sunt, saepe etiam crura, manusque contrahuntur, urget sitis, anima deficit: quibus concurrentibus, non mirum est si subito quis moritur. Haec Cels. lib. 4. cap. 14.

Morbus acutus cholera. Cels. lib. 2. cap. 13. Sed si acutus morbus est, sicut in cholera, si febris est, ut inter horrores, asperioribus medicamentis opus non est.

Laborare cholera. Cels. lib. 2. cap. 13. At vomitus, &c. omnibus qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate infantientibus, & comitiali quoque morbo opprimitur, necessariis est.

Sedare choleraem clysteribus. Plin. lib. 31. cap. 6. Tormina quoque & choleraem calida infusa clysteribus sedat.

C H O L E R I C U S, [χολερικός] Adj. Qui cholera affectus est. Plin. lib. 20. cap. 14. Mentalia terminibus cholericis efficacissimum.

C H O L E R O D O C H U S, [χολεροδόχος] Gracis dicitur Folliculus fellis, quod flavum continet humorē, pallescentem quandoque ab Galeno visum, vel coloris cyanæ, vel istis herbariis, quem Purgamentum esse pessimi sanitinis tradit Cael. Antiq. lect. Lib. 4. cap. 17.

C H O L I A M B U S, [χολιάμβος] Versus claudicans, alias Scazon; qui in penultima laribus, in ultima pro lambo Sponteum habet; quales sunt isti Martial. lib. 5. 29.

Ut bene loquatur sentiatque Mamercus

Efficiere nullis, Aule, moribus possis.

C H O L O R E T E N E, [χολορεύντη] Armenia pars, quæ Tigrani patuit. Cujus **C H O L O R E T E N U S**, [χολορεύντης] gentile est. Stephanus.

C H O L O S, Lapis est ex genere smaragdorum, quem Juba tradit in Arabia adficiorum ornamenti includi, referente Plin. lib. 37. cap. 5.

C H O M A, αἰ. [χώμα] Budaeus: Chomata, sunt Aggeres, qui terra aggregata facti sunt: quibusque Nili aqua coactur. Ulp. D. de extraord. crimin. l. 10. In Ægypto qui chomata rumpit vel dissolvit (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam contineare) æque plectur extra ordinem.

C H Ò N, Hercules Ægyptiorum lingua nuncupatus, qui cum Ophride Italianam liberavit a tyranide, & ab hoc Chone Hercule Ægyptio Italianum antiquius vocatum prodidit Antiochus, & Chones Italiae populos, & Chonem urbem, cuius & Strabo meminit & Stephanus. Cael. Rhodig. 24. 6.

C H O N D R I L L A, CHONDRILLE, sive **C H O N D R I L L O N**, [χονδρίλλον] quam aliqui Chichorion, alii Scrin appellant, flores & folia habet cichorio similia; quæ ex causa nonnulli silvestris intybi speciem esse pronuntiantur, verum tenor tota est. In cuius ramulis, gummi masticæ fulmiliuum, magnitudine fabæ inventari solet, quod cum myrra tritum, & linte apotomum, intar olive, seminariis menses trahit. Verba sunt Dioescord. lib. 2. cap. 161. V. & Plin. lib. 21. cap. 15. & cap. etiam 17. Plinii linea aspirata Condillam vocat, ut & Dioesc. Theophrasto vero χρόνδια per v.

C H O N D R I S, [χρόνδη] quam Pseudodictaminum nonnulli vocant, Herba est foliis dictam similibus, ramulis minoribus, sed & minoris effectus, ut tradit Plin. lib. 25. cap. 8.

C H O N D R O S, [χρόνδη] Gracis pars est similaris in corpore animali, ex femine generata, medium inter os & carnem duritatem obtinet, quam Latini Cartilaginem vocant. V. Cael. lib. 3. cap. 18. De Chondro seu Cartilagine Xiphoidæ V. in X litt.

C H O N D R U S, [χρόνδη] Seminis quoddam genus est, nutrimenti optimi, sic & triticum, de quo latissime Galen. lib. 5. de Simpl. medic. facult. Diosc. 2. 87.

C H O P H E, Fluvio nomen & oppidi in Arachosia regione, quod Semiramis condidisse fertur, auctore Plin. lib. 6. cap. 23.

C H O R A G I U M, **C H O R A G U S**, **C H O R A U L A**, **C H O R A L I S T R I A**, **C H O R A U L E S**, IN **C H O R U S**.

C H O R A M N E, [χοραμνη] Genus quoddam hominum silvestre in Persia, tanta velocitate, ut cervos comprehendant cursu. Stephan.

C H O R A S M I E, es. [χορασμη] Urbs Parthorum, Orientem versus, cuius incola Chorasmii nominantur ab Herodoto lib. 3. in catalogo Xerxani exercitus.

C H O R A S M U S I N I, [χορασμυνη] Populi sunt ex Massagetorum & Sacarum gente, ad quos Spitamenes, unus ex Persis, qui ab Alexandro afferuntur, ex Bactriæ ac Sogdiani fecerunt, ut ait Strabo lib. 11.

C H O R O A, ά. f. [χορον] alio vocabulo dicitur Fides fidis. Cic. 3. de Orat. 214. Nam voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant, acuta, gravis, citæ, tarda, magna, parva.

Querulae dulces chordarum. Lucret. lib. 4. 588.

Soni chordarum. Lucret. lib. 4. 588.

Magicæ chordæ. Juven. 15. Sat. 5.

Querulae. Ovid. 2. Amor. 4. 27.

Hæc querulas habili prætentat pollice chordas.

Tenuis. Virg. in Cyri,

Non arguta sonant tenui psalteria chorda.

Tinnula. Sen. Troad. 9.

Vocales. Tibull. lib. 2. 5. 3.

Nunc te vocales impellere pollice chordas.

Experiuntur chordas, i. e. Tentare sonum chordarum. Stat. 1. Achil. 187. de Chirone,

Elicit extremo chelyn, & solantia curas

Filia mouet: leviterque experta pollice chordas

Dat puer.

[Malum] Ex pertus, ad vitandam **χοροφυσια**.

Impulsa. Ovid. 10. Met. 145.

Prætentare chordas, est Chordarum consonantiam explorare levi quodam processo, prinsquam Carmen subiectas. Ovid. 5. Met. 339.

Surgit, & immensæ edera collecta capillos,

Calliope querulas prætentat pollice chordas. Alio loco Tentare vocat eadem ratione, lib. 10. Met. 145.

Ut satis impulsas tentavit pollice chordas.

Oberrare eadem chorda. Hor. in Arte Poet. 356.

— & citharedus

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem. Accipitur loco proverbi, pro Rem eadem identem repete, cui convenit Terentianum illud, Cantilenam eandem canere, vel potius pro In eadem re pecare sapienti. In eis igitur concine dicetur, qui vel in simili re crebris peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primum enim lapsus vel casui datur, vel imprudentia; iteratus stultitia tristituit, aut inscitia. [Quo sensu puto Aberrat scribendum.

Sonum chorda reddit. Hor. in Arte Poet. 348.

Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens,

Pofcentque gravem persepe remittit acutum.

Verba loquor socianda chordis, i. e. Cantanda ad sonum citharae. Hor. 4. Carm. 9. 4.

Verba loquor socianda chordis.

Tangere chordas, pro Pulsare chordas. Ovid. Rem. Am. 336.

Non didicit chordas tangere? posce lyram.

Chorda, & Membrum est ab extremitatibus musculo ortum habens, ad similitudinem chordæ arcus effectum. Quemadmodum enim chorda arcus incurvata incurvatur arcus, & relaxata relaxatur, sic musculo relaxato chorda impellitur a musculo, & relaxatur, quare membrum extensus: musculo vero contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incurvatur. Alias τίνων, Lat. Tendo. Ex Galen. lib. de Anatom. vivor.

C H O R D A P O S, [χορδαπός ή χορδαπός] Morbus tenuioris intestini, quem juniores Iliaca nominant. Cels. lib. 4. cap. 13. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum χορδαπό, plenior ἀλεύω nominavit.

C H O R O U T, a, i. m. [χορούτης] Quod serotonis fætura natum est: ut Agni chordi. Varro lib. 2. Re Rust. cap. 1. Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remanerunt in volvis intimis: vocant Chorion: a quo chordi appellati. Apud plerosque animadvertisimus Cordum scribi si ne aspiratione, qua tamen scriptura repugnat etymo, quod e Varrone adduximus. conf. in AGNUS.

Dicitur & de Hominibus: unde plerique serius nati Chordorum cognomem traxerunt. Quintil. lib. 1. 4. a diligenter præceptore exigit, ut nonnum minus curieſe scrutetur: cujusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus, & Pothumus. In ed. Burm. incertum qua de causa, non Chordus omnis est. Constatne tamen fine aspiratione scribitur. V. CORDVS.

Transferunt & ad Inanimatam: unde Chordum fenum dicitur, quod Autumno fecatur. Columel. lib. 7. cap. 3. Aluntur Autumnali feno, quod Chordum vocatur. Totidem verbis Plin. lib. 18. cap. 28. Festus, Chordam frumenta dicuntur, qua fero matutinum, ut fenum cordum. Olus cordum, quod quidam sativum batim vocant. Colum. 12. 13. pr.

C H O R E, arum, **C H O R U M A**, In **C H O R U S**.

C H O R E U S, [χορεύς] Pes est duabus syllabis constans, prima longa, brevi altera: qui & Trochæus, & Chorus dicitur. Cic. in Orat. 212. Diciorum est, quum duo extremiti chordæ sunt, id est & singulis longis & brevibus. Ibid. 193. Trochæus autem, qui est eodem spatio quo choreus, Cordace appellat: quia contratio & brevitas dignitatem non habeat.

C H O R I A M B U S, [χοριάμβος] Pes ex prima & ultima producitus, duabus mediis brevibus: ut, filiolis. Dicitus choriambus, quod iambicam definiuntur habeat, & in choris apud veteres celebratissimum fuerit.

C H O R I A M B E S, Adj. ut, Metrum choriambum. Diomed. 3. Sidon. 9. Epist. 13.

C H O R I N E U S, Peritus jaculator apud Virg. 9. En. 571.

Æmathiona Liger, Chorineum sternit Mylas

Hic jacule bonus, hic longe fallente sagitta.

C H O R I O N, Prim. ancip. [χοριόν ή χοριόν] medicis, Multarum venarum & arteriarum contextus quidam est, intervalla membranis obducta habens. Ceterum vulve adhæret, membranis duabus fætum involventibus proximus. V. Galen. lib. de dissect. vulvæ.

C H O R O B A T E S, ά. [χοροβάτης] Organum librandis aquis accommodatum. Vitruv. lib. 8. cap. 6. Libratur autem dioptris aut libris aquarisi, aut chorobate, sed diligenter efficitur per chorobatem, quod dioptræ libræ fallunt. Chorobates autem est regula longa circiter pedum viaginta, ex habet antenor in capitibus extremitis æquali modo perfectos, inque regulae capitibus ad normam coagmentatos: & inter regulam & antenor, a cardinibus compacta transversaria, que habent lineas ad perpendicularium recte descriptas, pendentiaque ex regula perpendicularia in singulis partibus singula. Hæctenus Vitruvius.

C H O R O C I T H A R I S T E, **C H O R O D I D A S C A L U S**, In **C H O R U S**.

C H O R O E B U S, V. C O R C E B U S.

C H O R O G R A P H U S, i. m. [χορογράφος] Locorum descriptor. Vitruv. lib. 8. cap. 2. Hæc autem sic fieri testimonio poslunt esse capita fluminis: quæ orbe terrarum chorographicæ picta, itemque scripta plurima, maximaque inventiuntur egræta ab Septentrione. Chorographus est in cod. Junct.

C H O R O M A N D I, Gens silvestris, dicente Plin. lib. 7. cap. 2. Choramandri gentem vocat Tauron silvestrem sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Hæc ille, quo loco de Scythis agit.

C H O R O S T A T E S, In **C H O R U S**.

C H O R O S, ortis. f. [χορων] Villarum intra maceriam spatiū, auctore Nonio. Varr. 1. de Re Rust. cap. 13. Chores in fundo magno duæ apertiores: una ut interius compluvium habeat lacum, ubi aqua salat. Et paulo post, Chors exterior cirebro opera fragmentis ac palea, occulata pedibus pecudum, fit ministraria fundo, ex ea quod evenatur. In emendatis ex vetusto exemplari codicibus legitur ubique Cohors.

Chores aves. Martial. lib. 11. 53.

Et choris fatus atque palidis aves.

Dicitur & Cohors. Ovid. 4. Faſt. 704.

Ablitifus illa cohortis aves. De vulpe. ubi Neap. V. Gallina chortalis, e. [χορταλίς] ut, Gallina chortalis, In chorte nutrita. Columel. in praf. Et ut a pecoribus recebat, quorum in parte avium chortalium & apium cura posita est. AL Cohortalis.

C H O R T I N O N Oleum dicitur. Quod fit in Ægypto e raphani semine, aut gramine herba. Aut. Plin. lib. 15. cap. 7.

C H O R U S, [χορός] proprius Conventus & veluti corona eorum qui ad ludos conveniunt, five saltantum, five canentum. nam multorum vocibus & concentu conflat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Virg. 6. Æn. 517.

Illa chorum simulans. Evantes orgia circum

Ducebat Phrygias. Ubi Servius, Chorum ait Multitudinem in

facta collectam. Idem 1. Georg. 346.

Omnis quam chorus, & socii comitantur ovantes. Ubi Servius,

Chorus, proprius est Coævorum cantus atque saltatio. Suet. in Calig. cap. 37. Fabricavit & de cedris liburnicas &c. quibus discumbens de die, inter choros ac symphonias, litora Campanæ peragaret. Vulgo Capellam vel caput vocant. Budæus.

Bacchi chorus. V. Indicere choros infra.

Senior Glauci chorus, i.e. Dii marini. Glaucus pifactor fuit: qui quum capti pifces supra herbam abiecisset, & eos receperit vidisset, quam amiserant, vitam: intellecta herbarum potentia, deceptum herbam gustavit, & se præcipitavit in maria, & in deum marinum commutatus est. Cujus Chorus, senem Virg. 5. Æn. 823, ideo dixit, aut quod ipse etiam fenes fuerat, aut quod fenes pene omnes dii finguntur marini, fortassis propter spumaram colorem. Hec Servius.

Juventutis choro stipari. Cic. pro Muren. 49. Catilinam interea ala-

crem atque latum, stipatum choro juvenutis, vallatum indicibus at-

que siccariis, &c.

Mufarum chori. Hor. 3. Carm. 4. 25. Musas alloquens,

Vetris amicum fontibus & chorus

Non me Philippis verla acies retro, &c.

Nynipharmumque leves cum Satyris chori. Hor. 1. Carm. 1. 31. Philosophorum & choro aliquem tollere. Cic. 1. de Finib. 26. Tu quidem, inquit, totum Epicurum pene & philosophorum choro sustulisti.

Phœbi chorus, pér antonomasiā, Muſe dicuntur. Virg. 6. Ecl. 66.

Puellarum. Hor. 2. Carm. 5. 21.

Quem puerularum inières choro,

Mire sagaces falleret hoffites.

Scriptorū chorus omnis amat nemus, & fugit urbes. Hor. 2. Epist. 2. 77.

Vatum. Hor. 4. Carm. 3. 15.

Roma, principis urbium,

Dignatur soboles inter amabiles

Vatum ponere me choris.

Virtutum chorus. Cic. 3. Off. 16.

Æqualis chorus, Æqualium chorus. Virg. 4. Georg. 460.

Canorus. Juven. 11. Sat. 163.

Circulares chorū dicuntur, Qui in orbem saltantes canunt, qui restim ducere dicuntur. hujusmodi Chorus scenicos fuīst̄ appareat ex Luciano. Budæus.

Cyclici chori, dicebantur Chori Dichyrambicorum, ad discriben Tragorum & Comicorum chororum, qui erant Quadrati. Turneb.

Feminei. Ovid. 3. Fast. 764.

Femineos thyro concitat ille choros.

Idei chori, per antonomasiā vocantur Galli Cybeles facerdotes. Virg. 9.

Æn. 112.

Plaudens. Stat. 1. Silv. 2. 252.

Plebeius, Meretricum. Ovid. 5. Fast. 352.

Pierius, Mufarum. Martial. lib. 12. 3.

Quadrati. V. Cyclici chorū.

Sacer, Diana. Ovid. 2. Fast. 156.

Semiviri chori, dicuntur Gallorum Cybeles, qui omnes erant castrati.

Sil. lib. 17. 20.

Virgineus, Mufarum. Ovid. 3. de Arte Am. 168.

Votivi Chori, Numerus illorum qui vota faciunt. Stat. 4. Theb. 209.

— templo. Votivis implenda chorus.

Agitare chorus. Virg. 4. Georg. 553.

Celebrare. Sen. Herc. OEth. 5.

Ducere. Hor. 4. Carm. 7. 6.

Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet

Ducere nuda choros.

Exercere. Virg. 1. Æn. 503.

Qualis in Eurote ripis, aut per juga Cynthi

Exercere Diana choros.

Pedem ferre choros, pro Saltare in choris. Hor. 2. Carm. 12. 17.

Quam nec ferre pedem dedecuit choros.

Indicere choros Bacchi. Virg. 11. Æn. 737.

Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi.

Instaurare. Virg. 4. Æn. 145.

Lascivit chorus, Petulanter salit. Sen. Agam. 6.

Ludere in speciem chorū. Ovid. 3. Met. 80.

Undique dant saltus, multaque aspergne rorant,

Emergentque iterum, redeuntque sub æqua rursus,

In quo chorū ludum speciem. i.e. Chores natando imitantur.

De Delphinis loquitur.

Ostentare. Stat. 2. Achill. 148.

Chorus, alter. Cic. 14. Att. 8. Ego, ut postulas, Baiana negotia, chorumque illum, de quo scire vis, quum perfpxero, tum scribam, nequid ignore.

Venit chorus. Africanus in 1. quum ejusdem. D. de adil. edict. Quum ejusdem generis plures res simul vencant: veluti comedī, vel chorus: referat ait, in univerfōs, an in fingułos pretium confituantur: ut scilicet in eundem una, interdum plures venditiones contracte intelligantur.

Chori, in Acie. Virg. 5. Æn. 581.

Olli discurrere pares: atque agmina terni

Diductis folvere choris. Servius.

C H O R I C U S, i. m. Firmic. lib. 3. cap. 14. Faciet etiam musicos, choricos, & qui musicos modos faciant.

C H O R A G I U M, vel **C H O R E G I U M**, i. n. [χοραγεῖον, χορεγεῖον] Scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cuius praefectus dicitur Choragus. Hec Fetus. Vitruv. lib. 5. cap. 9. Post scenam porticus sunt constituta, ut quum imbre repentinī ludos interpellaverint, habeat populus quo se recipiat ex theatro. Choragiique laxamentum habent ad chorū parandum. Choraga, pro intrumento ludorum posuit, simul & pro ipsis choragiis: ut sit Choragiū, Locus unde omnia

VOL. I.

promuntur ad ludos necessaria. Ex Budæo. Plin. lib. 36. cap. 35. Sed & reliquis apparatus tantum Attalica veste, tabulis pīcīs, ceteroque choragiū hui. Valer. Max. lib. 2. cap. 4. 6. de Scenæ apparatu, Argentatis choragiū P. Lentulus Spinter adornavit. Plaut. Capt. prol. 6. Iniquum est comico choragiū conari nos agere Tragedian.

Choragiū funeris. Apul. in Afr. Aur. lib. 2. pag. 121. Et cantatrices anus in ipso momento choragiū funeris, perpeti celestite alienam sepulturam antevertunt. Choragiū funeris vocat Apparatum funebrem. Sensus est: Anicula magia pollentes, celestite continua, dum apparatus funebres instruitur, dum necesse est ad funerandum præparantur, præcipiū anticipante alienam sepulturam.

Choragiū Thymelicum. Apul. Apol. 1. pag. 282. ubi de speculo, Quid enim si choragiū Thymelicum possiderem, num ex argumentare etiam, uti me censuerit tragodiū fīrmare histrionis, &c. h. c. Instrumētum scenicum. & histrionicum apparatus.

Choragiū, generali vocabulo, dicitur Cuiuslibet rei instrumentum & apparatus, sed per metaphoram. Auctor ad Herenn. lib. 4. 63. Facile falso choragiū gloriā comparetur. Sic & Coena choragiū recte dixeris.

C H O R A G U S, vel **C H O R E G U S**, i. m. [χοράγος, χορεγός] ad verbum est Dux chori, & suppeditator instrumento ludicri, & expensarum, inquit Budæus. Plaut. Per. 1. 3. 79. Sed m̄ḡv ornamenti? t. abs chorago sumit. Suet. in August. cap. 70. de cena Augusti,

Quoniam primum illorum conduxit mensa choragiū,

Sexque deos invit Mallia, sexque deas, &c. Choragū vocat Octavium, quasi Principem chori, ducem chorea, præfatumque scena apparaunt, & suppeditatore expensar, ac magistrum convivii. Ut Choragiū pro cuiuslibet rei instrumento. Sic & Choragus pro quoquæ Suppeditatore & subministrante sumitur. A choro vero agendo seu duendo nomen habet.

C H O R A U A, æ. vel **C H O R A U L E S**, is. m. [χοραύας] Qui in choro tibia canit. Plin. lib. 37. cap. 1. Præterquam lñmeniam choraulen, multis felgentibus uti solitum. Martial. lib. 5. 57.

Fac dicit citharoedus aut choraules. An Citharoedon aut choraulen? Choraules monumentarii, [κιθαρισταί, κιθαραι] sunt Tibicines qui ad sepulcrum defunctorum canebant, quales prisci Sicicinas vocant, qui apud Sitos, id est defunctos canunt. V. SITICEN.

C H O R A L I S T R I A, æ. f. [χοραλίστρια] Phyllis, Anica Properti, ab eo sic dicta, ob saltandi in choris, five canendi peritiam. Propert. lib. 4. 8. 39. Nilotes tibicen et, choraliſtria Phyllis. Emendati codd. Crotaſtria Phyllis. Intelligunt autem Scortum vulgare id nominis.

C H O R E A, æ. penult. & indifferente, [χορέα] usurpatur pro ipsa saltatione. Virg. 6. Æn. 644.

Par pedibus plaudunt chorreas, & carmina dicunt.

Aptus chores & jocis. Hor. 2. Carm. 19. 25.

Cantatrices chores. Claud. de Bell. Gild. 448.

Duras chores ruficorum & plebis, vocat Ovid. 3. Fast. 537. ut opinor, quod a civilitate morum alieni, motus quoqdam & saltus impotentes exercerent, magnoque impetu terram feriunt, illum nimirum vicisse exercitantes, qui quam maximum pulvrem excitari.

Festas duxere chores. Ovid. 8. Met. 531.

Lepida. Mart. Capel. lib. 9.

Ludens chorea. Virg. in Culice.

Ludicra. Apul. lib. 10.

Molles. Martial. de Spectac. 105.

Nocturnæ. Propert. lib. 3. 10. 23.

Pernix. Lucr. lib. 2. 635.

Ducere chores. Ovid. 8. Met. 531.

Indulgere chores. V. INDULGEO.

Plaudere pedibus chores. Virg. 6. Æn. 644.

Chores Varro apud Non. 6. 16. ad fidera transtulit, quæ certa lege & quali ad harmoniam moventur.

Repente noctis circiter meridiem

Cuin piictus aer servidis late ignibus

Celi chores africas ostenderet. Eodem modo Manil. 1. 69.

Et quinque aero loquuntur sidera mundo

Exerceret varia natura lege chores.

C H O R E U T E S, [χορευτές] Quilibet ex choro Saltator vocatur. Budæus.

Petron. Fragm. Manu puer loquaci choreutes.

C H O R E U M A, atīs. n. [χορεύμα] Canticum, quod a choro canitur & saltatur, Platæa vocat. Budæus.

C H O R O C I T H A R I S T E, arum. m. [χοροκιθαρίστης] Qui in choro citharizant: sicut psalloctharista, qui psallunt: id est canunt ad citharam. Suet. in Domit. cap. 4. Certabant etiam & prosa oratione, Graecæ Latinæque: ac, preter citharedos, chorocitharista quoque & psalloctharista. In Inno Pilocitharista q. V.

C H O R O D I A S C Ā L U S, i. m. [χοροδιάσκαλος] Magister est chori Platonii & Aristotelii. Budæus.

C H O R O S T A T E S, is. m. [χοροστάτης] Praeceptor est chori, &, ut Colun. mal. at lib. 12. cap. 2. Praeiens magister. Budæus.

C H O R O S E S, vel **C O S R O E S**, [χορος] Perfarum rex, maximo in honore habitus, non apud Persas modo, sed etiam Romanis ipsis: ut qui litterarum Radiostitum fuerit, & ad summum fastigium Graecæ philophia pervenerit, Gracorum libris usus a quadam in lingua Persicam conversit. Atque adeo dicitur Aristotelem ipsum magis imbibisse, exatque tenuisse, quam Demosthenes Thucydidem. Platonis etiam fortis animus explevit atque exculxit. Hæc Suidas. Quæ tamen rursus ex Agathia refelli. Intelligunt autem Choſtoes Magnus, de cuius rebus gestis plenius Procop. de Bell. Pers. lib. 2. Agath. Hist. lib. 2. 3. & 4. & ceteri fere Byzantinarum rerum scriptores.

C H R E M E S

Chremes, ètis. m. [χρημα] Senis nomen apud Terentium.

Avarus. Hor. Epod. 1. 33.

Iratius. Hor. in Arte Poet. 94.

Iratuſque Chremes tumido deligitat ore.

Chremeta, accus. Hor. 1. Serm. 10. 40.

Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta

Eludente senem, &c.

C H R E C O P I A, [χρηματία] Latine Debitorum abscessio, videlicet quoniam debitores

SSS

debitores onere solvendi levantur, ut per Sisachthiam, quam Solon olim tulisse fertur. Athenis aliquando comitit. Hinc
C H R E O C O P Y R, [χρεοκόπι] Solonis amici quidam ex debiti retentione sunt appellati. Quum enim ii Solonis mentem percepissent, preoccupantes multas pecunias xenori accepserunt, agrumque ex iis maximum astute compararunt. Ex quo & Solon non minima est asperitus infamia, velut injuria participes. Cael. Rhodig. lib. 12. cap. 20. ex Plut. in Solone. [Conf. Interpp. Diog. Laert. 1. Segm. 45. Alioqui χρεοκόπι idem significat ac Gallis *Fare bangueront*, (quod Latinis *Foro* significat) quod ipsum H. Stephanus in Thef. Gr. prolixie adstruit. Glosf. Vet. Graec. Lat. *χρεοκόπι* Decisi, [forte Decatio] *χρεοκόπι* Decoctor, *χρεοκόπι* Decoquo. Nam scribitur & per e. Mendose in Lat. Gr. Decoctor, *χρεοκόπι*, per.

C H R E S I S, [χρησίς] Latine, Usus. Jurisconf. in l. si habitatio §. 1. D. de usu & habit. In legato ejus dubitat usumne, an fructum significet. Et ex vi dictioris magis credit usum esse: quoniam, ut Suidas inquit, nihil sit χρησίς, quam ut libi rei χρησίς, id est pro necessitate indigentiae perceptione: fructuero potius videntur Graci dixisse στρατευων. Ex Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 14.

C H R E S T O N, [χρηστός] Cichorium herba ab aliquibus vocatur. Plin. lib. 20. cap. 8. Quod quidem proper singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii pancratium. De cichorio.

C H R E S T U S Byzantius, inter sophistas exitit, auditor Herodis Attici, Hadriani tempore, qui vino quamquam deditus, ceteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quicum ad Galli cantum sapere biberit solitus est, non prius tamen sonno se, quam studio dabant. Auditor Philostratus. Meminit & Columella.

X H R E S T U S cognomen cuiusdam Socratis, fratris Nicomedis apud Appianum in Mithridat. Col. 176. circa finem. ubi male apud P. Candidum in edit. Gryphii est Christus. Vide in **A C H R E S T U S** ex Aufonio. H. St.

C H R E S T O G L U S, [χρηστός] Vide in **A C H R E S T U S** ex Aufonio. H. St. Utitur Capitolin. in Pertinaces cap. 13. ubi Interpp. V.

C H R I A, [χριά] Rhetoribus est Discursus breve, concinnum, & opportunum, cum auctor's allegatione. Illocates ex discipulis ingenio prestantes, deorum filios esse predicabant. Diogenes divitum conspicatus impetratum. Hic est, inquit, equus undique argento litus. Chria sunt. De Chria Quintil. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 4.

C H R I S M A, atis. [χριστός] Unctio. V. Isidor. Orig. 6. 19. Tertull. de Bapt. cap. 7. Hinc

C H R I S T U S, i. m. [χριστός] Lat. *Uncus*. Aeternus Dei filius. Ethnici perperam vocabatur Christus. V. Suet. Claud. cap. 25. Hinc

C H R I S T I A N U S, i. m. [χριστιανός] **C H R I S T I A N A**, a. f. **C H R I S T I A N U S**, Adj. **C H R I S T I A N E**, Adv. **C H R I S T I A N I S M U S**, i. m. **C H R I S T I A N I T A S**, atis. f. **C H R I S T I A N I Z O**, aere. **C H R I S T I C O L A**, a. c. **C H R I S T I C O L U S**, i. m. **C H R I S T I G E N U S**, i. m. **C H R I S T I P O T E N S**, entis. Voces apud Ecclesiasticos scriptores satis note.

C H R I S T O D O R U S, [χριστόδορος] e Copto ΗEgypti urbe poeta Anastasi Cæfaris tempore, scripsit Ifaurica, ubi describit Ifauricam ab Anastasio captam.

Fuit alter Thebanus scriptor haud ignobilis, qui de Cosmo & Damiano scripsit. Auctor utriusque Suidas.

C H R O M A T A, [χρώματα] preter vulgariam significationem, Qua colores denotant, etiam accipiunt pro Ornamentis & luminibus artium, qui & Colores a Latinis appellantur. Unde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur. Una ex tribus Musica partibus, que ob nimiam mollem infamia nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse tradidit. Budaeus. V. Turneb. 19. 30. & Henr. Steph. Theb. Graec. to. 4. col. 633.

C H R O M A T I C U S, i. m. (Qui nulla verecundia colorem mutat.) ad verbum, Coloratus dici potest. V. voc. præced.

C H R O M B U S, Genus pisces. Plin. lib. 32. cap. 11. [Immo Rhombus. V. Hard.

C H R O M I O S, [χρωμίος] Nelei filius, & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylli & Mellenni aduersus Herculem geslerunt, cum decem fratribus occisus est.

Alius fuit Priami filius, in bello Trojano a Diomede interfactus.

Fuit & Chromius quidam Argivus, qui ea in pugna, quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argivos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis evasit. Auctor Herodot. lib. 1.

C H R O M I S, Idis. f. [χρωμίς] Pisces nidificans in aquis. Plin. lib. 32. cap. 11. extr. ex Ovidio in Halieut. v. 121. secus intellecto, & oblitus eorum, qua lib. 9. cap. 26. de Phycide scripserat. V. Interpp. utriusque auctorius.

C H R O M I S, [χρώμις] Herculis filius, ut Laethantius testatur, dicens, Constat Chromin Herculis fuissim filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules, occiso Diomede, abduxerat, humanis carnibus vesci confuerat. Hujus meminit & Statius dum ait, 6. Theb. 346.

It Chromis Hippodamusque alter fatus Hercule magno.

C H R O N I S S O, aere. [χρονίσσω] Graecum verbum est, idem significans quod Moror, sublito, & ex itinere identidem quicq. Quo verbo usus est Lucret. lib. 2. 320.

Et statuti agri iudunt, blandaque chronissant. Sunt qui legant Chroniscant: alii Coniscant. V. suo loco.

C H R O N I S, [χρόνος] Latine Tempus dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 64. Saturnum autem cum esse volucrum, qui cursum & conversionem spatiorum ac temporum contineunt: qui deus Graece idipsum nomen habet. *χρόνος* enim dicitur, qui est idem *χρόνος*, id est spatium temporis.

C H R O N I C A, orum. [χρονικός] dicuntur Ea quæ de temporibus scribuntur. Plin. lib. 35. cap. 9. Quod & ipsius Timagora carmine vetusto apparet, chronicon error non dubio.

C H R O N I C U S, Adj. [χρονικός] Cell. lib. 17. cap. 21. Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur, quibus temporibus floruerint Graeci simul atque Romani viri.

Chronici morbi, vocantur Diuturni. V. Isid. 4. 7. [Sed sine dubio corrupto vocabulo, cum potius Chronii, χρόνοι, dici debeant, ut ex Graecis medicis constat. Celsus l. 3. t. Longos morbos, Cælius Aurelianus Tardas passiones vocat. *χρονικός* vero & *χρόνος* quid distet V. in H. Steph. Theb. Gr.

C H R O N O L Ö G I A, a. f. [χρονολόγια] Descriptio temporum.

C H R O N O L Ö G U S, i. m. [χρονολόγιος] Annalium scriptor.

C H R O N O G R A P H U S, i. m. [χρονογράφος] Idem. Sidon. 8. 6.

C H R Y S A L I S, Idis. [χρυσαλίς] Eruce genus est, quea rupto cortice, cui includitur, fit papilio, qui ab Aristotele xylothrophos vocatur. V. Plin. lib. 11. cap. 23. Gaza Aurelianum vocat. V. Turneb. Advers. 30. 38.

C H R Y S A L U S, i. m. Servus Plautinus in Bacchide, qui herum auro emunxit. Latino Aurelius dicit potest. V. Turneb. l. c. Cael. Rhodig. lib. 11. cap. 18.

C H R Y S A M M O S, [χρυσαμμος] Latine Arena aurea dicitur, cuius verbi fit mentio lib. 11. Cod. Justin. tit. de metall. Ex Budæo.

C H R Y S A N T A S, Viri proprium, quem inter milites Cyrus valde collauavit, quod hostem interfectus jam elatum in cædum gladium revocasset, quia επιστρέψας, id est receptui cani interim inaudisset. Ex Cael. Rhodig. lib. 11. cap. 18.

C H R Y S A N T H É M O N, [χρυσανθήμον] Genus est anthemidis five chamæmel, luteis per ambitum foliis a leucanthemum distinctum, de quo sepe ratim agit Diocor. lib. 4. Meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.

C H R Y S A N T U S Alexandrinus, Romæ, quo juvenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra faxisque obrutus fuit. Volater.

C H R Y S A O R, [χρυσαύρος] Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, ut & Pegamum, natum scribit Heleodus in Theogonia.

C H R Y S A Ó R E U S Juppiter [χρυσαύρος Ζεύς] cognominatus, ut Strab. in 14. notat, in Caria. In agro Stratonicum duo fuerunt templa, alterum Hecates apud Laginos: alterum prope urbem Jovis Chrysophæ. Cabribus omnibus commune, quo illi sacrificatur, & de communibus rebus deliberatur convenienter, qui conventus Chrysæores vocabatur, ex vicis confans. Porro, ut rem planius teneas, Stephanus Chrysæora urbum ait fuisse Cariæ, quæ mox Adria nuncupata fit. Apollonius urbum hanc primum a Lyciis conditam scribit, unde fiat gentile nomen Chrysæorus. Ephaphrodites vero totam Cariam Chrysæora vocatatem prodidit.

C H R Y S A Ó R I S, [χρυσαύρης] Cariæ civitas. V. dict. superior.

C H R Y S A S, a.m. [χρυσας] Fluvius est Siciliae. Cic. 6. Verr. 96. Chrysas, est annis, qui per Afroriorum auras fuit: is apud illos habet deus, & religione maxima colitur. Panum ejus est in agro propter ipsam viam, qua Asfor iterum Ennam. in eo Chrysas est simulacrum præclare factum e marmore.

C H R Y S E, [χρύση] Insula est extra ostia Indi. Plin. lib. 6. cap. 21. Extra ostium Indi Chryse, & Argryæ, fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, areum, argenteumque in eis solum esse, hand facile crediderim.

Chryse, urbs est Troadis, Apollinis Sminthei templo nobilis, prope Lemnum. Ovid. 13. Met. 174.

— me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chrysænen, & Cillan Apollinis urbes,
Et Scyron cepisse. Verba sunt Ulyssis.

Sunt & plures Chryse, nam auri abundantia hoc nomen pluribus locis dedit.

C H R Y S E I S, V. **C H R Y S E S**.

C H R Y S E L E C T R U M, [χρυσελέκτρον] Gemma in colore eleætri declinans, cui matutinus aspectus jucundior. Plin. lib. 37. cap. 9.

C H R Y S E N D E T A, örum. n. [χρυσενδέτη] Vafa doctissimi viri explicita cruxis aureis illigata & exornata, ut in Martial. 2. 43.

Immodici tibi flava tegunt chrysænta nulli. Ego vero, inquit, Turnebus, Vafa gémma est puto, quorum gemmæ auro consertæ & contextæ teneruntur. Plutarchus in Linculo id fatus indicat, ιδεόπτο χρυσενδέτη την πρόσχει τὴν πολυτάναν. Plinii hoc genus valorum mihi innure videtur quum initio lib. 33. sic scribit, Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentia causa tenera Indianum juvat, & auron jam accessio est. Sed & illud Maronis, 2. Georg. 56.

Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat otro. ad Chrysænta nulli.

ferri posset, nisi veteres vasa potoria & gemmis absque auro etiam habuissent. Hæc ille Advers. 14. 3.

C H R Y S E S, [χρυσος] Sacerdos Apollinis, in Chrysa Troadis apud Homer. lib. 1. Iliad. Pater fuit Antinones, sive Astynomes, a quo eadem Chryfeis dicta est, ab Agamemnona raptâ. Ovid. Rem. Anor. 73.

Marte suo captam Chryfeida victor amabat. De hac & Briseide

V. Homer. l. c. V. & A S T Y N O M E.

C H R Y S E S, [χρυσος] Adj. Lat. Aureus. Martial. 9. 96.

Chalcea donanti chryse quæ dederas.

C H R Y S I P P U S, [χρυσίππος] Philosopher Stoicus, Apolloniad vel, ut Laethantius, Apolloni filius, Solensis vel Tharsensis, Cleanthis discipulus, vel, ut aliis placet, Zenonis ipsius, Stoicæ scholæ post eum facile princeps. His Zenone fuit acutior sane, ut qui in multis ejus pracepta impugnaverit: statuus habuit Athenis in Ceramico postam. In dialectica clarissimus fuit: ita, ut non illepede dicerent quidam: Si apud deos dialectica haberetur, non temere alia esset, quam que a Chryssippo inventa fuit. Scriptis librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem philosophum Cyrenam, perfectis Chryssippi libris, ita dixisse, Nisi Chryssippus esset, ego non essem. Hor. 2. Serm. 3. 44.

Quem mala fluttilia, & quemque inicitia veri

Cæcum agit, infamum Chryssippi porticus & greci Autumat.

Chryssippus fulcire putatur porticus Stoicorum. Cic. 4. Acad. 75. Sed quid eos colligam, quoniam habeam Chryssippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?

Cædi discipulos non improbat Chryssippus. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Sapientes nutrices optabat Chryssippus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Nullum tempus vacare cura voluit Chryssippus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Chryssippus alias Pelopis fuit filius, quem quoniam pater valde amaret, non verca ejus Hippodamia id indigne ferens, liberos suos Atreum & Thysitem impulit, qui illum interficerunt: quam ob rem a Pelope pulsi, in exilio vitam degenerunt, donec pater e vivis excederet.

C H R Y S I P P A, a. Herba a Chryssippo inventore dicta, cuius meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

C H R Y S I T E S, [χρυσίτες] Gemma ostrea Attica assimulata. Plin. lib. 17. cap. 10.

C H R Y S I T I S, 16. [χρυσίτης] Auri spuma. Plin. lib. 33. cap. 6. V. PSE-GMA.

Est & herba. V. **C H R Y S O C O M E**.

C H R Y S O A S P I D E S, [χρυσοασπίδης] Milites dicebantur aureis clypeis utentes, quo nomine Alexander Severus imperator, teste Lamprid. cap. 50. illos

illos nuncupasse, fertur, sicut Alexander Macedo Argyroaspidas ab argenteis clypeis. Auctor Alex. ab Alex. lib. 6, cap. 22.

CHRYSBALANUS, [χρυσοβαλάνος] a Galeno Afklepiadiis auctoritate commendata est lib. 8, & 9. de compositione medic. secund. loc. digerens, & roborans Indicas nardi modo, ad colicos affectus, ventriculi ardore, & singultus. Verutamnam ea sit, nondum satis com- pertum est. Quanquam non defunt qui sibi persuadeant Chrysobalanum esse nocem myristicam, quam tamen plura sint, que coruni destruant sententiam, nempe cinereus color, acutus ori fapor, & quod myristicae nusquam meminerint veteres Graci. Ex Mathioli in Diosc. lib. 4.

CHYSOBERYLLUS, [χρυσοβέρυλλος] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 5. Probatisim fuit ex iis qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chrysoberylli, & sunt paulo pallidiores, sed in aureum colore exuentae fulgores.

CHRYSCALIS, [χρυσοσκαλίς] A quibusdam vocatur herba, quæ nomine Parthenon appellatur. Estantem ex his nomenclaturis, quæ inter nostra Dioscordis a doctoribus reiciuntur.

CHRYSCARPUM, [χρυσόχαρπτον] Hedera species est, ab auro acino- rum colore ita appellata. Auctor Plin. lib. 16. cap. 34.

CHRYSOCERAS, Thracie promontorium est ad Byzantium liberæ conditions oppidum. Ex cap. 11. lib. 4. Plinii. [Videtur divise scribendum Chrysun Ceras, χρυσόν κεράς, isti nomen iustum promontorii isti proprie non conveniat. V. in AURICORNU. Strabo lib. 1. κεράς simpliciter vocat, ut & Polyb. lib. 4, non quidem Promontorium, sed ipsum si- num. Quod si composita voce eruntiandum est, Chrysoceros, χρυσόν κεράς, potius dicendum foret.

CHRYSCOLIA, [χρυσοκλία] quasi Auri glutinum. Humor est (ut ait Plinius lib. 33. cap. 5.) in auraria puteis per venam auri defluens, crassifrons limo rigoribus hibernis usque in duritiam pumicis. Laudatio- rem eandem in auraria metallis, & proximam in argentiariis fieri compre- tum est. Invenitur & in plumbariis, vilior etiam auraria. &c. Suet. in Ca- lig. cap. 18. Edidit & Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, in- terjecta modo Africanarum venatione, modo Troje decurione: quod- dam autem praecipuos, minio & chrysocolla confracto circa. Chrysocolla ut utur aurificis adglutinando ferruminandoque auro, Boracem vocan- tes. Eam Venetii videre est quadruplici coloris differentia, albam, lu- team, viridem, & nigricantem.

CHRYSCOME, es. f. [χρυσοκόμη] Herba. Plin. lib. 21. cap. 8. Chry- scome, five chrysitis, non habet Latinam appellationem. Palni altitudine est, comabitus fulgor auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrolis opacifice nascens. Ruelle. lib. 3. cap. 101. Proxime ad eam accedit quam herbarii nostri Pulegium montanum vocant.

CHRYSOGENUS, [χρυσόγενος] Herba est folio querino flore coronarii verbaefi, radice rapi, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & imposta cum acetum, muris araneis morsibus auxiliatur. Auctor Diosc. lib. 4. cap. 46. Nomen autem accepit ab aurei feminis colore.

CHRYSGONUS, [χρυσόγονος] Ut referit Duris Samius apud Plut. in Al- cib. Modulari quidam fuit in Alcibiadis nave ab exilio redeuntis, qui tanta arte remigum manus dirigebat, ut quum illi remorum pulsuum cum Chrysogoni cantu conjungerent, jucundam audientibus redderent har- moniam. V. Rhodig. lib. 9. cap. 10. Memoratur & Chrysogonus Cantor apud Juven. 6. Sat. 74.

— sunt quæ

Chrysogonium cantare vident. Hispilla tragœdo Gaudet. Chrysogonium, Sulla libertus, sector Rosci Amerini, ut est apud Cicero- nem in oratione pro Rosc. Amer.

Fuit & Chrysogonium marty, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec Consulatus, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum a fide averti potuit, jugulatus est ad sculas Gemonias. Volaterr. V. Suid.

CHRYSOLACHANON, [χρυσολάχανον] Dioscordi] Herba est eadem cum Atriplice. Plin. vero lib. 27. cap. 8. duo facit chrysolachani genera: unum in pinetis nascens, lactuca simile: alterum flore auro, & foliis oleris.

CHRYSOLAMPSIS, [χρυσολαμψίς] Gemma in Æthiopia nascens, quæ pallidi est coloris die, noctu igne. Plin. lib. 37. cap. 10.

CHRYSELITHUS, [χρυσέλιθος] lapidis genus, quo Plin. lib. 37. cap. 9. Hyacinthus Æthiopia mittit & chrysolithos auro colore translu- centes. Ovid. 2. Met. 10. de curru Solis,

Per juga chrysolithi, positaque ex ordine gemmae.

CHRYSMALLON, [χρυσμάλλων] Graci appellant arietem illum, qui, ut est in fabulis, bellus aureum habuit.

CHRYSONELA, [χρυσονέλα] Poma aurea, quæ Armeniaca alio nomine dicuntur. Columel. lib. 5. cap. 10.

CHRYSONELOLONTION, [χρυσονελολόντιον] Parvulum est animal, flavi coloris, canthari præferens similitudinem quandam. Id pueri inne- xpo pede mitunt in sublime. Ex Aristophan. interpretibus in comedìa, cui titulus σφάξει.

CHRYSPÖSIS, [χρυσόψις] Gemma est Plinio, quæ aurum videtur esse, ut ipse indicat lib. 37. cap. 10. Vulgo mendose scribitur Chrysophis.

CHRYSOPLYSIUM, [χρυσοπλύσιον] Officina est avi lavandi. V. Henr. Steph. Thef. Gr.

CHRYSOPLYTES, p. m. [χρυσοπλύτες] autem est, Qui hujusmodi ar- tificem exercet. Budaeus in libro 3. de Aste.

CHRYSPÖLIS, [χρυσόπολις] teste Plin. lib. 5. cap. ult. Oppidum est Bithyniae prope Chalecomenon: ita dictum, quod Persæ ibi tributum col- ligenter ex ceteris Afræ civitatibus. Est & altera Chrysopolis in Cilicia, teste Stephano.

CHYSOPRASUS, [χρυσόπρασος] Gemma est ex auro & porraceo colo- re lumen mixtum trahens: nam πράσινο porrum significat. Fortassis est, qui vulgo Chrysolithos dicitur. Budaeus.

CHYSOPTEROS, [χρυσόπτερος] Gemma est chrysopra haud valde dissimilis, & genere topazii, amplissima gemmarum, inquit Plinii. ea- dem sola nobilium linam sentit: cetera Naxiis cotibus poliuntur. Haec & ufu atterunt. V. eum lib. 37. cap. 8.

CHYSORHOE, [χρυσορρόη] Populi dicti ad Phasim fluvium, quod in his locis, ut inquit Strabo, auriferi torrentes sint: unde fabulis occa- sio de vellere apud Colchos aureo.

CHYSORHOAS, [χρυσορρόη] Syria fluvius est in Decapolitana regio- ne, Damascum urbem præterfluens. Auctor Plin. lib. 5. cap. 18. Chrysorhoas etiam dictus est Paestolus, propter aures arenas. Plin. l. 5. c. 29.

V. L.

CHRYSSOS, i. m. [χρυσός] Aurum. Plaut. Bacch. 2. 3. 6. Opus est Chry- so Chrysalio.

Item, Pictis aurei coloris, de quo apud solum Ovidium lectum, teste Plin. lib. 32. cap. 11. Fortassis est, quem Auratam Romani nunc ap-pellant.

CHRYSSOPRMON, [χρυσόπτερον] A quibusdam appellatur herba, quæ notio- ne notio nomine Semperivum majus appellatur.

CHRYSTROMUS, i. m. [χρυστρόμος] Ita dictus est ob facundiam Jo- hannes, patria Antiochenus, quasi Os aureum habens, qui deinde Episcopus fuit Constantiopolitanus, obitum in exilio A. C. cccc xii. vel ut aliis 407. De quo, & aliis, quibus idem cognomen imperitum fuit. V. Fabric. Bibl. Græc. Vol. 7. pag. 553.

CHRYSTOHALES, [χρυσοτράλες] Herba est, quam Aizoum minus med- iocri vocante, diversi insignis nominibus, ut videre est apud Plin. lib. 25. cap. 13.

CHRYSTHEMIS, Filia Agamemnonis, ut scribit Homer. lib. 9. Iliad.

CHRYSTICA Aqua, Aqua est medicata, cujus vi quantulacunque auri pars argento aut cuivis metallo illata aut confusa, nullo propinquum dispensio admittit, ita ut inauraturis nihil jani serme depereat, nisi quod usu in- terteritur. Ex Budae lib. 3. de Aste. Vulgo Aqua Regis dicitur. Ejus vim ignaraffi veteres colligit Alciatus ex Ulpiani verbis in l. idem Pomponius scribit. versic. sed si diduci. D. de rei vindicat.

CHRYXUS, Dux Boiorum fuit, nepos Brenni, quo duce olim Galli Ro- mani ceperant. Sil. lib. 4. 150.

Ipse tumens, atavi Brenni se stirpe cerebat. Chryxus, & in titulos Capitolia capti trahebat. Al. Cryxus, vel Crixus.

C H U

CHUS, five **CHORUS** dissyll. [χοῦς, χορός] Χοῦς Χορός, quod est Fun- dere, Genus mensuræ majoris humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe sex fextarios, five cetylæ Atticas duodecim. Budaeus. V. Pæt. de Roni. & Græc. Mens. 3. [Perperam hic quoque Choa, ut Synonymum affebatur. V. CHOA suprà. De feito Athenienium, quod Choa vocabant V. CHORES.

CHUTRA, V. CHYTRA.

C H Y

CHYDÆUS, a, um. Adj. [χυδάεος] Vilis, vulgaris. ut, Chydæa pal- ma sunt, quarum modio in aquæ congiis tribus macerato, exprimitur vinum, quo Parthi & Indi utuntur, & Oriens fere totus. De hoc Plin. lib. 14. cap. 16.

Dactylæ Chydæ. Idem 13. 4. V. Spanheim. de Usu & Præst. Numm. Diff. 6.

CHYLUS, i. m. [χύλος] Succus, five humor expressus. Chylus Pta- nae, Hippocr. V. Fœsi. Ocean. Chylus uve. Dioc. lib. 5.

Apud medicos etiam Chylus propriæ dicitur Succus peculiaris, in ventri- culo ex coctione ciborum ope vasum lacteorum elaboratus, & in venas distributus, qui tandem in corporis alimentum vertitur.

CHYMIA, CHYMICUS, V. CHYMIA.

CHYMUS, [χυμός] apud Græcos Quemvis succum significat, ut & Chy- lus, a medicis peculiariter accipitur pro Massa sanguinea, five & humo- ribus, ex quibus eam confare vete fingebant.

CHYTRA, & **CHYTRON**, [χύτρα] Latine Olla dicitur. Cato Chutra, per u effert. Cato de R. R. cap. 157. Ubi in chutra serviceris id lo- tium, sub sellam supponite pertuferam. Inde

CHYTRÖPUS, odis. Instrumentum ferreum supra quod chytra apud ignem collocatur, ut in ea cibi coquuntur: vel Olla ipsa pedes habens: quales sunt quis marinæ vocant.

CHYTRINPA, [χύτρινα] Convivalis ludus fuit, ut tradit Hesychius, qui puerorum lusum esse ait. Ex his quispiam sedet in medio, quem circum- ca pueri concursantes, illum eo usque versant, donec ille aliqueni appre- henderit ex eis, qui deinde federe cogatur. Meminit Poltux & Suidas.

C I A

CIA, CIUS. V. CEA.

CIAXARES, V. CYAXARES.

C I B

CIBALE, CIBARIUM, CIBO, In CIRUS.

CIBELA, [κιβέλη] Græcis dicuntur Numismata oblitera & adulterata, quasi κιβών Κιβών διελέγουσα, i. e. a Chiis corrupta, vitiateaque, per li- tera soni pinguiorū demutacionē in exilium.

Cibdelian [κιβελία] etiam Sordes argenti nuncupant.

Figuræ vere etiam Impoltrum, sicut κιβών, imposturam facere. Ex Cal. lib. 10. cap. 2.

CIBELIANI, inter Hispaniaros Bætica populus commemoratur a Plin. lib. 4. cap. penult.

CIBILLA, a. teste Varr. lib. 4. de L. 25. Mensa erat escaria, a cibis dicta, quæ primum quadrata fiebat, & postea rotunda.

Festus item Cibillam interpretatur Mensæ rotundæ genus, apud quem tam Cibillam corrupte legi propto Cibillam. V. ibi Dacer.

CIBORIUM, i. n. [κιβώλιον] Folium colocafis, vel ut alii Fructus fabæ Egyptiacæ. Hor. 2. Carm. 7. 21. Pocula quadam Ciboria vocat,

Oblivioso levia Malicie

Ciboria expl. Quo loco Porphyrio Pocula fuisse dicit in foliorum colocafia similitudinem facta. Sed satius erit Plinii nos opinionem sequi, apud quem lib. 21. cap. 15. hac verba leguntur. In Ægypto nobilissima est colocafia, quam cyamom aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule quum coctus est araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spe- cabilis, foliis latissimis, etiam arboreis comparantur, ad similitudinem eorum, qua perlonat in nostris annibus vocamus. Adeoque Nil sibi dotibus gaudent, ut implexis colocafia foliis in variis speciem vasorum porare possimus habeant. Secundum igitur hanc opinionem Ciboria non sunt Pocula ad foliis colocafia similitudinem facta: sed Folia ad poculorum speciem

speciem complicata. Legimus tamen apud Athenaeum a principio libri 3. Ciborum pocularum genus esse. Discorides vero lib. 2. cap. 128. Ciborum longe alter interpretatur: sic enim inquit, quo loco de faba Ægyptia agit. Caulem cubitalem, crassitudine digitali, florem roso colore dupla ad papaveris florem magnitudine: qui quam deflortur, vesparum favis similes utriculos proferit, in quibus faba sunt paululum bullarum modo supra operculum emergentes. Vocatur id Ciborum, ab aliquibus autem Cibotium; quasi Scrinium; propterea quod seruit faba hæc in dito madenti glebae femine ejus, sicutque in aquam projecto. Meminit & Cælius lib. 9. cap. 12. V. & Salmf. Exerc. Plin.

Ciboris, [κεῖται] Urbs que postea Celenæ, nunc Apamia vocatur, tertius eorum qui circa Mæandrum fluvium accoluntur, conventus teste Plin. lib. 5. c. 29. **Cibus**, i. m. [στίχος, ἔδρα, θέρα, γένος] quid significet notum est. Cibus a Victu sic separatus Donatus ad Andr. Ter. 1. i. ut Cibus sit, quietiam delicatis prebet: Victus vero in parvis, aridisque alimonis sit constitutus. Fetus, Cibus appellatur ex Greco, quod illi peram, in qua cibum recondunt, κύβον appellant.

Fames vectorum ciborum. Ovid. 15. Met. 128.

Unde fames homini vectorum tanta ciborum est?

Gaudia cibi. Juven. 10. Sat. 203.

Non eadem vini atque cibi, torpente palato, Gaudia.

Hora cibi, i. e. Edendi tempus. Ovid. 1. de Pont. 10. 8.

Maturus cibo. Plin. lib. 12. cap. 27.

Novitate cibi capi, i. e. Delectari novo aliquo ciborum genere. Lucret. lib. 5. 928.

Nec facile ex æstu, nec frigore quod caperetur,

Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla.

Penuria cibi. Lucret. lib. 5. 1005.

Satias. Lucret. lib. 5. 1390.

Varicias & copia. Cic. 2. de Nat. Deor. 106. Jam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas inventur & copia.

Avidus cibi. Ter. Eun. 5. 4. 16.

Contenti cibis nullo cogente creatis. Ovid. 1. Met. 103.

Expers, Qui non comedit. Ovid. 4. Met. 202.

Perque novem luces expers undique, cibique,

Rore mero, lacrymisque suis jejunia pavit.

Acres. In ACER.

Acuti. In ACUO.

Alienus. Ter. Eun. 2. 2. 34. Viden' otium, & cibus quiā faciat alienus?

h. e. Ab alio datum, sive mensa aliena.

Anceps. In ANCPS.

Aridus cibus, & tener humor. Lucret. lib. 1. 809.

Scilicet & nisi nos cibus aridus, & tener humor

Adiuvet, &c. Per Cibum aridum, Panem intelligi potissimum crediderim. Ponitur autem & Panis non raro pro Cibo indifferenter. Cibus aridus, & tener humor, h. e. Cibus & pōtūs.

Cibus conditivus. In CONDO.

Crudus. In CRUDUS.

Dificilis. V. Crescere cibum.

Divinus cibos apud Claud. de Bell. Gildon. 72. illos intelligimus, Qui in dies singulos apponuntur, & ex quibus in sequentem nihil reservare licet.

Dulcis. Virg. 2. Georg. 216.

Exiguus cibus sufficit rate mera. Juvenalis ostendit dementiam avarorum, qui prævia pericula non evitare, Satyr. 14. 301.

Frigida sufficient velantes inguina panni,

Exiguus cibus mera rate, naufragus asem Dumi rogit, &c.

Faciles. Sen. Hippol. 4.

Fallaces, Etsa quia pisces capiuntur. Ovid. 15. Met. 476.

Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.

Frigidi & repoliti fastidum movent. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Gravis, Dificilis ad concoquendum. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. V. Con-

coquere cibum.

Idonei confervandis viribus. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Iliberalis. V. ILLIBERALIS.

Inanes cibos vocat Claud. Qui magis oculos quam ventrem pascunt, luxus tantum & nimis voluptatis causa comparati, lib. 1. in Ruff. 206.

Indiscretus. V. INDISCRETO.

Invisus, Ingratus, Faſtidius. Ovid. 1. de Pont. 10. 8.

Et queror, invisi quum venit hora cibi.

Lautus. In LAUTUS.

Lencs. In LENIS.

Lentus. Ovid. 16. Epist. 226. Crescit & invito lentus in ore cibus. ubi

Heinf. & Burm. V.

Leves cibi, i. e. Pauci nutrimenti. Celf. lib. 3. cap. 7. Cibus ex mate-

ria quam levissima. Quam & Imbecillissimam vocat.

Meridianus. Suet. August. 78. Hic levis erat & facilis, ut patet ex Hor. 1.

Serm. 6. 127.

Pransus non avide, quantum interpellet inani

Ventre diem durare.

Operofus, Gravis. Plin. lib. 15. cap. 23. De castaneis.

Optimus cibus. Plin. lib. 22. cap. 22. Hard. ex Mff. Optimus.

Perpetuus. In PERPETUUS.

Robustus, Multi Alimenti. Celf. lib. 2. cap. 18.

Simplex. Plin. lib. 11. cap. 53. Homini cibus utilissimus simplex. Acer-

atis saporum peccifera, & condimenta perniciose.

Solitus, Quo quis iti confucvit. Ovid. 1. de Arte Am. 94.

Graniferò solitus dum vehit ore cibus.

Summus, Extremus. Plin. lib. 20. cap. 4.

Suavissimus & facillimus ad concoquendum. Cic. 2. de Fin. 64. Uteba-

tur illi exercitationibus, ut ad coenam & esuriens & sitiens venire: eo

cibo, qui & suavissimus esset, & idem facillimus ad concoquendum.

Territ. Claud. 6. Conf. Hon. 241.

Vilis, Qui non magno confortat. Hor. 2. Serm. 2. 15.

Utilis argo, Salubris. Ovid. 3. Trist. 3. 9.

Ad cibos. In AD.

Abdicare cibum aliquem. In AEDICO.

Abigere a cibo. In ABIGO.

Absentia cibo: & Cibo absentia ægrum. In ABSTINEO.

Accedit cibus. Hor. 2. Serm. 3. 53.

Deficient inopem venante, ni cibus, atque

Ingens accedat stomacho fulta ruenti.

Adhibere, ut Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiant vices, non opprimant. Cic. de Senect. 36.

Adjicere cibo. In ADJICIO.

Admitti in cibos. In ADMITTO.

Admoveare cibum. In ADMOVEO.

Adiustus cibus. In ADURO.

Affere cibum ad os. In AFFERO.

Allici benevolentiam cibo. Cic. pro Muren. 74.

Apponere aliquid cibis. In APPONO.

Alpernari cibos. Quintil. lib. 2. cap. 16. Cibos apernemur: attulerunt sepe valetudinis causas.

Attumere. Lucret. 4. 1084.

Capere. Cic. 16. Fam. 1. Sin autem poeta quam cibum cepisti, videris tibi, posse me confequi, tuum consilium est.

Capere cibum cum aliquo. Ter. Eun. 2. 3. 76. Cibum nonnunquam capi cum ea.

Capere alicuius digitis. Juven. 10. Sat. 229.

Capellere. In CAPESSO.

Capellere, arripere, fugere, carpere, vorare, & mandare cibum. Cic. 2. de Nat. Deor. 122.

Carpere digitis. Ovid. 3. de Arte Am. 755.

Concoquere. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Cleanthes negat ullum esse cibum tam gravem, quin in nocte & die concoquatur.

Conficer. In CONFICIO.

Coquere. Lucret. lib. 5. 1001.

Crefcere. Juven. 13. Sat. 213. — interque molares

Dificilli crescente cibo. conf. Lentus cibus.

Dat cibum querulus. Ovid. 2. de Arte Am. 662.

— sed querulus cibumque dabat.

Deducere. In DEDUCO.

Deficiente cibo perfice, i. e. Fame & inedia. Ovid. in Ibin , 524.

Invisus pereas, deficiente cibo.

Defectus cibo. Quintil. lib. 3. cap. 8. Ut enim si obsecsti atque impares, & aqua ciboque defecti, de facienda ad hostem deditio delibarent, &c.

Depulsius cibus de pectore. Cic. 2. de Divin. 57.

Depulsa fames cibo. Cic. 1. de Fin. 37. Ut enim quum cibo, potionemque famis istiisque depulsa est, ipsa detracatio molestia consequitionem affert voluntatis: sic in omni re, &c.

Didictr cibus in venas. Lucret. lib. 2. 1124. pro Dividitur, i. e. Digeritur.

Divibus cibus in omnem corpus. Cic. 2. de Divin. 57. Democritus quidem optimis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant: depulso enim de pectore, & in omnem corpus diviso & mitificato cibo, cantus edere, quiete fatios.

Exercere guttur cibo. Ovid. 8. Met. 826. de dormiente,

— petit ille dapes sub imagine somni:

Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat:

Exercetque cibo delulfum guttur inani.

Exprimere cibum mandendo. Lucret. lib. 4. 622.

Face cibus, pro Cibos parare. Plaut. Tricul.

Ferre cibus liberis suis parentes prohibentur. Cic. 7. Verr. 117.

Fulcite cibis corpora, i. e. Corroboret. Lucret. lib. 2. 1146.

Habet magnam inflationem cibus. De faba loquitur. Cic. 1. de Divin. 62.

Ex quo eriam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam cibus, tranquillitati mentis, quærentis vera, contrariant.

Inefaci cibo. Petron. 140.

Ingerere cibum agroti. V. INGREGO.

Ingurgitare se cibis. V. INGURGITATO.

Interminatus. Hor. Epop. 5. 39.

Interminato quum semel fixæ cibo

Intabuissent pupula.

Intro ferre alicui. Cic. 7. Verr. 117.

Juvare cibo. Juven. 3. Sat. 211.

Lambere cibos. In LAMBO.

Latrare cibos. V. Latratus, partic. in LATRO, latras.

Libare cibum digitis. Ovid. 1. de Arte Am. 577.

Tu pete.

Et quæcumque cibum digitis libaverit illa,

Libare cibos ore. Ovid. 1. Amor. 4. 34.

Mandere. Celf. lib. 4. cap. 3.

Minuere. Celf. lib. 5. cap. 29.

Mendicato cibo pauci. Ovid. 5. Trist. 8. 14.

Ministrare. Sen. Hippol. 4.

Mitificare. In MITIS.

Mirigare. In MITIGO.

Odorari. Hor. Epop. 6. 10.

Onultus cibo. Cic. 1. de Divin. 60. Nunc, onusti cibo & vino, perturbata & confusa cerimonia.

Parit languorem cibus imperfectus. Juven. 1. Sat. 213. i. e. Indigestus.

Partitur aves teneris infirmisque factibus cibos ore suo collatos. Quintil. lib. 2. cap. 6.

Pafci cibo mendicato. Ovid. 5. Trist. 8. 14.

Peragere cibo. In PFRAGO.

Perficere. In PFRFICIO. conf. Parit languorem cibos.

Pete cibus & flamma. Ter. Eun. 3. 2. 18. Quod e flamma cibum petere Terentius dixit, id equidem ad dapes referendum suspicor, quæ pro inferis in rogum mittebantur: unde Catullus scripsit, §7. 3.

Vidisti ipso carpere & rogo cenan. Quod quidem in illum poetam Muretus animadvertit, Donato non satis perspectum. al. Rapere.

Præbere cibum de proprio corpore. Lucret. lib. 3. 1004.

Prægustare. Ovid. 1. Amor. 4. 33.

Projicere. Hor. Epop. 6. 10.

Querere. Lucret. lib. 4. 847. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Ad quærendum cibum fames ducit canes.

Redire ad similem cibum. Celf. lib. 3. cap. 7.

Recuperata cibo somnoque vires. Tacit. 3. Hist. 22. At Vitellianus exercitus, cui acquisitæ Cremonæ, & recuperatis cibo somnoque viribus, &c.

Refici

Refici cibo. Petron. 111.

Replere se. Ibid.

Re-ostii cibi. Quintil. lib. 2. Necesse est iis, quom eadē pluribus jūdiciis dicunt, fastidium ut moveant, ut repositi & frigidi cibi.

Secretus cibo. i. e. A cibo secretus, quod est sejunctus & fennos a cibo, & qui non edit. Lucret. lib. 1. 195.

Servire cibo suo. i. e. Quod vulgo dicitur pro *Impensis suis*. Plaut. Rud. 1. 5. 25.

Spēre cibum vitem. Hor. 2. Serm. 2. 14.

Suffulcit cibus artus. Lucret. lib. 4. 86.

Propterea caput cibus, ut suffulcat artus.

Suggerere cibus alicui. Stat. 9. Theb. 740.

Sumere. Plin. Epist. 5. lib. 3.

Suppedit cibos terra. Cic. 2. de Legib. 67.

Sultentib cibus cibus, aut fulcit corpus. Lucret. lib. 2. 1146.

Tenere. ut, Praecluse cibum fauces tenere dicuntur, quae non demittunt in alcum. Sen. Thys. 8.

Vacare cibo. Cels. lib. 3. cap. 14. extr. Postero die, quo (a) cibo vacat, & ab exercitatione, unctione aqua, aqua tantum contentus conquiscat.

Vincuntur cibi præcipue per vigilio. Plin. lib. 11. cap. 53. ad finem.

Uti cibis. Claud. 4. Conf. Hon. 341.

In cibo est homini. Plin. lib. 18. cap. 14. Maceratum calida aqua, homini in cibo est. i. e. Homo uitior eo pro cibo.

Cibus humanitatis. Cic. 5. de Fin. 54. Sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus. Per metaphoram.

Disciplina cibo satiari. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Mali cibus, i. e. Nutrimenta & fomenta malorum. Ovid. de Rem. Amor. 138.

Hæc sunt iucundi causa, cibuseue mali.

CIBALIS, e. [ἰδεῖν] Quod ad cibum pertinet. Varro, est enim lac omnium retum, quas cibali causa cupimus, liquentum maxime aliabile, & id ovulum, inde caprinum. Sic enim haec tenus lectum est in omnibus, quotquot videat contigit exemplaribus. Locus Varronis est de R. R. lib. 2. cap. 11. Lactant. de Opific. Dei, cap. 11. Duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem ac spiralem.

CIBICIDA, æ. Qui cibum cedit & absunt, hoc est vorax. Lucil. apud Non. 2. 148.

Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.

CIBARIA, orum. n. pro Alimentiis. Cic. 6. Att. 3. Unde, inquit, me ju- bes petere cibaria.

Cibaria menstrua. Cic. 5. Verr. 73.

Inopia cibariorum. Cæf. 6. Bell. Gall. 9.

Boum cibaria. Cato 6. de R. R. cap. 60. Bubus cibaria, annua in juga singula lupini modios, &c.

Congesta. Hor. 1. Serm. 1. 32.

Date cibaria alicui. Cic. 6. Att. 3. Respondi, me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essef usus.

Detrahere militum cibaria. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Facta sunt uberiora cibaria caritate. Cic. 5. Verr. 216.

Publike locare. Cic. pro Rosc. Amer. 56. Anseribus cibaria publike lo- cantur, & canes aluntur in Capitolio, &c.

Præbtere alicui. Cic. pro Rosc. Amer. 57.

Quarere ex agris. Varro de R. R. lib. 2. cap. 9.

Reportare ex cibaris permagnam pecuniam. Cic. 5. Verr. 216.

Tractatus liberaliter ex cibaris alicuius. Cic. 4. Verr. 12. Quæstores li- beraliter ex istius cibaris tractati non minus acres contra me fuerunt.

CIBARIUM, i. Sen. lib. 3. de Benef. cap. 21. Eit aliquid quod dominus præstare ferro debet, ut cibarium, vettarium.

Cibarium, five Secundarium. Plin. 18. cap. 9. vocat Farinam post poli- linem vel florem excusim, quam furves sequuntur. Jutum est, in- quiri, & ex grano Campania quam vocant castratam, & modo redire sextarios quatuor siliqnis, vel & gregali sine castratura sextarios quinque, præterea floris semiduum, & cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor, furfuri sextarios totidem. Et paulo post, Si vero poli- linem facere libeat, xv i pondo panis redeunt, & cibarii tria, furfu- rumque semiduum. Budæus.

CIBARIUS, a, um. [ἰδεῖν] Adj. Quod pertinet ad cibum. Plaut. Capt. 4. 3. 1. Mihi rem summam credit ciba- riæ.

Home cibarius. Varro ἡτος λέγει, Tuis autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus. Ex Nonio, in litera C. tanguam Omne quod fordi- dum atque abjectum est, recte Cibarium vocari possit.

Lex cibaria. Macrob. 3. Saturn. cap. 17. Sulla mortuo Lepidus Consul legem tulit & ipse cibarium. Cato enim Sumptuarias leges, Cibarias appellat.

Oleum cibarium, i. e. Vile parvique pretii. Columel. lib. 12. cap. 50.

Panis cibarius. Cic. 5. Tusc. 97.

Saporem cibarium habere. Columel. lib. 12. cap. 11.

Vinum cibarium. Varro Modio, In cubiculo dormire mallem, scilicet potius vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem. Ex No- nio, in litera C. 2. 108.

Utilitas cibaria. Plin. lib. 14. cap. 2. Horconia in Campania, tantum utilitas cibaria, sed ubertate præcipua. Vetus exemplar habet Vilitatis.

Uva cibaria. Plin. lib. 14. cap. 3. Conſemina nigra, vino minime du- rante, uva maxime: post xv dies, quam ulla alia metitur, fertilis, sed cibaria.

CIBO, [κίβος] Ære. Alere, five nutrire. Columel. 8. 10. Atque ea gene- ra, quæ intra septa villa cibantur, fere persequuntur sumus. Lucret. 1. 1092.

— a terra quoque cibatur. Suet. Tiber. cap. 72. Draco,

quem ex confunditure manu suu cibaturus, &c.

CIBATUS, Æs. m. [κίβος] Idem fere quod Cibus. Varro 2. de R. R. cap. 9. Cibatus canis proprius hominis, quam ovis; pascitur enim e culina, & offibus, non herbis, aut frondibus. Lucret. lib. 1. 1093.

— nisi a terris paulatim cuique cibatum

Terra det.

Cibatus & commeatus. Plaut. Mil. 2. 2. 67. Tibi muni viam, qua ciba- tus, commeatusque ad te, &c.

Cibatus gratissimus. Plin. lib. 8. cap. 10.

Cibatu longiore sustentare fues. Varr. 2. R. R. cap. 4.

Ad usus cibatus expedire & promere far. Varro 1. de R. R. cap. 63. Far-

quod in spicis consideris per messem, & ad usus cibatus expedire velis, promendum hincie, &c.

Objicere cibatum triticum. Varr. 3. de R. R. cap. 8. de turturibus.

CIRATI, onis. f. Solin. 40. 56. Solite cibationi superponunt.

CIRI, apud Strab. vertit Cibus Xylander, ego Cibatio, & addidi, vel potius Cibatus. Vide apud Herodotum in calce inter locos ibi collectos. H. St. Addis & rationem ibid. Magis hoc quam illud in tuis esse.

CIBYRATES, a. [κιβύρας Prolema] Oppidum Cilicia, non procul a Maeandro fluvio. Plin. 5. 27. Cic. 6. Verr. 29. Hofsee, opinor Cibyræ, quem in suspicionem venientib cibibus, fanum expialis Apollinis. Et paulo post, Cibyræ cum inanibus syngraphis venerat.

CIBYRATI, vel CIBYRATA, gentile. Cic. ibidem, Eo quum ve- nio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibyrata inambulabant.

CIBYRATICUS, a, um. posse. Cic. 6. Verr. 47. Immitebantur illico Cibyratæ illi canes, qui inventigabant, & perscurtabant omnia. De his populis vide Strab. lib. 13. Cie. 5. Att. 21. Cibyraticum forum. Ta- cit. 4. Ann. 13. Cibyratica civitas.

C I C

CICADA, æ. f. [κικηλη] Plin. lib. 11. cap. 26. Cicadarum duo genera: minores quæ primæ proveniunt, & novissime pereunt. Sunt autem multæ. Sequens est voluta rara. Quæ canunt vocantur achete: & quæ minores ex eis sunt, tettigonæ: fed illæ magis canoræ. Mares canunt in utroque genere: femina silent. Gentes vescuntur iis ad Orientem, etiam Parthi opibus abundantibus. V. plura ibid. & cap. seq. Arguta cicada. Virg. in Culice, 151.

Argutis & cuncta fremunt ardore cicadas.

Avenaria cicada. In AVENA.

Canoræ. Plin. 2. 26.

Querulæ. Virg. 3. Georg. 328.

Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadae.

Rauce. Virg. 2. Ecl. 13.

Fritinæ dicuntur cicadæ cantantes, auctore illo cuius de Philomela carmen extat v. 35.

Et cuculi cuculant, fritinæ rauca cicada.

Pascunt rora. Virg. 5. Ecl. 77.

Ponunt tunicas. Lucret. lib. 4. 56.

Taceant cicadæ prius aestate. De re quæ fieri non solet. Ovid. 1. de Arte Am. 271.

Vere prius volucres taceant, aestate cicada.

Cicadas Philotratus in Apollonii Tyanei vita, & Plato in Phædro, a Muſis cantum habuisse scribunt, dicente sic Socrate. Fertur autem olim cicadas homines fuſſe ante Muſas: natis deinde Muſis, cantuque mon- strato, illorum nonnullos voluprate cantus usque adeo delitos fuſſe, ut canentes cibum potumque negligenter, imprudenter peri- rent: ex quibus deinceps cicadarum genus fit natum, cui Muſas hoc munus dederunt, ut alimonia non indigeat, fed absque cibo potuque quandiu vixerit cantet: postea vero ad Muſas proficiscatur, quam quis hominum Muſas hic colat renuntiatur. Meninīt Cælius lib. 1. cap. 6.

CICATRIX, icis. f. [κικάτριξ, κικάτριξ, κικάτριξ] dicta quasi Circa cutem sit: et quæ Signum, quod ex vulnere, sive ulcere remanet. Ter. Eun. 3. 2. 29. Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat. Cic. 7. Philip. 17. Luculentæ ipse plagam accepte, ut docet cicatrix.

Vestigia pugnae cicatrices. Ovid. 3. Amor. 8. 19.

Cerne cicatrices, veteris vestigia pugnae.

Adversæ cicatrices oftendere. Cic. 2. de Orat. 124.

Cornoreæ cicatrix. In CORPUS.

Fœda. Hor. 1. Serm. 5. 60.

— at illi feeda cicatrix

Setosum lœvi frontem turpaverat oris.

Male fana, i. e. Nondum curata probe. Ovid. Rem. Amor. 623.

Marcidae. Plin. lib. 21 in procemio.

Numerofa. Claud. de Bell. Get. 482.

Rufula & sublurida. Plaur. Amph. 4. 4. 63.

Coit cicatrix. In COEO.

Contrahere cicatrices. In CONTRAHO.

Ducitur cicatrix. Ovid. 1. de Pont. 3. 15.

Tempore ducetur longo fortale cicatrix.

Excepta adverso corpore. Cic. 7. Verr. 3. Ipse arripuit M. Aquilum, constitutus in conspectu omnium, tunicamque ejus a peccatore ab- scidit: ut cicatrices Populus Rom. judicesque afficerent, adverso cor- pore exceptas.

Fallit cicatrix, Non appetit. Plin. lib. 26. cap. 12.

Indre cicatrices in scapulas alicuius. V. INDO.

Mederi cicatrices. Cic. 3. Tusc. 54. Nec si aliquot annis post, idem ille liber captivus missus est, vulneribus mederetur, sed cicatrices.

Obducta. Cic. 3. de Lege Agr. 4.

Pati. Quintil. 2. 4.

Reddit in vulnus. Ovid. Rem. Amor. 623.

Recipere. Cels. lib. 4. cap. 9.

Refricare. Cic. 3. Lege Agr. 4. Ne refricare obductam jam Reipub. cica- tricem videret.

Suscipere. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Suscepta bello. Quintil. lib. 6. cap. 1. Periclitantem vero commendat dignitas, & studia fortia, & suscepta bello cicatrices, & nobilitas, & merita majorum.

Tendere ad. Cels. lib. 7. cap. 27. Ergo, quum jam ad cicatricem vulnus tendit, extensis jacerre feminibus & cruribus oportet.

Cicatrix in arbore quoque cadit. Virg. 2. Georg. 379.

— admorfo signata in stirpe cicatrix.

Ad Calcei saturas eleganter transtulit. Juven. 3. Sat. 151.

Atque recens linum ostendit non una cicatrix. i. e. Multiplex.

CICATRICULA, æ. f. [κικατρίκου] dimin. ut, Valens cicatricula. Cels. lib. 2. cap. 10. Ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens cicatrica sit, que celerrime in vena confi- matur.

CICATRICOSUS, [κικατρίκης] Adj. Plenus cicatricibus. Plaut. Amph. 1. 1. 290. Tergum cicatricosum.

Facies cicatricosa. Quintil. lib. 4. cap. 1. Turbari memoria, vel conti- nuandi

nuandi verba facilitate desstitui, nusquam turpius: quum vitiosum processum possit videri, ut cicatrica facies.
Cicatrica vitis. Columel. de Arborib. cap. 11. & de R. R. 4. 27.

CICATRICO. [Εἰδῶλον] āre. Cicatricem inducere. Feltus. Cet. Aurel. 4. 8. Ulcerā cicatricantur. Sidon. 6. Epist. 7. Ut conscientia hilica vulnera veltro saltē cicatricentur oratu.

CICUM, i. m. [Επινύσσω] dicebant antiqui Membranam tenuem, qua est in malo punico discrimen. Feltus. apud Varro. L. L. 6. 5. legitur Cicum.

Item ussurpat pro Re vili & nullius pretii. Plaut. Rnd. 2. 7. 22.

Eluas tu, an exangue ciccum non interduim.

CICCUS, i. m. [Εἰκόνη] Parva cicada. Hesych.

Item, Anferis feri species. Aldrov. Ornith. 19. 20.

CICER, ēris, n. [Εἰκόνη] Leguminis genus. Plin. lib. 18. cap. 12. de leguminibus. Ciceris natura est gigantea cum falso flagine, ideo folium urit. Nec, nisi madefactum pridie, feri debet. V. ibidem ciceris plura genera.

Arietum. **V. ARIES**.

Madidum cicer. Martial. lib. 1. 42.

Sepositum. Hor. 2. Serm. 6. 84.

— neque ille

Sepositi ciceris, nec longe invidit avenaz.

Tepidum. Martial. lib. 1. 104.

Catinus ciceris. Hor. 1. Serm. 6. 115.

— inde dominum me

Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.

Grana. Quinctil. lib. 2. cap. 20.

CICERA, æ. f. [Εἰκόνη] Genus pabuli apud Columel. lib. 2. cap. 7. quani & Cicercula appellat ibid. cap. 13.

CICRCULA, æ. f. dimin. [Εἰκόνη] quasi Minutum cicer. Plin. lib. 18. cap. 12. Est & cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, veluti pifum. Columel. lib. 2. cap. 10. Cicercula, que piso est similis, mense Januario aut Februario feri debet, late loco, calo humido.

CICERCULUM, i. n. Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Premium optima in libras 15 denarii. Ufus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus quæ ex Africa venit, octoni asles, cicerculum appellant.

CICERO, önis, m. [Εἰκόνη] M. TULLIUS M. F. M. N. COR. CICERO. Nam sic nominatur Romanorum more. M. MARCUS, Pranomen ejus est, quod a patre maximus natu filius de more habuit. TULLIUS, Proprium & gentile nomen ejusdem est: sicut enim et Tullia gente antiquissima, lib. 2. de Legibus. Patrem Ciceronis ex regio Volscorum genere fuisse in Eusebii Chronicis legitimus. Et Plutarchus scribit nonnullos ejus genus referre ad Tullium Attium nobilem Volscorum regem. V. Claud. Dauquevum & Nic. Heinseum in Not. ad Sil. 8. 407. M. F. Marci filius. Habuit enim patrem, M. Tullium, quem fulloniam fecisse, ac vites oleasque semper coluisse Q. Calenus ait in maledica oratione apud Dion. 1. 46. M. N. Marci nepos. Nam & avus ejus Marcus Tullius Cicerus nominatus est (V. Epist. ad Attic. 1. 5.) eoque vivo se natum ait; lib. 2. de Legibus. COR. Cornelia nomen est tribus, ablativo casus, ut sit ex Cornelia. Necesse fuit, ut quisque Romanus ex tribu aliqua nominaretur; Cicero vero cum reliquis Arpinatis in Tribu Cornelia censembar. Liv. lib. 38. 36. CICERO cognomen: Cicerones a Cicere appellatos fuisse conit: itaque dictum esse illum, qui primus nomen invenit, a nasi figura auctor est Plutarchus. Ab habitu facie primum sic nominatum esse reftatur. Priscianus lib. 2. Plin. vero lib. 18. cap. 3. ait, Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum cognomina prima inde esse, ut quisque aliquod optime genus sereret. Itaque omnino efficiendum, quod vulgo creditum est, eum hoc nomen obtinuisse, quia Tuberculio aliquo, ciceris infar, ei facies insigniretur. Haec tenus de ejus nominibus.

Ciceri a Cicere, ut Dioscorides a Lente dictus est φαρεγγίς, ut legimus apud Suidam. Sed ab ἑρεβίνῳ non tam apte dicteretur Ερεβίνος. H. St. Altpilatur itaque huic posteriori sententia Henr. Stephanus. V. Suid. in Διοσκορίδης.

M. TULLIUS CICERO natus est in Villa Arpinati A. U. C. MDCLXVIII, Q. Serwilio Capione, & C. Attilio Serrano coss. a.d. Nonas Januarias. Anno ante Christum CIII. Gell. lib. 15. cap. 28. Cic. 5. Att. 7. & 41. 11. Cum inter pueros etiam versari cōt, ingenium apparuit admodum excellens & longe supera equalēs; adeo ut viri etate graves famae ejus adducti ad versandum eum in ludo, ubi literis operam dabant, profecti sint. Sepe exercitū adolescentulus in omni literarum genere, sed dicendi praecepta, & artem oratorian, ad quam peculiari indole natus videretur, praecepit coluit; eti oratoris exercitationibus, ut ipse in Bruto ait, contentus non erat. Et omnino cum. Quintil. lib. 10. cap. 3. judicemus oportet; quod ipse Cicero suas exercitationes libro primo de Oratore 154. sub Crassi perfona ita significaverit. In quotidianis cogitationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, ut aut versibus propotis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam quam legimus, verbis aliis quam maxime possem lectis pronuntiare. Postea mihi placuit eoque sum usus adolescentis, ut suminorum oratorum Graecas orationes explicarem: quibus lectis hoc assequabar, ut cum ea que legerem. Graece Latine redderem, non solum optimis verbis uter & tamen usitatis, sed etiam exprimerem quadam verba imitando, quo nova notris essent, dummodo essent idonea. Quantum vero in arte oratoria proficeret, ex verbis ipsius in Bruto 306. intelligendum est; atque huius, inquit anno (febr. aetatis sua decimo nono) proximus Sulla consule & Pompeio fuit. tum P. Sulpicium in Tribunatu quotidie concionantis totum genus dicendi penitus cognovimus. Et quia ratione annos aetatis XXI, XXII, & XXIII (cum urbs fere sine armis fuisset) traduxerit, in Bruto quoque p. p. his verbis exponit: Ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione versabar. Erum cum Stoico Diiodoto: qui cum habitavisset apud me mecumque vivisset, nuper et domi mœsi mortuus, a quo cum in aliis rebus, tum studiofissime in Dialetica exercabar. Habuit & alios preceptores, ut ipse fatetur, in Philosophia quidem Philonem Academicum tunc temporis Roma commorantem, in Jure civili Sc̄volam, in dicendo Apolloniu Molonem.

Annos natus XXVII, (cum ob corporis gracilitatem & infirmitatem eum & amici & medici horrarentur ut caulas agere deliceret) in Graciam cam pessum est, sicut ipse in Bruto ait, ut confundetis dicendi mutaret, & remissione & moderatione vocis periculum vitare posset. Cum venisset Athenas sex meses cum Antiochō veteris Academia Philosopho fuit: studiumque Philosophia nunquam intermissum, a prima que adolescentia cultum & semper auctum, hoc rufus summo auctore & doctore renovavit, ut ipse in Bruto teftatur. Epicureos quoque (Phædrum & Zenonem) frequenter cum Attico audivit, ut ait lib. 2. de Fin. 3. Tusc. & 1. Acad. Post biennium, cum iam corpus ejus exercitationibus confirmatum meliore habitu esse copifer, & vox ita conformata esset, ut cum auditu suavis ac plena, tum ad corporis constitutionem moderate accommodata esset, motus & precibus & litteris, amicorum, qua Roma frequentes ad ipsum afferebant, & cohortatione Antiochi, ut rempublicam caperet, dicendi vim ceu instrumentum ruris excoluit, civilemque facultatem excitavit. Itaque primum, ut ipse in Bruto scribit, Athenis apud Demetrium Syrum, veterem & non ignobilem dicendi magistrum itaefioe exercebatur. Post totam Asiam peragravit cum summis Oratoribus, quibuscum exercetabat ipfis labentibus. Hifice non contentus Rhodium venit, seque ad eundem, quem Rome audiverat, Molonem applicavit, cum auctorem in veris causis, scriptoremque praestarent, tum in notandis animadversandisq; virtutis, & instituendo docendisque prudenterfissum. Is dedit operam, ut nimis redundantem oratorem nostrum & superfluentem juvenil quadam dicendi impunitate & licentia reprimere, & quasi extra ripas diffluentem coerceret, ut ipse auctor est in Bruto. De Apollonio Molone, inquit Plutarchus, traditum est memoria eum Latina lingua rudem rogaſſe Ciceronem, ut Graece declamaret; in quo cum ide illi obtemperasset, quod putaret se ita melius corrigi posse; ceteri omnes admiratione obſtupefacti certatum de Cicerone, aliquid alio glorioſius praedicabant: Apollonius neque orante Cicerone latitiam praſe tulit, & cum perorasset, defixus in cogitatione diu sedidit. Quod ubi Ciceronem agere ferre sensit, hac eis vox erupit: Te equidem, M. Tulli, collaudo & admiror: fed me Graecorum fortuna miseret, cum videam Doctrina & Eloquentia laudem, qua sola nobis reliqua erat, per te ad Romanos translatam esse.

Annos XXX natus Cicero Romam revertitur, ubi primum timide vixit, & dubitantes ad honores accessit, nec ullo in numero habitus, sed Graeculum se atque otiosum putari voluit, ut inquit in Orat. pro Sextio. Ut vero & innata honorum cupiditate ductus, & patris atque amicorum cohortatione incitatus se totum patrocinis tradidit, non jam pedetentim principem locum petit, sed statim eluxit, ceterisque oratoribus longe præditit.

Annos XXII tricelimo primo Quæſtūram in Sicilia accepit, tali modo, ut fibi honorem illum tun non solum datum, sed etiam creditum ac commissum putaret, ut ait in septima Verrina 35. Et ibid. sic obtinui Quæſtūram in provincia, ut omnium oculos in me unum coniectos arbitraretur, ut me quæſtūramque meam quasi in aliquo orbis terra Theatro versari existimat. Et cum e Sicilia se recipissem, jam videbatur Facultas illa dicendi esse perfecta & habere maturitatem quandam, ut ipse ait in Bruto. Post Quæſtūram in plurimis causis & in principibus Patronis quinquennium fere versatus erat, ut ipse in Bruto scribit, fuitque in admiratione, quod ab iis, quorum causa gebat, nulla dona aut munera (auctore Plutarcho) accipiebat. Deinde Edilitatem petens cunctis populi suffragiis designatus est; & cum annum quadragesimum primū ageret, Prætūram iniit: in quibus muniberis aede præclarum præbuit, ut paucos post annos supremum Reip. magistratum obtinuerit. fecl.

Annos Urbius DCXC, & aetatis sua XLIV, Kal. Januarii Cicero se Remp. accepisse plenam follisitudinis, plenam timoris, in qua nihil esset mali, nihil adversi, quod non boni metuerent, improbi expectarent, ait Agrar. 2. Quot præclaras dixerit, quam insignis fecerit, dum Consulari dignitate usus fuit, tantum non innitum esset percurrere. Qui historiam tanti viri plenius cognovit, aedant Plutarchum, vel vitam eius conscripsum a Francisco Fabricio Marcodur & Cicer. a calumnis vindicatum, auctore Andr. Schotto Antwerp. vel Seb. Corradi Quæſtūram; Ejus item laudes apud Plin. lib. 7. cap. 30. Ex iis intelligere licet, quam feliciter Murenam defenditer, legem Agrarian difusaferit, & quod instar omnium, supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabini, Capriano fumens, feneſtillimum Catilinae conjurationem opprimit. Denique, ut ejus verbis in Orat. pro Sulla 33. utamur, M. Cicero suis consiliis, suis laboribus, sui capitis periculo, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis & confusis, incensione urbein, interrecione cives, vaſtitate Italiam, interitu Republicam liberavit. Ex quo videre est, quā dignus fuerit honorifico illo nomine. PARENTES PATRIÆ, quod primus omnium adeptus est, uti tradit Plinii lib. 7. cap. 10. Hinc Juvenalis 8. Sat. 243.

— Roma parentem,

Roma patrem patria Ciceronem libera dixit. Sed extremis diebus anni hujus, novi Tribuni Plebis res eas, quas Cicero conful tam præclare gerierat, vexare laborabant, adeo ut invidia Clodii, Crassi aliorumque in Rep. procurum oppressum, in exilium ire tandem coactus sit. Cum autem ex urbe discessurus esset, Minerve signum, quod domi fuit coluerat, in Capitolio dedicavit & subscrīpsit, MINERVAE CVSTODI VRBIS. Discedentem vero omnes bovi flentes prosecuti sunt, ut ipse pro Domo ait. Anno sequente, Cn. Pompeius de scripto sententia dicta, tunc Ciceroni patria conservata in Capitolio testimonium dedit; cuius sententiam frequentissimus Senatus (aderant enim cccc Senatores magistratusque omnes) uno P. Clodio difflentient, fecutus, Tullium ab exilio revocavit; & eodem tempore S. C. fecit, ut iis, qui ex tota Italia salutis M. Tullii causa convenerant, aegerentur gratiae. Plutarchus scribit, reverenti Ciceroni tanta latitiam civitates, tanto studio homines obviam venisse, ut infra veritatem sit, quod poeta dixit, he Humeris Italia Romam reportatum fuisse. Post hunc reditum cum incidisset Caſtarium Bellum Civile, primū pacis & quietis hortator erat, caue de re privatim multa ad Cæſarem scripsit, & Pompeium coram precatus est, utrumque placans & deliniens. Deinde ad Pompeii partes se applicuit, eoque victo ad victoriam fidem se contulit. Caſtarī familiariſſimi fuit, qui Ciceronis amicitiam nunquam non ambivit, nec ullum solebat intermitte re diem, quo ad eum non scriberet, quoque non de antiquitate ab eo aliquid

aliquid requireret. Cum autem omnium rerum summam potestatem Caesar solus obtinuit, Cicero a Rep. in qua nihil potuit, se recepit; & ut sit, de Off. 2. 2. cum dominatus unius omnia tenerentur, neque effet usquam consilio aut auctoritati locus, ad Philocephorian, cui multum adolescentis discendi causa temporis tribuerat, se retulit. & sapientiae studiorum longo intervallo intermissum revocabit. Conf. Tusc. 1. & de Nat. Deor. 1. in princ. Expers tamen coniunctionis in Caesare fuit, eti Bruto amicitia & necessitudine arctissime conjunctus esset.

Post Caesaris mortem Antonius odio intemperato Ciceronem prosequens, multa acerba contra eum fecit. Cicero vicissim Antonii furoribus retulit Orationibus Philippicis in illius scriptis, & partes Cæs. Octavii amplexus est: qui consul factus Ciceronem valere jussit, eumque odio & ira Antonii ingratissum obiecit. Cum Caesar, Antonius & Lepidus Romanum Imperium inter se diviserunt, & convenit ut ipsi Triumviri reip. constituerent per quinquennium essent, statutum est ut suos quisque inimicos proscriberent, nec Ciceronem ab hac proscriptione exiret placuit. Quo facto, fugit ille Roma, & ad Caetum profectus est. Percussores vero ab Antonio missi, Ciceronem in lectica invenerunt, squaloris plenum, & capillo demiso, macisque ob sollicitudines contractum; oculus est præbens cervicem extra lecticam, cum anno rexagesimum quartum ageret. Præciderunt illi iusti Antonii caput & manum dextram, quia Philippicas scriperat. Cum membra Ciceronis Romanum delatae essent, Antonius, qui tum forte comitem habebat, iis viis, exclamavit Proscriptionem jam peractam esse; caput autem & manum pro rostris poni jussit, ut unde in ipsum verba faciens auditus fuerat, ibi caput eius cum manu consiperetur: spectaculum quidem horrendum Romanis, qui (ut ait Plutarchus) se non Ciceronis vultum, sed imaginem animi Antonii videre putabant. Quod eleganter his verbis expressit, de Cicerone & Demothene loquens, Juven. Sat. 10. 118.

Eloquio sed eterque peritor orator, utrumque

Largus & exundans leti dedit ingenii sons.

Ingenio manus est & cervix cæsa, nec unquam

Sanguine cauifidici maduerunt rostra pusilli.

Repertum est

ut aiunt A. D. M.DXLIV, Ciceronis nostri monumentum hanc exhibens Inscriptio; M. TVLLI CICERO HAVE ET TV TERTIA ANTONIA, cum urna inscripta verbis MAR. TVLL. AVE, & vaseculo excipiendis lacrymis. [vel potius Unguentario] V. Fabric. Biblio. Lat. lib. 1. cap. 8. & Suppl. conf. Aut. Vict. de Viris Illustr. cap. 81. & Elogia magnifica Vellei i. 17. & 2. 26. Quintil. 3. 1. & 10. 1. & 12. 1.

Scripta Ciceronis, quæ hodie existant, sunt

1. Libri duo, qui vulgo de Inventione inscribuntur, & soli tulere statem e libris quatuor, quos fecerat adolescentis de arte Rhetorica. conf. Voss. de Nat. Rhetorica cap. 13.

2. Dialogi tres de Oratore ad Quintum Fratrem.

3. Brutus, sive liber de Clariis Oratoribus.

4. Orator, sive de optimo genere dicendi, ad M. Brutum.

5. Topica ad Trebatium JCTum.

6. De Partione Oratoria Dialogus.

7. De Optimo genere oratorum brevis disputatio, quam Cicero Prologi vice premerit Orationibus contrariais Demosthenis & Æschinis, Latine a se conversis. Hanc versionem perisse vehementer dolendum est, quoniam Cicero illas Orationes, velut Exemplar Atticæ, ejusdemque consummatissima eloquentia, de industria delegerat, ac Romanis suis ad imitan- dum propulerat.

8. Libri quatuor ad C. Herennium cognatum ac familiarem suum. Quis sit hujusce operis verus ac indubitus auctor, inter doctos non convenit. Plerique Tullius hos libros abrogant, tribuuntque vel L. Cornificio patri, ad quem Ciceronis Epistole extant, vel L. Cornificio filio, qui de Rhetorica arte scripsisse & Quintiliano intelligitur, vel Ciceroni filio, vel Laurea T. Ciceronis liberto, qui ipse Cicero vocabatur, vel Tullio Tironi, quem inter Rethores memorant Plinius ac Suetonius, aliisque alii. V. Fabric. Biblio. Lat. I. c.

9. Orationes quinquaginta & novem.

10. Epistolarum libri tringita & sex, scil. ad Familiares xvi, ad Atticum xvi, ad Q. Fratrem iiii, ad M. Brutum liber unus.

11. Ex Academicarum Questionum libris quatuor, quos ad M. Varronem scripsit, existant primus & quartus. Nisi quartum malum est secundum primæ editionis, ab auctore inscriptum Lucretius. Duos enim Libros Academicos prius scripsiter Cicero, Catulum & Luculum. Hos deinde contulit in Libros quatuor, & ad Varromen misit. Postea duos quoque illos edidit præmisis novis proceris, quibus Catulus & Luculus laudantur. V. Epist. ad Fam. 9. 8. ad Att. 13. 13. & 32.

12. De Fimbis bonorum & malorum libri quinque ad M. Brutum. Quorum primo Epicuri sententia exponitur, quam refellit secundus: tertius Stoicorum dogmata explicat, quæ in quarto confutantur; quintus denique Peripateticum doctrinam expedit.

13. Tufulanarum Questionum, sive ut vult clar. Davisius, Disputationum libri quinque. Primus disputat de contemnenda morte, secundus de dolore tolerando, tertius de lenienda aegritudine, quartus de reliquis animi perturbationibus, quintus denique ex sententia Stoicorum, docet virtutem ad bene vivendum seipso esse contentam.

14. De Natura Deorum libri tres ad M. Brutum, in quibus nullam veritus impietus invidiam, ingenuem, constanterque & libere superstitionem gentium refelit.

15. De Divinatione, libri duo, contra superstitionem & enthusiasmum.

16. De Fato liber secundus niancus, & exordium tantum primi.

17. De Legibus libri tres, quo paulo ante mortem scripsit.

18. De Officiis ad Marcum Filium libri tres.

19. Cato Major, sive de Senectute ad T. Pomponium Atticum.

20. Lelius, sive de Amicitia ad eundem.

21. Sex Paradoxa Stoicorum ad Brutum.

Fragmenta ex Ciceronis operibus desperditis superfluit,

1. Somnium Scipionis ex ultimo five sexto libro Cic. de Rep. sive de optimo Reip. statu excerptum.

2. Pars interpretationis Timai, Dialogi Platonici, de Universitate.

3. Pars Metaphysico Araei, Heroico carmine, quam admodum adolescentium se composuisse testatur Cicero de Nat. Deor. 2. cap. 41.

Hæc tria præcipua sunt Fragmenta Ciceronis quæ hodie extant; plurima vero sunt scripta deperdita, quorum parvula Fragmenta ex veterum monumentis post nostrum Rob. Stephanum, collegit primum Carolus Singtonius, & post hunc Andreas Patricius. V. plura in Fabricii Biblioth. Lat. lib. 1. cap. 8.

CICERONIANS, [κικερωνιάνος] Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: ut, Ciceroniana simplicias; quia fatetur, quos e Gracis sequatur. Plin. in prefat. totius operis.

CICERONIATIX, iug. m. Largii Licinii cujusdam liber infando titulo, ut inquit Cellius, inscriptus est, in quo contendit Ciceronem parum integre atque impropre, & inconsiderate loquunt. V. Noct. Att. lib. 17. cap. 1. De istiusmodi fatuis, V. Ant. Dialogi de Caulis corrupta Eloquentia, cap. 18. 19. 20. Angel. Polit. Miscell. cap. 53. & Henr. Stephani Pseudo Cic.

CICERRUS, i. m. Scurra, quem describit Hor. 1. Serm. 5. 51.

CICHLAS, Syracusani vocant Turdos, quos Gracorum alii Cichlas, unde Epicichlides Carmen dictum, quod in Homerum referunt auctorem a quibusdam, quoniam dum id pueris præcineret, turdis donabatur. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 10. cap. 2.

CICHOREA, æ. f. & CICHOREUM & CICORIUM, i. n. [κικορέα] Herba sativa nota. Hor. 1. Carm. 31. 15.

— me pascunt olive

Me cichorea, leveque malvae. Antepen. correpta, quia &

ζίζησα apud Gracos repertur. V. Botrich. Ling. Pharmacop.

Cichoreum, alio nomine etiam Intubus, sive intybus, dicitur. Plin. lib. 10. cap. 8. Intubus quoque non extra remedia sunt. Et paulo post, Erraticum apud nos quidam ambiguum appellaverunt. In Ægypto cichoriū vocant, quod silvestre sit. Virg. 1. Georg. 120.

— & amaris intuba fibris. i. e. Cichorea, ut Servius interpetrat.

CICI, [κικη, η κρότον] Frutex est parva fici magnitudine, folia habens platanum similitudinem, majora tamen nigroraque, & maiore levore mollia, feme autem in racemis aperis, quod cortice nudatum ricino vermī simile est: ex quo colligitur id, quod Ricinum oleum vocant, lucernarum luminibus, & empilastra uile. Ab hujus feminis similitudine Romanum ipsum etiam fruticum Ricinum appellant, quemadmodum & Græci ορεζων. V. Diofor. lib. 4. cap. 145. & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie Cataputia majorum vocat.

CICINUS, a, um. Adj. ut Oleum cicinum. Plin. lib. 23. cap. 4.

CICILENDRUM, i. n. Aromata fictitia Coqui Plaut. in Pseud. 3. 2. 42.

CICIMANDRUM, i. n. Idem. Plaut. Pseud. 3. 2. 48.

CICIMENI, [κικιμένη] Populi ex Jaxamatarum genere, a Medis oriundi, Tanain fluvium accolentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

CICINELA, æ. f. [κικινέως] Genus muscorum, quod noctu luet, videlicet a Candela. Hæc Festus. Plin. lib. 18. cap. 26. de milii sitione, Eftape signum illius maturitatis, & horum fationis communis, lucentes vespera per arva cicindelæ. Ita appellant rustici Stellantes volatus: Græci vero Lampyridas, incredibili benignitate nature.

CICIMERICUS, i. m. Homo infima fortis. Ammian. 78. 4. [Error in numeris eff.

CICINNIA, æ. [θάλα κικινίδη] Dea turpitudinis. Gloss. Lat. Gr.

CICONES, um. m. [κικίγης] Populi Thracia ad Hebrum fluvium habitantes, de quibus Ovid. 15. Met. 3. 13.

Flumen habent Cicones, quod potum faxea reddit

Viscera: quod tactis inducit marmora rebus. Illius populi mulieres ab Orpheo spretas cum discerpserit per Liberi sacra simulata Virgil. ostendit 4. Georg. 520.

— spreta Ciconum quo munere matres,

Inter sacra deum, nocturnaque orgia Bacchi,

Discerpunt latos juvenem sparsere per agros.

CICONIA, æ. f. [πικάνεας] ab albis nigritaque pennis] Avis, quæ seruent pullos nutrit. V. Plin. lib. 10. cap. 23. Juven. 14. Sat. 74.

— serpente ciconia pullos

Nutrit, & inventa per devia rura lacerta. Ubi Juvenalis Romanos arguens, quorum liberi tales evadent quales a parentibus intitubantur, alludit ad naturam ciconie ejusque pullorum: Hi enim a tenetis assuefacti colubris vescentur.

Candida pennis ciconia. Ovid. 6. Met. 97.

— sumptis quin candida pennis

Ipsa fibi plaudat crepitante ciconia rostro.

Janum nulla ciconia pinst a tergo. i. e. Nemo digitis dextræ manus in unum collectis ad instar rostri ciconiarum, ridet. Pers. 1. Sat. 58.

O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinst. Bisrons enim finiebat Janus, & retro non minus videns, quam antrosum.

Ciconia item est, Infrumentum, quo hauriunt aqua Hortulanii ex puto. Gloss. vet. Tolleno, seu Ciconia. Ibid. 20. 15. Hoc instrumentum, inquit, Hispani Ciconiam vocant, quod imitatur ejusdem nominis avem, levantem ac deponentem rostrum, dum clangit Rhod. Antq. Lect. 10. 17.

Ciconia, Genus mensure apud Columel. lib. 3. cap. 13. Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti majores nostri regulam fabricaverunt: in cuius latere virgula prominunt ad eam altitudinem, quæ deprimi fulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensura ciconiam vocant rusticæ.

CICONIUS, Adj. ut, Adventus ciconinus. Sidon. 2. Epist. 14.

CICUMA, æ. Avis est noctua, teste Fetto. Cœl. lib. 17. cap. 11. Nyctecorace interpretatur. al. Cecuma. V. Dacer. ad loc.

CICUR, cicurus. Adj. [κικυρεας] Quod a fero discreturn est, ut ait Varro de L. L. 6. 5. proprie dicitur de Animali fero, sed mansuetus. Cic. 5. Tusc. 18. Earum ipsarum partim solivagæ, partim congregatas, innames alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terraque tectas. Idemque 2. de Nat. Deor. 99. Quæ vero & quam varia genera bestiarum, vel cicurum vel ferarum?

Cicur ingenium, Mansuetum. Varro de L. L. lib. 6. 5.

Cicur fuis, ex apro & scropha domesticâ. Fetto.

Aliquando pro Sapiente ponitur, ut apud Pacuv. teste Fetto, in voce Incicur.

CICUBRO, [κικυρεας] āre. Mansuferacere, ut ait Varro de L. L. 6. 5. Ex Pacuvio.

CICUNUS, Cognomen Veturia gentis, a morum simplicitate ductum. Varro de L. L. 6. 5.

CICUTA, *z. f.* [κικυτη] Herba venenosa, caule viridi & geniculato. Plin. lib. 25, cap. 13. Cicutum quoque venenum est, publica Atheniensium pena invisa, ad multa tamen usus non omittunt. Semen habet noxiūm. Caulis autem, & viridis est ut plerique, & in patinis. Lewis hic & geniculatus, ut calamus nigricans, altior fratre binis cubitis, in cacuminibus ramosus: folia coriandri tenacissima, gravi odorato: semen aniso crassius: radix concava, nullius usus. Ovid. 3, de Arte Am. 465.

Et dare misera viro tritis aconita cicuta.

Gelida cicuta, Venerum ex cicuta factum. Juven. 7. Sat. 206.

— hunc inopem iudicis Athene,

Nil præter gelidas ause conferre cicutas. Hujusmodi autem venenum gelidum appellant, quod qui eo necantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis.

Mala. i. e. Noxia. Hor. 2. Serm. 1. 56.

Viridis. Ovid. 4. Met. 304.

Accepta inter vincula. Juven. 13. Sat. 186. De Socrate qui hausto cicuta poculo interficit.

Cicutam Horatius pro Ilelboro posuit, ut interpretes exponunt, lib. 2.

Epist. 2. 57.

Cicuta, etiam dicitur Canna, ex qua fistula conteretur. Lucret. 5. 1383.

Et Zephyri cava per calamorum tibiala primum

Agrestes docuere cavas inflare cicutas. Virg. 2. Ecl. 36.

Eit mihi disparibus septem compacta cicuta

Fistula. Servius. Hinc

Cicuta, pro ipsa Fistula, ut Arguta cicuta. Calphurnius, Ecl. 7. 12.

Juifit & arguta juvenes certare cicuta. i. e. Fistula.

Fraesi. Virg. 5. Ecl. 85.

Leves. Calphurnius, 4. Ecl. 20.

— levibus quem sepe cicutis

Ludere conantem vetusti fronte paterna.

Pastorales. Mart. Capell.

Pastoralibus ardens

Palmam dedit cicutis.

CICUTA, *[κικυτη]* Nomen proprium sceneroris cuiusdam maxime avari & cauti. Hor. 2. Serm. 3. 69.

Scribe decem a Nerio: Non est satis, adde Cicuta

Nodosi tabulas, centum mille adde catenas, &c.

C I D

CIDARIS, *[κιδαρη]* vel etiam **CITARIS**, *is. f.* *[κιταρη]* ex Polluce 10. 36. Tegumentum capitum regum insignis, quod quidam regum Persarum, alii regum Armeniae esse dicunt. Hac Bayfius. Budaeus, Cidaris non multum differt a Tiaro. Curt. lib. 3. 3, Cidaris, inquit, regium capitum vocant insignis. Plutarchus in Antonio. quidam scribunt cum y. Cidaris.

Suidas, & capitum tegmen, & quoddam ex pilis contextum, & Cameaucius genus, quod & Tiara putetur, item Capitis tegumen ex lana coacta, vel Coronam, vel Phaciolum, vel Regium pileum Persarum, vel Capitis denique redimiculum, quod fæcundores gestent, interpretatur.

CIDARUM, vel **CYDARUM**, Genus quoddam navis, antiquis, teste Gellio lib. 10. cap. 25.

C I E

CIEO, *cies*, *civi*, *citum*, *[χειρ, χίρη]* cire; testibus Diomede & Phoca: item Cio, cis, civi, citum, cire. Idem sunt. Sed in hoc differunt tantum, quod Citum a Cio priorem corripit: hinc frequentativa Excito, Concito, Recito. Citum a Cio, producit: unde Accitus, & Excitus, penult. prod. Composita utriusque semper sunt quartae, ut Accio, Concio, Excio. [Contra simplex Cio rarius occurrit.] Diomedes per secundam Accio etiam dicendum credit. Et autem Provocare, & quasi Cis, hoc est circa mouere.

Ciere proprie est aut dolorem aut lacrymas commovere, inquit Serv. ad

12. En. 104. Infcite.

Ad coitum feminas cientes ranæ. Plin. lib. 11. cap. 37.

Ad armata milites. Sil. lib. 7. 43.

Acies. Virg. 6. En. 829.

Hæquora ciet Nereus imo fundo. Virg. 2. En. 419.

Agmen ciere ab aliqua natione, Accire. Virg. 10. En. 198.

Alvum, Dejicerere. Columel. 6. 5.

Auxilia, Arcessere. Valer. Flac. lib. 3. 562.

— heu sera cientes Auxilia.

Bellum. Virg. 1. En. 945.

Bellacient, primaque vetant confistere terra.

Belli simulaca ciere, Bellum fingere, speciem belli præbere. Virg. 5. En. 674.

Cælum tonitru ciere dicitur Juno. Nam est aeris Dea, quæ ad Venerem sic loquitur apud Virg. 4. En. 122.

Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.

Cruciatus. Cic. 2. de Fin. 94.

Cui vicerip mortuæ vene viscerum.

Veneno imbuta tætros cruciatus ciente.

Fletus. Virg. 3. En. 344.

Fontes & flagna ciere dicuntur ranæ. de quibus Cic. 1. de Divin. 15. sic ait,

Absurdoque fonte fontes & stagna cientes.

Frigus. Lucret. 5. 816.

At novitas mundi nec frigora dura ciebat

Nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.

Gemitus. Virg. 3. Georg. 5. 17.

Extremisque cier gemitus. i. e. Ultimum gemut, inquit Servius.

De tauri moribundo loquitur.

Horreorum aura ciet membris. Lucret. lib. 3. 292.

Lacrymas ciere. Virg. 6. En. 468.

— lacrymasque ciebant.

Manes nocturni carminibus ciere. Virg. 4. En. 490.

Menses ciet laſer. Plin. 22. 23.

Motus ciere. Cic. 1. Tus. 20. Sic ex corporis totius natura & figura, varios motus cieri, tanquam in canu fons.

Motibus & mutationibus aliquid ciere. Cic. 3. de Nat. Deor. 27. Naturæ ita sunt omnia cientes & agitantis motibus & mutationibus suis.

Mugitus ciere. Virg. 12. En. 104.

Mugitus veluti quoniam prima in prælia taurus

Terrificos ciet, atque iracui in cornua tentat. i. e. Dat. Serv.

Murmur ciet unda Virg. 1. Georg. 110.

— illa cadens raucum per levia murmur

Saxa ciet.

Nomen alicuius ciere. i. e. Vocare aliquem. Ovid. 4. Fast. 484.

Clamat, & alterius nomen utrumque ciet.

Nomina singulorum ciere. Tacit. 1. Ann. 21. Illi obniti trahentibus, prensare circumstantum genua, ciere modo nomina singulorum. h. e.

Singulos nomine proprio vocare.

Numina ciere, Invocare. Flacc. 4. Argon. 548.

— hic demum vitas, lautumque capessit,

Numina nota ciens.

Prælium ciere. Liv. 2. 19. Latinus dux nihil deteritus vulnere, pīxum ciet.

Pugnati ciere, Accendere. Liv. 1. 12. Principes utrinque pugnam ciebant.

Remos vox ciet. Stat. 6. Theb. 798.

— jam vox ciet altera remos.

Singultus ore ciere. Catul. Epig. 49.

Stragmen ciere. Virg. 6. En. 829.

Terrores ciere. Sen. OEdip. 4.

Turbas ciere. Plaut. in Amph. 1. 2. 14. Turbas uxori ciet Amphitruo.

Verba ultima ciere, Profere. Flacc. 3. Argon. 156.

Ille manu contra telum tenet, ultima frustra

Verba ciens.

Viros ciere cantu tubæ. Virg. 6. En. 165.

Are ciere viros, Martemque accendere cantu.

Urinam cient asparagi. Plin. 20. 10.

Vulgus æquoreum ciere dicitur Neptunus. Sen. Hippol. v. 957.

Ciere aliquem, pro Commovere, & irritare. Plaut. Bacch. 3. 3. 11.

Quid negotii hoc est. Pistoclerum Lydus quod herum tam ciet?

Ciere, pro Removere & repellere. Flacc. 7. Argon. 578.

— & errantem dextram ciet obvius ignem. [Non puto re-

ste expositum V. loc.

Ciere, Nominare. Festus. [Subaudi Nomen.

Ciere, Vocare. Valer. 1. Argon. 751.

— jam te in lucis pīa turbam silentum,

Secretusque ciet volitans pater Æolus arvis.

Supremum magna voce ciere, Solenni more extremum vale dicere, ut Servius exponit in illud Virg. 3. En. 68.

— animaque sepulcro

Condimus, & magna suprenum vox ciemus. i. e. Vocamus.

Cietur. Cic. 1. Tuscul. 54. Quod autem est animantium, id motu cietur interiore & suo.

Cietur & agitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo.

Modo eodem cieri. Cic. de Univers. 24. Eoque motu, cuius orbis semper in eodem erat, eodemque modo ciebatur, undique est eos complexus.

CENS, *[κενση]* Partic. Liv. 5. 37. pr. Inauditio hoste, ab Oceano, terrarumque ultimis oris bellum ciente. Virg. 9. En. 766. Martem cientes.

CITUS, *[κατηποτη]* Provocatus, incitatus, commotus.

CITUS, *Adj.* *[κατηποτη]* Celer. Cic. 1. de Divin. 67.

Jamque mari magno classis cita

Texitur. Virg. 4. En. 574.

Solvite vela ceti. [Hic pro Adv. est Cito.

Cita alvus, Cornelio Celso lib. 2. cap. 3. et Flvius alvus: cui contraria est Contracta alvus apud eundem, eodem loco.

Axis citus. Ovid. 2. Met. 75.

Bigæ cite, Celeriter mota. Catul. 53. 26.

Canes. Ovid. 5. Epist. 20.

Classis. Hor. 1. Carm. 37. 24.

Curris. Sen. Hippol. 10.

Cursibus citis motæ comitæ. Sen. Hippol. v. 395.

Incessus citus, & Tardus; contraria. Sallust, in Catil. cap. 15. extr.

Mercurius citus dicitur, quod quoniam alia ligna tarde ad ortus fuos recurrant, Mercurius decimo octavo die in ortu suo invenitur. Servius in illud Virg. 1. En. 305.

— volat ille per aera magnum

Remigio alarum, ac Libyæ citus afflitit oris.

Mors. Hor. 1. Serm. 1. 8.

Mundus citus, Cito motus, volutus, acceleratus. Sen. Hippol. 9.

Navis. Ovid. 15. Met. 732.

Pafu cito aliquem petere. Ovid. 2. Fast. 741.

Inde cito pafu petitur Lucretia.

Pede cito labit ætas. Ovid. 3. de Arte Am. 65.

Quadriga. Plaut. Aulul. 1. 4. 14. Citis quadrigis citius properet perfequi. Citas hic quadrigas appellat, ut quæ curlitabant in spatio citi maxima concitatione curliculi, quo & Virgilii respiciens dixit, 8. En. 642.

At procul inde cito Metium in diversa quadriga.

Diffluerant. Grammatici tamen tritæ significations plerumque præterentes, & remotas querentes, Citas, Separatas, & divisas interpretantur. Turnebus.

Ratis. Ovid. 27. Epist. 70.

Tramite cito ducurre. Virg. 5. En. 610.

Nulli visa cito decurrit tramite virgo.

Venator. Hor. 1. Carm. 37. 18.

Vox acuta, gravis, cifa, tarda, magna, parva. Cic. 1. de Orat. 204.

Citus ad sciribendum, Celeri manu. Plaut. Bacch. 4. 4. 86.

Citior, citissimus. Plaut. 2. Fragm. 6. Nullam ego rem citiore apud homines esse, quam famam reor. Afranius, Citior abilit ancilla, citifima omnium rediit.

Aqua citior, pro Rapidiore apud Jurisconsultos, in l. 1. §. 1. D. de aqua plu. arc.

Dies citior brunnali tempore. Ovid. 2. de Pont. 4. 25.

Factum citissimum. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Citare. Adv. [πρώτως] Ter. And. 1. 5. 20. Abi cito. Idem Eun. 3. 3. 32.

Cito hunc deduce ad militem.

Cito & cursum aliquid agere. Plaut. Poen. 3. 1. 64.

Tam cito? Ter. And. 5. 4. 26. c. h. Ejus nomen? c. s. nomen tam cito tibi?

Nimis cito. V. NIMIS.

Cito, ut πάχει, quod cito est Græcis, plerumque Fortasse valet. Ita Ciceronem Cito usurpasse video in Bruto, 264. ubi ait, Sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim. Iterum, 265. Quem tu non tam cito Rhetorem dixiles, quam ut Græci dicunt παλαιός. Hæc Turnebus. Budæus, Cito, Facile exponit.

Compar. Citius. Ter. Hec. 3. 3. 4.

Nota volucraria sagittæ cito. Virg. 5. Æn. 242.

Citius suprema die, i. e. Ante diem supremam. Hor. 1. Carm. 13. 20.

Citius dicto. Virg. 1. Æn. 146.

— & dicto citius tumida aquora placat.

Superl. ut, Citissime ascas retundit. Plin. lib. 16. cap. 40. Et Cæs. 4. Bell. Gall. 33.

CITIPES, edis. Adj. Diomed. Gram. lib. 3. Cursus citipes.

CITO, [κατίον] āre. Frequentativum a Cœo, proprie est Frequenter vocare. Plin. Epist. 190. Hæc illi quo quisque ordine citabantur. Ovid. 7. Epist. 101.

Hinc ego me sensi non quater ore citari.

Vox etiam frequenter ad Judicia transferatur; & Citari dicuntur, Qui vel editio vel praconis voce in jus vocantur, & ad causam dicendam adesse jubentur.

Citare per præconem in curiam ad regem. Liv. 1. 47.

Citare Senatum in forum. Liv. 27. 24. pr. In forum citatis senatoribus obfides imperavit. Al. In foro.

Citare aliquos per nomina. Columel. lib. 11. cap. 1. Itaque mancipia vindita, quæ sunt ergastuli, per nomina quotidie citare debet; atque explorare ut sint compedibus diligenter innixa.

Citare judices. Cic. 3. Verr. 19. Quo quidem die primum, Judices, citati in hunc reum confeditis. Nam, ut testis est Alfonius in pr. ejusd. orat. & judices, & rei, & accusatores, & defensores, per præconem Prætorium citari solebant: i. e. Ad Prætoris tribunal, sive ad judicium vocati. Budæus.

Citare re aliqua. Plaut. Curc. 1. 3. 6.

Ubi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce me,

Sifto ego tibi me, & mihi contra idem te ut fistas suadeo.

Citare aliquem testem in aliquam rem, i. e. In testimonium adducere & advolare (τεστήν, ἵπτεται) vide Testem citare in TESTIS.

Citare testem in aliqua re. Cic. pro Quint. 75. In hac re te, te inquam testem, Nævi, citabo.

Citare reum. Cic. 4. Verr. 98. Citat reum, non respondet: citat accusatorem, &c. citatus accusator. M. Pacilius, nescio quo casu non respondit, non affuit.

Ad suum munus citarier. Catul. 59. 42.

Citare de tribunali. Cic. 7. Verr. 65. Quem is, uti Panormum venit, ad se vocari, & de tribunali citari iussit, concursu magno, frequentia, & conventus.

Citare, pro Recitare aut nominare. ut, Citare auctores libros linteos magnistratum. Liv. 4. 20.

Citare Paenam, aut minuritionem, i. e. aut Vehementiori, aut Temui & deducta voce canere. Cic. de Orat. 1. 251. Qui & annos complures sedentes declamat, & quotidie antequam pronuntient, vocem senum cubantes excitant, eandemque quum egerunt, sedentes ab accusatissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt, & quasi quodammodo colligunt. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toutes, quoties praescribitur, pœnam aut minuritionem citarimus. Ita Turnebus. Advers. 1. 12. Sed locus admodum vexatus. V. MINURITIO.

Citari anapæsto. Cic. 2. de Finib. 18.

Omnis Danai aut Mycenenses, Attica pubes: reliquæ Græci qui hoc anapæsto citantur, &c.

Citare, Incitare, provocare, [προπέπτει] ut, Citare equum. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 96. Protinusque equo citato. Larissam contendit. Liv. 1. 57. Age sane omnes citatis equis advolant Romanum.

Citare humorum illuc. Cæs. lib. 4. cap. 6. i. e. Efficiere ut illuc humor confluat.

Citare pus, Movere. Cæs. lib. 5. cap. 27.

Citare urinam, cui Tardare opponitur. Cæs. lib. 2. cap. 19.

Citare aliquem ad aliquid faciendum. Plin. lib. 11. cap. 37.

Gradum citare, i. e. Velocius ingredi. Claud. 6. Conf. Hon. 510.

Ad frena citatio olores. Stat. 1. Silv. 2. 142. de Venere. i. e. Propere illis frenis induit.

Citare palmitem aut radiculos dicuntur arbores. Columel. lib. 4. cap. 24.

Propter quod palmes, quem mox in germinatione citaverit, imbecillis ac minus fructuofus erit.

Citare, pro Enarrare aliquid. Hor. 1. Serm. 3. 7.

— si collibuerit, ab ovo

Usque ad malam citaret.

Citare, pro Laudare, teste Nonio. Cic. 1. Off. 71. Citeturque Salamis clarissima testis victoria, quæ anteponatur consilio Solonis.

CITATUS, Partic. [εγενήθει] ut, Citato vadere equo. Liv. 30. 12. Et 28. 14. ext. Citato gradu in hostem ducebant.

Agnine citato, Celeri. Liv. 27. 50. pr. Nero ea nocte, quæ sequuta est pugnam, citatore quam inde venerat agmine, die sexto ad stativa sua atque ad hostem pervenit.

Agnine citatissimum. Liv. lib. 27.

Currus citatus, Celeriter tractus. Sil. lib. 8. 663.

Curtius, Sen. Herc. fur. 3.

Euro citatior. Sil. lib. 4. 6.

Flumen, Sen. Herc. fur. 4.

Gradi citato. Sen. Hippol. 9.

Lapis citatior atris. Stat. 1. Theb. 92.

Nautæ citati. Propert. lib. 1. 8. 21.

Nec me deficit nautæ rogitatæ citatos.

Passibus citatis. Sen. Hippol. 10.

Pede citato tangere aliquam regionem, i. e. Cursu affequi. Catul. Epigr. 61. 2.

Penna citatior. Sil. lib. 10. 11.

Pulsus arteriarum citatus, aut tardus. Plin. lib. 11. cap. 37. V. PULSUS.

Rates citatae, Naves citatae & agitatae. Sen. Hippol. 10.

Rhenus citatus fertur. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 10.

Tripidius citatus celare ibi tibicen canit. Catul. 61. 26.

Turba mundi citata. Qui incolunt celum mobile. Sen. Herc. OEth. 15.

Turmas citatas agere. Sen. Troad. 8. Puer citatas nobilis turmas ages.

i. e. Ad cursum equorum incitatas.

Vultus citatusura, Commotus ira. Sen. Med. 11.

CITATIO, Adv. [ἀγαγόντων] i. e. Celeriter. Hirt. de Bell. Afr. cap. 8.

Ipsæ cum expedita copia in eum locum citatim contendit. Cic. 14. Att. 20.

Hæc scripsi citatim.

Compar. Quintil. 11. 3. Servi, ancilla, &c. citatus moventur.

Superl. Quintil. 27. 50. & 1. 11. Citatissime volvere.

CITATIO, ōnis. f. Vox apud JCtos. Item

CITATORIUM, i. n. Impp. in Cod. l. 12. t. 22. l. 2. Omnia citatoria omnium castrorum atque perfornarum licita sunt.

CIGNVS, i. m. Menture genus. Plin. Valer. 2. 30. Cignom dimidium commiscere. V. Barth. Advers. 7. 8. al. Cygnus. V. infra CYGNUS.

C I L

CILIANUS Campus, [καλλιάνος καὶ] continuus Caystriano campo, qui inter mediterraneam cadit, & Tmolus est & bene habitatus, regionem optimam habet, ut tradit Strabo lib. 13.

CILEGA, Paserculus pullatus vulgo dicitur, quasi Spicilega, five Frugilega: quod genus Spermologon nuncupant Græci. Auctor Cæl. Lect. Antiqu. lib. 14. cap. 6.

CILIBANTUM, i. n. [καταβάντης] Heyfch. J Menfa rotunda in castris. al. Cylibathrum. V. Varr. 4. de L. L. 26. Dempster. ad Rosin. Ant. 5. 26. & Dacerii notas ad Featum in Cilibia.

CILICIA, [κιλικία] Regio est, ut Plin. lib. 5. testatur, in minori Asia, Syria proxima, plurima jacente campo, Tauri monti subiecta, que a Cilice nomen fortita est, quem pristina etas pene ultra avum memorie abcondit. Phoenix ortu, qui apud Gentiles antiquior Jove de primis terris alumnis habebatur. V. infra s. l. Hæc regio ad Oriente Amano clauditur, a Septentrione Tauri jugis, ab Occidente Pamphilia, a Meridie mari. Hujus metropolis est Tarso, quam interfecat Cydnus amnis.

A Cilicia, Cilicis portas. Pomponius lib. 1. cap. 13. scribit in Cilicis recesso intimo locum esse magni aliquando distinxitis fuforum ab Alexander Peristum, fugientisque Darri spectatores ac testem. Strabo lib. 14.

Cilicium dividit in Campostrem & Tracheam, i. e. Aperam. Unde quod apud Suetonium in Vespafiano cap. 8. scribitur, Item Thraciam, Ciliciam & Commagenen, ditionis regis usque ad id tempus, in provinciarum formam rededit: quum tanto ante in populi Romani ditionem redacta fuisset Thracia, existimat legendum Turnebus Adver. 24. 36. Tracheam Cilicium: quæ sententia vera est. Fuit enim Cilicia olim opulentissima Pop. Rom. provincia, & Cicerone Proconsule memorabilis. Sed V. ad Suet. Torrent. & Cäsar. not.

Cilicia, hodie vocatur Caramania, a Caramano Turcarum duce bellico, qui eam sibi subegit.

CILIX, Icīs. Adj. [Κατάξ] dicitur Homo qui e Cilicia est ortus. Lucan. 1. 336.

Post Cilicas vagos, &c. accus. plur.

Cilices, Pirata fuerunt, quos Cn. Pompeius viatos in ditionem acceptit, & eorum postea fideli opera usus est in bellis suis navalibus adversus Cæarem. Lucan. lib. 3. 228.

Idque Cilix juxta jam non pirata carina.

Cilices de Piratis. vide Appianum in Mithrid. 150. circa principium. H. St. Ibi nempe docet App. communis nomine Cilices prædones maritimos vocatos fuisse, quia hominum id genus ex Trachea Cilicia principio profectum fuerat.

Cilices haberunt furos aruspices. Tacit. 2. Hist. 3. Fama recentior tradit scientiam artemque aruspicum accitam & Cilicem Thamyram intulisse. V. Voßii Etymol.

Crocus Cilix. Lucret. lib. 2. 416.

Et quam scena croco Cilici perfusa recens est.

Flores Cilicum, Croci. Stat. 2. Silv. 1. 160.

Melles Cilicum. Stat. 3. Silv. 3. 34. Intelligit Spicas nardi, amomum, thus & hoc genus alia.

CILICIENSI, e. [κιλικιόντος] Cic. 1. Q. frat. 2. Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicenthi, & Syriaco anteponis, valde magnum fucus.

CILISSUS, Adj. [κιλικῖς] ut, Terra Cilicia, Cilicia. Ovid. in Ibin. 200.

Quotve feras dicam terra Cilisia crocos.

Spica Cililia. In SPICA.

CILICISMUS, i. m. Idiotismus Cilicum. V. Balth. Stolberg. Exercitationem de Cilicisms & Solecisms.

CILICUM, i. n. [κιλικῖς] Veltis, qua ex hircorum, seu capellarum pilis fit, vel etiam pro Textura ipsa accipitur: sic dicta, quod usus ejus in Cilicia ortus fit. Varro 2. de R. R. cap. 11. Tendenur, quod magnis villis sunt in magna parte Phrygia, unde cilicia, & cetera ejus generis ferri solent. Sed quod primum ex tonfaria in Cilicia sunt instituta, nomen id Cilicis adjectis dicunt. Cic. 3. Verr. 95. Quum ite civitatibus frumentum coria, cilicia, saccos imperaret, ubi Afconius, Cilicia, inquit, texta de pilis, in castrorum usum atque nautarum. Hinc Vela cilicia dicunt Ulpiano. Quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluvia laborent. l. 12. §. 12. D. de instr. vel instrum. & l. 17. §. 2. D. de action. empt. Servius in illud 3. Georg. 311.

Nec minus interea barbas, incanaque menta

Cimiphii condent hirci, fetasque comantes

Ufum in castrorum, & miseras velamina nautis. In usum, inquit, castrorum ideo dixit, & quia de cilicis poliuntur loricae, & tegumenta tabulata turri, ne jactis fabricis ignis possit adhædere.

CILICINUS, a. um. Adj. [κιλικῖς] ut, Vestis cilicina, Quæ ex cilicio est, vel illi similes. Solin. cap. 33.

CILICARIUS, i. m. Qui cilicia facit aut vendit. Gruter. Inscript. n. 6.

RESPE-

Tt

VOL. I.

RESPECTIO GRATIANO CILICIARIO CAVIOLA CONIVX P. C.

CILICIA, Adj. Cilicio induitus. Unde Conciliatus. Tertull. de Pudic. cap. 13. CILICUS, a, um. ut Cilici termini, sic dicti a Cilicio Saturnino, centurione cohortis septima & viceimia, qui terminationem fecit. Manus eius ex Jul. Frontino de Colon. p. 120. Gref.

CILINDRUM, Plaut. Pfeud. 2. 2. 42. Genus herbæ, vel leguminis. sunt qui legit Cilindrum.

CILIUM, [ερεγος] eft Follulus quo oculus tegitur: unde Supercilium, auctore Fefto. Plin. lib. 11. cap. 37. Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium vocare: unde & supercilia. Genam superiori rem vocat Plinius, Follulum superiore quo tegitur oculus. Ifidor. 11. 1. Cilia tenua regnina, quibus cooperiuntur oculi & dicta cilia, quod celent oculos, regnatae tuta custodia. Lactant. de Opific. Dei, cap. 10. pr. Ut oculi munitoris essent ab injuria, ciliorum tegminibus occuluit. In partium harum appellationibus parum inter se antiqui consentiunt. Feftus manifeste Cilorum appellatione Palpebras intelligit. Plinius Palpebras pilos appellat, qui oculum vallant, Gr. βαρφειδεις. Genas vero quae Ciceroni & junioribus anatomicis Palpebrae, Græcis βαρφειδεις, audiunt. Cilium videut Palpebra cartilaginem intelligere, quem Græci μεριν vocant. Ifidorum & Lactantium parum constare sibi inspectis locis perficies. Juniores anatomici Pilospalpebrarum Cilia vocant.

CILIATUS, a, um. [ερεγος] Gloff. Gr. Lat.

CILIX, Icīs. [κινη] Nomen proprium Phœnicis filii, a quo dicta est Cilicia. Solin. cap. 51. V. CILICIA.

Fuit alter Solin, Agenoris filius. Herod. lib. 7.

CILLA, [κινη] Urbs prope Thebas, ubi Cillei Apollinis templum est, ut habet Strabo lib. 13. Ovid. 13. Met. 174.

— Chrysenque & Cillan Apollinis urbes.

CILLO, ἥρε. [κινη] Movere: unde Furcilia dictæ, quibus frumenta ciliuntur. Hinc etiam Oscilla, quod ora ciliuntur. Servius in secundum Georg. 189. Et hinc Acella, quod ex his brachia ciliuntur, ut ait Ifidor. 11. 1. [Νυγαι] fuit. V. de singulis f. l.

CILLIBAE, Mensa rotunda. Festus. V. CILIBANTUM.

CILLIBANTES, [κινητειν] Instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello scuta imponebant fatigati, ut ex Aristophane annotavit Cael. lib. 8. cap. 16. V. dict. super.

CILLICON, onis. Milesius quidam, de quo Proverbium, Omnia bona, ut ait Cillicon. V. Eralm. Chilid.

CILLION, Coloris erat species, quem postea Onagrium vocarunt: nam cillon Dores asinum vocant, & almarium cillantera. Auctor Cael. Antiq. lect. lib. 16. cap. 10.

CILLUS, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad OEnoam venisset, obiit, cuius nomine Cilla oppidum, templumque Cillei Apollinis a Pelope conditum est. Strabo lib. 13.

Cillus est etiam Asinus, animal auritum. De eo Petron. Fragm. Carm. Ed. Burm. p. 683.

Iudeus licet & porcinum numen adoret,

Et cilli sumimas advocet auriculas. pro Cæli, ut est in Ms.

V. Tacit. 5. Hist. 4. & Voss. ad Melam. [Ego vero magnopere contendit] ut veterem codd. Petronii lectio[n]em non movendam esse loco, cum epitheton Summas asini auribus minime conveniat.

CILNIUS, i. m. Hetrusca gentis nomen; & ea C. Cilnius Mæcenas. V. Drakenb. ad Sil. 7. 29. & f. l. MÆCENAS.

CILIO, onis, m. sine aspiratione, [ματαντος] Cui frons est eminentior, ac dextra, sinistraque velut rectifa videtur. Festus. Charis. lib. 1. Cilones dicuntur, Quorum capit oblonga & comprepta sunt.

Cilones, impudiciæ, parricidae, facilegi. Cic. in Sallust. 18. Cael. lib. 21. cap. 22. Cilones, inquit, apud Ciceronem in Sallustium, Cinædi sunt, ne turpiter ceventes: quia cillere motitare est. [Cillonem] Igitur legit Caius. At in Glos. vet. Cillo, οὐσιασθε. scribendum Cilo. Apud Cic. Cyclones vel Cylones editum. Quæ vox æque spuria est. Non dubito, quin Guloses reponendum sit.

Cilo, item Flaminiorum cognomen. Unde in nummis argenteis. C. FLAMINIVS CILO. V. supra CHILO.

C I M

CIMA, V. CYMA.

CIMACIA, In CYMATIA.

CIMBARICON, [κινητειν] Tunica perficua, fave (ut Pollucis verbo utar) ηερειν. Locus Pollucis est lib. 7. cap. 13. ubi eam dicit esse communem viris & feminis.

CIMBERI, [κινητειν] Populi Germaniae, de quibus videto Plin. lib. 4. cap. 13. & 14. ibique Hard. conf. Idem 2. 67. & Lucanus in primo v. 254. Quidam falso eos hodie Zelandos appellari putant. Festus afferit eos Lingua Gallica, Latrones vocari. Tacit. in Germ. 17. 1. Eundem Germanæ finum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens, & qua seq. V. Cluver. Ant. Germ. 3. 22.

Cimbri cum in Italianum cum Teutonis trajeclifent, a Q. Catulo, & C. Mario prælio victi fuerunt, & cæsi sunt hominum centrum quadraginta milia, capita sexaginta, teste Livii Epit. lib. 68. At apud Florum, 3. 3. casorum numerus multo minor est.

CIMBERIUS, Adj. [κινητειν] Claud. de Bell. Get. 641.

Illi Oceani flagnis excita supremis

Cimbrica tempestas.

De Cimbrica Cherceno V. in CHERRONEUS.

CIMBERIS, [κινητειν] Adv. Quintil. Declam. 3. 13. De Italie possessione certatur, an nobis caput barbarus hoitis excidat, an Cimbrice loquendum sit.

CIMELIA, n. pl. [κινητειν] Vasa pretiosa. Hinc

CIMELIARCHA, [κινητειν] i.e. Cultos vasorum, & aliarum rerum eccliesie. I. ult. C. de bonis auctorit. judic. posfid. §. Sin autem.

CIMELIARCHUM Aurum Roma dictum est, Quod in sanctiori ærario ædis Saturni, & intentioris curæ ad ultimos casus, & in extrema fortuna Populi Romani servabatur, quod a nonnullis Vicchimarium, ab aliis Incensumarium est appellatum, & ex quo Caesar primo ingressu bellū civili tot millia pondo prorulit, ut scribit Alex. Genial. lib. 2. cap. 2.

CIMESSOR, onis, m. Homo infans plebis. Amianus. 28. 4.

CIMEX, Icīs. m. [κινη] vulgo dictus Vermiculus odore foedus, e ligno nascens, chartisque & paleis: Lectos præcipue infestans. Martial. lib. 9. 33.

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice leitus.

Cimex animal fediflum, Plin. lib. 29. cap. 4. Veluti cimicum anima[li]s fediflum, & dictu quoque fatidendi natura, contra serpentum morbus, & præcipue aspidum valere dicitur. Huc nomine Horatius Poemam quandam putidum vocavit. 1. Serm. 10. 78.

Men moveat cimex Pantilius? aut crucier, quod
Vellicet absentem Demetrius?

CIMICO, āre. [κινη] Gloff. Gr. Lat. Cimicibus scaterē.

CIMIATA, V. CINIATA.

CIMINIA Silva, In Etruria prope Viterbiū. Plin. Et in silva Cimilia loca sunt, in quibus in terram depacta non extrahuntur, lib. 2. cap. 96. extr.

CIMMERII, [κινητειν] (inquit Fefus Pompeius) dicuntur Populi, qui occupatas frigoris terras incolunt, quales fuerunt inter Baïas & Cumas in regione in qua convallis jugo sati eminenti circumdata est, que neque matutino, neque vespertino sole contingit. Constat igitur Cimmerios in Italia fuisse ad Baianum & Avernun sinum, qui in subtuberratis domiciliis habitantes, & per cuniculos commeare soliti, toto in illis die deliterunt, noctu tantum ad latrociniā egressi, quum viuum ex metallorum aliquo effusione, divinationem mercede, & proventibus ab rege designatis quererent, ut ex Ephoro scribit Strabo. Penes hos ingens quandam superflitio increbruit, loci natura erroribus suffragante. Ibi facra nemora venerata, fluminibus etiam & fontibus suis honor fuit. Specus præterea famosus, & ad inferos crediti aditus, quos intrare fas non erat, nisi diis Manibus prius, quo auspiciator descensus foret, sacrificio placatis. Unde Homero sua fabulae econtra, quam in Odysse lib. 2. comminiscitur, defumpit eft; & Virgil. lib. 6. Æn.

Sunt & Cimmerii Bosporani, quos Herodot. lib. 4. interiora Asia aliquid tenuisse scribit. Verum a Scythis pulos magis occidua tandem petisse. Ab his Bosporus Cimmeriorum dictus: & Cimmerii montes supra Albaniam, apud Ptolemaeum tabula Asia secunda. V. Plin. lib. 6. cap. 6. Cic. 4. Acad. 61. Et Cimmerii quidem, quibus aspectum folis, five deus aliquis, five natura ademerat, five ejus loci, quem incolabant fuit: ignes tamen aderant, quorum illis ut lumine licebat.

CIMMERIUS, Adj. [κινητειν]

Cimmerios Lacus, Infernos & caliginosos vocat Tibull. 3. 5. 24.

Elysius olim liceat cognoscere campos,

Lethæaque ratem, Cimmerioque lacus.

Paludes Cimmerie. Claud. 1. in Eutrop. 249.

Pontus Cimmerius. Claud. 1. in 1. Conf. Stilich. 129.

Mare Cimmerio. Gell. 17. 8.

Cimmeria tenebra, proverbium, pro Multa obscuritate, & animi calligine. Festus. V. Chiladi.

CIMMERIUM, i. n. Oppidum juxta Avernū. Plin. 3. 5. Aliud ab Bosporum situm. Idem. lib. 6. cap. 6. Pompon. Mel. 1. 19.

CIMMERIS, Troadis urbs, Edonis prius vocata, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 30. Ruris in litore, inquit, Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris & Edonis, eadem Apollonia.

CIMOLIS, Urbs Paphlagonia, auctoribus Pompon. lib. 1. cap. 20. & Plin. lib. 6. cap. 2. Nunc Cinopolis vocatur, teste Olivario in Melam.

Cimolius item urbs Galatia, Ptolemaeo. V. Quinol.

CIMOLUS, i. m. [κινητειν] Infusa in mari Ægæo. Plin. lib. 4. cap. 12. Ovid. 7. Met. 463.

Hinc humilium Myconen, cretofaque rura Cimoli.

CIMOLIUS, Adj. [κινητειν] Quod ex Cimolo infusa est; unde, Terra Cimolia, & Creta Cimolia apud Medicos. Celf. 2. cap. ult. Plin. 35. 16.

CIMON, [κινη] Atheniensis, patre Miltiade, matre Egesiphe, libe[r]alitate munificientia domi magis, quam militiæ clarus, quapropter Lucullo ex nostris comparatur. Nam quum hostium squalis militia pars locuples eset, ea civibus suis distribuit. Primum amotis undique agro ri suorum feptis, egenis peregrinisque poma, frugesque fumendas impune dabat. Parabatur quotidie ingens domi convivium, quo undique confluentes pauperes pascebantur. Ex Plutarch. Ejus vitam exhibet Nepos. Cimon Cleonaeus, Pictor insignis fuit, qui catagraphi inventit, ut supra diximus: articulis etiam membra primus distinxit, venas protulit, primumque in veste & rugas & sinus inventit. Auct. Plin. lib. 35. cap. 8.

C I N

CIMA, V. CYMA.

CIMACIA, In CYMATIA.

CIMBARICON, [κινητειν] Tunica perficua, fave (ut Pollucis verbo utar) ηερειν. Locus Pollucis est lib. 7. cap. 13. ubi eam dicit esse communem viris & feminis.

CIMBERI, [κινητειν] Populi Germaniae, de quibus videto Plin. lib. 4. cap. 13. & 14. ibique Hard. conf. Idem 2. 67. & Lucanus in primo v. 254. Quidam falso eos hodie Zelandos appellari putant. Festus afferit eos Lingua Gallica, Latrones vocari. Tacit. in Germ. 17. 1. Eundem Germanæ finum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens, & qua seq. V. Cluver. Ant. Germ. 3. 22.

Cimbri cum in Italianum cum Teutonis trajeclifent, a Q. Catulo, & C. Mario prælio victi fuerunt, & cæsi sunt hominum centrum quadraginta milia, capita sexaginta, teste Livii Epit. lib. 68. At apud Florum, 3. 3. casorum numerus multo minor est.

CIMBERIUS, Adj. [κινητειν] Claud. de Bell. Get. 641.

Illi Oceani flagnis excita supremis

Cimbrica tempestas.

De Cimbrica Cherceno V. in CHERRONEUS.

CIMBERIS, [κινητειν] Adv. Quintil. Declam. 3. 13. De Italie possessione certatur, an nobis caput barbarus hoitis excidat, an Cimbrice loquendum sit.

CIMELIA, n. pl. [κινητειν] Vasa pretiosa. Hinc

CIMELIARCHA, [κινητειν] i.e. Cultos vasorum, & aliarum rerum eccliesie. I. ult. C. de bonis auctorit. judic. posfid. §. Sin autem.

CIMELIARCHUM Aurum Roma dictum est, Quod in sanctiori ærario ædis Saturni, & intentioris curæ ad ultimos casus, & in extrema fortuna Populi Romani servabatur, quod a nonnullis Vicchimarium, ab aliis Incensumarium est appellatum, & ex quo Caesar primo ingressu bellū civili tot millia pondo prorulit, ut scribit Alex. Genial. lib. 2. cap. 2.

CIMESSOR, onis, m. Homo infans plebis. Amianus. 28. 4.

CIMEX, Icīs. m. [κινη] vulgo dictus Vermiculus odore foedus, e ligno nascens, chartisque & paleis: Lectos præcipue infestans. Martial. lib. 9. 33.

CINADION, [κινητειν] dimin. a. / κινητειν, ut ex Harpocone refert Cælius. Sicilis

Vulpes dicitur: quo etiam nomine navis Menelai gubernatorem nuncupatum Paufanias scribit, cuius fuerit monumentum in promontorio, quod in Laconia vocant ον παραποτην, id est afini maxillam. Ex Cael. lib. 19. cap. 1. V. pag. 106. Wech. pr.

CINADUS, i. m. [κινητειν, κινητην] Cinædi dicti sunt apud veteres, Saltatores, vel Pantomimi: ον παραποτην, id est, a movendo & agitando corpore, κινητην, moveo, agito. Plaut. Aulul. 3. 2. 8. Ita futilibus sum mollior magis quam illus cinadus. Idem in Milti. 3. 1. 73. Tum ad saltandum, non cinadus magis quam usquam saltat quam ego. Hæc Nonius. Caput frequentius in malam partem pro Scorto mari. Improbi cinadidi. Catul. 55. 1.

Socratci. Juven. 2. Sat. 10.

Aurelii patrice, &, cinadæ Furi.

CINADUS, Adj. Impudens. Martial. 6. 39.

Quartus cinadæ fronte, &c.

Compar. Cinædior, i. e. Mollior & soða libidine insignior. Catul. 10. 44. — ut decuit cinadoreum.

CINADICUS, a, um. Adj. [κινητειν] Plaut. Stich. 5. 5. 19. Lepidam & suavem cantationem aliquam occipito cinadicum, &c. i.e. Protoviri.

CINADULUS, i. m. Macrob. 3. 14. [Mendum manifustum, ex Lipsienfi Thes. huc descriptum. Puto Locum A. Gellii potius esse lib. 7. cap. 12. ubi quis in Scipionis oratione legebatur forsitan Quod cinaduli facere solent. Sed in codd. emendatis excusum Cinædi.

CINADES, æ. Gemmæ & pīcīs. Cinædes inveniuntur in cerebro pīcīs ejusdem nominis. Plin. 37. 10. ubi plura V.

CINADOLIGUS, i. m. [κινητειν] Impudice loquens. Athen. 14. 7. Vartu apud Non. 1. 277. Convocat Ptolemaeum cinadolum. Sic restitu' verba Turneb. Advers. 29. 19.

CINADOPOLIS, [κινητειν] Insula est in Ceramico sinu, paulum a conti-

continentis distans: sic dicta, quod probrosos ibi reliquerit Alexander Magnus. Ex Plin. lib. 5. cap. 21.

CINÆDUS. [κινέδος] Avicula nomen. Galen. lib. 4. de Composit. pharm. secund. loc. cap. 7. Fel avicula, quæ cinædus appellatur. Cornarius existimat eam esse, quam nos Motacillam ab affidae caude agitatore Latine appellamus, quæ alias ἡγετίς Græcis est, & apud Ariftorem a Theodoro Gaza Turbo ac Torquilla vocatur. Nec aliam ab ea arbitratur Cinclum κίνεδον iſdem appellatam, a qua Cinciflum vocem formavit Hippocrates in libro Στηθοπαθία, quare Galenus Breve & affidum motum exponit, propterea quod Cinclus avicula affidue moveat natum penas.

Cinædus præterea genus est Piscis, in cuius cerebro invenitur lapillus, de quo paulo ante. V. Plin. lib. 37. cap. 10.

CINÆTHUS. i. m. [κινέαθος] Illustris fuit rhapsodus, Chius patria, qui & Syracusis omnium primus Homerici carmen concinuit, illi quoque de suo infertis plerique. Ex Cœl. lib. 7. cap. 29.

CINAMONUM. V. CINNAMONUM.

CINARA. æ. f. [κινάρα] Cardus est aitilis nunc vulgo notus, inter menstarum delicias plurimum expeditus. Articolum vocant. Columel. lib. 10. 236.

Hippida ponatur cinara, que dulcis Iaccho

Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti, &c. Cinara radix ex aqua decocta, sitim potatoribus facere narratur. Proinde grata Baccho potanti, ingrata Phœbo canenti. Columel. lib. 11. cap. 3. Cinara fo- bolem melius per Autumni æquinoctium disponemus: fenen commodi circa calendaras Mattii serenum, ejusque plantam circa calendaras Novemboris deprimitur, & multo cinere stercorabimus. Id enim genus stercoris hinc oleri videtur aptissimum. Propter haec Columella verba putavit Pomponius Fortunatus Cinaram a Cinere nomen fortitatem, quod eo maxime gaudet. Ruelius tamen lib. 1. cap. 20. huic sententia non accedit, hinc dictam tradecas, quod ejus nominis puellam in hanc herbam fingant conversam. V. SCOLYMOS.

CINARAS. V. CINRAS.

CINASONAS. Acus, quibus mulieres caput exornant. Festus. Non reperi locum.

CINCIA. [κινέαθος] Juno dicebatur, quod nuptiis præfset. Initio enim conjugio solvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. Festus. Alii Cinxia scribunt.

CINCIUS. Nomen gent. Ro. L. Cincius. Prætor Siciliam per secundum bellum Punicum administravit, ut scribit Livius 7. 3.

Cincius aliis Senator Romanus scriptis de re militari. Idem in sua fatione Legis Fannia, obiecit seculo suo, quod porcum Trojanum mensis inferrent: quem illi sic vocabant, quasi alii inclusi animalibus gravidum, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit. Auctor. Macrob. Sat. 2. 9.

CINCIUS. Adj. ut Cincia Lex, de donis & munieribus a M. Cincio lata, ut Cic. 2. de Orat. 256. scribit, fauente Fabio Maximo, quenadmodum Cato testatur apud eundem Ciceronem in lib. sui neminis. 10. Ea cavebatur, ne quis ob causam orandanum denum munusse acciperet. Unde & Munerialis lex appellata est, auctore Festo. Meminit ejus Tacit. 15. Ann. 20. & Arnob. lib. 2. adver. gent.

CINCIUS. Locus Romæ ubi Cinciorum monumentum fuit. Fest. V. & Not. Dacer.

CINCISSUS. i. m. [κινέαθος] Cincinni, auctore Festo, sunt Crines intorti. Cic. in Pison. 25. Erant illi compiti capilli, & madentes cincinorum fimbriæ. Qui etiam Calamistrati dicuntur. Varro lib. 1. de R. R. cap. 31. Is est coliculus viteus, intortus ut cincinnus. Et Plaut. Truc. 2. 2. 32.

Jam ego istos factos, compositos, crisplos, cincinnos tuos

Unguentatos usque ex cerebro evellam.

Cincinnori oratoris. Cic. 3. de Orat. 98. Atque eo citius in oratoris, aut in poeta cincinnis a fuso offendit.

CINCINNULUS. i. m. dimin. Varro apud Nonium 6. 43.

Ante aures modo ex subfolibus parvulis

Intorti dimittuntur sex cincinnuli. V. Scalig. ad Fragmenta Varron. p. 130.

CINCINNATUS. a. um. Adj. [κινέαθος] Cui intorti sunt capilli. Cic. Post red. in Sen. 11. Quo vultu cincinnatus gano non solum civium lacrymas, verum etiam patris preces repudiarunt? Quintil. lib. 1. cap. 9. Pella cincinnatus, h. e. Cirratus, cincinnis & contortis capilli ornatus. Maechus cincinnatus. Plaut. Mil. 3. 3. 49.

Stellæ cinnamate. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Tum stellis iis, quas Græci

cometas, nostri cinnamate vocant. Alii legunt Crinitas.

CINCINNATUS. i. m. [κινέαθος] Cognomen Quintius gentis a Cincinnis. Cic. 2. de Finib. 12. Itaque ut maiores nostri ab arato abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset, &c. Plin. lib. 18. cap. 3. Aranti quartuor sua jugera in Vaticano, quæ prata Quintius appellantur, Cincinnatus viator attulit. Dictaturam, & quidem (ut traditur) nudo, plenoque pulvere etiamnum ore. Cui viator, Vela corpus, inquit, ut profectus Senatus populique Romani mandata. Valer. Max. lib. 4. cap. 4. 7. Septem jugera agri possedit L. Quintius Cincinnatus. Ex his tria, quæ pro amico ad exarum obligaverat, multæ nomine amisit. Prenam quoque pro filio Cæsone, quod ad cauam dicendam non accurrilaret, hujus agelli redditu solvit. & tamen ei quartuor jugera aranti non solum dignitas patrisfamilia constitit, sed etiam Dictatura delata est. Hanc historiam pulchre narrat Liv. 3. 26.

CINCINNATULUS. a. um. dimin. ut, Cincinnatuli pueri. Hieron.

CINCINNALIS. e. Adj. ut, Herba cincinnalis. Apul. de Herba cap. 51.

CINCLUS. æ. f. [κινέαθος Suidæ] Avis est exigua, perpetuo caudam movens, unde & Motacilla a nonnullis appellatur. Hanc posteriore fui parte tam debilem esse ait, ut nidum truere non possit, sed in alienis nidis ova pariat. Quæ res locum fecit proverbio, ut omnium rerum inopia laborantes, Circlo pauperiores dicamus. Auctores Suidas & Ellian. lib. 15. cap. 28. Hist. Anim.

CINCTA dicebatur, ut Fetus auctor est, Flaminica ueste velata.

CINCTUS. CINCTUTUS. In CINGO.

CINEAS. IN CYNFAS.

CINER. CINNARECUS, CINEREUS, CINIFLONNS. In CINIS.

CINÉSIAS. æ. m. [κινέσιας] Thebanus Dithyramborum scriptor compo- sitor Pyrrhichiam, ut est in proverbio, πυρρίχιον καὶ κινέσια, id est Pyrrhichiam didicit Cinefæ, vel quod in choris multo motu iteretur con-

tra comicos agens, qui in hac parte deficit. Erat autem Cinesias corpore pigro & trago crux, vulgo male audiebat impietatis, & improbitatis nomine, ut scribit Suidas.

CINGA. æ. m. [κινέσια] Fluvius in confinio Hispaniarum, ex Pyrenæis montibus in Iberum influens, ubi & nomen amittit. Lucan. lib. 4. 21.

— campisque coeret

Cinga rapax, vetitus fluctus & litora cursu, &c.

CINGO. cimixi cinctum, [ζωνών, κυνέων] ēc. proprie Circuire: di- cūtum quasi Circum agere.

Cingere, Circundare: ut, Amne cingi. Virg. 9. Æn. 469.

Ab armis cingi. Ovid. 2. de Pont. 8. 69.

Vos ego complector, Geticis si cingar ab armis.

Auxilio. Claud. in Gigant. 43.

Excubis cingi. Claudi. de 6. Conf. Hon. 44.

Militi. Claud. 2. in Ruff. 13.

— premor hinc odii, hinc milite cingor.

Odiis. Claud. in præfat. lib. 2. in Eutrop. 34.

Cingeris hinc odii, inde recessit amor.

Periculis. Cic. pro Lege Manil. 30. Tertius est Sicilia, quam multis circumsternit, non terrore belli, sed celerritate consilii explicavit. Telis Virg. 2. Æn. 520.

Aries cingere discordibus armis. Tibul. lib. 2. 3. 41.

Præda feras acies cinxit discordibus armis.

Æthera nimbi cinxerunt. Virg. 5. Æn. 13.

Agmen valida manu. Curt. 4. 13. 30. Sed ne circumiri posset a multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat.

Ara coronis cingitur. Ovid. 3. Trist. 13. 15.

Caput de flore cingere. Ovid. 3. Faſt. 254.

— de tenero cingite florē caput.

Caſtra cingere vallo. Liv. 7. 39.

Comas diademate. Claud. de 6. Conf. Hon. 65.

Comam lauro. Hor. 3. Carm. 30. 16.

Comas vitta cingit. Ovid. 4. Trist. 4. 78.

Corpore exteme cingi. Cic. 1. de Nat. Deor. 26. Quid autem interius mente? cingit igitur corpore extemo. De mundo loquens. Budæus. Diæta cingere corona. Propert. 4. 1. 61.

Ennius hisfutā cingat sua diæta corona.

Diem cingunt tenebra, Quin dies est caliginofus. Sen. Herc. fur. v. 939.

Medium diem Cinxere tenebra.

Domos muris cingere, Urbem condere. Valer. 4. Argon. 102.

Flumina ripis. Ovid. 1. Met. 39.

Forum tauri. Claud. in 6. Conf. Stilich. 199.

Seu celebres ludos: folio seu fultus eburno

Cingas jure forum, &c.

Fossas minime. Ovid. 13. Met. 212.

Judicium insolita trepidum cinxere corona.

i. e. Gladiis arma- ti circumsterneret judicium.

Mare latus terra cingit. Ovid. 10. Epist. 61.

Omne latus terra cinxit mare.

Latus turbi cingit. Ovid. 4. de Pont. 9. 17.

Dumque latus sancti cinget tibi turba Senatus.

Latus pennæ cingunt utrumque. Ovid. 6. Met. 718.

Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum

Cingere utrumque latus, &c.

Modum obſidi cingere stationibus. Tacit. 13. Ann. i. e. Modo, seu per modum, vel in modum obſidi.

Menia flammis. Virg. 10. Æn. 119.

Muros milites rara cinxere corona. i. e. Pauci erant ad moenia. Virg. 10. Æn. 122.

Navem cingere aggere arenae. i. e. In vado impingere. Virg. 1. Æn. 116.

Illi dicit vadi atque aggere cingit arena.

Nox cingitur astris. Valer. 5. Argon. 567.

Qualibus adiungens nox aurea cingit astris.

Oppida fossæ cingebant. Ovid. 1. Met. 97.

Oppida muris cinguntur. Ovid. 3. de Pont. 4. 105.

Polum cingere aces cœtu dicuntur, Quæ recto ordine & longo ambitu volant. Virg. 1. Æn. 402.

Ut reduces illi ludunt stridentibus aliis,

Et cœtu cinxere polum.

Polos stellaris cingunt. Ovid. 6. Faſt. 718.

Portas aggere. Stat. 2. Theb. 699.

Portus cingitur & conciduntur urbe. Cic. 7. Verr. 95.

Rura fuius cinguntur. Sen. Oeth.

Saltus indagine. Virg. 4. Æn. 121.

Saltus venatu. Claud. de Bell. Gild. 356.

Seges altis sepius cingenda. Ovid. 3. de Arte Am. 562.

Sinus mucrone. Claud. 2. in Eutrop. 446.

Turpe gemit quoties aliquis mucrone coruscō

Armatum, cingitque finus.

Silvam cingere. Alfenus in 1. In lege locationis. D. Locati, In lego locationis scriptum erat, Redemptor silvam ne cœdito, neve cingito, neve decurto, neve quem cœdere, cingere, urete finito. Quarebatur, &c. Quo in loco Cingere accipitur pro Deglabrare, seu corticem destrahere. In èdem significazione usus est Paulus in 1. Cœdere. D. Arbor. furtim cas. Cingere, inquit, est deglabrare. Ruell. de Natur. stirp. lib. 1. cap. 7. Omnibus arboribus mors est, cortex in orbem de- tractus: quamvis a subere & adrachne impune possit eximi. Cœl. lib. 21. cap. 1. Cingi arborem intelligi volüre antiquiores, ubi quis documenti proposito per ambitum delibrasset corticem, quo intermorceretur planta. Silvas cingere. Sen. Hippol. 1. Ite, umbrosas cingite silvas.

Syrtim terra cingere. Lucan. 9. 371.

— at in ignotas agmen committere gentes

Armorum fidens, & terra cingere Syrtim.

Tempora floribus cingere. Catul. 59. 6.

Tempora lauro cinguntur. Ovid. 4. Trist. 2. 51.

Tempora cingere viridantia lauro. Virg. 5. Æn. 539.

Tempora myro. Ovid. 1. Amor. 1. 29.

Ttt 2

Tempora ramis cingere. Componere se ad spectando ludos ex more Romano, ait Servius. Nam feliſis ludis omnis actas coronata spectabat. Virg. 5. En. 71.

Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.

Tempora spicis cingere dicuntur Ceres. Tibul. lib. 2. 1. 4.

Bacche veni, dulcifice tuis & cornibus uva

Pendeat, & spicis tempora cinge Ceres.

Urbem cingit Aludabis fluvius. Cef. 1. Bell. Gall. 38.

Urbem cingere copis & militibus. Liv. 34. 38.

Urbem inenibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Diligentiusque urbem religione, quam ipsiſis inenibus cingitis.

Urbem muris. Ovid. 4. Met. 58. Virg. 5. En. 597.

— longam muris quam cingeret Albam.

Urbem obsidione. Virg. 3. En. 52.

Urbem pinnis atque aggere cingere, i. e. Miuro, in quo pinnæ sunt, & fossa urbem circumdare. Virg. 7. En. 159.

Urbem religione. V. Urbem inenibus.

Cingere insignibus fortuna principialis aliquem. Tacit. 2. Hist. 59.

Aponum nemus Matte cingere. Propert. lib. 3. 1. 42. i. e. Litteris & militis simul operam dare. [Immo Anna, seu Bella canere.

Cingitur, certe expedit fe. Plaut. Amph. 1. 1. 152.

Armis cingi. Virg. 11. En. 188.

— & cingor fulgentibus armis.

Ense latus cinxit. Ovid. 2. Faſt. 783.

Ense cingi. Ovid. 2. Faſt. 13.

Nec galca tegimur, nec acuto cingimur ense.

Ferrum cingitur, Accingit ſe enfe. Virg. 2. En. 511.

Ferro latus. Stat. 4. Theb. 41.

Gladio cingere ſe. Liv. 7. 10. Armant juvenem æquales, pedeſtre ſcu- tum caput, Hispano cingitur gladio.

Venenis cingi, Inſtru, inunni. Valer. 6. Argon. 477.

Cingitur arcanis Saturnia lata venenis.

Flamma cingere, Accendere, incendere. Virg. 1. En. 677. V. Cerd. & Taubm.

Cingere, pro Vefte tegeſe. Sil. lib. 3. 235.

— veltigia nuda, ſinuque

Cingere infauetum, & rubrae velamine vefteſis.

Cingere, Circum habitare. Valer. 6. Argon. 68.

Quique lacum cincere Bycen.

Cingi cum aliquo, i. e. Conjugi. Claud. 2. in 1. Conf. Stilich. 101.

— unoque receptæ

Pectore diverſos tecum cinguntur in uſuſ. [i. e. Accinguntur.

Cingi ſuper. Suet. Cef. cap. 45. Uſuſ enim lato clavo ad manum firmatio, nec ut unquam aliter quam ſuper eum cingeretur, &c.

Cingere ac Tingere a libriariis confundi obſervat. Drakenb. ad Sil. 14. 6. Brochh. ad Propert. 3. 3. 42.

CINGENS, entis. Partic. [ζενία] Catul. Epigr. 62. 167.

Nec patet egressus pelagi cingentibus undis.

Tempora cingens viridi pampino. Hor. 3. Carm. 25. 20.

Horæ cingentes Solem. Valer. 4. Argon. 92.

CINCTUS, a, um. Partic. [ζεθείς] Cic. pro Flac. 27. Equidem exiſtimo in ejusmodi regione atque provicia, que mari cincta, portubus diſtincta, infulis circumdata effet.

Alte cinctus puer. Hor. 2. Serm. 8. 10. i. e. Industrius, gnavus. [Immo re vera alte ſuccinctus. V. Interpp. ad Phædr. 2. 5. 11. ubi una voce ſcribitur Altingius.

Æquore hunc cincta eſt. Ovid. 2. de Arte Am. 469.

Aginibinis comitum cinctus. Ovid. 1. Trif. 5. 30. i. e. Stipatus.

Armis fulgentibus cincti. Virg. 11. En. 188. i. e. Inſtructi. Servius.

Catera matrum cincta virgo. Ovid. 12. Met. 216. i. e. Comitata.

Comis ora cincta. Ovid. 4. Trif. 7. 12.

— credam prius ora Medusa.

Gorgonis angueine cincta fuſſe comis.

Corona cinctus conſefſus. Cic. pro Milon. 1. Non enim corona conſefſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat.

Corona hostium cinctus. Liv. 7. 27.

Enſe latus cinctum. Ovid. 3. Amor. 8. 14.

Ferro bella cincta. Sen. Herc. ſur. v. 695. Et cincta ferro bella.

Freto igneo cinctus Phlegeton. Sen. Thyeſt. v. 73.

Gladio cinctus Hispaniens. Liv. 38. 21.

Hedera cincta anus. Ovid. 3. Faſt. 767.

Honore navalı caput cinctus, i. e. Navalı corona. Ovid. 3. de Arte Am. 392.

Luminibus caput cinctum, i. e. Oculis. de Argo. Ovid. 1. Met. 625.

Mari cincta provincia. Cic. pro Flac. 27.

Multitudine immensa cinctus. Velleii 2. 14. 1.

Nubibus cinctum caput montis. Virg. 4. En. 248.

Vitius cinctus. Claud. de Bell. Gild. 163.

Zona aurca mulierib[us] cinctus. Curt. 3. 3. 19.

Locus ab hoſte cinctus. Ovid. 5. Trif. 13. 21.

Vestes ad pectora cinctae. Ovid. 6. Met. 59.

Utraque ſellinat, cinctæque ad pectora veftes,

Brachia docta movent, ſtudio fallente laborem. [i. e. Succincta.

Cinctus, pro Armatu & militie ſtudioſo. Marcellus in l. Titius D. de Testam. militi. Titius prius quam Tribunis legionis factus eſſet, testamento fecit, & poſtea cinctus, manente eodem defunctus eſt. Quæro, &c.

In alia militia cinctus. Paulus in l. Quod dicitur. D. de Testam. militi. Miles testamentar[um] fecerat, deinde non ignominia cauſa miſſus, rufus cinctus eſt in alia militia. Quærebat, &c.

CINCTUS, ús. m. [ἱλέγονται] Idem quod Cingulum. Plin. lib. 24. cap. 9. Virgam qui in manu habeant, aut in cinctu, negantur intertriginem lentire. Varro de L. L. 4. 23. Cinctus & Cingulum a cingendo: alterum viris, alterum mulierib[us] attributum. [Quod diſcrimina tamen non obſervatſe auctores ex infra ſequentiibus exemplis eluſet.

Cinctu cingere, & Cinctum ſolvere. Plin. lib. 28. cap. 4. Partus accepterat vicinos, ex quo quaenque conceperit, ſi cinctu ſuo ſoluto feminam cincere, dein ſolverit, adiecta preceatione, ſe vixiſſe eandem & ſolutorum, atque aberiat.

Cinctus Gabinus. Virg. 7. En. 612. Ubi Servius, Gabinus cinctus, eſt Toga ſic in tergum rejeſta, ut una ejus lacinia a tergo revocata hominem cingat. Hoc autem vefimenti genere utebatur Confuſ bellū indi-

ſtus: ideo quia quum Gabii Campania civitas ſacrifici operaretur, bellum ſubito evenit, tunc cives cincti togis suis, ab aris ad bella profecti sunt, & adepti victoriā. Unde hic ortus eſt mos. V. etiam Liv. 8. 9. & 5. 46.

Geminatus cinctus. Claud. de Sext. Conf. Hon. 561.

Sonantes cinctus. Stat. 6. Theb. 77.

Cinctus etiam Veſtis erat infra pectus comprehendens, ſimilis ſubligaculo, quo veritas uero loco tunica ſolebant. Graece ἡσυχη & τορπη dicitur, quo nomine Graece etiam Tunica intelligitur. Turneb. & Porphir. ad Hor. in Arte Poet. 50.

CINCTICULUS, i. m. [κιντικούς, κινδυνόν] dimin. Veſtis erat puerum; ut Cinctus, virorum. Plaut. Bacchid. 3. 3. 28. Cincticulo praecinctus in ſella apud magistrum aliſideres. V. Turneb. 2. 30.

CINCTURA, w. f. Idem ac Cinctus. Suet. in Jul. cap. 45. Etiam cultu notabiliter ferunt: uſum enim lato clavo ad manum firmatio, nec ut unquam aliter quam ſuper eum cingeretur, & quidem fixiore cinctura. i. e. Laxiore, & minime adſtricta. Et Quintil. 11. 3. Pars eius prior mediis cruribus optime terminatur, posterior eadem portione altius quam cinctura.

CINCTUTUS, a, um. Adj. [κινδυνόθετος] ut, Cinctutus non exaudita Cethegis, Horat. in Arte Poet. antiquæ dixit: i. e. Militarius viris, & quaſi ad militiam accinctis. Contra, Discinctos Mulciber Afros, dixit Virgilius: i. e. Ad pugnam imbecilles atque inparatos. Acron. Alii per Cinctutos intelligent Veteres, quod cinctu uterentur loco tunicae, qui atate Horatii exoleverat. V. CETHEGUS, CINCTUS, etiam VESTIS. Luperci cinctuti. Ovid. 5. Faſt. 101.

Semicaput coloris cinctutus, Faune, Lupercis.

CINCTOR, óris. m. Gloff. Gr. Lat. ζενία, Cinctor.

CINCTORIUS, a, um. Paratus ad pugnani. Plin. lib. 7. 7. Sed Harduin. ex Mſ. legit Tinctoria eft mens. V. TINCATORIUS.

CINCTORIUM, i. n. Cingulum, & pugio de cingulo pendens. Gloss. Vet. περιγένετος, pugio, cinctorium. Et Pompon. Mela 2. 1. extr. Mars omnium (Scytharum) Deus: ei pro ſimilares enies, & cinctoria deſcendant. Al. Tinctoria. V. Salmaf. in Solin. p. 133, & Hard. ad l. c. Plin.

CINGULUS, i. m. & CINGULUM, i. n. [ζενία] Quo quis cingit. Cic. in Somn. Scip. 15. Cernis autem terram eandem, quai quibusdam redimitam & circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter ſe diuersos vides, &c. De quinque zonis terra loquitur.

Cingulos, veteres appellabant Homines, qui in his locis, ubi cingi ſollet, fatis ſunt tenues. Festus.

Cingulo nova nupta præcingebatur: quod vir in lecto ſoluebat, factum ex lana ovis: quod ſicut illa in glorios ſublata, conjuncta inter ſe fit: ſic vir ſuus ſecum cinctus, viñctusque eſt. Festus.

Cingulum etiam Militia erat ſignum, & pro Militia ponitur. Hinc, Sumere cingulum; Ponere cingulum, pro Dare militie nomen, Eideſque valedicere, dicebant. Sulpicus Sev. de Virtutibus Martini Dial. 2. 11.

Miles quidam cingulum in eccl[esi]a, monachum profeſſus, abjecerat.

Dignitatis cingulum, in l. Omnes. Ut dignitatum ordo ſeruatur. lib. 12. C. Tertium vero, inquit, ordinem eorum proſpicimus, quibus abſentibus cingulum illuſtris mittitur dignitatis. Quartum honoriorum, qui praſentes a noſtro numine fine cingulo codicilloſ tantum honorarie dignitatis adepiſtunt. Quintum eorum, quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mituntur illuſtris dignitatis. Sine cingulo, Sine administratore dixit, auctore Accurſio. Budaeus.

Sub cingulo delata illuſtris dignitas dicitur, Quando juſta & plena eſt, & revera delata: Citra cingulum vero, Quando honoris tantum gratia, hoc eſt honoraria. I. Omnes. de Metatis & epidem. lib. 12. C. Cereris vero, inquit, quibus illuſtris dignitas ſub cingulo vel citra cingulum pro ſolo honore delata eſt, exculſandarum aedium licentiam penitus de- negamus. Budaeus.

Spoliare cingulo. l. 3. de Domest. & protectoribus, lib. 12. C. Quinqueuim autem ſi fuerit divagatus, ipſo jam cingulo ſpoliandus eſt.

i. e. Dignitate & magistratu privandus & dejiciendus, hoc eſt quod ali- legitur, Difcindere. Budaeus.

Cingula, plurale. Stat. 6. Theb. 225. — ſeu frena libet, ſeu cingula flammis Mergere.

Aurea bullis cingula. Virg. 9. En. 300.

Fulgent bullis cingula. Virg. 12. En. 942.

— & notis fulgerent cingula bullis.

Subnectere cingula. Virg. 1. En. 496.

Cingula, pro Veneris certo ponit Valer. 6. Argon. 472.

CINGULA, et ſ. [ζενία] Qua cinguntur equi, proprie. Ovid. Rem. Amor. 236.

Et nova velocem cingula lēdat equum.

CINGRIAE, Tibiae dicebantur, quæ licet breviores eſſent, ſubtilioribus tamē modis inforabant. Perott.

CINGULUM, & CINGULUS. In CINGO.

CINGULUM, i. n. [κινδυνός] Civitas Piceni notiffima: unde hodie muli Cingulanis optimi veniunt. De Cingulanis meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Cic. 7. Att. 11. & 13. V. Cef. 1. Bell. Civil. 15. Drakenb. ad Sil. 10. 34.

CINIATA, n. pl. [κινεῖν] Caffellum munitionis, in Ciniatene, vel Ciniatene regione ſub Olygante monte; unde Mithridates, Conditor dictus, Ponti regnum occupavit, & ad Eupatorem poferis reliquit. Strabo lib. 12.

CINIPHES, is. m. Vermiculus eſt permoleitus, culci ſimilis. Apud Septuaginta Exod. 8. 16. οὐρῆς scribitur. Severus Sulpicius in Historia de Pharaone & plagis ejus 1. 14. 4. Donec ſuperductis ciniphibus terra oppleta eſt, Chaldei ſatentibus majestate divina iſta fieri. Ifidor. 12. 8. Ciniphes muſe minutissime ſunt, fed aculeis permoleſtæ, quibus terra plaga ſuperbus populus Ægyptiorum cauſus eſt.

CINIIS, éris. m. [ηφεξ, ηφεδη, ιφεδη] Pulvis eſt in quem materia uſta redigitur. Feminini generi videtur protulife Catal. 68. 90.

Troja, virſim & virtutem omnium acerba cinis. Certe Priscianus lib. 5. cap. 1. non ita procul a fine, tradit maſculinum & femininum ſuſſe apud veteres. Sic ſuprat & Scrib. Largus. V. infra.

Ater cinis. Virg. 4. En. 633.

Namque tuu patria antiqua cinis atque habebat.

Aridus cinis. Hor. Epop. 17. 34. — donec cinis

Injurioſus aridus ventis ferat.

Aufoniſ cinis. Sil. lib. 17. 596.

Videre Eoi monſtrum admirabile Seres,

Lanigeros cinere Aufonio canescere lucos.

Dolosum cinerem vocat llorat. Qui prunas contegit, quoni qui tangunt, cinerem merum & frigidum jam esse rati, manus comburere solent. Sic enim ille inquit 2. Carni. 1. 7.

Pericula plenum opus aleæ

Tractas: & incedis per ignes

Suppositos cineri dolofo. Deterret hac oda Asiniu Pol-
lionem a scribendo historia bellii civilis.

Fervidus. Senec. Troad. 2.

Frigidus. Ovid. 19. Epist. 24.

Flammatum non fiat frigidus illa cinis.

Fulmineus. Stat. 3. Theb. 184.

Immundus. Virg. 1. Georg. 84.

Lixivus cinis interdum est ipsum Lixivium liquidum. Scribonius, Comp. 216. Hoc teritur ex cinere lixiva donec leve factum habeat mellis spissitudinem. Iterum, Comp. 228. hoc teretur oportet ex cinere lixiva & caprifico, vel sarmentis, donec levia passi habent temperamentum. Annotavit Turnebus 17. 16. V. Lexic. Scrib. Rhodii, & LIX f. 1.

Tepentes. Stat. 3. Silv. 3. 37.

Tepidus. Ovid. 8. Met. 641.

Aufert aura cineres. Lucan. lib. 8. 790.

Candet in igne cinis. Ovid. 2. de Arte Am. 440.

Collapsi, Quoniam subfidunt, & ignis est extinctus. Virg. 6. En. 226.
Postquam collapsi cineres, & flamma quietit.

Dare ruinas urbis in cinerem. Sen. Troad. v. 739.

An has ruinas urbis in cinerem datas

Hic excitat?

Dimovere cinerem foco. Ovid. 8. Met. 641.

Diripitur ventis. Tibul. lib. 1. 6. 54.

Everberare. Ovid. 14. Met. 577.

Congerie & media tum primum cognita præpæs
Subvolat, & cineres plausi everberat alis.

Miscere cineri urben. Stat. 12. Theb. 82.

— & impulsus cineri miscere Mycenæ.

Latet obrutus cinere ignis. Lucret. lib. 4. 924.

Queritare cinerem. Plaut. Mil. 4. 2. 10. Huius sermones haud cinerem
quaritant, i. e. Non abjectus est, nec vilis & fordidus sermo, ut debeat
elui.

Suscitare cinerem & sopitus ignes. Virg. 5. En. 742.

Vertere omnia in sumum & cinerem. Hor. 1. Epist. 15. 39.

Verba ari in cineres. Ovid. 5. Trist. 12. 68.

Sic ultimæ, que nil metuentem tale magistrum

Perdidit, in cineres ari mea verba foret.

Cinis, pro Manibus, & reliquiis funerum, vel memoria. Cic. 3. Verr. 113. Homo importunitissime, cum tantum injuriam P. Annio mortuo se-
cessit? cur hunc dolorem cineri ejus, atque ossibus inusti, ut liberis
ejus bona patria, voluntate patris, jure, legibus tradita eriperet, &
qui tibi esset commodum, condonares? Pers. 1. Sat. 36.

— nunc non cinis ille poeta

Felix? Budæus. Quia veteribus mortuorum corpora crema-
re, & in cinerem redigere nos fuit.

Manes & cinis. Virg. 10. En. 828.

— teque parentum

Manibus & cineri (siqua est ea cura) remitto.

Ossa & cineres. Virg. 5. En. 45.

Nunc ultra ad cineres ipsius & ossa parentis

Adsumus.

Compositus. Ovid. 3. Fast. 547.

Deserti cineres. Martial. lib. 11. 51.

Jam prope desertos cineres, & sancta Maronis

Nomina, &c.

Extinctus cinis. Ovid. 5. Fast. 425.

Jam tamen extincto cineri sua dona cerebant,

Compositum nepos busta piabat avi.

Ingratus. i. e. Tristis. Servius Virg. 6. En. 213.

Maternus. Ovid. 13. Met. 699.

Operti matris. Hor. 2. Carni. 8. 9.

Patrii cineres. Hor. in Arte Poët. 471.

Nec fatis appetit cur versus factit, utrum

Minxerit in patrios cineres, an triste bidental

Moverit incetus. Patrios cineres vocat Sepulcrum patris. Acron.

Sepultus. Ovid. 13. Met. 615.

Tristes. Sen. Troad. 5.

Dare poenam cineri, atque ossibus alicuius. Cic. 3. Verr. 113. Vide
quid Antonius se gavum dicat: Deditse poenas sceleratum Trebonium
cineri, atque ossibus clarissimi viri.

Ferre suprema cineri, Exequias & funus celebrare. Virg. 6. En. 213.

— cineri ingrato supremo cerebant.

Haurire cinerem, pro Accipere. Ovid. 13. Met. 426.

— tamen unius hausti,

Inque sine cineres secum tulit Hectoris haustos. de Hecuba.

Jactare cinerem & reliquias, pro Cremato corpore defuncti. Sen. Herc. OEth. v. 1756.

Inureret dolorem cineri, atque ossibus alicuius. Cic. 3. Verr. 113. Cur
hunc dolorem cineri ejus, atque ossibus inusti?

Libare cineri. Virg. 3. En. 303.

Libabat cineri Andromache, manesque vocabat

Hectorum ad tumulum.

Mittere munera cineri alicuius; Honore prosequi funus illius, In hono-
rem mortui aliiquid facere. Virg. 4. En. 623.

Obsecrare per cinerem. Cic. pro Quint. 97. Obsecravit per fratriss sui
mortui cinerem.

Reportare solatium cineri atque ossibus alicuius. Cic. 7. Verr. 129. Non
ex litibus astimatis tuis pecuniam, domum, sed ex tua calamitate ci-
neri, atque ossibus filii solatium vult reportare.

Rigare cineres. Senec. Troad. v. 288.

Tumuloque donum detur, & cineres riget.

Solvere honorem cineri. Valer. 3. Argon. 357.

Cineres pro Morte. Martial. lib. 1. 1.

Rari post cineres habent poetæ. Et Ovid. 4. de Pont. 16. 3.

Famaque post cineres major venit.

Cinis metonymice pro Homine mortuo. Virg. 5. En. 81.

— salvete recepti

Nequicquam cineres, animaque, umbraque paternæ. i. e.

Salve pater, de Troja frustra liberare. ut Servius exponit.

Flagrat cinis ejus amore tui. Martial. lib. 12. 52.

Servare fidem cineri, Mortuo vota perfolvere que vivo exhibita fuerunt.

Virg. 4. En. 552.

Non servata fides cineri promissa Sichæo.

Cinis pro reliquiis patriis in cinerem dñe.

Cineres & flamma extrema.

Illiaci cineres, & flamma extrema meorum,

Testor in occasu vestro, &c.

Miserandus patria cinis. Aut̄ ad Heren. lib. 4. 13.

Supremos insidera cineres patriæ. Virg. 10. En. 59.

Non satius cineres patriæ infidelis supremos?

i. e. Habita-

CINISCLUS, i. m. dimin. Prudent. Illym. 10. 141.

Non, si cariofa vetustas

Dissolverit ossa favillis,

Fueritque ciniculus arenas,

Minimi mensura pugilli.

CINEREUS, a, um. Adj. [περιφερεῖς] Quod cineris est; ut, Cinereus
color. Plin. de vite, lib. 14. cap. 3. Contra damnant etiam visu ci-
nerea & rabucula, & afnifica. Hard. Ravulcula & Afnufca.

CINERACEUS, a, um. Adj. Cineris colorē referunt. Plin. lib. 33.
cap. 6. pr. Terra est alia rufa, alia cinerea. De Argenti metallis.
Color cineraceus. Plin. lib. 25. cap. 13. Folii coriandri cineracei colo-
ris, flore purpureo.

CINERARIUS, i. m. Idem ac Ciniflo. ita dictus, quia acus & veruta
flando calefaciebat, quibus matronæ capillos crisparabant. Varro L. L. 4.
29. Qui calamitos calefactos in cinere ministirabant, a cinere Cinerarius
est appellatus. Et Catull. 59. 138.

Nunc tuum cinerarius

Tondet os.

Cineriariorum meminit etiam Tertull. de Uxor. 2. g. conf. Lambin. ad
Hor. 1. Serm. 2. 98.

Per irrationem Vigilantius Cinerarios dixit, Qui cineres & reliquias Mar-
tyrum honorarent. Hieron. Epist. 53. ad Riparium advers. Vigilant.
Ais Vigilantios os foecit rufus aperire, & putorem spiculiforme
contra sanctorum Martyrum proferre reliquias, & nos, qui eas suspici-
mus, appellare Cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum of-
fa venerentur.

CINERARIUM, i. n. Sepulcrum, cineris mortuorum conditorum. In-
scriptio vetus apud Gruter. p. 850. n. 10. FRATRI OPTIMO ET PI-
SSIMO CINERARIUM FECIT. Item Inscriptio Romæ, CINERARIUM.
GEMELLI. III. AELI. MARCI. ET. PHILIPPI. Spon. Mifc. Erud. Ant-
iq. fec. 9. p. 290. Hinc

CINERRIUS, a, um. Adj. Sepulturnarius. ut, Fines cinerarii, apud
Gromaticos Gœſii p. 296.

CINERITIUS, a, um. Cineris filius. Varro R. R. 1. 9. Terra non cine-
rit, neve vehementer densa.

CINEROSUS, a, um. Plenus cinerum. ut, Canities cinerofa. Apul. lib.
7. sub fin. p. 199.

CINERES, ère. Tertull. Apol. cap. 40. de pomis Sodomiticæ regionis:
Si qua illuc arborum, poma conantur oculis tenus; ceterum contacta cine-
refractio.

CINEFACIO, [περιφερεῖ] ère. veteres usurparunt pro eo quod est. In cine-
rem redigo. Lucret. lib. 3. 920.

At nos horrifico cinefactum te prope busto

Infatibiliter defebimus.

CINIFLONES, um. m. a. Cinere dicti. Ciniflones & Cinerarii (ait Acror.)
eadem significatio apud veteres habebant, ab officio calamiflorum,
id est verum in cinere calefactorum, quibus matronæ capillos cri-
spabant. Cujus rei & Virg. 12. En. 100. meminit dicens,

Vibratos calido ferro, myrraque madentes. Dicti autem Ci-
niflones ab eo, quod in cinerem flant ad ferrum calefactendum. Hacte-
nus Acror. ad illud Hor. 1. Serm. 2. 98.

Custodes, leicta, ciniflones, parafitæ. Plaut. Aul. 3. 5. 35.

Ciniflones, patagiaris.

CINNA, æ. m. [κίννα] Cognomen gentis Corneliaz. L. Cornelius Cin-
na, cum Cn. Octavio anno U. C. 666. suffragante ipso Sulla, qui tum
rerum potiebatur inimico, consulatum adeptus est. In quo permis-
cio leges de revocandi exilium ferret, pulsus a Cn. Octavio collega,
magistratus exutus, ex Urbe profugit, & bellum urbi intulit, arcessito
C. Mario cum aliis exiliis ex Africa. Qui quoniam opprimi initia po-
tuerunt, Cn. Pompeji fraude, & Octavii cōs. segnitie viribus aucti,
tandemque in urbem recepti cædibus omnia complevere: inter quos Cn.
Octavianus Consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem jugularunt,
corumque capita pro Rostris posuerunt. In quanto demum consulatus a suis
desertus & denique occisus periret. Ex Epitoma Livii lib. 79. & 80.

Cinna alias Helvius, qui per errorem necatus a Populo Rom. fuit foro
medio, statim a funere C. Cæsaris, quoniam Cornelium Cinnam Trib. pl.
esse putarent, qui pridie graviter in Cæsarem concionatus fuerat. Suet.
Jul. Cap. 87.

Fuit preterea L. Cinna, quem ex hoste Octavio amicorum fecerat,
& utique ad judicium dignitatem exoneratus, ubi adversus se infidilia
cognovit, iratus nova in eum exempla meditabatur. Verum Livie
tandem consilium fuit, mitior est factus, eumque remotis arbitris in cubicu-
lum vocavit: ubi cum ei ingratis animum exprobaret, Vitam (inquit)
Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc infidili: & pariter contem-
damus, utrum ego melius iterum tibi vitam dederim, antu debetas. Se-
neca lib. 1. de Clementia cap. 9.

Fuit & Cinna poeta optimus, qui scripsit Smyrnam, quem libellum de-
cem annis eliminavit. Author Servius ad illud Virg. 9. Ecl. 35.

Nam neque adhuc Vario video, nec dicerit Cinna

Digna, fed argitos interstrepere anfer olores.

Smyrna Cinna. Catul. 92. 1.

Smyrna mei Cinnae, nonam post denique messem,

Quam cœpta est, nonamque edita post hiemem.

Ttt 3

CINNA

CINNANUS, a, um, ut, Partes Cinnanæ. N eos, 24. 2. 2. Dissociatis civium animis, cum alijs Sullanis, alijs Cinnanis faverent partibus. Tumultus Cinnanis. Idem ibid.

CINNA, Civitas Thessalica, a Cinno Gygante, & Cœi fratre dicta.

Et etiam Cinna, Civitas Hispania, in regno Castellæ, r̄m Ptol. a qua CINNENSIS, Populi, quo sconveniuntur Plin. in conventu Tarracensi, lib. 3. cap. 3. [Sic emendat ex Ptol. Hard. vulgo Cincensis editur.]

CINNABARIS, is, vel CINNABARI, eos, f. [κιναρίον] Color quidam minio eccedens. Plin. lib. 33. cap. 7. Milton vocant Graci minium: quidam cinnabarini. Unde natus error Indico cinnabaris nomine, sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisso utriusque animalis sanguine, ut diximus. Neque aliud est color, qui in pictura proprie fanguium reddat. Dioscorides lib. 5. cap. 61. Falso existimat quidam minio eandem cinnabarini esse: Minium enim in Hispania ex lapide quodam, argenteraria arena mixto conficitur. In fornace liquido excoctum minium, floridanum & sulfentifinum colorē contrahit. Et paulo post, Cinnabaris contra ex Libya affertur: premium illi ingens est: tamque exiguum affertur, ut vix variandi in pictura lineis pictoribus sufficiat. Profundi coloris est: eamque ob causam crediderunt multi draconis sanguinem cinnabarini esse. Mathiolus ait veram cinnabarini Dioſcoridis esse gummi arboris in Africa nascientis, & nostram hanc cinnabarini nihil aliud esse, quam minium verum.

CINNAMONUM, i. n. [κιναμόνη] Frutex est in Æthiopia, qui sit brevissim, fistula duplo duorum cubitorum altitudine. V. Plin. lib. 12. cap. 19. Huius autem lignum inter aromata delicatissima annumeratur, vulgus Cinnamomum vocat. Nestor contendit Cinnamomum prima utique salvia correpta scribendum, affertque Græcum vernum ex Dionysio in Periegesi, ubi producitur tertia, ceteris correptis. Poeta vero ubi Cinnamomum dicere non poterunt, Cinnamomum gemino n dixerunt. E vel potius Cinnamum, q. V.

CINNAMOMINUS, a, um, ut, Oleum cinnamonominum. Plin. 13. 1. Edit. Harduin. Alii legunt Cinnamum. V. etiam Dioſc. 1. 74.

CINNAMOLÖGUS, i. m. Cinnama legens, avis Arabica vel Indica non men. Plin. 10. 33. In Arabia Cinnamologos avis appellatur: cinnami furculis nidificat. Solin. cap. 33. Cinnamolong vocat, risu inaudito est. CINNAMUM, i. n. [κιναμόνη] Idem ac Cinnamomum. Martial. lib. 4. 13. Tani bene rara suo miscerunt cinnamonum nardo. Plin. lib. 10. cap. 22. Adipem eorum in vase areo cum cinnamono nive multa obrutum.

Panchæa cinnamon. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 95.
Hic casse natura seges, Panchæaque furgunt
Cinnama.

Quassa cinnamon. Ovid. 15. Met. 399.

Quassa cum fulva substravit cinnamonum myrrha.

Dare cinnamon. Ovid. 3. Faſt. 731.

Cinnama tu primus, captiuaque thura, dedisti.

Etiam rogo illara cinnamon. Martial. lib. 11. 55.

Et que de Stygo rapuisti cinnamon lecto, &c.

CINNAMÉUS, a, um, ut, Crines cinnamoni. Apul. 5. Met. p. 164.
Nodus cinnamon. Aufon. Eydill. 11. 17.

Ales cinnamonae radius tempora nido.

Odor cinnamonæ. Apul. 8. Met. p. 205.

CINNARA, a, f. Nomen herbarie, qua refistit venenatis pabulis cervus. Plin. lib. 8. cap. 27. Emendati codices sic habent, Cervus herba cinare venenatis pabulis refistit. Cinare ablativus est, scribiturque unico n. Quidam dicunt eam esse majoris cardui speciem, quam Dioſcorides chamaeleona appellat, vulgus Articocalon. Sed qui hoc dicunt toto errant caelo. V. CINARA.

CINNUS, i. m. Plurim committi, auctore Nonio 1. 295. Cic. in Orat. 21. Est autem quidam interjectus inter hos medius & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, ut cinnus amborum, neutro excellens, utriusque participes, vel utriusque (si verum quarimus) potius expers. Emendatoria exemplaria habent, Vicinus amborum, in neutro excellens: & re vera sincerior videatur lectio. [Licit Noniana lectio fe Camerario, Grutero, & novissime etiam Verburgio probaverit, quam, mea quidem sententia, ipsa qua sequuntur Cic. verba, refellunt.

Cinnus, pro Capillo. Plaut. Truc. 2. 2. 32. Compositos, crisplos, cinnos tuos unguitos. Emendati libri Cincinatos habent.

Cinnus etiam, Portionis genus ex frumento coctæ, vel, secundum Nonium 1. 207. ex multis liquoribus confectæ. Arnob. 5. p. 174. Sintenti adoris offerit potionem cinnum, cyconeum quam nuncupat Græcia.

CINUS, i. f. Arbor filivetris, grata apibus. Pallad. 1. 37.

CINYPHUS, i. m. [κινύφη] Ptol. & Strab. [CINYS, iphis, κινύφη Herod.] Libyes fluvius inter duas Syrtes in mare per Macas populos fuit, ut at Herodotus. Hinc

CINYPHIUS, a, um, Adj. [κινύφη] Sil. lib. 3. 275.

Tum primum castris Phoenicium tendere ritu

Cinyphi didicere Macæ, squalentia barba

Ora viis, humerosque tegunt velamina capri.

Hirci Cinyphi. Virg. 3. Georg. 312.

Nec minus interea barbas, incanaque menta

Cinyphi tondent hirci.

Humus Cinyphi. Ovid. 5. Met. 222.

Seges Cinyphi. Ovid. 2. de Pont. 7. 25.

Sinus Cinyphius. Martial. 14. 140.

CINXIA, Juno. V. CINCIA.

CINYPHS, V. CINYPHUS.

CINÝRAS, æ, m. [Κινύρη] Phoenicia rex, cuius regia fuit Byblos civitas, ut scribit Strabo lib. 16.

Cinýras, Alius rex Cypr., Cilicis filius Beti nepos, qui cum Myrrha sua nutricis afflita ignarus concubuit, a quo & Cinyreia dicitur ipsa. Ovid. 10. Met. 369.

— at virgo Cinyreia pervigil igne
Carpitur indomita. Fabulam horum omnem fuisse tractat idem poeta, hoc quem iam indicavimus libro.

C I O

CIO, cis, civi, citum. In CIEO.

CIONIA, orum. m. pl. Mediae purpuratum, buccinarumque partes. Interpr. Dioſc. 5. 5. V. xiovia in lexico Græco.

CIONIS, idis. f. Ioid. Dioſc. 1. 127.

CIO, Emporium Phrygiæ, a Cio Herculis comite, & juxta fluvius ejusdem nominis. Palæmon ex Dionysio,

Qua Cius egregius decurrens murmurat unda. Plin. lib. 5. cap.

32. Cios cum oppido ejusdem nominis, quod fuit emporium non procul aequaliter Phrygiæ, a Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Alcania Phrygia vocabatur.

CIPERUM, V. CYPERUM.

CIPPUS, i. m. Familia Romana cognomen. V. Spanheim. de Usu & praef. num. diff. 10. p. 6. conf. Pitisc. Lex.

CIPPUS, i. m. [κιππος] quid sit, fati sapiente declarat Cœf. 7. Bell. Gall. 73. Quini erant ordines conjuncti inter se atque implicati, quo qui intraverant, se, si ipsi acutissimi vallis induabant: hos Cippus appellabant.

Cippus, in monumento. Hor. 1. Serm. 8. 12.

Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum

Hic dabat. Hicci determinabant locum & spatium monumeti, ut quantum jugeri sepulcrum occuparent omnes scirent, & hæreditario iure hæredipetitas hunc locum, spatium, vel agrum petere non posse. Levis cippus. Perf. 1. Sat. 37.

— nunc non cinis ille poeta

Felix? nunc levior cippus non imprimit ossa?

Cippus est etiam Terminus. Vet. Glossa: Cippus, Κιππος αλεχης, i. e.

Terminus lapidetus. Valerius Probus de notis: CIPPUS. Cippus, i. e. Terminus. Et Vet. Inscript. TERMINAVIT RIPAM R. R. PROXIMO CIPPO. Et alia Inscript. EX S. C. TERMINAVIT. R. R. PROXIM. CIP. PED. CLXI. conf. Gochii Auctores Agrar. p. 88.

Cippus est quoque Vincili lignæ genus, quo pedes confringebantur. Vet. Gloss. Cippus, κιππος. V. etiam Gell. 16. 7.

CIRCA, [κιρκη, περιξ] Præpositio, qua accusativo casui jungitur: i. e. Juxta & Prope. Locum & tempus significat. ut, Circa forum. Quintil. lib. 6. cap. 14. Taberna autem erant circa forum. Apul. de Afiso, Aliquantisper vigilo, dein circa tertiam vigiliam conniveo.

Effugere circa balneum. Martial. lib. 12. 84.

Sævit amor circa jecur. Hor. 1. Carm. 25. 16.

Quum tibi flagrans amor, & libido, &c.

Sævit circa jecur ulcerorum.

Circa latus fatire. Hor. 2. Serm. 6. 34.

— aliena negotia centum

Per caput, & circa falum latum.

Lucos circa, Κιρκη, περιπη. Virg. 3. Georg. 146.

Est lucos Silaris circa, illicibusque virientes

Plurimus Alburnum volitans.

Vir circa decem lustra, i. e. Annorum quinquaginta. Hor. 4. Carm. 1. 6.

— define dulicum

Mater fava cupidum,

Circa lufra decem flectere molibus

Jam durum imperis. Subaudit vir, aut homo, aut senex.

Nisi sic exponas, Circa atatem annorum quinquaginta.

Circa patrem. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Circa regem. Virg. 4. Georg. 75.

Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densa

Misceuntur. De apibus.

Circa occultandam eloquentiam. Quintil. lib. 4. & 6.

Circa, Ciceri. Suet. Claud. cap. 6. Qui tamen moriens, & in tertii hæreditibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa festinum vicies prosequitur.

Circa singulas heminas. Cels. lib. 7. cap. 15.

Circa quinque Romanorum, sociorumque ceciderunt. Liv. 27. 42.

Oppida ea fuisse circa septuaginta. Idem 45. 34.

Circa, Adversus. Plin. Epit. 9. lib. 3. Circa Hispanum & Probum multum fudoris.

Circa, pro Apud. Curt. lib. 3. 1. 17. Circa regem erat & Phrygum turbata & Macedonum.

Circa, pro D. Plin. lib. 8. cap. 16. Varia circa haec opinio.

Cic. lib. 9. Epit. 15. Ex prioribus tuis litteris intellexi, pergratam tibi

esse sententiam meam, & animum meum circa curam valetudinis tuae, quam tibi perspectum esse gaudeo. Ita quidem Lamb. in textu: Sed in margine ponit lectionem, qua est etiam in Ald. Intellexi pergratam tibi esse curam meam valetudinis tuae. H. St.

Circa res aliquas sperare gratiam ingenii. Quintil. in procem. lib. 1.

Circa praefatos literas dimittere. Liv. 5. Decad. lib. 2. Litterisque circa

praefatos dimisit, &c. i. e. Quaiverunt ad praefatos.

Circa se, Circa Regem, &c. eodem modo utuntur, quo si κιρκη αττικη, apud Græcos, ut, Sed non passi sunt, qui circa erant, N eos 18. 10.

4. h. e. Amici & familiares. Et Suet. Domit. cap. 9. Omnes circa se liberaliter prenuntios. V. Liv. 1. 40: 22. 30. & Caſaub. ad Sue. Caf. cap. 27. & Breeck. ad Tibull. 1. 3. 87.

Circa, pro lu. Quintil. in procem. lib. 8. Præcipue circa partis hujus præcepta elaboravit.

Animus est circa carpos. Hor. 2. Carm. 5. 5.

Circa virentes est animus tuae Campos juventæ.

Circa ima sublisse. Quintil. in procem. lib. 1.

Circa Demetrum, pro Circa Demetriitempora. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Circa, pro Circum. Cic. 4. Att. 19. Nostram ambulationem, & Laco-

nicum, enque qua circa fint velim quum poteris, invisas. Et 1. de Le-

ge Agr. 20. Quia Rullus Capuan, & urbes circa Capuan occupari?

CIRCA, Adv. Liv. 1. Decad. lib. 9. Nam & circa omnia defecerunt, unde subiecti committuntur poterat. Et Tacit. 2. Ann. 11. 4. Cariovalda labitur,

& multi nobilium circa. Et Ovid. 3. Met. 411.

Gramen erat circa, quod proximum humor alebat.

Circa etiam Ante significare videtur. Liv. 21. 43. Dextra lævaque duo

maria claudunt, nullam ne ad effugium navem habentibus. Circa Pa-

dus annis, major ac violentior Rhodano, abtergo Alpes urgent.

Cir-

CIRCA, æ. f. [κίρκη] Herba est strychno sativo similis, flore nigro & pufillo, femine mili magnitudine, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali. Autōs pl. Plin. lib. 27. cap. 8.

Fuerunt qui eandem credenter cum Circāo: quod tamen falsum esse ex utriusque descriptione facile deprehenditur.

CIRCANEA, æ. f. Avis dicitur quo volando circuitum facit. Fest. V. Not. Dacerit. [Augurale vocabulum videtur.]

CIRCE, es. [Κίρκη] (inquit Cic. 3. de Nat. Deor. 48.) Solis filia, e Perseide Oceani filia. Hæc veneficiis dedita, multarum herbarum ac radicum varias vires, mirabiliter inventis: quamvis a matre prius in iis esset instruta. Itaque Sarmatarum regi connubio juncta, virum mox veneficio peremis, & ipsa regna potita, sive nimium ac crudeliter administrabat imperium: quamobrem regno ab incolis pulsā, in Italiani venit, & in promontorio Latii confedit, quod ex ejus nomine Circeum vocatur: ubi homines ad se venientes carminibus & veneficiis mutabant in varias bestias, ut testis Virg. 7. Æn. 20.

Quos hominum ex facie Dea feva potentibus herbis
Induerat Circe, in vultus ac terga ferarum. Abundat hoc multis ac variis herbis, quibus ad beneficia abutebatur. Fingitur eadem a poetis socios Ulyssis, quem hospitio exceperat, mutasse in porcos. Virg. 8. Ecl. 70.

Carmenibus Circe socios mutavit Ulyssis. Cic. lib. 1. Offic. 123. Quam multa pauci esset Ulysses in illo errore diuturno, quam & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inferirent.

Medicamina Circes. Carmen de Pulse inter Ovidii opera repositum.

Pocula Circes. Hor. 1. Epist. 2. 23.

Sirenum voces, & Circes pocula nosti:
Quæ si cum socii stultus, &c. De Ulysse.

ÆTA Circe. Ovid. 4. Met. 205.

Nec tenet Hæc genitrix pulcherrima Circes. Hæc vocat ab ea Colchorum urbe, non ut Servius scribit, a vocibus eorum, quos in bruta animalia convertet. Hæc Raphael Regius.

Callida. Claudi. 1. in Ruff. 153.

Titania. Titanis aut Solis filia. Valer. 7. Argon. 347.

Vitrea. Hor. 1. Carm. 17. 20.

Circe Picum, quem equorum domitorem Maro vocat, mutavit in avem. Virg. 7. Æn. 191.

Picus equum domitor: quem capta cupidine conjux
Aurea percussum virga & verfumque venenis
Fecit avem Circe, sparsaque coloribus alas.

Circes, genitivus. Ovid. 14. Met. 247.

— moneo fuge littora Circes.

CIRCAEUS, a, um. [Κίρκαιος] Adj. Virg. 7. Æn. 10.
Proxima Circæa raduntur littora terra.

Agri Circæi. Valer. 7. Argon. 544.

Campi. Valer. lib. 5. Argon. 327.

Fraudes Circæa. i. e. Circes. Propert. lib. 3. 12. 27.

Gramen Circæum, Herba venenata. Propert. lib. 2. 1. 53.

Litus Circæum. Ovid. 14. Met. 248.

Mœnia, Circæi. Hor. Epod. 1. 30.

Poculum Circæum. Cic. 1. Ver. 57.

Tellus. Ovid. 15. Met. 718.

CIRCAUM, i. n. Herba, quæ & Mandragora. Plin. 25. 13.

CIRCEUM, i. n. [κίρκειον, vel κίρκων] Promontorium, vel Mons est Campania, ut dictum est, Circes regia percelebris. In hoc summo opidum fuit, quod & Circæum regia & frequentius Circæi. Nam utrumque Livius dicit. Circa hunc tractum Campania celebatur Juppiter, qui Anxurus, vel Axurus dicebatur, & Juno virgo, quæ Feronia vocabatur. Virg. 7. Æn. 799. Circæi vero, ut Plin. auctor est lib. 3. cap. 5. quondam Insula immenso quidem mari circumdata, si Homerio creditur, ubi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib. 5. Post Antium Circæum est stadiorum ducentorum & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulae. Habet etiam castellum, & Circæs facellum, & Minervæ aram. Circæi, nunc vocantur Cercelli, teste Olivario in Melam, forte quasi Circæs facellum.

CIRCIENSES, um. m. [κίρκειον] Qui Circæios inhabitant. Cic. 3. de Nat. Deor. 48. Circæn quoque coloni nostræ Circeenses religiose colunt.

CIRCELLUS, V. CIRCUS post CIRCUUM.

CIRCENSES, V. CIRCUS ibid.

CIRCRUS, i. m. Navis. V. CERCURUS.

CIRCES, itis. m. Idem quod Circus vel Circulus. Festus: Circites, Circuli exare facti. Non tantum vero ex ære, sed quivis circuli. Sidon. Carm. 22. 222.

Umbras multicavus spatio circite fornix.

Circites etiam inter Olearum genera. Columel. 5. 8.

CIRCINUS, i. m. [κλεῖτος] Instrumentum, cuius altero pede fixo, altero converso circulus, seu orbis designatur. Plin. lib. 2. cap. 25. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitate. Ovid. 8. Met. 247. de Perdice Dædali discipulo, circini inventore.

Primus & ex uno duo brachia ferrea nodo

Vinxit, ut, æquale ipso dillatibus illis,

Alteras pars statet, pars altera ducerebatur.

CIRCINO, [κύρων] ære. Orbem, seu circulum facere, vel rotundum facere. ut, Plin. 17. 12. Arbores, quæ in orbem ramos circinant. Plin. lib. 16. cap. 38. Cetera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulmam.

Circinare, Circumire etiam significat. ut, Circinare auras apud Ovid. 2. Met. 723.

Inclinat cursus, & easdem circinat auras. De Cylleinio volante.

CIRCINATUS, a, um. ut, Rotunditas circinata. Plin. 17. 12.

Folia circinata. Plin. 16. 24.

Tympanum circumatum. Idem 18. 34.

CIRCINATIO, ōnis. f. ut Rotunda circumatio. Vitruv. 3. 3. Ducatur ex eo centro rotunda circumatio. i. e. Circulus.

Ponitur etiam pro Circumitione ipsa. Vitruv. 9. 6. Propter eam circinationem morantur (Mercurius & Venus) in spatii signorum.

CIRCIARIUS, i. m. Qui circinos facit.

CIRCITER, [κίρκη, ὡς] Præpositio, quæ accusativo casui jungitur. Et ad tempus, numerumque refertur: interdum ad locum. Significat autem idem quod Ad, non multo fecus, proprie, fere.

Ad tempus. Cic. 2. Att. 4. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Cæs. 1. Bell. Gall. 50. Circiter meridiem.

Octavum circiter horam. Hor. 1. Epist. 7. 47.

Ad numerum. Cæs. 1. Bell. Gall. 15. Ita dies circiter x v iter fecerunt.

Plaut. Mil. 2. 3. 79.

Nam illic noſter est fortasse circiter triennium.

Ad locum. Plaut. Cœl. 4. 2. 8. Loca hæc circiter excidit mihi.

CIRCITE, Adv. Cic. 2. Att. 4. Verum hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non defleamus.

CIRCITO, ære. Circumire. Vet. Gloss. Circitat & circat, κυκλάσει. V. CIRCO.

CIRCITOR, V. Circitor, in CIRCUMEO.

CIRCUTUS, ûs. m. & CIRCUTURA, æ. f. in Vet. Gloss. explicantur Graece κύκλωσις, sive κύκλωσις.

CIRCITORIUS, a, um. Theoſ. Cod. 7. 21. Cum circitoria dignitate militare.

CIRCUM, i. n. [κίρκη] (ut inquit Dioscorides) Caulis est tener, duorum cubitorum, triangulo similis: ab imo foliola rosea speciem referentia: anguli spinosi: per intervalla molles: folia buglosso similia, longiora, subcandida, modice hirsuta, partibus extremis aculeata: cacumen caulinus orbiculatum, hispidum: in quo capitula in summo purpurea, que solvantur in lanugines. Hæc ille lib. 4. cap. 14.

CIRCIUS, i. m. [κίρκη] Ventus a turbine ac vertigine dictus. V. CERCIUS.

CIRCIUS, i. m. Insula fuit in Myzia, quingentorum fere stadiorum ambitu, admodum serax, & duobus pontibus juncta continent. Que juxta pontem ejusdem nominis urbem habuit, & portus duos clausos, & navalia. [Hæc ad verbum ex Dictionario historico huc descripta sunt. Sed apud Geographos alium de ea infusa silentum est.

CIRCO, ære. Vet. Gloss. Circat, κυκλάσει. V. Scalig. ad Propert. 4. 9. 35. & Breckh. ad loc.

CIRCOS, i. m. [κίρκη] Accipitris quoddam genus, claudum altero pede. Plin. lib. 37. cap. 10.

CIRCOS, Gemma pyris similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

CIRCUTOR, CIRCITIO, CIRCUITUS. In CIRCUMEO.

CIRCULATOR, CIRCULO, CIRCULUS. In CIRCUS.

CIRCUM, Præpositio accusativo casui serviens, tam in appositione, quam in compositione, & Graciam præpositionem significat: ut, Circumfero, & Circumfero. Ter. Heaut. 2. 3. 50.

Capillus paullus, prolixus, circum caput

Rejectus negligenter. Cic. pro Quint. 25. Tum Navius ipse

pueros circum amicos dimittit.

Circum aliquem pugnare. Virg. 6. Æn. 166. i. e. Alicui pugnæ focium effe.

Circum chlamydem purpura. i. e. In parte extrema, ut inquit Servius. Virg. 5. Æn. 250.

Circum claustra. Virg. 1. Æn. 60.

Illi indignantes magno cum murmure montis

Circum claustra fremunt. De ventis in Æolia.

Circum insulas. Liv. 42. 45. pr. Inde legatio sub idem tempus in Afriam circum insulas missa.

Circum litora. Virg. 1. Æn. 75.

Maria omnia circum errare. Virg. 1. Æn. 36.

Circum oras & limina. Virg. 4. Georg. 188.

Fit sonitus: muſtangue oras & limina circum.

Turba stans circum te, i. e. Circumfants te. Hor. 1. Serm. 3. 135.

Circum tempora serpit. Virg. 8. Ecl. 12.

— atque hanc line temporis circum.

Inter victrices hedera tibi serpere lauros. Allegoricòs dicit,

Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Hæc Servius.

Circum tribus. Cic. 2. Verr. 25. Cursare iste homo potens, cum filio blando & gratioso circum tribus.

Circum etiam eodem modo, quo Circæ, utitur, scil. pro Amicis & Familiariis. Cic. 9. Att. 9. Nec sine causa & eos, qui circum illum sunt, times. V. & Ter. Eunuch. 3. 5. 33.

CIRCUM, Adv. Virg. 4. Æn. 416.

* Anna vides toto properari litora circum.

Nubes circum caligt & hebetat viſus tuent. Virg. 2. Æn. 606.

Collo dare brachia circum. Virg. 2. Æn. 792. [In hoc & seq. exemplo

Tmesis est, verb. Circumdate & Circumtulerat, & in priore quoque Anatrophe.

Circum late. Virg. 7. Æn. 104.

Sed circum late volitans jam fatua per urbes

Aufonis tulerat.

Circumque, infraque. Stat. 1. Achill. 56.

Tyrrenheque gregis circumque infraque rotantur.

Circum sub. Virg. 4. Georg. 193.

Sed circum tuta sub incensibus urbis aquantur.

Circum supræque. Stat. 9. Theb. 114.

Agere circum, Circummagere, jactare, volvere. Virg. 1. Æn. 121.

— alt illam per fluctus ibidem

Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex. [Et hic

Anatrophe est. V. CIRCUMAGO.

Amplexu circum, Circumdate. Virg. 3. Ecl. 45.

Et molli circum est anfas amplexus acantho.

Claudi circum, Circumdati. Virg. 3. Æn. 230.

Circum, pro Circæ, adverbialiter. Tacit. 4. Ann. 74. Itaque quanquam diversis super rebus consulerentur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæsariorum, ac Sejanii censuere. Idem tamen Circæ frequentius in hunc modum usurpat. Virg. 9. Ecl. 40.

— varios hic flumina circum

Fundit humus flumina.

CIRCUMCIRCA, compositum ex duabus præpositionibus, quod significat *qua* & *qui*. Sulpic. ap. Cic. 4. Fam. 5. Ex Asia rediens, quem ab Ægina Megaram verfus navigarem, cœpi regiones circumcirca prospiceret. i.e. Ab omni parte.

CIRCUMADDO, ēre. Verbum Decompositum. Cato R.R. cap. 114. Duas partes terræ circumadditio, al. Circumdato.

CIRCUMAGGREGO, [κυκλαγμα] ære. i.e. In circuitu aggerare. Colu-

Iuliel. 5. 12. Stercoratam terram circumaggerato. [Sed rectius divise scribetur Circum aggerato. Ita cap. 11. Terram circa arborem adaggerato. CIRCUMAGGERATUM, a, uni. ut, Radices simo circumaggeratae. Plin. 19. 5. Nisi & hic dividendum est. CIRCUMAGO, ēgi, actum, [σύραγος, σύραγε] ēre. Circumducere. Liv. 1. 24. Priors pāne quam Romulus, quique cum eo equites erant, circumaggerent frenis equos, terga vertunt. Legiones circumagere. Flor. 3. 21. 6. Sed impatiens injuria statim Sul-la legiones circumegit. i. e. Reduxit. Circumagere se. Liv. 4. 28. pr. Dictator autem parte alia subfida, & secundam aciem adortus, circumagenti se ad diffōnos tumultus, ac subitos clamores hosti, &c. Circuniagere caput aliquo. Virg. 2. Georg. 392. Et quocunq; Deus circuni caput egit hominem. Per tmesin. Circumagit se annus. Liv. 9. 18. Ante tempus, comitiorum causa revoluti sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus. Circumager, Insequi. Curt. Nec vulneratum & fere seminecem circumagere destiterunt. Circumagere pro Mutare, flectere & coercere ponitur. Suet. Ces. cap. 70. Sed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellari, tam facile circumegit & flexit, et i milites esse confestim responderint. Et Sen. Contrav. 2. Ad hanc nova & diversa imperia subito me circumagi posse putas. Circumagere, aliquando est Liberare, manumittere. Seneca, Ep. 8. Philosophie servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Nam qui se illi subficiet, statim circumagitur: nam philosophiae servire libertas est. Circumagebantur autem olim servi, i. e. Vertebarunt a lictorē, quum vindicta apud prætorem manumitterentur. Pers. 5. Sat. 76.

CIRCUMACTUS, a, um. ut, Anno circumacto. Liv. 6. 1.

Tempore circumacto. Liv. 27. 30.

In vulnus circumactus. Plin. 28. 4.

CIRCUMACTUS, us, m. ut, Circumactus rotarum. Plin. lib. 28. cap. 9. Ad faciliorem circumactum rotarum. V. 5. 22: 8. 31. & Apul. 2. Florid. p. 348.

CIRCUMACTIO, ōnis. f. Idem. Gell. 17. 20. Enthymema brevibus & rotundis numeris cum quadam æquabili circumactione devinctum. Ponitur pro Verfatione apud Vitruv. 9. 9. conf. etiam Mart. Capell. s. p. 299.

CIRCUMAMBULO, [σύραγμα] āre. In circuitu ambulare. Paulus in 1. possideri, in principi. D. de acquire. poss. Ut qui fundum possideri velit, omnes glebas circumambulet.

CIRCUMAMICHTUS, a, um. [σύραγμα] Velatus. Petron. cap. 100. Ego quasi summo quadam turbulentio circumamictus. V. interpr. ad h. l. conf. Vulg. interpr. Apoc. 4. 4.

CIRCUMAPERIO, ire. Cels. 6. 19. Ubi scabri unguis sunt, circumaperiri debent. Al. divise, Circum aperiri, rectius.

CIRCUMAPERO, āre. Plin. lib. 18. cap. 3. Quantum quis uno die plurimum circumcaravisset. Et Liv. 2. 10. Agri quantum uno die circumaravit.

CIRCUMASPICIO, exi, ectum, [σύριπτω] ēre. Plin. lib. 8. cap. 33. Nec pupilla motu, sed totius oculi verſatione circumaspicit. Et hoc De-compositum verbum. Sed Hard. edidit Circumspicit.

CIRCUMCENSURA, a, f. [σύριπται] Summus cortex, &, ut Turnebus explicat. Forma, figura, circumscriptio, quo Græcis σύριπται vocatur. Lucret. lib. 4. 61.

Extima membrorum circumcensura tamen se

Incolument prestat. Arnob. lib. 3. Et quod indignius multo est, terrenorum corporum circumcensura finitus.

CIRCUMCALCO, V. CIRCUMCUICO. [Νῦν divise scribendum.

CIRCUMCELLIONES, dicti sunt, Qui circum cellas vagantur [ἀλπται]. Solent enim ire hac atque illac, nusquam habentes fedes. Festus. V. August. Epist. 255.

CIRCUMCIDO, di, sum, [σύριπτω, σύριπται] ēre. h. e. Circum vel Per circuitum incidere & amputare. Columel. lib. 3. Ejusdem spatii cor-tem circumcidere. Varro de R. R. lib. 1. cap. 54. Quoniam desit vinum fluere, quidam circumidunt extrema.

Aciem circumcidere oculi. Lucret. lib. 3. 412. Dummodo ne totum corrumptas luminis orbem,

Et circumcidas aciem, solamque reliquias. Aciem vocat Pupu-lam oculi.

Arbores. Plin. lib. 16. cap. 40. Circumfas quoque ad medullam alii non inutiliter reliquant, ut omnis humor stantibus defluat. Loquitur de arboribus cædendis.

Cogitationem. Cels. lib. 4. cap. ult. Deinde delectationis causa quantum juvat ambulare, circumcisa omni negotiosa cogitatione vel actione. i. e. Avocato animo a cogitatione negoti.

Stipendia circumcidere. Livius.

Vinum circumcidere, pro Abstinere a vino. Cels. lib. 4. cap. 20. Cir-cumcidendum vinum est in totum annum. Budaeus.

Vinum circumcidere ex toto. Cels. lib. 6. cap. 9. In dentum autem dolore, qui ipsi quoque magnis tormentis annumeri potest, vinum ex toto circumcidendum est. i. e. Vinum non est omnino bibendum.

Circumcidere, absolutum. Cic. 5. de Fin. 39. Quæ sit scientia atque ars agricolaram, quo circumcidat, amputet, erigit.

Circumcidere atque amputare alicunde. Cic. 1. de Orat. 65. Sin cuiusnam nimis infinitum videtur quod ita proposu quacunque de re, licet hinc quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet.

Multitudinem sententiārum circumcidere & amputare. Cic. 4. Acad. 13. 8. Testatur sape Chrysippus tres solas esse sententiās quas defendi possint de finibus bonorum: circumcidit & amputat multitudinem.

De facio & Ecclesiastico huic verbi usū legendi sunt Patres & Theologi.

CIRCUMCISUS, a, um. [σύργασθαι] Partic. Plin. lib. 14. cap. 19. Quod circumcisis vinaceis profluxerit.

Inanitate & errore circumcīsa. Cic. 1. de Fin. 44. Ut sapiens solum amputata, circumcīsa inanitate, & errore, natura finibus contentus. Orationes circumcīsa & breves. Plin. 1. Epist. 20.

Sumptus circumcīsi. Liv. 32. 27. Sumptus quos in cultum Prætorum so-cii facere soliti erant circumcīsa, aut sublati.

Circumcīsum & breve. Plin. 3. Epist. 7. Quid enim tam circumcīsum, tan breve, quam homini vita longissima?

Circumcīsa atque dirempta ab omni aditu planities. Cic. 6. Verr. 107.

CIRCUMCIDANEUS, Adj. [σύργασθαι] ut, Circumcidaneum mu-

stum. Cato cap. 23. Tortivum mustum, circumcidaneum suo cuique dolio dividito, additoque pariter. i. e. Ex circumcīsis vinaceis expressum. CIRCUMCISITUS, Adj. [σύργασθαι] Idem. ut, Circumcīsium vinum, idem. Varro 1. de R. R. cap. 54. Quoniam desit sub prælo fluere, quidam circumidunt extrema, & rufus præmet: & rufus, quoniam ex pressum, circumcīsium appellant: ac seorsum quod expressum est ser-vant, quod respicit ferrum. Legitur & Circumcīsium.

CIRCUMCISE, [σύργασθαι] Ut, Circumcīse agere. Suet. de Clar. Rhet. cap. 6. Tum nequeaque scholasticis existimaretur, circumcīse ac forde, & tantummodo trivialibus verbis egit, verum rarius. i. e. Abiectis verborum ornamentis, & quasi amputatis de sermone. Dicere breviter & circumcīse. Macrob. 5. Saturn. cap. 1.

CIRCUMCISIO, ōnis. f. [σύργασθαι, σύργασθαι] Laetant. lib. 4. cap. 17. Sed iræ, atque invidia sua alias causas præferant, quod circumcīsionem vacuefacerent.

Frequentissima haec dīctio est in divinis litteris, sacrificis auctoribus: significativa Præputi amputatio nem.

CIRCUMCISURA, a, f. [σύργασθαι] Incisio circum facta. Plin. lib. 16. cap. 40. Stantefque circumcīsura siccata fideliores. i. e. Postquam circumcīsura fuerint.

CIRCUMCISORIUM, i. n. Instrumentum chirurgicum. Veget. Mulom. 1. 26.

CIRCUMCINGO, inxi, inctum, [σύργασθαι] ēre. Circumdare. Sil. lib. 10. 2.

Cera fera, quæ telis circumcīsingentibus, ultro affluit ferrum, & per vulnera colligit hostem.

CIRCUMCIRCA [σύργασθαι] V. in CIRCUM.

CIRCUMCLAUDO, si, sum, ēre. Cels. 3. Bell. Civil. 30. Cujus adventu cognito Pompeius, ne dubius circumclauderetur exercitibus, ex eo loco discessit.

CIRCUMCLUDO, si, sum, [σύργασθαι] ēre. Idem. Undique claudere. Plin. lib. 18. cap. 35. Si nubes Solem circumcludent. Circumcludere was argentea ab labris, argento circumcludent, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

CIRCUMCLUSUS, a, um. [σύργασθαι, σύργασθαι] Cic. 2. in Catil. 14. Nunc si L. Catilina confisili, laboribus, periculis meis circumclusus. Et i. Catil. 7. Num infiniti potes, te illo ipso die meis prædictiis, mea diligenter circumclutum. V. Suet. Tib. cap. 20.

CIRCUMCÖLÖ, ui, ultum, [σύργασθαι] ēre. Liv. 31. 41. Is timor omnes qui circumcolunt Bœben paludem, relistik urbibus montes coegeret.

CIRCUMCÖLENS, entis. [σύργασθαι] Partic. Ulpian. in l. 1. D. de fluminib. Flumen a rivo magnitudine discernendu est, aut existimatione circumcolementum.

CIRCUMCÖLA, æ. c. Qui circumcolit. Tertull. adv. Gnostic. cap. 3. Referatis mentis circumcolarum viribus.

CIRCUMCOLATUS, ūs. m. Habitatio. Tertull.

CIRCUMCOLUMNIUM, i. n. [σύργασθαι] dici potest Latine quod Graece σύργασθαι & σύργασθαι vocatur. V. PERISTYLOM.

CIRCUMCÖLÜ, [σύργασθαι] āre. Columel. lib. 5. cap. 6. Si minus terra subacta, operamus, & circumcīsum ipsum scminis codicem. Ibid. 7. Ad diligenter circumculari. Al. Circumcalco, q. V.

CIRCUMCÖRÜ, [σύργασθαι] ēre. Plaut. Rud. 1. 4. 4.

Omnia jam circumcurvati, atque in latibris omnibus perpetravi. Quærrare conservam voce, oculis, auribus, ut perveltigarem. Ter. Heaut. 7. 2. 1.

Hac illac circumcurva, inveniendum est tamen Argentum. V. Lucret. 4. 402.

CIRCUMCURVANS, antis. Partic. Catull. 69. 132. — circumcurvans hoc illuc sepe Cupido.

CIRCUMDÖ, ēli, ētum, [σύργασθαι, σύργασθαι, σύργασθαι] āre. Notæ significatio, ablative post accusativum jungit. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & fossa circumdedi. Cels. 3. Bell. Civil. 9. Octavius quinis castris oppidum circumdedit.

Hic ablative sepe in accusativum convertitur, & accusativus in dativum, ut, Circumdedi nova mensa oppido. Columel. lib. 5. cap. 6. Ipsos que coles in modum corona contortos arborum circumdar. Cic. pro Quint. 36. Si extra hos cancellos ergedi conabor, quos mini ipse circumdedit. Finibus aliiquid circumdare. Cic. 1. de Orat. 264. Tu autem exiguis quibusdam finibus totum oratorium minus circumdedit.

Fraude infidularum circumdare. Justin. Infidularum fraude circumdedit. i. e. Obfedit, ambit.

Insulis circumdat. Cic. pro L. Flacc. 27. Equidem existimo in ejusmodi regione, atque provincia, quæ mari cincta, portibus distincta, infulis circumdata esset, &c.

Nube circumdat. Virg. 4. Geogr. 497. Jamque vale, feror ingenti circumdata nube.

Obfida arcta circumdat. Lucan. lib. 6. 108.

Turba circumdat esse. Propert. lib. 3. 14. 29.

At nostra ingenti vadit circumdata turba.

Ulnis circumdat aliquem, Amplexari. Stat. 5. Silv. 3. 266.

Agmen fossa. Lucan. lib. 4. 29.

Animum circumdedit corpore deus. Cic. de Univers. 16. Animum autem ut in ejus medio collocavit, ita per totum terendit: deinde eum circumdedit corpore.

Arces Roma septem muro circumdat. i. e. Septem arces intra mœnia continet. Virg. 6. Æn. 781.

Septemque una sibi muro circumdabit arces.

Argentuni auro. Virg. 1. Æn. 597.

— aut ubi flavo.

Argentum, Patius lapis circumdatur auro.

Aurum argento circumdatum. Cic. lib. 2. de Divin. 134. Fodit: inventari auri aliquantum, idque circumbatum argento.
Arma circumdare nequicquam humeris, dicitur senex, Qui non apte sibi cohædere facit, sed potius oneri sumit, ut inquit Servius in Virg. 2. Jn. 10.
Colla catenis circumdata. Sil. lib. 6. 505.
Comitem latere. Lucan. ad Pison. 110.
Custodias. Cic. 4. in Catil. 8. Adjungit gravem poenam, si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circumdat.
Exercitus circumdare castris. Liv. lib. 3. 28. pr. Tum quo fuerat ordinatio in via, exercitus omnem longo agmine circumdat hostium castris.
Figuram levitatem circumdare. Cic. de Univers. 15. Omni autem totam figuram mundi levitatem circumdat.
Foliam circumdare alicui rei. Cic. 5. Tus. 59.
Igues. Cic. in Pison. 93. Milites, quum latere hominem putarent, ignes circumdederunt.

Igni muros circumdare. Virg. 9. Jn. 153.
Luce palam certum est igni circumdare muros.

Ignibus circumdare. Ovid. in Ibin, 633.

Saltus canibus. Virg. 1. Georg. 140.

Vallum circumdare. Curt. lib. 3. cap. 2. pr. Circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, &c.

Vincula collo. Ovid. 1. Met. 631.

Vincula & necessitates circumdare aliquibus. Liv. Ac nescio an majora vincula majoresque necessitates nobis fortuna, quam captivis vestris circumdederit.

Vitta infusa circumdatur. Virg. 3. Georg. 487.

Urbem flammis circumdare. Virg. 10. Jn. 74.

Circumdari, pro Ambire. Curt. 9. 7. 15. Lectis circumdederat aulæa purpura auroque fulgentia, i.e. Lectos ambiantib aulæa &c.

Lana sulfurata latus circumdare. Celf. lib. 4. cap. 6. Prater hæc circumdare primum oportet latus ipsum lana sulfurata.

Fronte racemiferis circumdatus uis Liber. Ovid. 3. Met. 666.

Circundare, Implicare. Virg. 8. Ecl. 74.

Terna tibi hæc primum triplici diversa colore

Licia circumdo.

CIRCUNDATUS, a, um. [κυριακής] Partic. ut,

Palla circumdata. Hor. 1. Serm. 2. 92.

Ad talos stola demissa, & circumdata palla Plurima, &c.

Virtus circumdata. Sil. lib. 15. 370. Metonymia, pro Honiibus virtute præditis.

Armis circumdatus, Armatus. Virg. 9. Jn. 462.

CIRCUNDANDUS, a, um. [κυριακής] Partic. ut, Ferula circumdanda. Celf. lib. 8. cap. 10. Quinto die idem faciendum: feruleque circumdandæ. De ferulis autem chirurgorum vide in ditione A C O M M O D O.

CIRCUMDOLEO, ēre. Cæl. Aurel. Acut. 2. 14. Spiratio circumdolens & frequens.

CIRCUMDÖLO, [κυριακής] ēre. Plin. lib. 16. cap. 32. Sed maxime mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus restabilis sponte facta.

CIRCUMDÜCO, xi, etum, [κυριακής] ēre. Note significationis. Plaut. Mil. 2. 2. 66. Aliquis mitte, circumduce exercitum. Plin. lib. 22. cap. 25. Si furunculus quis circumducatur.

Aliquem telis undique circumducere. Curt. lib. 4. 6. 26. Sed V. not. Freinsh.

Aratrum circumducere. Cic. 2. Philip. 102. Casilinum Coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta: ut vexillum videres, & aratum circumdlexeris.

Litteras circumducere. Suet. Aug. cap. 87. Nec ab extrema parte verbum abundantes litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit, circumducitque. V. ibi Interpr.

Circumducere, cum duobus accusativis. Plaut. Mostel. 3. 2. 155. Echo istum puer circumducere haec redes.

Circumducere, per translationem, pro Abolere, delere, & abrogare.

Paulus D. de re judic. in l. acta, Acta apud se habita si partes consenserint, & iudex hoc permisit, potest jubere ea dic circumduci nisi vel negotium, vel lis terminata est. Ulpianus de iudiciis in l. & post editum.

Quod si is qui editum peremptorium impetravit, absit die cognitio, is vero adversus quem impetratum est adsit, tunc circumduendum erit editum peremptorium:

Cognitionem circumducere. Ulpianus, in l. divi fratres. D. de liberali causa, Recte atque ordine judices puto facturos, si hanc formam fuerint consequuti; ut ubi deest qui in servitatem petit, electionem adversario deferant, utrum malit cognitionem circumducit: an audita causa sententiam proferri.

Circumducere aliquem per dolos, Fallere. Plaut. Pseud. 1. 5. 16.

Circumducere aliquem argento. Plaut. Pseud. 1. 5. 16. Te velle amantem argento circumducere.

CIRCUMDUCTUS, a, um. Partic. [κυριακής] Plaut. Poenul. 5. 2. 16. Nimmam ita balineis, circumductus pallio?

CIRCUMDUCTIO, [κυριακής] Actus ipse circumducendi. ut, Sphæra circumductio. Hygin. Astron. 1. 2. & 3. V. etiam Vitruv. 8. cap. ult.

Circumductio etiam pro Amplificatione ponitur a Quintil. 9. 4. p. 866.

Circumductio, [κυριακής] Deceptione. Plaut. Capt. Grex, 3. Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio.

CIRCUMDUCTUS, us. m. Idem. Quintil. 1. 10. Dedudent eodem circumductu.

CIRCUMDUCTOR, òris. m. Tertull. adver. Valent. cap. 10.

CIRCUME, [κυριακής] vel ablato m., **CIRCUBO**, vel **CIRCUO**, ivi, itum, ire. Cæf. 7. Bell. Gall. 87. Equitum se partem sequi, partem circuiri. Ubi in emendatis codd. legitur, Partem circumire exterioris munitiones. Liv. 1. 9. Sed ipse Romulus circuibat, docebatque &c.

Aliquis circumire, ut faciant aliquid. Cic. 14. Att. 21. i. e. Ambire, Preparare.

Aures circuit sonus. Stat. 4. Silv. 4. 26.

— inde sonus geminas mihi circuit aures.

Caput circuiri hedere. De eo dici solet, qui est poeta doctus. Pro pert. lib. 2. 5. 26.

Cujus non hedera circumire caput.

Vol. I.

Coru acici circumire. Cic. 10. Fam. 30. Itaque quum equites nostrum cornu circumire vellent, recipere me capi.

Fluctibus belli circumiri. Cic. 13. Philipp. 20. Qui se totius belli fluctibus circumire quam illum aut egredi, aut progrederi maluit.

Metam circumire orbe spatio. Ovid. 3. Amor. 2. 69.

Me miserum, metam spatio circuit orbe.

Meta circumenda. Ovid. 3. de Arte Am. 396.

Spe circumenda. Ovid. 3. de Arte Am. 396.

Matae ferventi circumenda rota.

Munitio circumire. Cæf. 7. Bell. Gall. 87. 8.

Muro lateritiis urbem circumire. Messal. Corvin. p. 18. An Circum munire?

Præda circumire, Inspiciendi causa, de eo qui in possessionem iret. Cic. pro Cæc. 94.

Circumire per. Plaut. Asin. 3. 3. 152. Illac per hortam circumit clam.

CIRCUMIENS, vel **CIRCUMS**, euntis. Partic. Ovid. 1. de Pont. 2. 20.

His eques instructus perterrita mena lostrat,

More lupi clausa circumventis oves.

CIRCUITUS, [κυριακής] Adj. Circumductus. Sen. Med. v. 98. Orbem circuitus cornibus alligat.

Cætra circuita. Cæf. 3. Bell. Gall. 25. Equites, circuitis hostium castris, Castra renuntiaverunt, &c.

Rofra circuita. Cic. Fragm. pro Cornel. 1. Circuitis rofrais ejicerentur lapidibus homines.

Tempula circuita. Suet. Neron. 19.

Triclinium circuitum. Idem Claud. 8.

CIRCUITUS, vel **CIRCUMITUS**, us. m. [κυριακής, περίπλοκος] Cic. 2. de Nat. Deor. 50. Circuitus enim Solis orbium quinque diebus LX, & ccc, quarta fere diei parte addita, conversionem confidunt annum.

Februum circuitus. Cæf. lib. 3. cap. 5. Sed tertianarum quartanarumque, quarum & certus circuitus est, & finis integer est, & quia libraliter quieta tempora sunt, expeditior ratio est.

Longiore circuitu redeunt febres. Cæf. lib. 3. cap. 2. Interdum etiam longiore circuitu quedam redeunt: sed id raro evenit. De febribus.

Orationis circuitus. Cic. in Orat. 204. In quo quæstum est, in totene circuitu illo orationis, quem Graci Στόλοι, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus: an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit.

Orbis circuitus sapientissimus & optimus. Cic. de Univers. 28. Nox igitur & dies ad hunc modum, & ob has generata causas, unum circuitum orbis efficit, sapientissimum atque optimum.

Verborum circuitus, conglutinatio. Cic. in Orat. 78.

Verborum circuitus brevior aut longior. Cic. 3. de Orat. 189.

Major circumitus. Curt. 4. 16. 7. Sed maiore, & ob id tutiore, circumitu

Tigrin superat.

Naturalis numerorum circuitus. Cic. de Somn. Scip. 3.

Claudi circuitu Locus dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 80. Ergo etiam id fieri potest, ut majore circuitu minor loci ampliudo claudatur.

Conficere circuitum verborum. Cic. 3. de Orat. 296. Itaque illi veteres

sicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, &c.

Pererrare omnem circuitum. Virg. 11. Jn. 767.

Peterre gloriam circumitu, qua ad manum posita est. Curt. 9. 3. 14.

Pervenire circuitu ad aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Circuito, vel Circutor, ònis. f. [περιπλόκος] Liv. 3. 6. extr.

Circuito ac cura Ædilium plebis erat, ad eos summa rerum ac majestas

Confularis imperii venerat.

Verborum circuitu, Ambages. Ter. And. 1. 2. 31.

Ita aperte ipsam rem modo loquuntur, nihil circuitione usus es.

Circuio, Figura Rhetorum. Aut ad Herenn. lib. 4. 43. Circuitio est oratio rem simplicem assumptam circumscribens eloquio.

CIRCUTOR, òris. m. [περιπλόκος] Circuitores (ut ait Ulpian. de Inflit. act. 1. quicunque. f. sed etiam eos) vulgo appellati, Quibus vestiarum, vel linteari vestem dant circumferendam, & distractrandam. In Pand. Flor. legitur Circuitores.

Circitores etiam erant, qui a Triumviris, aut a Praefecto vigilum constituti urbem noctu circumabant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures.

Sunt & Circuitores, vel Circuitores, de quibus lib. 3. de Re Mil. cap. 8. Venerius, Idoneos, inquit, & probatissimos Tribunis eligunt, qui vigilias circumante, ut renuntient si emerserit culpa, quos circuitores appellant, nunc militis factus est gradus, & circuitores vocantur. Alciatus.

CIRQUEQUITO, [κυριακής] arie. Liv. 10. 34. Ne quam occultam in fraudem incantus rueret, duas turmas sociorum Latinis nominis circumequitare inuenia, atque explorare omnia jubet.

CIRCUFERO, fers, tili, latum, [περιφέρεια] ferre. Circuit portare.

Cic. 4. Verr. 104. Quæso codicem circumferre, ostende.

Inspiciendi cauta circumferre aliquid. Cic. pro Corn. Balbo 11.

Aries oculorum huic atque huc circumferre. Virg. 12. Jn. 558.

Huc atque illuc aries circumulit, aspicit urbem.

Arma circumferre. Flor. 3. 12. pr. Romanus populus orbe toto arma circumulit.

Bellum circumferre. Tacit. 13. Ann. 37. Et exemplo hostium circumferre bellum coactus.

Clypeum circumferre. Curt. 9. 5. 1. Jamque lævam, qua clypeum edictus circumferre laßaverat.

Lumina alicubi circumferre. Sil. lib. 17. 518.

Oculos circumferre. Liv. 21. 44. pr. Quocumque circumuli oculos, plena omnia video animorum & roboris.

Oculos circumferre rebus aliquibus spectandis. Sil. lib. 11. 263.

Oscula circumferre alicui. Valer. 7. Argon. 123.

Querelas. Liv. Ha querela domos primum nobilium circumlatæ, celebrataque sermonibus.

Se circumferre. Plaut. Merc. Gradus grandit, emitit oculos, circumferit se, obstat verticem. Si Plauti hac sunt, Cervicem legendum est.

Terrorum circumferre. Tacit. 2. Ann. 52. Mazippa levi cum copia incedia, & cædes, & terrorum circumferret.

Vultus circumferre. Ovid. 3. Met. 241.

Circumferre, Secum ferre. Suet. in Cæs. cap. 46. In expeditionibus tessell.

Uuu

teffellata & seftilia pavimenta circumfluisse. Idem in Domit. 10. Quod depictum orbem terræ in membrana, concioneque regum ac ducum ex

Tito Livio circumferat.

Circumferre, pro Purgare, lustrare, propterea quod qui lustrant, eum, quem lustrant, saepe aliquid circumferentes, circumneunt: unde & lustrare, circuire est. Inde & οὐρανοῖς apud Gracos, & οὐρανοῖς, & οὐρανοῖς dicuntur. Plaut. 2. 2. 144. Quin tu istanc jubes proceritatem circumferri. Virgil. 6. IEn. 229.

Idem ter focios pura circumfluit unda. Ubi Servius: Circumfluit, Purgavit. Antiquum verbum est. Plaut. 2. 42. Frag. Pro larvitate circumferat. i.e. Purgabo. Nam lustratio a circumlatione dicta est, vel tada vel suffusio. Juven. 2. Sat. 158. — si qua darentur

Sulfura cum tadiis.

Circumferri, Vulgo ferri. Quintil. lib. 2. cap. 15. Hæc opinio originem ab Isocrate (si ramea re vera ars quæ circumfertur ejus est) duxit.

Circumferre predicatione. Plin. 3. Epist. 11. Inde etiam meum meritum, ut verâ, ita supra meritum predicatione circumfert.

Circumfert aliquid fama. Plin. 3. Epist. 16. Quum interim illud quidem ingens fama, hac nulla circumferat.

Circumferri cum avorum memoria, Celebrari. Columel. lib. 8. cap. 16. Et iam cum avorum memoria circumfertur Philippi factum atque dictum. Sol circumfertur. Cic. 3. de Orat. 76. Incolumentis ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse hujus totius mundi atque naturæ, rotundum ut cælum, terraque ut media sit, eaque sua vi nutuque teneatur: Sol ut circumfertur, ut accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendat in diversam partem, &c.

Ad nutum aliquorum circumferri, pro. Nunc huc, nunc illuc inclinare. Curt. lib. 5. 12. 2. Nec mirari hominem mercede conductum omnia habere venalia, sine pignore, sine lare, terrarum orbis exulem, anticipitem hostem, ad nutum licentium circumferri.

CIRCUMFERENS, entis. Liv. 2. 10. Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres.

Spolia circumferens. Curt. 10. 2. 27.

CIRCUMFERTIA, a. f. [περιέγεια] Euclid. 1. Element. Circumferentia est linea circuli, comprehensens circulum.

Sedilius circumferens. Apul. Florid. 4. pr.

CIRCULATUS, [περιγενόεσθαι] Partic. Plin. lib. 29. cap. 4. Quod fieri sit circumclusus domui vivus, &c.

Circumclusa & deducta oratio. Quintil. lib. 4. cap. 1. V. Flor. 4. 1. 4.

CIRCUMLATITIUS, a, um. Quod circumferri potest, aut circumfertur. ut, Cancer circumlatitius. Sidon. 2. Epist. 2. Quendam vivum & circumlatitius carcere corpulentia facit.

CIRCUMLATIO, ònis. f. ut, Area circumlatio. Tertull. adv. Marc. 4. 12.

CIRCUMLATÓR, òris. m. Tertull. adv. Marc. 1. 19. Ut ostendam Christum Jesum non alterius Dei circumlatorem.

CIRCUMFIRMO, [περιεγένεσθαι] are. Columel. lib. 4. cap. 17. Nam ubi magna vis & incurvis est pluviarum, procellarumque, ubi frequentibus aquis vitis labefactatur, ubi precipitiis clivis velut pendens plurima prædicta desiderat, ibi quasi quadrato circumfirmando est agmine.

CIRCUMFLECTO, xi, xum, [περιεγένεσθαι] ère. Virg. 5. IEn. 131.

Constituit signum nautis patr. unde reverti

Scirent, & longos ubi circumflectere cursus. Ubi Servius, Be-

ne no fermeo, & profectionem complexus est & revercionem.

CIRCUMFLEXUS, a, um. [περιεγένεσθαι] Adj. ut, Secula circumflexa.

Claud. 6. Conf. Hon. 391. Et Prudent. Apoth. v. 203.

Hos omnes quamvis anceps labyrinthus, & error

Circumflexus agat.

CIRCUMFLEXUS, ús. m. [περιεγένεσθαι] Plin. lib. 8. cap. 11. Ut & ipsos circumflexu facili ambiant. Sed Chiflet. & Harduin. ibi legunt Circumplexu. Legitur tamen in Edit. Harduin. lib. 6. 34. Cæli circumflexus; & 2. 1. Mundi circumflexus.

CIRCUMFLEXIO, ònis. f. Idem. Macrobi. Somn. Scip. 1. 12. pr. Zodiaco ita latètes circulus obliqua circumflexionis occursu ambiendo complectitur.

CIRCUMFLO, [περιέστω] are. Undique flate, & ab omni parte.

Circumfari a ventis invidiae. Cic. 5. Ver. 98. Sic est hic ordo quasi propofitus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiae circumfari posse videatur.

Circumflantibus Austris. Stat. 11. Theb. 42.

CIRCUMFLUO, xi, xum, [περιέστω] ère. Circum aliiquid decurrere. Plin. 5. 29. Cariam circumfluent. Meander & Oribius.

Agrum circumfluit annis. Pompon. in l. ergo. D. de acquit. ref. domin. Tribus modis insula in flumine fit: Uno modo, quum agrum qui alvei non fuit, annis circumfluit. Altero modo, quum locum qui alvei est, siccum reliquit, & circumfluere coepit, &c.

Frontem ignis circumfluit, i. e. Rubor, qui pudoris signum est, frontem occupat. Claud. 2. in Conf. Stil. 328.

— infelix frontem circumfluit ignis.

Robora circumfluent dracones. Lucan. lib. 3. 421. i. e. Circumreptant.

Circumfluere, per translationem, pro accurrere undique. Plinius. Postquam varia undique gentes circumfluxere.

Circumfluere, Circumdate. Varro 2. de R. R. cap. 9. Idem lib. 3. cap. 13. Ubi tanta circumfluit nos cervorum, aprorum, & ceterarum quadrupedum multitudine.

Circumfluere, [ινεπέσθαι] Abundare. Cic. in Parad. 1. Quippe quum viderem homines his rebus circumfuentes, ea tamen desiderare maxime quibus abundantur. Curt. lib. 10. 2. 22. Secundis rebus quæ circumfuentes, vos infante coepistis, oblitus status ejus, quem beneficio exiatis meo.

Circumfluere omnifariam. V. OMNIPARIA.

Copii omnibus circumfluere. Cic. de Amicit. 52. Quis est, pro deum fidem atque hominum! qui velit ut neque diligat quenquam, nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium abundantia vivere?

Circumfluere atque abundare. Cic. 5. Ver. 9. Iltum rebus omnibus, undique erexit, impune eludentem, circumfluere atque abundare?

Circumfluere, per metaporam, transfert ad animum. Curt. lib. 8. 8. 12. Infusibilis autem avaritia est, adhuc implere velle quod jam circumfluit.

CIRCUMFLUENS, entis. [περιεγένεσθαι] Partic. ut, Circumfluens ananis oppidum.

Exercitus circumfluentes. Cic. pro Muren. 49. de Catilina, Circumfluentes colonorum Arretinorum & Fæculanorum exercitu.

Gloria circumfluenta. Cic. 2. Att. 21. Iraque ille amicus nostrus insolens infamia, semper in laude versatus circumfluenta gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo se conferat neficit.

Oratio circumfluenta & redundans. Cic. de Clar. Orat. 203. Incitata & volubilis, nec redondans tam, nec circumfluenta oratio.

CIRCUMFLUUS, a, um. [περιεγένεσθαι] Adj. Plin. lib. 3. cap. 66. Tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari.

Annus circumfluius. Ovid. 15. Met. 739.

Scinditur in geminas partes circumfluo annis.

Humor. Ovid. 1. Met. 30. De Oceano, qui terram ambit.

Insula circumflua, significatio passiva; i. e. Quam aqua circumfluit.

Ovid. 15. Met. 624.

Περιφέρειον νήσος Dionys. de Situ orbis. H. St.

Mens circumflua luxu. Claud. Conf. Prob. 40.

— virtutibus ille

Fortunam domuit, nunquamque levantibus alte

Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu

Noverat intactum vitio servare vigorem. Circumflua, i. e. Undique circumdata.

Urbs circumflua ponto. Valer. Flacc. lib. 5. 442.

CIRCUMFODIO, òdi, ossum, [περιεγένεσθαι] ère. Notum est verbum.

Plin. lib. 17. cap. 18. Circumfodi autem omnibus annis a solsticio duum cubitorum scrobis bipedali altitudine.

Platonis circumfodere. Sen. Epist. 12. V. Etiam Caton. de R. R. cap.

161. Columel. lib. 5. cap. 9. hoc verbo utitur in quarta conjugatione,

Olivetum debet bidentibus altis circumfodiri.

CIRCUMFOSSOR, òris. m. [περιεγένεσθαι] Plin. lib. 17. cap. 24. Aut

circumfossor injurioso iusto verberavit.

CIRCUMFOSSURA, a, f. [περιεγένεσθαι] Plin. lib. 17. cap. 26. Cupressus aspernata circumfossuram.

CIRCUMFORANUS, a, um. [περιεγένεσθαι] Qui circum forum spatia-

tur venditans aliquid, aut emens, aut scilicetians, aut tempus inaniter te-

rens. Cic. pro Client. 40. Num repente Anconitanum quendam L. Clo-

dium, pharmacopolam circumforanum, qui casu tum Larinum veni-

set, aggreditur. Pharmacopala circumforaneus, Qui foras multa mul-

torum oppidorum circuit, & pharmacæ venditat. Et apud Tranquill. in

Vitell. cap. 10. Circumforaneus lanista; i. e. Qui in foris versatur & dif-

currit, ut gladiatores vel emat, vel munerarii vendat.

Æs circumforaneum, pro Fœneratio. V. æs, æris.

Domus circumforanea apud Apul. 4. Aur. Afr. p. 148. pro Ea quæ mobi-

lis & ambulatoria est, facilis ad circumferendum. V. Elmenhorst. Ind.

Apul.

Homines circumforaneos Græci ἀρχαῖοι appellant, a Græca dictione

ἐργάζονται, quod forum significat; unde Latini hujusmodi leves homines,

Scurriles, circulatores, & ridiculos, circumforaneos vocant. Mofel-

ianus in Annotationibus quas in cap. 3, lib. 17. Noct. Atticarum Gelliū

scripta.

Hosties circumforaneæ dicuntur, non tam Quæ circum fora, quam Quæ

circum agros & urbes in ambarvali sacrificio circumferuntur, a Circum-

fendo dictæ.

Medici circumforanei. I. tria onera. D. de excus. tut. Grammatici, so-

phistiæ, rhetores, medici, qui περιεγένεσθαι, h. e. Circumforanei, vo-

cantur, ut a reliquo muneribus, sic a turela & cura vacationem habent.

V. A. August. lib. singul. ad Modest. in hunc locum.

Mendicabulum circumforaneum. Apul. 9. Met. p. 270. Et cymbalis cir-

cumforaneum mendicabulum producunt ad viam. V. ibi Interpr.

CIRCUMFÖRÖ, [περιεγένεσθαι] are. Inde

CIRCUMFÖRÅS, a, um. [εξείρειν] Plin. lib. 17. cap. 27. Stipite ab ima parte circumforato.

CIRCUMFÖRS, **CIRCUMFOSSURA**. In **CIRCUMFÖDIO**.

CIRCUMFRACTUS, a, um. ut, Colles circumfracti. Ammian. 29. 4.

Turbo circumfractus. Idem 22. 8. Immobiles turbine circumfracto.

CIRCUMFRAGIUM, i. n. Apul. 9. Met. p. 368. Circumfragium ejus abominata. Alii legunt Crucifragrum. Elmenh. Crurum ei fragium abo-

minata. pag. 227.

CIRCUMFRICO, [περιέγεια] are. Cato cap. 26. Privas scopulas in dolia

facito habeas illi rei, quia labia dolorum circumfrices.

CIRCUMFULGO, si, f. s. pupino [περιεγένεσθαι] ère. Plin. lib. 2. cap. 37.

Hominum quoque capita, vespertini horis magno præfigio circumfulgent.

CIRCUMFUGERE, òdi, tūfum, [περιέγεια] ère. Circumcirca alpergere.

Ovid. 5. Faß 582.

Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,

Et circumfusa invia fluminibus.

Corpora pruinis, aut nibibus circumfusa. Virg. 3. Georg. 368.

Febris circumfusa rosis, ἄργη scil. launtioris. Martial. lib. 12. 17.

Imber circumfusa. Claud. de Nilo 26.

Nubes. Virg. 1. IEn. 90.

Tempestas circumfundit terram. Sil. lib. 7. 723.

Terra circumfusa mari Atlantico: h. e. Quam circumfluit mare. Cic. in

Somm. Scip. 15.

Super circumfusa. Lucret. lib. 1. 40.

Hunc tu diva tuo recubantis corpore sancto

Circumfusa super, &c.

Circumfundit dicitur lac fervens. Plin. lib. 28. cap. 9. Quum fervet, ne

circumfundatur, præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus.

Circumfundere aliiquid. Cato cap. 93. Olea si fructum non fert, ab-

laqueato: postea stramponum circumponit: postea amurcum cum aqua

commiscetur aquas partes: deinde a oleam circumfundito.

Circumfundit aer terram. Cic. 2. de Nat. Deor. 17. i. e. Ambit & cir-

cundat. Ovid. 1. Met. 12.

Nec circumfuso pendebat in aere tellus.

Anima circumfusum aliiquid. Cic. de Univers. 16. Neque erant anima cir-

cumfusæ extrema mundi, ut respirationem requirent. Al. Aëre.

Armis. Irrutimus, densis & circumfundimur armis. Virg. 2. IEn. 381.

Caligine circumfusus. Cic. 1. Tusc. 45. Præcipue vero fruenter ea, qui

tum etiam quan has terras incolentes circumfusi erant caligine, tamea

ac meatis dispicere cupiebant.

Copis prædictiorum circumfusus. Cic. pro Milon. 72. Quod vero in

illo

illo loco, atque in illis publicorum praefidiorum copius circumfusus sedet.

Corona circumfusi chorii. Claud. in præm. 6. Cons. Hon. 16.

Corona circumfundi. Circumdat hominum multitudine. Sil. lib. 7. 308.

Flore aliquis ordinis undique circumfusus. Plin. in Paneg. cap. 23. pr. Neque enim ritipus satellitum manu, sed circumfusus undique nunc Senatus, nunc eques tristis ordinis flore, &c.

Frequenta circumfusi omnia generis hominum. Liv. lib. 27. cap. 51. pr. Et Cic. 3. Tusc. Quod se clavis hostium circumfusos viderent.

Libris circumfusus. Cic. 3. de Fin. 7. Vidi in bibliotheca sedentem, multa circumfusum Stoicorum libris.

Luce circumfusus. Cic. 4. Acad. 47. Adversant enim primum quod parum degunt animos, & intendunt ea que perspicua sunt, ut quantum a luce circumfusa sunt, possint agnoscere.

Tenebris circumfusus. Stat. 10. Theb. 553.

Arma circumfusa. Quintil. lib. 2. cap. 20. Nonnunquam, ut in judicio Miloniano, inter circumfusa militum arma dicendum est.

Hostes circumfusus. Liv. 4. 46. Castraque ex die ægre retenta, postero die circumfusa iam magna ex parte hostibus, per averfam portam fuga turpi descurtar.

Molestia undique circumfusæ. Circumfusi pavores. Cic. 5. Tusc. 121. Nostris quidem acerbissimis doloribus, variisque, & undique circumfusis molestias, alia nulla potuit inventari levatio.

Multitudo circumfusus. Virg. 2. Æn. 64.

Multitudo alicui circumfunditur. Liv. 22. 14. extr. Hæc velut concionanti Minucio circumfundebatur Tribunorum, equitumque Romanorum multitudo, &c. Sic idem, Et circumfusa Confusa multitudo, & Consul multitudo circumfusus.

Satelles circumfusus. Ovid. 14. Met. 354. i. e. Circumfusi satellites.

Turba circumfusa duci. Lucan. lib. 5. 680.

Inclusus & Circumfusus videtur tanguani contraria posuisse Liv. 3. Bell. Pun. Non tantum eo iniquum, quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

Circumfundere aliquem. Ovid. 3. Met. 180.

— circumfusæ Dianam

Corporibus texere suis. De Nymphis, quæ viso Actæone, circumfuderunt Dianam. Nisi accusativus referas ad verbum, texere. Circumfundit alicui. Ovid. 4. Met. 360.

Et nunc haec juveni, nunc circumfunditur illac.

Circumgælo, are. Tertull. de Anima cap. 23. Quod germina mortale ei circumgælaverunt corpus.

Circumgelætus, a, um. [περιγέλαστος] Partic. Plin. lib. 13. cap. 22. Sed qui circumgelatus videri possit.

Circumgæmo, ii, um. [περιγέλων] ère. Hor. Epod. 16. 51.

Nec vespertinus circumgemit urbis ovile.

Circumgesto, [περιεγένετο] ère. Cic. 1. Q. frat. 2. Nam eam quoque epistolam T. Catienus circumgætabat. Et Apul. 8. Met. p. 213. Circumgætantibus Deam adambulabat.

Circumglöbo, [περιφάνεια] ère. Plin. lib. 9. cap. 47. Adeoque nihil non dignitur in mari, ut cauponiam etiam æstiva animalia, pernici molesta falso, aut que capillis maxime celat, exstant: & circumglobata esca sepe extrahantur. i. e. Collecta circum escam. Pulices & pediculos intelligit.

Circumgredior, gressus sum, [περιποδός] èdi. Tacit. lib. 12. Ann. 23. Illi metu ne hinc Romanus, inde Cherufci, cum quis aternum discordant, circumgredierunt, legatos in urbem & obfides misere.

Circumgressus, iis. m. Ammian. 22. 2. Ob rapidis circumgressus aeris. Et cap. 8. Palus amplissimi circumgressus.

Circumhabitor, öris. m. Vicinus, accola. Gloss. Gr. Lat. περιοικος, circumhabitatores.

Circumhumatus, a, um. Ammian. 22. 12. Corpora circumhumata statuit inde transseri.

Circumjaceo, [περιγένεσθαι] ère. Liv. 37. Nam & Lycaonia, & Phrygia utraque, & Pisidia omnis, & Chersonesus, quæcumque circumgent Europæ, in vestra sunt potestate.

Circumjicio, èci, ectum, [περιστένεια] ère. a Jacio compositum: quod & Circumjacio dicitur. Liv. 38. 18. Postquam Iavo latere nudato circumjaceare haftas in ventementa ex transverso hostem conati sunt.

Circumjicare, pro Circum ædificare. ut Circumjicare vallum. Liv. 35. 4. Totius agminis sarcinas in medium conjici jussit, & triarios vallum circumjicare.

Circumjicare, Circum dare & amplecti, auctore Budæo. ut Extremateni cæli circumjicere. Cic. de Univers. 23. Sic animus a meo profectus extremitateni cæli a suprenata regione rotundo ambitu circumjicit, seque versans, divinitus sempiterne, sapientisque vita induxit exordium.

Circumjectus, a, um. Partic. [περιεγένεθη] Circum positus. Plin. lib. 23. cap. 1. Hoc quoque distat orbis medius, & mitior plaga a circumjectis.

Ædificia muris circumjecta. Liv. 9. 28.

Campi circumjecti, pro Circumacentes. Liv. lib. 31. cap. 24. extr. Templum Herculis, gymnasiumque, & lucus erat circumjectus.

Multitudo circumjecta moenibus. Cæf. 2. Bell. Gall. 6.

Circumjectus, iis. m. [περιεγένεσθαι] Cic. 2. de Nat. Deor. 65. Qui terræ circumjectu amplecti. Alias, Circumvectu. Plin. lib. 11. cap. 51. In theatrorum orchestrae scœbe aut arena superjectæ devoratur, & in rudi parietum circumjectu, dolis etiam indicibus.

Circumjectio, öris. f. Idem. Arnobius 2. p. 73. de animabus: Habitare jussæ sum has partes, & humani corporis circumjectione vestiri.

Circumlampo, [περιλάμψεια] ère. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed supradictis capillamentis tenuitate. Ceteris ad circumlambenda ora.

Circumlatus, V. CIRCUMFERO.

Circumligo, [περιλαμψω] ère. Plin. lib. 17. cap. 11. Proderit totas cæspite circumligari. Liv. 21. 8. Id sic ut pilo quadratum stupa circumligabat, linebantque pice.

Aliquem umbra circumligare. Stat. 8. Theb. 676.

— flamingi ales olori

Imminet, & magna trepidum circumligat umbra,

Aliquam ulnis circumligare. Stat. 1. Achill. 172.

— exceptamque avidis circumligat ulnis.

Angui circumligatus. Cic. 2. de Divin. 66. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui.

Circumlinio, ivi, itum, [περιλεῖον] ère. Circum ungere, vel fricare, autaliquid leviter digito aut aliquo instrumento alium rei circum induceret, & mollieret ac tenuerit circum imprimere, non autem crasse. Per translationem uitio Quintil. lib. 12. Institutionum cap. 9. At quidam, etiam si forte insupererit negotia paulo ad dicendum templa, extrinsecus adductis ea rebus circumliniunt: ac si deficerent alia, &c. Unde ducta sit hec translatio, intelligi potest ex eodem lib. 8 cap. 5. pag. 727.

Nec pictura in qua nihil circumliniunt est, eminet. Al. Circumlinum.

Circumlineo, ivi, èvi, in, itum, [περιλεῖον] ère. Circumcalcariter inducere. Columel. lib. 12. cap. 43. Et circumlinito luto paleato. Plin. lib. 21. cap. 1. Circumlini alveos fino bubilo, utilissimum.

Oculum circumlinire. Plin. 6. Epift. 2.

Circumlitus, a, um. Partic. [περιλεῖος] Plin. lib. 29. cap. 4. Sed & alios ad hunc servant usum in oleo aut luto circumlitos.

Auro circumlitus. Ovid. 11. Met. 136.

New male oportet maneat circumlitus auto, &c. De Mida.

Cera circumlitus. Cie. 1. Tusc. 108.

Fuco corpora nullo circumlitia. Lucret. lib. 2. 744.

Musco faxa circumlitia. Hor. 1. Epift. 10. 7.

Circumlitio, önis. f. [περιλεῖσθαι] Plin. lib. 35. cap. 11. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles, interrogatus quæ maxime opera sua probavit in marmoribus, quibus Nicias manum admovisset: tantum circumlitio ejus tribuebat. Utitur & Sen. Epift. 87.

Circumloquutio, önis. f. V. PERIPHRASTIS.

Circumluo, ui, [περιλεῖσθαι] ère. Liv. 25. 11. Quo in peninsula modum pars major circumluitur. Et Tacit. 4. Hist. 12. 3. Rhenus annis tergum ac latera circumluit.

Circumluvio, önis. f. [περιλευσθαι] Cic. 1. de Orat. 173. Gentilitatem, agnationem, alluvionem, circumluvionem, &c. jura.

Circumluvium, i. n. Jus prædiorum. Festus. V. Iidor. 14. 8.

Circummitto, iisi, illum, [περιβάνειν] ère. Liv. 4. 18. Veins multitudine abundans, qui inter dimicacionem castra Romana aggredierentur, post montes circummisit. Et Cæf. 7. Bell. Gall. 63. Legationes in omnes partes circummittuntur.

Circummissus, a, um. Partic. Cæf. 1. Bell. Civil. 12. Quod oppidum Atticus cohortibus introductis tenebat, delectumque toto Piceno, circummissis Senatoribus, habebat.

Legiones circummissæ. Cæf. 3. Bell. Civil. 55.

Præcōnes circummissi. Idem 5. Bell. Gall. 51.

Circummulcro, [περιμήκησθαι] ère. Plin. lib. 28. cap. 3. Ex qua familia legatus Evagor nomine, a Confulibus Romæ in dolium serpentum conjectus expeditus cauia, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit.

Circummūnio, [περιφέρεσθαι] ère. Columel. de Arboribus, cap. 18. Prius quam pomarium constitutas, quam magnum habere voles, circummissi maceria aut foilla.

Oppidum circumunire. Cæf. 1. Bell. Civil. 18. Oppidum vallo castellique circumunire instituit.

Circumunitus, a, um. [περιφέρεσθαι] Partic. Cæf. 1. Bell. Civil. 84. Nunc vero pene ut feras circumunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu.

Catellis circumuniti. Cæf. 2. Bell. Gall. 30.

Circumunitio, önis. f. [περιφέρεσθαι] Cæf. 1. Bell. Civil. 19. Id ne fieri posset, obſidione, oppidique circumunitio ne habebat.

Circumuramus, a, um. ut. Bella circumuramus. Ammian. 14. 14. Populus Romanus annis fere trecentis circumuramus pertulit bella, conf. 21. 25.

Circumnasco, èris, ètus sum, [περιγένεσθαι] aſci. Plin. lib. 2. cap. 103. Lacus Sinnus in Afia, circumnascente abſinthio infiſcir.

Circumnavigo, [περιποιεῖσθαι] ère. Paterc. lib. 2. 106. 3. Clavis quæ Oceani circumnavigaverit sinus.

Circumnecto, xii, xum, [περιστένεια] ère. Laſt. De opif. Dei cap. 14. An aliquis enarrare se putat posse, quid utilitas, quid effectus habet tenuis membrana illa perlucens, qua circumnectitur alvus ac tegitur? Sidera circumnectere. Sen. Quæſt. Nat. 1. 2. pr. Fulgor, qui sidera circumnectit.

Circumnexus, a, um. Partic. Ammian. 19. 7. Flammis conjectis unidue circumneci xi.

Circumobruo, ui, ütum. [περιοργανων] ère. Plin. lib. 19. cap. 5. Conſert alterna folia circumobrue.

Circumoffigo, ère. Cato de R. R. 48. Furcas circumoffigito. V. seq. CIRCUMPERIO, ire. Cato de R. R. 76. Pruna infuser, & circumoperito. [Hoc & superius verbum rectius divite scribitur].

Circumpadanus, a, um. Adj. a Padus; Qui habitat in circuitu Pad. Liv. 21. 35. Confistere jussis militibus Italiam ostentat, subiectosque Alpinis montibus circumpadanis campos. Plin. lib. 14. cap. 20. Liguria maxime, circumpadanisque multis utilitas.

Circumpango, ègi, actum, [περιποιεῖν] ère. Plin. lib. 17. cap. 13. Ramis terra circumactis. At Harduin. ex MSS. legit Circumartis.

Circumpavio, [περιποιεῖν], [περιχωρᾶ] ère. Plin. lib. 12. cap. 14. Aliubi area circumpavita.

Circumpedes, [περιποιεῖν] Idem qui & A pedibus dicuntur. Cic. 3. Ver. 92. Servos artifices pupili quimi habent domi, circumpedes autem homines formosiss & literatos, suos esse dicebat. Sed rectius dividere scribitur.

Circumplexor, èris, exus sum, [περιποιεῖν] ecti. Cic. de Univers. 21. Undique est eos circumplexus. Plin. lib. 13. cap. 10. Tam vas arboreis, ut terni nequirit circumplexi.

Opes circumplexus. Stat. 1. Silv. 5. 42. Patrimonium alterius circumplexi. Cic. 13. Philipp. 12. An is non redet, qui dominii patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco, Pompeii servus, libertus Caesaris, agri Lucani possessioſ occupavit?

Circumplexo, xi, vel xii, xum, ère. Activa forma Cato de R. R. 21. Foramina laminis circumplexito. Et flaut. Afrin. 3. 3. 106. Meum collum circumplexo.

Circumplexus, a, um. [περιποιεῖν] Partic. passiue acceptum. Gellius lib. 15. Noct. Attic. cap. 1. In eo igitur libro scriptum inveni, & c. turrim ligneam defendendi gratia struciam, quum ex omni latere

Uuu 2 circum-

circumplexa igni foret, ardere non quissee, quod ab Archelao alumine oblitera fuisse.

CIRCUMPLEXUS, ūs. m. [περιπλέκτης] Plin. lib. 10. cap. 63. Lacertæ, ut ea quæ sine pedibus sunt, circumplexi Venerem novere.

CIRCUMPLICO, [περιπλοκός] āre. Circumneccere. Cic. 1. de Divin. 79. Experrecta nutrix animadvertis puerum dormientem circumplacatum fermentis ampli. Ibid. 49. Tum visam belluam vultam & immanem circumplacatam serpentibus. Cic. 2. de Divin. 62. Qui cum ad eum retulifer, quasi ostentum, quod anguis domi vescet circumjectus fuisse. Tum effet, inquit, ostentum, si anguem vescis circumplacavisset.

CIRCUMPONO, pōsui, sūtum, [περιπλέκω] āre. note significationis. Plin. lib. 17. cap. 28. Stramentis ante circumpositis. Piper circumpositum catillis. Hor. 2. Serm. 4. 74.

Primus & inventi piper album cum pale nigro

Incretum, puris circumpositis catillis.

CIRCUMPOSITIO, ūnis. f. August. Epist. 199. Auri circumpositio.

CIRCUMPOTO, āre. unde

CIRCUMPOTATIO, ūnis. f. [περιπλάνησις] Cic. 2. de Legib. 60. Hæc præterea sunt in legibus de vñctura, quibus servilis vñctura tollitur, omnifacit circumpotatio.

CIRCUMRĀDO, si, sum, [περιπλάνω] āre. Plin. lib. 17. cap. 26. Velut detracit sanguinis circumrasi corticis. Hard. Circumraido. Columel.lib. 4. cap. 29. Hujus traducis si non est facultas, tum detractum viti quam recentissimum eligitur fermentum, & leviter circumrasum. V. Cels. 7. 12.

CIRCUMRASIO, ūnis. f. Plin. 17. 26. Circumraido corticis. V. in verbo.

CIRCUMRĒTIO, [περιπλάνησις] āre. Impedire & implicare. Lucret. lib. 5. 1151.

Circumretit enim vis, atque injuria quemque.

CIRCUMRETITUS, a, um. [περιπλανηθεώς] Partic. Cic. 7. Verr. 150. Num ego tibi ullam salutem, ullum perfugium putem, quum te implicatus severitate judicem, circumretitum frequentia populi Romani esse videam? Et Arnob. 4. p. 151. Hercules pestifer tegminis circumretitus indagine. Idem lib. 5. p. 186. Martem & Venerem Vulcani esse circumretitus arte;

CIRCUMLRDO, si, sum, [περιπλάνω] āre. Plin. lib. 32. cap. 2. Polypum hamos appetere, brachifque complecti, non morbi, nec prius dimittere, quam escam circumfererit.

Circumrodere, per translationem. Cic. 4. Att. 5. Quid? etiam (dudum enim circumrodo quod devorandum est) subturpula mihi videbatur esse παλαιόν. Hoc est, invitus dico, quod dicendum tamen est. Vereor enim ne me reprehendas, qui hoc in libro gratiae causa ea laudarim, quæ ante vituperabam. Metaphora ab iis qui circumrodunt quod non libenter comedunt.

Significare videtur. Conon sensim perpeti molestiam, quæ tandem devoranda erit. H. St.

Dente circumrodi. Horat. 1. Epist. 18. 82.

Dente Theonino quum circumroditur. V. THEON.

CIRCUMRÔTO, āre. Apul. 9. Met. p. 222. Machinas similes circumrotari vidi. Cæf. German. fragm. 3. p. 150. Ed. Coburg. de motu, Cæli circumrotat orbem.

CIRCDMSALPO, pī, ptum, [περικυλάπτω] āre. Plin. lib. 20. cap. 5. Radice ejus circumcalpti dentes dolore liberantur.

CIRCMSCARICO, [περικύλω] āre. Plin. lib. 22. cap. 23. Pedum clavos circumscarificatos ferro, missum cera extrahit. Idem lib. 30. cap. 3. Caninus dens sinistri maximus, circumscarificato eo qui doleat, aut draconis os & spina: item hydridris. Est autem serpens masculus & albus. Hujus maximo dente circumscarificant.

CIRCMSCINDO, idī, issūm, [περικύλω] āre. Liv. 2. 55. Quo fero- cius clamitat, eo infestius circumscindere, & spoliare lictor.

CIRCMSCRIBO, pī, ptum, [περιγράφω] āre. Verbum notæ significacionis.

Orbem circumscribere. Cic. 5. de Fin. 23.

Terram circumscribere surculo, gladio, &c. Plin. lib. 22. cap. 21. Et si terram surculo heliotropii circumscripta aliquis, negant scorpionem egredi.

Circumscribere, Constituere. ut, Circumscribere locum habitandi alieni. Cic. in Parad. 2. Exiliū autem illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus. Subaudi Terribile est.

Curriculum vita circumscriptum nobis natura. Cicero pro C. Rabir. perduel. 30.

Terminus circumscribere & definire. Cic. 1. de Orat. 70. In hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscripta aut definita jus suum.

Definiri & circumscribi genus potest. Cic. pro Sext. 97.

Luxuriam circumscribere utilitate. Plin. lib. 22. cap. 2. Nunc propositum ista confectari non est: nec committemus, ut subiiciendo utiliora, luxuriam utilitate circumscriptamus.

Pars regionibus modicis circumscripta. Cic. 2. de Orat. 67. Assumamus eam quoque partem, sed ita ut sit circumscripta modicis regionibus.

Sententiam mente circumscribi. Cic. in Orat. 200. Ante enim circumscriptur mente sententia, confertimque verba concurrent, que mens eadem, qua nihil est celerius, statim demittit.

Spatum vita circumscriptum est. Cic. pro Arch. 29.

Circumscribere, Decipere, circumvenire. Plin. lib. 7. cap. 40. Vana mortalitas, & ad circumscribendum seipsum ingeniosa, &c. Cic. 14. Philipp. 7. Aut ejiciunt vicinos, aut adolescentulos circumscribunt.

Pupilos circumscribere. Juven. 10. Sat. 222.

Teflamentum circumscribere. Plin. 8. Epist. 18. i. e. Fraudem committere circa teflamentum.

Ab aliquo circumscribi. Cic. pro Rosc. Com. 24. Dic nunc te ab Roscio h. s. 1000 circumscriptum esse, qui tantas, & tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificientiam liberalitatis repudiariet.

Circumscribere, Tollere, & expungere. Cic. 4. Verr. 149. Itaque uno genere opinor circumscribere haberis in animo genus hoc aratorum. Idem 3. Verr. 43. Quamobrem omni tempore Sullano ex accusatione circumscriptio, legationem eius praclarorum cognoscere. i. e. Ablato, exempto. Afconius interpretatur, Sublato, circumducto, ac prætermisso.

Aliquem circumscriptit Senatus, facto adversus eum senatusconsulto. Cic. pro Milon. 88. Senatus, credo, Prætorem eum circumscriptiſſet. In

hujusmodi circumscriptione ignominia est, & privatio juris. Cic. 7. Att. 8. Si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum in-eitans notatus, aut senatusconsulto circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit.

Senatus circumscribere, aut aliquem privatum. Cic. ad Octav. Cur aut in gratum, ingratus, crudeliter, aut immemorem benefici sui scelerate circumscriptis Senatum? i. e. Aufers ei auctoritatem statuendi de summa Reipub. & quasi Senatus & medio Reipub. tollis. Translatio est a fabris aut chirurgis, qui ea quæ ferrata amputaturi sunt, circumscripti bunt & praedictum [Nugae] Dicitur & Circumducere. Idem 13. Philipp. 19. Senatus in Capitolium, parata de circumscribendo adolescenti sententia Consulatis, h. e. De ejicendo magistratu Octavio, & imperio ei abrogando. Budæus.

Fluvio circumscriptus. Cic. 6. Philipp. 5. Ille se fluvio Rubicone & mil. circumscriptum esse patiatur.

Virgula circumscribere aliquem. Cic. 8. Philipp. 23. C. Popillius apud majores nostros, quum ad Antiochion regem legatus misus esset, & verbis Senatus nuntiasset ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat: quum tempus ille differret, virgula stante circumscripta: dixitque, se non ante renuntiaturum senatum, nisi prius sibi respondisset, quid saturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet?

CIRCMSCRIPTUS, a, um. [περιχειρός] Adj. Plin. 2. Epist. 3. Arguti, certique & circumscripti verbis romani ambitus. Bud.

Scientia circumscripta. Cic. 1. de Orat. 52. Nam si quis erit, qui hoc dicat, esse quafdam oratorum proprias sententias, atque cauſas, & certarum rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam.

Circumscriptus dolo dicitur, sui facilitate lapsus. l. 1. D. de minor.

Interrogationibus castigios circumscripti atque decepti. Cic. 4. Acad. 46.

Circumscripti item dicuntur, velut in ordinem redacti, quorunque potestas diminuta est. Cornificis ad Her. 4. 30. Demus operam, inquit, Quirites, ne omnino patres conscripti, circumscripti potentur. Ex Turneb. Senatus consulto circumscriptus. Cic. 7. Att. 8. Senatus consulto circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus.

Compar. i. e. Brevior & compendior. Plin. 1. Epist. 16. ad Septimium. In concionibus idem qui in orationibus est, pressior tantum, & circumscriptio, & adductio. De Pompeio Saturnino loquitur, qui in scribendo studebat brevitate.

CIRCMSCRIPTA, [περιχειρία] Adv. Cic. in Orat. 221. Sed quoniam non modo non frequenter: verum etiam raro in veris causis aut forensibus circumscripta numeroque dicendum est, sequi videtur, &c. Complecti aliquid circumscripta. Cic. 2. de Nat. Deor. 147. Depingere circumscripta. Lactant. 5. 9.

CIRCMSCRIPTIO, ūnis. f. [περιχειρία] ut, Circumscrip̄tio terra. Cic. 1. Tusc. 45. Quam totam terram contueri licet, eisque cum situ, formam, circumscriptiōnē, tum & habitabiles regiones.

Orationis circumscriptio, pro Periodo. Cic. in Orat. 204. Temporis circumscriptio. Cic. 1. de Nat. Deor. 21. Sed fuit quædam ab infinito tempore aternitas, quam nulla circumscriptio temporum metiebatur.

Verborum circumscriptio quædam comprehendere concludere sententiam. Cic. de Clar. Orat. 34.

Circumscrip̄tio, pro Deceptione & fraude. Paulus in l. hæc actio. D. si menor faltum modum dixerit. Hæc actio perpetua est: quia initium rei, non a circumscriptione, sed a succinto negotio originem accipit.

Aperta circumscriptio aliiquid facere. Cic. pro Flacc. 74. Emptiones falsas, prædiorum proscriptions cum mulierculis aperta circumscriptio fecisti.

Adolescentium circumscriptio. Cic. 3. Off. 61. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela xii Tab. & circumscriptio adolescentium lege Latiora.

Excedere ex circumscriptione. V. Virgula circumscribere aliq. in ipso verbo.

CIRCMSCRIPTOR, ūnis. m. [περιχειρός] Deceptor. Cic. 2. in Catil. 7. Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis lictarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circumscriptor, quis ganeo?

Circumscrip̄tor, Qui fraude privat aliquem bonis. Juven. 15. Sat. 135. — pupillum ad jura vocantem

Circumscrip̄torem.

CIRCMSECO, cui, etum, [περικύλω] āre. est Circumcidere. Coloni. lib. 7. cap. 5. Tuberculum cui subest vermiculus, ferro quam cauſtilime circumsecari oportet.

Serrula circumsecare. Cic. pro Cluent. 180.

CIRCMSECTUS, a, um. ut, Aluta circumsecta, Scribon. Largus Compos. 229. Suet. Domit. cap. 12. de Judaica circumscione: Senex, an circumsectus esset.

CIRCMSECUS, Adverb. Apul. lib. 5. p. 166. Quicke circumsecus vennatur.

CIRCMSEORO, vel **CIRCMSEDEO**, ēdi, essum, [περιχειρία] āre. Significat Contra federe, circumdare, obsideare. Cic. 9. Att. 12. Pop. Rom. exercitus Cn. Pompeium circumdet, fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet. Liv. 9. 2. Ut idem omnibus sermo confit legiones Samnitium in Apulia esse, Lucerian omnibus copiis circumcidere, nec procul absita quin vi capiant.

Circumfedere & obsideare. Cic. 10. Philipp. 10. Ut intelligat non D. Brutum, quem vallo circumdet, sed seipsum obsideari.

Aliquem circumfedere. Cic. 3. Verr. 83. Qui te circumdet.

Curiam militibus circumdet. Valer. Max. lib. 3. cap. 8. ubi de Q. Scævola.

Oppidum circumfedere. Liv. 23. 15. Cic. 6. Philipp. 3. Brutum oppugnet, Mutinam circumdet.

Circumfedere, passum. Cic. 9. Att. 18. Quod in his castris fuerunt quibus Pompeius circumdetur?

Ab quibusdam circumfedere. Cic. 3. Verr. 81.

Propter scelus atque flagitium circumfedere ab aliquo. Cic. 3. Verr. 82. In castello circumfedere. Cic. pro Deiot. 25. Itaque quum esset ei numeratissimum, Domitium naufragio periisse, te in castello circumfedere, de Domito dixit verum Gracum, &c.

CIRCMSEDES, entis. Apul. 3. Met. p. 130. Inter tot millia populi circumsedentes. Et Sidon. 3. Epist. 13. Nares circumsedentium infestare.

CIRCM-

CIRCUMSESSUS, a, um. [περιστέλλω] Partic. Cic. 3. Verr. 79. Intelligo, in qua civitate, non modo legatus Populi Romani circumfessus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit.

Injuria circumfessus. Cic. 3. Verr. 83.

Lacrymis circumfessus. Cic. 4. in Catil. 3. nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis mereore non movear, horumque omnium lacryma quibus me circumfessum videtis.

Viribus hominum circumfessus. Cic. 12. Philipp. 24. Veritatem semel circumfessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens, ut honestissime surgere possem.

CIRCUMSESSIO, onis. f. [περιστέλλω] Cic. 3. Verr. 83. Te hujus circumfessionis tuae causam, & culpam in alias transfluisse?

CIRCUMSEPIO, sepsi, septum, [περιφέρεια] ite. Liv. 1. 49. Confusus deinde male querendi regni ab se ipso adverbus se exemplum capi posse, armatis corpus circumfessus. Cic. ad Octav. Sed quoniam cohortibus armatis circumfessus Senatus.

Silve circumfessus. Paulus in 1. possideri. §. item feras bestias. D. de acquir. posset. Sed eos piffes, qui in stagno sint, aut feras quae in silvis circumfessus evagantur, a nobis non possideri.

CIRCUMSEPRO, evi, atum, [περιφέρεια] ère. Plin. lib. 21. cap. 12. At genitus circumfervi alvearis gratissimum.

CIRCUMSIDO, ere. [περικόπεια] Idem quod Circumfedeo. Liv. 9. 21. extr. Fusi in castra Sannites extincti nocte ignibus tacito agmine abeunt: & se abepta Satricula tuenda, pliſtami ipsi socios Romanorum, ut patrem dolorem hosti redderent, circumfessunt. [Diffat a Circumfedeo, ut Circumfido a Circumfido. Sed plerique, nisi descriptio cum culpa est, hanc negligunt differentiam auctores.]

CIRCUMSIGNO, [περιγένομαι] ère. Columel. lib. de Arborib. cap. 26. Ex qua arbore inferire novella, in ea quæstio novello & nitidos ramos, in his deinde observato gemmam, quæ bene apparet, certamque spem germinis habebit. eam duobus digitis quadratis circumsignato, ut medio gemma sit.

CIRCUMSISTO, stiti, stitum, [παρίστημαι, παρίσταναι] ère. Invadere, irrue, & quasi terrificatione aggredi, auctore Valla lib. 5. Caesar 5. Bell. Gall. 44. Impeditumque hostes circumfessunt. Cic. 7. Verr. 141. Hæc quoniam maxime loqueretur, sex lictores circumfessunt valentissimi, &c. Caf. 1. Bell. Civil. 20. Itaque uno omnes confilio Domitium productum in publicum circumfessunt & custodiunt.

CIRCUMSISTENS, entis. Partic. Caf. 2. Bell. Civil. 42. Praefectus equitum cum paucis equitibus circumfessens.

CIRCUMSITUS, a, um. Circumjacens. Ammian. 23. 26. Circumfusos populos ad ditionem gentilitatemque trahere nominis sui.

CIRCUMSONO, [περιέχω] ère. Undique sonare.

Circumsonare undique. Liv. 27. 18. Inde primo turbata est acies, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua, & obvertere ordines volunt.

Aures mea his vocibus circumsonant. Cic. 3. Off. 5. Conducere arbitrator, talibus aures tuas vocibus undique circumsonare. i. e. Frequentissime tibi hæc inculcaris, & te hæc a præceptoriis aliis audire. Budaeus.

Clamor circumsonant hostes. Liv. 3. 28. pr. Edito imperio signum sequuntum est: iusta miles exequitur, clamor hostes circumsonat.

Locus ululatibus cantuque symphonie circumsonat. Liv. 39. 10. Eos deducere in locum, qui circumsonit ululatibus cantuque symphonie, &c.

Nerves circumsonat orbem, i. e. Æquor. Ovid. 1. Met. 187.

Armis circumsonari. Ovid. 5. Trist. 3. 11.

Ore circumsonari Threicio &c. Ovid. 3. Trist. 14. 47.

CIRCUMSONUS, a, um. Circum aliquid sonans. Stat. 7. Theb. 261. — Dionisius avibus circumsona Thisbe.

Turba canum circumsona. Ovid. 4. Met. 723.

CIRCUMSPETO, In CIRCUMSPICIO.

CIRCUMSPERGO, si, sum, [περιπέσω] ère. Columel. lib. 11. cap. 2. Et si sunt parum fructuosa, vel cacuminibus retorrida frondis, magnis arboribus quaternos modios fercoris caprini circumspergere, &c.

Legitur etiam Circumpargo. Apic. 8. 8. Impensam talam circumsparges. **CIRCUMSPICO**, exi, ectum, [περισπέω, περισπέω, περισπέω] ère. ex Circum & Specio antiquo verbo compositum, quod Aspicer significat. Est autem Circumspicere, Huc atque illuc oculos vertere, & circumferre. Cic. pro Rosc. Com. Circumspicit, æstuat. Ter. And. 2. 2. 21. Circumspicere, nufquam es.

Nec suspicit, nec circumspicere. Cic. 2. de Divin. 72. Illi autem, qui in auctoribus adhibetur, &c. nec suspicit, nec circumspicere: statim respondet silentium esse videri.

CODICARIA, Naves dictæ sunt, quæ & Caudicaria, quod e caudicibus, i.e. Lignis crassioribus factæ sunt. Varro de Vita Pop. Rom. Quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi na-

ves codicarias appellamus. Sallust. Hist. lib. 4. Et quanquam ad id na-

ves codicaria occute per hiemam fabricatae araderant. Perottus ex Nonio. 13. 12. V. CAUDEX.

CODICULA, a. f. pro Caudicula, vel Caudula. Apic. 7. 1.

CODION, i. n. [κωδιόν] Genus lactucæ, a cori similitudine, in petris naescens: comosiliuum inter omnes. Perott. Est & Ruello Codion bul-bi, silvestrum bulborum flos, at enim lib. 2. cap. 100. Silvestrum bul-borum florem coronis inferuere veteres, anemonem vocantes, post narcisifum, ut Theophrastus inquit Hist. Plant. lib. 4. exuentum vere, sed alienam, quam quæ dicitur in phaini mentione. Græci florem hunc Codion bulbi vocant.

CODONES, um. m. pl. [κώδινες] sunt Tintinnabula, & quos vulgo so-natos vocamus, ex equorum phaleris propendentes plerumque. Fibant autem ut plurimum ex orichalco: unde in epigrammate legitur, ορεζάντας κώδινα νέα, hoc est ex orichalco gaurilla cymbala. Codonas ex Græci nonnulli Tuba partem interpretant latiore, quia sit generis non unius, quando sunt Libyntica tubæ, necnon Ægyptiæ, atque item Tyr-

henicas: quas omnium primus Archondas opem Heraclidi ferens intulit Gracie. Ex Cel. Rhodig. lib. 19. cap. 9.

CODONOPHORI, örüm. m. [κωδινοφόροι] interpretantur, Tintinnabula gestantes: quos Anteambulones atratos, & Férales precones Latine appellare possimus. Sunt autem Funerum inditores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budaeus.

CODRUS, i. m. [κωδρός] Athenienum rex ultimus fuit, qui orto bello inter Laconas & Athenieses, quum respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux periflet: habitu humili proiectus est ad hostium vicinia tentoria, & illuc jurgio eius in fauus cædem intigavit, & a nullo co-niunctus fecit locum oraculo. Hæc Servius explicans illud Virg. 5. Ecl. 11. Incipit Mopsæ prior, si quos aut Phylidis ignes,

Aut Alconis habens laudes, aut jurga Codri. Idem testatur Cic. lib. 1. Tusc. 116. V. etiam Vellei. 1. 2. Justin. 2. 6. 19. & Valer. Max. 5. 6. 1. extr. Scaliger autem in Avimadv. Euseb. no. 927. dicit Virgilium non respexit ad Codrum Athenienium regem, sed ad quandam paftorem ejusdem nominis.

Conferuator civitatis Codrus. Cic. 5. de Fin. 62.

Codrus pro patre non timidus mori. Hor. 3. Carm. 9. 2.

Codrus, fuit etiam Vir quidam pauperissimus: cuius paupertas proverbio locum fecit, ut dicamus, Codro pauperior. Juven. 3. Sat. 10.

Tota domus Codri rheda componitur una. V. Erafsm. [Ita quidem Erafsm. sed lapſu memoria, scripsit, pro Sed dum tota domus. Debutus potius ex eadem afferre Satura. v. 208.

Nil habuit Codrus. quis enim neget? Et tamen illud

Perdiuit infelix totum nihil. Hunc autem Codrum poëtam fuisse perhibent. V. Vofl. de Poët. Lat. cap. 4.

CÆCINUM, vel **CACINUM**, i. n. Oppidum in sinu Scyllaceo Pomponio Melæ lib. 2. in descriptione Italie, cap. 4. Secundus, inquit, Scyllaceus inter promontoria Lacinium & Zephyrium, in quo est Petilia, Cœcimum, Scyllaceum, Mitrea. Sed lectio meritis suspecta est. Alii Carcinus legunt. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 9. 4.

CÆLUS, a. f. [κάυση] Attice regiuncula est, Miltiadis & Thucydidis se-pulcri nobilitata, cuius meminit Marcellus, in vita Thucyd.

CÆLE SYRIA, a. f. [κάυση νέα] Strabo lib. 16. Tota regio ultra Se-leucidem in Ægyptum & Arabiam recedens, Cœle Syria appellatur, sed proprie quæ Libano terminatur, & Antilibano. Hactenus Strabo. No-men fortis est a Concavitate, quam Græci κοιδόνη nominant. Nam & καῦση, omnis locus cavus dicitur. Populi autem appellantur Græce καῖσης, Strab.

CÆLEBS, **CÆLIBUS**. V. CÆLEBS supra.

CÆLEMENTATUS, a. um. Tertull. adv. Valent. cap. 23. Mundus colementatus.

CÆLÆSTUS, V. CÆLESTUS.

CÆLI a gens plebeja quidem Romæ, sed illustrium virorum genetrix, in his M. Cælius M. F. Rufus, Ciceronis discipulus, cuius est octauus liber hujus epistolis ad Familiares insertus, cuius etiam vitam magnam partem describit in oratione, quam pro illo scripsit. His quādū Ciceronis auctoritatibus paruit egregium cīvem in tribunatu suo præsulit in causa optimatum defendenda. Postea ad illos Curulis ac deinde Pretor factus, caule debitorum suscepit turbare temp. cœpit: verum decreto patrum a rep. removit, curiaque ac concione prohibitus, dolore ignorante permutus, Urbe cessit & ad Caspium proficiit se simulans, Milion. qui fugitivos contraxerat, se conjunxit, nonnullisque Italie municipiis frustra ad bellum sollicitans, Thuri denique ad equitibus Casariani Galli & Hispani, qui ibi in præsidio erant, interemptus fuit. V. Cic. 1. c. & de Cl. Or. 272. Quintil. 1. 10. c. 1. Casar de Bell. Civ. 3. 20. seq. Patere. 68. Epit. Liv. 111. Appian. 1. 2.

De Alis Cœli cognomi. Caldus, V. Fulv. Ursin. Fam. Ro.

CÆLIACUS, i. m. [καιλιακός] Morbus intestinorum, vel porta inferioris ventriculi, qui pylorus Græcis dicitur. Cels. lib. 4. cap. 12. In ipsius vero ventriculi porta consistit is, qui & longus esse confusivit: καιλιακός a Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolorque ejus est. Alyus nihil difficit, ac ne spiritum quidem tranmitit. Extremæ partes frigescunt. Difficulter spiritus redditur.

Cœliacus, etiam dicitur is qui cœliaco morbo laborat, cuius exempla cerebreria sunt apud Plin. lib. 12. cap. 1. Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos juvatum. De nucleis acinorum.

CÆLIUS, Mons dictus est, auctore Festo, a Cœlo quodam ex Hetruria, qui Romulo Auxilium aduersus Sabinos præbuit; cujus quod in eo domiciliū habuit. ubi V. Dacer. Hunc Tullius Hostilius addidit, ibique ipse

ipse habitavit, quo frequentius habitaretur, teste Liv. 1. 30. In eodem habitat Ennius poeta.

Cœliolus, i. m. diuinus. Locus Urbi Romæ, in quem traduci fuerunt principes quidam de Cœlianis. V. Varr. 4. de L. L. 8. apud Cic. de Arusp. resp. 32. L. Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum & sanctissimum Dianae facillum in Cœliolo fustulisse? corrupte pro Cœliolo. V. Grav.

Cœlimontanus, a. um. Adj. ut Cœlimontana porta. Cic. in Pison. 55. Add. Liv. 35. 9.

Cœllo, is. diphthongo & gemino il scriptum, Verbum antiquum, & quo solum in compositis utimur, significat Percutio aut frango. Præterum facit cœculi, vel cœli, & sumpnum culsum. Hinc sunt composita, Percollo, idem est quod Percutio, pulso, & frequenter ad animum transtur. Ter. And. 1. 1. 98. Perculit illico animum. Proculo, idem est quod Propello, vel Evertio. Inde Procella. Item Recœllo, idem quod Reclino. Et Cœlio sine diphthongo scriptum, de quo vide sao loco. Quod cave putas aliud esse verbum. Melius autem ita scribitur, quia ex Graeco est κείω. Nec aliud puto verbum esse Cœlio, quod item elegant Grammatici. Significatione enim convenit. Ac notum est litteras e & i permutari confusive, ut factum in Duellius, Illius. V. E litt.

Cœlomata, [κοιλόματα] medicis Rotunda sunt & cava ulcera bothritis latiora, que in oculis circa irim nascuntur. Ex lib. quem vocant Introditionis Galeno adscripta.

Cœlos, i. m. [κείω] Thracie portus est, Atheniensibus & Lacedæmoniis (inquit Mela lib. 2. 2.) navali acie decernentibus Laconica classis signatus excidio. Thracides lib. 8. pugnare navalem juxta Abydum Atheniensibus cum Syracusanis, & Lacedæmoniis suffice scribit, Thrasyllo videlicet & Thrafulo ducibus, insigni parti Victoria. Sunt qui ad Alcibiadem referre malint, quem Lacedæmonios vicisse, octoginta navibus amissis, & prope omnibus eorum ducibus casis, Plutarchus, & Justinus scribunt.

Cœlosa, [κοιλάσσα] Montis nomen est, non procul Phliunte opido Phliianorum, ex cuius parte quadam, quam Carneatem vocari Strabo scribit, Asopus fluvius oritur. V. eum lib. Geogr. 8.

Cœlum, cum Derivatis, V. Cœlum.

Cœmentum, V. Cœmentum.

Cœmētērium, i. m. [κοινηπέριον] Latine dicitur Dormitorium: Translate Locus ubi mortuorum corpora conduntur. Sic dictum quod hæc mors corporis temporaria sit, similique omnes resurrecturi. Non infite a quib[us]dum recentioribus dictum est Sepulchretum: quo & Catullus utitur. Dosiades apud Athenæum lib. 4. tradit, quum in omnibus oppidis Cœtæ ædes due publicæ sint, in quibus communes cœna darentur, alterum eorum adificiorum ἀνθρώπος vocatum: alterum, quod peregrinis, ut quicunque ibi caperent dormirentque, assignabant, καυμηνος appellatum. Loquutus autem est ille de vero somno: quum Christiani homines pro loco in quo μετεφέρον fonnus captiūr, accepit. Perpetuum enim soporem ob similitudinem, mortenque, conferendæ rei causa, somnum vocabant: eosque qui sepiuti forent, dormire dicebant. Unde postea loca mortui dicata, & ubi humi corpora sepeliantur, κοινηπέριον. V. Coequus ad August. de Civ. Dei. 1. 13.

Coemētō, ēmi, emptum, [κοινηπέριον] ēre. Idem quod Emere significat, vel Simul emere. Ter. Adel. 2. 2. 18. Coemētō, hinc quo illuc veheres multa. Cic. 15. Fam. 19. Omnia bona coemit.

Coemere & Vendere aliquid, contraria. Cic. 6. Verr. 133. Quæ tum non modo non vendebant, verum etiam coemebant.

Coemptō, a. um. Partic. ut, Lufciniæ coemptæ. Hor. 2. Serm. 3. 245. Lufciniæ soliti impenso prandere coemptas.

Merces coemptas supprimere, Ulpian. in l. annonam. D. de extraord. criminibus. Præterea debet custodire, ne Dardanarij ullius mercis sint: ne aut ab iis qui coemptas merces supprimunt, &c. annona oneretur. Res coemptæ. Suet. Neron. cap. 5. Perfida vero tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum coemptarum, sed & in pratura mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

Coemptio, ōnis. f. [κοινηπέριον] Vocabulum proprie adhibitum in re uxoria. Cic. 1. de Orat. 237. Nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem ejus mulieris quæ coemptionem fecerit, caſam posse defendere.

Ufus Coemptio. Cic. pro Flacc. 84. In manu, inquit, convenerat. Nunc audio: sed queror utrum uisu, an coemptione?

Coemptione quid sit, explicat his verbis Boethius in Topic. Cicer. comment. 2. Tribus modis uxor habetatur, ufu, farre, coemptione, sed confarreatio solis Pontificibus conveniebat. Quæ autem in manu per coemptionem convenerant, haec matresfamilias vocabantur: quæ vero ufu, vel farreatione, minime. Coemptio vero certis solennitatibus peragebatur, & sepe in coemendo vicinis interrogabatur. Vir ita, an mulier sibi matresfamilias esse veller? illa respondebat, Velle. Item mulier interrogabat, an viri sibi paterfamilias effet veller? illa respondebat, Velle. Itaque mulier, viri convenerant in manu, & vocabantur haec nuptiae, per coemptionem: & erat mulier matresfamilias viro, loco filia. Hæc Boethius. De Matresfamilias V. in MATER.

Facere coemptionem. Cic. pro Muren. 27. Putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caſas vocari. i. e. Nuptias per coemptionem. Est enim Coemptionem facere, Matremfamilias jungere viro, in quo mancipium quoddam est, & utrinque emptio. Eo pertinet quod Virg. canit 1. Georg. 31.

Teque sibi generum Tethys enat omnibus undis. Quem in locum sic ait Servius: Ad antiquum morem retulit, quo se maritus & uxor invicem emebant. [At hic de genero agitur, non de marito.]

Coemptionalis, e. Adj. Situl venialis cum aliis. Cic. 7. Fam. 29. Quod quidem si inter senes coemptionales venale proscriperit, egerit non multum. Amerpachius putat recte scriptum esse in quibusdam libris Empioniales: ubi nonnulli Concionales habent, alii Coemptionales: & simpliciter significari, Senes delectari empionibus. Plaut. Bacch. 4. 9. 52. V. Manut. ad loc. Cic. & Jo. Fr. Gronov. de Pec. Vet. 4. 8. & ad loc. Plauti.

Nunc Priamo nostro si eft qui emptor, coemptionale senem Vendam ego, venalem quem habeo.

Coemptor, ōnis. m. ut, Testium coemptor. Apul. Apol. p. 321. Piperis coemptor. Juven. 14. Sat. 293.

Frammenti dominus clamat, piperisque coemptor. alii legunt Coempti.

Cœna, a. f. [κοινηπέριον, Κοινή] & in plurali Cœna, arum, notum est.

VOL. I.

Festus, Cœna apud antiques dicebatur, quod nunc est Prandium. Vespere, quam nunc Cœnam dicimus. Martial. 13. 14.

Claudere quæ cœnas laetus solebat avorun. Cœna, in coenarum convivis lautissimis Secunda ferula, ipsumque velut solidum corpus cœna, Cœna proprie antiquis dicebatur. Macrobi. Sat. 2. 9. Ante cœnam echinos, &c. dcide mox, In cœna summa, sincipit aprugnum. Ex Turneb.

Scribitur & Cœna per alteram diphthongum, & Cœna sine Diphth. Dein cœna, pro Dulcibus & gratis dicuntur, quasi proverbio, quod illi ambrosia victitate crediti sint. Hor. 2. Serm. 6. 65.

O noctes, conœcum detum, quibus ipse, meique Ante larem proprium vescor.

Lautoru cœna. V. LAUTUS.

Pontificum cœna, Sumptuosa dicuntur & opipare. Hor. 2. Carm. 14. 28.

Abfumet haeres Cœbæ dignior

Servata centum clavibus: & mero

Tingit pavimentum superbo

Pontificum potiore cœmis. Proverbium est apud Erasmus,

Cœpum cœna. V. Macrobi. I. c. Caput cœna, i. e. Principium. Cic. 5. Tusc. 98. Ubi quum tyrannus cœnauit Dionylius, negavit se iure illo nigro, quod cœna caput erat, electatum. V. CAPUT.

Fundus & fundamentum cœna, i. e. Totus apparatus. Gell. lib. 17. cap. 8. Ejus cœna fundus, & fundamentum omne erat in olla una lenitatis Egyptie, & curcubita ibi minutum casea.

Impensis cœnarum suffragia plebis venari. Hor. 1. Epist. 19. 38.

Magister cœnarum, Artifex lauitarum. Martial. lib. 12. 48.

Pater cœna, Convivator hospes. Hor. 2. Serm. 8. 7.

Abundantissima cœna. Suet. Neron. cap. 42.

Adijcialis cœna. V. ADJICIALIS.

Cœna adventitia. Suet. Vitell. 13. Famosissima super ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre. V. ibi Torrent. conf. & Cœna viatica.

Ambulans. In AMBULO.

Antelucane. In ANTRALUCANUS.

Aſpera. In ASPER.

Cœna auguralis. Cic. 7. Fam. 26. In eas cum incidisset in cœna augurali, &c. Augures, facerdotum inuenientes, collegis cœnam dabant lauant. Manut. in l. V. Varr. de R. R. 3. 6. ext.

Brevis. Hor. 1. Epist. 14. 35.

Centenaria. In CENTENARIUS.

Cereales cœna. Plaut. Men. 1. 1. 25.

Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. Cereales cœnas, inquit Turnebus, appellari suspicor Opimas, & lautas, & multis ferulis oneratas, quod Cerealibus populariter solerent genio indulgere, id quod e Marone (1. Georg. 338.) intelligi potest sic scribente,

In primis venerant deos, atque annua magna

Sacra refer Cereri, &c.

Cynica cœna. Petron. cap. 14. i. e. Eorum qui misere vivebant.

Cœna dubia. In DUBIUS.

Lauſſima. In LAUTUS.

Magna. Hor. 2. Serm. 6. 104.

Mundæ cœna parvo sub lare pauperum. Hor. 3. Carm. 29. 15.

Nitida & frugi. Plin. lib. 3. Epist. 1.

Cœna nuptialis. Suet. Calig. 24. Alii tradunt, adhibitum cœnæ nuptiali mandante ad Pifonem, contra accumbentem, &c. V. etiam Apul. 6. Met. p. 195.

Opima. In OPIMUS.

Popolaris cœna. Plaut. Trin. 2. 4. 69.

Apposita sit cœna, quam popularem vocant, i. e. Epulum populi datum, cum aliquis triumphabat, vel in aliqua alia publica lexit. Turneb.

Prior cœna me detinet, i. e. Apud illum cœno, qui prior me vocavit.

Hor. 1. Epist. 5. 27.

Et nili cœna prior, potiorque puella Sabinum

Detinet, astinam. Potest & Prior exponi, quasi Melior & lautor.

Rara. i. e. Lautior. Martial. lib. 11. 53.

Quæ nec Stela folet rara nisi ponere cœna, &c.

Recta cœna, Latinis auctoribus Cœna est lauta, opipara: unde & Recte convivari. Tranq. Suet. August. 74. pr. & in Ves. 19. Sed & convivabatur assidue, nec unquam nisi recte & dapile. Sic, Recte vivere, pro Lante vivere Seneca usurpat. Sed Recta meliores libri exhibent. V. quæ mox ex Bud.

Recta cœna, Sportula opposita erat. Liberaliore enim diffites civiliores sufflatibus suis legitimum convivium exhibebant, quæ Recta cœna dicebatur: Sordidi autem & maligniores, recte cœna loco sportulam tantum præbeant. Suet. in Domit. cap. 7. Multa etiam in communis rerum uisu novavit, sportulas publicas sustulit, revocata coenarum rectarum consuetudine. Interdum numimi sportula loco cedebant. Juven. 1. Sat. 117.

Scilicet quænum honor finito computet anno

Sportula quid referat, quantum rationibus addat:

Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,

Et panis funusque donit? Budaeus.

Solenes cœna. Suet. Tiber. 34. Solennibus ipse coenæ pridiana saepe ac semefæ obſonria appofuit. V. Philargyrum ad Virg. 5. Eccl. 74. Qui ibi dicit tria genera esse coenarum, Solenes, viaticum, & geniale, &c.

Subita cœna. Sen. Thyest. 9.

Teretrists, Quæ ex orberis tantum apparatnr terra natis, nulla carne adhibita. Plaut. Capt. 1. 2. 86. Joco dictum.

Viaticæ cœna, i. e. Adventitia. Plaut. Bacch. 1. 1. 61.

Ego forori mee coenam hodie dare volo viaticam. Veterum hic mos erat, ut peregre redentes convivio exciperent amici. Idem 3. 6. 7. Salvos, inquit, quæ peregre advenis, cœna detur. Id & de Epitola Martialis Pref. lib. 12. dixit, Ut familiariſſimæ mihi aures tuas exciperem adventoria. Turneb. 30. 26. conf. Adventitia supra.

Ad coenam aliquem adducere. Cic. 5. Tusc. 91. Al. Abducere.

Ad coenam itares. Cic. 10. Fam. 24. Te ad coenam itare defisi, moleste fero.

Ad coenam invitare. V. INVITO.

Ad coenam mittere. In MITTO.

A cena redire. Cic. pro Cael. 20.
Ad cœnas revocare aliquem. Cic. 10. Fam. 24. Vides, ut te philoso-
phando revocare coner ad cœnas?
Ad cœnam venire. Cic. 3. Q. frat. 1.
Ad cœnam vocare aliquem. Cic. 6. Att. 1.
In cœnam. V. IN.
In cœnas singulas. V. IN.
In cœna imitari aliquid. Cic. 9. Fam. 20. Tamen in ea cœna coctis
meus præter jus servens nihil potuit imitari.
Inter cœnam. V. INTER.
Inter cœnam ludere. Suet. in August. cap. 71.
Post cœnam vomere. Cic. pro Deiot. 21.
Super cœnam cantare. Suet. in Neron. cap. 22.
Super cœnam sumere cibum. Suet. in Domit. cap. 21. Prandebatque ad
satiatem, ut non temere super cœnam præter Matianum malum &
modicam in ampulla potiunculam sumeret.
Super cœnam transigere multa. Suet. in Vesp. cap. 22. Et super cœ-
nam autem, & semper alias comissimus, multa joco transigebat.
Accipere aliquem cœna. Gell. lib. 17. cap. 8.
Adhibere cœnam aliquem. Suet. in Claud. cap. 12. Adhibebat omni cœ-
næ & liberis suis cum pueris quilibet nobilibus.
Apparare cœnam. In APPARO.
Apponere. In APPONO.
Capere & rogo. Catul. de Ruff. 57. 3.
Cludere cœnas dicitur cibus, qui in cœna postremus apponitur. V. a
pr. huius dictiōnis & in CLAUDIO.
Condicere cœnam, & Ad cœnam. In CONDICO.
Dare cœnam. Plaut. Capt. 3. 1. 34:
— ut mihi cœnas decem

Meo arbitratu dent, quum cara annona sit. Sic ego.

Dare comitatis exquisitissima cœnam aliqui. Suet. in Othon. cap. 3.
Ducere cœnam. i. e. Dedicere, perficere, transfigere. Hor. in Arte
Poet. 376. — poterat duci quia cœna sine istis? [An Dici? ju-
dicet lector cordatus.

Facere cœnam. Cic. 9. Fam. 116.

Imperare cœnam. In IMPERO.

Indicere. In INDICO.

Infringere cœnam oleribus. In INSTRUO.

Largiri. In LARGIOR.

Ministratur cœna pueris. Hor. 1. Serm. 6. 116.

Obire cœnas. In OBOEO.

Parare.

Præbere cœnam aliquot ferulis. Suet. in August. cap. 74. Cœnam ter-
nis ferulis, aut, quum abundantissime, scēnis præbebat, ut non ni-
mio sumptu, ita summa comitate.

Producere jucundæ. Hor. 1. Serm. 5. 70.

Quærere cœnas, i. e. Appetere. Cic. 9. Fam. 16. Nec tamen eas cœnas
quero, ut magne reliqua fiant: quod erit, magnificum sit & lautum.
Cœna, pro Loco in quo cœnatur. Plin. lib. 12. cap. 1. Aliud exem-
plum Caii principis, in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxisque
ramorum trabibus scena patula, & in ea epulati, quum ipse pars ef-
fet umbra, quindecim convivariæ ministerii capace triclinio, quam
cœnam appellavit ille nidum. [Quis in platani scilicet ramo data est.
Legendum videtur Pars est, umbra x. v. convivariæ, ac ministerii ca-
paciæ triclinii.

CœNIARIUS, Adj. ut Cœnaria tesserae, sicut Frumentariae. Torrent.
in Suet. Aug. cap. 41. Tesserae Frumentariae, Olearia & Cœnariae quo-
que legisse memini, quas reddentibus frumentum, oleum, aut cœna
præberetur. Sic igitur & Nummaria interpretor, quibus allaris pro-
mili pro congario numimi præstarentur, quas Augustus nonnunquam
duplicavit. H. St.

CœNATIUS, a, um. [dāmōt̄] Ad cœnam pertinens. ut, Spes cœ-
natica. Plaut. Capt. 3. 1. 16.

Nunc ibo ad portum hinc, est illuc mihi una spes cœnatica.

CœNIPETA, a. c. Qui cœnas aliorum captat, nec cœnat domi liben-
ter. Perott.

Hadr. Barlandi Dial. 22. Quid? tunc existimas Parasitum esse alium, ac
Cœnipetam? H. St.

CœNULA, æ. f. [dāmōt̄] dimin. Cic. 5. Tus. 91. Quid vos hester-
na, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere?

Parva cœnula. Martial. lib. 5. 79.

Parva est cœnula, quis potest negare?

Ad cœnulum invitare aliquem. Suet. in Claud. cap. 21.

Facere cœnulas. Cic. 10. Fam. 20. Deinde etiam vereor (licet enim ve-
rum dicere) ne, nescio quid illud quod solebas, dedicas, & obli-
vificare cœnulas facere.

CœNO, ævi, & åtūsum, åtūm, [dāmōt̄] äre. Cic. 2. Q. frat. 8. Eo
die cœnavi apud Crassipedem.

Apparatus cœnare. In APPARO.

Apud aliquem. Cic. 1. Fam. 2.

Belle. Martial. lib. 11. 35.

Cœnabit belle, non habitabit Aper.

Bene cœnare. Hor. 1. Epist. 6. 46. & Catul. 13. 1.

Melius. Cic. 5. Tufc. 97. Socratem ferunt, quum usque ad vesperum
contentius ambularet, quasitusque esset ex eo, quare id faceret, re-
spondisse, se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando samem.

Civiliter. In CIVILITER.

Foris cœnare. Martial. lib. 12. 19.

Liberter. In LIBERT.

Simul. Cic. 2. de Invent. 14.

Atratum. Cic. in Vatin. 30. Cedo, qnis unquam cœnavit atratus?

Cœnare cum aliquo. Hor. 1. Epist. 7. 70.

Cœnare cum toga pulla. Cic. in Vatin. 31. Quid in funere familiari cœnavit cum
toga pulla?

In odorem culina. Plaut. Pfeud. 3. 2. 53.

Eum in odorem cœnat Juppiter cotidie.

Al. Eum nidorem.

In triclinio. Cic. 13. Att. 50.

Alienum cœnare, Ex alieno. Plaut. Perf. 4. 3. 4.

Apron cœnare. Hor. 2. Serm. 3. 234. Sic apud Senecam, de Providen-
tia, Cœnare herbas. Sic

Boletos, &c. Martial. lib. 12. 17.

Cœnat boletos, oltra, fumen, aprum.

Olus. Hor. 2. Epist. 168. conf. PRANDER.

Patinas cœnabat omali vilis, & agnini. Hor. 1. Epist. 15. 34. Alii sic
legunt, Tabulas cœnabat omali, vilis & agninae, ut tabulas paropides
intelligent more Græcorum, qui mīnangs vocant. agnina autem cur Vi-
lis, vide suo loco in AGNUS.

Pulmenta. Hor. 1. Epist. 18. 48.

Sexcenti cœnare. Martial. lib. 11. 66.

Cœnare malum, per metaphoram. Plaut. Asin. 5. 2. 86.

Ecautor cœnabis hodie, ut te dignum elt, magnum malum.

Cœnare etiam pro In cœna exhibere. Suet. August. 70. Dum nova divo-
rum cœnat adulteria. Et sic Tertul. Apol. cap. 39. Non tam cœnare
cœnare quam disciplinam, i. e. Maxime curam gerere.

CœNANS, antis. [dāmōt̄] Partic. Cic. 15. Att. 27. extr. Adventabat au-
tem bœnū cœnabat nobis. Idem. Fam. 21.

Una cœnantes. Hor. 2. Serm. 8. 18.

CœNATUS, a, um. [dāmōt̄] ut pransus, ut potus, ut lotus, id
est Conœcta cœna, inquit Nonius 2. 195. Cic. 2. Att. 6. Cœnato mihi,
& iam dormitanti pridie Calend. Maias epistola est illa redditia. Idem pro
Deiot. 20. Quid igitur causa excogitari potest, cur te lautum voluerit,
cœnatum noluerit occidere? Et Hor. 1. Serm. 10. 60.

— amet scripsi ducentos

Ante cibum versus; rotidem cœnatus, &c.

Cœnatum est. Liv. 2. 4. extr. Et cœnatum forte apud Vitellios est.

CœNATIO, ônis. f. [dāmōt̄] Locus (inquit Valla lib. 4.) ad cœ-
nandum, in imo potius. Erat autem potentiorum, auctore Budæo.
Juven. 7. Sat. 183;

— & algement rapiat cœnatio solem. De Cœnatione hi-

berna. Columel. lib. 1. cap. 6. Urbana rursus in hiberna & aestiva sic di-
geratur, ut specient hemisali temporis cubilia brumalem orientem:
cœnationes, æquinoctiales occidentem. Rursus æstiva cubicula spe-
cient meridiæ æquinoctiales: sed cœnationes ejusdem temporis pro-
specient hibernum orientem.

Capax populi cœnatio. Senec. 2. Epist. 115. Porticum aliquam, vel
capacem populi cœnationem ferunt. i. e. Valde laxam.

Jovis cœnatio, Capitolin. Pertin. cap. 11. Ingressus porticus palati
usque ad locum qui appellatur Sicilia & Jovis cœnatio.

Laqueate cœnationes. Suet. in Neron. cap. 31. Cœnationes laqueatæ
tabulis eburneis versatilibus, ut flores ex fistulis, & unguenta desuper
spargerentur. [Forte, Ut flores, & fistulatis, ut &c. V. Gronov.

Modica cœnatio. Plin. 2. Epist. 17. Deinde vel cubiculum grande, vel
modica cœnatio, &c.

Tecta cœnatio. Senec. Epist. 90. Non enim tectæ cœnationi epulum re-
cepiture parabantur.

CœNATIUNCULÆ, a. f. [dāmōt̄] dimin. Plin. 4. Epist. 30. Fons
oritur in monte, per faxa decurrit, excipit cœnatiuncula manufacta:
ibi paulum retentus in Larium lacum decidit.

CœNATOR, ônis. m. Gloss. Gr. Lat. dāmōt̄, Cœnator, Qui cœnas
amat, multis fugientibus intrit.

CœNATORIUS, a, um. ut, Fames cœnatoria. Sidon. 2. Epist. 9.
Vetus cœnatoria. Capitol. Maxim. Jun. cap. 4.

Hinc locum & H. St. adscrifit. Defuit autem in Lugd. hæc dictio.

CœNATORIUM, i. n. [dāmōt̄] pro Vete cœnatoria, cum qua dif-
cumbere in convivis solebant, que & alio nomine Tricliniaris toga di-
cebatur. Martial. lib. 10. 87.

— ebrietate notis

Cœnatoria mirat advocate.

Cœnatoria repete. Petronio Arbitr., cap. 21. Cœnatoria repetimus,
& in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant.

CœNACULUM, i. n. [dāmōt̄] Locus ad cœnandum in superiori domus
parte, ut air Valla lib. 4. Varro lib. 4. de L. 13. Ubi cœnabunt, & cubiculum;
ubi cœnabunt, Cœnaculum vocitant, & p. p. Postquam in
superiore parte cœnante coperunt, superioris domus universa, cœna-
cula dicta. [An Superiora domus?] Vitruv. lib. 2. cap. 8. In ea
autem maiestate urbis & ciuium infinita frequenta, innumerabiles habi-
tationes opus fuit explicare. Ergo quum recipere non posset area plan-
tantam multitudinem ad habitandum in urbe, ad auxilium altitudinis
adficiorum res ipsa coegerit devenir. Itaque pilis lapideis, structuris te-
flacis, parietibus camentis altitudines extrecte, contignationibus cœ-
bris coaxatae, & cœnaculorum summas utilitates perciunt & despectationes.
Ergo menianis & contignationibus varijs alto spatio multiplicatis,
populus Romanus egregias habet fine impeditio habitaciones. Ex
his Vitruvii verbis intelligere est, Romana adiunctio principio fuisse unius
contignationis, postea multarum. Cui subscrifit Varro lib. 4. de L.
33. Hides, inquit, ab aditu, quod piano pede adibant. Budeus, Cœ-
nacula sunt loca altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascenduntur.
Hæc autem incolebant tenuiores & inquinilis. Juven. 10. Sat. 18.

— Lateranorum obsidet ades

Tota cohors, tarus venit in cœnacula miles. i. e. Ad inqui-
nos & pauperes, qui in conducto habitant.

Medianum cœnacula. Ulp. in l. S. vero. §. Sed & si quis cœnacularium
exercens. D. de his qui dejecer, vel effuder. Quod h. ex mediano cœ-
naculo quid dejectum sit, verius est omnes teneri.

Meritorum. V. MERITO.

In aliena cœnacula se dirigere. Ulp. in l. Saccularii. D. de Extraordi-
nariis criminibus, Item qui dietarii appellantur, hoc est ii qui in aliena
cœnacula se dirigunt furandi animo, plusquam furcis puniendi sunt.

V. Dietarii in DIETRA.

Per cœnacula domum dividere. Ulpian. in l. Si cujus rei. §. Item si do-
mus. D. de usufructu & quemad.

Diviso cœnacula habitare. Ulpian. in l. Si vero. D. de his qui dejecer,
vel effuder.

Mutare cœnacula. Hor. 1. Epist. 1. 91.

CœNACULARIA, i. m. [dāmōt̄] Qui cœnaculum conduxit. Ulp.
l. 11. §. D. de pig. aet. Videat autem tacite & cum domino ædium hoc
convenisse, ut non pactio cœnaculari proficiat domino, sed sua propria.

Et Gloss. Gr. Lat. στρατηγοὶ τὸν στρατιῶν εὐσεβοῦς, Cœnacularius.

CœNACULARIA, a. f. [dāmōt̄] Unde, Cœnacularium facere sive
exercere dicebatur, Qui dominus totas conductas per singula cœnacula in-
quiliinis

Conmis locabat, ut inde quæstum faceret pluris in sumnum locando. Ulpian. in l. Si vero. §. sed & si quis. D. de his qui dejeucerit vel erudierunt. Si quis coenaculum exercens modicum fibi hospitium retinuerit, residuum locaverit pluribus, omnes tenebuntur quia in hoc coenaculo habitantes, inde ejecutis effusum est. V. etiam Alex. ab Alex. 3. 14.

CONNI TO, are. Frequerter coenare. Cic. 9. Fam. 7. Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, coenitare.

In publico coenitare. Suet. in Neron. cap. 27.

Eodem argento. Plin. lib. 33. cap. 11. Invenimus legatos Carthaginien-
sum dixisse, Nullios hominum benignius inter se vivere, quam Romanos.
Eodem enim argento apud omnes coenitatis ipsos. i. e. Comi-
muni inter omnes, seu invicem commodato.

Coenitare foris. Cic. 7. Fam. 16. Ego si foris coenitarem, Cn. Octavio
familiari tuo non defissim.

Sedentem coenitare cum aliquibus. Valer. Max. lib. 2. 1. 2. Feminæ
cum viris cubantibus fidentes coenitabant.

Solum coenitare. Suet. August. cap. 76. Vel post dimissum convivium
solum coenitabant.

COENAT TÜ, ire, Cupere coenare. Martial. lib. 11. 78.

Coenaturit Vacera, non cacaturit.

COENUM, Pronominiorum Ebœcæ Pomponio Melæ, lib. 2. 7. Sed Ce-
næm scribendum q. v.

COENOBIA, i. n. [κονοβία] Locus ubi communis vita ducitur. Vox
est ecclesiastica. V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 745. & Hortinger. ana-
lect. p. 22. seq. Latine Confortum reddere licet.

COENOBITA, a. c. [Quasi ex Gr. κονοβίτης] quod tamen non legitur,
quum potius κονοβίτης dicendum sit.] Qui in coenobio vivit. Hieron.
Epist. 2. ad Euftoch. de custod. Virginitat. cap. 15. Tria sunt in Ægypto
genera monachorum. Primum Coenobita, sive illi Saufes gentili lin-
gua vocant; nos in communis viventes, polfumus appellare, &c. V.
Cæl. Rhed. 1c. 4.

CONUM, vel potius CÆNUM, i. n. [Κανόνης] Lutum dicitur. Plin. lib. 14. cap. 22.
Ad hæc pertinent peregrina exercitations, & voluntatio in cœno. V. HA-
PHE. Cic. 4. Tusc. 51. Sic se dicere omnes stultos infanire, ut male
olerem omne conum. Hor. 2. Serm. 7. 27. — & hæres,

Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.

Odor coenæ gravis. Virg. 4. Georg. 49.

Decoctum cœnum. Curt. 4. 3. 25. Clypeos vero æneos multo igne tor-
ebant, quos repletos servida arena, cœnoque decocto, e muris subito
devolvabant.

Ineluctabile. Stat. 9. Theb. 502.

Huc unde coenit, & ineluctabile cœnum.

Tenax. Claud. 2. in Eutrop. 443.

Per vada reptabat cœno subinxia tenaci.

Dividere cœnum. Flor. 3. 17. 6. Extat vox ipsius, Nihil te ad largitio-
nem ulli reliquiss, nisi si quis aut cœno dividere vellet, aut celum.
Intenebris & cœno volvi, pro Vitam degere humilem & folidam. Lu-
cret. lib. 3. 77.

Ipsi se in tenebris volvi, cœnoque queruntur.

Cœnum, de Homine turpi, per metaphoram. Cic. pro Domo 47. O
cœnum, à portentum, à feculis!

Labes atque cœnum. Cic. pro Sext. 10. Habeo quem opponam labi illi,
atque cœno.

CENOSUS, a, uni. Adj. [Κενοσός] Plenus cœno, ut, Lacus cœno-
sus. Columel. lib. 7. cap. 105. Nec ulla re magis gaudet, quam rivis,
atque cœnofo lacu voluntari.

Compar. ut, Liquor cœnor. Solin. cap. 62.

CENOSUS Portus, [Κενοσός λιμήν] Scab. lib. 7. Post Orchinium, in-
quit, extat Poidionum ac Buthrotum in portus ore conditum, quem
Cœnosum appellant.

CENOSITAS, atis. f. Fulgentius in Virgilian. continentia p. 156. ed.
Munk. In tempora gurgitis cœnositas morisque feculentias transit.

CENULENTUS, a, um. Cœno conspersus. Tertull. de Pallio cap. 4.
Pedes cœnulenti.

CENÖNUM, i. n. [Κενόνης] Germanie urbs Ptolemæo. vulgo Lauen-
burg.

CEO, ivi & ii, itum, [σύνειμι, συνέκα, συγχέωμα, συνέχεια] ire.
Simil ire, convenire. Ter. Eun. 3. 4. 1.

Heri aliquot adolescentium cœimus in Pirso. Turnebus inter-
pretatur, Coimus, i. e. Cœnamus, epulamus, de symbolis edimus,

Advert. 19. 13. Al. Coimus perperam.

Coire, & Disfultare, contraria. Lucret. lib. 3. 396.

Concurfare, coire, & disfultare vicissim.
Coire ad mortis cornuta scarabæorum. Plin. lib. 11. 28. Cornua præ-
longa, bifidus cornuta forcipibus, in cacumine quam libuit ad mort-
sum coenubitus.

Ad locum solitum. Ovid. 4. Met. 83.

in aliquem locum. Cic. 7. Att. 3.

In idem. Sen. lib. 2. de Benef. cap. 29. Et quem quadam nec coire qui-
dem in idem natura patiatur.

In unum coire. Virg. 10. Æn. 410.

Non aliter sicut virtus coit omnis in unum. Ubi Servius,
Unanimiter omnes fortiter faciunt. Liv. 6. 3. Neque se congregandi,
coenundique in unum, aut arma capiendo datur spatiū.

Immiria placidis coeunt. Hor. in Arte Poet. 12. h. e. Fera & crudelia
connectunt atque conjunguntur cum lenibus ac mitibus.

Millia crabronum coeunt. Ovid. 3. Faſt. 53. de Sileno,
Millia crabronum coeunt, & vertice nude

Spicula defigunt, oraque prima norant.

Cornua Luna coeunt. Ovid. 7. Met. 180.

Par pari coeat, jungaturque. Hor. 1. Epist. 5. 25.

Pus coit. Celf. lib. 2. cap. 8. Sive in magno abſcessu multum puris coit,
&c. i. e. Conflixt. Collectum est.

Regna beta cum populis coisse. i. e. Ex regnis duobus unum esse factum.

Ovid. 6. Faſt. 94.

Sanguis coit gelidus formidine. Virg. 3. Æn. 30.

Terra coit frigore. Lucret. lib. 6. 845.

Unde coeunt. Stat. 9. Theb. 502.

Verba coeunt, Mutuis verbis inter aliquos convenient. Propert. lib. 1. 13. 8.

Vix memini nobis verba coire decem. i.e. Vix decem verba colloqui nos:

Vol. I.

Cœunt inter se. Cœf. 1. Bell. Civil. cap. 75. Reliqui coeunt inter se, &
repentino periculo exterriti, sinistras sagis involvunt, gladioque di-
fringunt.

Inter se corna curvata capita coeunt, de Arcu tenso. Virg. 11. Æn. 860.

Dixit, & aurata volucem Threiss sagittam

Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,

Et duxit longe, donec curvata coirent

Inter se capita.

Coire, pro Glutinari, Coalescere, apud Celf. lib. 2. cap. 10. At arteria
incisa, neque coit, neque sanescit.

Cicatris coit. Plaut. Amph. Suppos. 4. 4. 63.

Signo eodem appetat probe, ut primum coivit cicatrix rusula.

Facies in monstrum coit. In monstri speciem componitur. Sen. Hippol. 10.

Gratia non coit. Hor. 1. Epist. 3. 32. — An male farta

Gratia nequicquam coit, ac refunditur?

Pontus coit frigore, Concrescit gelu. Ovid. 4. ex Pont. 9. 85.

Mentiar, an coeat duratus frigore pontus.

Saxa coire in membra. Propert. lib. 3. 2. 6.

Saxa Citharonis Thebas agitata per artem,

Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

Structura coit in modum carinæ. Curt. 7. 3. 9. i. e. Acuminatur.

Vulnera coeunt. Ovid. 1. de Pont. 3. 87.

Vulnera coeunt rumpere. Ovid. 4. Trist. 4. 41.

Coire in densitatem. Plin. lib. 35. cap. 15. Spissantur hæc utraque, &
in densitatem coeunt.

Coire cum aliquo & conjungi, Concordare. Cic. 1. Att. 14. Duo enim
foli dicuntur petiuti. Cæsar, cum eo coire per Arrium cogitat: & Bi-
bulus, cum hoc se putat per C. Pilonem posse conjungi.

Cum hoc coire auffis sit? Cic. Post red. in Senat. 15.

Jus coeundi lege permisura. Callitratrus in 1. Semper. §. Divus quoque
Pius. D. de Jure immunitatis, Quibusdam collegiis vel corporibus qui-
bus artifici fuji causa ius coeundi lege permisum est, immunitas tri-
butur, &c.

Connubio coire. Curt. 8. 1. 9. Principes Macedonum cum primoribus
fue gentis connubio coire patretur.

Coite in foedera. Virg. 11. Æn. 292.

— coeant in foedera dextræ

Qua datur.

Coire in matrimonium alicui. Paulus in 1. Titia. D. de verborum obli-
gitat. Titia, quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Caio Seio
habenti filiam.

Nuptiis coire. Curt. 9. 1. 26. Nuptiis coeunt, non genere ac nobilitate

conjugantis, sed, &c.

Societatem cum aliquo. Cic. pro Roſc. Amer. 96. Nullamque societa-
tem neque sceleris, neque premii cum homine illo coieras.

Societatem coire, & Dirimere, contraria. Cic. 2. Philipp. 24. Utinam
Cn. Pompei cum C. Cæſare societatem aut nunquam coisse, aut nun-
quam diremises.

Societatem voluntariam cum aliquo. Cic. pro Quint. 76.

Societatem ad emendum coire. Ulpian. 1. Cum duobus. §. Si qui socie-
tatem, D. pro Socio, Si qui societatem ad emendum coierit, deinde res
alterius dolo, vel culpa empata non fit: pro socio esse actionem constat.

Societatem coire ad obligationem innocentium. Martian. in 1. in
princ. D. ad 1. Cornel. de falſ.

Societatem coire de alijs. Cic. pro Roſc. Amer. 87. Avaritiam pre-
fers, qui societatem coieris de municipis cognatiæ fortunis cum alie-
niſimo.

Societatem ex partibus coire. Celf. in 1. Si coita sit. D. pro Socio,

Si coita sit societas, ex iis partibus quas Titius arbitratus fuerit, si Titius

antequam arbitraretur deceperit, nihil agitur.

Societatem coire in rem certam emendam, aut conducendam. Paulus in
1. actione. §. Si in rem. D. pro Socio.

Societatem in tempus coire. Paulus in 1. actione. §. Item qui societatem,

D. pro Socio.

Societatem ea conditione coire. Pompon. in 1. Si societatem. D. pro
Socio, Si societatem mecum coieris ea conditione, ut partes societatis
constitueres, ad boni viri arbitratum ea res redigenda est.

Societatem alijcius rei coire. Cic. pro C. Rabir. perduel. reo, 22. An

cum Mario, Scæro, Catulo, Merello, Scævola, cum bonis denique

omnibus coire non modo salutis, verum etiam periculi societatem?

Societatem omnium honorum coire. Paulus in 1. Ea vero. D. pro Socio,

Quam specialiter omnium honorum societas coita est, tunc & hæredita-
tas, &c.

Societatem lucri, quæstus, & compendii coire. Paulus in 1. Duo socie-

tatem. §. Duo colliberti. D. pro Socio.

Societatem universarum fortunarum coire. Ulpian. in 1. Si societatem.

D. pro Socio, Si societatem universarum fortunarum coierint, id est

earum quoque rerum quæ postea cuique acquirentur, hæreditatem cui-
vis eorum delatam in commune redigendam.

Societatem periculi vel laboris coire. Cic. 5. Fam. 19. Quia communica-
tio conflixi tali tempore, quæ quædam admittant videatur esse offici,

vel potius efflagitatio ad coeundam societatem vel periculi vel laboris.

Societas, verbis, & per nuntium coit. Modeftinus in 1. Societa-
tem. D. pro Socio, Societatem coire & re, & verbis, & per nuntium

poſſe nos, dubium non est.

Res coeunt societatem communicantur. Paulus in 1. 1. D. pro So-
cio, In societate omnium honorum omnes res quæ coeuntur sunt,

continuo communicantur.

Coire & congregari dicuntur milites, auctore Donato ad Phorm. 2. 2. extr.

quæ veniunt ad manus. [De Congressu res nota est, de Coitione

exempla sequuntur, sed ex poëtis duxata. V. coitrio.

Sine more, & arte. Stat. 11. Theb. 408.

Hæc pugnæ facies: coeunt sine more, sine arte.

Agmina coeunt, Conjunguntur. Valer. 8. Argon. 430.

Rates coeunt. Valer. ibid. & 8. Argon. 284.

Coeunt in prælia. Valer. 5. Argon. 635.

Coit, passim. Lucan. 2. 225. — multumque coit

Humani generis majore in prælia danno.

Coire, de re Venera [βιάν, ὀνύμα] Plin. lib. 10. cap. 53. Quædam

omni tempore coeunt, ut gallinae. De avium coitu.

Aaaa 2

Animalia

Animalia coeunt, Ovid. 10. Met. 394.

Cetera delectu.

Aves coeunt. Ovid. 9. Met. 712.

Urit oves aries: sequitur sua femina cervum.

Sic & aves coeunt.

Pecus coit. Ovid. 2. de Arte Am. 615.

In medio, paftimque coit pecus; hoc quoque viso

Avertit vulnus saepe puella fuos.

Cum pare suo coire. Ovid. 3. Trift. 741.

Cum pare quaeque sui coeunt volucresque ferreque.

Stupro coire. Curt. 5. 1. 37. Liberos, conjugesque cum hospitibus stu-
pro coire, modo pretium flagiti detur.

Toro coire. Ovid. 1. de Arte Am. 564. subauditur prepositio.

Furtini coire. Ovid. Rem. Amor. 33.

Coire [οὐτίσθει] apud Prifcos verbum criminofum erat. Lege enim Cornelia constituta erat accusatio adverfus eos qui in accusations con-
demnationeque coerant, quo capite legis Corneliae a Sulla sic appellata, nec plebs nec equites eorum tenebatur: sed Senatoris tantum, &
qui magistratus gerant. Verba legis in oratione Ciceronis pro Client.
144. haec extant. Qui Tribunus militum legionibus quatuor primis,
quive Quæstor, Trib. Plebis (& deinceps omnes magistratus enumera-
runt) quive in Senatu tententiam dixit, dixerit: qui eorum coit,
coerit: convenient, convenerit: quo quis judicio publico condemnare-
&c.

Coire in lites. Plin. 5. Epift. 14. ad Valerianum. Recitat libellum di-
fertum & gravem, quo queftus est venire advocationes, venire etiam
prævaricationes, in lites coiri, & glorio loco ponii ex spoliis civium
magno & statos reditus.

Coire de. Cic. pro Domo 47. Collegia mediis fidius Tribunorum plebis
tota reperient hoc jure firmato, qua coeunt de hominum locupletissi-
morum bonis, præda preferenti populari & spe largitionis oblata. i. e.
Qui in abito confilia agitent de evertendis locupletum fortunis Budæus.

COIENS, cunctis. Partic. [οὐτίσθει] ut, Ripæ vadi coeunt, i. e.
Vadum angustum. Sil. lib. 1. 52.

Teque, vadi dubium coeuntibus, Aufide, ripis.

Specum coeunte terra jungere. Sen. Troad. v. 198.

Repetensque ditem, mersus ingentem specum

Coeunte terra junxit, i. e. Hiatum conjungente se terra clauſit.

COITUS, a, um, ut, Honestæ rei societas coita. Ulpian. I. 57. ff. pro
Socio. conf. ibid. I. 32. & 33.

COITURUS, a, um, [οὐτίσθει] Partic. Ovid. 4. Epift. 129.

Nec quia privigna videar coitura noverca.

COIT'IO, onis. f. [οὐτίσθει] Cic. de Arusp. Resp. 55. Veruntamen nocturnis vigiliis & coitione hominum, iustitium illud conceptum ac meditatum est.

Societas coitio. Paulus in I. Nulla. D. pro socio, Nulla societas in aeternum coitio est.

Coitio, pro Actione arcana & factiosa, unde, Coitiones candidatorum. Cic. 3. Q. frat. 1. Quod scribis te audire in candidatorum Consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Ejusmodi enim pactiones in ea coitione factæ, quas postea Memnius patet fecit, ut nemo bonus interesse debuerit: & simul mihi committendum non fuit, ut his coitionibus interset, quibus Mefala excluderetur. Et Liv. 3. 65. Quum per coitiones potentiori injuria fieret. conf. Idem 3. 35. & 4. 13.

Coitio militum & congresso, pro Pugna ipsa. Ter. Phorm. 2. 1. 32.

Senex adeſt, vide quid agas: prima coitio eſt acerrima. [Ita quidem Donatus. Sed satius eſt proprie de Accessu, primaque compellatione accipere.

Coitio, idem ac Coitus venereus. Solin. cap. 46. de camelis feminis; Ad bellum feminas præparant, inventumque eſt, ut desiderium eis coitionis quadam castratione exsecaretur.

COITUS, us. m. [οὐτίσθει, οὐτίσθει, μῆτης, ἡγέτη] Plin. lib. 10. cap. 52.

Coitus avibus duobus modis, &c.

Monfrifer coitus. Stat. 10. Theb. 790.

Nefandi coitus. Sen. Hippol. 2.

Venerius. Gell. lib. 19. cap. 2. Hippocrates autem divina vir scientia de coitu Venerio ita exstimatbat: partem eſt quandam morbi taterimi, quem nostri comitiale dixerunt. namque ipsius verba haec traduntur, τὸν σπέρματον τὸν περὶ τὴν γένεσιν τὸν γένετον.

Coitus humoris, Collectio, Abſcensus. Cels. lib. 5. cap. 18. Potest vero ea compositio etiam ad parotidas, phymata, ftrumam, omnemque coitum humoris emolliendum.

Coitus Lune, pro Eclipſi, quando ſcilicet Soli opponitur. Plin. lib. 2. cap. 13.

COIBILIS, e. Gell. lib. 16. cap. 19. pr. Celeri admodum & coibili oratione vocunque filo tereti & candido, fabulam scripti Herodotus ſuper fidicine illo Arione. Alii legunt Coibili. V. Gronov. & f. l. COIBILIS.

Eius compositum Incoibilis, vide ſuo loco.

COIBILITER, Adv. Apul. lib. de Deo Socratis, in fabula de corvo & vulpe, Eandem itam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri coibiliter. Idem in Apolog. 1. Ordinatus & coibilius eadem Graece & Latine admittat conſcribere. Sed codd. emendati Stew. pag. 68. & El-
menh. pag. 297. Coibiliter exhibent, ut proinde hac vox ſpuria fit.

Cœos, V. C.R.A.

CœPIO, [οὐτίσθει, ιπελάδους, εἰσαγωγή] Verbum, quo veteres uteban-
tur pro Incipio. Plaut. Men. 5. 5. 57.

Neque ego infans, neque pugnas, neque ego lites coepio. Idem

Truc. 2. 1. 21.

Dum habeat, tum amet: ubi nihil habeat, aliud quæſum coepiat.

Salluit, in Catil. 7. pr. Sed eatempate coepere ſe quisque magis extollere. Nunc præteritum ejus verbi tantum eſt in uſu, Coipi, cum ſuis derivatis, cooperari, coepiſem, coopero, coipiffe, coemptum ire. Terent. tamen præterito imperfecto ſubjunctivi uſu eſt Adel. 3. 3. 44.

Prius olſificiū ſum illi quicquidem coopererit. Quo in loco mul-
ti legit Cœperit. At Prifcan lib. 10. docet legendum Cœperet. Id
quod exigit ſenſus: i. e. Inciperet.

Coetus ſum, pro Cœpi. Cic. de Clar. Orat. 301. Hortenſius iigit quum adnudum adoleſcens orſus eſſet in foro dicere, celeriter ad maiores cau-
ſas adhiberi coetus eſt. Budæus. Et Liv. 21. 8. Vincæ coepia agi.

Idem 21. 23. Exercitus coepit eſt traduci. Item Nepos 13. 3. 1.
Coepi ſunt premi, conf. inſra in Partic.

Coepiā, futurū tempus ab eo quod eſt Coepi. Cato, Coepiam fedio-
rum verbis loqui. Invenitur quoque apud majores & infinitivi modi
Coepere. Feltus.

Melius coepi quā definis. Ovid. 9. Epift. 23.

Dies coepit eſte primus moenibus. Propert. lib. 4. 4. 74.

Urbi feltus erat, dixere Palilia Patres:

Hic primus coipit moenibus eſte dies. i. e. Eo die primum
coepit adiſcaria menia.

Exordium coepit. Ennius apud Cic. de Fato, 35.

Neve inde navis inchoanda exordium Cœpifet.

Expugnatio copta patrativa. Tacit. 12. Ann. 16.

Imago coepit loqui. Martial. lib. 11. 102.

Portentum eſt, quoties coepit imago loqui.

Lingua coepit eſte in quaefu. Quintil. in proœm. lib. 1.

Morbus coepit crudelere, Validior fieri. Virg. 3. Georg. 504.

Sin in processu coipit crudelere morbus.

Odium coepit glandis. Lucret. lib. 5. 1415.

Oſſidium coepit. Tacit. 4. Ann. 49.

Oratio copta eſt fieri, pro Cœpit. Cic. de Clar. Orat. 26. Qua in urbe
primum ſe orator exultit, primumque etiam monumentis, & litteris
oratio eſt copta mandari.

Urbem coepere novam mapalibus Tyrii. i. e. Incepere urbem novam
condere mapalibus. Sil. lib. 15. 419.

Forte dies prifcum Tyris ſolemnis honorem

Rettulerat, quo primum orli Carthaginis altae

Fundamenta, novam coepere mapalibus urbem.

Abundare coepit. Cic. 1. Att. 2.

Deficerat coepit aliquis fides & res. Cic. 2. in Catil. 10. Res eos jam pri-
dem, fides deficerat nuper coepit.

Poenitet coepit. Cic. pro C. Rabir. Poſth. 5. Nihil autem eſt illo blan-
dius, nihil hoc benignius: ut magis poenitet coepiſe, quam licet defiſere.

Reciperat ſe coepit in aliquem locum. Cic. 10. Fam. 15.

Respondere cum primo impudenter coepiſet. Cic. 3. in Catil. 12.

Ruere coepit. Cic. 7. Att. 20.

Sentire coipi me nocentem eſt. Ovid. 1. Amor. 7. 59.

Tractare atque agere cauſas coepit. Cic. 1. de Orat. 170.

Coipi cum verbo inchoatio. Virg. 3. Georg. 237.

Fluctus ut in medio coepit quum albefere ponto.

Coepit, pro Coipi loqui. Virg. 1. Æn. 525.

Maximus Ilionēs placido ſic pectore coepit.

COEPUS, a, um. [οὐτίσθει] Partic. ut, Bellum coepit. Virg. 2.
Æn. 162.

— copti fiducia bellī

Palladis auxiliis ſemper stetit.

Amicitia copte perenne ſedus. Stat. 4. Silv. 6. 22.

Amor coepit. Ovid. 17. Epift. 189.

Carmina coepita tuis juſſis. Virg. 8. Ecl. 12.

Iter coepit. Tacit. 4. Ann. 25.

Iter coepit peragere. Ovid. 1. Faſt. 188.

Limite coepio tendere. Stat. 5. Silv. 1. 186.

Opus coepit perficere. Ovid. 4. Faſt. 16.

Opus coepit revocare, i. e. Iterare & rufus incipere. Ovid. 1. Epift.
Sabin. 54.

Et coepio revoces callida ſemper opus.

Ora coepitis transiit verbis negunt. Sen. Hippol. 5.

Coepitus. Active ſonans. V. in ipso verbo. Virg. 6. Æn. 256.

Sub pedibus mugile foliū, & juga coepia moveri

Silvarum.

Pecunia coepita deberi. Cic. 1. de Orat. 168. Ut ſi ille inficiator proba-
ſet fiduci ante petitam eſſe pecuniam, quam eſſet copta deberi.

His coepitis, participialiter, i. e. Quum hinc incepta erunt. Virg. 8.
Æn. 15.

Quid ſtruat his coepitis. Servius.

Coepitus, a, um. [οὐτίσθει] Quintil. lib. 10. cap. 1. Nos rite

coeptriſi ab Homero videtur.

Coepit, i. n. [οὐτίσθει] pro Principio. Ovid. 1. Met. 2.

— di coepitis (nam vos mutatis & illas)

Aspirare meis.

Audax coepit. Virg. 1. Georg. 40.

Ferox. Sil. lib. 11. 202.

Audita aſperitate vi, coepioque feroci.

Immanibus coepitis efferus, Furiatus ſavis cogitationibus. Virg. 4. Æn. 642.

At trepidi, & coepitis immanibus eſſera Dido. Servius.

Ingenita. Virg. 9. Æn. 265.

Invida nox coepitis. Ovid. 9. Met. 485.

Vani, ut, Fremitus vanique infanta coepiti. Valer. 2. Argon. 525.

Adefe coepitis alicuius dicitur Deus. Ovid. 6. Faſt. 652. Sic

Annuerat coepitis alicuius. Virg. 1. Georg. 40. &

Alpirare coepitis alicuius. Ovid. 1. Met. 2.

Capere tedia coepiti. Ovid. 9. Met. 615.

Vincetur, & repetendus eſit, nec tedia coepiti.

Ulla mei capitam, dum ſpiritus iſte manebit.

Deſſe coepitis dicitur, Qui incepit non perficit. Stat. 10. Theb. 237.

Nec deſſe coepitis.

Manus ultima coepio defuit. Ovid. 2. Trift. 556.

Deficerat coepitis, Deſſe. Valer. 2. Argon. 597.

Differere coepita. Ovid. 3. de Pont. 1. 119.

Si quid agit major, differ tua coepita.

Exequi. Sen. Hippol. 5.

Expugnare, i. e. Perficere. Ovid. 9. Met. 618.

Nam primum. (ſi facta mihi revocare licet)

Non coepiſe ſuit: coepita expugnare, ſecundum eſt. [Inſolens

Iouendi modus. Puto legendum Coepito, expugnare ſecundum eſt.

ut fit Ablativus abſolutus, conf. v. 615. paulo ſupra allegatum.

Faveri coepit. Sen. Hippol. 4.

Impofita eſt manus ultima coepito. Ovid. 8. Met. 200.

Ire haud ſegnem coepit, Diligenter coepita peragere. Sil. lib. 7. 346.

Inſinuare

Insumere mentem cœptis, est Diligenter ad id respicere quod præ manus habes. Stat. 12. Theb. 642.

Terrarum leges, & mundi foedera mecum
Defensura manus, dignas insumite mientes
Cœptis.

Maturata cœpta. In M A T U R U S .

Occulere cœpta, Celare deliberationem. Sen. Thyest. v. 333.
Opperiri exitum cœptorum. Suet. in Neron. 34. Reliquum temporis
cum magna trepidatione vigilavit, opperens cœptorum exitum.

Peragere cœptum. Sen. Aled. 12.

Pertexere dicitis cœptum. i. e. Institutam orationem absolvere. Lucret. lib. 1. 419.

Prohibere cœpta. Sil. lib. 16. 632.

— angusta prohibent nunc tala cœpta Res Italæ.

Referre cœpta. Differre. Valer. 3. Argon. 503.

— Cœpta refer: paulumque nefas & foedera nocte.

Tenere cœpta, est Ab incepto non defilere. Ovid. 2. de Pont. 7. 84.

Cœpta tene quoque, nec in æquore deferre navem.

C O E P T U S , us. in. [οὐεγένη] Idem. Gell. lib. 2. cap. ult. Nos vero, ut cœptus noster est. [Nisi Captus legendum. Locum, fallo indicatum, non reperi.

Appetendi cœptus. Cic. 4. de Finib. 41. Atque ipsa institutio hominis, si loqueretur, hæc dicaret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, ut se conservaret in ea natura, in qua ortus esset.

C O E P T O , [οὐεγένη] āre. Idem quod Incipere. Ter. Eun. 5. 8. 1. Quid cœptas Thraio?

Confringere portus cœptant nautæ. Cic. in Arato, 131.

Sicut quum cœptant tutos confringere portus,

Obvertunt navem magno cum pondere nautæ.

Cœptare dictis diffidere. Lucret. lib. 1. 268.

Arina cœptare. Tacit. 12. Ann. 22.

Confiditum cœptare. Tacit. 2. Hist. 41. 2. Incertum fuit, infidias, an proditionem, vel aliquod honestum confiditum cœptaverint.

Rebellionem. Tacit. 3. Ann. 40.

Cœptare sub. Plin. lib. 36. cap. 25. Lithostrota cœptavere jani sub Sul- la, parvulus certe crutis, &c. Sed Hard. Acceptavere. q. V.

C O E P T A N S , Partic. [οὐεγένη] Sil. lib. 15. 666.

Hædrinbal & cœptantem Atabum raptare perempto

Gemniféri spoliū cultus, aurique rigentes

Exuvias, jaculum a tergo perlubat ad osfa.

Nox cœptans. Ammian. 20. 8.

C O E P T A T U S , a, um. Tacit. 4. Hist. 44. 2. Patres libertatem cœptatam omisere. V. Daum. 413, de caulis amnii, radicum L. Cap. 5.

C O E P I C O P U S , i. m. Sidon. 4. Epist. 25. Confidio cum coepicopis com- municato, conf. Hieron. ad Lucif. cap. 9. & l. 7. §. 7. C. de summa Trin.

C O R P U L O N U S , i. m. Plaut. Pers. 1. 3. 20. Te coepulonus compellat tuus.

C O R Q U I T O , āre. [οὐεγένη] Simul equitare. Liv. 37. 18. extr. Co- quitaverant autem sex millia equitum. Alii legunt, Cum equitat: erant autem sex millia equitum.

C O E C R O , ui, itum, [οἴσσα, συνέπεια, ἀναχαρίστω, περιφέρεια] āre. ex Con & Arceo compositum; Obstat, impide ne quid fiat. Cic. de Se- nec. 52. Quam serpentem multiplex lapsu & erratico, ferro amputans coercescens agricoliarum, ne silvelet farmenis.

Quidam Coherco: Et ita apud Suet. in Aug. in edit. quæ habet Comm. Beroaldi, cap. 30. Ad coherendas inundationes, alveum Tiberis laxavit. H. St. Videtur sane ab aspirato primitivo Hercoco deduci, quod ex Graeco ήρως, unde & Hercifco. Ab Arceo significatione dicitur. Add. loc. Vari. in CO H O R S .

Aquani coercescere, pro Arcere. Pomponius in 1. Si ususfructus. D. de aqua pluv. arcend. Non aliter restituisse rem videtur is, qui opus fecit, quam si aquam coercescat.

Aquam pluviam coercescere. Cic. in Topic. 39. Genus est, aqua pluvia nocens: ejus generis forma, loci vitio, & manu nocens: quarum altera jubetur ab arbitrio coercescere, altera non jubetur.

Carnem coercescere supercrescentem. Celf. lib. 5. cap. 19. Exest etiam vehementer corpus, atque olla quoque resolvit & supercrescentem car- nem coercescere. Id quod habet, &c.

Inflammationem coercescere. Celf. lib. 7. cap. 7. Post haec educenda acus recta est: imponendumque est lana molli exceptum ovi album, & su- pra quod inflammationem coercescat, atque ita devincieadum.

Nauseam coercescere. Hor. in Epod. 9. 35.

Vel quod fluentem nauseam coercescat

Metire nobis Cœcubum.

Nimis redundantes, & superfluentes, & quasi extra ripas diffuentes coer- cere. Cic. de Clar. Orat. 316.

Coercescere, Refrenare, reprimere. Liv. 2. 23. extr. Jam prope erat, ut ne Consulatum quidem majestas coercescat iras hominum.

Coercescere & resescere. Cic. 1. Att. 13. In qua ego nactus (ut mihi videbar) locum resescande libidinis & coercescere juventutis.

Coercescere & refrenare. Cic. 11. Philipp. 4. A progesu coercescere, a re- ditu refrenari, &c. Quedam exemplaria legunt Arcuit.

Coercescere & reprimere. Cic. 1. de Finib. 2. Qui autem, si maxime hoc placeat, moderatus id volunt fieri, difficultem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel jam missum, coercescere reprimere non potest.

Animos coercescere, Moderari impetus animi. Sen. Hippol. 2.

Arbores coercescere. Ulpian. in 1. 1. D. de arbor. cæd.

Cupiditates. Cic. 1. de Orat. 194.

Detectionem coercescere. Curt. 7. 6. 15.

Impetum aquarum coercescere. Curt. 8. 13. 9.

Improbatio. Cic. 5. Ver. 204.

Incelta coercescere. Suet. Domit. 8. Incelta Vestalium virginum varie ac severe coercescere.

Incuriosione hostium coercescere. Suet. Aug. 21. pr.

Interpellatore. Cic. in Orat.

Iram promptam. Stat. 11. Theb. 667.

Oppressus vi imperio. Cic. 2. Off. 24.

Obfidentes coercescere. Vellej. 2. 122. 4.

Ora coercescere frenis. Ovid. 5. Met. 643.

Orationem rapidam coercescere. Cic. 2. de Fin. 3. Cum enim fertur, quasi torrens, oratio, quamvis multa cujusq[ue]modi rapiat: nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coercescas.

Pudorem, modestiam, pudicitiam, & temperantiam pœna aut infamie metu coercescere. Cic. 2. de Fin. 71.

Terrors coercescere omnes Caesar. Ovid. 3. de Pont. 3. 61.

Temeritatem. Cic. 2. Tufo. 47.

Verba coercescere. Quintil. 9. 2. p. 789.

Aliquis coercescere per. Cic. 5. Tufo. 21. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaplio, per quas Salaminios coercesceret.

Armis hostem coercescere. Ovid. 1. Fast. 715.

Destra coercescere fures. Hor. 1. Serm. 8. 4.

Editio coercescere aliquem. Suet. in Neron. cap. 4. Ut necesse fuerit Au- gusto clam frustra monitus, editio coercescere.

Fuste aliquem. Hor. 1. Serm. 1. 134.

— vellunt tibi barbam

Lascivi pueri, quos tu nisi fute coercescere,

Urgeri turba circum te flante.

Modis omnibus socios coercescere. Sallust. Catil. cap. 30.

Morte, exilio, vinculis, damno aliquos. Cic. 2. Off. 23.

Pœna metalli coercescendus est, i. e. Punicendus. Ulpian. in 1. Sacrilegii. D. ad legem Julianum peculat.

Pignoribus ablatis coercescere aliquem. Cic. 3. de Orat. 4. Hic quum homini & vehementi & diferto, & in primis fortis ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille, & graviter exarbit, pignoribus ablatis Crastum instituit coercescere. i. e. Repri- mere vel corriger cœptis ejus bonis.

Præceptis aliquem coercescere. Tacit. 4. Hist. 8.

Supplicis & verberis coercescere aliquem, pro Punire & castigare. Cic. 1. in Catil. 3. Ut viri fortes auctoribus supplicis civem perniciustum, quam acerbissimum hostem coercescerent. Idem 3. de Legib. 6. Magistratus nec obedientem & nocuum civem, multa, vinculis, verberibusque coercescendo.

Supplicis delicta. Hor. 1. Serm. 3. 79.

Verbera terga equorum torto coercescere. Sen. Hippol. 10.

Voce coercescere. Suet. Aug. 42.

Coercescere, Cogere. Auctor ad Heren. Quom alterum sequi, alterum vitare coercescendum.

Non modo non supplicem, sed etiam coercescet. Brut. Ep. 16. ad Cic. Ego vero (ut istuc revertar) is sum, qui non modo non supplicem, sed etiam coercescet postulantes, ut fibi supplicetur.

Coercescere, cum verbo addito: ut, Coercescere aliquem finire iras. Ovid. 14. Met. 582.

Jamque deos omnes, ipsanque Æneia virtus

Junonem veteres finire coercescere. Alterit, Coegerat.

Coercescere, pro Imperio agere. Pompon. in 1. 2. §. Exactis deinde regibus. D. de origine juris, Solum reliquit est eis, ut coercescere possent: & in vincula publica duci jubarent. De Confibus loquitur.

Reprehendere & coercescere. Cic. 4. Acad. 65. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercescetur.

Litura coercescere Carmen. Hor. in Arte Poet. 293. — vos ô

Pomphilus fanguis carmen reprehendite, quod non

Multa dies, & multa litura coercescere.

Spatio arcto coercescere aliquem. Ovid. 2. Trist. 531.

Invida me spatio natura coercescere arcto,

Ingenio vires exiguaeque dedit.

Coercescere & continere complexu. Cic. 2. de Nat. Deor. 57. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coercescere & continere, natura non artificiosa folium, &c.

Coercescere, Colligare, stringere. Ovid. 1. Met. 477.

Vitta coercescet positus fine lege capillos.

Crines coercescere nodo. Horat. 2. Carm. 19. 19.

Fibula veltem coercescere. Ovid. 2. Met. 413.

Verba numeris coercescere. i. e. Carmina componere. Ovid. 4. de Pont. 8. 73.

Nam modo bella geris, numeris modo verba coercescere. Al. Bel- la perperam. V. Burn.

Modico se coercescere, Modica re contentum esse. Sen. Hippol. 213.

Mediumque famos vulgus affectus tenet,

Et se coercescere modica: contra divites

Regnoque fulti, plura quam fas est, petunt.

Coercescere, pro Confervere, custodiare. Plin. lib. 10. cap. 50. Ex eo coepimus carcere coercescere animalia, quibus natura celum affligaverat.

Custodia nostra feras & volucres coercescere. Caius in 1. 3. D. de acquir. rer. domin.

Custodia publica coercescere. Callistratus in 1. Succurritur. D. ex quibus cauf. major.

Quod non folium ad eum pertinet qui publi custodia coercescet, sed ad eum quoque qui a latronibus vi oppressus, vinculis coercescatur.

C O R C E N S , entis, ut, Anna vita claustra coercescens. Lucret. 3. 396.

Complexus cali coercescens. Cic. 2. de Nat. Deor. 102. Reft ultimus & a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercescens cali complexus.

C O R C I T U S , a, um. Partic. [οὐεγένη] Plin. lib. 12. cap. 1. Pro- dund Alpibus coercescitas, & tum in exuperabilis munimento, Gallias hanc primum, &c.

Multa inadverda severa & coercescere. Suet. Neron. cap. 16.

Vinciles coercescere. Ovid. 14. Epist. 3.

Clauſa domo renco, gravibusque coercescere vinculis.

C O R C I T I O , & C O R T I O , onis. f. [οὐεγένη] Imperium & auctoritas qua quis in subditos uitetur. Paulus in 1. fin. D. de Officio ejus cui mandata est juridictio. Mandata juridictione privato, etiam imperium quod non est merum videtur mandari: quia juridictio sine modica coercitione nulla est.

Interpellantis coerti. Quintil. lib. 9. cap. 2.

Oncrare coertiionibus aſperioribus. Cell. lib. 3. cap. 18. Ex his autem, eos qui intra verba delipunt, aut leviter etiam manu peccant, oncrare aſperioribus coertiionibus ſupervacuum est. Al. Coertiionibus.

C O R C I T I O , onis. f. [οὐεγένη] Livius 4. 53. Pronuntiaveruntque ex collegi sententia, C. Valerio c. o. s. R., dannum, aliamque coertiionem, adverſus intercessioneſen collega, delectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse.

Delictorum coertiio. I. 131. Dig. de V. S.

Errantior coertiio, Senec. de Ira, cap. 15.

Morum coertiio. I. 15. §. 1. Dig. de foli. Matrim.

Popinarum coertiio. Suet. Claud. cap. 38. Qua de causa etiam coertiionem popinarum adūibus admittit.

Servorum coercitio. Sen. Brev. Vit. cap. 3.
Capitalis coercitio. l. 200. Dig. de Verb. significat.

Pecuniaria. l. 2. Dig. de public. judicis.

C O R R I C T O R, ōris. m. Europ. 7.13. Diligens coercitor disciplina militaris. Cœro, āre. Verbum vetus, pro Curare. Verba xii tab. apud Cic. 3; de Legib. 10. At si quid erit quod extra magistratus coeruleo cœsus sit: qui coeret, populus creato, eisque jus coerandi dato. Sensus legis est, Si extra magistratus aliqui curatione opus sit, curatorem populus creato. Et Gell. 15. II. Prætor animadverteret coerareque.

C O R R A T O R, ōris. m. pro Curatore, apud Cic. 3. de Legib. 10. V. dict. super. CORRERO, [κανθαρίων] āre. pro Oberrare. Paul. in l. 3. §. 3. D. de off. Praefect. vigil. Scindendum est, inquit. Prefectum vigulum per totam noctem vigilare debere, & coerre calciatum, cum hamis & dolabris. Ubi tamen Falcatium legi potius debere putat Hotomanus, id est falcibus muralibus, quibus ades inflammati direruntur, intructum. Non nulli & pro Coerare, Cœrare legendum fulsuntur, pro Curare: quomodo a Munendo dicuntur urbium Mœnia, a Poena Punio, a Poena Punicus.

C O R R U L E U S, V. C A E U L E U S.

C O E T A R I A, Cœtus, Cœtus pīcīs, V. C E T U S.

C O E T U S, us. m. [κοτός, κοτοσιά, κοτωνία, κοτώνη] i. e. Comventus & congregatio. Cœtus quidam deduci volunt. [Unde vero melius? Animorum concilium cœtuſ. Cic. de Senect. 85. O præclarum diem, quum ad illud divinum animorum concilium cœtuſumque proficiat, &c. Comitum dulces cœtus. Catal. 44. 9.

Deorum. Stat. 11. Theb. 457.

Cœtus scholasticus. Quintil. lib. 2. cap. 9.

Vitorum. Cic. in Sallust. 18. Ejus enim partis erat exemplar Sallustius: quo tantum in imani voraginem, cœtus omnium vitorum excellerat. Feminis cœtibus existit. i. e. Inter feminas eminet. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 199.

Functi cœtus, Mortuorum. Stat. 8. Theb. 11.

Necdum illum aut trunca histrivat obvia taxo

Eumenis, aut furvo Proserpina posse notarat

Cœtus adsumptum funētis. h. e. In multitudine & mortuoſum hominum numero adscriptum.

Lato cœtu completere aliquem locum. Virg. 5. Æn. 107.

— latro complenter litora cœtu.

Monstrifer cœtus. Claud. in Gigant. 3.

Omnia monstrifero complebat tartara cœtu.

Al. Fœtu.

Virginei. Stat. 1. Achil. 208.

Viriles. Ovid. 3. Met. 403.

Vulgares, i. e. Turba vulgi. Hor. 3. Carm. 2. 23.

Adducere meretricem in cœtum matronarum. Cic. 2. de Fin. 11.

Agitare cœtus. In AGITO.

Accedere cœtus. Valer. 3. Argon. 413.

Celebrare hominum cœtus. In CELEBRO.

Cingunt pulm aven cœtu. Virg. 1. Æn. 398.

Colere cœtus ciuitum. Sen. Hippol. 4.

Commitere cœtum alicui. Cic. 3. de Orat. 62. Valde autem est absurdum ei concionem, aut Senatum, aut ullum cœtum hominum committere, cui nemo illorum, qui adiunt, famus, nemo ciuitis, nemo liber esse videatur. Dimittere cœtum. Cic. 1. in Catil. 10. Hæc ego omnia, viximus etiam cœtu vestro dimisso, comperti, domum meam majoribus præsidis munivi, atque firmavi.

Habere cœtus, pro Scholam habere. Liv. 1. 18. Quem (Pythagoram) in ultima Italie ora circa Metapontum & juvenum emulantium studia cœtus habuisse confit.

Inire cœtus. Cic. 7. Ver. 185. Venire in congregations & conventus. Obscurare cœtus tenebris. Cic. 1. in Catil. 6. Si neque nox tenebris obſcurare cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem coniunctionis tua potest, &c.

Proferre aliquid in cœtu concilioque. Cic. 2. de Fin. 77.

Soluto cœtu difundent. Ovid. 12. Met. 898.

Tenere dicendo hominum cœtus. Cic. 1. de Orat. 30.

Cœtus, Convivium. Cic. 2. de Orat. 233. Nequa forte dicendi pars, quoniam ita voluſit, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone præterita esse videatur.

Cœtum vocat Lucretius Connexionem & copulam membrorum, cum humoribus, & spiritibus, omnibusque ex quibus humanum corpus compactum & constitutum est: ut lib. 2. 1001.

Nec sic interimit mors res, ut materialis

Corpora conficiat: sed cœtum dissipat ollis. Et lib. 5. 429.

Elementorum quoque conjunctionem, Cœtum vocat,

Omne genus motus, & cœtus experiundo, &c. Sic

Conjunctiones stellarum, Cœtus appellat Gell. 14. 1. Nam si Principes Chaldei, qui in patentibus campis colebant, stellarum motus & vias, & discessiones, & cœtus intuentes, quod ex iis effectueret, obſeruantur. Cœtus etiam ponitur pro Congresso pugnantium. Plaut. Amph. 2. 2. 25. Primo cœtu vicimus.

Cœtus pro Convivio. Virg. 1. Æn. 739.

Et vos o cœtum Tyrii celebrate faventes. Ubi Servius; Cœtum,

modo Convivium.

Cœus, i. m. [κοῦς] Nomen Gigantis, quem pariter & Iapetus & Typhoeum quinta luna natos esse dicit Virgilius, quo tempore vetat sumere ullius operis initium, 1. Georg. 278.

Ipf dies alios alio dedit ordine Luna

Felices operum, quintam fugi: pallidus Orcus

Eumenidesque fati: tum parta terra nefando

Cœcumque, Iapetumque creat, favumque Typhoea,

Et conjuratos cœlum rescindere fratres.

COEXERCITATU S, a, um. [κούλλαντος] a Con & Exercitatus. Quintil. lib. 2. cap. 17. extr. Artem confiture ex præceptionibus consentientibus & coerceritatis ad finem uitem vita.

Perceptionibus. H. St. Hanc emendationem, quam etiam Commentatores fabii plerique probant, alibi adstrinxit Henricus noſter. V. Almeſlov. ad loc.

COGAMUS, i. m. Elevius est Mœnia, ad radicem Tmoli montis, de quo Plin. lib. 5. cap. 29.

COGRONUS, i. m. Magistratus quidam fuit inter Getas, quo qui fungebatur, ut regi semper adſet sportebat: tanta que dignationis erat, ut divina mente praeditus haberetur. Hec Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 23.

GOGGYRIA, a. f. Arbor est Adrachna non affimilis, fructum, lanagine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli ali arbori evenit. V. Plin. lib. 13. cap. 22. Hardinus legit Coccoygia.

COGRO, Cœvus, Agreaper, cōpēnas, cōpēnas, cōpēnas āre, est Mente agitare, & veluti in mora elle confili explicandi. Cic. 5. Tusc. 110. Vivere do-
cto viro, est cogitare.

Inter Cogitare & Deliberare hoc intereft; Cogitare, est Dubitare: De-
liberare, Confirmare. Hac Nonius. Non est perpetua hac Nonii dif-
ferentia, neque in uno, neque in altero. nam Deliberatum pœce dicitur
pro Decreto, & Cogitare de profectione, Qui proficiſci jam ante conſtituit.
Labor cogitandi. Cic. de Clar. Orat.

Animus cogitat. Lucret. 4. 788.

Mens cogitat. Lucret. 4. 781.

Aliquid cogitare. Cic. pro Milon. 57.

Acutissime. Cic. 1. Off.

Commode. V. COMMODUS.

Dies & noctes aliquid reputare & cogitare. Cic. pro Deiot. 38.

Multum & diu. V. MUL T U S.

Mecum cogitare. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5. Cœpi egomet mecum sic cogitare, &c.

Cogites hæc tecum, Tu illos, &c. Ter. Adel. 5. 3. 22.

Cogitare in animo. Ter. Adel. 1. 1. 7.

Cogites hoc tu mecum animo. Ter. Adel. 3. 4. 55.

Cogitare cum animo. Cic. 2. de Lege Agr. 62. Vos tamen id potestis cum animis vestrī cogitare.

Cogitare ad verbum. Plin. lib. 9. Epist. 36. Cogito si quid in manibus, cogito ad verbum, scribenti emendantique similiſ, nunc plura, nunc pauciora.

Inſtituere animum ad cogitandum. Terent. Phorm. 1. 5. 10. Ita sum ir-
ritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.

Graviores partes ad cogitandum. Cic. pro Font. 12. Næ multo vestrī
majores gravioresque partes fuit ad cogitandum, quam ad dicendum
me.

Sumere ſpatium vel tempus ad cogitandum. Cic. 1. de Orat.

Nec æquum, anne iniſquum imperet cogitabit. Plaut. Amph. 1. 1. 19.

Cogita etiam atque etiam. Ter. Eunuch. 1. 1. 11.

Quanto magis, magis cogito. Ter. Eun. 3. 3. 1.

Cernunt, cogitant, ſentunt omnia certiora animi. Cic. 2. de Divin.

Cogitare aliam rem ex alia. Terent. Eun. 4. 2. 3.

Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,

Ita ut fit, ubi quid in animo est molestia,

Aliam rex ex alia cogitare.

Nulla species cogitari potest, nisi impulsu imaginum. Cic. 2. de Divin.

137. De imaginibus seu ſpeciebus Epicuri loquitur, quas ab rebus pro-
duentes, ad oculos usque pertinere jactabat, de quibus lib. 1. de Fin. 21. fit, atque, Imagines, quæ idola nominant, quorū incurſione non ſolum videamus, fed etiam cogitemus.

Cogitare, ſentire, opinari, exspectare aliquid. Cic. 1. de Orat. 223.

Cogitare de aliquo, Eum in memoria habere. Ter. Eun. 1. 2. 114. Me
exspecte, de me cogites.

Cogitare de re aliqua. Cic. de Amicit. Sapſiſſime igitur mihi de amici-
tia cogitanti, &c.

Vigilanter cogitare de re aliqua. Cic. 2. de Divin. 140. Maximæque re-
lique rerum earum moventur in animis & agitantur, de quibus vigi-
lantes aut cogitavimus aut egimus.

Aliquid de rea. Cic. 2. de Orat. 162.

Toto pœctore de re aliqua. Cic. 13. Att. 12. De Scapulanis hortis toto
pœctore cogiremus: dies adeſt. h. e. Dies auctionis, quo Scapulani
horti venibunt.

Nullum tempus agendi & cogitandi de re aliqua pœtermittitur. Cic. 1.
Fam. 5.

De aliquo & ornamentiſ ejus & commodis cogitare. Cic. 1. Fam. 7.

Spe, atque animo de ſe, & gloria ſua cogitare. Cic. pro Rabir. 29.

Cum ſolicitudine cogitare de aliquo. Cic. 2. de Divin. 140. Tuit autem de
me cum ſolicitudine cogitanti ſubito ſum viſus emerſus & flumine.

De morte conſciencia. Suet. in Cland. cap. 31. Excepto ſtomachi dolore, quo fe corruptum etiam de conſciencia morte cogitareſſe dixit.

De pernicie alicuius. Cic. pro Flacc.

De periculo ſuo cogitare. Cart. 6. 8. 5.

Cogitare de excedendo, de totaque re quid exſitimes.

Humaniter, & ſapienter, & amabiliter cogitare in aliquem. Antonius ad Cic. 14. Att. 13. Sed mehercule ſi humaniter, & ſapienter & amabi-
liter in me cogitare vis, facilem te profecto præbebis, &c.

Britanniam cogitare. Cic. 15. Fam. 16. Sed illi infulam Britannianq̄ co-
perio cogitare, ejus adūlato mihi advalobat ad pœctus.

Facinus cogitare. Cart. 6. 11. 37. Demetrium & ſeipſum id facinus co-
gitatioſſe conſelitus est. i. e. Propolitum habuſſe ad definiatum.

Fraudem cogitare alicui. Horat. 2. Epilt. 1. 122.

Non fraudem ſocio, puer non cogitat ullam

Pupilli. Ita veteres editiones; ſed rectius alii legunt, Puerto-
ve incogitat ullam.

Proſcriptiones & dictatūras ſibi polliceri. Cic. 2. in Catil. 20.

Quid cogitet huīdus Aufiſer, Sol tibi ſigna dabit. i. e. In quam partem

ſe fleſtat, utrum ad pluviam, an ad ſerentem. Virg. 1. Georg. 462.

Saxa & montes. Cic. 2. de Legib. 2. Nihil enim hiſ in locis niſi faxa &
montes cogitabam.

Suspendit cogitare. Martial. lib. 1. 116.

Cogito in Tufculanum: hoc eſt quod barbari dicunt, Exiftimo & delibe-
re iſe in. Cic. 2. Att. 9. Ibid. 16. 2. In Pompeianum cogitabam, inde
Aculanum. Paulo ante dixerat fine prepositione, Sed quoniam Furci-
la extridimur, Brundifini cogito.

Cras cogitare, bndiſi, i.e. an Diſcedere. Cic. 9. Att. 1. Hinc vero
vulgo vadent, etiam M. Lepidus, quocum diem conterere ſolebam,

cras cogitabat, &c.

Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiorum facias. Cic. 10. Att. 5. extr.

Curare aliquid aut cogitare. Cic. 1. de Orat. 75. Quando enim me ista curas & aut cogitatione arbitramini, non semper in filio potius, &c.

Cogitare male. Plin. lib. 18. cap. 5.

Male cogitare, i. e. Invadere, & prope minitari. Cic. de Senect. 18.

Incomite aliquid. V. IN CONDITUS.

Lividinose. Cic. 1. Off. 14.

Cogitare curas. Plaut. Mil. 2. 2. 46. Quemadmodum astitit severa fronte curas cogitans. Meurs. Rugas.

In cogitando morore anger. Plaut. Stich. 1. 1. 54.

Cogitatione est mihi quid loquar. Plaut. Merc. 2. 3. 10.

Acer & acutus homo in cogitando. Cic. 2. de Orat.

Alicuius vultum, obtutumque oculorum in cogitando nosse. Cic. 3. de Orat. 17.

Qui alteri nocere cogitat, h. e. Dat operam ut alteri noceat. Cic. 1. Off. Non sum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem. Cogitat. Hor. in Arte Poet. 143.

COGITATIUS, antis. [cōrōnū] Partic. ut, Cogitanti assistere. Quintil. lib. 1. cap. 2.

COGITĀTUS, a, usq. [cōrōnōphō] Partic. ut, Facinus cogitatum. Suet. Tiber. cap. 19. Tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.

Furores cogitati. Cic. pro Milon. 32. Sperasset se posse rempublicam eludere in illis suis cogitatis furoribus.

Parricidium cogitatum, non perfectum. Suet. in Calig. cap. 12. Quum sint quidam autores, ipsum postea, et si non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio professum.

Res multum & diu cogitatas affere. Cic. de Senect. 38. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, ultroque affero res multum & diu cogitatas, easque tuor animi non corporis viribus.

Scelus meditatum & cogitatum. Cic. 2. Philipp. 85.

COGITATUM, i. n. [cōrōnōphō] Cic. 1. de Legi Agr. 1. Utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.

Ex quo & ceteris dictis, factis, cogitatione Sext. Nævii, quis potest intelligere. Cic. pro Quint. 90.

Perficere cogitata. Cic. pro Deiot. 17.

Bene cogitata respiciet deus. i. e. Meditata atque deliberata secundabit. Sen. Thylet. v. 489.

COGITABUNDUS, a, um. Gel. 2. 1. Stare solitus Socrates dicitur, ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore.

COGITATIUS, us. m. Sen. Epist. 11. O felicem illum, qui non adspexit tantum, sed etiam cogitatus emendat. conf. Tertull. de Idolol. cap. 21. de Virg. Veland. cap. 15. & de Refurr. cap. 15. Et Pet. Blesensis Epist. 35. Cogitatus tuos, & inchoatae conversationis eventum illius committit arbitrio.

COGITATIO, onis. f. [cōrōnā, cōrōnōphō] Festus, Cogitatio dicta velut Coagitatio; i. e. Longa ejusdem rei agitatio in eadem mora confili explicandi. Plin. lib. 11. cap. 37. Sic magna cogitatio obsecrat. Celer cogitatione. Vellei. 2. 73. 1. Hic adolescentis erat studiis rudis, ferme barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione celer, &c. Cogitatione nulla homo. Cic. 4. Ver. 13. Nam ipsum Verrem tantum semper avaritia hianta atque imminentia tuisse, ingenio & cogitatione nulla, &c.

Sapientis cogitatio. Cic. 5. Tusc. 11. Sapientis enim cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocates.

Cogitatio motusque animi. Cic. 1. Off. 9. Omnis autem cogitatio motusque animi, aut in confiliis capiens, &c.

Transvolans subito animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 12.

Morus cogitationis celeriter agitatus, per se ipsa delectat. Cic. in Orat. 134. Species & cogitatio. Cic. 15. Att. 25. Haec me species cogitatione perturbat.

Acerbita atque attentissima cogitatio. Cic. 3. de Orat. 17.

Inani cogitatione percutere aliquem. Cic. pro Milon. 80.

Intima cogitatione. ut, Petere veniam errato ex intimis cogitationibus alicuius. Cic. pro Sull. 64.

Liberia cogitationes. Cic. pro Milon. 79.

Maniflus inagna cogitationis. Tacit. 15. Ann. 54. Atque ipse modestus, & magna cogitationis manifestus erat: quamvis laetitiam vagis serinonibus simularet.

Mollissime. V. MOLLIS.

Præcips cogitatio. i. e. Confilium. Suet. Calig. 48. Vixque a tam præcipiti cogitatione revocatus, inhiberi nullo modo petuit, quin decimam rive perseveraret.

Quotidianæ ut, Proponere sibi exercitationem in quotidianis cogitationibus. Cic. 1. de Orat.

Tacita. Cic. 3. Off. 4.

Tacita cogitationes judicum. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Tacitas cogitationes alicuius extimescere. Cic. pro Ligar. 6.

Vigilantes cogitationes infunt in animis. Cic. 2. de Divin. 139.

Abiecte cogitationes suas in rem humilem & contemptam. Cic. de Amicit. 31. Nihil enim altum, nihil magnificum, ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem tamque contemptam.

Abstrahi cogitatione a solitudine. Cic. 3. Off. 4. Nos autem qui non tantum robori habemus, ut cogitatione tacita a solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus.

Accipere cogitationes alicuius, Participem fieri cogitationum aut confliorum ipsius. Catul. 35. 5.

Afficti cogitatio sensu. Quintil. lib. 2. cap. 12. Porro ut frequenter experti sumus, minus afficti sensu fatigatio, quam cogitatio.

Avertire cogitationem a miseria. In AVERTO.

Avertire in cogitationem bellum regem. In AVERTO.

Avocare ad cogitationem aliquam ab aliqua re animum. Cic. 4. Fam. 5.

Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam avoca.

Cadere in cogitationem. In CADO.

Colligere cogitatione & cogitationem. In COLLIGO.

Complecti cogitatione absentem. Cic. 3. Fam. 11.

Comprehendere aliquid animis, & cogitatione. Cic. pro Flacc. 66.

Comprehendere rationem sensu, aut cogitatione. Cic. 3. de Orat.

Comprehendere & intelligere, cogitatione. Cic. 1. Tusc. 50.

Conferre omnes curas cogitatione in rem aliquam. Cic. 2. Off. 2.

Conquirere aliiquid cogitatione. Cic. 2. de Orat. 131.

Consequi nihil cogitatione. Cic. de Senect.

Continere aliquem in studiis cogitationis. Cic. 1. Off. 19. Agitatio mens, que nunquam acquiescat, potest nos in studiis cogitationis etiam sine opera nostra continere.

Convellere cogitationem. Cic. 5. Fam. 13. V. CONVELLO.

Converte te animo, & cogitatione aliquo. Cic. 1. de Orat. 6.

Deducere ad cogitationem. In DEDUCO.

Deduci ad aliquam cogitationem spe. Cic. ad Cæs. 6. Att. 11. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quarebam: spe tamen deducere ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili & singulari sapientia, &c.

Defixum esse in cogitatione. Cic. 3. de Orat. 17.

Depingere cogitatione. Cic. 4. Acad. 43. Deinde quum mens moveatur ipsa per se, ut & ea declarant qua cogitatione depingimus, &c.

Depingit cogitatione quidvis mens nostra. Cic. 1. de Nat. Deor. 39.

Disjicare cogitationem. Vellei. 1. 10. 2. Sic cogitationem regiam Romanam disjecit confitanc.

Excitare memoriam ad timoris præterit cogitationem. Cic. pro Sext. 11.

Excutere cogitationem periculi. Curt. 7. 8. 4. Ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem praesentia ejus excuteret.

Exigere cogitationem. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Expectare cogitationem. Quintil. lib. 2. cap. 4. Extemporalis garnitas, nec expectata cogitatio, & vix surgendi mora, &c.

Explicare cogitationes. Cic. 10. Att. 6.

Facere summam cogitationum suarum. i. e. Confiliorum. Cic. 1. Fam. 9. Fallere spem cogitationum & confiliorum. Cic. lib. 1. de Orat.

Fatigari cogitatione suscepit munera. Quintil. in proem. lib. 4.

Fingere aliiquid cogitatione. Cic. pro Milon. 79.

Fingere aliiquid cogitatione. Cic. in Parad. 1. Quæro enim a vobis, num ullam cogitationem habuistis videantur hi qui hanc Rempub. tam præclare fundatam nobis reliquerunt, aut auri, aut argenti ad avaritiam: aut, &c.

Immorari honestis cogitationibus. V. IMMOROR.

Impertiri aliiquid temporis alicui cogitationi. Cic. ad Cæs. 9. Att. 11.

Inducere animum in spem, cogitationemque meliorem. Cic. de Amicit. 59.

Injuicere cogitationem alicui. V. INJICIO.

Injecta cogitatio de aliqua. Cic. 7. Att. 3. Quid si ista nobis cogitatio de triumpho injecta non esset, quam tu quoque approbas, &c.

Inferre cogitationem luctibus. Quintil. in proem. lib. 6.

Infidet alicui cogitatio. V. INSIDEO.

Intendere cogitationes. V. INTENDO.

Intervenit majori minor cogitatio. V. INTERVENIO.

Labefactare & convulsa cogitatio. V. CONVELLO.

Morari cogitationem. Quintil. lib. 1. cap. 1. Tardior stilus cogitationem moratur.

Patitur nemo cogitationis penam. Ulp. in 1. Cogitationis. D. de Pœnitis.

Percipere cogitatione aliiquid. Cic. 1. de Nat. Deor. 106.

Percurrere multa animo, & cogitatione. Cic. 1. de Orat. 218.

Ponere tempus in cogitatione. Cic. 3. de Orat. 17.

Sejungere cogitatione aliud ab alio. Cic. 4. Tusc. 29. Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione sejungere.

Suscipere curam & cogitationem. Balbus ad Cic. 8. Att. 15.

Suscipere cogitationem, quid. Cic. 14. Att. 23. Quæreris ut suscipiam cogitationem, quidnam isti agendum putem.

Sustentare mentes cogitationesque. Cic. pro Flacc. 66. De spe bonorum omnium (si qua reliqua est etiam nunc) quæ fortium civium mentes cogitationeque sustentare.

Traducere a cogitatione. Cic. 1. Fam. 2. Ut mihi viderer animum hominis, ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere.

Valeres ad cogitationem. Cic. 1. de Nat. Deor. 106. Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec ullam habent soliditatem, nec eminentiam, &c.

Valeat cogitatio. Aut. ad Heren. 3. 32. Ut asperitus, ita cogitatio minus valet, five nimis procul amoveris, five vehementer prope admoveris id quod oportet videri.

Venire & incidere in cogitationem aliquam. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5. An illius vicem, credo, doles? quotes in eam cogitationem necesse est & tu veneris, & nos saepè incidimus, &c.

Verfari in aliqua cogitatione, ac cura. Cic. 2. de Orat. 186.

Verfari in auditione & cogitatione. Cic. 2. de Orat. 131.

Cogitatio in vero exquirendo maxime verfatur. Cic. 1. Off. 12.

Verfatur in animo meo multæ & graves cogitationes. Cic. 2. de Legi Agr. 5.

Vertitur cogitatio in se ipsa. Cic. 1. Off. 156.

Vincere commentationem & cogitationem subitam, & fortuitam orationem. Cic. 1. de Orat. 150.

Voluntate tacitis cogitationibus animum. Liv. 9. 17. pr. Tamen tanti regis ac ducus mentis, quibus saepè tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium: ut querere libeat, &c.

Uti cogitatione ad res quam optimas. Cic. 1. Off.

Cogitatio etiam pro inventionibus ponitur a Vitruv. in præfat. lib. 2. At ille, Dinocrates, inquit, Architectus Macedo, qui ad te cogitationes & formas affero, dignas tua claritate.

COGITATIUNCULA, a. f. Parva cogitatio. Cathol.

COGITABILIS, e. [cōrōnū] Sen. Epist. 59. Cogitabile est, quod est generale. Et Apul. Apol. p. 315. Paucis cogitabilis, nemini effabilis. scilicet Deus.

COGITAMEN, iñis. n. Idem ac Cogitatio. Tertull. de Trin. cap. 6. Nec scilicet haec membra hominibus fuerunt, non Deo, quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitare corpus impletisset.

COGITAMENTUM, i. n. Idem. Gloff. Lat. Gr. Cogitamentum, cōrōnē. V. etiam Vulg. Interpr. 4. Efdt. 7. 22.

C O G I T A T E, Adv. [κογνούσθε] ut, Cogitate verba facere. h. e. Præmeditare. Plaut. Peen. 5. 4. 51.

Ut pudice verba facit, cogitate & commode.

Meditari cogitate. Plaut. Mil. 3. 3. 69.

Scribere accurate & cogitate. Cic. pro Arch. 18. Quæ vero accurate co-

gitateque scripsilet, et sic vidi probari, &c.

Tractare rem suam cogitate. Plaut. Trin. 2. 2. 46.

Minus qui caute & cogitate suam rem tractavit pater.

C O G I T A T O, Adv. [ἀναπορέω] Idem. Cic. 1. Off. 27. Sed in omni iustitia permultum interrel utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis est & ad tempus, an confutato & cogitato fiat injuria. MSS.

plerique Cogitata injuria habent. V. Grav. ad loc.

C O G I T A T O R I U M, i. n. Receptaculum cognitionum. Tertull. de Re-

surr. cap. 15. Animæ cogitatorum. conf. etiam de Spectac. cap. 2. & de

Animæ cap. 14.

C O G I T A T I M, aliud Adv. pro Cogitate. Festus.

C O G N A T U S, a, um. [οὐσιός, συγγένεια, συγγένεια] Adj. Coniunctus, & quasi Una natus. Plin. lib. 11. cap. 37. Ea causa est ut pleraque alii- rum & manibus hominum oculos potissimum appetant, quod effigiem suam in ipsis cerneret, velut ad cognatum sua desideria tendunt. h. e. Sibi proxima, & fusa naturæ quadam modo familia.

Cognatum calum telluri. Ovid. 1. Met. 81.

Acies cognatas vocat Lucanus a principio libri primi, Acies Caesaris &

Pompeii, id est ficeri & generi, quasi Cognatorum acies.

Caput cognatum. Ovid. 3. Fast. 426. de Cæfare,

Ortus ab Ænea tangit cognata fæderos

Nunna; cognatum, Væta, tuere caput.

Cineres. Catul. 66. 98. i. e. Cognatorum cineres.

Corpora. Ovid. 2. Met. 661.

Fretæ, Stat. 1. Achill. 92. Cognatis utere fretis.

Moenia. Ovid. 15. Met. 451.

Res calcis cognata, gypsum est. Plin. lib. 36. cap. 24.

Sanguis. Virg. 12. Æn. 29.

Victus amore tul, cognato sanguine victus.

Terra. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 144. Sic Italiam & Siciliam vocat, ut quæ olim coniunctæ fuerint.

Vires. i. e. Cognatorum. Claud. in Sex. Conf. Hon. 220.

Vocabula cognata rebus. Hor. 2. Serm. 3. 280. i. e. Convenientia.

Urbes, Quæ incoluntur a cibibus ejusdem nationis. Virg. 3. Æn. 502.

Mentibus nostris aliquid esse cognatum. Cic. 3. de Orat. 197.

Maxime cognata. V. MAGIS.

Cognati appellantur, quasi Una communiterve nati, vel Ab eodem orti progenitore. Ter. Eun. 2. 3. 36.

Paris cognatum, atque æqualem Archidemidem. Donatus in Ter.

Adelph. 5. 8. 24. Uxor cognati, marito Affines sunt. Ter. And. 5. 4. 23.

Affines atque cognati alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. 96.

Propinquus atque cognati optime convenientes. Cic. pro Flacco. Amer. 96. Cognati qui sint, describit Ulp. in l. 1. D. Unde cognati, Cognati autem, inquit, appellati sunt quasi ex uno nati: aut, ut Labec ait, quasi communè nascenti initium habuerint. V. COGNATIO.

Inter Agnatos & Cognatos hoc interest, quod in agnatis & cognati continentur: in cognatis non utique agnati, verbi gratia, Frater patris, id est patruus, & agnatus & cognatus est, matris autem frater, id est avunculus, cognatus est: agnatus non est. Modestinus in l. inter agnatos. D. Unde legitimus.

Gradatim admittuntur cognati ad bonorum possessionem. Ulp. in l. 1. §. Gradatim. D. Unde cognati.

Cognatus, Qui ejusdem est generis, etiam si diversæ sint aetates interjectæ. Sil. lib. 1. 178. — ille ego sanguis

Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit

Ab Jove ducta Capys, magno cognatus illo.

C O G N A T U S, ònis. f. [κογνητός] Cic. 7. Verr. 176. Nulla tibi, Quinte, cum isto cognatio est, nulla necessitudo.

Cognatio, est Jus quoddam inter certas personas, quæ natura, vel legis fictione inter se cognata sunt, institutum. Eius enim due sunt species, naturalis & civilis. Naturalis cognatio est, communio sanguinis, quam habent hi inter se, qui ex eodem progenitore orti, quasi rivuli ex eodem fonte deducti dimanarunt. Civilis autem, que per adoptionem contrahitur, non sanguinis, sed juris communio est, quæ sic fortale non incommodè defini poterit, ut dicatur esse Communio ejusdem juris, quod habent hi inter se qui naturaliter cognata sunt, per adoptionem contracta. Sed quoniam ea non vera, sed ficta & admirubr cognatio est, idcirco definiti neque a Jurisconsultis solit, neque vero satis absolute potest. V. Hotom. in comm. verb. juris.

Cognatio & affinitas. Cic. 5. de Fin. 65. Scripti sensim foras cognationis primum, tum affinitatis, deinde amicitiis.

Amplissima cognitione, & plurimis amicitiis vir. Cic. 4. Verr. 106.

Comprobata. ut, Multis officiis aliquorū usurpata & comprobata cognatio. Cic. 7. Verr. 125.

Materna cognatio Transalpini generis. Cic. post red. in Senat. 14.

Naturalis cognatio rerum distantiuum. Cic. 2. de Divin. 33.

Patrialis cognitione, amore germanus. Cic. 5. de Fin. 1.

Propinquus. Cic. pro Ligar. 8.

Propinquia cognitione conjunctus. Suet. in Neron. cap. 3.

Cognitionem facit etiam adoptio. Ulp. in l. 1. §. Cognitionem. D. Unde cognati. V. paulo suprà.

Capitis diminutione perimitur cognitiones, quæ per adoptionem acquistæ sunt. Julian. in l. Capitis. D. Unde cognati.

Agere verbis per cognitionem cum aliquo. Cic. 12. Att. 48. Eum multe verbis agere mecum per cognitionem quæ mihi fecum esset, &c. perscrift.

Attinere aliquem cognitione. Cic. 4. Verr. 27. V. ATTINGO.

Commemorare gratiam, amicitiam, cognitionemque. Cic. 4. Verr. 64.

Conjunctus estis cognatione cum aliquo. Cic. 6. Verr. 72.

Habere cognitionem cum. Quintil. lib. 1. cap. 10. Sed habet majorem quandam alieni cum arte Oratoria cognitionem.

Habere aliquam necessitudinem, aut cognitionem cum aliquo. Cic. in Orat. 186.

Cum prædiis alicui est cognitionem. Cic. pro Sulla 59. Cincius nun-

quam sibi cognitionem cum prædiis esse existimat suis. i. e. Prædia sua nunquam sibi amavit, quin a se, si quando opus esset, alienaret.

Junctus alicui cognitione. V. JUNGO.

Jungi cognitione naturali cum re aliqua. Cic. 2. de Divin. 142.

Retinere jura cognitionis. Ulp. in l. 1. §. Cognitionem. D. Unde cognati.

Dedecus cognitionis. Cic. pro Client. 16. Tulit hoc commune dedecus familiæ, cognitionis, nominis, &c.

Deorum cognitionem agnoscere. Cic. 1. de Nat. Deor. 92.

Deorum cognitione tenetur animus. Cic. 1. de Divin. 64.

Litterarum cognitione. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Officium cognitionis. Quintil. lib. 4. 1. Quare in primis existimet veniente ad agendum ductus officio, vel cognitionis, vel amicitiae.

Studiorum cognitione. Cic. 6. Verr. 81. Quæ cognitione studiorum & artium propinquum non minus est conjuncta, quam ista qua vos delectamini generis & nominis.

Cognitione Peripateticis cum oratoribus. Cic. 4. Acad. 115. Age, restitero Peripateticis, qui sibi cum oratoribus cognitionem esse, qui clariros viros a se instructos dicant Rempib. sapientia?

C O G N I T I O, C O G N I T O R, C O G N O B I L I S. V. COGNOSCO.

C O G N O M E N, ònis. n. [κονάμενος, επωνυμία, φερόμενος] dicitur Nomen, quod ab eventu aliquo, aut simili de causa, imponitur alicui. Cic. 1. de Finib. 21. Neque quum Torquatum, qui hoc primus cognomen inventerit, aut torque illum hosti detraxisse, &c.

Cognomini necessitas primum excogitavit, quum prænomen & nomen quandoque non satie esse videbatur ad homines distinguendos: post, usus & committit custodiunt & propagant. Qui vero Agnomen aliud esse a cognomine tradiderunt, ii mihi satie quod sentiunt non probant.

Ex eorum vero numero grammatici veteres existunt, qui cognomina appellant ea quæ tertio loco, que vero præterea adiunguntur, ea omnia agnominantur, ut Africanum & Asiaticum. ejusmodi vero opinio facile locupletissimi auctoris Ciceronis veris refellitur: apud quem animadvertere possumus, ea omnia cognomina dici, quæ etiam quarto loco ponuntur. Sic enim ait pro Muren. 31. Quam laudem ille Africa oppresa, cognomine ipso praeferebat, candem hic fibi ex Asia nomine assumpit. Et in Sominio 2. Erigit cognomen id tibi per partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Idem Divitem cognomen vocat 2. de Off. 57. in M. Licinio Crasso, quod tamen quarto loco erat. Ex libro Caroli Sigonii de Nominibus Romanorum.

Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet. Cic. 2. de Invent. 28.

Gradus cognominis. Ovid. 1. Fast. 606.

Nec gradus est Fabios supra cognominis ullus. Quia scil. Maximi dicti sunt.

Hæres cognominis. Ovid. 1. Fast. 615.

Clarum cognomen. Virg. 8. Æn. 48.

Afanius clarus dedit cognominis Albam.

Extraneo cognomine aliquid demonstrare. Auct. ad Heren. 442.

Optimum cognomen, pro Adoptivo per aphærefin dixit Hor. 2. Epist. 2. 101.

Difcedo Alceus puncto illius: ille meo quis?

Quis, nisi Callimachus? Si plus adspescere vifus,

Fit Mimmermus, & optimo cognomine crescit.

Paternum cognomen. Hor. 1. Epist. 13. 8. ad Vinium Assellam.

Cognomen vertas in rufum, &c.

Priscum, i. e. Vetus. Claud. 2. in Eutrop. 243.

Prisca cognomina locorum. Propri. lib. 4. 1. 69.

Accipere cognomen. Plin. lib. 33. cap. 10.

Addere cognomen alicui. Liv. 1. cap. 10. Cognomenque addidit deo,

Juppiter Feretri, inquit, haec tibi, &c.

Afcicere alicuius rei. Sil. lib. 1. 155.

Auriferi Tagus ascito cognomine fontis.

Collocare cognomen, pro certo nomine. Auct. ad Heren. 4. 42.

Confessore cognomina cum Troiano a Chaone dixit. Cic. 2. Att. 13.

Dare. Plin. lib. 12. cap. 13. Cinnamomo proxima gentilitas erat, ni prius Arabæ divitias indicari conveniret, causasque quæ cognomen illi Felicias ac Beate dedere.

Damus tardo cognomen pingui. i. e. Pinguem vocamus tardum. Hor. 1. Serm. 3. 58.

Das cognomina alicui ex moribus. Flor. 1. 7. 1. Postremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum.

Deligere cognomen ex imaginibus alicuius familiae. Cic. pro Client. 72.

Dicere cognomine. Virg. 3. Æn. 163.

Est locus, Hesperianum Graeci cognomine dicunt.

Dicere cognomine a. Virg. 3. Æn. 334. — Chaonios cognomine campos,

Chaonianque omnem Trojanæ a Chaone dixit.

Dici alicuius cognomine. Virg. 3. Æn. 702.

Immanisque Gela, fluvii cognomine dicta.

Habere sapientis cognomen. Cic. de Amicit. 6.

Imponere cognomen alicui. Hor. 2. Serm. 3. 26.

— unde frequenter Mercuriale

Imposueri mihi cognomen compita.

Invenit cognomen torque detracita Manlius. Cic. 3. Off. 112.

Manet cognomen alicui. In MANEO.

Merete cognomen. Vellei. 2. 5. 1. Gallæci cognomina meruit.

Partum cognomen hæreditarium erit. Cic. de Somn. Scip. 2.

Prae ferre laudem ipso cognomine. Cic. pro Muren. 31.

Alteri Capitonii cognomini est. Cic. pro Rosc. Amer. 17.

Sumere cognomen ex aliqua re. Cic. 6. Philip. 11.

Trahere ex contumelia. Cic. 3. Philip. 16.

Ut cognomine gencris. Cic. pro Client. 72.

Cognomen, pro Epitheto. Suet. in Calig. cap. 22. Compluribus cognominibus astupimus: nam & Pius, & Castrorum filius, & Pater exercitum, & Optimus Maximus Cæsar vocabatur. Budæus.

Cognomen etiam herba additum. Plin. lib. 25. cap. 9.

C O G N O M I N I S, e. [κονάμενος] Festus. Cognomines, Qui ejusdem sunt cognominis. Plant. Bacch. 1. 1. 5. Quid agunt germanæ dux meretrices cognominis. Plin. lib. 6. cap. 2. Quæ loco Henetos adiicit Nepos Corneilius, a quibus in Italia ortos cognomines cum Venetos credi possunt. Virg. 6. Æn. 363. — gaudet cognomine terra. Ubi Servius, Facit

Facit hic & hæc Cognominis: quod autem communis genere in e misit ablativum, metri necessitas fecit.
Filios cognomines. Suet. Vitell. cap. 2. Quatuor filios cognomines, ac tantum pronominiis distinctos, reliquit.

C O G N O M E N T U M, i. n. [πρωναίμον] idem ac Cognomen. Plaut. Mil. 4. 2. 47. Pulcher valde. p. y. meum cognomentum commemoravit. Cic. 2. de Fin. 5. Si autem industria facias, ut Heraclitus, cognomen qui ex te perhibetur, &c.

An quasi Cognominamentum? H. St.

Accipere cognomentum alicuius. Tacit. 15. Ann. 74. Mensisque Aprilis Neroris cognomentum acciperet.

Augeri cognomento. Tacit. 12. Ann. 26. Augetur Agrippina cognomen to Auguste.

C O G N O M I N O, [πρωναίμον] are. Plin. lib. 21. cap. 3. Suario cognominabatur, propter similitudinem Suarri cuiusdam negotiatoris. Idem lib. 29. cap. 1. Aliæ factio, ab experimentis se cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia.

C O G N O M I N A T U S, a, um. [πρωναίμον] Partic. Cic. in Partit. 53. Verba ponenda sunt, quæ vim habeant illufrandi, nec ab usu sint abhorrentia, gravia, plena, sonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata, in primisque translata.

Divites cognominati. Plin. lib. 33. cap. 10. Postea Divites cognominati, dummodo notum sit, cum qui primus accepit hoc cognomen, decoxisse creditoribus suis.

C O G N O M I N A T I O, ônis. f. Afran. apud Nonium 2. 144. Genus cognominations.

C O G N O S C O, ôvi, itum, [γνωσκων, γνωσκειν, Αγνωστων, ιαγνωστων] ère. est (inquit Donatus ad Hec. 1. 2.) Diligenter & attente considerare. Ter. And. 3. 4. 7. Tandem cognosci qui siem. Cœf. 5. Bell. Gall. 7. Nil hilo tamen secuti omnia ejus consilia cognoscere.

Cognoscere recte bonitatem atque prudentiam alicuius. Cic. pro Quint. Promptu est cognoscere. i. e. Facile est. Ovid. 3. Met. 96.

Vox subito auditæ est, neque erat cognoscere promptum

Unde, sed auditæ est, &c.

Facile cognoscere. Lucret. lib. 2. 142.

Memoriter. V. M E M O R .

Penitus. V. P E N I T U S .

Corde. Lucret. lib. 5. 890.

Id licet hinc quanvis hebeti cognoscere corde.

Animus cognoscit hæc. Lucret. lib. 2. 819.

Perdisco, cognoscō. Cic. 1. de Orat. 159. Perdisendum jus civile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, &c.

Scire, cognoscere, & percipere aliquid. Cic. 1. de Orat. 222.

Studium cognoscendæ, percipiendæque virtutis. Cic. 1. de Orat. 204.

Experiendi magis quam discendo cognoscere. Cic. 1. Fam. 7. extr.

Perpicere & cognoscere rerum naturam. Cic. 1. Off. 154.

De aliquo cognoscere. i. e. De rebus alicuius. Cic. 5. Att. 21. Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto. i.e. Accipe. Cœf. 7. Bell. Gall. 1. In Italiam ad conventus agendos proficisciatur. Ibi cognoscit de Clodii cæde.

Defalute alicuius. Cic. 4. Fam. 4. De Marcelli collegæ tui salute paulo ante, quam tu, cognovimus.

Ex aliquo cognoscere aliquid. Cic. 2. Fam. 10. Certissima putabo, quæ ex te cognoro.

De toto statu rerum communione ex aliquo cognoscere. Cic. 1. Fam. 8.

Cafus cognoscere. Virg. 2. Æn. 10.

Sed si tantus amor cafus cognoscere nosnos,
Et breviter Troja supremum audire laborem.

Caufas cognoscere. Virg. 3. Georg. 490.

Felix, qui potuit rerum cognoscere caufas.

Conditionem societas diligenter cognoscere. Cic. pro Rosc. Com. 31.

Curas tenues cognoscere. Discere res minutæ & leves. Virg. 1. Georg. 177.

Pollutum multa tibi veterum præcepta referre,

Ni refugis, tenueisque piget cognoscere curas.

Jus. civile domi cognoverat, Didicerat. Cic. de Clar. Orat. 98.

Rationem. Cic. 5. Att. 4.

Ritum faci cognoscere. Ovid. 6. Fast. 511.

Cognoscere qualis natura sit montis. Cic. 1. Bell. Gall. 21. Qualis natura montis, & qualis in circuitu ascensio, qui cognoscerent militi.

Cognoscere ex literis, nuntiis, & similibus, pro Intelligere & certiori rem fieri. Cic. 14. Fam. 5. Cognovi enim ex multorum amicorum literis, quas, &c. Idem 1. Fam. 5. Hic que agantur, quæque acta sint, ea te & literis multorum & nuntiis cognoscere arbitror.

Cognoscere ex animalium monumentis. Cic. in Hortens. Fragm.

Ex libris alicuius aliquos cognoscere. Cic. 5. Faun. 12.

Aliquid ex re, ex factis alicuius, decretive cognoscere. Cic. 7. Ver. 9.

Clamore aliquid cognoscere. Tacit. 12. Ana. 24. Quod ubi clamore cognitum, &c.

Cognoci in optimam partem aliquem. Cic. 2. Off. 46. Facillime autem & in optimam partem cognoscunt adolescentes, qui se ad claros & fauentes viros bene confidentes Reipub. contulerunt.

Cognoscere, pro Jurisdictionem exercere. Suet. in Claud. 33. Cognoscens in Angusti foro, tactus nidore prandii, quod in maxima Martis æde Salis apparabatur, deserto tribunal, conscedunt ad sarcophetes, &c.

Cognoscere de actis alicuius, quod vulgas, Informare sū, dicit. Cic. 16. Att. 17. Legē & senatusconsulto permisum erat, ut de actis Cœfaris cognoscerent, statuerent, judicarent.

Cognoscere de re aliqua. Cic. 3. Ver. 27. Se de hæreditate velle cognoscere, quæ ejus filio a propinquuo homine Apollodoro Laphirone venisset.

Caufas diligenter, penitusque. Cic. 2. de Orat. 99.

Caufam alicuius cognoscere. Cic. 11. Att. 7. Prohibericque omnes Italia, nisi quorum ipse caufam cognovisset.

Caufas cognoscere cum aliquo. Cic. 2. Off. 82. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus caufas cognovit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui sui amiserant.

Cognoscet autem de talibus caufis, taxato prius modo summae, ad quam confidenciam consideret. Sueton. in Cal. 38. H. St.

Cognoscere, Verbum pertinens ad judicem, ut dictum est, Sen. Med.

4. Si judicas, cognoscere: si regnas, jube.

V o l. I.

Cognoscere instrumenta, est Relegere & recognoscere. Ulp. in l. Cognoscere. D. de verb. & rer. signific.

De causa cognoscere. Ulp. in l. Et post edictum. D. de Ju. liciis, Non unicus judex qui de judicato cognoscit, debet de Praetoris sententia cognoscere.

De privilegio Sacerdotum cognoscere. Suet. Aug. 91. Cum postea Romæ pro tribunali de privilegio sacerdotum Attice Cereris cognoscet, &c.

De vi & proprietate rei cognoscere. Callistratus in l. Si de vi. D. de Ju. dicis.

Cognoscere & pronuntiare. Ulp. in l. In peremptorio. D. de Judicis, In peremptorio auctem comminatur is qui edictum edit, etiam absente diversa parte cognitorum se & pronuntiatum.

Cognoscere, pro Agnoſcere. Ter. Eun. 5. 2. 8. Ita miserrimus sui fugiando ne quis me cognoscet. Donatus.

Amores suos cognoscere. Ovid. 4. Met. 137. i. e. Amicum suum, vel amicam, de Thisbe qua Pyramus inveniebat gladio peremptum.

Humanitatem alicuius, quod gratulatus sit, cognoscere. Cic. 1. Fam. 7. Vice sermonis cognoscere aliquem. Ovid. 4. Trist. 4. 79. h. e. Ex sermone agnoscere.

Tellus cognoscit alumnos. Stat. 4. Theb. 638.

Os non cognoscendum. Ovid. 12. Met. 251.

— & offa

Non cognoscendo confusa reliquit in ore.

Signum (fiumi) cognoscere. Cic. 3. in Catil. 10.

Virum cognoscere dicitur illa, quæ cum viro rem habuit. Ovid. 6. Epist. 133. Turpiter illa virum cognovit, adulteria virgo.

Nulla cum ratione vivæ afferre vim posset, jugulavit, jugulatamque cognovit. Pontanus de Immanitate 607. Sic & alibi. H. St. fol. 322. b. Aldi. V. Grot. ad Matth. 1. 23. Non proflus eodem modo tamē antiqui horum verbo in ea significatio utuntur, atque Ecclesiastici, ut collatis exemplis constabit. conf. Notitiam habere in nosco.

Cognoscere, Experiiri. Cic. 13. Fam. 21. Hominem prudentem & officiolum cognoscere, & dignum qui a te diligatur.

Virum optimum gratissimumque cognoscere aliquem. Cic. 13. Fam. 20. Divos praesentes cognoscere, auxilium divisorum sentire. Virg. 1. Eclog. 42.

Nec tam prælentes alibi cognoscere divos.

Res humanas contempnem, & optime contra fortunam paratum armatumque cognoscere aliquem. Cic. 5. Fam. 13.

In cognoscendo. V. IN.

Peranguo freto divisa, servitutis, ac libertatis jura cognoscere. Cic. 7. Ver. 169.

Cognoscere, Inspicere & aestimare. Cic. pro Quint. 3. Temporis quidem certe vix satibus habui, ut rem tantam, tot controversiis implicatum, possem cognoscere. Budaeus.

Cognoscere, pro Attente audite. Cic. 4. Ver. 26. Quantam potestatem habuerit, videtis: quæ res gesserit, cognoscere.

Ad cognoscendum venire. Cic. 1. de Orat. 204.

Cognitum, cognitu, supin, a Cognofco. Festus, Cognitu facilia eadem ratione dicunt, qui Dictu facilia, & Perspectu, & Factu facilia. Sed nominis verbalis sextum casum esse docent juniores. V. paulo infra COGNITUS, us. m.

Horas male collocare. Martial. lib. 1. 114.

Male collocare si bonas voles horas,
Et invidiebis otio tuo lector.

Infidias. Cœl. 3. Bell. Civil. 37. extr. Noctu infidias collocavit. Cic. pro Mi-
lén.

lon. 18. Roma subito ipse prefectus pridie est, ut ante suum fundum (quod re intellectum est) Miloni indias collocaret
Legiones in populi cervicibus collocare. Cic. 12. Fam. 23. Erat prefectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easque ad urbem adducere, & in cervicibus nostris collocare. conf. mox Praesidium, & f. l. CERVIX.
Patrimonium in salutem Reipublica collocare. Cic. 3. Philipp. 3.
Pecuniam bene collocare. Cic. pro Cæsin. 15. Praetertim quum pecunia ex partione deberetur, nulquam eam postea melius collocari.
Pecuniam in praedii. Cic. pro Cæsin. 15.
Pecunias collocare in emptiones praediorum. Gaius in l. mandatum inter. 5. 2. D. mandat, vel contr.
Collocare nominibus, vel in nomina, & Collocare simpliciter pecuniam Jurisconsulti dicunt, l. 13. §. 1. l. 16. & l. 58. §. pen. D. de admis-
tut. & apud Paulum lib. 2. sentent. tit. 3. Sie Cic. lib. 2. Offic. 90. Sed
toto hoc de genere, de querenda, de collocanda pecunia, etiam de
utenda, commodius a quibusdam optimis viris &c. Trajanus Plin. lib. 10.
Epist. 63. Non aliud remedium dispicio, quam ut quantitas usurarum
minatur, quo facilius pecunia publica collocentur.

Collocare pecuniam foenore. Suet. in August. cap. 19. Quod pecuniam levioribus usus mutati, graviore foenore collocaffent.

Praesidium. Cæs. l. Bell. Gall. cap. 38.
Praesidium sum in capite atque cervicibus populi collocare. Cic. 2. de
Leg. Agr. 74.

In praedisiis Reipub. aliquem collocare. Cic. de Clar. Orat. 222.

Pretia ac munera bene collocare. Cic. 7. Verr. 56.

Puerulum collocare. Catull. 59. 188.

Vos unus semibus bona

Cognite bene semina.

Collocate puerulam. Muretus hic, Pronuborum officium est novam nuptiam in lecto collocare. Donatus quoque ad illum Terentium locum, Eun. 3. 5. 44. Deinde illam in lecto illa collocant. Vide, inquit, an aliquid deet legitimus ruptus. Nam & ipsum verbum Collo-
cant proprium est, & adscribitur Pronubis.

Collocata bene est res nostra isthac matrimonio. Plaut. Most. 3. 3. 12.

Rem militarem collocare. Cic. 2. Fam. 12.

Spm in aliquo collocare. Hirt. Bell. Alex. 29. Quorum impetum adeo
pertinuerunt hostes, ut in fuga spm salutis collocarent.

Spm dignitatis sua in aliquibus collocare. Cic. 1. de Orat. 25.

Spm aliquicis rei praesentis in incerto reliqui temporis eventu collocare.
Cic. pro Quint. 83.

Spm in aliquo eloquentia aut gratia collocare. Cic. 2. Verr. 9.

Statum aliquum civitatis collocare. Cic. ad Brut. Ep. 15. extr.

Studium sum in doctrina ac sapientia collocare. Cic. 1. Q. frat. 1. Aut
qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent.
Collocate se palam in meretricia vita. Cic. pro Cœl. 48. Si qua non nup-
ta mulier domum suam patet fecerit omnium cupiditati, palamque se in
meretricia vita collocari, &c.

Se totum in cognitione & scientia collocare. Cic. 1. Off. 158.

Se collocare totum in exigendis aliqua re. Cic. 5. Tusc. 66. Totos se
in optimo vita statu exigendo collocarent.

Se in otium collocare. Plaut. Merc. 3. 2. 7.

Collocare filiam suam aliqui. Subauditum. Nuptum, vel Nuptui. Cic.
de Clar. Orat. 98. Cujus Caui filio filiam suam collocaverat, affinitate fe-
fe devinxerat.

Nuptum collocare, pro dare nuptui. Cæs. l. Bell. Gall. cap. 18. Atque
hujus potentiae caufa, matroni in Biturigibus homini illuc nobilissimo ac
potentissimo collocare, ipsum ex Helvetis uxorem habere, fororem
ex mate, & propinquas suas nuptum in alias civitates collocasse.

In conditionem virginem. Plaut. Trin. 1. 2. 120. — certo illius filia,
Quæ mihi mandata est, habeo dotem unde dem:

Ut eam in dignam conditionem collocem.

In matrimonium collocare filiam. Cic. 1. de Divin. 104. Quum vellet
fororis sua filiam in matrimonium collocare.

Nuptui filiam collocare in parte agri. Columel. lib. 4. cap. 3. Minorem
deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri. V. NURU.

Collocare familiari suam in possessione praediorum alicujus. Cic. pro
Flacco 72.

In suis agris & sedibus collocare aliquid. Cic. 5. Verr. 6.

Setes & domicilium collocare. Cic. 4. Verr. 6.

In conspectu aliquid collocare. Quintil. lib. 7. cap. 2.

In luce benefacta collocare. Cic. 2. Tusc. 64. Omnia enim benefacta in
luce se collocari volunt.

In bono lumine tabulas bene pictas collocare. Cic. de Clar. Orat. 261.
Itaque quum ad hanc elegiantur verborum Latinorum (quæ, &c.) ad-
jungit illa oratoria ornamenta dicendi, tum videtur tanquam tabulas be-
ne pictas collocare in bono lumine.

In sedili collocare. Cels. lib. 7. cap. 7. Post haec in adverso sedili col-
locandus est, loco lucido, lumine adverso.

Collocare aliquem in aliquo gradu. Cic. 4. Acad. 6. Neque quicquam aliud
videndum est nobis, quis Pop. Romi. hoc in gradu collocavit, nisi, &c.

In amplissimo consilio, & in altissimo gradu dignitatis collocari. Cic.
Post reddit. in Senat. 2. [Forte Concilio].

In amplissimo statu fortuna te collocavit. Auctor ad Heren. lib. 4. 24.

In sedibus suis aliquem collocare. i. e. Restituere. Cic. pro Domo 100.
Al. Sedibus.

Collocare in deorum numero. Cic. 1. Q. frat. 1. In quibus virtutes con-
frecatas, & in deorum numero collocatas vides. i. e. Pro deis habitas.

Herculeni hominum fama beneficiorum memor in concilio celestium col-
locavit. Cic. 3. Off. 25.

Idonei in locis & contra suspicione periculi aliquos collocare. Cic. 2.
de Leg. Agr. 79.

In eo loco esse, in quo honores populi collocaverunt. Cic. pro Domo 82.

In regno majorum suorum aliquem collocare. Cic. 3. de Orat. 124.

In Repub. collocare. Cic. in Parad. 31. Violatur is qui procreavit, is qui

aluit, is qui eruditivit, is qui in sede ac domo atque in Repub. collocavit.

Subsellio secundo super se collocare aliquem. Suet. in August. cap. 43.

Emendata exemplaria legunt Supra se.

Collocare sextantes in capita. Liv. 2. 3. extr. Extulit eum plebs, sextantibus

collocatis in capita. Galli dicunt, *impōsēz par rēte*. Gronov. Collatis.

Vol. 1.

COLLOCATUS, a, um. Cic. 1. de Orat. 192. Posita ante oculos, col-
locata in usi quotidiano.

Aeditas recte collocata, & judicio populi in loco posita. Cic. 7. Verr. 17.
Corpus collocatum dixerunt veteres pro Condito ac sepulto. Gruter. In-
script. p. 309. n. 7. CLOELIAE CLAVDIANAE. V. V. MAX. COL-
LOCATA. XII. KAL. APRIL.

Filia collocata. Suet. Donit. 22. Non multo post alii collocatam, i. e.
Nuptui datum.

Praetilia collocata. Sallust. Catil. 46.

Tubulis & signis propalam collocatis. Cic. 1. de Orat. 161.

COLLOCATIO, ônis. f. [κολλαγη] ut, Collocatio siderum. Cic. de
Univers. 26.

Filia collocatio. Cic. pro Cluent. 190.

Verborum collocatio. Cic. 3. de Orat. 165. Sequitur continuatio ver-
borum, quæ duas res maxime, collocationem primum, deinde mo-
dum quandam formamque desiderat. Et Quintil. 1. 10. & 9. 4.

Collocationis est componere & struere verba sic, ut neve asper eorum
concurrent, neve hiulus sit, sed quadammodo coagulationis & lavis.
Cic. 3. de Orat. 169.

Difflere collocationem compositi oratoris bene structam permutatione
verborum. Cic. in Orat. 232.

Perpolire collocatione & tractu orationis. Cic. 2. de Orat. 54.

COLLOCULETO, [κολλαγη] äre. Idem quod simplex Locupletare.
Ter. Heaut. 2. 3. 16.

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci

Colloculeti, Antiphila, & me in his defervisti malis.
Honestare & colloculepare rem, Exornare. Auctor ad Heren. lib. 2.
28. Exornatio est, qua utimur rei honestandæ & colloculepante cau-
fa, confirmata argumentatione.

COLLODIS, is. f. Insula est Sardinæ adjacens, de qua Plin. lib. 3. cap. 7.
Al. Collades.

COLLOQŪOR, [κολλαγη, κολλαγη] öqui. Simul loqui. Ter. Eun. 2. 3. 75.
Videbit, colloquetur, aderit una in unis ædibus. Cic. 1. de Orat.
32. Hoc uno prastamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos,
& quod exprimere dicenda sensa possimus.

Colloqui aliqui. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 30. Nulli colloquor libentius.
Colloqui aliquem. Plaut. Mil. 4. 2. 17. Quid ergo hanc dubitas colloqui?

Colloqui cum aliquo. Cic. 1. Tusc. 4. Ut vero colloqui cum Orpheo,
Mutæo, Homero licet, quanti tandem æstimatis?

Dii cum dormientibus colloquuntur. Cic. 1. de Divin. 64.

Cum ipsa quasi Repub. collocutus sum. Cic. 1. Fam. 9.

Colloqui cum aliquo per literas. Cic. 6. Att. 1. Quam saepissime me-
cum per litteras colloquare.

Colloqui simil. Plaut. Amph. 1. 1. 69.

Extra turbam ordinum colloquuntur simul. i. e. Extra aciem.

Colloquuntur inter se. Hirt. Bell. Afr. 56.

Inter se multum colloqui de Rep. Cic. 1. de Orat. 26.

COLLOQUENS, entis. Partic. ut, Sed & inter se colloquentibus similes
eile conspectos. Curt. 8. 4. 14.

Facies colloquenti. Curt. 8. 13. 24.

Voces colloquenti. Idem 7. 1. 24.

COLLOQUIO, ônis. f. [κολλαγη] Cic. 1. Tusc. 5. Nec vero id col-
loquio hominum aut consensus efficit.

Sermones & colloquiones. Cic. 1. Fam. 9.

Familiarissima colloquitiones cum aliquo. Cic. 11. Philipp. 5.

Venire cum aliquo in colloquitionem. Auctor ad Heren. lib. 2. 25.

COLLOQUITOR, öris. m. Tertull. adv. Praxean. cap. 5. Colloquitor-
rem patris sermonem. Et Augustin. Confess. 9. 6. Ex persona colloquitor-
tis mei.

COLLOQUIUM, i. n. [κολλαγη, κολλαγη] Idem quod Colloquio. Liv. 1.
cap. 23. Pritius quam dicimenter, opus esse colloquio. Varro de L. L. 5. 7.

Colloquio, quem convenienter in unum locum loquendi gratia.

Anicorum absentium colloquia, epistolæ. Cic. 2. Philipp. 7.

Avium colloquium. Plin. lib. 10. cap. 49. Sanguinem quisquis edet,
intellecitus sit altum colloquia.

Captivorum colloquia. Curt. 5. 6. 16.

Personarum colloquia. Cic. in Partit. 32.

Personarum colloquia habeat narratio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Rerum colloquia lectorum. Cic. 4. Acad. 6. i. e. De rebus lev.

Tempus colloqui, i. e. Occasio & opportunitas. Ovid. 1. de Arte Am. 607.

Vices colloqui. Ovid. 21. Epist. 18.

Nunc timor accedit, ne quis nisi conscientia nutrix,

Colloqui nobis fentiat esse vices.

Colloquium cum aliquo pro re nata non incommodum. Cic. 14. Att. 6.

Clandestina colloquia cum hostibus. Cic. de Serect. 40.

Peritum colloquio. Suet. Aug. 27.

Simulatum colloquium. Flor. 2. 2. 11.

Solantia colloquia. Stat. 5. Theb. 83.

Abigere aliquem colloquio alicuius. Ovid. 3. Fast. 344.

O vir colloquio non abigende deum.

En quibus adsum colloquii? Valer. 3. Argon. 203.

Care in solitudine omnium colloquio. Cic. 12. Att. 16.

Amputare longa colloquia, Abrumpere. Sen. Med. 7.

Contrahere ad colloquium linguis discordes & feras. Plin. lib. 3. cap. 5.

Evocare ad colloquium. Cœl. 1. Bell. Civil. cap. 3.

Facere colloquium. Cic. 10. Fam. 21. Colloquia facta improbabili.

Fruji colloquio aliquerum. Virg. 7. Æn. 91.

Fruji sperare colloquio. Ovid. 1. de Pont. 4. 54.

Fugere colloquium. Ovid. Rem. Amor. 587.

Immissere colloquii. V. IMMISSO.

Interrumpere. V. INTERRUPTO.

Peter colloquium. Ovid. 13. Met. 552.

Serere colloquia cum aliquo. V. SERO.

Venire in aliquos congregatum colloquiumque. Cic. 12. Philipp. 26.

Colloquium cum aliquibus. Cic. 12. Philipp. 27. Memini colloquia &
cum acerrimis hostibus, & cum gravissime dissidentibus civibus.

COLLUSCO, [κολλαγη] ère. Simul lucere. Plin. lib. 10. cap. 47.

Quarum pluma igni modo colluceant noctibus.

Acies tota colluet flammis. Liv. 18. 6.

Agri colludent floribus. Ovid. 5. Fast. 363.

Cccc 2

- Castra colludent fulgore. Curt. 3. 3. 3.
Faces colludent. Virg. 4. Æn. 567.
Ignes colludent. Virg. 9. Æn. 166.
Lampades undique colludent. Ovid. 14. Epist. 25.
Mare colluet a sole. Cic. 4. Acad. 105.
Omnia colludent luminibus. Liv. 24. 21.
Polus colluet ignibus. Stat. 1. Silv. 6. 89.
Sol colluet mundo. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. Nam solis calor & candor
Illustrer est, quam illius ignis: quippe qui immenso mundo tam longe, lateque collucet.
Tempum Jovis colluet atque illustratur candelabri fulgore. Cic. 6.
Verr. 71.
Urbs collucere flammis aliquis dicitur, Quæ longo ordine flammarum in
funere aliquis magni viri luctet undique. In honorem enim potentiorum hominum, præstertim regum, cum facibus per urbem a populo
procedebatur, quemadmodum docet Servius in illud Virg. 5. Æn. 4.
Menia respiciens, quæ jam infelici Elissa.
Colludent flammis. [Rectius tamen p. 8. de Rogo ejus exponit.
Furtis aliquis omnibus collucere. Cic. 3. Verr. 5. 8. Vidi collucere omnia
furtis tuis, præda provinciarum, spoliis sutorum atque amicorum.
i.e. Fulta tua esse apertissima.
- COLLUCENS**, entis. Partic. Virg. 10. Æn. 539.
Totus collucens velle atque insignibus armis.
Faces colluentes. Curt. 3. 8. 22.
- COLLUCERNATIO**, ònis. f. Claud. Mamert. de Statu Anim. 2. 9. Sti-
pem suam variis collucernationibus dilapidare. i.e. Comeflationibus &
speciatis nocturnis. [An. Collucinationibus? q. v. infra.
- COLLUCO**, [κλαυστρού] ère. Ramos lumini officiis amputare. Fe-
stus interpretatur, Succisa arbore locum luce impaire. Sublucare vero,
Ramos earum supputare, & velut Subtus lucem mittere. Illo verbo
utuntur Cato de R.R. cap. 148. & Coiumel. lib. 2. cap. 22. hoc vero
Paul. lib. 5. sentent. tit. 6. conf. INTERLUCATIO.
- COLLUCATIO**, ònis. f. [κλαυστρού] Varro.
- COLLECTOR**, [τελεποιός] èri. Simul luctari. Plin. lib. 27. cap. 2.
Cum eo solo colluctatur, velut pari incus invento.
- COLLECTATIO**, ònis. f. [κλαυστρού] Columel. lib. 6. cap. 2. Ne
in colluctatione alter alteri noceat. de Babus.
In colluctatione occidere aliquem. Ulpian. in 1. qua actione. D. ad le-
gen Aquiliam.
Operari cum colluctationibus Veneris. Apul. 9. Met. pag. 219.
Cum verbis colluctatio, Balbuties. Quintil. 11. 3. p. 1009. Est quibus-
dam concursus oris, & cum verbis suis colluctatio.
- COLLECTATOR**, ònis. m. [άρινασθε] Lactant. De Opif. Dei cap. 1.
Nam & ille collector & adversarius noster scis quam sit altutus.
- COLLEDO**, si, sum, [κυρωθείω] ère. Simul ludere, moveri, & ve-
luti quodammodo inter se colluctari. Virg. 1. Georg. 369.
Saepè levem paleam, & frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Servius.
- Paribus colludere. Hor. de Arte Poet. 159.
- Colludere [κυρωθείω] apud Jurisconsultos dicuntur inter se litigatores, quum actor & reus item simulant, & ab altero causa proditur. Ulpian. in 1. & eleganter. §. si dolo malo procurator. D. de dolo malo. Colludere cum aliquo. Cic. 4. Ver. 58. Nisi tecum collusifset, & tuæ potius extimationi servislet, quam suæ.
- COLLUSIO**, ònis. f. [κυρωθείω] Cic. 5. Verr. 53. Quum vero verbo
judicium sit in editio, re quidem vera tuorum comitum hominum ne-
quissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atque adeo procurato-
ribus: tamen aedes illius judicij mentionem facere?
Detergere collusionem. Ulpian. in 1. adoptivum. §. patronum. D. de in-
jus vocand.
- Facere quicquam per collusionem. Caius in 1. 1. D. de collusione dete-
genden.
- Retractare collusionem alicuius. Ulp. in 1. collusionem. D. de collus.
detergend.
- Prætextu collusionis sententiam retractare permittitur. Hermogenianus
in 1. sententiam. D. de collus. detegend.
- COLLUSIUM**, i. n. Idem. Ulpian. in 1. si procuratorem. §. sed & si per
collusum. D. mandat. vel contr. Sed & si per collusum procuratoris
abfolitus si adversarius, mandati eum teneri. Sic Florentina lectio.
Alii Collusionem legunt.
- COLLUDIUM**, i. n. pro Collusione. in 1. si quis. C. de bon. proscript. Solinus, cap. 22. Apud lassum urbem Babyloniam puerum delphinum ad-
amavit, quem dum post asperua colludia recedente impatientius sequi-
tur, arenis invectus hæsit. Et Ammian. 18. 9. Per colludia.
- COLLUSOR**, ònis. m. [κυρωθείω, κυρωθείων] Qui cum alio ludit.
Plin. 9. Epist. 33. Delphinum gettanteum collusorenum puerorum in
terram quoque extrahi solitus, &c.
Compransores & collusores alicuius. Cic. 2. Philipp. 101. Hunc tu com-
pransores & collusores dividiebas.
Confessor & collutor. Cic. 5. Philipp. 13. Homo præterea festivus, ut ei
cum M. Curio confessore eodem & collusore facilime possit convenire.
Si rapinam fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio. Ulpian. in 1. 1. §. si rapinam. D. de alex. lusu & aleato-
ribus.
- Collutor etiam alter apud Jurisperitos. Cic. 2. Philipp. 56. Licinium Len-
ticularum de alia condannatum collusorem suum restituuit.
- COLLUSORIA**, [κυρωθείων] Adv. qualitatis. Ulpian. in 1. si servus
plurium. D. de leg. 1. Si hereditatis judex contra heredem pronunia-
verit non agentem causam, vel collusor agentem, nihil hoc nocebit
legariatu.
- Litigare collusore. Ulp. in 1. si servus plurium. §. si quis. D. de leg. 1.
- COLLUGEO**, vel CONLUGEO, ère. Cæl. Aurel. Tard. 2. 5. 88. Læcessi-
ti colludent, ingemunt. Et Ambrol. ad Virgin. lapsam princ. Qui ec-
clesia gaudio congaudetis, & tristitia conlugeatis.
- COLLUM**, i. n. [κρίζω] Cola, colis, inquit Perctus: quia haec præcipue pars corporis torquibus ac monilibus coli, id
est ornari consuevit. Plin. lib. 11. cap. 37. Ceteris collum, quibus tan-
tum gula. V. CERVIX.
- Collum gallinaceorum. Columel. lib. 8. cap. 2. Jubæ deinde varia, vel
ex auro flavæ per colla cervicisque in humeros diffluæ.
- Spatium colli. Ovid. 2. Met. 672. — crescit & osis
Et colli spatium.
Aureolum collum. In AURUM.
Carula serpentis. Virg. 2. Æn. 381.
Carulea tauri. Sen. Hippol. 10.
Candida. Ovid. 1. Amor. 5. 10.
Ceromaticum. V. CEROMA.
Crinita. Stat. 6. Theb. 418. de equis.
Eburnea, Candida. Ovid. 3. Met. 422.
Equina. Martial. lib. 11. 85. ad Antiochum tonsorem,
Colaque pulverea nudet equina juba.
Hirsum. V. paulo post, Spirans opobalsama, &c.
Ferocia colla serpentis refæcere. Sen. Herc. fur. 7.
Insignia frenis. Ovid. 4. Met. 24.
Lactea. Sil. lib. 16. 520.
Lactea colla auro innæctuntur. Virg. 8. Æn. 660.
Languido collo trahere vomerem, dicuntur defatigati boves. Hor.
Epod. 2. 64.
- Videre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido.
Lasso papavera collo demittunt caput. Virg. 9. Æn. 436.
Libera colla jugo. Claud. de Mul. Gall. 6.
Et pateant, duro libera colla jugo.
Libera colla servito assuēscere. Virg. 3. Georg. 167. De juvencis dictum.
Livida. Ovid. 1. Amor. 8. 98.
Faciatque lacivis livida colla notis.
Lubrica draconis. Ovid. 4. Met. 598.
Molle. V. MOLLIS.
Molli collo eselta ferre dicitur equus domitus. Virg. 3. Georg. 204.
Niveum. Virg. in Cyri.
Nobile. ut, Jugum famulare subit nobili collo. dicitur de Viro nobili re-
dacto in servitum. Sen. Troad. 8.
Pendulum ab arbore. Hor. 3. Carm. 27. 60.
Procerum & tenue. Cic. de Clar. Orat. 313.
Recutita. Martial. lib. 9. 58.
Non rupta recutita colla mulæ.
Saucia dente colla. Martial. lib. 11. 71. in Tuccam.
Sibila serpentis colla. Virg. 3. Georg. 421.
Splendida. Sen. Hippol. 6.
Superba colla excussis jubis. Claud. 20. 10. de equo Honori.
Tætra monstri. Sen. Herc. fur. 1.
Teres. Ovid. 10. Met. 113.
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Trepidum. Sen. Herc. OEth. 12.
Trigemina Cerberi. Sen. Agam. 1.
Acclinare collum, i. e. Admoveare collum. Ovid. 10. Met. 268.
— acclinataque colla.
Mollibus in plumis tanquam sensura reponit.
Adducere colla lacertis. i. e. Attrahere ad se. Ovid. 6. Met. 625.
Ut tamen acceſſit natus, matrice falutem.
Attulit, & parvis adduxit colla lacertis.
Amplecti colla alicuius. Sil. lib. 15. 361.
Angere colla alicuius. i. e. Ita constringere ut spiritus intercludatur. Stat.
4. Theb. 827.
— rabidi quum colla minantia monstri
Angeret, & tumidos animam angustaret in artus.
Aptare vincula collo. Ovid. 10. Met. 381.
Captare colla lacertis. Ovid. 8. Epist. 93.
Cingere colla lacertis. Ovid. 2. de Arte Am. 457.
Circumdat brachia collo, Amplecti collum. Virg. 6. Æn. 700.
Circumdata colla catenis. Sil. 6. 505.
Comere colla genasque. Stat. 1. Silv. 2. 110.
Commitere alicui collum fuuni. In COMMITTO.
Complecti colla lacertis. Ovid. 10. Met. 407.
Conjicere in collum. In CONJICIO.
Conjecta vincula collo. Ovid. 4. Trist. 1. 83.
Contrahere collum. In CONTRAHO.
Coronat pluma collum. Lucret. 2. 801.
Dare colla lacertis. Stat. 2. Achil. 270.
Dare colla triumpho alicuius imperatoris, Bello victum esse. Propert.
lib. 2. 10. 15.
India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho.
Demergere colla humeris, significare videtur. Humeros contrahere apud
Stat. 6. Theb. 847.
Collaque demergere humeris, & brachia late
Curva renent.
Ducere juga collo. Ovid. 3. de Arte Am. 810.
Ducta per vias colla regum. Hor. 2. Carm. 12. 12.
Eripere colla juga, proverbialiter dictum, significat Libertati se vendi-
care. Hor. 2. Serm. 7. 92.
— eripe turpi
- Colla juga. i. e. Relinque servitum.
Fluunt capilli per colla incœta. Sen. Troad. 2. i. e. Mortæ mulieres
pallii capillis incœidunt.
- Fovere colla. Virg. 10. Æn. 817.
— ipse ager anhelans
- Colla fovet, fusus propexam in pectore barbam. Sustinens sci-
licet, ut inquit Servius, se arbore truncu.
Frenata. Ovid. 7. Met. 220.
Fumantia colla equorum folvere. Virg. 2. Georg. 542.
Gérente colla vincta catenis. Sen. Herc. fur. 12.
Horrent Cerbero colla colubris. Virg. 6. Æn. 419.
Jactare colla, significat Collum repente huc illuc vertere & circumagere.
Ovid. 3. Met. 726.
— visus olulavit Agave,
Collaque jactavit, crinemque per æra movit.
Implicare laquias. Ovid. 2. Epist. 192.
Innoxia collo mariti. i. e. Tenacissime inhærens. Ovid. 11. Met. 386. De
Halcyone & Ceyce. Al. Infusa.
Inflata colla tumescunt. Ovid. 6. Met. 377. de Lyciis in ranas mutatis.
Injicere

Injicere collo brachia. Ovid. 3. Met. 389.
Innectere colla lacertis. Ovid. 11. Met. 240.
Infere collum in laqueum. V. IN SERO.
Infere colla laqueis, Strangulare. Sen. Theb. 1.
Intendere vincula stupea collo, Alligare collo funem. Virg. 2. Aen. 236.
Labans collum. Sen. Hippol. v. 367.
Nunc ut soluto labitus mortis gradu,
Et vir labante futilite collo caput.
Lædere collum. Hor. 3. Carm. 27. 60.
Languentia colla levare. Lucan. lib. 3. 737.
Liventia colla catenis. Ovid. ad Liv. 27.
Luctantia colla equi. Ovid. 4. Epist. 79.
Marcentia. Stat. 2. Theb. 632. Lava marcentia colla sustentans, &c.
Mulcenda colla præbere. Ovid. 10. Met. 118. de cervo quadam.
Neætere draconem collo. Martial. lib. 7. 86. In delitiis scil. habitum.
Nodatus collum laqueo. Ovid. de Rem. Amor. 17.
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe sublinii tritè peperedit onus?
Obstruunt collum, seu collum obtortum, verbum est juris. nam in jus
collo obstruictio rei trahabantur. Plaut. Cœrc. 5. 3. 15.
— Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. conf. OB-
TORTUS.
Ornare. Ovid. 5. Met. 52.
— ornabant aurata monilia collum.
Pendere collo complexus alicuius. Virg. 1. Aen. 719.
Pendentia colla dicuntur quasi Ebriorum. Virg. 9. Aen. 331.
— ferroque fecerat pendentia colla.
Percutere colla securi. Ovid. 15. Met. 126.
Perfundunt colla jaæca come. Sen. Hippol. 4.
Permulerunt manu collum. Sen. Herc. fur. 9.
Petere collum amplexu. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Plausa colla. i. e. Palma leviter percussa. Ovid. 1. de Arte Am. 630.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexaque juba, plausa colla juvant.
Porrigere collum longe a pectori. Ovid. 2. Met. 375.
Præbere colla jugo. Stat. 1. Achil. 280.
Præbere colla nectenda lacertis. Ovid. 2. Epist. 141.
Præbere in collum. Cic. 5. Ver. 76. Solere aiunt barbaros reges Persa-
rum ac Syrorum, plures uxores habere: his autem uxoribus civitates
attribuere hoc modo, Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc
in collum, hæc in crines. h. e. Pecuniam unde sibi emat collis monilia.
Premere collum arato. Ovid. 7. Met. 211.
Haud patiens oneris collum preffixis arato.
Reflectere mollia colla. i. e. Domita, domitorum scilicet equorum.
Virg. 11. Aen. 622. Servius.
Resoluta colla. i. e. Languida. Stat. 10. Theb. 144.
Retorquere colla equi. i. e. Freno reflectere. Ovid. 4. Epist. 79. Al.
Recurrevare.
Rumpere colla securi. Ovid. 12. Met. 249.
— veluti qui candida tauri
Rumpere sacrificia molitur colla securi.
Sedit medius collo Herculeo polus. Sen. Herc. fur. 1. i. e. Cervix Her-
culis tultus culum.
Secare colla. Cic. de Petit. Conf. 8.
Signatum nullo jugo juvenæ collum. Sen. Agam. 5.
Spirant oopobalsum hisruto collo. Juven. 2. Sat. 41.
Sridentia colla dicuntur serpentis. Claud. 2. de Raptu Proserp. 25. de
Gorgone dixit,
— tantum stridentia coila
Gorgonis obiectu pallæ fulgentis obumbrat.
Subdere colla jugo. Stat. 1. Theb. 175.
Subdere colla vinculis Veneris, Amori servire. Tibull. 1. 2. 94.
Subjecta colla trophæis ferre. Sen. Troad. 3. i. e. Catenatum in trium-
phantum ducere.
Subjecta colla nobilium. i. e. In servitutem redacta. Claud. 1. in Eu-
trop. 173.
Vidit sub pedibus leges, subjectaque colla
Nobilium.
Subigere colla boum. Columel. lib. 2. cap. 3. Frotter & batte doscembre
de la main. V. SUBIGO.
Summittere colla, Permittere ferenti. Sen. Hippol. v. 500.
Summittere colla jugis. Claud. 1. in Eutrop. 42.
Supponere colla jugis. Ovid. 3. Amor. 10. 13. de Cerere,
Prima jugis tauros supponere colla coegit.
Suspenderet aliiquid collo. Virg. 11. Aen. 11.
Suffinere poenam collo & cervicibus. Cic. 7. Ver. 108. Vinctos aspicunt
catenis liberos suis, cum istius avaritiae poenam collo & cervicibus suis
fusincent.
Tenere colla lacertis. Ovid. 2. Met. 100.
Timent boves arærum collo. Virg. 6. Ecl. 50.
Torquere collum. Liv. 4. 53. Hoc decreto consul armatus, quum pauci
appellantibus tribunum, collum torquisset. ad quem locum Turnebus
dicti esse Genus poena & coercitionis.
Tritum collum, dicitur Quod circumdat aspera copula. Sen. Hippol. v. 33.
Et pugnare tendunt Cretæ.
Fortia trito vincula collo. De canibus Cretensibus.
Turgentia colla all cuius diripiense ense. Sil. lib. 15. 729.
Velant juba colla. Ovid. 10. Met. 699.
Colla, abutive de montibus dicuntur. Partes illæ, quæ infra summum ver-
ticem, & supra medium montis apparent. Stat. 9. Theb. 643.
Jamque fere medium, Parnassi frondea præter
Colla, tenebat iter.

COLLUS, i. m. Antiq. Idem quod Collum. Plaut. Capt. 2. 2. 107. Col-
lus collaria caret. & 4. 3. 2.
Tormenti genus est etiam et corio. Festus. [Scalig. Culleus. Leg. Colleus.
Gloss. Lat. Gr. Colleum, ὁ τελετὴς ἀναστ. Quod in Gr. Lat. Culicum.
COLLUMINUM, i. n. dimin. Cathol.
COLLUMINUM, i. n. Æte. Appuleius de deo Socrat. pag. 45. Servius Tullius flam-
ma colluminetur a capite. Paulo post se expons, Servio inflammare
verticem, nec exurere. Et Prudent. adv. Symmach. 2. 830.

— solis radius colluminat omnes
Diffuso splendore locos.
COLLO o, ui, titum, [κομισθεῖν, κομισθεῖν] ēre. Lavare: sed hoc fere
ad os, & ea quæ in ore sunt pertinet. Plin. lib. 20. cap. 6. Dentum
dolorum tribus capitibus in acetō tritis immunit, vel si decocta aqua
colluntur, addaturque ipsu[m] in cava dentum.
Colluere amphorar. Cato cap. 88. Amphoram defricato, colluitoque,
puram impletu[m] aqua pura.
COLLUTUS, a, um. Plin. 20. 13. Sic & collutis dentibus prodest.
COLLUTIO, ònis. f. Cæl. Aurel. Acut. 2. 6. 28. Fomentatione utemur
atque oris collutione.
COLUVIES, V. paulo infra.
COLLURCINATIO, ònis. f. Idem ac Heluatio. Appul. Apol. pag. 322.
Quæ omnia in paucis annis hic degulatur studiose in ventrem condidit,
& omnino modis collurcinationibus dilagidavit. conf. **COLLUERNATIO**.
COLLUSTRO, [κολυεῖν] ãre. Circumspicere. Virg. 3. Aen. 651.
Omnia collustrans, hanc primum in litore classem
Confexi venientem.
Collustrare oculis. Cic. 5. Tusc. 65.
Collustrare lumine [κολυεῖν, κολυεῖν] pro Illustrare & clarum
lumine reddere. Cic. 2. de Nat. Deor. 92. Ex æthere igitur innumerabiles
flamme fiderum existunt: quorum est princeps Sol, omnia clarissima luce collustrans.
Luna solis lumine collustrari putatur. Cic. 2. de Divin. 91.
Vias collustrare. Ovid. 5. Faft. 102. Sed varia est lectio.
COLLUTRATUS, a, um. Partic. [κολυπνός] illustratus.
Collutratu[m] pictura. Cic. in Orat. 36. In picturis alios horrida, inculta, abdi-
ta, & opaca: contra alios nitida, læta, collutratu[m] delectat. Al. Delectant.
COLLUSTRUM, V. COLOSTRUM.
COLLUTU [κολύω] ãre. Verbum quod veteres pro Dederare usi-
parunt. Plaut. Trin. 3. 2. 66. Haec famigeratio te honestet, me autem
collutelet.
COLLUTUS, In COLLUO.
COLUVIES, òni. f. [κλιδός] Labes aut immunditia, quæ ex concursum
alicuius rei contrahit. Plin. lib. 24. cap. 19. Medetur & stibis hæc
effossa fine ferro, & addita in colluvium poturis, vel ex lacte & vino.
Fermentata colluvies. Columel. lib. 1. cap. 5.
Stercorata colluvies cortis, balineorumque. Columel. lib. 1. cap. 6. ad finem.
Turbida colluvies nigro limo. Lucan. lib. 4. 311.
Colluvies, per translationem. Cic. 9. Att. 12. Et te in certamine vinci
cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quæ perspicitur, futura
colluvie regnare. i. e. Sceleratorum turba qui ad Cæsarem confluxerant.
Magna colluvies. Tacit. 5. Hist. 12. Magna colluvie, & ceterarum ur-
biuum clade aucti.
Populi colluvies. Justin. 2. 6. Neque paessim collecta populi colluvies
originem urbi dedit.
Rerum colluvies. Tacit. 2. Hist. 16. In multa colluvie rerum majoribus
flagitiis permixtos.
COLUVIO, ònis. f. [κλιδός] Idem quod Colluvies.
Sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incor-
ruptum servare populum. Suet. Augst. cap. 40.
Colluvio, per translationem. Cic. de Senect. 85. O præclarum diem,
quum ad illud divinum animorum concilium, cœtumque proficiscar,
quumque ex hac turba & colluvione discedam!
Ferocitas, audacia, colluvio alicuius. Cic. in Vatin. 23. Deinde san-
ctissimas leges Eliam & Fusiam dico, quæ in Cræchorum ferocitate,
& in audacia Saturnini, & in colluvione Drufi, & in contentione Sul-
picii, & in cruento Cinnano, & inter Sullana arma vixerunt.
ille nefarius ex omnium scelerum colluvione natus. Cic. pro Sext. 15.
Gentium colluvio. Liv. 4. 2. Colluvionem gentium, perturbationem
auspiciorum publicorum privatorumque afferre.
Hominum colluvio. Curt. 10. 2. 6.
Rerum colluvio, pro Permitione vel confusione. Liv. lib. 3. 9. Ne cui
in colluvione rerum contumelia majestatem suam offerrent.
COLUVIARI, e. [κλιδός] Porcus colluviariis dicitur, Qui cibo
permitto & colluvione nutritur. Festus. al. Colluvialis.
COLUVIARIA, orum. n. [ξερνη] dicta sunt in ductibus aquarum,
Per quæ colluvies & immunditiae jaætantur. Vitruv. lib. 8. cap. 7. Etiam
in ventre colluviaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur. Ita
legit Beroald. in Suet. Aug. Sed Jant. & Philand. Columnaria.
COLLYBUS, i. m. [κολλύβης] Id detrimentum pecunia est, quod in
ratio[n]em Emptione auri appellant, & vulgo *cambium* dicitur, quum
pecunia ad exteris nationes exportanda est, & apud nummularios alii
nummis commutanda. Ut si argentea moneta, aurea mutetur, aut genera
quædam pecunia abrogata & antiquata, aut quomodo repudiabilita
in una provincia, alio quo generi permundata sit, rato, receptoque
& promulgato in ea provincia. Id enim quod ex summa apud nummularium
decidit, & veluti deperit, Collybus verbo Græco appellatur. Cic.
5. Ver. 181. Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis
nominiis deductiones fieri solebant. Primum pro spectatione & collybo,
deinde pro neficio quo cerario. Hæcomnia, Judices, non rerum cer-
tarum, sed furtorum improbisimorum sunt vocabula. Nam collybus esse
qui potest, quum utantur omnes uno genere numerorum? Collybus ap-
pellat Pecunia permutationem, & nummorum quæsi intertrimenti.
Suet. in August. cap. 4. Hanc (fatimam) fixis manibus collybo decolo-
ratis Nerulonensis menfarius. Hoc in loco pro Contrectatione pecunia
ponitur, qua nummulariæ viventes manus habent. Collybus, in-
quit Pollux. ἀγρεῖν ἄλλα, i. e. Pecunia permutationis. Hæc tenus Bud-
deus. Cic. 12. Att. 6. pt. De Cœlio vide quæso ne qua lacuna sit in auro.
ego ita non novi, sed certe in collybo est detrimenti fatis, huc aurum
si accedit.
COLLYBISTES, & **COLLYBISTA**, æ. m. [κολλύβητες] Qui rei num-
maria negotiationem exercet: qui & Trapezita Græcis, Lat. Mensarius,
Argentarius, Nummularius dicitur. V. JCtos, & Hieron. Comment.
in Matth. cap. 21.
COLLYRA, æ. f. [κολλύρα] Genus panis, Polluci. Plaut. Perf. 1. 3. 12.
Collyra facite ut madeant & colliphia. Collyra, inquit hic
Turnebus, Parvili panes mundi sunt, sed & genus fætorum farinaceo-
rum, quæ ut lagana, interdum in fatagine frigantur, interdum cocta
per se edantur, interdum ex jure comedantur, ut tabellas paniceas
in forbi-

in sorbitiuncula plerumque esitamus. V. Turneb. Advers. 4. 1.
Hinc

COLLYRICUS, a., um. Adj. ut, Jus collyricum. Plaut. Perf. 1. 3. 15.

Tum nisi cremore crasso est jus collyricum.

COLLYRIS, idis. f. Tertullian. in lib. de Ciltu Femin. cap. 7. Vos plane adjicitis ad pondus, collyriis quasdam. Quem in locum sic sit Rheanus: Collyris a Collyria per diminutionem deductum. Parvus panis est de farina purore. Quidam Frixam farinam esse putant. Al. Colluras. Nominantur Collyrides Levitic. 6. & 7. & 8. cap. lib. 2. Regum.

Collyris etiam herba, alias Malva erratica. Apul. de Herba cap. 40.

COLLYRIDIANI, orum. m. pi. Hæretici a sacrificio collyride dicti, que mulieres in honore beatæ Virginis, tanquam Deæ uebantur. V. Epiph. Hæref. 78 & 79. p. 342. leq.

COLLYRIUM, i. n. [κολλυριον] Medicamentum, quod potissimum oculis inditur. Cels. lib. 6. cap. 6. de Casiriano collyrio. Satisque constat, hoc collyrium aduersus omne genus oculorum valetudinis idoneum esse. In quo capite Celsus amplius quindecim varias collyriorum ad oculos facientium compositiones recenset. V. Plin. 26. 12. & 27. 9.

Nigra collyria. Hor. 1. Serm. 5. 30.

Collyria simpliciter prolatæ dicuntur, Quæ in oblongam formam coacta effinguntur. Et non solum Ocularia pharmaca in ejusmodi formam collecta ac coacta, Collyria vocantur, sed & Glandulae que anno, & Pessi qui vulva subduntur, & que naribus induuntur, Collyria subinde medicis vocantur, atque hoc propter oblongam effingendi formam. At vero Ocularia aliqua medicamenta non coacta ad ejusmodi formam, sed tum liquida, tum aria, item Collyria nominantur, sed cum appositione liquiditatibus aut ariditatibus. Græcis enim ἔγχονθες atque ψευσθέας appellantur.

Fistularum collyria. Cels. lib. 5. cap. ult. de fistulis, & carum generibus. Ex eo, inquit, collyrium fieri debet altera pars tenuius, altera paulo plenius. Idque ea parte qua tenuius est, altera antecedente, demixtæ oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat, que in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt. Paulo post, Sativisque est vel papyrus intortum, vel aliqual ex penicillo in modum collyrii atrictum eo illinere. Rursum, Neque ignoro multis placuisse, linamentum in modum collyrii compotitum, tinctum melle dimitti. Hujusmodi collyria vulgo tentas vocantur.

Collyrium, Medicamentum etiam quod alvo subjicitur in cura equorum & boum. Columel. lib. 6. cap. 6. infin. Salis sextans, cum decem ceps conteritur, & admisso melle decocto, collyria innimituntur alvo, atque ita citatus bos agitur. Hoc etiam nomine peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, diversum ab altro Samio, propterea quod præcipuum eius usus fit in collyriis. V. Dioscor. lib. 5. conf. Salmas. ad Solin. p. 182. & 26.

COLLYRIOLUM, i. n. dimin. Macer. 4. 12.

Vel collyriolum si supponatur in anum.

COLO, [χόλος] āre. Pauxillatum liquorem aliquem, stillatimque per aliquod vas vel linteolum exprimere. Columel. lib. 12. cap. 11. Expressa deinde aqua coletur, & in vas plumbeum defusa decoquatur.

Colare annis rebibus. Manil. lib. 5. 193.

Ecce colare vagos inducti rebus annes. Veniente autem eos qui in annibus plicantur, retiaque tendunt pisces, ait Colare rebibus annes, quod per raras retium maculas & plagas, tanquam colatus fluvius, transmittatur & transfutat. Novitiam tamen editiones exhibent Cælare, sed Turnebus Colare tueretur.

COLATUS, a, um. ut, Mel colatum. Plin. 13. 2.

Somnium colatum. Tertull. de Anima cap. 48. In emendatis codd. legitur, Certoira & colatoria somniari affirmant.

Nior colatus. Idem de Anima cap. 9. Nec beryllis ideo aquosa materia est, quod fluenter colato nitor. [i.e. Puro. Sed forte Colorato legendum.]

COLATORIUS, a., um. Tolatorium gradu incidens: ut, Equi colatorii Vegerio memorati, quos Græci οὐρανὸς vel οὐρανίος vocant. V. Veger. Mulom. 4. 6. extr. Salmas. ad Capitol. in Maximin. cap. 3. p. 246.

COLATURA, æ. f. Cæl. Aurel. Tard. 5. 3. Colatura liquida colore fingere.

COLAMRNTUM, i. n. Constant. Afer. 7. 1. Urina & sanguis colamentum sit ceterorum humorum.

COLO, ui, cultum, [χώρας, λαργός, ιερός] ēre. Venerari, adorare, proprie de Honore dñs habito dicitur. Caf. 6. Bell. Gall. cap. 16. Deum maxime Mercurium colunt.

Sancitissimum colere. Cic. 3. de Nat. Deor. 45. Achillem Atypalenes insulanæ sanctissimum colunt.

In deorum numero venerari & coli. Cic. 2. de Lege Agr. 95. Majores nostros dico, Quirites, non eos in deorum immortalium numero venrandos a nobis & colendos putatis?

Per aras colere. Ovid. 6. Met. 171.

Quis furor auditus, inquit, præponere visis

Cælestes? aut cur colitur Latona per aras?

Aris colebantur divi facti, pulvinaribus, flamme. Plin. in Paneg. cap. 11. Honoribus divinis colere. Curt. 4. 7. 28.

Pietate hilari coluntur Dii. Ovid. 2. de Pont. 1. 9.

Religione summa colere. Cic. de Arusp. Resp. 28.

Secubitu coli dicitur deus illi vel dea, in cuius honore vir ab uxore, vel amans ab amica, noctibus aliquot sibi temperat. Ovid. 3. Amor. 10. 16. De Cerere,

Hanc quisquam lacrymis lætari credit amantum?

E bene tormentis, secubuitque coli?

Templis & effigie numinum aliquem colere. Tacit. 1. Ann. 10. Nihil deorum honoribus relictum, quoniam se templis, & effigie numinum per Flamines & Sacerdotes colli vellent. De Livia loquitur.

Templi colo. Ovid. 15. Met. 818.

Ut deus accedat celo, templisque colatur.

Tholo coli dicuntur divi, Quorum imagines tholis insculpte pro ipsis divis venerantur. Stat. 1. Silv. 1. 3. ad Herculem,

Quod coleris majore tholo, nec litora pauper

Nuda tenet, tecumque vagis habitabile natus. Elmo Tholus,

Templi testudo.

Votis. Martial. lib. 9. 66.

Ante colebantur votis, & sanguine largo

Majorem Alciden, &c.

Deos colere. Ovid. 1. de Pont. 9. 36.

Focos sanctos virginitate colunt. Ovid. 4. Fast. 296. De virginibus Veteribus.

Nomen poetarum & Musarum delubra. Cic. pro Arch. 27. Numina.

Virg. 1. Georg. 30.

Numina pietate. Ovid. 4. de Pont. 15. 24.

Templa. Ovid. 11. Met. 578.

Templum miro honore. Virg. 5. En. 458.

In adea sacra coli. Ovid. 14. Met. 316.

Colere, Honore & officiis profequi. de Hominibus. Ter. Adel. 3. 2. 53.

Et nos coluit maxime.

Mirifice aliquem & colere, & amare. Cic. 16. Att. 19.

Suavissime, diligenterisque colere aliquem. Cic. 10. Att. 7.

Diligere & colere. Cic. 3. de Legib. 5. Ut eos colant, diligentque, praescrribimus.

Non solum colere inter se ac diligere, sed etiam vereri. Cic. de Amicit. 84.

Observare & colere aliquem. Cic. 2. Att. 19. Hic Cecilius colimus, & observamus diligenter.

Observari & coli similitudine amicitia. Cic. de Amicit. 26.

Observare, colere, & diligere. Cic. 13. Fam. 78.

Ornare & colere. Cic. 5. Fam. 8. Neque mehercule unquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas desuit.

Donis aliquem colere. Liv. 40. 57. Id ut facere posset, regionum principes donis coluerat.

Lyra colo. Stat. 1. Silv. 4. 36. Sperne coli tenuiore lyra.

Memoria absentem colere. Cic. 15. Fam. 21.

Observari summa colere aliquem. Cic. 4. Fam. 4. V. OBSERVANTIA.

Officiis & probitate aliquem colere. Ovid. 3. de Pont. 1. 76.

Viros doctissimos colere. Cic. 4. Fam. 1.

Colere in loco parentis. Cic. de Clar. Orat. 1. Et inaugurat ab eodem, ex quo angurum instituitis in parentis eum loco colere debebam.

Loco patris colere. Cic. 2. Philipp. 99. Omnibus eum contumelias onerari, quem patris loco, si illa pietas in te esset, colere debebas.

Colere, pro Diligere. Ter. Heaut. 2. 4. 9. Quippe forma impulsi nostras nos amatores colunt. Virg. 4. En. 421.

— solam non perfidus ille

Te colere. Nonius. V. Serv. ad 3. Ecl. 6. & 1. En. 21.

Colere, Ornare. Tibul. lib. 1. 8. 9.

Quid tibi nunc molles prodebet coluisse capillos?

Brachia colere. Curt. 8. 9. 21. Brachia quoque & lacertos auro contulet.

Corpus. Ovid. 3. de Arte Am. 107.

Corpora si veteres non sic colere puellæ.

Colere agrum, terram, &c. [ἀρτον τὸν ἀγρὸν, τὴν γῆν] Cic. 2. Tusc. 13.

Nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur.

Agrum arare aut colere. Cic. 2. de Lege Agr. 66.

Præfæ agro colendo. Cic. pro Rosc. Amer. 50.

Arva. Ovid. 1. Amor. 13. 15.

Primi bidenti vides oneratos arva colentes.

Fructus. Virg. 2. Georg. 36. Fructusque feros mollite colendo.

Fruges. Ovid. 15. Met. 134. de juvento, seu victima,

Sistitur ante aras, audique ignara precentem,

Imponique sua videt inter cornua fronti,

Quas coluit fruges.

Fundum colendum in plures annos locare. Julian. in 1. qui fundum. D. locat.

Glebam. Ovid. 1. de Pont. 8. 50. i. e. Minimum agellum.

Hortos. Virg. 4. Georg. 118.

Forstani & pingues hortos quæ cura colendi

Ornaret, canerem. Ovid. 14. Met. 624.

Locum colere dulci. Martial. lib. 12. 18.

Hic pigri colimus labori dulci

Botrodum, Plateamque: Cœliberis

Hæc sunt nomina crassiora terris.

Prædia studiose. Cic. pro Rosc. Amer. 49.

Rus. Virg. 2. Georg. 413.

— laudato ingentia rura:

Exiguum colito.

Vitem. Cic. 4. de Finib. 38. Quæad colendam vitem attinebant.

Colere, Habitare, ut, Urbem. Cic. 2. Fam. 12. Urbem, mi Rufe, cole. Sic.

Colere domum. Plaut. Aulul. prol. 4.

Regiones colere Acheronticas. Plaut. Bacch. 2. 2. 21.

Colere & habitare. Cic. 6. Vert. 119. Colitutur ea pars & habitatus frequentissime.

Arva colere, pro Inhabitate. Ovid. 2. Met. 679.

— ne si rescidere posses

Tunc aderas: Elim, Meffenaque arva colebas.

Elysium. Virg. 5. En. 735.

— non me impiri namque

Tartara habent, triflesque umbra: sed amœna piorum

Concilia, Elysiumque colo.

Helicona colere. Versari in poëticæ studio. Propert. lib. 3. 5. 19.

Me juvat in prima colluise Helicona juventa,

Musarumque choris implicuisse manus.

Reliquias dulces suorum colere, Habitare in patria, in qua maiores occubuerint. Virg. 4. En. 343.

Urbem Trojanam primum, dulcesque meorum

Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent.

Silvas & rura. Ovid. 11. Met. 146.

Ille peritus opes, filiisque & rura colebat. i. e. Inhabitat.

Athenas colere, pro Attica eloquentia uti, usurpare licet. Plaut. Stich. 5. 2. 22. Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus.

Negligere & Colere sunt contraria. Cic. 1. Off. 4. In eoque colendo sita vita est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. De officio.

Colere æquum & bonum, Observare. Plaut. Men. 4. 2. 10.

Ævum colere, i. e. Ætatem agere. Lucret. lib. 5. 1144.

Nam genus humanum defellum vi colere ævum,

Ex inimicitis languebat.

Amicitias colere. Cic. 2. de Finib. 80. At coluit ipse amicitias.

Amicitias utilitatis colere. Cic. 2. de Finib. 83.

Vide an apud Ovid. Vulgus amicitias utilitate colit? H. St. Immo Probat. ex Pontio 2. 3. 8. Miro tam triti verisculi V. C. non recordatum.

Amicitia veritate, fide societas, pietate propinquitas colitur. Cic. pro Quint. 26.

Amor colendus. Tibul. lib. 2. 4. 52.

Illiis est nobis lege colendus amor.

Aurum colere, Pecunia studiorum esse. Propert. lib. 3. 13. 48.

Aurum omnes vieta jam pietate colunt.

Ceremonias magna cura sepulchorum colere. Cic. 1. Tusc. 27.

Conciliationem communem & confocationem generis humani colere, tueri, servare. Cic. 1. Off. 149.

Diligentia praeceps coenda est nobis. Cic. 2. de Orat. 148.

Disciplinam. Cic. de Clar. Orat. 117.

Fetta colere. Ovid. 6. Fast. 179.

Fidem colere, & justitiam retinere. Cic. 1. de Invent. 3. Age vero, uribus constitutis, ut fidem colere, & justitiam retinere discerent.

Fidem, rectumque colere. Ovid. 1. Met. 90.

Fortitudinem colere. Curt. 10. 3. 9. Fortitudinem non magis quam fidem colitis.

Genus orationis aquabile & temperatum colendum. Cic. 1. Off. 3.

Hospitia, clientelæ, cognationes, affinitates caete colendæ. Auctor ad Heren. lib. 3. 4.

Jura. Tibul. lib. 2. 3.

Jus religiose colere. Auctor ad Heren. lib. 3. 4.

Jus & fas. Liv. 27. 17. Animus jam priderem ibi esse, ubi jus & fas crederet col.

Justitiam & liberalitatem. Cic. 1. Off. 5.

Leges sequi & colere. Cic. in Parad. 5.

Martem colere, Studio belli deditum esse. Sil. lib. 8. 464.

Memoriam alicuius. Cic. 2. de Finib. 101. Itemque omnibus mensibus, x die Luna dent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sunt, ut & sui & Methrodori memoria colatur.

Memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna. Cic. post Red. 24.

Militiam. Ovid. 2. Fast. 518.

Morem colere & usurpare. Plin. in Paneg. cap. 1. Qui mos cui potius quam confundi? aut quando magis usurpandus colendusque est?

Mores populi alicuius colere. Plaut. Casin. 5. 4. 1.

Ubi tu es qui colere mores Massilienses postulas?

Colere & efficeri Munus. Cic. 1. de Legib. 16. Cujus muneris colendi efficiendique causa nati & in lucem editi sumus.

Naturam excellentem atque præstantem pie sancteque colere. Cic. 1. de Nat. Deor. 56.

Officium suum. Plaut. Stich. 1. 1. 35.

Pectus colere per artes. Ovid. 2. de Arte Am. 121.

Nec levius ingenuas pectus colluisse per artes

Cura sit, & linguis edidicisse duas.

Pietatem. Plaut. Asin. 3. 1. 6.

Hoccine est pietatem colere, matris imperium minuere? Ter. Hec. 3. 4. 33.

Quod potero faciam: tamen ut pietatem colam:

Nam me parenti potius quam amori obsequi

Oportet. Hic declarat Terentius, Pietatem colere, esse Parentibus obsequi.

Pudorem & pudicitiam. Cic. 5. Verr. 95. Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, &c. videre? i. e. Qui pudicus est.

Quaestuum suum. Plaut. Poen. 5. 2. 137.

Religionem. Cic. pro Font. 21. Qui etiam si quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitratur, &c. ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius fecleste violant.

Religionem testimoniorum nunquam colunt. Cic. pro Flacc. 9. i. e. Nunquam sunt veraces in testimoniis reddendis.

Sacra Musarum. Ovid. 4. de Pont. 2. 49.

Seditiones. Auctor de Viris Illustr. cap. 19. Ut hac injuria plebs, agros, non seditiones coleret.

Servitutem apud aliquem colere. Plaut. Poen. 4. 2. 7.

Sociitates atque amicitias studiose colere. Auctor ad Heren. 3. 4.

Studio colere, i. e. Labore atque exercitatione ea confectari. Cic. 5. de Finib. 50. Atque hoc loco qui propter animi voluptatem dicunt colli ea studia que dixi, non intelligunt, &c.

Ad percipiendam colendamque virtutem litteris adjuvari. Cic. pro Arch. 16.

Vitam colere, [Ἀλεξανδρεῖαν] Vivere. Plaut. Rud. 1. 5. 25. Vix colo vitam. Auctor ad Heren. lib. 4. 21. Qui nihil habet in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. conf. Ævum.

Inter se colere. Cic. 13. Att. 11. Postquam enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano.

Vitum colere. Cic. 12. Att. 28. Nec ego viatum, nec vitam illam colere possum.

COLENS, entis. [Ἄρτερος] ut, Colens religionum. Cic. pro Planc. 101. Qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persolvunt?

Homines arva colentes. Ovid. 1. Amor. 13. 5.

Nymphæ undas colentes. Ovid. 1. Amor. 13. 15.

Populi sacra colentes. Idem 15. Met. 679.

CULTUS, a, um. [Ἄρτερος] Partic.

Cultus veste candida sacerdos. i. e. Ornatus. Plin. lib. 16. cap. 44.

Incultus & Cultissimus, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 13. Tum erat ager incultus sine teeto, nunc est cultissimus cum optima villa.

Ager nulla ex parte cultus. Cic. pro Rosc. Com. 33.

Animus cultus. Cic. 2. Tusc. 33.

Dea culta virginibus ministris. Ovid. 6. Fast. 283.

Fides culta. Valer. 1. Argon. 818.

Focus cultus superba frue iliceti. Martial. lib. 12. 18.

— focus excipit superba

Vicini frue cultus iliceti.

Ingenua cultiora. Curt. 7. 8. 11.

Lacertum armilla aurea cultum. Petron. Satyr. cap. 32.

Materia. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Arborum autem confectione, omniq[ue] materia, & culta & silvestri.

Milites habebat tam cultos, ut &c. Suet. Cæf. 67.

Prædia. Claud. 1. in Ruff. 188.

Segetes. Claud. 4. Paneg.

Thalami ebore culti. Ovid. 2. Met. 737.

Veftes. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 321.

CULTE, Adv. ut, Culte dicentes. Quintil. 8. 3.

Compar. Sen. Suaf. 4. Nemo videtur dixisse cultius. Incubare cultius strato lectulo. Valer. Max. 2. 6. 8.

Progreedi cultius. Justin. 3. 3. Nec quenquam cultius quam alterum pre-gredi permisit.

CULTUS, i. n. [Ἄρτερος] ut, Pingua culta. Claud. in Laud. Se-ren. 70. i. e. Agri culti. Sic Virg. 4. Georg. 372. [Semper num. pl.

CULTIO, ônis. t. [Ἄρτερος] Idem, quod Cultus. Cic. 5. Verr. 226. Quid est enim Sicilia, si ei agri cultiones sustuleris?

Agri cultione se oblectare. Cic. de Senect. 56.

CULTUS, ús. m. [ἱερόν, μαρτυρία, οὐρανός, πατέρων] Cic. 1. Off. 158. Ob easque caufas studeat parare ea, quæ suppeditant & ad cultum & ad victimam.

Agriculturæ cultus elaborat. Cic. 2. de Lege Agr. 66.

Agrorum cultus. Plin. lib. 15. cap. 1.

Bivius agrorum cultus. V. BIVIUS.

Agrorum cultu atorates defessi. Cic. 2. de Lege Agr. 87.

Accuratus cultus. In ACCURATUS.

Agrestis. Stat. 6. Theb. 56.

Crinalis, i. e. Cultus circa crines & capillos. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 85.

Nam neque cæsiari crinali stringere cultu,

Colla nec ornata patitur mollire retorto.

Gemmatis cultus. Claud. 3. Conf. Hon. 304.

Gemmatoque humilem dispersere Perida cultus.

Leto cultu convivia, Laute apparatus convivia. Valer. 5. Argon. 570.

Interea latè patitur convivia cultu.

Luxuriosus. In LUXUS.

Modicus cultu. In MODUS.

Mollissimus. In MOLLIS.

Mundior justo. In MUNDUS.

Prefissus & velut applicitus rei cultus. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Purpureus cultus. Stat. 6. Theb. 81.

Regales cultus. Claud. 73. 7.

Accipe regales cultus, & crine superbus

Erecto virides spumis perfunde smaragdos.

Simplex. Claud. 1. in Ruff. 217.

Tyrios, pro Molli & effeminato. Martial. lib. 11. 40. in Charidemum libertum,

Si Tyrios sumpius cultus, univix capillos,

Exclamas, nunquam fecerat ita pater.

Affectare cultum effusorem in verbis. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Enitefecit clarior his noster cultus. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Cultu & honore dignari. Cic. 2. de Invent. 161.

Tribunæ diligenter cultum alicui. Cic. 2. de Invent. 161. Pietas per quam sanguine conjunctis, patriæque benevolis officium & diligens tribuitur cultus.

Cultus hominis. Cic. 4. de Finib. 36. Omne officium, munusque sapientia in hominis cultu esse occupatum. i. e. Educatione & disciplina. vel potius In perficiendo homine.

Hominum cultus & curatio. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. de ovibus, Quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex fine cultu hominum & curatione potuerint.

Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini. Cic. 1. de Nat. Deor. 96.

Cultus vite. Cic. 5. de Finib. 53. Quos cura omni liberatos, nullum necessarium vitæ cultum, aut paratum requirentes.

Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Cic. 1. Off. 25.

A fera, agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere. Cic. 1. de Orat. 33.

Patrini cultus habitusque locorum, Virg. 1. Georg. 52.

Abies longissime a cultu & humanitate Provinciae. Cæf. 1. Bell. Gall. 1.

Desistere a cultu vitiisque bestiarum. Cic. 2. Off. 15.

Educere aliquem cultu humili. Liv. 1. 39.

Hominum cultus, alia significatione. Tacit. 2. Ann. 23. Milesque, nullo illic hominum cultu, fame absuntus. Subauditur, Existente. Significat autem infuslas illas cultoribus, habitatoribusque vacuas suffise. Sic

Et habitabiles regiones, & rursum omni cultu, propter vim frigoris aut caloris, vacantes. Cic. 1. Tusc. 45.

Cultus animi. Cic. 5. de Finib. 54. Sed animi cultus erat ei quasi quidam humanitatis cibus.

Cultus deorum, Adoratio. [Ἄρτερος] Cic. 1. Tusc. 64. Hæc nos primum ad illorum cultum, deinde ad jus hominum eruditiv, &c. De philosophia.

Religio deorum cultu pio continetur. Cic. 2. de Nat. Deor. 7.

CULTOR, ôris. m. [Ἄρτερος] ut, Cultor agrorum & terræ. Liv. 4. 25.

Famem cultoribus agromantibus.

Vitis cultor, Vinitor. Cic. 5. de Finib. 40.

Collis Heliconii cultor, Inhabitor. Catull. 59. 1.

Terra cultor. Cic. 2. de Nat. Deor. 99. Quid jam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patientur eam nec immanitate beluarum effterari, &c.

Deorum cultor. Hor. 1. Carm. 34. 1. Parcus deorum cultor.

Minerva. Martial. lib. 5. 5.

Sexte Palatinæ cultor facundæ Minerva.

Veritatis cultor. Cic. 1. Off. 109. Sunt his alii multum dispares, simplices, & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex infideli agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.

CULTIBUS. Icis. f. [Ἄρτερος] Cic. 5. de Finib. 39. Ex quo non est alienum, ut animalibus, sic illis & apta quedam ad naturam aptare, & aliena, earumque augendarum & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.

Item Quæ habitat: ut, Nemorum cultrix Latonia Virgo. Virg. II. Æn. 557.
Ide cultrix montibus. Catull. 65. 300.
Nemoris cultrix suis. Phadrus 2. 4. 3. Al. Nemoricultrix, una voce.
Item Quæ veneratur; ut, Cultrix Deorum. Lactant. de Mort. perfec.
cap. 11.

C U L T U R A, æ. f. [*τερπία*] Idem quod Cultus subst. Cic. 5. Verr. 119.
Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continetur, amotas & venditas, &c.
Agri natura perborbi, & diligentia culturaque meliores. Cic. pro Flacc. 71.
Agros desertos a plebe atque a cultura hominum liberorum esse non
opertore. Cic. 2. de Lege Agr. 83.

Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. Cic. 2.
Tufc. 13.

Nihil fert ager, nisi multa cultura & magno labore quæsumum. Cic. 2. de
Lege Agr. 95.

Fundi cultura. Paul. in l. si in lege. §. si domus. D. locat.

Vitium cultura. Cic. 4. de Finib. 38. Ut si cultura vitium, cuius hoc
munus est, ut officiat, &c.

Intertempesiva. Caius in l. si merces. §. conductor. D. locat.

Adhucere culturam. Cic. 5. de Finib. 39.

Excitatur cultura quid. Cic. 2. de Orat. 88. Nam facilius, sicut in viti-
bus, revocant ea, quæ sepe nimium profuderunt, quam, si nihil
valeret materies, nova fermenta cultura excitantur.

Amici potentis cultura. Hor. 1. Epist. 19. 86.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,

Expertus metuit. i.e. Observantia, vel famulatus, & cultus.

Ponitur pro Disciplina animi. Hor. 1. Epist. 1. 40.

Si modo cultura patientem commodet autem.

Item pro Veneratione. Lactant. 5. 7. Dei unici pia & religiosa cultura.

C O L I G O, inis. f. Domus, habitaculum. Arnob. lib. 2. V. Salmas. in

Tertull. de Pallio p. 430.

C O L I U M, i. n. Idem. Tertull. de Spectac. cap. 5. Lares colio potentes.

i.e. Lares domestici. V. Salmas. in Solin. p. 641. seq.

C O L O N I S, i. m. [*πόλεις*] a Colo, colis; Agrorum cultor dicitur. Cic.

pro Cæc. 94. Qui colonus habuit conductum de Cæfennia fundum.

Colonus partarius. In PARTIARIUS.

Colonus quid a Villico nonnquam differat, plane docet his verbis Co-
lumel. lib. 1. cap. 7. Precipua cura domini requirunt, cum in ceteris
rebus, tum maxime in hominibus. Atque h[ab]et coloni, vel servi sunt
soluti, aut vincit. Hinc apparet colonum non esse servum. Deinde
sequitur, Comiter agat cum colonis, facilemque se prebeat, & avarius
opus exigat quam pensiones. Paulo poft. Ubi fedulo colitur ager, ple-
rumque compendium, nunquam detrimentum affer, ecce remissio-
nem colonus petere non audet (remissionem videlicet pensionem.)
Sed nec dominus in unaqua re ei colonum obligaverit, tenax esse
juris sui debet, sicut in diebus pecuniarum. vulgo dicunt, in terminis
solutionum. Aliquot post veribus: Ita certe mea fert opinio, rem ma-
lam esse frequentem locationem fundi: pejoratum tamen urbanum colo-
num, qui per familiam mavult agrum, quam per se colere. Saferna
dicebat ab ejusmodi homine fere pro mercede item reddi. Propter
quod operam dandam esse, ut & rusticos & eosdem assiduos colonos re-
tineamus, quum aut nobismeti ipsi non licuerit, aut per demeticos
colere non expedierit. Paulo poft: Nunquam non ex agro plus fus cui-
que cura redidit, quam coloni: nunquam non etiam villici: nisi si
maxima vel negligenta servi, vel rapacitas intervenit. Que utraque
peccata plerunque vitio domini vel committi, vel foveri, nihil dubium
est; quum liceat aut cavere ne talis prefaciatur negotio: aut jam pre-
positus, ut submoventur curare. In longinquis tamen fundis, in quos
non est fasci excusus patrisfamilias, quum omnem genus agri tolerabilis
sit sub liberis colonis, quam sub villicis servi habere, tum praci-
pue frumentarium, &c. talis generis prædium, si (ut dixi) domini
preferentia cariturum est, censet locandum. Hoc in Columella loco
Colonus est Homo liber, interdum urbanus, interdum rusticus, cui
dominus certa aliqua mercede, seu pensione, fundum elocat suum: Villi-
cus autem est Homo servus, villa præfectus ab suo domino, qui & ipse
prædia cum fide colat, & a confervis colenda curet, fructuum omnium
rationem domino redditurus.

Colonum catenarum, joco dixit Plaut. Asin. 2. 2. 32. pro Eo qui vincit
detinatur carceribus.

Colonus & Inquilinus. Paul. in l. si in lege. §. si domus. D. locat. Po-
test dominus, si deseruerit habitationem, vel fundi culturam colonus,
vel inquilinus, cum eis statim agere.

Avidus. Virg. 1. Æn. 3.

Optinus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus. Cic. 2. de Orato-
re 287.

Errantes. Sen. Hippol. 3.

Fortes. Virg. 3. Georg. 288.

Inopes. Hor. 2. Carm. 14. 12.

Lacerosi. Ovid. 11. Met. 33.

Dura lacertosoi fodiebant arva coloni.

Operofus. Ovid. de Nuce 57.

Pauperuris. Hor. 1. Carm. 35. 6.

Pilofus. Martial. lib. 12. 59. — te pilofus

Hircos premit osculo colonus.

Veteres. Virg. 9. Eccl. 4.

A colono rationes accipere. Cic. pro Cæc. 94.

Dare colono remissionem ob sterilitatem. Ulpianus in l. ex conducto. §.
Papinius. D. locat. Si uno anno remissionem quis colono dederit,
decide sequenribus annis contigerit ubertas, nihil obesse domino re-
missionem: sed integrum pensionem etiam ejus anni, quo remiserit,
exigendam.

Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum
lucrum non afferetur. Caius in l. si merces. §. vis major. D. locat.

Habet conductum de aliquo fundum colonus. Cic. pro Cæc. 94.

Defere diffensionem colonorum ad patronos. Cic. pro Sull. 66.

Colon [*πόλεις*, *οικισμοί*] etiam dicebantur Cives Romani ad aliquam
urbem habitudinam missi: qui non propriis, sed pop. Rom. legibus vi-
vabant. Cic. 1. de Nat. Deor. 48. Quanquam Circen quoque coloni
nostri Circenses religiose colunt.

Latin. Cic. de Clar. Orat. 170. Ejus etiam oratio est pro Fregellanis,
colonisque Latinis. AL. Colonii.

Ascribere colonos novos. Cic. 2. Philip. 102.

Affligere agros colonis. Cic. 1. de Lege Agr. 17. & 20.

Collocare colonos in aliqua civitate. Cic. 1. de Lege Agr. 18.

Dare colonis agrum. Cic. 2. de Lege Agr. 75.

Dedicare colonos. Cic. 2. de Lege Agr. 74. & 75.

Deducere colonos in colonias alicuius regionis. Cic. 2. de Lege Agr. 75.

Deligere ad omne facinus colonos. Cic. 1. de Lege Agr. 18.

Dividere agrum colonis. Cic. 1. de Lege Agr. 20.

A colonis urbes occupabuntur per Decemviro. Cic. 1. de Lege Agr. 20.

Scribere numerum colonorum in aliquam civitatem. Cic. 2. de Lege

Agr. 76. Quinque millia colonorum Capum scribi jubet.

Coloni dominici dicebantur, Qui colebant agros Imperatoris, ut C. de

praed. & omnib. reb. lib. 11. V. in DOMINUS.

C O L O N I A, æ. f. Ovid. 4. Fast. 692.

Rus breve cum dura parca colono viro.

Dicitur etiam pro Colonia per Syncopen. V. infra suo loco.

C O L O N I S, a, um. Adj. [*πόλεις*] Cic. 5. Philipp. 53. Utique C. Panfa, A. Hircius Confules, alter ambo cognoscere, qui ager colo-
nus esset, quo milites veterani deduci essent, &c.

C O L O N I A, æ. f. [*πόλεις*] Colonie dicebantur, Minores urbes, ad
quas habitaient ex majoribus urbibus, quia quadam examina populu-
rum mittebantur. Cic. 1. Off. 54. In alias domos tanquam in colonias
exuent. Idem 2. de Lege Agr. 72. Hoc in genere, sicut in ceteris Rei-
publicæ partibus, est opera pretium diligentiam majorum recordari, qui
colonias sic idoneis in locis contra fulpicionem periculi collocaerunt, ut
non oppida Italie, sed propugnacula imperii esset viderentur. Et pro
Font. 3. de Gallia provincia loquens, Est in eadem provincia Narbo
Martius, colonia nostrorum ciuium, specula pop. Rom. ac propugna-
culum itis nationibus oppositum & objectum. Item 2. Philipp. 102.

Consulisti me per litteras de Capua tu quidem: sed idem de Caſilio re-
spondiſsem, posſesne ubi colonia esset, eo coloniam novam jure deduci-
cere. negavi in eam coloniam, quæ eslet auspicata deducta, dum eslet
incolumis, coloniam novam jure deduci: colonos novos ascribi posse
reſcripsi. Erat & aliud genus Coloniariū, quales olim Pompeius Strabo
Tranſpadanas colonias traduxerat, non enim novis colonis eas instituit,
sed veteribus incolis manentibus, jus dedit Latii, ut possent habere idem
jus quod cetera Latine coloniae, id est ut ius petendi magistratus in civi-
tate Romana adipiscerentur. Erant præterea Colonie, quibus jus Italia
dabatur. Erant & Latinorum, & qua Latini veteris appellabantur, quales
in Hispania multas fuſſe refert Plinius. Quum enim in urbe Roma
multos ex veteribus nosvique incolis paupertate premi, intellectum erat,
adeo ut censiſſo ſolvendo non ſufficerent, Triumvirū a Senatu creabantur,
qui locis primū conſiderati, in quibus Reip. expedit propugnac-
lum conſtituti, nova edicta proponebant danda eſſe nomina ab illis qui in
novam coloniam deduci vellet: ſicque urbs pauperibus exonerabatur,
& rei familiaris pondere gravati ad novas, quibus indigerent, diuitias
gratis datas cum familia accedebant, accipiebant enim duo, quatuor,
ſex aut septem agri jugera, & quandoque plus. Budæus; Colonia, Ci-
vitatis est a matrice civitate deducta, id est metropoli: quomodo Ionica
civitates deducere erant & propagante.

Duo genera coloniarum fueré, Romane & Latinae: omnes conſtant
e civibus Romanis, in colonias exueniuntur. Romanæ dicebantur

et, Quæ jura ciuitatis Romanae poſſiderent, iraque ciues Ro-
mani erant, & ferenti suffragiū potestatē habebant: cuius generis

erant coloniae multe in Gallia togata: properterea dixit Cic. 1. Att. 13.

Videtur in suffragiis multum polle Gallia. Latinae vero coloniae dice-
bantur et, Quæ ius Latii habent: quod inſtr. jus Romane ciuitatis erat.

Iaque pro Balb. & alibi legimus, multos ex coloniis Latinis ci-
ves esse factos; quod item non legitur de coloniis Romanis: nec enim
eis dari oportebat quod habebant. Coloniarum his verbis mentio fit apud

Hyginum de Limibut, pag. 159. Gaſſ. Finitis ampliorum bellorum operi-
bus, augenda Reip. cauſa, illustres Romanorum viri urbes conſtituerunt,
quas aut victoribus populi Romani ciuibis, aut emeritis militi-
bus alignaverunt, & ab agrorum nova dedicatione cultura colonias

appellaverunt. victoribus autem affignatae coloniae iis, qui temporis cauſa
arma accepérant. non enim tantum militum incremento Reip. populi

Romanī habuit, erat tunc premium terra, & pro emerito habebatur.

multis legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, & ad laboriosam

agriculturæ requiri primo tirocinii gradu pervenire. nam cum signis,
& aquila, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur, modus agri
pro portione officiū dabatur. Haec tenus ille. V. omnino Spanhem.

Orb. Rom. Ex. 1. cap. 8. & seqq. Civium colonia. Cic. pro Font. 3.

Municipia & coloniae. Cic. 1. de Lege Agr. 17. Suet. Tiber. 38. Comme-
tibus per municipia & colonias dispositis.

Municipia, prefecturæ, coloniae. Cic. 2. Philip. 53. Horum flagito-
rum iste velutius omnia municipia, prefecturas, colonias, totam deni-
quæ Italiani impreflit.

Quid Colonia a Municipio differat Gell. lib. 16. cap. 13. tractat. Munici-
pia, inquit, quid & quo jure sint, quantumque a colonia differant,

ignoramus, exultimamque meliore conditione esse colonias quam
municipia. &c. V. Spanhem. 1. c.

Florens colonia. Cic. 2. Philip. 102.

Imunes. Plin. lib. 3. cap. 1.

Communare. V. COMMUNO.

Complere colonias regionem aliquam. Cic. 1. de Lege Agr. 17.

Conferre se in aliam coloniam. Paul. in l. si in lege. §. colonus si ei. D.
locat.

Condere colonias. Paterc. 1. 15. pr. Et Vet. Inscript. Gruter. p. 6. n. 3.

AVSPICIS TRAIANI AVGVSTI CONDITA COLONIA.

Conſtituere coloniam in aliquo loco. Cic. 1. de Lege Agr. 16.

Deducere. Cic. 1. de Lege Agr. 16. Deducerunt, inquit, coloniz. quo?

quorum hominum? in qua loca?

Deducere colonias novas, veteres renovare. Cic. 2. de Lege Agr. 14.

Ottaginta ciuitum milibus in transmarinas colonias distributis. Suet. Cæf.
42. pr.

Impone coloniam in agro. V. IMPONO.

Lustrare coloniam. Cic. 1. de Divin. 102. Itemque in lustranda colonia,
ab eo, qui eam deduceret, &c.

Mittere in aliquam regionem. Cic. 1. de Divin. 3.

Obire. In oBEO.

Occupare

- Sumitur etiam pro Dolo colico.
CÖLÖNE, arum. f. [κολωνα] Civitas est Troadis, prope Tenedum insulam, cuius Cygnus, Thrax genere, & Tenna pater, rex olim fuit. Strabo lib. 13. Achæo, inquit, continuo erit Larissa & Colone, quæ prius ad Diam pertinebant, & Chrysa in loco excelsæ & petroso supra mare sita, & Amaxitus quæ continuo Lecto subjacet: nunc Achæo continua est Alexandria. V. Nep. 4. 3. 3.
- Erit & Colone Mystra locus, non procul a Lampsaco. Strabo ibidem.
- COLONIA** Agrippenfis, Ubiorum civitas potentissima, cis Rhenum fluvium sita: ita dicta ab Agrippina Neronis matre, qua ut sociis quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, coloniam ex veterani deduci imperavit. Tacit. 12. Ann. 27.
- COLONIS**, is. f. Infula est in finu Argolicu, contra Hernionum agrum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.
- COÖNOS**, [κοϊνων] Agger fuit, five locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles Tragediam de Oedipi calamitatibus conscriptam, Oedipum Colonum appellavit. Erat autem hic locus Neptuno sacer, ubi etiam equestris eius statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pyrrhoi, Adrasti, & Oedipidis. In hoc aggre fuit & Timonis turris, qui a solitudine, hominumque odio, μεταποιησο cognominatus est. Hec Pausan. in Attic. pag. 10. Wach. Pollux vero lib. 7. auctor est, duo hujus nominis loca in Attica sunt: alterum πατειν appellatum, in quem confugit Oedipus: alterum in foro, iuxta Eryxiam, ἀρχαιον cognominatum.
- COLONEUS**, a, um. Adj. ut Locus colonus. Cic. 5. de Fin. 3. Tum Quinius, Et plane, Piso, ut dicitur, inquit. Nam meipsum huc modove mente convertebat ad se Colonus ille locus, cuius incula Sophocles ob oculos verbarunt, quem scis quam admirer, quamque eo delecter. Me quidem ad altioremem memoriam Oedipidis huc venientis, & illo molissimo carmine, quemam essent ipsa hæc loca requierens, species quemdam comovit.
- COLONUS**, **COLONIAE**, **COLONARIUS**, **COLONATUS**, **COLONICUS**. V. COLO.
- COLOPRNA**, æ. f. Cappadociæ pars est, Sebastianum & Sebastopolim urbeshabens. V. Plin. lib. 6. cap. 3.
- COLÖPHON**, önis. f. [κολοφών] Ionia urbs clarissima, quæ equestribus tantum excelluit, ut ubicunque difficulter bella componi poterant. Constanti equitatus auxiliis dirimirerentur. Unde natum proverbium, Κολοφῶνις ἵππος, id est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponitur. V. Erasm.
- COLOPHONIUS**, orum. m. pl. [κολοφόνιοι] Populi sunt Colophonem urbem habitantes. Cic. pro Arch. 19. Homerum Colophonii citem, esse dicunt suum.
- COLOPHONIUS**, a, um. Adj. ut, Ferocitas Colophonia. V. Chiliad. Erafm.
- COLOPHONIACUS**, a, um. Adj. Vetus Poeta in Ciri, v. 65.
- Quæ Colophonio Scylla dicuntur Homero.
- COLOPHONIA**, æ. f. [κολοφωνία] Herba est notiore nomine Scammonia appellata, succum habens ejusdem nominis. Colophonia autem dicta, a Colophone Ionia urbe, unde laudatissima advehatur. Dioscor. lib. 4. cap. 162.
- Colo honia relina, quæ a Colophone Ionia urbe sibi cognomentum comparavit, est (ut referit Plin. lib. 14. cap. 20.) preter ceteras fulva. De hac etiam Galen. lib. 11. de Compos. med. per gen. meminit his verbis, Et (inquit) inter liquidas etiam colophoniam, thuris redolens, quæ nonnulli foli vocatur colophonia, odorato suavitatem quandam referens, ut abietina, & color sicut illi medicori predita. Nascent admodum modica, atque ob id pretiosa est. Hæc ille.
- COLOPHURA**, [κολοφύρα] apud Theophrast. Animalia intelliguntur, boves, aini, muli, quæ si filion olfactant, intermitteantur: quod & d. homib[us] intelligit Andreas, si indormiant. Cels. lib. 3. cap. 30. ex Schol. Nicand. sub h[ab]et Alexiph. Sed apud Theophr. λαφύρα legitur. V. Henr. Steph. Thef. Gr. Append.
- COLOS** Magnus [κολὼν, Πτολεμαῖο] Zeugitanæ provinciæ urbs, hodie Giger, regia civitas.
- COLO**, öris. m. [κολωνα, κολια, κολι] a Colo, colis, inquit Perottus, deductum: quia coloribus faciem, vestes, domos, ac reliqua omnia ornamus.
- Colos ab antiquis dicebatur. Plin. lib. 12. cap. 19. Colos triplex. De Cœlo loquitur. Lucret. lib. 6. 207.
- Flamineus est plerique colos & splendidus ollis. De nubibus. Barba color aureus. Ovid. 12. Met. 395.
- Croci color. Lucret. lib. 6. 1186.
- Lucis color, Splendor. Sen. Agam. v. 861. — Lucis ignotæ Metuens colorem. de Cerbero.
- Albus color præcipue decorus deo est. Cic. 2. de Legib. 45.
- Albidus. V. paulo post Prefus.
- Amethystinus. In AMETHYSTUS.
- Ardentillimus. In ARDRO.
- Aridus. Herba arida similis. Plin. 18. 26.
- Ater. Ovid. 4. Met. 165.
- Aureus. In AURUM.
- Austerus. In AUSTER.
- Blandus. In BLANDUS.
- Buxeus. In BUXUS.
- Ceruleus. V. paulo post Prefus.
- Canders. In CANDRO.
- Candidus. In CANDEO.
- Cereus. In CERA.
- Cervinus. In CERVUS.
- Cinerous. In CINIS.
- Citrinus. In CITRUS.
- Colosimus. In COLOSSE.
- Coracinus. In CORAX.
- Corneus. Plin. lib. 17. cap. 2.
- Crocinus. In CROCUS.
- Cymatilis. In CYMA.
- Determinus color aliquid rei dicitur esse, Quæ non optimæ indolis indicem ei habet. Virg. 3. Georg. 82. — honesti Spadices, glaucique, color determinus albis & galvo. V. GILVUS.
- Diffutus. Plin. lib. 37. cap. 5.
- Diversi mille nitent colores. Ovid. 6. Met. 65. de Tride.
- Elegantioris coloris gratia. Plin. lib. 15. cap. 8. de Æramentis.
- Flammeus. Plin. lib. 35. cap. 6.
- Floridi. Plin. lib. 35. cap. 6.
- Herbidus. V. HERBA.
- Ignefens, Igneus. V. IGNIS.
- Languenfens. In LANGUOR.
- Languidus. In LANGUOR.
- Lentus. In LENTES.
- Liquidi colores, Quibus utuntur pictores. Hor. 4. Carm. 8. 7.
- Luridus. In LURIDUS.
- Luteus. In LUTRUS.
- Marmoreus. Lucret. lib. 2. 774.
- Melleus. Plin. lib. 36. cap. 8.
- Memnonius color, Niger intelligitur apud Ovid. 2. de Pont. 3. 96.
- Si dubitem favae quis his, o Maxime, dictis, Memnonio cynos esse colore putem.
- Misti. Cels. lib. 2. cap. 8.
- Murrinus. In MURRA.
- Mustellinus. Ter. Eun. 4. 22. i. e. Foodus: a Mustella, ut opinor, pisces, cuius pellis feedi coloris est & inhonesti. Turneb. Stellionino Bentl.
- Nativus lanæ. In NASCOR.
- Nubilus. In NUBRES.
- Obsoletus. In OBSEOLEO.
- Olorinus. In OLOR.
- Omnigenus. In OMNIS.
- Phenicus. Lucret. lib. 2. 829.
- Prefus. Plin. 8. Epist. 20. ad Gallum, Color cærulo albidior, viridior, & prefus. De lacu Vadiimonis loquitur. Prefusior. i. e. Densior.
- Punicus. Lucret. lib. 5. 939.
- Sanguinolentus. Ovid. 1. Amor. 12. 12.
- Satur, Abundans, largus. Virg. 4. Georg. 335.
- Spumeus. Plin. lib. 37. cap. 2.
- Sulphureus. Martial. lib. 12. 48.
- Surdus. Plin. lib. 37. cap. 5.
- Thefalicus purpureus. Lucret. lib. 2. 500.
- Tyrius color. i. e. Purpureus. Hor. 1. Epist. 6. 18.
- Varians. Plin. lib. 14. cap. 2. Infignes jam colore inter purpureas nigraque medio helvolæ fæpius varianti, & ob id varianæ a quibusdam appellatae de Vitibus.
- Verni, Flores. Valer. 6. Argon. 492.
- Viridis. Martial. 12. 62.
- Colores qui aciem compungunt. i. e. Qui oculos offendunt, qualis est color albus lucidior. Lucret. lib. 2. 420.
- Colores qui lacrymæ cogunt. Lucret. lib. 2. 420. Intelligit Colores nitidiores, qui ex se radios veluti quosdam emitentes intuentibus oculis lacrymas elicunt.
- Colores qui oculos pascunt. Lucret. lib. 2. 419.
- Mille coloribus arcus, Iris quæ est multorum colorum. Virg. 5. Æn. 609.
- Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa citò decurrat tramite virgo.
- Conspicuus color albo. In CONSPICUUS.
- Accipere colorem alienum repercuti. Plin. 11. 38. extr.
- Amittere colorem. Ovid. 9. Met. 321.
- Aufert nox rebus colorem. Virg. 6. Æn. 272.
- Comutare. In COMMUTO.
- Contactus coloralequo. i. e. Tinctus & depictus. Lucret. lib. 6. 1186.
- Al. Conticctus.
- Dare colorem. Quintil. lib. 6. cap. 2. pag. 523. Nec res illa dat alteri colori, quem ipsa non habet.
- Eluere colores. Quintil. lib. 1. cap. 1. Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt.
- Errant variis coloribus in vultu. Virg. 1. Georg. 452. de Sole.
- Evanescit color. Lucret. lib. 2. 827.
- ut cernere possis
- Evanescere paulatim, sanguineum colorum.
- Imbutus coloris aliquem. i. e. Tinctus aliquo colore. Lucret. lib. 2. 500.
- Incurfat color alter colori. V. INCURBO.
- Inducere colorem alicui picture. V. INDUCO.
- Mentiri colorem fuso. Virg. 4. Ecl. 42.
- Nec varios disset mentiri lana colores. Nam quod tingitur, mentitur alienum colorem, ut inquit Servius.
- Migrare in aliunum colorem. i. e. Inducere alium. Lucret. lib. 2. 774.
- Mutare colorem. In MUTO.
- Nectere colores. i. e. Res coloratas. Virg. 8. Ecl. 77.
- Rubent prætis novis coloribus, Floribus. Virg. 4. Georg. 306.
- Spargere coloribus aliquid, Varietatem. Virg. 7. Æn. 191.
- Spandere clato colore. Lucret. lib. 5. 1257.
- Sumere colorum. Ovid. 13. Met. 65.
- Densatur, faciemque capit, sumitque colorum.
- Color, quatenus corporis humani habitum, formam, vel animi quoque motus, indicat. Ter. Eun. 2. 3. 25.
- Color verus, corpus solidum, & succi plenum. Cic. 1. Off. 130. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est: color exercitatiibus corporis.
- Mutatio crebra coloris. Cic. pro Cluent. 54. Timor ejus, perturbatio, suspensus, incertusque vultus, crebra coloris mutatio, que erant antea suspiciofa, hæc aperta & manifesta faciebant.
- Adiutor color. V. Adiutor, in ADURO.
- Bonus. In BONUS.
- Decens. Hor. 4. Carm. 13. 17. Alii, Decens Quo motus?
- Egregius. Cic. 2. de Fin. 64.
- Exanguis. Ovid. 1. Trist. 1. 55.
- Aspicis exanguis chartam pallere colore. 15 extr. Colos exanguis, fodi oculi.
- Fucatus stercore crocodili. Hor. Epop. 12. 10.
- Sallust. de Catil. cap. Fucus.

- Fuscus. Ovid. 2. Amor. 4. 40.
 Niveus. Hor. 2. Carm. 4. 3.
 Melior. In EONUS.
 Pulcher. Lucret. lib. 4. 1027.
 Purpureus quondam color ora reliquit. Virg. 11. En. 819.
 Similis morti. Sen. Hippol. 4.
 Suavis. Cic. c. Tusc. 40.
 Terti colors foeda specie. Lucret. lib. 2. 421.
 Turpes. Lucret. lib. 2. 421.
 Validus. Plin. lib. 20. cap. 5. Ad validum quoque colorem profici hoc cibo. de Corporis humani colore perbono scil.
 Verecundus. Hor. Epod. 17. 21. Verecundum colorem eleganter pro Rubore dixit. Porphy.
- Nitidus non suo colore. Quintil. lib. 2. cap. 5.
 Confite sine colore. Cic. de Arusp. Resp. 2. Sed vecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce constituit.
 Conflat color & vultus. In CONSTO.
 Nimirum ne crede colori. Virg. 2. Ecl. 17. i. e. Ne confide.
 Excudit color aliqui. Ovid. 2. Met. 601.
 Exisse co colore & iis oculis in ades, ut. Cic. de Clar. Orat. 87. Interitem quum effet ei nuntiatum tempus eff., exisse in ades eo colore & iis oculis, ut eis causa, non commentatum putares.
 Fucare colorem. Ovid. 2. Trift. 487.
 Composita est aliis fucandi cura coloris.
 Infidere ut, Venustatis, non fuso illitus, sed sanguine diffusus infidere debet color. Cic. 3. de Orat. 197.
 Obtinere colorem. Plaut. Mil. 2. 2. 30. Paret artem & disciplinam: ob-rinar colorem. i. e. Non mutet, non erubescat.
 Percutio colorem, in nomine Colorum nigrum vocamus, & a sole adustum. Lucret. lib. 6. 722.
 Inter nigra virum percuto secla colore. Periphrasis est Aethiopum.
 Perdere colorem. Ovid. 3. Met. 100.
 Illi diu pavidis pariter cum voce colorem
 Perdidera. i. e. Expalluerat.
 Tueri colorem exercitatione corporis. Cic. 1. Offic. 130.
 Civitatis color, translate. Cic. 4. Att. 16. Amisimus, mi Pomponi, & omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam civitatis.
 Color terra, Species. Virg. 2. Georg. 177.
 Nunc locus arborum ingenii, quis robora cuique,
 Quis color, & quae sit rebus natura ferendis. Servius.
 Operum colores, Varii effectuum ornatus. Hor. in Arte Poet. 87.
 Descriptio servar vice, operumque colores
 Cur ego si nequen, ignorquo, poeta salutor?
- Color ad Orationem translati, ut Urbanitatis color. Cic. de Clar. Orat. 171. V. in URSIS.
 Accommodare cuique colori actum suum. Quintil. lib. 2. cap. 12.
 Dicendi. Quintil. lib. 6. cap. 3.
 Duxere colorem, translate. Quintil. lib. 10. cap. 1. i. e. Phrasos genus comparare. Budaeus. Est enim proprie
 Duxere colorem, Trahere. Virg. 9. Ecl. 49.
 Atrum, quo legentes gaudent fringibus, & quo
 Duxerit apricis in collibus uva colorem.
 Pigmentorum flos & color. Cic. de Clar. Orat. 298. Intelliges nil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant, florem & colorem defuisse.
 Veritatis color. Cic. in Bruto, 162. In his omnibus ineft quidam sine illo fico veritatis color, non fucus nitor. Translatio est a feminis, ab illis praetice quae fucus sapet (quod dicitur) faciunt.
 Colores rhetorici [χρώματα] apud Ciceronem vocantur. Ornamenta orationis, hoc est figura, quae a Graecis Schemata appellantur: ut quum de Pompeio loquens ad Atticum, lib. 2. Ep. 21. ita inquit, Sic ego hunc omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum, non sine magno dolore vidi. Colores autem illos intelligi, quibus usus est in oratione pro I. Manil. de imperio Cn. Pompeii. hic enim vocat orationis ornamenta & lumina, quibus detractis, res simpliciter indicata non magnopere suapte natura vel conditione placeret. Budaeus.
 Tragicus color. Hor. in Arte Poet. 236.
 Nec sic emitur Tragico differre colori
 Ut nihil interficit, Davusne loquatur, an audax
 Pythias, &c.
 Ornatur oratio genere primum, & quasi colore quadam, & succo suo. Cic. 3. de Orat. 94.
 Habitum orationis, & quasi aliquem colorem requiri. Cic. 3. de Orat. 197.
 Color apud Rhetoros facti probabilis causa. Quintil. 4. 2. pag. 341.
 Dandus deformibus color. Quintil. lib. 3. cap. 8.
 Color, per translationem pro Prætextu & obtenu. Quintil. lib. 11. cap. 1. Quod si nulla contingit excusatio, sola colorem habet penitentia. De eo qui alterum accusat, quoniam de se fateatur.
 Nullus argento abdito color. Hor. 2. Carm. 2. 1.
 Nullus argento color est avaris
 Abdito terris, inimicis lamina
 Crispe Sallusti, nisi temperato
 Splendens usu. Color. i. e. Speciosa quædam cau-
 sa & prætextus. Quid enim cause affere possunt, & quid prætexere, qui sum pecuniam humi defodiunt? Inimicum autem Sallustium dicit pecunia illi qua non temperato splendet usu. Nam hoc extremitum, ad sensum est accommodatus ad Sallustium referri, quam ad argentum. Turnebus. [Ego vero non dubito quin Horatius scriperit,
 Abdito terris. Inimica lamina, &c. Que lectio cum exegesi Turnebi, quam unice probo, egregie convenit. Sed eam plenius confirmare non est hujus loci. Mutarunt librarii, quibus ellipsis verbi substantivi, familiariissima huic poëte, ut sape alias, tenebras ostulerat.
 Dicere colorem. Juven. 6. Sat. 279.
 Dic aliquem, fodes, hic. Quintiliane, colorem. i. e. Prætextum.
 Dicere aliquid loco coloris. Quintil. lib. 7. cap. 2.
 Reciperi colorem. Quintil. 4. 2. p. 341. Quædam esse, quæ colorem non recipiant, sed tamem defendenda sunt.
 Somniorum, & superstitionum colores ipsa jam facilitate auctoritatem perdiderunt. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Vol. I.

- Colores, que Media defensionum vocantur a forensibus. Quintil. lib. 12. cap. 8. de litigatoriis loquens, qui libellos patronis suis conscribunt, hi porro non tantum nocent, si omnia scriberent, ut gesta sunt, nunc consilium & colores adjiciunt, & omnia pejora veris, que plerique quum acceperunt, mutare nefas habent. Budaeus.
 Color est etiam idem ac Character vel Nota. Sen. Epist. 75. Sed nec hic quidem contemendus est color tertius, & tertium genus philosophiam perficiunt. Et Epist. 52. Hic tertius color est, scil. Ingeniorum. In utroque loco pro synonymis habent gradus, classis, fors, color. V. Barth. ad Stat. Silv. p. 161.
 Color, pro Vita statu. Hor. 1. Epist. 17. 23.
 Omnis Aristippus decuit color, & status, & res.
 Vita color. Hor. 2. Serm. 1. 60. i. e. Quocunque mihi vita erit signanda lapillo: five albo significante prosperitatem, five nigro significante adversitatem, hoc est, five vivam dives, five mops.
 COLORIUS, & COLORIUS, a, um. Adj. ut, Colorie vestes, Quæ ex lana non tintæ, h. e. nativo colore factæ sunt. Ex Valla, lib. 6. cap. 53. V. Paulum I. Pediculus. §. Titia. D. de auro, argento, mundo, &c. legat. Et Vopisc. Aurel. cap. 46. Idem concepsit, ut blattæ matronæ tunicas habent, & ceteræ vestes, cum antea colorées habuissent. Lodicis purpurea & colorées. Augustus apud Charis. 1. p. 80.
 COLORINUS, a, um. apud Cyprianum esse fertur.
 COLORO, [χρωνία, χρωνία, ιππογενετικά, χρωνία, χρωνία] ære. Color inducere. Cic. 1. de Nat. Deor. 111. Formare, figurare, colorare, animare non possent.
 Colorare & roboreare se. Cic. in Orat. 42. Educata hujus nutrimenti eloquentia, ipsa se postea colorat & roboret. i. e. Colorem & robur acquirit.
 Colorare magis est quam Incircere. Sen. Epist. 71. extr. Quemadmodum lana quædam colores semel ducit, quædam, nisi sepius macerata & recocita, non peribit: Sic alias disciplinas ingenia cum accepero protinus præstant; hac, nisi alte descendit & diu sedet, animum non coloravit, sed infectit.
 Colorare, pro Inducere prætextum. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando.
 Colorari, de homine & oratione. Cic. 2. de Orat. 60. Fatebor aliquid tamen: ut quum in sole ambulem, etiam si ob aliam causam ambulem, fieri natura tamen ut colorer: sic quum illos libros ad Misenum (nam Roma vix licet) studiosius legerim, sentio orationem meam illorum cantu quasi colorari. Budaeus.
 COLORATUS, a, um. Cui color inducetus. ut,
 Arcus coloratus ex rubibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.
 Calum coloratum. Ovid. 2. Amor. 5. 35.
 Come colorate. Ovid. 3. Amor. 10. 12. i. e. Fruges flavæ.
 Indi colorati. Virg. 4. Georg. 293.
 Oratio colorata, Coloribus oratoris decorata & ornata. Cic. de Clar. Orat. 171. Quod non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio.
 Seres colorati. Ovid. 1. Amor. 14. 6.
 Uva colorate & perlucide. Columel. lib. 11. cap. 2.
 Coloratus, pro Fucato. Sen. Epist. 16. Quæ scribis, unde veniant, scio. non sunt ficta, nec colorata.
 Coloratus, pro Fucato. Sen. de Vita beata cap. 7. Virtutem in templo invenies, in foro, in curia, pro muris stantem, pulvulerentam, coloratam, callosas habentem manus. i. e. Quasi sole deformata.
 Compar. [χρωνία] Plin. lib. 16. cap. 12. Quidam arbitrantur in montibus copia præstantiorum fieri ad coloratorem. Al. At colore.
 COLORATE, Adv. Quintil. Decl. 28. Colorate aderit iste tale patrocinium.
 COLORATOR, ὄρη. m. Infectio. Lat. Gr. Glos. Colorator, πολύτελες & ἀδινθάδες. V. Salma. Hist. Aug. p. 451. Et Gall. 7. 9. Laberius in Coloratore.
 COLORABILIS, e. Mart. Capella, lib. 9.
 COLORIFICUS, a, um. Colorem inducens. Auctor Iridis in Catalect. Virgilian. v. 5.
 Cumque colorifico nimbos fulgere replevit,
 Apparet vari radiis distincta coloris.
 COLOREASUS, i. ni. Nomen hereticum qui vitam omnium hominum in septem sideribus confidere affirmabat.
 CÖLOS, [κόλος] Fera est Scythæ peculiaris, magnitudine inter cervum & arietem, albicante corpore, eximia levitatem ad cursum, naribus potum attrahens. Auctor Strabo lib. 7.
 CÖLOSSÆ, arum. f. pl. [κολοσσα] Strab. lib. 12. Oppidum Phrygiæ prope Laodiceam: quod, teste Orofio 7. 7. temporibus Neronis cum Laodicea & Hieropol. terra motu cecidit. Hinc
 COLOSSENSIS, e. Adj. [κολοσσεῖς] Colossenses, Incolæ, ad quos Paulus insigne scripti epistolam.
 COLOSSINUS, a, um. ut, Colossinus color, [κολοσσινούχα] qui a Colosso Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, fiorem resebans cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. V. Thylegium in lib. de Coloribus.
 Flos ejus colossinus. Plin. 21. 9. de Cyclamine. [Sed a Colossis gentile fit Colossenus, Κολοσσεύς, atque ita fortassis apud Plin. legendum est.
 CÖLOSSUS, i. m. [κολοσσος] quid significet, declarat Plin. lib. 34. cap. 7. his verbis. Moles quippe excoigitata videtur statuarum, quas colossos vocant, turribus parés. Petrus, Colossus a Colosso atifice, a quo deformatus est, dicitur. Eramus tamen in Chlidonias, Colosso, inquit, dicuntur Vasta prodigiæ, quæ magnitudinis statuar. Nam hinc vox Graecis dicta putatur, quod illarum proceritatem visus humanus non assequatur. Hæc ille. V. Eymnl. Magn. Cæl. lib. 17. cap. 16. Colosso ait, nuncupabant de hiantis valte inanitatis ratione, velut τολού οὐσα. Martial. lib. 8. 44.
 Idemque Martis, & colosson Augusti. Erant autem Colosssi, Grandes & corpulentæ statuae, que antiquitus diis erigebantur. Præcipue autem magnitudinis fuerunt apud Rhodios, apud quos maxime celebratus est qui soli ficer habitus est. Jo. Francisc. Quintianus Stoa, Clara Rhodos proprium non omisilla colosso.
 Enormes colossi. Stat. 1. Silv. 5. 51. Proper nimiam magnitudinem. Colosseus colossus. Martial. in lib. de Spect. 2. ex eo dicitur, quod & colosseus erat dicatus soli, & radiatus erat: nam & colossum Romanum a Nerone factum venerationi solis conferatum visus Plinii dicit. Immo Quod altitudine tantum non sidera tangeret.

D d d 2

Colos-

COLOSSÉUS, a, um. Adj. [κολοσσεός] In modum sive formam colossi.

Plin. lib. 34, cap. 8. Fecit & quadrigas, bigasque, & Cliduchon eximia forma: & Virtutem & Graciam, utrasque colosseas.

Colosseum se pingi iustit. Plin. lib. 35, cap. 7. De Nerone.

Statua colossea. Suet. Vesp. cap. 23.

COLOSSICUS, a, um. [κολοσσικός] Adj. Idem. Plin. lib. 34, cap. 8. Item duo signa, que Catulus in eadem aede posuit, palliata: & alterum coloscoen nudum.

Est & comparativus Graecus Coloscoetōs, [κολοσσικός] ut Coloscoetera onera; pro Grandiora, vafigiora, colossei instar habentia. Vitruv. lib. 10, cap. 4. Sin autem coloscoetera amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, non erit fuccula committendum.

CÖLÖSTRUM, i. n. vel **COLOSTRA**, a. f. [τροφαῖς] dicitur Lac primum post partum in omnibus animalibus, quod in pumicis modum coit: ideo infantibus, nutritis, non matris lac exhibere convenit: quia matris permiscuum est. Martial. lib. 13. 38.

De primo matrum lacte colostra damus. Plin. lib. 28, cap. 9. Sicuti de lactis ufo. Utilissimum cuique maternum. Concipere nutrices exitiosum est. Hi sunt enim infantes, qui colostrati appellantur, dentato lacte in casei speciem. Est autem Colostra, Prima a partu spongeo-va dentata lactis. V. Columel. 7. 3. & Serv. ad Virg. 2. Ecl. 22.

In blanditiis amoris iutur Plaut. Poen. 1. 2. 154.

Meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus.

COLOSTRATUS, a, um. Adj. [τροφαῖος] ut, Colostrati infantes, Qui colostrum biberunt. Plin. lib. 28, cap. 9.

COLOSTRATIO, ônis. f. [τροφαῖον] Malum illud quod infantibus, atque adeo animalibus plurimis, ex colostris potatione evenire solet. Plin. lib. 11, cap. 41. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo a parte maternum lac gastrasse lethale est. Genus mali vocatur colostratio. De puluis aliorum.

CÖLÖTES, is. m. [κολότες] Vir Teius, pictor, cuius meminit Quintil. lib. 2, cap. 14.

Fuit & Colotes sculptor quidam eximius, cuius opus Esculapii simulacrum ex ebore factum, aspectu sane mirandum in quadam Boeotiae vico afferens tradit Strabo lib. 8.

CÖLÖTOS, i. vel **COLOTES**, a. m. [κολότες] Aristotel. Lacertæ genus est, quod Latini Stellionem vocant. Nomen habet a pedum magnitudine. Nam que nos crura & lacertos dicimus, Græci κώνα dicunt. Plin. lib. 29, cap. 4.

COLÖUS, i. m. [κολός] Lacus est Lydiæ, quadraginta stadiis a Sardinibus distans, qui & Gygaus a Poetis nominatur: juxta quem & Diana templum fuit, cognomento Colone, ubi simia solemnis diebus saltare dicebantur. V. Strabo, lib. 13.

COLPE, Civitas est Ionie regionis, ut est apud Plin. lib. 5, cap. 29.

COLPOS, [κόπως] a rei anatomica peritus appellatur Ea uberum pars, quæ in se, tamquam in sinu quadam, lac continet, unde & nomen accepit. Nam κόπως Græci sinum vocant, hoc est litoris obliquitatem, quibusdam veluti brachii mare amplectentem. V. Cæl. Rhod. lib. 4, cap. 4.

COLUBRA, Populi Polyplo inter gentes Indicas numerantur, cap. 19, lib. 6.

COLÜBER, bri. m. [κούφη] Serpens qui in aqua vivit. Plin. lib. 32, cap. 5. Coluber est in aqua vivens, huius adipem & fel habentes, &c.

Tecto astutus succedere coluber. Virg. 3, Georg. 418.

Breves colubri. Ovid. 2. Epist. 119.

Longi. Virg. 2. Georg. 320.

Niveti. Ovid. 15. Met. 715.

— nivisque frequens Sinueffa colubris. Sinueffa, Campania urbs est.

Venerati. Lucret. lib. 5. 27.

Virides. Hor. 1. Carm. 17. 8.

Crinita colubris Medusa. Ovid. 6. Met. 119.

Patus mala gramina. Virg. 2. Æn. 471.

Torquata colubris Alecto. i. e. Torquem habens ex colubris. Ovid. 2. Epist. 119.

Vallaria colubris hydra. Lucret. lib. 5. 27.

Villosa colubris guttura. Ovid. 10. Met. 21. De Medusa.

COLÜBRA, a. f. Nonius ex Lucilio, lib. 20. Satyr. 9.

— ut Marsus colubras

Distrumpit cantu. Ovid. in libin. 227.

Pectoraque unixerunt Erebeæ selle colubras.

Mutilata cauda colubras. Ovid. 6. Met. 559.

Cæcæ colubrae. h. e. Lumbriæ ventris. Columella in Hortulo, v. 231.

Spongantur cæcis nafturta dira colubris,

Indomito male fani cibo, quas educat alvus. Dioscorides quoque lumbricos pelli nafturto docet.

COLURRINUS, a, um. Plaut. Truc. 4. 3. 6. Quanquam vos colubrino ingenio ambi estis. i. e. Vafro, astuto.

COLURRINA, a. f. Herba eadem, quæ Dracontea, vel Bryonia, vel Vitis alba. Apul. de Herb. cap. 14.

COLURROSUS, a, um. Tertull. adv. Valent. cap. 4. Actu colubroso. i. e. Detortu, curvo.

COLUBRARIA, a. f. [Οφίαια] Insula maris Mediterranei, quæ Græce Ophiaria dicuntur, a multitudine serpentium quibus abundat, cognomina. Plin. lib. 3, cap. 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrarie parit. Ideo infestis omnibus, nisi Ebustaniam terram inferentibus. Nunc vulgo dicitur La Dragonaria.

COLUBRIFER, a, um. Adj. [κούφιος] ut, Colubriferum monstrum. Ovid. 5. Met. 241.

Collum colubriferum. Lucan. lib. 9. 672. De collo Medusæ.

COLUBRIMODUS, a, um. In modum colubrorum. Corippus præfatione: illa colubrimodus Avarum gens dura capillis.

CÖLÖM, i. n. [κέπτης, κέπτω] Vas ad percolandum liquorem aptum, ut mustum. Virg. 2. Georg. 242.

Colaque prelorum sumofis deripe tectis. Scribonius Largus cap.

Ult. Colantur per linteum, vel ex junco factum de industria colum.

Nivarium colum, Vas quo veteres injecta nive vinum colabant, id est transnittebant, partim ut aliis biberent, partim etiam ut liquidius.

Pompon. I. 21. D. de auro & arg. In argento potorio etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est, veluti colum nivarium & ur-

ecoli. Martial. de Colo nivario lib. 14. 103.

Setinos moneo nostra nive frange trientes;

Pauperiore mero tingere linea potes. Et de Sacco nivario, 14. 104.

Attenuare nives norunt & linea nostra:

Frigidior colo non salit duu tuo.

COLA, etiam in Instrumento sunt pectorator. Auson. Epist. 4. v. 56.

Et jacula, & fundas, & villica nomina lini,

Colaque, & infusos terrenis vermbus hamos.

Colum, Morbi genus, V. COLON.

Colum, pro Membro Corporis & Orationis. V. COLON.

Colum est etiam Tormentum genus quod fit ex corio, ut scribit Festus.

[Immo Collus apud hunc, q. v.

COLUMBARIA, a. f. [καταρράξις] Herba est omnibus nota: folia habet modica, quasi incisa, radicum molle, thysulum sypticum. Ejus vises apud Galen. lib. de Simplici Medic.

COLUMBUS, i. m. & **COLUMBA**, a. f. [καταρράξις] Avis omnibus nota.

In plurali magis feminino genere utuntur auctores. Virg. 2. Æn. 516.

Præcipites attra ceu tempestate columbae. Varro de R. R. lib. 3.

cap. 7. Duo genera earum in καταρράξισι esse solent: unum agrepte, ut alii dicunt faxatiles, quod habetur in terribus ac columbinis villa, a quo appellate columba: quæ propter timorem naturalem, summa loca in tecis captant. Quo fit, ut agrestes maxime sequantur tress, in quas ex agro evolant suæ sponte, ac remeant. Alterum genus illud columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum, intra limina januæ solet paci. Hoc genus maxime est colore albo. Illud alterum agrepte fine albo, vario.

Columbas Veneri facras fuisse, apud Syros prefertim, ostendent, quos laudat Petron. ad Petron. cap. 85, p. 418. & Selden. de Diis Syris 2. 3. & quos citat Broekh. ad illud Tibul. 1. 8. 18.

Alba Palestino sancta columba Syro.

Nuptria columbarum. Martial. lib. 12. 66.

Par columbarum. Ovid. 13. Met. 833.

Blanda columba. Ovid. 2. Amor. 6. 56.

Cellares columbi, Altilies. Columel. lib. 8. cap. 8. Columbus cellares pinguisimos facere contingit.

Chœnia. V. CHAO NIA.

Cythereiaedes. Ovid. 15. Met. 386. Sic vocantur quod in tutela Cythereæ, i. e. Veneri, esse creditæ sunt.

Dionæa, i. e. Dionæ, vel Veneri sacræ. Stat. 3. Sily. 5. 80.

Imbellis. Hor. 4. Carm. 4. 32.

Molles. Hor. 1. Carm. 37. 18.

Pavida. Valer. 8. Argon. 32.

Placida. Ovid. 7. Met. 369.

Plaudens alis. Virg. 5. Æn. 213.

Præcipites, Fettæ. Virg. 2. Æn. 516.

Sedens columba, proverbialis locutio dici solita de Supra modum manuetis. Suid. Potest etiam dici & in eos qui simplicitatem simulant, quo magis imponant, solent enim aucupes exoculatam columbam in rei posere, quæ subfultans ceteras columbas allicit. V. Erafm. Chiliad.

Sine labæ columba. Ovid. 2. Met. 537.

— ut æquaret totas fine labæ columbas.

Sublimis in nube. Alte volans. Virg. 11. Æn. 722.

Torquata columba. V. Torquatus, in TORQUES.

Volucris. Virg. 5. Æn. 488.

Pluma vericolores columbus a natura ad ornatum date. Cic. 3. de Fib. n. 18.

Farcire columbos. Columel. lib. 8, cap. 8.

COLUMBARIUS, i. m. [καταρράξιος] Qui columbas curat. Varr. 3. de R. R. lib. 7. Quos columbari interficere solent, duabus virginis viscatis defixis in terram, inter se curvatis, quum inter eas posuerit obligatum animal, quod item petere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, quum se obleverant viro.

COLUMBARIUM, i. n. & **COLUMBARIA**, a. f. [καταρράξιος] Locus est proprie ubi habitant columbae agrestes: nam Domesticarum Peristerones vocamus. Varro de R. R. lib. 3, cap. 7. Axis. Si possem emere, inquit, καταρράξιο factum, quemadmodum in ædibus quum habere vellem, emi fistilia columbaria, jam iissem emptum & missum ad vilam. Quasi vero, inquit Pica, non in urbe quoque sint multi. An tibi columbaria qui in tegulis habent, non videntes habent καταρράξιο?

Columbarium, est etiam Loculamentum in periferiæ tropio singulis columbarum paribus præparatum. Varro 3. de R. R. lib. 7. Singulis paribus columbaria sunt rotunda, in ordinem crebra. Ordines quamplurimi esse possunt a terra usque ad cameram. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant, quo introire & exire possint.

E columbariis egredi sterces. Columel. lib. 2. cap. 15.

Columbaria, Hildorus 19. 2. vocat Loca illa concava in summis navium lateribus, per qua eminent remi.

Columbaria sunt etiam Foramina, per quæ aqua ad axem delata, in tympani versatione egreditur. Vitruv. 10. 9. Secundum axem columbaria sunt, excavata in singulis spatis. Hauiendo aquam per aperturas, quæ sunt in frontibus tympani, reddit eam per columbaria secundum axem.

Sunt etiam Repositoria, in quibus olla reponebantur. Fabret. Inscript. p. 9. seq. & Spon. Mifcell. Antiq. Erud. §. 9. p. 287.

COLUMFARIS, a. f. [καταρράξιος] Quod est columbi. Columel. lib. 8. cap. 8. Ceterum cibos juxta parietem convenient spargi: quoniam sere partes haec columbari parent stercore. Alii codices habent Columbarii, ut referatur ad partes.

COLUMBAR, aris. n. Genus vinculi est apud Plaut. Rud. 3. 6. 50.

Illi in columbam credo leno voritrix:

Nam in columbari collum haud multo post erit. V. Turneb. Advers. 26.2.

COLUMBINUS, a. um. Adj. [καταρράξιος] Idem quod Columbaris.

Varr. 3. de R. R. lib. 7. Qui solent faginare pullos columbinos, quo plu-

ris rendant, secludunt eos, quum jam pluma sunt tecti.

Ovum columbinum. Hor. 2. Serm. 4. 56.

Pulli columbini. Cic. 9. Fam. 18.

Stercus columbinum maxime probatur. Columel. lib. 2. cap. 15.

Marga columbina. Plin. lib. 17. cap. 7.

Venenum columbinum. Suet. Calig. 55. a Columbo gladiatore.

COLUMBINACUS, a. um. Adj. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 18. Pul-
lus gallinaceus, vel columbinaceus.

COLUM-

COLUMBOR., āri. Columbarum more oscula pangere. Mæcenas apud Se-nec. Epist. 114.

COLUMBATIM., Adv. Columbarum more. Mattius apud Gell. 20. 8.

Columbitamque labra confersen labris. Vossius legit Colum-

bulatum 4. Instr. Orat. 21.

Da columbam mitia basia. Auctor Lyrici, quod Corn. Galli nomine

circumfertur.

COLUMBUS, i. m. [Κολοβός] dimin. Plin. 9. Epist. 25. Tu pa-

serculis & columbulis notris inter aquilas veltras dabis pennas. Catul. 27. 9.

Ut albus columbus Dionæus.

Alii legunt,

COLUMILLA, **COLUMELLARIS**, V. **COLUMNA**.

COLUMNEN, Nomen loci in Aligido, ad quem L. Cornelius Maluginensis

Consul, victoria de Thufulanis parta castra locavit. Liv. 3. 23. Victor

ad Columnem (id loco nomen est) exercitus relicto castra locat.

CÖLÜMRN, Ínis. n. a Columbus, id est culmus, [κολοβός] significat Cul-

men vel Columnam, idque quo aliquid fulcit in ædificiis. Varro 3. de

R. R. cap. 7. Quod habetur in turribus ac columninibus villa.

Columnen in summo fastigio culminis ponitur. Vitruv. lib. 4. cap. 2. Ea

est trabs, quæ teatæ fastigio sustinet. Budæus.

Columna, appellat Arboreos Caull. Sic enim de Borecythia, 61. 71.

Ego vitam agam sub aliis Plyrigæ columnibus. i. e. Sub altis

Idæ arboreis. Turnebus. Alii Vertices montium exponunt. Turne-

bo Vossius attipulatur.

Alta columnæ. Catul. 1. c.

Actionis columnæ, translate. Cic. pro Flacc. 41. At istud columnæ

actionis tuae Mithridates, posteaquam biduum retentus testis a nobis, &c.

Amicorum alicuius columnæ. Cic. 13. Philipp. 26. h. e. Primarius &

præcipius.

Alia columnæ, Troja. Sen. Troad. 1.

Columnæ familiæ. Ter. Phorm. 2. 1. 57.

Bone cultos salve, columnæ vero familiæ. Ubi Donatus, Co-

lumen, culmen; an columnæ, columnæ? unde Columella apud veteres,

dicit Servi majores domus. Lucil. 22. Servus neque infidus domino,

neque inutiles cuiquam, Lucili columnæ, hic situs Metrophanes. Tu-

berø, Hinc in millesimum annum eorum columnæ civitas continebi-

tur. Horat. contra pro Columnæ Columnam, 1. Carm. 35. 13.

Injuriioso ne pede proruras

Sstantem columnam. Ennius decimo, Regni versatum sum-

mamme columnam. Columnæ vero familiæ, Sustentatio, vel decus.

Unde columnæ dictæ. Haetenus Donatus. Cic. 5. Ver. 176. Timar-

chides autem, columnæ familiæ vestra, premis fauces defensionis tuae.

Impenfarum caput & columnæ. Columel. lib. 3. cap. 4. Id enim quasi

caput & columnæ impensarum, quoniam in eo conficitur, melius an se-

quius terra mandaverit paterfamilias pecuniam.

Macedonia fidus ac columnæ Alexander. Curt. 9. 6. 8.

Navis columnæ, Sociorum cursus princeps. Valer. 1. Argon. 117.

Partium columnæ Abdageses. Tacit. 6. Ann. 37.

Reipublicæ columnæ. Cic. pro Sext. 19.

Rerum meaurum columnæ. Hor. 2. Carm. 17. 4. ad Macenatem.

Senati columnæ. Plaut. Catin. 3. 2. 6.

Sed ecum eruditus Senati columnæ, præsidium populi.

Theffalia columnæ Peleum vocat Catull. 62. 26.

Excisum columnæ. Cic. 1. de Divin. 20. Sed lectio dubia.

Ad magnum columnæ volabat Phœbi fax. Cic. 1. de Divin. 18.

CÖLÜMIS, e. [Κολοβός, οὐδὲν] Salvus, Sanus. Plaut. Trin. 3. 3. 15.

—neque ita ut sit data,

Columnæ te listre illi, & detraxe autem. Inde, Incolu-

mis pro eodem: quod est utiatus. Atque ita apud Plautum alii legunt,

rejecta priore syllaba in superiore verbum.

COLUMNÆ, **Κολοβός** i. e. quod a nostris Pilare dicitur. Est

autem hac differentia inter Columnas, quæ a Gracis κολοβός, & Pilas, quæ σταύρωσι dicuntur: quod Columnæ uno Icapo constant, id est lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Budæus.

Columnæ parts sunt, Scapus quasi columnæ corpus; supra scapus,

capitulum: infra scapus, spira, quæ basis spæcæ appellari solet: infra-

spiram, stylabates. Budæus.

Columnæ dictæ, quod culmina sustineant. Festus.

Columnæ Herculis duas esse perhibent in Occidente: quia ex Oceano,

mediterraneum intrantibus, duos montes occurunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant, alterum in Europa Calpen. Hos quon-

dam junctos perpetuo jugo fuisse fixerunt, sed Herculem dicimis colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas

videri dicunt. Alii dicunt Columnas Herculis in Gaditanæ insula fuisse

ex tre octo cubitorum, ad quas profici solebant qui navigationem ab-

solviissent, tamquam Herculi facta facientes.

Albana columnæ, Ex lapide Albano. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Centenæ. Martial. lib. 12. 50.

Et tu centenæ stat porticus alta columnæ.

Excellæ. Cic. 1. de Divin. 20.

Immanes columnæ rupibus excidere. Virg. 1. Æn. 432.

Marmoreæ. Cic. pro Domo 62.

Menia columnæ. Cic. 1. Ver. 50. Vobis autem tanta inopia reorum est,

 Sursum aliquid conciliare, apud Lucret. 6. 466. significat In altum elevarre aliquid: ac si dices, Altitudini conciliare.
 Agere partes conciliartis. Ovid. de Rem. Amor. 524.
 CONCILIATUS, [συναπτωμένος] Partic. Plin. lib. 17. cap. 23. de ratio nebaruforum loquens. Inter se obvii miscentur, alliganturque una conciliati, virgulorum comitatu obiter rigorati qua deficient.
 Femina conciliata viro. Catull. 66. 130.
 Conciliatum mancipium, i.e. Emptum: nam omnis conventio, conciliatio nominatur. Ter. Eun. 4. 2. Fugitive prodi, male conciliate. i.e. Magno empte, Donatus. [Immo Infelicitè & empirioris damno].
 Compar apud Quintil. lib. 4. cap. 2. Ad rem accipendiad judicem fieri conciliatiore, dociliorem & intentiorem.
 CONCILIATIO, ônis. f. [συναπτωμένη, συναπτώμενη, συναπτάνει] Cic. 4. Acad. 141. Honestum autem quod ducatur a conciliatio nature.
 Conciliatio & Consociatio, five societas. Cic. 2. de Nat. Deor. 78. Inter sequo quas civili conciliatio & societas conjunctos.
 Conciliatio gratiae. Cic. pro Cluent. 84. At enim pecuniam Staleno de.

VOL. I.

dit Oppianicus, non ad corrumendum judicium, sed ad conciliacionem gratiae.
 Conciliatio ad. Cic. 3. de Fin. 21. Prima est enim conciliatio hominis ad ea, quae sunt secundum naturam. i.e. Conjunctio.
 CONCILIATUS, ônis. m. [συναπτωμένος] Commixtio. Lucret. 2. 934.
 Non fieri partum, nisi concilio ante coacto, i.e. Sine congregations & coagimento feminis.
 Densus, (vel ut legunt alii) Condensus conciliatus. Lucret. 2. 99.
 Parvus. Lucret. 2. 133.
 CONCILIATOR, ônis. m. [συναπτωτής, συναπτώτης] Interpres vel Auctor conciliations.
 Conciliator fuilla carnis datus est populo lanium. Varr. 2. de R. R. cap. 4. Veres octo mensum incipiunt farciri: permanet, ut id recte facere possit, ad primum, deinde it retro, quod perveniat ad lanium. hic enim conciliator fuilla carnis datus populo. Hoc dicit, quod caro fuilla cibus fit populi & vulgi, non etiam nobilium.
 CONCILIATRIX, ônis. f. [συναπτωτής] Ea dicitur (inquit Festus) quæ viris conciliat uxores, & uxoris viros. Cic. 1. de Nat. Deor. 78. Non vides quam blanda conciliatrix, & quam sui fit lena ipsa natura?
 Conciliatrix amicitia, virtutis opinio. Cic. de Amicit. 17.
 Oratio conciliatrix est humana maxime societas. Cic. 1. de Legib. 27.
 CONCILIATRIX LA, æ. f. [συναπτωτήδια] dimin. Cic. pro Sext. 21. Erat enim hominum opinioni, nobilitate ipsa, blanda conciliatrix commendatus.
 CONCILIATURA, æ. f. [συναπτωση] pro Conciliatione. Sen. Epist. 98. Quum Clodius, insidie vitis gratiosus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causa diftione.
 CONCINNIS, e. Apul.
 CONCINNUS, Adj. [συγκρότης, συγκρετός, συνυπότης, συνυπόθητος] Compositus & ornatus; ex Con. & Cinnus compositum, quod est genus portio nis ex multis liquoribus confectionum, auctore Nonio. Plautus Perf. 4. 3. 77. Sat edepol concinna facie.
 Amicus concinnus. Hor. 1. Serm. 3. 50.
 Concinnia acuta & sententia. Cic. de Clar. Orat. 271.
 Aptus & concinnus ad rem redditus. Cic. 3. de Orat. 201.
 Elegans & concinnus. Cic. 5. de Fin. 13. Concinnus, deinde & elegans hujus arist. Subaudi Successor. Plin. lib. 35. cap. 10. Annoveratur his & Nicophanes elegans & concinnus, ita ut vestuta opera pingeret propter æternitatem rerum.
 Lepida & concinna cito satietate afficiunt aurum sensum fastidiosissimum. Auct. ad Heren. 4. 32.
 Venusta & concinna sententia. Cic. de Clar. Orat. 325.
 Helluo concinnus. Cic. in Pilon. 22. His autem non tam concinnus hel lu, nec tam mucius jacebat in suo Græcorum foctore, atque vino.
 Oratio concinna, distincta, ornata, festiva. Cic. 3. de Orat. 98.
 Sermo concinnus ultraque lingua. Hor. 1. Serm. 10. 23.
 Tectorium. Cic. 3. Q. frat. 1.
 Versus. Hor. 2. Epist. 1. 74.
 Ad persuadendum concinnus, perfectus & politus homo. Cic. in Pilon. 59.
 Compar. [ἐπιστρέψας] Cic. in Orat. 21. Alii in eadem jejunitate concinniores, id est facieri, florentes etiam & leviter ornati. Plin. lib. 16. cap. 34. Parva sunt & angulosa, concinnioraque.
 Venus concinnior. Lucret. 4. 1271.
 CONCINNE, Adv. [μημελός] Composite, eleganter. ut, Concinne ves titus. Plaut. Epid. 2. 2. 38.
 Concinne dicit vel scribere. Cic. 2. de Orat.
 Concinne distribuire rem aliquam. Cic. 2. de Orat. 81.
 Concinne & blonde rogare. Cic. pro Rosc. Com. 49. Hunc posteaquam salutavit, rogare coepit, blonde & concinna scilicet, Mentire, &c.
 CONCINNITER, Adv. Gel. 18. 2.
 CONCINNITAS, ônis. f. [μημελία, μημελία] Ornatus, elegantia. Cic. de Clar. Orat. 286. At quid est tam fractum, tam minuum, tam in ipsa, quam tamen concinnetur, concinnitate puerile?
 Ornata sententiarum concinnitas. Cic. de Clar. Orat. 325.
 Verborum concinnitas. Cic. in Orat. 149.
 Concincoi concinnitatem. Cic. de Clar. Orat. 69. Concinnitatem appellat generaliter, Omnem exornationem verborum, five tropus sit, five figura.
 Aliiquid concinnitatis efficere. Cic. in Orat. 81.
 Et in plurali Concinnitates dixit Gellius 2. 26. ex Favorini verbis.
 CONCINNITUDO, ônis. f. [μημελία] Idem. Cic. 1. de Invent. 25. Splendoris & festivitatis & concinnitudinis minimum in se continere debet.
 CONCINNO, [μημελία, συνημελία, συνημελία] ēre. Apte componere, inquit Festus. Plaut. Afin. 1. 3. 64. Auceps quando concinnavit aream, eundum cibum. h. e. Aptavit, compofuit, fecit.
 Vides ut hæc concinnant? Cic. 5. de Fin. 81.
 Lutum concinnare, Präparare ad domum instaurandum. Plaut. Rud. 1. 2. 8.
 Concinnare striges patinarias. Plaut. Men. 1. 1. 26.
 Vestem. Plaut. Men. 5. 1. 33.
 Viam. Plaut. Stich. 2. 1. 13.
 Vinum. Plin. lib. 14. cap. 20.
 Concinnare etiam pelles dixit Plin. [Nisi error est].
 Concinnare, Facere, auctore Nonio. Plaut. Amph. 2. 2. 96.
 Nulla res tam delirantes homines concinnat cito.
 Concinnare se levem suis. Plaut. Trin. 1. 2. 58.
 Nunquam erit alienis gravis, qui suis se concinnat levem. i.e. Facit, exhibet.
 Concinnare uxorem lacrymantem. Plaut. Amph. 1. 3. 31.
 Lacramantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem. h. e. Lacry mati facis ob dilectionem tuum.
 Munuscum alicui concinnare. Cic. 12. Fam. 16.
 CONCINNANTIA, æ. f. Sidon. 8. Epist. 4.
 CONCINNATIO, ônis. f. [συναπτωση] Cato cap. 106. Aquæ marinæ concinnatio.
 CONCINNATOR, ônis. m. [συναπτωτής] ut, Concinnator castrorum. Ulpi. in 1. Nec quicquam. D. de Officio Proconsulis, Circa advocates patientem esse Proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis

lis esse videatur: nec adeo diffimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat.

Concinnatorem capillorum dixit Columel. lib. 1. in prefat.

CONCINNATURA, a. f. Idem ac Concinnatio. Vet. Gloss. Cyrilli.

CONCINNATORIUS, Adj. ut, Vasa concinnatoria. I. 6. Dig. de penu legitata.

CONCINNATITIUS, a. um. [ιναπερος] Quod breviter collectum & apte situm est. Apuleius lib. 2. pag. 119. Nam Milonis boni concinnatitium menfulam rogatus aceperunt. i. e. Modicam.

CONCINO, cīnūi, centū, [συνέδαιος, σύνθετος] ēre. ex Con., & Cano compositum: Simil canere. Cic. 1. Tusc. 106. Hac quam pressis & fibilibus modis, qui totis theatris mostissimā inferant, concinuntur, &c. Ad forensēs alicuius concinere. Ovid. 4. Fast. 110.

Olor concinuit. Ovid. 7. Epist. 2.

Concinnata signa & tubæ. Cœf. 1. Bell. Civil. 100. Neque frusta antiquis institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent, &c. Liv. 9. 32. Concinunque tubæ, & signa inseruntur.

Lyra concinere. Ovid. 1. Amor. 9. 24.

Dicitur invicta concinuisse lyra.

Modis quibusdam concini. Ovid. 1. de Arte Am. 508.

Ita jube faciat, quorum Cybeleia mater

Circinuit Phrygii exultata modis.

Ore pio concinere. Stat. 5. Silv. 3. 202.

In modum concinere. Catul. 59. 1203.

Ite, concinete in modum,

Io Hymen, &c.

Voce tñnula carmina concinere. Catull. 59. 12.

Classica concinere raus cornu. Lucan. 1. 238.

Dies latos concinere. i. e. Laudibus extollere. Hor. 4. Carm. 2. 41.

Concines latros dies, & Urbis

Publicum lūdum.

Festa. Tibul. 2. 5. 88.

At madidus Baccho sua festa Parilia pastor

Concinet.

Laudes alicui. Tibul. 2. 5. 10.

Victori laudes concinuisse Jovi.

Omnia tritii concinuerunt aves. Ovid. 3. Amor. 12. 2.

Plectro aliquem concinere. Hor. 4. Carm. 2. 33.

Concines majore poeta plectro

Cafarem. i. e. Laudabis & celebrabis.

Latis favoribus omni concinuit vulgo. Stat. 10. Theb. 781.

Concinere, inquit Festus. Convenire est. Cic. 1. de Nat. Deor. 10. Antiochō enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepant. i. e. Contentive.

CONCINENTIA, a. f. Macrobi. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 5. Sed & ad ipsam cœli harmoniam, id est concinuentiam, hunc numerum magis aptum est non dubium est.

CONCENTRIO, ônis. f. [συμφέρων] Cic. pro Sext. 118. Nam quum ageretur Togata, simulans, ut opinor, caterva tota, clarissima concentrica in ore impuri hominis imminens concionata est.

CONCENTUS, ôs. m. [συγένεια, συγφέρων] Virg. 1. Georg. 422.

— hinc ille avium concentus in agri. Cic. in Somn. Scip. 11. Qui acuta cum gravibus temperans, æquabiliter concentus efficit.

Rauci concentus. Stat. 6. Theb. 227.

Vehementior. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Servare concentum. Cic. 4. de Fin. 75.

Concentus & consensus. Cic. 2. de Divin. 34.

Volucres aera mulcent concentibus. Ovid. 1. Fast. 15.

Concentus in sermonibus etiam & colloquis dicitur. Quin duo vel plures inter se concentuant, & idem pronuntiantur. Hor. 1. Epist. 14. 31.

Nunc age, quid nostrum concentum dividat, audi. i. e. Nunc dicam tibi quid obstat quo minus mecum tibi conveniat.

Concentus, Concordia. Plin. Paneg. cap. 46. pr. Neque enim a te minore concentu, ut tolleres pantomimos, quam a patre tuo, ut restitueret, exactum est. Al. Consensus.

CONCENTOR, ôris. m. In Decretis Canonis dicitur Is qui consonat & concinit canentij; sicut Succensor, Qui voce subsequens canendo responderet; Praecitor, Qui vocem premitit in canto.

CONCIO, is. V. CONCIO.

CONCIO, ônis. f. A Concio, concis. [συνάρχειος, διμητρία, πίτερος] est (inquit Valla lib. 4. cap. 47.) Populi multitudine congregata vel ex magistratus iussu, vel ex publici facerdotis, vel interdum sua auctoritate & sponte propria, ad audiendum oratorem concionante in bonum publicum: cuius etiam oratio vocatur Concio. In priore significato est Graecæ οὐρανός, quam nos pro Latina voce habemus. Festus; Concio, Conventus, dicta quasi Conventio. Cic. de Amicit. 95. Concio, quæ ex imperitissimis conflat, tamen, &c.

Concionem, antiqui masculino genere posuere. Festus.

Concio, & conventus civium. Cic. 6. Vert. 110.

Orba ab optimatibus concio. In ORBUS.

Advocare concionem. Cœf. 2. Bell. Civil. 32.

Affondere in concionem. Liv. 2. 7. h. c. In locum suggestumque, unde verba flunt ad populum: ut exponit Gell. lib. 18. cap. 7. apud quem ibidem, in oratione contra concionem Metelli, Ascendi in concionem, concursus est populi factus.

Avocare concionem. V. AVOCO.

Convocare ad, vel in concionem. V. CONVOCO.

Dejicere pro concione populi. Suet. in Calig. cap. 24. Nec unquam postea ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per numen Divinum dejicerat.

Producere in concionem. Cic. Post reddit. in Senat. 12.

Summovere concionem. Cic. pro Flacc. 15.

Vocare in concionem aliquem. Cic. 4. Acad. 144. Quid me igitur, Luscille, in invidiam, & tanquam in concionem vocas?

Vocata concione virtutem militum laudibus cumulat. Tacit. 2. Hist. 57.

Clamor concionis. Cic. 2. de Fin. 74.

Concio legitima, dicitur. Quoniam populus legitime convocatus est, id est ab eo qui vocandi potestatem habet. Cic. de Opt. gen. Orat. 19. Eaque donatio fieret in rheo populo convocato: qui locus non est concionis legitime.

Concio, [διανοσία] Ipsa oratio. Cic. 9. Fam. 14. Legi concionem ruam: nihil illa stupient. Idem de Arusp. Rep. 7. Atqui paulo ante, P. C. concionem h'uit, que est ad me tota delata: cuius concionis primum universum argumentum sententiamque audite. Principum conciones. Cic. in Pison. 34.

Celeberrima conciones. Cic. in Pison. 34.

Horribilis concio Antonii, Dolabellæ præclaræ. Cic. 14. Att. 20.

Intermortuæ conciones. V. INTERMORTIOR.

Turbolenta. Quintil. lib. 5. cap. 13. Prefflerat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius.

Concionem habere, est (inquit Gell. lib. 13. cap. 14.) Verba facere ad populum sine illa ratione. Plaut. Men. 3. 1. 7.

Qui illum di omnes perdunt, qui primus commentus est.

Concionem habere, hac regre homines occupatos occupat.

Potestate concionis habenda private aliquem. Cic. 5. Fam. 2.

Concio item Locus est, in quo concio vel oratio habetur, ut, Ascendi in concionem, concursus est populi factus. Cic. apud Gell. 18. 7. V. pau. lo supra.

CONCIONALIS, c. [διανοσαντικός] Adj. ut, Concionalis senex, Qui factari conciones, sive concionari conseruit. Liv. lib. 7. cap. ult.

Clamor concionalis, Qualis in concionibus esse solet. Cic. 2. Q. frat. 4.

Scd eodem die vehementer actum de agro Campano, clamore Senatus prope concionali.

Hirudo concionalis. V. HIRUDO.

Concionale genus caesarum, quod & Deliberativum dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 4. Judiciale & concionale, ut materia varium est, sic etiam collocatione verborum. conf. 3. 4. pr.

CONCIONARIUS, Adj. [διανοσαντικός] Cic. 1. Q. frat. 3. Vehementer esso providendum, ne opprimitur concionario illo populo a se prope alienato.

CONCIUNCULA, a. f. dinini. [διανοσαντικός] Cic. 2. Att. 16. Que mihi videtur una conciuncula clamore pedissequorum nostrorum esse pertinera.

CONCIÖNOR, [εὐχαριστία, διμητρία, ἀρχογορία] ari. Idem significat quod Concionem habere. Cic. 1. Tusc. 117. Que quoniam ita sunt, magna ramen eloquentia est utendum, atque ita velut superiore & loco concionandum.

Concionari apud populum, vel Milites. Cœf. 1. Bell. Civil. 7. Quibus rebus cognitis, Casar apud milites concionatur.

Concionari de aliquo, aut de re aliqua. Cic. 2. Fam. 22. At etiam de concionatur: nec impune: nam sentiet quos lacerferit.

De religionibus sacris, & ceremoniis est concionatus. Cic. de Arusp. Rep. 8.

Ex turri alta concionari. Cic. 5. Tusc. 59.

Item Concionari, pro Vaticinari usus est Laestantius 4. 19. Idem hoc futurum etiam Sibylla concionata est. [i. e. Quasi concionabunda parlam declaravit.

CONCIONANS, [διμητρία] Partic. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & concionantem manu elata.

CONCIONABUNDUS, Adj. Qui concionatur. Liv. 3. 47. Hæc propositum concionabundus, in dies magis angebat iras hominum.

CONCIONATOR, ôris. m. [εὐχαριστίας, διμητρίας] Qui concionatur. Non raro in deteriorem partem accipitur, & Eum denotat, qui multitudinem sed fideliter provocat. Cic. 4. in Catil. 9. Intellectum est quid interficit levitatem concionatorum, & animam vere popularem.

CONCIONATORIUS, Adj. [εὐχαριστίας] Gell. 1. 11. Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mente venit &c.

CONCIPITO, [αναπαγγέλλω] ari. dictum a Navio, pro Corripere, & involare: inquit Festus. V. Dacer. in loc. Plaut. Truc. 2. 7. 61. Quem ego affat jam jam concipilabo?

CONCIPITO, ôpi, eptum, [αναπαγγέλλω, κυνίω] ēre. ex Con., & Capio; Simul capere, apprehendere.

Concipere mulieres dicuntur, Quoniam utrumque genitale semen in earum utero coit ad foetum faciendum. Aves etiam Concipere dicuntur. Plin. lib. 10. cap. 31. Perdices concipiunt supervolantium afflata.

Concipere ex aliquo. Cic. pro Client. 11.

Ova concipere dicuntur pisces. Plin. lib. 9. cap. 51. Ita fit ut sola pisces & animal pariant, & ova concipiant.

Animo non servili aliquid concipere. Tacit. 2. Ann. 54. Fraude aut vi rapta Agrippina ferte ad exercitus Germanicos, non servili animo concepit. Simile est illud Paterc. lib. 2. 117. de Varo Quintilio. Is quoniam exercitui, qui erat in Germania, praefect, concepit esse homines, qui nihil prater vocem membraque haberent hominum. Alicuius rei imaginem animo concipere. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Auribus cupiditatem concipere. Cic. 6. Vert. 101.

Ingenio concipere aliquid. Ovid. Rem. Amor. 360.

Mente concipere. Ovid. 2. Met. 640.

Ergo ubi vaticinos concepit mente furores.

Verbis concipere aliquid. Cic. 3. Off. 108.

Aerem buccina concipit. Ovid. 1. Met. 337.

Æthera concipere mente. Ovid. 1. Met. 777.

Amorem rei aliquius. Ovid. 10. Met. 249.

Sculpiti ebur, formamque dedit, qua femina nasci Nulli potest: operisque sui concepit amorem.

Aquas concepit Iris. Ovid. 1. Met. 271.

Bella cum aliquibus. Sil. lib. 13. 745.

Calorem. Cœf. lib. 5. cap. 6. Donec omnis calor, qui conceptus est, finiatur.

Curam. Virg. 11. Æn. 119.

— ducis & tu conceipe curam.

Dedecus. Cic. 1. Olf. 123.

Dolorem a seipso. Cic. 1. de Nat. Deor. 91.

Flagitia animo. Cic. 1. de Nat. Deor. 66.

Flagitium cum aliquo. Cic. pro Sull. 16.

Flammam concipere dicunt opera oppugnantium. Cœf. 2. Bell. Civil. 14. Hunc sic distulit ventus, uti uno tempore agger, plutel, testudo, turris, tormentaque flammatum conciperent. i. e. Inflammarentur. Fœdus. Virg. 12. Æn. 119.

Aut tu bala cie, conceptumque excute fœdus.

Fraudes concepire in. Cic. 1. Tusc. 72. Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedidissent, quibus cœcati velut domesticis

domesticis vitis atque flagitiis se inquinassent, vel in Repub. violanca
fraudes inexplicabiles conceperint, his denum quoddam iter esse facili-
sum a concilio deorum.

Furius. Virg. 4. En. 474.

Ergo ubi concepit ferias evicta dolore, &c.

Furorem. Sil. lib. 5. 192.

Furores mente, Furis agi. Ovid. 2. Met. 640.

Habitus in pronuntiando concipere. Quintil. lib. 3.

Ignem. Lucret. lib. 6. 880.

Stupa jacit flammas concepto protinus igne.

Irrarun favos ignes. Valer. 1. Argon. 748.

Imperium conceperit. est Ex destinato suscipere. Rhenanus in Castigat. in Tacit. 2. Hist. 3.

Inimicitias cum aliquo ex realia. Cæs. 3. Bell. Civil. 16. Prodit Libo, atque excusat Bibulum, quod is iracundia summa erat, inimicitiasque habebat etiam privatas cum Cæsare, ex adilitate & prætura conceptas. Intelligentias adumbratas animo menteque. Cic. 1. de Legib. 59.

Iras ingentes animo. Ovid. 1. Met. 166.

Iram acerbiorem intimo odio & corde. Cic. 4. Tusc. 21.

Jusjurandum conceperit, quid sit, ex verbis Taciti intelligere possumus, 4. Hist. 41. sic enim inquit de delatoribus, Signo ultionis in accusatores dato, petit a Cæsare (i.e. Domitiano.) Junius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem Senatu faceret, per quos posceret, quem quisque accusandum poposceret. Confulendum tali super re Principem (i.e. Vespasianum tempore) respondit. Senatus, inchoantibus primoribus, jusjurandum concepit, quo certatim omnes magistratus, ceteri ut sententiæ rogabantur, Deos testes advocabant, nihil ope sua factum, quo cuiusquam salus laderetur, neque se premium aut honorem ex calamitate civium cepisse: trepidis, & verba jurisjuran- di per varias artes mutantibus, quis flagitiis conscientia inerat, i.e. lis qui delationum conscientia urgebantur, conceptionem, hoc est formulam juramenti mutantibus, ut solent qui fallaciter jerant. Idem alibi, (4. 31.) Auxilia e Gallia hortantibus praefectis statim a Vitellio desci- fcent, vetus miles cunctabatur, sed adiungit Hordeonius Flacco, instantibus tribunis, dixit sacramentum, non vultus neque animo satis af- firmans: Et quom cetera jurisjuran- verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes, aut levi murmur, & plerumque silentio transmittebant. Conciperent (inquit) id est exprimerent, & integrum sacra- menti formulam pronuntiarent: ut illi qui asseveranter & præfidenter jurant conscientia fiducia. Est ergo Conciperit, Ad certam formulam exprimere. Hoc Budeus.

Libellos appellatorios conceperit, apud Ulp. I. 1. in fine. D. de appellat. Lucem diem conceperit dicitur locus quicunque a Sole illuminatur. Lucret. lib. 1.

Maculam. Cic. pro Rosc. Amer. 66. Ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanet ad animum, ut summus furor atque amentia consequatur.

Metum in se. Plaut. Amph. 1. 1. 145.

Igitur magis modum in majorem in se concepient metum.

Morbum. Columel. lib. 7. cap. 5. Sed is morbus etate plerumque con- cipitur.

Mortem præcordii. Cic. 1. Tusc. 96.

Nefas aliquod mente. Ovid. 10. Met. 352.

Noxam. Columel. lib. 12. cap. 3.

Odium in bonos. Cic. ad Quint. post red. 1.

Opinione. Columel. lib. 9. cap. 14. Notior est ista vetus agricolis con- cepta opinio.

Periculum conceptum parturire. Cic. pro Muren. 84. Hoc quod conce- pturn Respub. periculum parturit, consilio discutiam & comprimam.

Preces. Sen. Herc. fur. 11.

Radices conceperit arbor, Quum agit radices. Ulp. in I. Vitem. §. 1. D. Abtorum furtum cæsareum.

Scelus magnus conceperit. Cic. pro C. Rabir. 26. Quodnam concepi- tant scelus? aut quod in me tantum facinus admisi, Judices?

Scelus in se conceperit. Cic. 3. Ver. 9. Ac non sic statuerit, non istum majus in se scelus concepsisse, &c. i.e. Gravius peccasse.

Scelus concipi dicitur; Quod suscipitur. Rhenanus in Castig. in Tacitum, 2. Hist. 3.

Semina concepit terra. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.

Sitim. Ovid. 5. Met. 446. Al. hoc in loco leg. Colligere.

Spem. Ovid. 6. Met. 555.

— jugulum Philomela parabat,

Spemque sua mortis viso conceperat enfe.

Spem alicuius regni. Columel. lib. 1. cap. 9. Spem futurorum victoria- rum concepunt propagabo generoharimenti. Liv. 4. 15. In ea Sp. Melius spem regni conceperat. Subaudi Urbe.

Spem de aliquo concepere. Plin. 1. Epist. 10.

Spe aliiquid concepere. Livius 34. 33. extr. Hoc spe concepere, auda- cis animi stiffe.

Summas. Liv. 3. 5. Difficile ad fidem est, in tam antiqua re, quot pu- gnaverint cediderint, exacto affirmare numero. Audent tamen Antias Valerius concepere summas, &c.

Summa de aliquo concepere. Quintil. in proœm. lib. 6.

Supersticiose concepiunt animi imbecilli. Cic. 2. de Divin. 81.

Triste aliiquid conceperit pectora. Ovid. 2. de Pont. 7. 16.

Pectora concepito nil nisi triste meo.

Vadimonium. Cic. 2. Q. frat. 14. Trebatum quod ad se miserim, per- false & humaniter clam gratias nulli agit, negat enim in tanta multitudine eorum qui una essent, quenquam fuisse qui vadimonium conceperit. i.e. Qui vadimonium formulam dictare posset. Inde Concep- tum jusjurandum. Quod certa formula delatum est Budeus. V. supra. Ventum. Plin. lib. 16. cap. 31. Platani plurimi ventorum concepiunt, propter densitatem ramorum.

Verba concepere. Liv. 7. 5. Super lectum stans ferro intento, nisi in quæ ipsæ concepserit, verba juraret, se patris ejus accusandi causa con- cilium plebis nunquam habiturum, &c. Ovid. 10. Met. 290.

Tum vero Paphos plenissima concepit heros

Verba, quibus Veneti grates agit.

Verbis conceptis jurare. i.e. Dictatis a deferente juramentum, & ex ar- bitrio adjurantis; h. e. Adgentis ad jusjurandum pernotatis. Plaut. Ercul. 1. 3. 119.

Jurafin' te illam nulli venditrum, nisi mihi?

BALEATOR. CAL. nempe conceptis verbis. BAL. etiam consultis quoque. i.e. Non modo dictatis a te verbis, sed etiam cogitatis, animadversis, præmeditatis. Hac Budeus. Conf. Jusjurandum concepere.

Verbi conceptis pejerare. Cic. pro Cluent. 124. Dixit se scire illum verbi conceptis pejerasse. i.e. Inexpiabili perjurio sece contaminasse, inquit Budeus. Sic Valer. Max. lib. 4. cap. 1. de Africano posteriori.

Vires concepere. Plin. lib. 17. cap. 22. Virg. 1. Georg. 87.

Sive inde occultas vires & pabula terra

Pingua concepiunt. De agris.

Vitium concepere. Cic. 3. de Legib. 32. Quo perniciösus de Repub. merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concepiunt, sed ea in- fundunt in civitatem.

Voces alijus mente concepere. Ovid. 1. Fast. 102. al. Percipere.

Volutatim concepere & comprehendere animo. Cic. 2. de Fin. 6.

Vota. Ovid. 7. Met. 584.

Concipitur, passive dixit Lucret. lib. 1. 5.

— per te quoniā genus omne animantum

Concipitur, &c. Et Curt. 3. 6. Medicamentum venis conci- pitur.

Par anima concepit cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. i.e. Continetur.

CONCIPiens, [συναπεινεῖν] Partic. ut, Concipiens & comprehendens natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 81.

Spiritus plura justo concipiens. Quintil. lib. 2. cap. 4.

CONCEPTUS, a, um. [καταπληκτικός, κυνήγειος] Partic. ut, Concepta æst pestis. Columel. lib. 7. cap. 5.

Conceptum aliquid ac meditatum. Cic. de Arusp. Resp. 55.

Concepta & leone. Plin. lib. 8. cap. 16.

Ex virginis furtivo stupro conceptus. Sen. Troad. 4.

Furtu conceptus dicitur, Qui non legitimo matrimonio natus est. Ovid. 2. Fast. 183.

Jam tria lustra puer farto conceptus agebat.

Crimen conceptum. i.e. Conceptus foetus ex impio quodam & nefario concubitu. Ovid. 10. Met. 470. de Cinyra,

Semina fert utero, conceptaque criminata portat.

Conceptum furtum in jure dicitur, Quum apud aliquem testibus præsen- tibus, furtiva res quæsita & inventa sit. Nam in eum propria actio con- stituta est, quamvis non sit, quæ appellatur, concepti. §. 4 Inst. de oblig. quæ ex delict. & apud Paulum lib. 2. Sent. cap. 31. Horotom. conf. FURTUM.

Infans male conceptus. i.e. Non ex legitimo viro. Ovid. 10. Met. 503.

In bonum & æquum concepta actio. Papin. in I. Quæstum est. D. de Sepulchro violato, Dux eum recte ex actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta est: id est quæ actione qui experitur, ita intendere petitionem potest, ut non ultra petat, quam quod præstari & æquum & bonum est. Budeus.

Dulcedinem alicuius rei conceptam animo inclusam continere. Cic. Ante- quam iret in exilium. pr.

Fædus conceptum excutere. Virg. 12. En. 13. i.e. Placitum animo fædus prædictinumque ut fiat. Servius.

Furor conceptus. Sen. Hippol. 3. 14.

Furor ex maleficis conceptus. Cic. 7. Verr.

Lycum conceptum ferens Mænas. Senec. OEth. 4.

Numen conceptum virginæ pectora. Lucan. 5. 97. i.e. Divinus & fa- tidicus spiritus ingressus Pythia virginis pectora.

Semen conceptum. Cic. 2. de Divin. 68.

Turpitudine atque infamia aliquot jam per annos alicui concepta. Cic. 2. Ver. 49.

CONCEPTUM, i. n. Col. 1. 6. pr. Sed in emendatis codd. Conceptum. CONCEPTUS, ònis. f. [καταπληκτικός] Idem ac Conceptus. Plin. lib. 22. cap. 22. Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum. De can- calide herba.

Contra naturam conceptio. Cic. 2. de Divin. 49.

Formularum conceptio. Paul. in I. actio negotiorum. D. de Negotiis gestis, In extraordinariis judiciis ubi conceptio formularum non obser- vatur, hac subtilitas supervacua est.

Verborum conceptio. Pompon. in I. 5. §. D. de verb. oblig. Stipulatio autem est verborum conceptio, quibus es qui interrogatur, daturum fa- cturum fe se quod interrogatis est, responderit.

Conceptio, absolute, idem quod Formula. Cic. 2. de Invent. 58. In ju- re exceptions postulantur, & quodammodo agendi potestas datur, & omnis conceptio privatorum judiciorum constituitur. Paul. I. 3. D. de accusat. Libellorum inscriptionis conceptio talis est.

Conceptio, apud Vitruvius 9. 4. Comprehensio est, & complexio, ut quum ab eo mundus definitur. Omnim naturæ rerum conceptio summa. Mundus enim sua amplitudine rerum summam complectitur, continent, arcit. Turnebus.

CONCEPTUS, ònis. m. [καταπληκτικός] pro Ipsi factu. Plin. lib. 20. cap. 22. Non endundum gravidis, nisi mortuo conceptu, quippe etiam impositum ejicit. De Sisymbrio loquitur.

Conceptus, [καταπληκτικός] Actus ipse concipiendi. Cic. 1. de Divin. 93.

Multa inustitia partim & celo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum pecudinum conceptu & satu.

Terra conceptus generati & esti. Cic. de Univers. 35. Oceanum Salaci- quam cæsi fatus terreæ conceptus generatos editosque memorierunt.

Conceptus animi. Firmic. lib. 5. cap. 12. Mars homines faciet superbos, audaces, fævos, iracundos. & qui omnes animi sui conceptus studeant ad finem usque deducere. [καταπληκτικός] H. St.

CONCEPTOR, òris. m. ut, Peccati conceptor. Arat. in Act. Apof. cap. 16.

CONCEPTACULUM, i. n. [καταπληκτικός] Ubi quid concipitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic fedem habet. i.e. In supercilii.

CONCEPTELA, æ. f. Idem. Frontinus de Aquæduct. Conceptelas vocat Aquarum conceptacula.

CONCEPTIVUS, a, um. Conceptivæ feria dicebantur, quæ in certis diebus servabantur quotannis, ut Sementina & Compitalecie. Fe- stus. Erant autem apud veteres quatuor publicarum feriarum genera.

Nam aut Stativæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis observabantur, & eodem semper die in fatis annotabantur: nos hodie Festa immo- bilia

bilia vocamus. Aut Conceptivæ, quæ quotannis quidem fiebant, sed modo hoc, modo illo tempore, ut magistratū videbatur: quales erant Latinae feriae, Sementinae, Compitalia, & Agonalia. Imperativa vero, quæ quotannis fieri non confueverant, sed propter valetudinem Principis, aut insignem victoriam, aut etiam inimicorum periculum a magistratu imperabantur. Nundinae autem, feriae erant rusticorum causa, non quoque die institute, ut quam octo diebus in agris fuissent, ad emenda necessaria non die in urbem convenienter. Vide hæc latius apud Macrobius, lib. 1. Saturn. cap. 16. conf. FRIE.

C O N C E P T O, āre. frequent. Arnobius lib. 4. adversus gentes. His in lucem prodeunt generationibus dii vestri, quibus alii, porci, canes: quibus immunda hæc omnis conceptetur & signatur terrenarum proluvies bestiarum?

C O N C I S U S, C O N C I S E. V. **C O N C I D O**.

C O N C I T O, āre. V. **C O N C I E O**, concites.

C O N C L A M O, [κακολόειν] āre. Simul clamare. Est autem proprie Praeconis verbum, quod est Prædicere. Plaut. Merc. prol. 51.

Conclamare tota urbe & prædicere. Al. Conclamitare. Idem Men. 5. 9. 93.

— ergo nunc jam

Vis conclamari, auctionem fore? Cic. 6. Philipp. 2. Quum vos universi, una mente atque voce, iterum a me conservatam esse Remp. conclamatis.

Conclamant socii lœtum Pæana secuti. Virg. 10. Æn. 738. i. e. Prae gaudi efferunt clamore.

Conclamare, cum gerundio. Virg. 2. Æn. 233.

Ducendum ad fides simulacrum, orandaque dīva

Nunina conclamata.

Cum indecora exultatione conclamant. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Conclamate iterum altiore voce. Catul. 40. 18. Phalacrus est.

Conclamare ad arma. Liv. 3. 50.

Socios. Ovid. 3. Met. 73.

Victoriam. Cæf. 1. Bell. Gall. 37.

Conclamare, pro Clamare. Cæf. 1. Bell. Gall. 47. extr. Quos quæ apud se in castris Arioistus conspexisset, exercitu suo praesente, conclamavit, quid ad se venire? In aliis exemplaribus est Clamavit. Sed hanc lectionem tuer Davies. q. v.

Planctu conclamat uterque Ithomos. Stat. 6. Theb. 13.

Conclamari, imperi. Conclamatum est. Ter. Eun. 2. 3. 54. Define, jam conclamatum est. Ubi Donatus; Conclamatum est, Transtactum ac finitum. ut, Conclamata corpora, quæ nihil reliqui jam habent ad vita officia. Lucan. 2. 23.

— corpora nondum

Conclamata jacent. Aut Conclamatum, Satis deploratum, satrificare vociferatum est: quia dixerat, O infotum patrem, si & hic amare cœperit. Tanquam dicat, Jam occisum patrem tandem scimus, jamque deflemus. Hæc Donat. Servius autem exponens illud 6. Æn. 218.

Pars calidos latices, &c. Plinius, inquit, in naturali historia dicit hanc esse caufam ut mortui & calida abluantur, & per intervalla conclamentur: quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere. Denique referit quandam suppositum pyra, adhibitis ignibus erecum esse, nec potissimum liberari. Unde & fervabantur cadavera octo diebus, & calida ablubantur: & post ultimam conclamationem comburebantur, unde traxit Terentius, Define, jam conclamatum est. Hæc Servius.

Conclamare vasa, Exercitu castra moturo, conclamari solet ut vasa colligant. Cæf. 1. Bell. Civil. 66. Quo cognito signum dari jubet, & vasa militari more conclamari.

C O N C I A M A T O, ōnis. f. [κακολόειν] Multorum clamor. Sen. lib. 1. de Clementia cap. 12. Et quum illi in vicino ad adam Bellona sedens, exaudisset conclamationem tot milium sub gladio gementium, &c.

Lamenta, conclamations. Tacit. 4. Hist. 1.

C O N C L A M I T O, [κακολόειν] āre. frequent. Plaut. Merc. prol. 51.

Conclamitare tota urbe, & prædicare.

C O N C L A U D O, ū, sum, [συγκλεῖσθαι] āre. Simul claudere, concludere. Unde, Conclusa femina apud Columel. lib. 3. cap. 12. Eademque velut conclusa & coarctata femina comprimere atque strangulare. Sed plerumque scribitur CONCLUDO, quod V. infra.

C O N C L A V E R, is. n. vel **C O N C L A V I S**, is. f. [μέρης τετράντινος, διῆς] est (inquit ad Ter. Eun. 3. 5. 35. Donatus) Separatio locus in interribus tecis: vel quod intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia trichilio. Conclavia, dicuntur loca quæ una clavis clauduntur, inquit Fetus. V. infra. Ter. Heaut. 5. 1. 29. Est mihi ultimus conclave in ædibus quoddam retro. Sic Cæf. 1. de Divin. 26. Conclave illud, ubi erat manus suis, si ire perrexisset, proxima nocte corruit.

Committere se in conclave. V. **C O N C L I V T O**.

Conclave Ciceru pro Trichilio usus est, committit trichiliū vocabulo utat 6. Ver. 58. Nam ut in singula conclavia, quæ sit non modo Romæ, sed omnibus in villis habet, tricenos lectos optime stratos cum ceteris ornamenti convivii quereret, nimis multa compare videbatur. Budæus.

Convertare conclave in usum ædium. Neratius in l. Quod conclave. D. de Damno infecto, Quod conclave binarum ædium dominus ex aliis ædibus in aliarum ædium usum convertit, &c. Ubi Conclave, Cubiculum vel quacumque adiuncti partem vocare videtur, ad quod duabus clavibus acceditur, id est duobus oītis. Budæus.

Currente per totum conclave. Hor. 2. Serm. 6. 113.

Inferior porticus & ejus conclave sunt recte. Cic. 3. Q. frat. 4.

C O N C L A V A T U S, a, um. Conclavatus, dicebantur. Quæ sub eadem erant clavis. Auctor Festus. [Scalig. Conclavia legit. Ego malim Conclavata, vel ut in Glosf. Gr. Lat. Conclava. V. ad seq. dict. C.

C O N C L A V I U M, i. n. [μέρης] Idem. Plaut. Aul. 3. 2. 24.

Etiam rogitas, scelesto homo, qui angulos onines

Mearum ædium & conclaveum mihi pervium facitis? conf. ejusd. Moft. 1. 2. 158. Vitruvius 6. 5. pr. dixit Conclavorum altitudines, ubi Philand. Pro conclave dictum est, variata flexione. [Apud Plaut. pr. loc. Turneb. ex Mif. Pervium legit, quomodo & Gronov. edidit: in posteriori manefite n. pl. est, a recto Conclave. Et apud Vitruv. forsan error est. Etiam in Glosf. tamen Lat. Gr. Conclavia, οὐνοία. Sed videatur legendum οὐνοία, f. g. Nam in Graeco Lat. οὐνοία, Conclavia, Insula. V. Henr. Steph. Thes. Gr. Fest. adjective ponere videtur in Conclavia, quasi Conclavius, a, un. vel Conclavis, e.

C O N C L U D O, ū, sum, [συγκλεῖσθαι, συμπλέγειν, συγκρατήσθαι, καταχέσθαι, συνθέσθαι] āre. Simul claudere.

Auras concludere follibus. Hor. 1. Serm. 4. 19. Concludere in cæve, navi, &c. Plaut. Curc. 3. 80.

— quia enim in cæve s̄ forent

Conclusi. Idem Rud. 2. 3. 61. Ibidem in navi concludit ipse. Intelligentiam in animo, animalium concludit in corpore deus. Cic. de Uni. verf. 8.

Concludere se in cellam. Ter. Adel. 4. 2. 13.

Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam, id tutissimum.

Plaut. Casin. 1. 44. Concludere in fenestram firmiter.

In parvum quandam & angustum locum concludere jus civile. Cic. 1. de Legib. 17.

Concludere aliquo. Ter. Eun. 4. 3. 24.

Concluder huc. Ter. And. 2. 3. 12. Ut ab illa excludar, huc concludar.

Legimus & Hac concludar.

Concludere res multas in unum diem. Ter. Eun. 5. 9. 17.

— an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,

Concludere aliquem in angustissimam formulam sponsionis. Cic. pro Rosc. Com. 15.

Orator concludit in ea, quæ sunt in usu civitatum vulgari ac forensi. Cic. 1. de Orat. 160.

Cingitur atque concluditur ipse portus urbe. Cic. 7. Ver. 95.

Sulco concludere locum recto. Virg. 1. Æn. 429. i. e. Ad rectum. Servius.

Domo aliquem concludere. Sen. Hippol. 2.

Concludere, pro Obturare. Valer. 1. Argon. 480.

Concludere, Finire. Cic. de Amicit. 29. Quamobrem ad illam primam redeamus, eamque ipsam concludamus aliquando. Budæus.

Verborum descriptus ordo alias alia terminazione concluditur. Cic. in Orat. 200.

Concludere atque perorare. Cic. 2. de Orat. 307.

Concludere ac definire orationem. Cic. 6. Ver. 115. Ut aliquando totam hujus generis orationem concludamus ac definiam.

Concludere multa uno fine. Cic. 4. de Finib. 19. Et duo nobis opera pro uno relinquunt, ut alia fumamus, alia appetamus, potius quam uno fine omnia concludant.

Argumentationem. Cic. in Orat. 122.

Argumentum ratione. Cic. in Orat. 137.

Concluſum me esse crimen decumari dixeram. Cic. 5. Ver. 163.

Epistolam concludere. Cic. 9. Att. 10. Concludis epistolam quandam hoc modo.

Extremum concluditur. Cic. 11. Att.

Perorationem. Cic. in Orat. 122.

Sententiam circumscriptio quadam comprehendere ac concludere.

Cic. de Clar. Orat. 34.

Sententias explora atque concludere. Cic. in Orat. 130.

Versum concludere, est Versum perficere suis numeris & pedibus, nulla etiam adhibita elegancia. Hor. 1. Serm. 4. 40.

— neque enim concludere versum

Dixeris esse fatis.

Concludit verbis interdicti, proComprehenditur. Cic. pro Cæc. 35.

Ea temeti verbis interdicti non concluditur: tamen fentia juris atque auctoritate retinetur.

Laus equitatis, integratitatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. Cic. pro Muren. 41.

C O N C L U S U S, [κακολόειν] Partio. ut, Conclusa aqua. Cic. 2. de Nat. Deor. 20.

Corio conclusa res. Lucret. lib. 4. 934.

Propterea fere res omnes, aut corio sunt,

Aut cute conclusa, &c. Hunc autem mendosissimum esse locum notat Lambinus; & Lectio in hodiernis editionibus sic restituitur,

Aut etiam conchis, aut callo, aut cortice testa.

Locus conclusus. Lucret. lib. 4. 460.

Circumscrip. Cic. in Partit. 19.

Conclusum & comprehensum. V. **C O M P R E H E N S U M**.

Conclusum & oppositum ei quod dicitur Dispersum aut dissipatum. Cic. 1. de Orat. 187. Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt.

Perfectum atque conclusum. Cic. 4. Ver. 82. Invenietis id facinus natum cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum.

C O N C L U S U S, ū, m. [κακολόειν] Cic. in Orat. 177. Quum, ut fit, fortuito sape aliquid conclusit, apte dicentur. h. e. Numerofam pericidio funderent.

C O N C L U S I O, ōnis. f. [συμπλέγειν, πιλοῦσθαι] Finis & perfectio.

Vocis moderatio, & verborum conclusio. Cic. 3. de Orat. 179.

Conclusio dicitur, quam Græci ιτίσθαι, nostri modo Perorationem,

modo Cumulum vocant. Nam cumulus proprius acervus est: & in conclusione omnia quasi in unum acervum colliguntur. Perott.

Extreme pars & conclusio muneris & negotii. Cic. 1. Q. frat. 1. Ut tanquam pœta boni, & actores industrii solent, sic tu in extrema parte &

conclusione muneris ac negotii, diligentissimus sis.

Acutæ conclusiones. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Certe & crebra. Quintil. lib. 3. cap. 14.

Subtilis, & ad morem Dialectorum formata. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Nulla conclusio est, assumptione non concessa. Cic. 2. de Finib.

Una conclusione finiri. Quintil. lib. 3. cap. 3.

Conclusio, pro Argumentatione & ratione. Cic. 4. Acad. 67.

C O N C L U S I O N Ě L A, a, f. dimin. Cic. 4. Acad. 75.

Contortula quadrata ac minuta Stoicorum conclusiuncula. Cic. 2. Tusc. 42.

C O N C L U S U S, ū, m. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. 77. Conclusu corporis.

C O N C L U S U R A, a, f. Vitruv. 6. 11.

C O N C E N A, a, m. [κακολόειν] Qui una cum alio coenat. Lucil. apud Fest.

Tapilla, uplaceDizæ & Voss. Glosf. Lat. Gr. οὐνοία, Conviva, Con cena.

C O N C E N A T I O, ōnis. f. ut Comportatio. Cic. 9. Fam. 24.

C O N C O P T O, ū, m. Macrob.

C O N C O C T I O, V. **C O N C O Q U O**.

C O N C O L O R, ū, ūris. Adi. [κακολόειν] Ejusdem coloris: ut, Concolor ci-

catrix. Plin. lib. 28. cap. 9.

Cum foetu concolor albo. Virg. 8. Æn. 82.

Flos de sanguine concolor ortus. Ovid. 10. Met. 25. de Adonide.

Concolor est ei. Columel. lib. 7. cap. 3.

CONCOLÖRUS, Adj. Mart. Capell.

CONCOLÖRO, āre. Tertull. de Pudic. cap. 8.

CONCOMITÖR, āri. Quintil.

CONCOMITATUS, Parric. Plaut. Milit. 4. 3. 10.

Quibus concomitata recte devenia domum.

CONCÖRÜO, āre. Idem quod simplex Copulare. Lucret. lib. 6. 1075.

Denique resuor argentum concupacatura, &c. Chrysocollaria intelligit, id est aurum glutinum: quod quomodo fiat disce ex Plin. lib. 33. cap. 5. Lambinus.

CONCÖRÜO, coxi, coctum, [συγκόρεια, σύγχυση] ēre. Varro 2. de R. R. cap. 10. Vel ad focum afferre ligna, ac cibum concoquere.

Concoquere cibos. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere, easque quam stoniachi calore concoxerit, evomere. Catul. 21. 8.

— bene nam valetis omnes

Pulchre concoquitis.

Ad concoquendum facillimus cibus. Cic. 2. de Finib. 64.

Mutari & concoqui ut possit quod alvus recipit, arcet id & continent. Cic. 2. de Nat. Deor. 136.

Concoquere, per translationem, pro Ferre & pati. Liv. 4. 15. Ut quem Senatorum concoquere civitas vix posset, regem ferret.

Kēm concoquere. Cic. 9. Fam. 4. Nunc vide utrare *κέμειν* magis delebet, et hoc quam noster Diodorus non concoquebat.

Diu deliberare & concoquere utrum, &c. Cic. pro Rosc. Com. 45.

Concoquere odium. Cic. 3. Q. frat. 9. De epistola Vatinii rifi: sed me ab eo ita observari scio, ut ejus sita odia non forbeam sollem, sed etiana concoquam.

CONCOCTUS, [κονκόκτος] Partic.

Odores olivo concocti. Lucret. lib. 2. 852.

— mistos in corpore odores,

Concoctosque, suo contactos perdere viro. i. e. Virulentia & malo odore. Odores concoctos, i. e. Unguentia odorata cum oleo cocta. Concoctus, pro Cocto. Cels. lib. 3. cap. 22. De tate. Marrubium ex melle concoctum. Itavett. edd. Sed Lind. habet: Marrubii, si cum melle sit incoctus. Subaud. Succus.

CONCÖTIO, ōnis. f. [πάντα, πάντας] Plin. lib. 11. cap. 37. Aves quoque geminos sinus habent, quadam unum quo merguntur recentia: ut guttū: alterum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata.

CONCORDIA, CONCORDIĀLIS, &c. V. post seq. dict.

CONCORS, ordis. Adj. [κονκόρδων, ὄμοφεν, ὄμογος, ὄμονοπες] Qui unius mentis, sine unius animi est. Cic. 1. Tusc. 11. Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vescordes, concordesque dicuntur. Plaut. Aulul. 3. 5. 7.

Et multo fiat civitas concordior.

Amiticia & caritate concordi se complecti. Cic. de Univers. 13.

Animæ concordes. Virg. 6. Æn. 827.

Aqua concordes. Plin. lib. 5. cap. 9. Nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rufus junxit.

Aulis concordibus. Sil. lib. 5. 214.

Figura concors. Plin. lib. 7. cap. 12. Diverfarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiuntur, super omnem eff taxationem.

Fronte æquata & concordi currere freno. Sil. lib. 16. 381.

Frena jugo concordia ferre. De equis dictum. Virg. 3. Æn. 542.

Frates concordissimi. Cic. pro Ligat. 5.

Fuga concors. Sil. lib. 16. 69.

Infanlia. Sil. lib. 4. 99.

Ambobus velox virtus geminusque cupidus

Laudis, & ad pugnas Martemque infanlia concors.

Mens. Lucan. lib. 4. 197.

Miles. i. e. Milites concordes. Sil. lib. 8. 8.

Paræ. Virg. 4. Ecl. 47.

Talia fechis suis dixerunt currere fusis,

Concordes stabili fatorum numine Paræ. Nam & quod una dixerit, duæ sequuntur: & fixa sunt statuta fatorum. Hor. Carm. Secul. 26.

Quod semel dictum, stabilisque rerum

Terminus servet. Servius.

Pars concors & sine lite. Ovid. 3. de Pont. 2. 88.

Pax. Ovid. 1. Met. 25.

Praefiti concordibus cingere aliquem. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 209.

Simulacra. Sil. lib. 13. 650.

Succedunt simulacula virūm concordia, patris

Unanimique simili patrii. i. e. Äqualia. De Scipionibus.

Sibi concors dicitur, Qui bene sibi constat. Sen. 1. de Vita beata.

Sonus concors. Ovid. 5. Met. 664.

Status moderatus & concors civitatis. Cic. 3. de Legib. 28.

Torus concors. Propert. lib. 4. 5. 6.

CONCORDIA, æ. f. [σύγκορεια, σύγκορειν, σύγκορεια] Vox communis, a Corde congruente dicitur, cui contraria est Discordia. Sallust. Jug. cap. 10. Concordia parvæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

Conjunctio & concordia. Cic. 5. Verr. 23. Tantamque habebat morum similitudo conjunctionem atque concordiam, ut, &c.

Concordia & conspiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem facta. Cic. 12. Fam. 15.

Pax & concordia extraneis gignetur. Cic. Anteq. iret in exil. 9.

Reconciliatio concordie. Cic. 3. in Catul. 25.

Flendi concordia. Ovid. ad Liv. 201.

Veneris concordia. Ovid. 13. Met. 875.

Candida concordia. Ovid. 1. Fast. 637. Quod pura & sancta sit, quod benigna ac multorum bonorum mater.

Concordia communis sanguinis vinculo conficta. Valer. Max. lib. 4. cap. 6. 4. Loquitur de concordia inter Pempeium & Cæsarem ob Julianum Cæsarium filium, quæ Pompeio nupserat.

Dicors concordia dicitur rerum, Quæ quam inter se diversæ sint, tamen committit unum quoddam corpus conficiunt, dum una alterius vires temperat & coeret. Ovid. 4. Met. 433. Oxymoron est figura.

— & dicors concordia festibus apta est. conf. Hor. 1. Epist. 12. 19.

Discordem concordiam vocat. Lucanus Simulatam amicitiam, ut quum illum amplecti & colere videatur, quem tamen tacito odio prosequimur, lib. 1. 98. de Cæsare & Pompeio.

Felix. Propert. lib. 3. 6. 41.

Mitis. Ovid. 3. Fast. 881.

Sociata nervorum concordia. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Sociata tradentis, accipientisque concordia. Quintil. lib. 2. cap. 9.

Nummarius interpres pacis & concordia. Cic. pro Client. 100.

Aliuci concordia conjunctissimum esse. Cic. pro Client. 152.

Adducere rem ad concordiam. Cic. 7. Att. 3.

Confirmare concordiam cum aliquo. Cic. 13. Philipp. 2.

Conglutinare concordiam. Cic. 1. Att. 14.

Confutare concordiam. Cic. 8. Att. 15.

Reducere in pristinam concordiam aliquos perfidia hominum distractos. Cic. 8. Att. 24.

CONCORDIA, Dea apud Romanos: cuius adem C. Flavius, Cn. filius dedicavit in area Vulcani, fumaña invidia nobilium. Liv. lib. 9. extr.

Cic. pro Dom. 131. Si sedem ipsam ac templum publici consili religione Concordia devinxisset. De Concordia festo & templo, vide comment. Ovid. 1. Fast. 639.

Cella Concordia. Cic. 2. Philipp. 19. Quum in hac cella Concordia (dii immortales) in qua me Confuse salutares sententes dicta sunt, &c.

CONCORDIA, Italæ urbs Carnorum. Plin. lib. 3. cap. 1. & item Melæ & Ptolemaeo, nomine adhuc durante.

Est & Concordia, Hispania civitas Ptolemaeo. unde

CONCORDIENS, Baticæ, vel potius Lusitanæ populi.

CONCORDIĀLIS, e. Adj. Firmic. lib. 6. cap. 32. Concordialibus vinclis copulentur.

CONCORDIALIS, subit. [πρόσωπον] Herba est silvestris, papaveri similis, que quod argemati oculorum medecatur, a Dioscoride Argemone est appellata.

CONCORDIUM, i. n. pro Concordia. ut, Venale concordium. l. 27. ff. de Pact. Dot.

CONCORDITAS, ātis. f. [σύγκορεια] pro Concordia, apud Pacuvium, aliosque veteres. Concordiatem, inquit, hospitio adjunctam, perpetue probitatem conservatis. Non. 2. 151.

CONCORDITER, [σύγκορεια] ius, istime. Adv. Cic. pro Rabir. 14. Et tibi patru patrum morte est, quem nunquam vidisti, quam illi ejus fratri, quicunq; concordissem xixerat.

Congruere concorditer inter se. Plaut. Curc. 2. 2. 14.

Bellum utinam confederatus concordiisque gerant. Liv. 4. 45. Vetus Inscript. apud Gruter. p. 612. n. 1. C. B. M. CVM QVA CONCOR-

DISSIME VIXIT ANN. XXII.

CONCORDO, [σύγκορεια, σύγκορειν, σύγκορεια] ēre. Convenire. Ter. Phorm. 2. 3. 86.

Si concordabis cum illa, habebis qua tuam

Senectute oblectet: respice atatem tuam.

Sanitas animi dicitur, quum ejus judicia opinionesque concordant. Cic. 4. Tusc. 30.

Bene concordatum matrimonium dirimere. Papinianus in 1. Miies. §.

Licet. D. Ad legem Jul. de adult.

CONCORDANTIA, æ. f. a. v. Concordo, Vulgo pro Harmonia, seu Loci parallelis. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 6.

CONCORPÓRÖ, [σύγκορεια] ēre. Simil corporare, & ex pluribus miscens unum facere. Plin. lib. 22. cap. 24. Semper mulsum ex veteri vino utilissimum, facilimque cum melle concorporatur. Idem lib. 27. cap. 12. Eademque vitiligines concorporat.

CONCORPORATIO, ōnis. f. Tertull.

CONCRATITIUS, Adj. [κατάρτιον] a Crates, cratis: ut, Paries concratitius. Qui cratibus infertis fit. Ulpiani in I. Cum duobus. §. Item Melæ. D. Pro foco. Item Mela scribit, si vicini semiperdes inter se contulerint, ut ibi concratitium parietem inter se ædificant, ad onera urbisque sustinenda, &c. Concratitus autem paries est Papiniano, qui Latine propri Intergerinus appellatus, qui a vicinis constructus, veluti intergerit, id est communiter gerendo est. V. Vitruvium, & Intergerinus, in IN-

TERGERO. Hodie legitur Cratitus, de quo suo loco.

CONCRÉDO, crediti, creditum, [προσγεγνηθεῖα] ēre. Idem quod

Credere. i. e. Servandum dare, & fidei aliquid tradere. Plaut. Aul. prol. 6.

Sed mihi avus hujus obsecrans concredidit

Thefaurus auri, clam omnes.

Concedudo, per uinter d o & , dixere veteres. Plaut. Aul. 3. 6. 49.

Ne tu in me mutatis nomen, si hoc conceduo.

Concedere mari navigia. V. **CONCEDO**.

Concedere aliiquid taciturnitate alterius. Plaut. Trin. 1. 2. 102.

Ventis aliiquid concedere. Catul. 62. 213.

Nugas alii suis concedere. Hor. 2. Serm. 6. 43.

Concedere vires teneriores calido solo. Colum. lib. 3. cap. 1.

Concedere aliquem in custodiā alterius. Plaut. Merc. 2. 1. 9.

Commendare & concedere fortunas suas alii, famam, &c. Cic. pro

Rof. Amer. 62.

CONCRÉMO, [σύγκορεια] ēre. Idem quod Cremare. Plin. lib. 12. cap. 18.

Periti rerum asseverant, non ferre tantum Arabiam annuo foetu, quantum Nero principes novissimo pompea sua die crecreavit.

Concremare igni. Liv. 6. 33.

Urbs concremetur. Sen. Theb. 2.

CONCRÉPO, crepus, crepitum, [προσγεγνηθεῖα] ēre. a Crepo deducitur, ejusdem cum eo significationis, nisi quod Con auget, teste Donato. Ter. Hec. 4. 1. 6. Sed ostium concrepitum.

Arma crepant, per translationem. Liv. 6.

Cymbala Thebanæ concrepere deo. Propert. lib. 3. 18. 6.

Scabella concrepat. Cic. pro Cœl. 55.

Concrepare digitis. Plaut. Milit. 2. 2. 51.

Concrepare digitis, alter. Cic. 3. Off. 71. Itaque si vir bonus habeat

hanc vim, ut si digitis concreperit, posfit in locupletum testamenta irrepere: hac vi non utatur. Aliquot post verbi velut se explicans

aït: At si dares hanc vim M. Crafto, ut digitorum percussione hæres posset scriptis esse, qui re vera non esset hæres, &c. V. in Chitabibus adagium, Ad digituli crepitum. Concreperit digitis, h. e.

Levissimo momento.

Concrepare digitos dixit Petron. cap. 27.

Concrepare, omisso Digitis, eodem modo. Cic. 2. de Lege Agr. 81.

Qui simili ac Decemviri concrepauerint, armati in cives, & expediti ad cædem esse polint.

Concrepare gladiis ad scuta. Liv. 28. 29. Exercitus, qui corona concionem circumcederat, gladiis ad scuta concrepuit.

Manus concrepere. Ovid. 3. Fast. 740.

Concrepare, active possum. Ovid. 5. Fast. 441.

Rursum aquam tangit, Temesaeque concrepat æra. Conf. paulo super Concrepare digitos.

 CONDOTALIS, e. In Cod.
 CONDOTO, ēre. Ibid.
 CONDOTATUS, a, um. In Digest.
 CORDRILLON, V. CHONDILLA.
 CONDRIS, V. CHONDRIS.
 CONDUCO, xi. etum, [εἰδεῖν] ēre. Simul ducere. Plaut. Men. 1. 2. 15.
 Hodie ducam scortum ad coenam, atque alio conductam foras. Alii al-
 ter legunt. W. CONDICO.
 Conducere, [αναφένειν] Cogere, congregare. Cic. 2. de Invent. 3. Tunc
 Crotoniata, publico de confilio virgines in unum locum conducterunt:
 & pictori quas vellet, eligendi potestatem dederunt.
 Cohortes dispersas in una castra conducere. Tacit. 4. Ann. 2.
 Copias dispersas conducere. Tacit. 4. Hist. 71.
 Exercitus in unum conducere. Tacit. 4. Ann. 47.
 Lac conducere, pro Coagulae. Columel. lib. 7. cap. 8. Lac plerumque
 cogi debet agni aut hodi coagulo, quamvis possit & agrestis cardu
 flore conduci, & seminibus cneci.
 Nubila conducere. Ovid. 1. Met. 572. — Peneus ab imo
 Effusus Pindo, ſpumosis volvit undis,
 Dejectaque gravit tenues agitantia fumos,
 Nubila conducit. i.e. Conglomerat, conglobat, cogit,
 congregat. Dejectu gravi, i.e. Rapido & præcipiti aquarum curfu.
 Partes conducere in unum. i.e. Contrahere in unum corpus. Lucret. 1. 398.
 Ranas conducere cortice, In unum ducere, conjungere, sic inter cor-
 tice infestere ut coalefcant. Ovid. 4. Met. 375.
 — nam mita duorum
 Corpora junguntur, faciesque inducitur illis
 Una, velut si quis conducit cortice ramos,
 Crefendo jungi, partierque adoleſcere cernat. al. Conducta.
 Vulnera conducere certa. Valer. 1. Argon. 480.
 Vel pice vel molli conductere vulnera certa. i.e. Contrahere.
 V. Heinr. in l. & ad Ovid. 4. Met. 375. & Gisan. Ind. Lucret. in Con-
 ducre.
 Conducere, pro Emere. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 1. 37. Credo jam
 que volebat sacrificia ad epulum conduit. Idem Aulul. 3. 6. 31. Ca-
 dendum conduxi ergo illum.
 Nimirum magno conductere. Cic. 1. Att. 17.
 Conducere aliquem, [εἰδεῖν] Pretio accipere. Plaut. Aul. 2. 4. 1.
 Postquam obſonavit herus, & conduitus coquos.
 Adverſione conducebat, vel Per adverſionem. V. Adverſio, in ADVERSIUS.
 Aliquem ad cedem facientiam conducebat. Cic. de Provinc. Conf. 9.
 Ædes conducebat. Suet. Tiber. 35.
 Opus aliquod conducebat fiducia sua. V. Adverſio, in ADVERSIUS.
 Domum. Cic. 2. Q. frat. 3. Idem 12. Att. Si Romæ esſet, domumque
 conducebat.
 Hortum conducebat. Cic. 16. Fam. 18. Paredrum excita, ut hortum ip-
 se conducat: sic olitorem ipse commovebis.
 Larem conducebat, i.e. Domum. Martial. 1. 1. 83.
 Conducunt repetens, nocte juvente, Larem.
 Locum alicui in proximo conducebat. Cic. 16. Fam. 21.
 Navigium conducebat. Hor. 1. Epit. 1. 18.
 Navigem conducebat. Plaut. Rud. prol. 57. Navis clanculum conducebat.
 Mercede diurna conducebat. peraphras pro Mercenario. Hor. 2. Serm. 7. 18.
 Mercede conducebat. Cic. 2. Off. 21. Sed in correcis codi. Duncurunt.
 Conducere uno numero, donatione instar inducit, ait Ulp. 1. Si quis.
 D. locat. Est autem proverbiale secundum veteres, sicut nunc dicimus,
 Fragmento panis vel pomis locare aut vendere, significantes donationem
 potius esse, quam alium contractum. V. prius Causa.
 Conducere, [εἰδεῖν, εἰδεῖν] etiam dicitur Is qui pretium accipit
 pro re aliqua facienda: quod & Redimere etiam dicitur. Ulp. in 1. Si quis domum.
 D. Locat. Si quis vitulos pacſendos, vel farciendū quid,
 poliendū conduxit, culpani eum praſtare debere. Idem eodem titu-
 lū. I. Item queritur, Si quis servum docendū conduxerit, eumque
 peregrinare dixerit, &c.
 Ad pecuniam numeratam conducere. Caius in 1. Si merces. §. Vis ma-
 jor. D. Locati. Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecu-
 niā numeratam conduxit. Alioquin partarius colonus, quasi foci-
 tatis jure, & damnum, & lucrum cum domino fundi partitur.
 Cond-

Comitate condita gravitas. Cic. de Senect. 10.
 Bene coctus & conditus fermo. Cic. 13. Att. 50.
 Nemo unquam urbanitate, nemo lepro, nemo suavitate conditior. Cic. de Clar. Orat. 17.
 Faciunt conditoria cibaria aucupium & venatio. Cic. de Senect. 57.
CONDITIO, ônis. f. [ἀρέσκεια] ut, Conditio ciborum. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Perspicuum est enim quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditions, quo corporum lenocinia processerint.
 Vini conditions. Columel. lib. 12. cap. 51.
CONDITUS, ôs. m. [ἀρέσκεια] Columel. lib. 2. cap. 22. Uvas itemque olivas conditi legere licet.
CONDITOR, ôris. m. [ἱδρυντις, ὑφεγνητος] Cic. Post redit. in Sen. 14. Hi sunt conditores instructoresque convivii, iidem expendunt atque æstimant voluptates.
CONDITURA, a. f. [ἀρέσκεια] Idem quod Conditio, sive Condimentum. Columel. lib. 12. cap. 4. Vasa autem fictilia vel vitrea, plura potius, quam ampla, & eorum alla recte picata, nonnulla tamen pura, prout conditio conditura exegerit. Sen. 3. de Ira cap. 15. Liberos illi epulandos apposuit, & subinde interrogavit, an placet conditura.
CONDIMENTUM, i. n. [ἀρέσκεια, περιέχεια] Quod ad condienda obso-
 na fit. Plaut. Casin. 2. 3. 3:
 — coquos equidem nimis demiror, qui tot utuntur condimentis:
 Eos eo condimento uno non utier, omnibus quod praestat. Cic.
 2. de Fin. 90. Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem: potio-
 nis, sitim.
 Condimentum voluptat. Cic. 3. Off. 120. Nam ut tribuanus aliquid
 voluptrati, condimenti sortasse nonnihil, utilitatis certe nihil habebit.
 Condimento humanitatis mitigare severitatem. Cic. 1. Q. frat. 1. 17.
 Haec illius severitas acerba videretur, nisi multis condimentis humani-
 tatis mitigaretur.
 Condimentum amicitiae, suavitas morum & sermonum. Cic. de Ami-
 cit. 68.
 Sapientia ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est. Plaut. Tri-
 num. 2. 2. 82.
 Facietæ, omnium sermonum condimenta. Cic. 2. de Orat. 171.
 Interponere condimentis quippiam. V. INTEPONO.
CONDIMENTARIUS, a. um. [ἀρέσκεια] Adj. ut, Condimentaryum
 genus. Plin. lib. 19. cap. 8. Haec apud nos habet vocabulum & aliud,
 saturæ dicta, in condimentaryo genere.
CONDIMENTARIUS, i. m. Qui condimenta conficit aut vendit. Ter-
 null. de Anima cap. 23. Platonem omnium hereticorum condimentaryum
 factum.
CONDITANUS, [Χειρός] aliud Adj. auctore Nonio, est Quod con-
 di, vel condiri recte potest. Varro 1. de R. R. cap. 24. In agro crasso &
 calido oleam conditaneam, radix majorem, &c.
CONDITARIUS, a. um. Adj. ut, Coquina conditaria. August. Civ.
 Dei. 22. 8.
CONDITIUS, a. um. Adj. Cibaria condititia. Columel. 8. 8.
CONDITIVUS, a. um. Adj. Cibi conditivi. Columel. 7. 9. Varro R. R. 1. 59. pr.
CONDISCO, didici, [οὐμαζάνω] ēre. Idem quod Discere significat.
 Plaut. Pseud. 4. 1. 35.
 Ego itus aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum.
 Plin. 7. Epist. 20. Paulatim lucem ferre condisco. Item Confuscere.
 Ovid. 4. Epist. 25.
 At fit, ubi a teneris crimen condiscitur annis. Horat. 3. Carm. 2. 1.
 Angustam, amici, pauperem pati
 Robustus acri militia puer
 Condicat, &c.
CONDISCENS, [οὐμαζάνω] Partic. Plin. lib. 21. cap. 5. Ac veluti ru-
 dimentum nature lilia facere condicentis.
CONDISCIPULUS, i. m. [οὐμαζάνω] Qui cum alio discit. Cic. 1.
 Tusc. 41. Dicæarchum vero cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo,
 doctos sane homines, omittamus.
CONDISCIPULA, a. f. [οὐμαζάνω] apud Martial. lib. 10. 35.
 Hac condiscipula, vel hac magistra,
 Effes doctio & pudica. Sappho.
CONDISCIPLATUS, iis. m. [οὐμαζάνω] Justinus lib. 12. 6. Mul-
 tum profuere & Callithénis philosophi preces, condiscipulato apud Ari-
 stotelem familiariter illi. De Alexandre. Cornelius Nepos in vita Attici
 cap. 5. Cum quo a condiscipulato vivebat conjunctissime.
CONDISCIPLINATUS, iis. m. Augustin.
CONDITIO, CONDITIVUS, CONDITOR, CONDITURA. In condio, vel CONDO.
CONDIO, condidi, conditum, [χρήσκεια, περιέχεια, ἀποτίθαι] ēre.
 Condere, proprie est In unum & in interiore locum dare ad custodiā
 faciliorē: quod verbum nunc significat Conserbere, nunc Facere, nunc
 Componere & Instruere. Feitus.
 Condere, Abcondere, quasi In interiore locum dare, & fere cum
 præpositione In, vel Sub, construitur: interdum tamen cum ablativo
 fine præpositione. Plaut. Trucul. 3. 1. 9. Condo in crumenam. Virg. 2.
 En. 401.
 — & nota condundunt in alvo. Plin. lib. 7. cap. 2. Si
 libeat credere, ut sub una fice turmæ condundatur equitum.
 Seponere & condere. Cic. 2. de Divin. 112.
 Arca condere aliquid. Cic. 2. de Divin. 86.
 Aquis se condere. Val. Flac. 2. Argon. 320.
 Ære & ferro se condere. Propert. 3. 18. 25.
 Humo condere. Ovid. 1. de Pont. 5. 34.
 Lacu fluvio se condiditalto. Virg. 8. En. 66.
 Mente aliqd conditum tenere. Virg. 3. En. 388.
 In humo condi. Ovid. 3. de Pont. 1. 6.
 Plagis Acherontis condere. Imprecatio est & execratio, qua Phædra The-
 sum devot apud Senec. Hippol. 9. Condere, futurum est indicativi.
 Portu se condidito. Virg. 5. En. 243.
 In sepulcro condere aliquem. Cic. 2. de Legib. 11.
 Sepulcro animam condere. Virg. 3. Et. 67.
 — animamque sepulcro
 Condimus. Turnebus, E veterum opinione poeta dixit, qui
 sepulcrum mortuorum domicilium credebant, & portum corporis appellabat. Cic. 1. Tusc. 107.
 Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat, portum corporis,
 Ubi, remissa humana vita, corpus requiecat malis.

Tonantis sinu condi. Sen. Herc. fur. 11.
 Quam multa in silvis avium se millia condunt. Virg. 4. Georg. 473.
 Rupta condi tellure premique. Valer. 7. Argon. 298.
 Terra condere. Plin. lib. 7. cap. 54. Ipsum cremare, apud Romanos
 non sicut veteris instituti: terra condebandur.
 Terra ossa condere. Virg. 5. En. 48.
 In pistrinum condere aliquem. Plaut. Pseud. 1. 5. 120.
 In cuffiodiam captivos condere. Liv. 31. Item, In carcerem, vel carce-
 re. Idem 26. 16.
 In aliquam materiam aliqua condere. Quintil. lib. 3. cap. 1.
 In viceribus & medullis condidit bonum omne Metrodorus. Cic. 5.
 Tusc. 27.
 In cunubia se condunt apes. Virg. 4. Georg. 473.
 In undas se condit Sol. Virg. 1. Georg. 438.
 In animum aliquid condere. Sen. Epist. 7.
 Furto aliquid condere. Hor. 1. Carm. 10. 8.
 Caelum conditur umbra. Virg. 6. En. 271.
 Est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra
 Juppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
 Caput Fama inter nubila condit. Virg. 4. En. 177.
 Ingrediturque folo, & caput inter nubila condit. Hoc (inquit
 Servius) vult offendere, nec humili eam fortuna parcere, nec superiori.
 Caput Orion inter nubila condit. Virg. 10. En. 767.
 Cibos condunt formicæ, Recondunt. Plin. lib. 11. cap. 30.
 Corpora in sarcophago condere. Plin. lib. 36. cap. 17. Corpora defun-
 torum condita in eo, absunt constat intra quadragesimum diem, ex-
 ceptis dentibus.
 Corpus condere sepulcro. Ovid. 8. Met. 234.
 Diem obductis pennis Stymphalibus condunt. Sen. Herc. fur. 4.
 Diem vota considerant. i. e. Consumperant diem votis & precibus.
 Stat. 10. Theb. 4.
 Diem referre & relatum condere, Sol dicitur. Virg. 1. Georg. 458.
 At si, quem referetque diem, condetque relatum,
 Lucidus orbis erit. i. e. In ortu & occasu. Hoc ad futuræ se-
 renitatis pertinet signum. Sic Servius.
 Digitos condere in lumina alicuius, est Oculos eruere alicui. Ovid. 13.
 Met. 561.
 Ensem in alicuius ore adverso condere. Virg. 9. En. 348.
 Ferrum condere sub adverso pectore, Adversarium interficere. Virg. 12.
 En. 950.
 Fructus condere, & Promere, contraria. Varro de R. R. lib. 1. cap. 62.
 Quod nemo fructus condit, nisi ut promat.
 Fructus in cados. Plin. lib. 13. cap. 4.
 Fructus condere & reponere, hominum non pecudum est. Cic. 2. de
 Nat. Deor. 157.
 Frumentum conditum dicitur, Quod in horreis repositum est. Hor. 2.
 Epist. 1. 140.
 Iram condere. Tacit. 2. Ann. 28.
 Lustrum condere. Cic. 2. de Orat. 268. V. L U S T R U M .
 Mitem condit oblivia. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 166.
 Scuta latentia condere. Virg. 3. En. 237.
 — teatque per herbam
 Disponunt enses, & scuta latentia condunt. i. e. Disponunt &
 testos faciunt. Sic & scuta condendo latere faciunt. Servius.
 Sculta multa condere vivendo, est Vivere multa scula. Lucret. lib. 3. 1103.
 Semina arroba condunt formicæ. Plin. lib. 11. cap. 30.
 Soles longos condere. Virg. 9. Ecl. 52.
 — sape ergo longos
 Cantando puerum memini me condere soles. i. e. Æstivos
 dies finire, & usque ad occasum ducere. Servius.
 Stimulos alicui condere in pectore, i. e. Instigare aliquem. Ovid. 1.
 Met. 726.
 Succos uva condere. i. e. Vinum. Tibul. 1. 10. 49.
 Pax aluit vites, & succos condidit uva.
 Vocein condere auribus. Ovid. 20. Epist. 98.
 Vultus condere Sol dicitur occidens. Ovid. 2. Fast. 786.
 Vultus condit Luna. Valer. 7. Argon. 390.
 Condere, [εκτίναξ, διαπεγγεῖν] Ædicare, construere, quasi simul da-
 re. Cic. 2. de Divin. 84. Nempe eo Romulus regiones direxit tom,
 quam urbem condidit.
 Arces condidit Pallas. Virg. 2. Ecl. 61.
 — Pallas quas condidit arcus,
 Ipsa collat. Ubi Servius, Ideo dea artium Minerva dicitur,
 quia de capite Jovis nata est: sed quia dea artium & ingenii, ideo ita
 finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio: quippe quo reguntur
 universa.
 Examina apes condunt. Virg. 2. Georg. 452.
 Fata nova. Virg. 10. En. 34.
 — sin tot responsa sequenti
 Quæ superi manefique dabant, cur nunc tua quisquam
 Flectere jussa potest? aut cur nova condere fata?
 Gentem, Propagare. Virg. 1. En. 37.
 Jura condere. Ovid. Rem. Amor. 465.
 Mavortia nenia condere, Civitatem fortium virorum. Virg. 1. En. 280.
 Muros. Lukan. ad Pison. 79.
 Nomen memorandum. Sil. lib. 4. 37. — juvat ire periclis
 Ad decus, & dextra memorandum condere nomen. i. e. Glo-
 riā comparare.
 Rempublicam condere, cui opponitur occidere. Cic. pro Domo 96.
 Remque publicam condere unius discellu. quam interitus occidere malui.
 Secula aurea condere, Orbi felicitatem afferre. Virg. 6. En. 792.
 Augustus Cæsar divinum genus aurea condet
 Secula.
 Urbem novam. Virg. 1. En. 526.
 Condere, [αρέσκεια] Componere. ut, Condere carmen. Liv. 27. 37.
 Hor. in Arte Poet. 436.
 Numeris aliquid condere, est Carmine aliquid conscribere. Ovid. 6. Fast. 24.
 Bella condere. Virg. 6. Ecl. 6.
 — namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
 Vare, tuas cupian, & trifista condere bella.
 Carmen

Conducere de. Cic. i. Att. 14. Asiani, qui da Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, si cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulaverunt. h. e. A Censoribus conduxerunt nisi vestigialia: nam locandorum vestigialium cura penes Censoris erat. Similes est illud eiusdem Cic. Ego de Craflo donum emi.

Conducit, [συνδεινειν, συνδεινειν] in tertius personis, pro Utile est. Colum. lib. 1. Nam id minime conductus aegroto. Cic. lib. 1. de Repub. Facillimam autem in ea Rep. esse posse concordiam, in qua idem conductus omnibus. apud Non. 4. 104.

Ea maxime conductum, que sunt rectissima. Cic. 5. Fam. 19.

Homini infanti aut impotenti injuste facta non conductum. Cic. 1. de Finib. 52.

Laudis tuae hoc conductus. Cic. 13. Fam. 49.

Propositum conductere res dicitur, quae convenient cum proposito. Her. in Arte Poet. 195.

Rationibus nostris conductus id fieri. Cic. 1. Att. 1.

Rationibus Recip. hoc conductus. Cic. 1. Fam. 9.

Saluti tuae conductere, & non aliena effe a dignitate. Cic. 4. Fam. 7.

Ad ventris vietum haec conductum. Plaut. Capt. 4. 3. 6.

In rem tuam conductus, &c. Plaut. Cistel. 3. 4.

Ut illud, quod tuam in rem bene conductus, consilium.

Conducit non possum, &c. Plaut. Afrin. 5. 2. 36.

Non edepol conducti possimi vita uxoris annua. Exponunt. Non possum adduci ut credam, uxorem meam posse vivere intra annum.

CONDUCTUS, a, um. Plaut. Aul. 3. 2. 34. Nummo sum conductus.

Coctum ego, non vapillatum, dudum conductus fui. Plaut. Aul. 3. 3. 9.

Auxilia regum in unum conducta. Tacit. 15. Ann. 26. i. e. Congregata.

In unum conducti, i. e. Coacti & congregati. Tacit. 2. Ann. 52.

Bella conducta, dicuntur Bella militum mercenariorum. Sil. lib. 5. 196.

Multitudine conducta. Cic. 1. Philipp. 22. Quis enim aut accusator tam amens reperiatur, qui, reo condemnato, obijici se multitudini conductus velit?

Navis conducta. Ter. Adel. 2. 2. 17.

Nunni conducti. Hor. 1. Serm. 2. 9. i. e. Foenore sumpti. Acron, & Porphy.

Opera alicuius conducta huc. Plaut. Aul. 3. 3. 7.

Intro abi: opera hinc conducta est vestra, non oratio.

Opera conducta. Cic. pro Sext. 38. Erat autem mihi contentio non cum viatore exercitu, sed cum operis conductus.

Tela conducta. Tibul. lib. 1. 7. 85. ubi Brockh. V.

Tellure conducta ferre. De paupere dictum. Virg. 12. Aen. 520.

Tentes conducti. Ovid. 1. Amor. 10. 37.

Torus conductus. Ovid. 1. Amor. 10. 44.

Conducta dicta ad fallaciam. Plaut. Poen. 3. 2. 3. Al. Condocta.

CONDUCTUM, i. n. ut. Habere aliquid conducti. Cic. pro Client. 175. Et Senec. de Benef. 7. 5. Nec conductum meum, quanquam sis dominus, intrabis.

Adcurere in conductum. Petron. cap. 9.

CONDUCTUM, Adv. apud Capitolium.

CONDUCTIO, ōnis. f. [καθίστασθαι] Cic. pro Cætin. 94. Qui colonus habuit conductum de Cæstena fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.

Conductio, aliter. Cic. 1. de Invent. 74. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet, &c.

Conductionem vocat, quam Græci οὐσιών vocant. ut, Conductio præcordiorum, membrorum, nervorum. Cæl. Aurel. Acut. 2. 3. n. 16. & 3. 18. n. 177.

CONDUCTUS, ūs. m. Idem. Contractio. Cæl. Aurel. Acut. 2. 15. Conductus superciliorum.

CONDUCTOR, ōris. m. Qui pecuniam alicui dat, ut aliquid fiat.

Conductor, etiam Is dicitur qui pecuniam accipit. Cic. 3. Q. frat. 1. Tum is mihi respondit, seipsum ejus operis h. s. xv conductorum fuisse. Cato cap. 14. Conductor vero lapidem, calcem, arenam, aquam, paleasque parabit.

Donare mercedes habitationum conductoribus. Cæf. 3. Bell. Civil. 21.

Conductor est qui vel rei aliena usum, vel alieni operis perfectionem, certa mercede pacta, recipit. Hotomanus.

CONDUCTRIX, ūcis. f. V. Cod. 5. t. 12. l. 18. & 4. t. 65. l. 24.

CONDUCENTRE, Adv. Gell. 16. 12. Commode hæc sane omnia & conducterent. Ita Mſi. Al. Condecenter.

CONDUCTIBILIS, e. [συνθέτων] i. e. Utile. Plaut. Epid. 2. 2. 71.

Reperiamus aliquid callidi, conductibilis censili. Al. Calidi, vel Cat.

Utile & conducibile. Author ad Heren. 2. 35.

CONDUCTITIUS, a, um. Adj. [μεταδοτός] Quod conductum est. ut, Fidicina conductitia. Plaut. Epid. 2. 3. 8.

Conductitia opera. Varr. 1. de R. R. cap. 17. Omnes agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utrifice. Liberis: aur quam ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercenariis & conductitiis liberorum operis, res majores, &c.

CONDULCO, ōre. [χρυσάκαν] Idem ac Dulcare. Vulg. Interpr. Sirac. 27. 26.

CONDULS, i. m. Idem quod Annulus, teste Festo. Ita dictus, ut videtur, ζεύς τὸν κρεβάνων, hoc est a digitorum articulis aut nodis, five quod annulus digitii exornari soleant, five quod in digitis annuli, veluti nodi quidam eminent. Prisci etiam Ungulum vocaverunt, & Symbolum, teste Plin. lib. 13. cap. 1.

CONDUPLOCO, [ἐπιδιπλωτός] ūre. quasi Simul duplicare, i. e. dupli- cem facere. Cic. 1. de Divin. 24. Tenebra conduplicantur.

Beneficium conduplicare. Ter. Phorm. 3. 2. 31.

Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

Divitias conduplicare. Lucret. 3. 71.

CONDUPLOCIO, ōnis. f. [ἐπιδιπλωτός] Plaut. Pœn. 5. 5. 18.

Quid hoc est conduplicatio? que hac congeneratio?

Conduplicatio, Figura Rhetorum. Author ad Heren. lib. 4. 38. Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut commiserationis, ejusdem eniūs, aut plurim verborum iteratio fit.

CONDŪRO, ōre. Durum reddere. Lucret. 6. 968.

Humor aque porro ferrum condurat ab igni:

At coria, & carnem mollit durata calore.

lib. 4. Meteor. cap. 6.

V. de hoc Aristot.

CONDURDUM, i. n. Herba est solstitialis, flore rubro, quæ e collo spensa comprimit strumas. V. Plin. lib. 26. cap. 5.

CONDUS, V. CONDO.

CONDYLÔMA, atis. n. [κωνδύλωμα] Tuberculum (inquit Pollux) quod ex inflammatione praestitum circum fedem, anumque existit. Latini Resolutionem ani vocant, quia resolvitur ille musculus assrectorius, quem sphinctera Graci nominant. Plin. lib. 20. vocat fedis vel ani Procedentiam, quem de violarum medicinis loquitur: quemadmodum alio loco uteri Procedentia in mulieribus appellat. Idem lib. 21. cap. 20. Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore excrescentia fanatica.

CONDYLOMATICUS, a, um. Nodus, pulsulosis. ut, Passio condylomatica. Cathol.

CONDYLUS, i. m. [κωνδύλος] Junctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ac stricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti (ut scribit Ariosto) ternos habent condylos & tuberculum. Martial. 5. 79.

Parvi tibiae condyli sonabunt.

CONDYLATUS, a, um. Nodo constrictus; ut, Lana condylata. Plin. Valer. V. Barth. Adver. 36. 3.

CONN, [κόνη] Infusa ad officium Istr. Lucan. 3. 200. — & barbara Conn. Sarmaticas ubi perdit aquas, &c. Ptolemæo est Kôra, Conn.

CONFABERICOR, āri. dep. Gell. 3. 19. Maleste atque odiose confabri- catus, communisque magis est originem vocabuli Gabius iste Bassus, quam enarravit.

CONFABRATIO, ēre. Idem. apud JCTos in Digest.

CONFARILIS, e. apud Firmicum.

CONFARÉUO, [συνειδεύεσθαι] āre. & CONFABULOP, āri. Plaut. Most. 2. 2. 78. Perii! illisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Al. Con- turbabunt. Ustatius est Fabular.

Confabulari, Colloqui. Plaut. Cistel. 4. 2. 77.

Salvum eccam: sed ego rem meam magnam confabulari

Tecum volo, sociam te mihi opto ad meam salutem.

CONFABULATION, ūnis. f. Colloquium. Symmach. 9. Epist. 89. Sæpius ad me commeant (epistolæ) & confabulationem præsens imitantur.

Pessimas confabulations. Hieron. Epist. 2. ad Neopatrem.

Præve confabulations. Tertull. ad Æxor. 2. 3.

CONFABULATUS, ūs. m. Idem. Sidon. 9. Epist. 11. extr. Hos eloquii tui claritas, artifice confabulatus, dum compellat.

CONFACIO, ēre. pro Conficer, Obsolatum. Festus; Conficerunt,

Una fecerunt. V. ibi Dacer.

CONFAMULOR, āri. Macrob. 1. Saturn. 17. Hylen naturamque signifi- cant confamulantes.

CONFARCIO, V. CONFERCIO.

CONFARREO, āre. Prælato farreo matrimonio jungi. V. FAR. & seq. dict. Tacit. 4. Ann. 16. Nam Patrios confarreatis parentibus genites tres simul nominari, ex quis unus legeretur vetusto more, neque adesse, ut olim, eam copiam, omissa confarandi affuetudine, aut inter paucos retenta. V. FÄRENS. Memint abunde Serv. ad 1. Georg. v. 31. Cæl. lib. 28. cap. 17. & Lilius de Diis gentilium pag. 701.

CONFARREATUS, a, um. [συνβιάνων ποιεῖσθαι] Gloss. Lat. Gr. 1

Partic. in Nuptiæ confarreatæ. Apul. 5. Met. Sororem tuam &c. iam mihi confarreatis nuptiis conjugabo. Sed Al. Confessio arra atque his nuptiis. V. pag. 170. Elmenh. & Stew. pag. 402.

CONFARREATUS, a, um. Partic. apud Apul. 10. Met. pag. 252. Elmenh. Talis mulieris publicitus matrimonium confarreaturus.

CONFARRETIO, ūnis. f. Genus sacrificii, quod fiebat inter virum & uxorem, in signum conjunctionis: sicut Diffaratio, in signum dissolutionis. Plin. lib. 18. cap. 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreatio vinculo erat: novaque nuptiæ farream præferant. V. Serv. d. 1.

CONFATÁLIS, e. [συνειδεύεσθαι] Quid eadem fati necessitate tenetur. Cic. de Fato 30. At si ita fatum sit, nascetur Oldipus Laius: non poterit dici, five fuerit Laius cum muliere, five non fuerit, copulata enim res est, & confatalis: (sic enim appellat) quia ita fatum sit, & concubitu- rum cum uxore Laius, & ex ea Oldipus procreatum.

CONFECTUS, V. CONFICIO.

CONFERCIO, ūi, tum, [συνειδεύεσθαι, συγχέω] ūre. ex Con & Farcio com- positum, significat Denfare. Varro de R. R. 3. 16. extr. Quo facto non modo desunt pugna, sed etiam conficerunt se lingentes. Plin. lib. 12. cap. 15. Myrrham pafsim a vulgo coemptam in folles conficerunt. La- cre. 6. 157.

Ventus enim quum conficerit franguntur in unum

Concreti montes nimborum, & grandine misti. Legunt quidam

Convertis.

CONFERTUS, a, um. [ἀπηρτός] Partic. Cæf. 5. Bell. Gall. 16. Neque æ tanta multitudine conjecta tela conferti vitare poterant. Virg. 1. Aen. 347.

Quos ubi confertos audire in prælia vidi.

Conferri & Rari, contraria. Cæf. 1. Bell. Gall. 17. Ut nunquam confer- ti, sed rari; magnisque intervallis præliarentur.

Acies conferta. In ACIES.

Agmine confertum. Virg. 3. Georg. 369. — confertoque agmine cervi

Torrent, &c. i. e. Agmine conjuncto: Cervi crini congrega- tione grātulantur. Servius.

Arma conferta. Sil. lib. 4. 158. — spissaque ruunt conferta per arma

Unde Boiorum.

Legio conferta maniplis. Sil. lib. 7. 390.

Liber confertus volatilitibus. Cic. pro Sext. 23.

Confertus cibo. Cic. in 2. Catil. 10. Vino languidi, confertus cibo, fertis redimiti, unguentis oblii &c. Alia exemplaria legunt Confetti.

Compar. Liv. 9. 27. Præterquam quod confertiores iterantur.

Superl. Liv. 2. 12. In confertissima turba prope regium tribunal constitit.

CONFERTIM, Adv. [ἀπηρτός] Liv. 28. 2. Quum confertim Romanii, ut solent, densatis excepissent scutis. Sed Gronov. Conferti exhibuit. Idem 21. 8. Quo acrius & confertim magis utrinque pugnabatur.

CONFERTO, ūris. f. tūli, lātem, [συνθέτων, συγθέτων, συνγένεια, συγθέτων, συγένεια, συγένεια, συγένεια] ferre. ex Con & Fero composi- tum; significat Simul ferre. Plaut. Capt. 4. 2. 15.

Nec quis in hac platea negotii conferat quicquam sul.

Conferre se in fugam. Cic. pro Cæcili. 22. Eodem tempore se in fugam contulerunt una amici.

In pedes se conferre. Plaut. Bacch. 3. 1. 7.

Quæ ut aspexi, me continuo contuli protinus in pedes.

Conferre me in campum, vel ad campum; in urbem, vel ad urbem; i. e. Vado. Quæ locutio eleganter etiam potest ponit sine particula in & A.D. Si autem personam dicas, non locum, nec essetio particula ad utendum est: ut, Contuli me ad patrem, non in patrem. Quoties autem significatur donatio, in utendum est: ut, Multa in Joannen contuli beneficia. Quicquid in ingratos conferitur, plane perditur. Non autem ad ingratos tam eleganter dixeris.

Romanus se contulit. Cic. pro Flac.

Se retro conferre. Claud. de 4. Conf. Hon. 399.

Se confert pituita in stomachum. Cels. lib. 2. cap. 12. Si in stomachum quædam biliosa concurrent, vel etiam pituita eo se, humoris aliquis aqua similis confert.

Seria conferre cum aliquo. Ovid. 2. de Pont. 4. 9.

Seditionem in tranquillum. Plaut. Amphit. 1. 2. 16.

Eam feditionem in tranquillum conferet.

Sermone, pro Colloqui. Plaut. Amph. 2. 2. 25.

Conferas sermonem nec joco nec serio. In Gronov. Cum ea tu serm. Tibi habeas.

Sermones conferre cum aliquo. Cic. 2. de Invent. Cum hoc ut fere sit, in via sermonem contulit.

Sermones conferunt inter se. Plaut. Curc. 2. 3. 11.

Confundit, conferunt omnes personas inter se drapetæ.

Vide an dicatur & sine adiectione Conferre inter se, ut Actor. cap. 4. 15. τοιαντας απός απόντας redditum fuit, Conferebant inter se. H. St. Vulgatus Ad invicem. V. supra Conferre, Colloqui.

Signa. Livius 1. 33. Aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat. i. e. Congredi fuerant Latinii cum Romanis. Cic. 7. Att. 5. extr. Reliquum est jocari, si hic finat: nam ego is sum, qui illi concedi putem utilius eis quod postulat, quam signa conferri.

Stipendium studio alterius. Columel. lib. 1. cap. 1.

Studio sua omnia in aliquem. Cic. 2. Q. frat. 14. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed me hercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam.

Studio omne atque omne ingenium conferre ad aliquid gloriam laudemque celebrandam. Cic. pro Arch. 19.

Studio & operam in rem aliquam. Cic. 1. Off. 22. Deserunt enim vitæ societatem, & nihil conferunt in eam studii, nihil opera, nihil facultatum.

Studio inter se. Quintil. in proem. lib. 4.

Tempus in rem aliquam. Plin. Paneg. 1. Ad rem aliquam. Cic. pro Leg. Manil. 9. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad obli- vionem veteri bellū, sed ad comparationem novi contulit.

Tributum in militare stipendium. Liv. 4. 60. Postremo, indictio jam tributo, edixerunt etiam Tribuni auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non contulisset.

Tributa ex censu quotannis conferre. Cic. 4. Verr. 137. h. e. Pro rata portione censu, seu facultatum.

Verba ad rem conferre, est, ut aut Donatus, Aggrega agere quod dicebamus. Ter. Eun. 4. 6.

Usque adeo ego illius ferre possum in expectias, & magnifica verba, Verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur, vapulabit.

Verbum in aliquem. Cic. 5. Fam. 5. Nam compreherere me non audeo dicere: ne forte id ipsius verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me fodere conferri.

Vires in unum. Liv. 27. 39. pr. Ut eterque Consulum hostem in sua pro- vicia contineret, neque conjungi, aut conferre in unum vires patetur.

Vocem in quæstum conferre. Cic. pro Quint. 11. Quum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater-nihil præter libertatem reliquifet, vocem in quæstum contulit. i. e. Voce quæstum fecit.

Voluntatem in aliquem. Cic. 13. Fam. 18.

Conferre in aliquem vel aliquid quidquidem, pro Imputare alicui causam. Falso conferre aliquid in aliquem. Cic. 5. Fam. 5.

Causam in aliquem. Cic. 12. Att. 31. pr. Evidem magis miror, quod quin in filium causam conferret, quæ nisi non iusta videtur, &c. i. e. Rejiceret.

Crimen in aliquem. Cic. 2. de Orat. 182.

Crimen falsum in purissimam & castissimam vitam alicujus conferre. Cic. pro Rofc. Com. 20.

Culpam in aliquem. Ter. Eun. 2. 2. 95.

Quid istic? Si certum est facere, facias: verum ne post conferas Culpam in me. Cic. 9. Att. 2. Solet, quum se purgat, in me confere omnem illorum temporum culpam.

Pernulta in aliquem, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferre. Cic. pro Planc. 35.

Suspicionem in aliquem. Cic. pro Rofc. Amer. 99. Audio præterea, non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri.

Timorem suum conferre in aliquid. Cœf. 1. Bell. Gall. 40. Qui suum timorem in rei funerariae simulationem, angustiasque itineris conferrent. i. e. Causam timoris eam afferent.

Vitia sua in senectum. Cic. de Senect. 14. Sua enim vitia insipientes, & suam culpam in senectum conferunt.

Conferre, [conferre] Comparare. Dicimus autem, Conferre te illi, & cum isto. Cic. 6. Verr. 121. Tu dignior Verres quam Calidius? qui, ut non conferar vitam atque astringementum tuum cum illius (neque enim est conferenda) hoc ipsum conferam, quo tu te superiorem fingis.

Allii ne minima quidem ex parte conferendi aliis. Cic. 1. Off. 76.

Illa que natura non litteris affectu sunt Romani, neque cum Græcia, neque illa cum gente sunt conferenda. Cic. 5. Tusc. 2.

Conferre novissima primis. i. e. Conjungere. [vel potius Comparare] Cic. ad Octav. Nam ut ordari a principio, & perducatur ad extremum, & novissima conferma cum primis.

Anplitudinem gemmarum conferre, i. e. Explorare. Suet. Cœf. 47.

Causas conferre, & quid in quamque sententiam dici possit, expromere. Cic. 2. de Divin. 151.

Exempla aliorum conferre. Ter. Adel. 1. 2. 14.

Si conferendum exemplum est, non fratrem videt?

Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobernum?

Faciem & mores conferre duarum, i. e. Invicem comparare. Ovid. 7. Met. 696.

Pacem cum bello, leges cum vi conferre. Cic. 6. Verr. 121. Sed ut pacem cum bello, leges cum vi, forum & jurisdictionem cum ferro & armis, & adventum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis.

Præsentia præteritis. Lucret. lib. 2. 1166.

Rationes. Cic. 5. Att. 21. Homo clamare, quid opus est, inquam, rationes conferatis, afflidunt, subducunt, ad numimum convenit.

Se conferre nominibus magnis, i. e. Cum viris magnis se conferre. Ovid. 1. de Pont. 1. 25.

Vitam alicujus cum alterius vita. Cic. pro Sull. 72.

Conferre, quod vulgo dicimus Collatione. Cic. 4. Verr. 131. non procul a fine, Tabulas in fore summa hominum frequenter excrabo: adhibentur in excrando de conventu viri primari: litteræ, litteræ omnes assimilate, expressæ, de tabulis in libros transferuntur, hæc omnia summa cura & diligentia recogniti, & collata, & ab hominibus honestissimi obligata sunt. Paulo post, Explicate descriptionem, imaginemque tabularum Deployez le double & la cope.

Retrum. Luc. lib. 1. non procul ab initio (v. 100). — qualiter undas

Qui fecat, & geminum gracilis mare separat Isthmos:

Nec patitur conferre fretum. An pro Se Conferre, pro Coire? H. St. Conferre, quod vulgo dicimus Collatione. Cic. 4. Att. epist. 1. vel ut quidam codices habent, 2. cuius initium est, Lepta. Quæ omnia in Martium mensem sunt collata. Ulp. in 1. Quæsitum. D. de spons. Quæsitum est apud Julianum, as sponsalia sint ante duodecimum annum, si fuerint nuptia collata. h. e. In duodecimum annum collata rejectaque.

Conferre, [conferre] in tertius personis, pro Conducit, vel prodeft, & utile est. Cic. 1. Acad. 15. Cælestia autem vel procul esse natura cognitione conferer: vel si maxime cognita esent, nihil tamen ad bene vivendum conferre. Sed vox novissima abea a Mif. V. not. Grut. & Gronov.

Comœdia plurimum ad eloquentiam conferit. Quintil. lib. 1. cap. 8. Multum hæc pietas conferit studio. Idem. 2. 9.

COLLATUS, a, um. Partic. [κατάλαθη] ut, Collata omnium vota in unius salutem. Plin. in Paneg. cap. 23. extr.

Arma undique collata. Lucan. lib. 5. 722.

Castris collatis. Sil. lib. 4. 56.

Color collatus, Comparatus. Propert. lib. 3. 24. 7.

Curbibus collatis, Comparata. Väler. 6. Argon. 270.

Dextra collata movere prælia. Ovid. 1. Fast. 569.

Marte collato interimerre aliquem, aut letho dare. i. e. Cominus interficere aliquem. Ovid. 12. Met. 379.

Pecunia alicujus honores collata. Cic. pro Flac. 59.

Puella levibus collata figuris. i. e. Aliarum comparatione non egregia forma. Propert. lib. 1. 4. 9.

Non simili aliis collata. Propert. lib. 1. 5. 7.

Non est illa vagis similiis collata puellis.

Viribus collatis. Plin. 8. Epist. 14. Sic collato pede præliari. Liv. 26. Cum Democrito Cleanthes & Chrysis collati, quinta classis videntur. Cic. 4. Acad. 73.

Dolere aliquem sibi collatum. Propert. lib. 2. 2. 89.

COLLATIO, ōnis. f. [κατάλαθη] Budavus, Collationem antiqui vocabant, qua Indicatio alias Latine dicitur: vulgus soleam vocat. Plin. in Paneg. cap. 41. pr. Nam mihi cogitanti cundem te collationes remissive, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Liv. 4. cap. 60. Patres bene coepit rem perseveranter tueri: conferre insi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs grave plautis quidam ad ærarium convergentes, speciōfam etiam collationem faciebant.

Recipere collationes. Suet. Calig. cap. 42. Et patria onera conquerens, collationes in alimoniam atque dotem pueræ recipit. V. ibi Pitisc. & ad Neron. cap. 36.

Exercitus, castra, agmina, signorum collationes, &c. Cic. 1. de Orat. 210. Collatio, Comparatio. Plaut. Milit. 1. 3. 67.

Ubi facta erit collatio nostrarum multituarum, &c.

In collatione. Plin. lib. 37. cap. 99. Optima vero sunt quæ in collatione, aurum albicare quadam argenti facie cogunt.

Collatio, Orationis figura est apud Rhetores. Cic. 1. de Invent. 49.

Collatio, est oratio rem cum re similitudine conferens.

COLLATUS, ōs. m. [κατάλαθη] Hirt. de Bell. Hispan. cap. 31. pr. Congressus enim & clamor &c. in collatu pari erant conditione.

COLLATOR, ōris. m. [καταφέρει, καταφέρει] Plautus Curc. 4. 1. 13.

Symbolorum collatore apud forum piscarium.

COLLATORIUS, a, um. ut, Funes collatorii. Veget. de re Milit. 4. 46.

Alii legunt Chalatori.

COLLATITUS, a, um. Adj. [καταφέρει] ut,

Instrumenta collatitia, Sen. in Consolat ad Marciam cap. 10. pr. vocat Ea quæ a pluribus commodantur. Collatitius, & ad dominos reditirus instrumentis scena adornatur. Sic Quintil. Decl. 6. Collatitiam vocat festulatur. Quæ a pluribus conferuntur.

Stips collatitia, dicitur Ammiano Marcellino, Quæ passim erogata vivit inopere. V. & Apul. 8. Met. p. 213.

COLLATIVUS, a, um. Idem quod Collatitius; Quod scilicet a pluribus collatum est: ut, Collativum sacrificium. Collativum autem ventrum vocat Prætor. Cic. 2. 1. 16. Magnum & turgidum, eo quod in cum edulia multa conferatur.

Favor collativus. Macrobi. 1. Somn. Scip. 66.

Collativum etiam neutro genere dicimus, eadem forma quæ Donativum, pro Pecunia quam populus Principi vel Reipublice conferit.

CONFERRUMINO, [συνάζει] utre. Idem quod Ferruminate significat.

Plin. 27. 8. §. 45.

CONFERTUS, V. CONFERRIO.

CONFERRA, a, f. quid sit declarat Plin. lib. 27. cap. 9. his verbis, Peculiaris, inquit, est Alpinis fluminibus conferta, appellata a conferrimando, spongea aquarum dulcioris verius, quam nucus ant herba, villosa dentisatis atque fistulosa. Curatum ea scio omnibus fere ossibus contractis, prolapsum qd arbore alta putatorem, circumdata universo corpori, aquam lumen inspergenteribus, quoties inareceret, &c.

CONFERVEO, bui, [συγχέω] ēre. Idem quod Ferrete, vel Simul servare.

Ita conferbuit. Hor. 1. Serm. 2. 71.

Confervent offia, id est quod vulgus chirurgorum dicit, glutinante per formam. Cels. lib. 8. cap. 10. Si quando vero offia non conferbuerint, quæ

qua sepe soluta, sepe mota sunt, &c. Hoc ab Hippocrate dicitur
exscriptus.
CONFERVESCO, [παρενθέσαι] ēre. i. e. Vehementer incalescere. Columel.
lib. 12. cap. 23. Et tunc demum prædicta pīcis sextans, & femuncia in
sexarios quinque & sexaginta adjicuntur, & rutabulo ligneo permiscetur,
nec postea tangitur dum conservescet. Plin. lib. 18. cap. 30. Vitruv. 5. 3.
Verfando conservescet, & 7. 11. Ab ignis vehementia conservescendo.
CONFERVÉFACIO, ēre. Lucret. lib. 6. 352. de Fulmine,
Diffolvit porro facile ās, aurumque repente
Conserfescit, & parvisquia facta minute
Corporibus vis est, &c.

CONFESSIO, CONFESSOR, CONFESSUS. V. CONFITEOR.

CONFESTIM, [παρενθέσαι] Adv. i. e. E vestigio, subito, mox, con-
tinuo. Cic. 4. Att. 10. Hæc ego ad te: ut si quid novi (nam quotidie ali-
quid expecto) confestim ad me.

Confestim aut ex intervallo. Cic. 1. de Invent. 42. Quæ factum aliquod
similiter confestim, aut ex intervallo solent confessi.

Sine ulla mōra & confessi rem gerere. Cic. 5. Philipp. 3. Rem admis-
trandam arbitror sine ulla mōra, & confessim gerendam censeo.

CONFIBULA, ἄξ. f. [πάγια] Cato cap. 12. Fibulas quadriginta, vētes
quadriginta, confibulas lignæas, quæ arbores comprimat, si dehiscent,
& cuncos sex. Confibulae autem sunt, interpret Turnebi, tanquam
Duplices fibulae, quæ si quando quid hiet & aperiat, ad confingen-
dum utrinque & comprindendum adhucientur, interpolitis & interculatis
etiam cuncis, quos Cato desiderat sex.

CONFIRMO, ēre. Novatian. de Trinit. cap. 18. In semetipso concor-
diām confubilarū.

CONFIRULATIO, ōnis. f. Novatian. de Trinit. cap. 19. Mutui frēderis
confubilarū sociatum.

CONFICIO, ēci, ecūm, [ευποίησι, Αγαπήσωμ, πεῖσμα] ēre. ex
Con & Facio; idem quod Facere vel Perfice. Cic. 5. Fam. 11. de Dio-
nysio, si me amas confice: quamcumque ei fidem dederis, præstabō.

Conficere exercitatione. Cic. 1. de Invent. 5. Hoc si forte non natura
modo, neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam
comparatur.

Magna cura, multa opera, & labore conficere aliquid. Cic. 16. Att. 17.
Verbis aliquem conficere, pro Refutare dixit Plaut. Pseud. 1. 5. 49.

Vi manuque conficere aliquid. Cic. 1. Off. 76.

Amanter diligenterque conficere aliquid. Cic. 2. Att. 4.

Conficere nūcum. Plin. Nucem dentibus conficere, ac plagæ impone-
re. h. e. Masticando conterere, & communire. [Nili error eit. V.
lib. 23. Scđt. 77. extr.]

Conficere hominem. Donatus in Eun. Terentii 5. 4. 6. Proprie
(in-
quit) hoc verbum convenit gladiatoriis iis, qui gravissimis vulneribus
occubuerunt. Sic Cic. 2. in Catil. 24. Gladiatori illi confecto & fauci.
Idem 7. Ver. 13. Plagis confectum dico a lictoriis tuis civem Roman.
ante oculos tuos concidisse.

Ignes conficiunt silvas, i. e. Confusunt. Lucret. lib. 1. 905.
Pavor attonitus conficerat hostes. Lucan. lib. 6. 131.

Sica conficere aliquem. Cic. pro Milon. 38.
Conficere, absulote, pro Occidere. Tacit. 1. Ann. 6. Quem ignarum
inermumque āgre conficit. V. etiam 4. Ann. 7. 3.

Conficere, per translationem, pro Gravare, opprimere, & vehemen-
ter afficere. Plin. 8. Epist. 16. Conferunt me infirmates meorum.
Cic. 3. Att. 8. Itaque quum meus me mōrō quotidianus lacerat, &
conficit, tum vero hæc addita cura viri mihi vitam reliquam facit. Con-
ficit, i. e. Confundit, & tabescere facit.

Quos in foro, quos in ambitione, quos in Repub. quos in amicorum ne-
gotiis res ipsa est non conficit, quam possemus, &c. Cic. 1. de Orat. 79.
Confector est & conficit. Cic. 2. de Invent. 111. Quod tamen excursionibus & latrociniis infestam provinciam redderent. confector est &
conficit. Subaudi Ex superioribus, quosdam in Gallia.

Conficere aliquam virginem. Ter. Eun. 5. 4. 6.

— virginem

Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine stipendio. Ubi Donatus, Si dixisset, Amo-
rem confeci, possit intelligi, confeci, expedivi, perfeci. At vero
Virginem confeci quid intelligentem, nisi hoc unum quod insultat Par-
meno, Confecit virginem, quasi dicat Superatam, atque devictam?
[Sed fatius est priorem expositionem legui.]

Angore confici. V. ANGOR & partic. CONFECTUS.

Cursi confici. Cic. 4. Fam. 23. & 1. de Fin. 59.

Defidio alicuius incendi & confici. Cic. in Orat. 33.

Dolorē & pudore confici. Cic. 14. Fam. 3.

Doloribus summis. Cic. 5. de Fin.

Fame. Cic. 3. Off. 29.

Frigore. Cic. 3. Off. 29.

Se conficere. Cic. 10. Fam. 17. Ego eum non solum hortatus sum: ve-
rum etiam coegi ita proficisci, quod & illa valetudine magis conficere
se, quam me juvare posset in calbris.

Solicito me conficere. Cic. 11. Att. 4. extr.

Vetus omnia conficit & confunxit. Cic. pro Marcell. 11.

Conficere, variis nominibus jungitur, ut, Conficere ambulationem po-
meridianam in aliquo loco. Cic. 5. de Fin. 1. h. e. Deambulare.

Absolutionem, Absolvere. Cic. pro Cluent. 74. In confitum erant ituri
judices tringita & duo, sententia decem & lex absolucionis confici poterat.
R̄ quorū spatiis immensum conficere, Percurrere. Virg. 2. Georg. 541.

Annos aliquot. Cic. 1. Tusc. 92.

Annos prope centum conficit. Cic. in Orat. 176. h. e. Explevit, vixit.

Annulum, pallium, succos sua manus conficere. Cic. 3. de Orat. 127.

Argentum alicuius. Dilipare. Ter. Phorm. 5. 5. 11.

Nō quum hic non videant me, conficere credant argentum suum.

Bellum, Pugnare. Plin. lib. 16. cap. 36. Calamus Orientis populi bella
conficiunt.

Bellum conficere, pro Finire & absolvere. Cic. 5. Fam. 10. Nam si
hoc expectandum est, dum totum bellum conficiunt.

Bibliothecam alicui. Cic. 1. Att. 7. Et velim cogires (id quod mihi pol-
licitus es) quemadmodum bibliothecam nobis conficerere possis.

Cibos i. e. Concoquere, & quod vulgo dicunt Digerere. Plin. lib. 11.
cap. 37. Poteca arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi
ad conincendos cibos.

Cibos etiam conficere, pro Commanducare, vel subigere. Liv. lib. 2. 12.
Cibos conficerere, pro Ad eum preparare. Columel. lib. 12. cap. 3. Post
quæ ad cibum confidendum wasa constituebantur: inde quæ ad lavationem.
Paulo post, Quæ ad cibaria coquenda & confidenda pertinent.
Cursum, Navigationem. Cic. 5. Att. 15. Hinc Seyrum, deinde Delum,
utroque citius quam vellenum, cursum conficerunt.

Curriculum vivendi, a natura datum recte & honeste conficerere. Cic. de
Univ. 38.

Curfus annos Sol conficit. Cic. 1. de Nat. Deor. 38.

Diem. Plaut. Trin. 3. 3. 78. Longo fermons utimur, diem conficerimus.

Diem extreum morte. Cic. 3. de Fin. Quum extreum vita diem
morti conficerit.

Efcas, dicunt dentes intimi. Cic. 2. de Nat. Deor. 137.

Exercitum. Cic. 8. Att. 11. Reges barbaros incitare, gentes feras arma-
tas in Italiam adducere, exercitus conficerere maximos.

Exercitum difficili Reipub. tempore conficerere. Cic. pro Lege Manil. 61.
Facinus. Cic. pro Rofc. Amer. 76.

Famam. Cic. de Clar. Orat. 259. Catulus erat ille quidem minime in-
doctus: sed tamen suavitias vocis, & lenis appellatio litterarum bene
loquendi famam conficerat. h. e. Pepererat, ac quisierat.

Flagitium. Ter. Phorm. 5. 2. 5. Dum aliqd flagiti conficiat.

Funera justa. Cic. 6. Bell. Gall. cap. 19. extr. Ac paulo supra hanc memo-
riani servi & clientes, quos ab iis dilectos esse confabat, justis fune-
ribus confecti, una cremabantur. Al. Funeribus.

Iter. Cic. 4. Bell. Gall. cap. 4. Atque hoc omni itinere una nocte equi-
ta confecto, inscios, &c.

Jurisdictionem. Cic. 2. Fam. 12. Quoniam jurisdictionem confeceram,
civitates locupletaram.

Legationem & mandata conficerere. Cic. pro Planc. 28.

Librum, pro Scribere & compонere. V. CONFECTIO.

Ligna ad fornacem. Cato cap. 16. Calcarius perficit & coquit, & ex
fornace calcem eximit, & ligna conficit ad fornacem.

Malum alicui. Ter. Heaut. 5. 2. 1.

Profecto, nisi caves tu hōmo, aliquid gnato conficies mali.

Mandata. Cic. 9. Philipp. 6. At ille properans, festinansque, manda-
ta nostra conficerere cupiens, &c.

Mandata alicuius digerere, persequi, conficerere. Cic. 2. Q. frat. 13.

Motus animalium. Cic. 2. de Orat. 324.

Munus annum. Cic. 2. Fam. 11.

Munus sefupetum. Cic. 2. de Orat. 11.

Negotium. Cic. 3. Bell. Gall. cap. 15. Quæ quidem res ad conficien-
dum negotium maxime fuit opportuna.

Negotium peraliquem conficerere. Cic. 1. Att. 3.

Negotium ex sententia conficerere. Cic. 10. Fam. 17.

Nuptias. Ter. Phorm. 2. 1. 28.

Bonas me absentia hic confecisti nuptias. V. infra.

Officium legationis. Cic. 3. Bell. Civil. cap. 103. Sed qui ab eo missi
erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui
cooperant. [Puto Regis scribendum.

Opus conficerere. Plaut. Capt. 3. 5. 67.

Ornamenta. Cic. pro Sext. 110. Cujus ille ordinis nomen retinet, or-
namenta conficit.

Pactio. Cic. 5. Att. 13. Et eo facilius: quod in nostra provincia con-
fecta sunt pactioe.

Partem perpolite ac conficerere orationis. Cic. 2. de Orat. 121.

Patrimonium, Diffipare. Cic. pro Flacc. 90. Quam non amicus suis ci-
vibus, qui patrimonium satis laet. m., quod lic nobiscum conficerere po-
tuit, Græcorum conviviis maluit diffipare?

Pacem. Cic. pro Flacc. 29. Pacem maritimam summa virtute atque in-
credibili celeritate conficit.

Pacem alicuius in leges suas. Ter. Heaut. 5. 2. 45.

namque adolescentes quam minima in spe situs erit,

Tam facilime patris pacem in leges conficiet suas.

Peculium grande. Plaut. Merc. prol. 95.

Pecuniam ex re aliqua, pro Curare & parare. Cic. 3. Verr. 138. Negat

illa posse hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecu-
niam confici posse.

Pensum. Plaut. Merc. 2. 3. 81.

Ea mōlē, conficeret pensum, pīsetur flagro & c.

Pensum, alter. Plaut. Perf. 2. 4. 1.

Pensum meum quod datum est, confici: nunc proprio domum.

Sic, Conficerere opus. Idem Capt. 3. 5. 67.

Porticum mille pallium. Cic. 4. Att. 15. In campo Martio septa tribu-
ris comitii marmorea sunus & testa facturi, eaque cingemus excelsa
portici, ut mille passuum conficiatur.

Prandium. Plaut. Men. 3. 2. 4.

Professionem conficerere, est Profiteri rem suam esse, & edere numerum
ejus vel modum, vel estimationem apud magistratum, ut in censu,

quod vicarius etiam alterius opera fieri interdum, auctoritatem duni
prætaret, poterat. Cic. 16. Fam. 23. Tu vero confice professionem si
potes, &c. Ex Turnebi.

Rationes. Cic. 6. Att. 7.

Reditum alicui, pro Impetrare & efficere ut redeat aliquis. Cic. 9. Fam.
13. Reditum si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus con-
ficerere.

V. & Suet. Cœf. 5.

Rem. Cic. 1. Bell. Civil. cap. 72. Cœf. in eam spem venerat, se sine
pugna & sine vulnere fuorū, rem conficerere posse.

Rem conficerere, i. e. Patrimonium consumere. Cic. Post reddit. in Senat.

10. Qui quum suam rem non minus strenue quam postea publicam con-
ficeret, egitate & luxuriam domestico lenocinio sufficiavit

Sacra. Cic. 13. Fam. 12. Quibus & sacra conficerere, & sarta testa ædium
factarum locorumque communium, tueri possint.

Sermonem. Cic. 1. de Orat. 27. Cœf. 1. Bell. Civil. 8. Is reliquo sermone
confector, cuius rei causa venerat, habere a Pompeio ad eum privati
offici mandata demonstrat.

Significationem. ut, Exclamatio est, quæ conficit significationem dolo-
ris. Auct. ad Heren. lib. 4. 23.

Solicitudines alicui. Ter. And. 4. 1. 26.

Quantitas hinc suis consiliis mihi conficit solicitudines.

Spatia eadem conficerere. Cic. 1. de Nat. Deor. 88.

Stadia aliquot vario sermone. Cic. 5. de Fin. 1. Itaque ad tempus ad Pisonem omnes: inde vario sermone sex illa a Diplo stadia confecimus. Tabulas. Cic. 5. Ver. 60. Audimus aliquem tabulas nunquam confecisse, quae est opinio hominum de Antonio falsa.

Tempus annum. Cic. 15. Att. 15.

Tunicas hibernas. Plaut. Mil. 3. 1. 93.

—eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium

Malacum & calidum conficiatur, tunicaque hibernæ bona.

Vestem. Columel. lib. 12. cap. 3. Nihil enim nocebit, si sibi atque aetoribus, & aliis in honore servilis vestis donii confecta fuerit, quo minus patris familias rationes enteruntur.

Viam longam. Cic. de Senect. 6.

Celeritatee incredibili longissimæ vias conficete. Suet. in Cæs. cap. 57.

Vim divinam. Cic. 2. de Divin. 117. Quæ vetustas est, quæ vim divinam conficeri possit? h. e. Omnia perdere, & in nihilum redigere, atque consumere. De oraculo Delphico, ubi jam desierant responsa dari.

Vulnus aerbum. Virg. 11. Æn. 824.

Cum aliquo conficerre, pro tranfigere. Cic. 7. Fam. 2.

Cum aliquo de re aliqua conficerre. Cic. 12. Att. 19. pr.

Ex quo conficitur, si leges duæ, aut si plures, &c. Cic. 2. de Invent. 72. i. e. Ex quo concluditur.

Confector est. Cic. in Topic. 29. Nondum est sat: adde, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta, confector est.

CONFICENS, entis. [εἰσαγένετος, ἀγοντούσι] Partic. Qui conficit. Confidentissima litterarum civitas, Quæ omnia scribit quæ agit. Cic. pro Flacc. 44. Cum civitate mili res est acerrima, & confidentissima litterarum, in qua numerus moveri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor menariis, qui apud illos a populo creaturæ. Sic Eificens. H. St.

Confidentes cause & Efficientes, pro iisdem. Cic. in Partit. 94.

Bonorum conficiens, pro lis que bona conficiunt. Cic. 5. de Fin. 81. Sed hac quam corporis bona sint, eorum conficiens certe in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, divitias, honores, opes.

CONFICUTUS, a. um. Partic. [εἰσαγένετος, ἀγοντούσι] Cic. 2. Off. 2. Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus.

Confectus cæde, Interfectus. Sen. Herc. fur. 13.

Confectus ac trucidatus. Cic. de Arusp. Resp. 2. Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam est statim in facto ipso a gravissimo viro P. Servilio confectus ac trucidatus.

Confectis æstivis. Cic. 3. Fam. 9.

Ævo confectus. Virg. 11. Æn. 85.

Cibo. Cic. 2. in Catil. 10.

Calore & spiritu cocta & confecta quæ in alvo sunt, in reliquum corpus dividuntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 137.

Corpore & animo confecta mulier. Cic. 14. Fam. 4.

Cruciatus confectus maximorum dolorum. Cic. 11. Att. 11.

Dolore afflido confectus. Catul. 63. 1.

Dolore animi. Cic. pro Muren. 86.

Fame, frigore, inopia rerum omnium. Cic. 1. in Catil. 26.

Flaminis confecta. Valer. 6. Argon. 384.

Laboribus, concurbationib[us]que conjectum graviter se habere. Cic. 10. Fam. 17.

Mærore confectæ virgines. Curt. 3. 11. 25.

Squalore fordidus, confectus morbo, lacrymis ac mærore perditus. Cic. pro Muren. 86.

Senecta. Ovid. 6. Met. 37.

Summa senectute. Cic. in Pison. 84.

Senio. Claud. de Bell. Gild. 446.

Vino, iultrisque. Cic. 2. Philipp. 6. Quum omnes impuritates pudiea in domo susciperes, vino iultrisque confectus.

Vino, gancis, lenociniis, adulterique. Cic. pro Sext. 138.

Vulneribus. Cic. Post reddit. ad Quir. 5.

Ætas confecta annis. Columel. lib. 1. cap. 8.

Artus confecti languent. Lucret. lib. 3. 960.

Bellum affectum, & pane confectum. Cic. de Provinc. Consul. 19.

Bella consilio togatorum suscepit sape & confecta. Cic. 1. Off. 79.

Cibus confectus coactusque in jecore, per venam cavam ad cor perlabiliter. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.

Civitas ab aliquo confecta, i. e. Everfa. Cic. de Arusp. Resp. 42.

Civitas confecta seniæ est. Cic. pro Milon. 20.

Cursus confecti. Virg. 5. Æn. 362.

Fata. Stat. 9. Theb. 139.

Forma confecta macie. Virg. 3. Æn. 590.

Latina confecta. Lucan. 1. 550.

— & ostendens confectas flamma Latinas. Ubi Interpr.

Latinas ferias ostendebat flamma, que se extis impositis dividebat. V. etiam lib. 5. 402. & Gronov. Observ. 4. 25.

Lex. ut. Eadem ratio, quæ est in hominis mente confirmata & confecta, lex est. Cic. 1. de Legib. 18.

Munus confectum carmine. Catul. 66. 149.

Hoc tibi quod potui confectum carmine munus,

Pro multis alius redditur officiis.

Pectora magno confecta labore. Tibul. lib. 1. 7. 39.

Resconfecta est. Cic. 8. Att. 4. i. e. Actum est de Italia. C'en est fait, Tant est perdu.

Stipendia. Cic. pro Lege Manil. 26. Partem militum, qui jam stipendiis confecti erant, dimisi.

Tabulae litteris Græcis confectæ. Cic. 1. Bell. Gall. 29. In castris Helvetiorum tabulae reperta sunt litteris Græcis confectæ.

Victoria. Cic. 14. Philipp. 1. Paulus ante dixit, Victoria quæ parta est, Confector, omnis. f. [εἰσαγένετος, ἀγοντούσι] Cic. pro Flacc. 10. Nec tabulae creditoris profertur, nec tributi confectio illa recitatatur.

Annalium confectio. Cic. 2. de Orat. 52.

Libri. Cic. de Senect. 1. Mihi quidem ita jucunda fuit hujus libri confectio.

Belli confectio. Cic. 14. Philipp. 1.

Escarum confectio a lingua adjuvari videtur. Cic. 2. de Nat. Deor. i. e.

Ciborum communio.

Confector, Medicamentorum immixtio, seu compositio. Gell. lib. 17. cap. 16. de Mithridate rege loquens, Solitumque earum sanguinem milicere medicamentis, quæ digerendis venenis valent: eumque sanguinem vel potentissimum esse in ea confectione.

Vol. L. 1.

CONFECTOR, omnis. m. [εἰσαγένετος, ἀγοντούσι] Cic. 2. de Nat. Deor. 41. Atque hic noster ignis, quem usus vita requirit, confector est & consumptor omnium: idemque quodcumque invasit, cuncta disturbat ac dilipat.

Æris confector. Spon. Miscell. Erud. Antiq. p. 221. i. e. Qui in fodinis & officiis æs preparant. Belli confector. Cic. 10. Fam. 10.

Coriorum confector. Firmic. lib. 3. cap. 9. & 12.

Ferarum confectors. i. e. Occidores. Suet. Aug. 43. V. ibi Pitif.

Negotiorum confector. Cic. 4. Ver. 108.

CONFECTRIX, ſic. f. Laetant. 7. 11. ex Ciceron incerto loco: Con-

fectrix omnium rerum vetustas, i. e. Quæ conficit & consumit.

CONFECTURA, æ. f. [εἰσαγένετος] Plin. lib. 13. cap. 12. Proximum amphitheatre datum fuerat a conjecture loco.

Mellis conjectura. Columel. lib. 9. cap. 14.

CONFECTORIUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. πορευθεῖν, Consectorium. V. Voss. 2. Rhet. p. 237.

CONFECTUARIUS, i. m. Idem ac Consector serie. Ita vocari consectoriis in veteri Inscriptione obseruat Scalig. ad 4. Manil. p. 286.

CONFICTIO, CONFICTUS. V. CONFINGO.

CONFIDEJUSSOR, omnis. m. Qui cum alio fidejubet. Contreplege. Modestinus 1. ut fidejussor. D. de fidejussor & mandat. Ut fidejussor aduersus confidejussorem suum agat, actio danda non est; ideoque si ex duobus fidejussoribus ejusdem quantitatæ, alter electus a creditore totum exfolverit, nec ei celsi sint actiones: alter nec a creditore, nec a confidejussore recte convenietur.

CONFIDO, iſus sum, [πείπειν, ἔρχεσθαι] ēre. significat Credere & existimare, tum in praeterito, tum in praætenti, tum in futuro: auctore Valla lib. 5. cap. 47. V. paulo infra Confidere & Credere. Habet etiam prætitum activæ terminacionis Confidi, Liv. 44. 13. Nec tum inenam modo, sed agnos etiam considerunt se a populationibus tueri posse. V. Bortich. Cogit. pag. 288. & seq.

Confidere de. ut, Quum de consuetudine civitatis vel provinciae confidere quis videtur. Ulpian. in I. quum de consuetudine. D. de legibus.

De salute confidere. Cic. 2. Bell. Civil. 5.

Confidere in. ut, Quippe qui in illorum sibi confidere multitudine. Hirt. de Bell. Afric. cap. 19. [Lego] Confideret.

Confidere & credere. Liv. 2. Et Consules magis non confidere, quam credere suis militibus. Qui locus non parum habet difficultatis, proinde sic explicardis. Creditus illis, quos solvendæ esse putamus: Confidimus iis, quorum benevolentia nos facit securos. Consules potius non confidebant suis militibus, quos aversos alienatoque a se animo existinabant, quam de viribus illorum desperarent. [Legendum forsan, Quam non credere: Plus et quippe Confidere, quam Credere. Sed locum non reperi.

Confidere & Metuere, contraria. Ovid. 17. Epist. 173.

De facie metuit, vita confidit, & illum

Securum probitas, forma timere facit.

Num confidit? Plaut. Pheid. 4. 7. 107.

Num confidit? fycophanta hic nequam est, nudus meditatur male.

Al. Non confidit.

Nihil nimis oportet confidere. Cic. 1. Tusc. 78.

Confidere alicui. Cic. 3. de Fin. 25. Atque sit vir altus & excellens magnus animo vere fortis confidere sibi debet, & sua vita & actæ & conscientiæ.

Timide confidere alicui. i. e. Non tuto. Ovid. 2. de Arte Am. 143.

Mibi ipse confido. Cic. de Amitio. 17.

Sibi confidere. Cic. pro Flacc. 5.

Arcas alicuius confidere. Cic. 1. Att. 9.

Bono fragili confidere. Sen. Hippol. 6.

Bonus suis. Cic. 5. Tusc. 40.

Causa. Cic. 1. de Fin. 1.

Causa sua ferocius. Cic. 8. Att. 9.

Constantia alicuius parum. Cic. 16. Att. 16.

Figura seæ. i. e. Pulchritudini. Ovid. 10. Met. 69.

Optimatus nihil. Cic. 9. Att. 4.

Rebus afflictis melius. Virg. 1. Æn. 456.

— hec primus Æneas ipse ratiæ falutem

Aufus, & afflictis melius confidere rebus. i. e. De afflictis rebus.

Regnis suis. Juppiter de Colare mortuo apud Valer. 6. Argon. 625.

Hei mihi si dure natum subducere forti

Molior, atque meis audim confidere regnis.

Virtuti. Cic. 1. Bell. Civil. 24.

Virtuti constantia alicuius. Cic. 5. Philipp. 1.

Confidere cum ablative posuit Cic. 5. Tusc. 8. Cetius ingenium & eloquentiam quæ admiratus est Leon, quævisce ex eo, qua maxime arte conferderat.

Confidere cum Atlat. ut bene contra Servium Lancelotus scripsit. Desp. 317. Item confidere cum Accus, apud Statuum, ut quidem legit Prisc. sed Confidens in aliis exempl. V. idem Desp. ibidem. H. St.

Animo confidere. Cic. 1. Q. Frat. 2. Sperent superiores fore nos, confidant animo, ut in hac Repub. ne casum quidem ullum pertineat.

Animo & spe confidere. Hirt. de Bell. Afr. cap. 1. extr. Tamen non deterrebatur, animo & spe confidebat.

Firmitate corporis & fortuna stabilitate confidere. Cic. 5. Tusc. 40.

Confidere aliquorum. Cic. 8. Att. 19.

Confidere cum viris. ut, Confido fore, ut alio genere litterarum utatur. Cic. 16. Att. Epist. penult.

Confido rem, ut volumus, esse. Cic. 6. Att. 7.

De futuro. Cic. 11. Fam. 8. Ita enim sperant atque confidunt, ut antea rege, sic hoc tempore regno tunc Repub. literaturum.

De praesenti. Cic. 3. Off. 3. Quanquam a Cratippo nostro, principe humanus memorie philosophorum, hæc te assidue audire arce accipere confido.

De præterito. Cic. 7. Ver. 176. Ego mei jam rationem officii confido esse omnibus iniquis in meis perfoluntam.

CONFIDENTS, entis. f. [εἰσαγένετος, ἔρχεσθαι] Partic. Audax, nihil timens: tam in bonum, quam in malum accipere. Frequentius tamen in malum.

V. MOX CONFIDENTIA.

In bonum. Plaut. Merc. 5. 2. 14.

— o Cupido quantus es?

Nam tu quemvis confidentem facile tuis factis facis:
Eundem ex confidente auctum diffidentem denuo. **Idem Capt.**

1. 5. 8.

In malum. **Ter. Phorm. 1. 2. 73.**

— est parasitus quidam Phormio.

Homo confidens, qui illum dñm omnes perdunt. Ubi Donatus,
Hic Confidens pro Improbō, audace & temerario posuit. ut, O ingen-
tem confidentiam! Plaut. Amph. 1. 1. 1.

Qui me alter est audacior homo? aut qui confidentior?

Homo durus, confidens, tumidus, amari sermonis. Hor. 1. Serm. 7. 7.
Nequam est homo ille atque confidens. Cic. 7. Philipp. 4.

Confidens, Constat, inquit Donatus. Ter. And. 5. 2. 14.

Nescio quis sexen modo venit: illum, confidens, catus.

Superl. Virg. 4. Georg. 445.

Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras

Juilletadie domos? h. e. Audacissime.

Gallum confidentissimum fudit alitis propugnazione Valerius. Ammian.

24. 11.

Mendacium confidentissimum. Apul. Apol. p. 318.

CONFIDENTIA, a. f. [χρήσις, θετός] Plaut. Mil. 2. 2. 74.

Tute unus si recipere hoc ad te dicis, confidentia est

Nos inimicos profligare posse.

Confidentia & Fidentia, differunt, ut Cic. 3. Tusc. 14. ostendit, his
verbis, Qui fortis est, idem fidens, quoniam confidens mala confi-
tudine loquendi in vitio ponitur, dulcum verbum a confidendo, quod
laudis est. Qui autem est confidens, is profecto non extimescit, &c. Hac Nonius.

Affere confidentiam. In **AFFERO**.

Amittere confidentiam. In **AMITTO**.

Habere confidentiam in ventre. Plaut. Capt. 4. 2. 32.

Confidentia, capiū in malam, Fiducia in bonam partem accipitur,
autore Donato. Ter. Eun. 5. 1. 23.

Vide amabo, si non quoniam apicias, os impudens

Videtur, r. non est. p. tum que ejus confidentia est?

An Fidentia? Vide Append. in Varr. cap. 19. H. St.

Improbitas & confidentia. Cic. pro Cæc. 2. Quasi vero aut in judicio
posit idem improbitas, quod in vi confidentia.

Confidentia & temeritas. Cic. 2. Philipp. 104. Jam intelliges aliam cau-
sam esse hasta Cæsar, aliam confidentia & temeritas tuæ.

Ingens confidentia. **V. INGENS**.

Vide quo vultu, qua confidentia dicat. Cic. pro Flacc. 10.

Scapularum confidentia. i. e. Duritia. Plaut. Afin. 3. 2. 3. Nonius.

Confidentia, Constatia. Cic. 3. de Rep. Duas sibi res, quo minus in
vulgus & in foro dicet, confidentiam & vocem defuisse. Nonius.

CONFIDENTIOLOUS, a, um. [ὑπερονόμος] dictio a Plauto con-
ficta in Trin. 1. 2. 164.

Nihil est profecto stultius, neque stolidius,

Neque mendacioquius, neque argutum magis,

Neque confidentiloquius, neque perjurios,

Quam, &c.

CONFIDENTER, Adverb. [ὑπερβολή] Plaut. Capt. 3. 5. 6.

At ut confidenter mihi contra astiri.

Spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiose, fla-
gitiose factum. Auct. ad Herenn. lib. 1. 8.

Facere confidenter. Plaut. Mil. 2. 5. 55.

Colloqui. Cic. 2. de Orat. 28.

Restare confidenter in aliqua re. Ter. Heaut. 5. 3. 6.

Ita qua re nunc tam confidenter restas, Itula? s. ego nescio.

Compar. Cic. pro Cœl. 44. Dicam enim iam confidentius de studiis ejus
honestis, quoniam audeo quædam, fretus vestra sapientia, libere con-
fitedi.

Loqui confidentius. Cic. 2. de Orat. 28.

Superl. Restare confidentissime. Auct. ad Herenn. lib. 2. 8.

CONFISUS, a, um. [ἀνθίσσω] Partic. ut, Ruiticus confitus plenis
agris. Tibull. 2. 1. 21.

Benevolentia confitus. Curt. 4. 10. 16. Satis confitus Græcorum erga se
henevolentia ac fidei.

Cælo sereno nimium confitus, Cæli deceptus fraude sereni. Virg. 5.
En. 870.

Copia & facultate causa confitus. Cic. pro Rose. Com. 2.

Flore primæva juventæ. Sil. lib. 16. 406.

Pelago sereno. Virg. 5. En. 870.

Remis minutis. Propert. 1. 11. 9.

Urbe. Cic. 12. Fam. 14.

Confitus amari, Credens se amari. Tibul. lib. 1. 9. 45.

Tum miser interi, stulte confitus amari.

Confitus cum Accus. V. in ipso verbo.

CONFISUS, ñnis. f. [χρήσις] Cic. 4. Tusc. 80. Et si fidentia, id est firma
animi consilio, scientia quædam est, & opinio gravis, non temere af-
sentias.

CONFIGO, xi. xum, [αναπτύγω, κατέβλω, αποστρέψω] ère. Idem quod
Figer. ut, Configere tabulam aculeis. Columel. lib. 7. cap. 2.

Configere sagittis aliquem. Cic. 4. Acad. 89. Quid apud Euripiudem Her-
cules, quam ut Eurithei filios ita suos configebat sagittis, quam, &c.

Oculos cornicum configere. Cic. pro Muren. 25. Proverbium est. V. Erasm.

Configere tabulas inter fæse. Cato R. R. cap. 21.

Configere suas curas in Reip. salute. Cic. 7. Philipp. 5. Hunc ipsum mihi
hominem familiarissimum, nisi talis Consul esset, ut omnes vigilias,
curas, cogitationes in Reipub. salute configeret, Confidem non putarem.

CONFIXUS, a, um. Partic. [αναπτύγω] ut, Confixus culpide. Lucan. lib. 3. 621.

Percut confixi a sociis. Virg. 2. En. 429.

Sagittis confixus. Sen. Herc. OEth. 7.

Telis. Ovid. 2. de Pont. 7. 15.

Texit confixum telorum leges. Virg. 3. En. 45. de Polydoro,

— hic confixum ferrea testa

Telorum seges, & jaculis incivit acutis.

Sententia confixus, Translate. Cic. 12. Philipp. 8. Meminerant ejus
sententia condux Antonium, I. Cæsarem fortem quidem illum, &
confidantem Senatorum.

Senatusconfixus. Cic. de Arusp. Resp. 8.

Facere confixum. i. e. Configere. Cic. 2. de Orat. 253. ex Lucil.

Quid? Decius, Nuculam an confixum vis facere? inquit. Hic
autem est usus ambiguo. Nam ferrone Corixum facimus, quemad-
modum mucrone autalia re. Significat autem Verbis aliquem exigitare.

CONFIXILIS, e. Apul. 4. Milef. p. 148. Confixilis machina, i. e. Pe-
gma. V. Lips. de Amphit. cap. 22.

CONFIGÜLO, ñre. Idem ac Fingere; unde

CONFIGULATUS, a, um. legitur in sacro Syllabo Paulini Aquileiensis:

Configula summi artificis manu terra.

CONFIGÜRO, [χρηστάσσω] ñre. Columel. lib. 4. cap. 20. Ne pravi-
tas statuminum ad similitudinem sui vitæ configuret. Sic Macrob. 5. Sa-
turn. cap. 11.

CONFIGURATUS, a, um. Laclant. 7. 4. Homo ex rebus diversis ac re-
pugnantibus configuratus.

Simulaca configurata. Idem 1. 17.

CONFIGURATIO, ñnis. f. Tertull. de Pudicit. cap. 8. Christianus ad-
mittitur ad configurationem minoris.

CONFINDO, ñre. Tibull. 4. 1. 173.

Et fero tellus, pontus confinditur ære.

CONFINGO, inxi, ictum, [συγκλεῖσθαι] ère. nihil amplius fere quam
Fingo significat, præterquam quod compotio nonnulli addit vehementie,
quemadmodum in plurique aliis. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundi-
nes eadem materia nidos configunt. Idem lib. 12. cap. 5. Apes favos
configunt & ceras. i. e. Formant vel componunt.

Configere, significat etiam Comminisci & commentari. ut, Confige-
re rationes. Columel. lib. 1. cap. 8. Ter. Phorm. 1. 2. 81.

— omnia hac

Configam, quod erit mihi bonum atque commodum.

Configere & comminisci aliquid. Auctor ad Heren. lib. 2. 12.

Crimen in aliquem. Cic. 4. Verr. 90. Concedes non hoc crimen nos in
te configere.

Dolus inter fæse. Plaut. Capt. prol. 35.

Hinc autem inter fæse hunc configerunt dolum.

Insidias libi ab eo paratas confignit. Justin. lib. 32. cap. 2. extr. De Perse.

Rumor. Auctor ad Heren. lib. 2. 12.

Configere aliquid ab alio cogitatum esse. Cic. pro Rego Deiot. 16. Id
vos & a viro optimo, & ab homine minime stulto, cogitatum esse con-
fignitis.

CONFUCTUS, a, um. Partic. [συμπεπλασθείσθαι] ut, Confucta lacry-
ma. Ter. And. 3. 3. 26. Configura fabula. Auctor ad Heren. 2. 12.

CONFICTIO, ñnis. f. [συμπλασθείσθαι] Cic. pro Rose. Amer. 35. Criminis
confictionem Eruclus suscepit.

CONFICTOR, ñris. m. Paulinus Nolan. Epist. 21. n. 4. Manichæus ve-
ri creatoris negator, & falsi confector.

CONFICTRIX, icis. f. apud Mart. Capell.

CONFICTILIS, a. Adi &

CONFICTITIUS, a, um. Idem. apud Firmic.

CONFICTITO, ñre. frequent. Nævius apud Varr. L. L. 6. 6.

CONFINIS, e. [ὅρασθαι, σύνθετο] Qui eodem loco finitur. Liv. 4. 49.
pr. Excursionis inde in confinem agrum Labicanum factæ erant. Ilin. lib.
12. cap. 20. Tarum invehitur per Nabathæos, Troglodytaque confinez.
Caput confine collo. Ovid. 1. Met. 718.

Oris confibus. Valer. 2. Argon. 633.

Vitia virtutibus confinia. Senec. Epist. 120.

Confinis, genitivo jungitur. Auctor ad Heren. lib. 4. 17. Qui in medio-
cre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non potuerunt, er-
rantes pervenient ad confine genus ejus generis, quod appellamus flu-
tuans & dissipatum.

Confinis, dativo jungitur. ut, Confinis Æthiopæ est. Plin. lib. 8. cap. 10.
Confinis, per translationem, quod prope Idem est & Simile. Quintil.
lib. 6. cap. 4. Ei confine est quod dicitur per suspicione.

Confines & Vicini differunt: nam Confines dicuntur, Quorum prædia
linea tantum distincta sunt: vel Quorum unius finis, alterius etiam fi-
nis est. Vicini vero. Quorum prædia pariterbus determinata sunt. Ita-
que Confinium in rusticis, Vicinitas in urbani prædiis ponitur, ut ido-
cat. Paul. 1. 4. in fin. D. fin. regund. Hotom.

CONFINE, is, n. [ὑπέρβολο] Valer. 6. Argon. 374.

Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ,

Inde Thoen.

In confinibus hostis arcendum est. Sen. lib. 1. de Ira. 8.

CONFINUUM, i. n. [ὑπέρβολο] Terminus agrorum. Columel. lib. 3. cap. 5. pr.
Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniam in confinio boni
malique posita est. Plin. lib. 6. cap. 9. Confinium Caspii mari.

Vicinitates & confinia. Cic. 2. Off. 63. Convenient autem cum in dando
munificum esse, tum in exigendo non acerbum: in omnique re contra-
henda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus &
confiniis æquum & facilem, multa multis de jure suo cedentem. i. e.
Vicinis & Confinibus.

Loci aliquij ad confinia. Valer. 8. Argon. 180.

Lucis & noctis confinium, dicitur Crepusculum. Apul. 2. Met. p. 122.
Ad confinia lucis usque per vigilis erimus. Et Ovid. 4. Met. 399.

Junque dies exactus erat, tempusque subibat,

Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem;

Sed cum luce tamen dubit confinia noctis.

Mortis confinia. Apul. 11. Met. p. 268.

Terra alicuius confinia, i. e. Loca vel oppida adjacentia. Lucan. lib. 3. 275.
Ponere in confinio arbores. Ulpian. in l. 2. D. finium regundorum. Ne-
que enim multum interest, arbores quis in confinio, an ad confinum ponat.
Prope confinum arbor posita, si etiam in vicinum fundum radices egerit,
communis est. Caius in l. adeo §. int. D. de acquir. rer. domin.

Arctum confinum salutis & exiti. Patric. lib. 2. 124. pr. In quam arcto
salutis exitilque fuerimus confinio, mihi tam feltinant exprimere non
vacat.

Breve confinum artis & falsi apud Tacit. 4. Ann. 58. pro Similitudine vel
affinitate.

CONFINITIMUS, a, um. Gell. 1. 4. Officia virtutum confinitima.

CONFÍO, [ἀποτίθεμαι] Yeri, passim habet significationem. Cef. 7.
Bell. Gall. cap. 58. Postquam id difficulter conferri animadvertis. Balbus
& Oppius Ciceroni, 9. Att. 8. Te horrari defineremus, ut velles rebus
interesse: quo facilius, & majore cum dignitate per te, qui utrique es
conjunctus, res tota conferret.

Res confit utroque modo. Lucret. lib. 4. 292.

Confore, [συντελεσθεῖσα] futurum tempus infinitivi modi. Ter. And. I. I. 140.

— restat Chremes,

Qui mihi exorandus est: & spero confore. Ubi Donatus, Confore, ab eo quod est Confit, i. e. Perfectitur: futurum tempus infinitivi modi Confore facit, i. e. Perfectum iri. Sic Adolph. 5. 8. 23.

— verum quid ego dicam? hoc confin quod volo. Al. Cum sit. Conferi, i. e. Perfecti. Unde Confectum negotium dicitur, vel confecta res, Quæ ad plenum perfectur. Virg. 4. Æn. 116.

— nunc qua ratione quod instat

Conferi possit paucis (adverte) docebo. Hæc Donatus.

CONFIRMO, [βεβαιώω, γενοντάω, στήλω, ἐντάσσω, κρατῶ] ēre. Firmum facere. Cic. pro Lege Manil. 24. Mithridates autem & suam manum jam confirmarat, &c.

Educare & confirmare ars dicitur ea, quæ sunt orta jam in nobis & procreata. Cic. 2. de Orat. 356.

Erigere se & confirmare. Cic. 1. Q. frat. 3. Erige te & confirma, si quæ subiunde dimicatio erit.

Confirmare & excitare aliquem. Cic. 1. Att. 11. Ego recreavi afflictos animos bonorum, unumquemque confirmans & excitans.

Ad voluntatem alterius se. Cic. 1. Fam. 8. Verumtamen ipse me confirmo ad ejus voluntatem, a quo honeste dissentire non possum. Al. Conformatio. Confirmatio cicatricula. Celf. lib. 2. cap. 10. Ideo protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerine in vena confirmatur.

Corpus confirmare. Celf. lib. 4. cap. 4. Neque vomitus hujus afferre periculum, etiam quum repetit, si ante confirmare & implore corpus licuit.

Intestina. Celf. lib. 4. cap. 19. Neque enim ulla res magis intestina confirmat.

Membrum. Celf. lib. 8. cap. 10. Tum paxillus removendus, vulnus sanandum est, cicatrix inducta foventa frigida aqua est, &c. & magis etiam hic quiescendum, donec membrum confirmetur.

Confirmare se dicuntur Qui ex morbo convaluerunt. Cic. 16. Fam. 2. Curra igitur te, & confirma: & quoni commode poteris, &c. ad nos veni.

Plane se confirmare alicubi. Cic. 16. Fam. 5. Mihi placebat, si firmior es, ut te Leucadem deportaret, ut ibi te plane confirmares.

Etas jam confirmata. Cic. 5. de Finib. 43. In his vero æstatibus, quæ jam confirmatae sunt, quis est, &c.

Valetudo jam confirmata a morbo. Cic. 10. Att. 19. Valetudinem tuam jam confirmata esse & a vetero morbo, & a novis tentationibus gaudeo.

Nondum satis confirmatus sed scribendum. Cic. 9. Fam. 11. extr. Ex mortore sc. Confirmari se, Qui animalium sumunt excessu timore. Cic. 7. Verr. 95.

Confirmari ipsi se, quum est etiam tum femoris stuparet.

Confirmare se ad omnia. Cic. in quadam oratione.

Aliquem confirmare. Cic. 11. Fam. 9. Plancum quoque confirmetis oro, quem spes pullo Antonio, Reipub. non defuturum.

Alterum confirmare, non est ex causa atque fortuna ejus, cui omnia defunt. Cic. 6. Fam. 3.

Aliquem dictis confirmare. Claud. de Bell. Gild. 424.

Animum confirmare. Plaut. Aul. 2. 8. 1.

Voluvi animal tandem confirmare hodie meum:

Ut bene haberem filia nuptiis.

Animus alicuius sapientissimi & amicissimi hominis auctoritate confirmare. Cic. 6. Fam. 6.

Animos verbis confirmare. Cæf. 1. Bell. Gall. 33. Cæsar Gallorum animos verbis confirmavit.

Ordinem labantem confirmare. Suet. Cæf. 14. V. Berne. Indicem in Suet.

Confirmare, Asseverare, corroborare, affirmare. Cic. 4. Acad. 23. Maxime vero virtutum cognitio confirmat, percipi & comprehendendi multa posse. Idem de Amicit. 10. Nemo unquam erit, &, ut confirmare possum, nemo certe fuit.

Confirmare se neque legatos missuros, neque ullam conditionem pacis accepturos. i. e. Affirmare. Cæf. 2. Bell. Gall. 15.

Plus est Persuadere, quam Confirmare. Cic. 16. Att. 5. Hoc quum mihi non modo confirmasset, sed etiam persuaseret, egit mecum accurate, &c.

Confirmare & comprobare. Cic. Cupienno, 16. Att. 16.

Confirmare & infirmare, contraria. Cic. 2. de Divin. 38. Tu quidem non hostiarum casum confirmas fortium similitudine, sed infirmas fortes collatione hostiarum.

Promittere atque confirmare. Cic. 3. Fam. 10.

Confirmare & Refellere, contraria. Cic. 1. de Orat. 90. Et id quod intenderemus confirmare, & id quod contra dicteretur, refellere.

Confirmare & Refutare, contraria. Cic. 2. de Orat. 80. Nostra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare.

Confirmare & fancire. Cic. 10. Philipp. 1.

Ausum confirmare, i. e. Affirmare. Lucret. lib. 2. 178.

Oci causa aliiquid confirmare. Cic. Capiton. 16. Att. 16. De actis Cæsaris.

Aliiquid confirmare de re aliqua. Cic. pro Arch. 14.

De redditu alicuius. Cic. 6. Fam. 6.

Ex rationibus aliiquid. Lucret. lib. 2. 179.

Sine ulla dubitatione aliiquid. Cic. de Clar. Orat. 25.

Auctoritatibus caufam aliquam confirmare. Cic. pro Lege Manil. 71.

Rationibus exquisitis confirmare aliiquid. Cic. 1. de Finib. 30.

Ratione omni. Cic. 2. de Lege Agr. 14.

Sermone omnium confirmari. Cic. 7. Verr. 101. Hac autem illius virtutero atque infamia confirmabantur eorum sermone, qui &c.

Suffragis aliiquid. Cic. pro Domo 47. Quod factum non est, ut sit factum,

ferri ad populum aut verbis illis fanciri, aut suffragis confirmari potest?

Crimen commentitum confirmare. Cic. pro Rosc. Amer. 42. Ille quo-

modo commentitum crimen confirmaret, non inveniebat.

Divinatione. Cic. 1. de Divin. 71.

Facinus objectum. Justin. lib. 32. cap. 2. extr. de Perseo.

Opinionem confirmare. Plin. 37. 1. Confirmat hanc eandem opinionem editio Alexandri magni, quo vetuit, &c.

Pacem confirmare cum aliquo. Cic. 10. Philipp. 2. Pax denique per eum & per liberos cum præficiissimis civitatis confirmata est.

Perjurium. Cic. 6. Verr. 19. Ut quam minimum dem illis temporis ad

meditandum confirmandumque perjurium.

Religionem metu peccata. Cic. 2. de Legib. 29.

Sperm temporis reliqui. Cic. 1. Verr. 18.

Confirmare aliquem libertati. Cæf. 1. Bell. Civil. 14. Gladiatoresque quos ibi Cæsar in Iude habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque illis equos attribuit.

Confirmatum est. Cic. 4. Verr. 23.

CONFIRMATUS, Partic. [παραγράψθει] ut, Confirmata acies. In acies. Corpus confirmatum. Cic. 16. Fam. 3.

Animus certus & confirmatus. Cic. pro Quint. 77. Diffidebam mehercule, C. Aquili, fatis animo certo & confirmato me posse in hac causa confidere.

Confidil nondum confirmato, sed ineunte ætate curam aliquam suscipere. Cic. 5. Verr. 3.

Incommodum in aliquo confirmatum. Cic. Anteq. iret in exil. 16.

Ingenia confirmata. Cic. de Amicit. 76. Omnia amicitia corroboratis jam confirmatiisque & ingenii, & æstatibus judicandæ sunt.

Ratio confirmata. Cic. 4. Acad.

Sensus confirmatus. Cic. 1. Fam. 8. pr. Difficile est sensum in republica, praefertum rectum & confirmatum depone.

CONFIRMATE, Adv. Auctor ad Herenn. 4. 16. Nec potest confirmare, neque viriliter fæse expedire.

CONFIRMATIO, nōs. f. [καταστέλλω, βεβαιώω] Cic. 5. de Finib. 15. Inventa vita via est confirmatione omnium officiorum. Al. Conformatio. Testimonium & gravior confirmatione. Cic. 1. de Invent. 48.

Animi. Cic. 6. Fam. 6.

Non eget confirmationis virtus. Cic. 6. Fam. 3.

Confirmatione, Pars orationis Rhetoricae. Cic. 1. de Invent. 34. Confirmatione est, per quam argumentando nostra causa fidem & auctoritatem & firmamentum adjungit oratio.

CONFIRMATOR, òris. m. [βεβαιωτής] Cic. pro Cluent. 72. Unus & alterius dies intercesserat, quum res parva certa videbatur: sequester & confirmator pecunia desiderabatur.

Erroris confirmator. Tertull. adv. Marc. 36.

Sententia confirmator. Lactant. 1. 2. Cujus sententia auctor est Democritus: confirmator Epicurus.

CONFIRMATRIX, òcis. f. Tertull. de Corona Mil. cap. 4. Consuetudo confirmatrix.

CONFIRMATIVE, Adv. Tertull. adv. Marc. 4. 4. Confirmative respondere.

CONFIRMATIS, òtis. f. [καταστάσεις] Plaut. Milit. 2. 2. 34.

Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam, Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

CONFISCO, [διχείρωσις] ãre. In fiscum, id est in pecuniam publicam, redigere. V. FISCUS. Suet. in Calig. cap. 16. Multis incendiis damnum superpedit, ac si quibus regna restituit, adjectis & fructum omnem vescigalorum & redditum mediis temporis, ut Antiocho Comageno H. s. millies confiscatum. Erasmus.

Confiscari bona dicuntur, Quæ in fiscum coguntur. I. ult. §. pen. D. de bon. eor. 1. et re milit. lib. 12. C.

Hæreditates confiscare. Suet. Domit. cap. 12. Confiscabantur alienissimæ hæreditates, vel existente uno qui diceret audisse se ex defuncto quum vivereret, heredem fibi Cæsarem esse.

Confiscare, etiam ad Homines relatum, non solum ad Rem. Suet. in Calig. cap. 41. Et quandam proximo collusori, demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum præterentes duos equites Rom. locupletes sine mora corripi, confiscarique jussisset, exultans rediit, gloriansque, nunquam se prosperie alea usum. Erasmus.

Pecunia confiscata. Suet. August. cap. 101. Legionarii trecentos nummos: quam summam representari jussit. Nam & confiscatam semper, repositanque habuerat. i. e. In fiscis & sacculis depositam & asservatam.

CONFISCATIO, ònis. f. Flor. 3. 9. 3. Socii vivente regis confiscatio. V. Vet. Glos.

CONFISCATOR, òris. m. Vet. Glos. Confiscator. πικάσχω.

CONFISIO, **CONFISUS**. V. CONFIDO.

CONFITEOR, fessus sum, [ἐργάζομαι, ἐργάζομαι, ἐργάζομαι, εύεργά-
ζω] ãri. Idem quod Fateri: nisi quod compotito aliiquid augere videtur: ut si Conferi, Sponte quodammodo fateri, vel alio suadente, aut cum alio fateri. Donatus, Indicat is qui de se volens aliiquid, & de alii etiam prodit: sed Conferi, qui de se tantum, & invitus. Ter. Heaut. 5. 2. 17.

Egono confitear meum non esse filium, qui sit meus? Pro Diffit-
tear, vel Inflitar esse meum. Idem Phorm. 5. 9. 46.

Ignofice, orat, confitetur, purgas, quid vis amplius?

Confiteri, interdum Profiteri significat. Suet. in August. cap. 4. pr. Decedens provincia, priusquam confiteri se Confutatus candidatum posset, morte obit repentina. Ubi tamen correcti codd. præferunt Profiteri. Profiteri & Conferi. Cic. pro Cæc. 24. Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur.

Aperte atque ingenue confiteri aliiquid. Cic. 5. Fam. 2.

Quæfitione adhibita. Cic. 1. de Divin.

Tacendo loqui, non initiando confiteri videri. Cic. pro Sext. 40.

Adulterium confiteri. Cic. in Sallust. 15.

Deos esse confitendum est. Cic. 1. de Nat. Deor. 44.

Devinctum se esse officii alicuius, confiteri non solum, sed etiam gau-
dere. Cic. 1. Fam. 9.

Crimen confiteri aliiquid. Cic. in Sallust. 15. Confessus est vobis audien-
tibus adulterium.

Iram vultu. Ovid. 6. Met. 35.

Motum animi sui lacrymis. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Peccatum suum, quod celari posset, vir sapiens confiteri mavult. Cic. 2. de Nat. Deor. 11.

Religiones. Cic. 2. de Legib. 29.

Timorem pallore. Ovid. 1. Trist. 3. 113.

Verum. Ovid. de Rem. Amor. 3. 18.

De criminibus objectis non confiteri. Cic. pro Domo 93.

De maleficio. Cic. pro Rosc. Amer. 119. Res porro abs te ejusmodi po-
stulabatur, ut nihil intercesset, utrum eam rem reculares, an de male-
ficio confiterere.

Ut de me confitear. Cic. 2. Verr. 3. Evidem, ut de me confitear. Judices,
quum multæ mihi a C. Verre infidæ terra marique factæ sint, &c.

De re. Cic. in Partit. 127. Minime esse concedendum, ut is qui de re
confiteatur, verbi se interpretatione defendat.

L. 111. 3

De veneno confiteri. Cic. pro Cluent. 183.
Summam videbantur metu infirmitatem de se confiteri. Quintil. lib. 2.
cap. 4.

C O N F I T E N S, entis. [οὐελογῶν] Partic. ut, Audire confidentem. Cic. 2.
de Finib. 21.

C O N F E S S U S, a, um. Partic. [οὐελογέρηθρον] Qui (ut ait Varro) fatus
est quod ab eo quæsumus est. de L. L. 5. 7.

Amorem confessus. Ovid. 14. Met. 703.
Manus confessas aliqui tendere. Ovid. 5. Met. 215.
— atque ita supplex

Confessaque manus, obliquaque brachia tendens. i.e. Quæ
suo gestu velut confitebantur Phineum a Perseus vicitum.

Propositio confessa. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Confessores, Clara, manifesta, & de qua nulla est controversia. Plin.
lib. 10. cap. 49. De confessis differuisse præfiterit.

Res confessæ & manifestæ. Cic. 5. Verr. 134.

Reus confessus. Ovid. 2. de Pont. 2. 56.

Non est confessi causa tuenda rei.

Rubor confessus secreta. Claud. in Nupt. Hon. 9.

Signa confessæ & non dubia. Columel. 22.

Attingant confessæ de iisdem breviter atque capitulatim. Plin. lib. 2. cap. 12.

Probare confessa. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Ex confessio. Quintil. lib. 3. cap. 5. Quibus contineatur omnis ratio di-
cendi: nisi forte laudare qua constet esse honesta, & vituperare qua ex
confesso sint turpia, non est oratoris officium. i.e. Quæ constet esse turpia.
In confessio est. Plin. lib. 17. cap. 22. Pampinatio verna in confessio est,
ab Idibus Maiis, &c. fieri intra dies x.

In confessio. Plin. 10. Epist. 85. Quum aliqui magna sit expe-
ctatio: ut necesse sit in ea re quæ & in confessio venit, & exemplis de-
fenditur, deliberare. i.e. Quæ omnes fatentur sic se habere.

Confessus aeris. Gell. lib. 25. cap. 1. non procu a fine, Confessus igitur aeris
ac debiti judicatis, tringitis dies sunt dati conquirende pecunia cauila.

Confessus jurisconfito videtur. Qui monitus tacet, l. de ætate. §. ni-
hil intereft. §. qui tacuit. D. de interrog. action. Varri autem, Qui
fatus est, quod ab eo quæsumus est, ut supra diximus.

Confessus idem fore est, quod Aſſimulans, habitu referens. Virg. 2. Æn. 591.

Confessio deam. V. Serv. ad h. 1. adde Comm. Petron. cap. 41. p. 183.

C O N F E S S I O, ōnis. f. [εὐελογία, εὐελόποιος] Cic. 7. Verr. 103. Ubi
hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam, tabulas sibi nullo
adjuvamento futuras, init consilium &c.

Confessionis angustia. Firmic. lib. 1. cap. 3. Vis ergo aliud proferamus
exemplum, ut vel sic ad confessionis angustias coacteris?

Vultus ac vocis confessio. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Periculosa. V. **P E R I C U L O S U S**.

Vercundior est confessio, quam expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Sit erranti medicina, confessio. Cic. Octav.

Confessione illius avi, optimus ac sine æmulo agricola Cato. Plin. lib. 14.
cap. 4.

Adducere ad ignoracionis confessionem aliquem. Cic. 1. Acad. 43.

Arguere aliquem sua confessione. Tacit. 1. Ann. 12.

Audire nefarias confessiones. Cic. 8. Fam. 8.

Comprobare errati sui confessione auctoritatem alicuius rei. Cic. 1. de Di-
vin. 33.

Convictum esse confessione allorum. Cic. Post redit. ad Quir. 1.

Defere confessiones alicuius rei ad judices. Cic. pro Sext. 14.

Elabi ex confessione incisitia sua. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Exigere culpas confessionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Exprimere confessionem facinoris tormentis. Suet. Tiber. cap. 19.

Habere indubitas confessiones. Plin. lib. 22. cap. 23.

Imitatur taciturnitas confessionem. Cic. 1. de Invent. 53.

Indui sui confessionis. V. **I N D U O**.

Movere lacrymas nonnunquam sceleris ipsa confessio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Patefactum esse indicis & confessionibus suis. Cic. 3. in Catil. 15.

Premere confessionem, & partiendo multiplicare. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Scupi in confessione facti, juris tamen defensionem posse. Cic. pro Mi-
lon. 15.

Urgeri confessione sua. Cic. 6. Vert. 104. Omnibus in rebus coagurit
a me, convincitur a testibus, urgetur confessione sua, manifestis in
malignis rebus.

C O N F E S S O R, ōris. m. Qui confitetur. Speciatim illi Christiani ita ho-
noris causa vocabantur, Qui veritatem divinam profiterentur etiam in
tormentis: quod si mors accederet, Martyres vocabantur.

Interdum etiam pro Marte ponitur. Tertull. de Corona Mil. cap. 2. &
Lactant. de Mort. Persec. cap. 35. Cum ceteris confessoribus custodia
liberatus.

C O N F E S S O R I U S, a, um. Adj. ut, Actio confessoria. Est autem apud
Jurisconsultos Confessoria servitutis nomine, Actio, qua servitudinem no-
bis competere contendimus. l. 2. D. si servit, vendic.

Confessoriam actionem Ulpian. in l. proinde si occisus. §. 1. D. ad l.
aquit. intelligi vult, non, ut quidam putant, Propriam actionis spe-
ciem, quoniam non utique ex omni verbo in jure obiter prolat, ita-
tim est constituta actio: sed ipsam legis Aquilæ Persecutionem,
quæ ex ingenia confessione danni in similiump datur, eleganter appellat Confessoriam, ex singulari quadam confessione procuratoris.

C O N F E S S A R I U S, live **C O N F E S S O R I U S**, i. m. pro Eo, qui est
a confessoribus. Damnat. Sciopp. Infam. Famiani p. 126.

C O N F I G O.

C O N F L A C C E S C O, ère. Idem quod Flaccelico. Gell. 2. 30. Simul ac
ventus posuit, sternuntur & confacescant.

C O N F L A B I L I O, ère. Tertull. de Spect. 25. Scintillas libidinum conflabellant.

C O N F L A T U S, &c. V. **C O N F L O**.

C O N F L A G R S, dicuntur Loca, in quæ diversi confiant venti. a Conflo,
as. Festus. ubi Dacer. V.

C O N F L A G R O, [φλαγρον] ère. Ardore. Auctor de Vir. Illust. cap. 4.
Fulmine itus cum regia conflagravit.

Ardore flamma. Cic. Anteq. iactin exil. 1.

Flammis conflagrare. Liv. 30. 7.

Terra conflagrant. Cic. 2. de Nat. Deor. 92.

Conflagrare amoris turpissimi flamma. Cic. 7. Verr. 92.

Invidia. Cic. 3. Vert. 157. Nam quæ invidia C. Junius conflagraret, ea,
nisi providisset, tibi iphi tum perendum fuisset.

Incendio invidia. Cic. 1. in Catil. 20. An quum bello vastabitur Italia,
vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidia incen-
dio conflagraturum?

C O N F L A G R A T U S, a, um. [πυρετοφύσις] Partic. ut, Confidit ad Heren.
lib. 4. 11. Urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.

Regiones Phæthonis ruina conflagrata perierunt. Apul. de Mundo p. 73.

C O N F L A G R A T O, ōnis. f. Senec. Quæst. Nat. 1. 20. Berofitis adeo
quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus assignet.
Interior conflagratione. Laclant. 2. 9.

C O N F L E X O, xi, xum, [οὐελογόντιον] ère. a quo

C O N F L E X U S, a, um. Partic. Plin. lib. 2. cap. 44. Montium vero flexus,
crebre vertices, & conflexa cubito, aut confacta in humeros juga.

C O N F L E C T O, ōnis. f. Jct. in Cod.

C O N F L E X I L I S, e. apud Firmic.

C O N F L I C T O, are. V. **C O N F L I G O**.

C O N F L I G O, xi, etum, [οὐελογέντιον, ουάστων, συμπλεκτον, συρρέπετον] ère.
Dimicare, simul pugnare, prælio congregari. Sallust. cap. 57. extr.
Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, statuit cum An-
tonio quamprimum configlare. Cas. 7. Bell. Gall. cap. 32. extr. Fore
uti pars cum civitatis parte configlatur.

Configlare manu cum hoste. Cic. 1. Off. 81.

Acie configlare. Liv. 26.

Armis. Cic. in Pison. 20.

Pro salute contra scleratissimam conspirationem hostium. Cic. II. Fam. 13.

Agnina configlant collatis signis. Claud. Epigr. 45. 27.

Venti. Virg. 2. Æn. 416.

Adversi rapto ceu quondam turbine venti
Configlant.

Configlant leges & colliduntur. In **C O L L I D O**.

Causa inter se configlant. Cic. 2. in Catil. 25. Si his rebus omisssis, cau-
cas ipsas que inter se configlant, contendere velimus.

Ad configlendum venient Poeni. Lucret. lib. 3. 844.

Configlare, pro Veneri committere & conjungere. Lucret. lib. 4. 1210.

Semina quoniam Veneris stimulis excita per artus
Obvia configlxit conspirans mutuus ardor.

Configlare, per translationem. Cic. pro Cæcin. 8. Potuisti enim leviori
actione configlare.

Ratione configlare. Cic. 4. de Fin. 3. Universa enim illorum ratione cum
tota vefra configlendum puto.

Configlare de re aliqua. Auctor ad Heren. lib. 1. 16.

Ira magna configlatur. imperfl. Claud. 2. in Eutrop. 358.

C O N F L I C T I O, ōnis. f. [αγγελια] verbale. Idem ac Collisio. ut, So-
nus est duorum inter se corporum conflictio. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Conflictio & quasi concursus rationis & firmamenti. Cic. in Partit. 104.
Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu,
quaestio exoritur quedam, quam disceptationem voco.

Primus ille status & quasi conflictio curia adversario. Cic. in Partit. 102.

Causarum conflictio. Cic. 1. de Invent. 18. Constitutio est prima confli-
ctio causatum, ex depulsione intentionis profecta: hoc modo, fecisti:
non feci, aut feci.

Rerum contrariantur & dissimilium & inter se pugnantium conflictio.
Cic. in Partit. 55.

C O N F L I C T U S, us. m. [αγγελοποιος] Idem. ut, Conflictus corporum.
Cic. pro Cæcin. 42.

Lapidum conflictio atque tritu elici ignem videmus. Cic. 2. de Nat. Deor. 25.

Nubium conflictus. Cic. 2. de Divin. 44. Si autem nubium conflictus ar-
dor expressus se emiserit, id esse fulmen.

C O N F L I G O, ère. Contendere. Pacuv.

C O N F L I G A T U S, a, um. Frontin. in Strategem.

C O N F L I G A T I O, ōnis. f. συμβολαιον μάχης. Gloss. Graeco Lat.

C O N F L I G U M, i. n. Idem quod Conflictus. Solinus cap. 14. Nam in
latebrus rupium cavaminibus, quo fluctuum configliunt tunc adesta sunt,
reduci conchyliorum refuderunt, & alia multa. V. **C O N F L I G U M**.

C O N F L I C T O, [αγγελοποια, αγγελος] ère: & **C O N F L I C T O R**, ère.
Ter. Phorm. 3. 2. 20.

Nec cum hujusmodi unquam usus venit ut conflictare malo. i.e.
Configlare.

Rempublicam conflictare, pro Affligere, vexare, attterere. Tacit. 6.
Ann. 48. Plura per sceleram Rempublicam conflictavist.

Conflictari & dimicare cum aliquo, i.e. Configlare & certare. Cic. de
Aruſp. Resp. 42. Cum his conflictari, & pro salute patriæ quotidie dimi-
care, erat omnino illis qui tum Rempublicam gubernabant, moleſtum.
Incommodes homines magnis & multis conflictantur, propter immen-
sæ pecuniae cupiditatem. Auctor ad Heren. lib. 2. 37.

Judicio conflictari honestiore. Cic. pro Quint. 44. Hoc quo pertinet?
&c. ut honestiore judicio conflictare?

Judicis conflictari turpibus. Cic. 9. Fam. 25. Noli pati litigare fratres,
& judicis turpibus conflictari.

Superstitione conflictari. Cic. 1. de Legib. 32. Qui canem & felem ut
deos colunt, non eadem superstitione, qua cetera gentes conflictantur.
Verbis conflictari iniquissimis. Cic. 5. Vert. 69. Iniquissimis verbis, im-
probissimis recuperatoribus conflictari malebant, quam quicquam cum
istu sae voluntate decidere. Subaudiendum videtur Judicio.

Conflictari, pro Atteri, interprete Donato. Terent. And. 1. 1. 93.

Nam qui cum ingenii conflictatur ejusmodi.

Annona gravi conflictari. Hirz. de Bell. Afr. cap. 24.

Doloribus conflictari. Cels. lib. 2. cap. 7. Quibus diu color, sine morbo
regio, malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt.
In Lexico Crispini ex Celfo, Conflictari in lecto pro παντοποιη. H. St.
Moleſtis diuturnioribus. Cic. 6. Fam. 13. ubi passim ponitur.

Morbo. Plin. lib. 29. cap. 3. Namque anser corvusque ab aestate in Au-
tumnum morbo conflictari dicuntur.

Sit. Cels. lib. 3. cap. 7. Si quis autem in hujusmodi febre leviter tussit,
neque vehementer fiti conflictatur, &c.

Valetudine iniqua conflictari. Plin. 1. Epist. 12.

C O N F L I C T U S, us. m. [αγγελοποιος] Partic. ut, Conflictatus
gravi morbo. Plin. lib. 23. cap. 1. Suet. in Claud. cap. 2. Variis & te-
nacibus morbis conflictatus est.

Hinc conflictatæ sevissima volucres. Plin. lib. 18. cap. 25.

Difficilatibus multis conficitatus. Liv. lib. 40. cap. 22.

Fortuna florentissima illi, nos duriore conficitati videmur. Cic. 10. Att. 4. Temporibus conficitatus. Tacit. in Vita Agric. cap. 22. pr. Quanquam conficitatum sevis temporebus exercitum, lacescere non aui. Conficitatus cum aliqua re, ut, Cum adverba fortuna conficitatus. Ne- pos 16. 5. 1.

CONFICTATIO, ōnis. f. [κωνφετος] est (utuit Donatus ad Ter. And. 1. 1. 93.) Tactus corporum invicem, & collisio.

Totius exercitus conficitione oppugnatus serpens inusitatæ immanitatis. Gell. lib. 6. cap. 3.

CONFICTATRIX, ūcis. f. Tertull. adv. Marc. 2. 14. Ægyptus ho- spitis populi conficitrix.

CONFLO, [κωνφλο] āre. Simul flare, quod a ventis fieri videmus, quem maximo impetu perlant.

Confare proprie puto Flandro commisere. H. St.

Confare, Sufflare. Plin. lib. 35. cap. 11. Philiscus officinam pinxit pi- ctores, ignem confiante puer.

Confare proprie dicimus, Metallum liquefacere. Sen. Theb. 344.

Templis deos obruite, maculatos Lares

Confiate, &c. i. e. Status deorum fundite & igni consumite.

Coronam auream confare. Suet. Galb. cap. 12.

Lancem confare. Marcellus in I. si duo. D. depos. Quod si lancem conflaverint, aut confari ab aliquo passi fuerint, &c.

Status argentea. Suet. August. cap. 52. Argentea status olim sibi positas

confavit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit.

Vasa aurea affidissimi usus. Suet. in Augusto cap. 71.

Conflari, Fabricari. Virg. 1. Georg. 508.

Et curva rigidum falces conflantur in ensen.

Confare, per translationem. ut, Confare as alienum, i. e. Contrahere debitu, & facere se debitorem aliena pecunia. Sallustius Bell. Catil. 25.

Quique alienum as grande conflaverat, que flagitium aut facinus redi- meret.

Bellum confare. Cic. 5. Fam. 2. Qui urbem incendere, magistratus ac Senatum trucidare, bellum maximum confare voluissent.

Bellum natum, conflatum, suffpectum opera alicujus est. Cic. 2. Philipp. 70.

Discordiam confare. Flor. 1. 24. 1.

Exercitum confare. Paterc. 2. 74. 2. Ad arma conciens, magnum exer- citum conflaverat.

Familiaritas confata est. Ter. Eun. 5. 2. 35.

— s̄pē ex hujusmodi re quāpiam &

Confata est.

Invidiam alicui confare. Cic. 1. in Catil. 23. Quamobrem, ut s̄pē jam dixi, proficere: ac si mihi inimico, ut prædictas, tuo confiare vis invidiam, recta perige in exilium.

Invidia alicui confare dicitur. Cic. pro Cuent. 9. Faciamque, ut in- telligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflari.

Judicium. Liv. 3. 36. extr. de Decemviris, Judicia domi conflabant, pronuntiabant in foro.

Malum ab aliquo conflatum & perfectum. Cic. pro Cuent. 18. Nihil mali timuit, quod non totum a matre esset conflatum & perfectum.

Mendacium, Coitione & consensu multorum adornare mendacium. Cic. pro Rofc. Com. 48. Unde hoc totum ductum & conflatum mendacium est.

Negotium alicui, i. e. Aliquem molestia laboreque afficere, ut interpre- tatur Valla. Cic. 4. Vert. 135. Quod cuique negotii confari volebat, nullo labore faciebat.

Novitatem. Lucret. lib. 4. 927.

Sed quibus hac rebus novitas conflatur, &c.

Pecuniam. Cic. pro Sext. 66. Quæ ratio aut auferenda, aut conflandæ pecunia non reperiebatur?

Periculum alicui. Cic. pro P. Sulla 13. Qui vobisum in consilio fuerunt, qui vobisum illa cognorunt, quibus ipsi periculum tum confari putabant, qui Antronia non affuerunt, &c.

Rem & divitias. Lucret. lib. 3. 70.

Sanguine civili rem conflant, divitiasque
Conduplicant avidi.

Seditiunc. Cic. pro Cuent. 99. Maxime ejus opera quum Quæstor es- set, in exercitu seditione esse conflata.

Societatem cum aliquo. Cic. de Arusp. Resp. 42. Nefarias cum multis scelerum paotiones, societasque conflavit.

Suspicionem. Author ad Heren. lib. 2. 8.

CONFANS, antis. Partic. Plin. 35. 11. Philiscus officinam pinxit pi- ctores, ignem puer conflante.

CONFATUS, a, um. ut, Conflatus ex. Cic. pro Cœlio 12. Neque ego fuisse unquam tale monstrum in terris ullum puto, ex contraria diversificare inter se pugnantibus nature studiis, cupiditatibusque conflatum. De Catilina loquitur. Idem 2. de Nat. Deorum 100. Ipsum autem mare sic ter- ram appentes litoribus cludit, ut una ex duabus naturis conflata videatur.

Confusus aliquorum confipans & pane conflatus. Cic. pro Ligat. 35.

Crimen conflatum. Cic. in Partit. 121. A reo autem querela conflati criminis, collectarum suspiccionum, & accusatoris infidile, & item com- mune periculum profiteretur.

Egestas conflata rei familiaris. Flor. 4. 4. 1.

Exercitus. Cic. pro Sulla 33. Quoniam exercitus perditorum civium clan- destino scelere conflatus, crudelissimum ac luctuosissimum exitum pa- triae comparasset.

Ignis conflatus amore. Lucret. 1. 474.

Injuria. Cic. pro Rofc. Amer. 1. Omnes enim hi, quos videtis adesse in hac causa, injuriam novo scelere conflatum putant oportere defendi.

Manus improborum conflata. Cic. 1. in Catil. 25. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflata improborum manum.

Mors conflata infideli. Paterc. 2. 4. 6. Seu fatalem, ut plures, seu con- flata infideli, ut aliqui prodidere memoria, mortem obiit, &c.

Tempesta confacta ventis. Stat. 9. Theb. 523.

Testes conflati, i. e. Subornati. Quintil. lib. 5. cap. 7. Sine odio con- flatos testes, sine inuidia, sine gratia, sine pecunia videri volumus.

Tumultus gladiatorium conflatus. Cic. pro Sulla 15. Ille ambitus judi- cium tollere, ac disturbare primum conflato voluit gladiatorium ac fu- nitivorum tumultu.

CONFATIM, Adv. In Gloss. Isidor. exponitur Copulatum, contexto.

CONFATIO, ūcis. f. [κωνφατια] pro Confatura. Sen. 3. Nat. Quæst. 29. pr. Et illa qua in conflatione nostris placent, huc transferenda puto. Alii legunt Conflagratione. Sed Tertull. utitur in cap. 3. de Fuga in Persecut.

Fidei usq; & confatio administratur ex Dei voluntate.

CONFATOR, ūris. m. Vet. Gloss. Confator, κωνφατης.

CONFATORIUM, i. n. Vulg. Interpr. Prov. 27. 21, Et Gloss. Fornax confatoriorum, κωνφατης.

CONFATURA, x. f. [κωνφατη] Plin. lib. 7. cap. 56. Argentum inven- nit Erichthonius Atheniensis: ut alii, Æacus: Auri metalla & conflatu- ram Cadmus, Phoenix ad Pangæum montem. Firmicus lib. 6. cap. 31. Qui pecunias publicas, conflaturarum adulterinæ artificiis intentur.

CONFATILIS, e. Adj. Conflando factus. Prudent. in Romano v. 239. Fabri deorum, vel parentes numinum;
Qui si caminis institiſſent regnū,

Non est illus Jupiter conflatus. Et Hieron. Epist. 130. Scul- ptile atque conflatile. conf. Vulgat. Exod. 32. 4. & Deut. 11. 12.

CONFLOREO, ūce. Augustin. Confession. 4. 4. pr. Comparavera am- cum societate stidiorum nimis carum, coevum mihi & conformatum flo- readoleſcentia.

CONFLUO, xi, xum, [συνβιωσαι, συνβαίνειν] āre. Simul fluere. Plin. lib. 13. cap. 22. Et in ipsa excavant radice, quo succus confluat.

Conjungi & confluere. Cic. 6. Verbi. 117. Portus habet prope in adi- catione aspectuque urbis inclusos, qui quam diversos inter se aditus ha- bant, in exitu conjunguntur & confluunt.

Pontus confluit in orbem curvum. Tibul. lib. 4. 1. 20.

Undæ confluent. Lucret. lib. 1. 375.

Confluere, per translationem, pro Convenire. Cic. de Clar. Orat. 258. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc urbem multi inquinare lo- quentes ex diversis locis.

Confluerebat ad eum magnus numerus. Cæs. 7. Bell. Gall. 44.

Confluere ad aliqua studia. Cic. 2. Tusc. 6. Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluixerint.

Cauæ ad nos pleræque confluunt, Nobis obtruduntur. Cic. pro Planc. 84.

Cruciatus confluere, dixit Plaut. Asin. 2. 2. 48. — ut nos dicamur duo

Omnium dignissimi esse, quo cruciatus confluant.

Laus, honor, dignitas confluit ad aliquem. Cic. 1. de Invent. 5. Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit.

Sentia Reip. confluit aliquo. Cic. in Sallust. 16. Nisi forte in ea te ca- stra conjectisti, quo omnis sentia Reip. confluxerat.

Solertia. Huiclet ex toto solertia confluat orbe. Ovid. 9. Met. 740.

Vulgus confluit. Nepos 7. 6. 1. Tanta fuit omnium expectatio visendi

Alcibiadis, ut ad ejus tricremi vulgus conflueret, &c.

CONFLEUENS, entis. Partic. [συνβιων] Cic. 10. Fam. 34. pr. Cum exer- citu meo ab confluente Rhodano castra movi. Al. Rhodani. Victorius delendam putat v. Rhodano.

Auxilia confluenta. Vellei. 55. 2.

Multitudine confluenta. Suet. Cæs. 16. Multitudinem quoque, biduo post sponte & ultræ confluentem, compescuit.

Magni conatu studioque agere aliquid. Cic. pro Quint. 48.

Nudis conatus haftam vibrabit. Sil. lib. 13. 161.

Infringere conatus ad versariorum. V. INFRINGO.

Obstat conatus alicuius. Ovid. Rem. Amor. 683.

Prohibere omnes alicuius motus, conatusque. Cic. 2. in Catil. 26.

Sedare conatum iracundia sua morte. Cic. de Clar. Orat. 42. Populi ingrati pulsus injurya, sed hostes contulit, conatumque iracundia sua morte fedavit. De Coriolano.

CÖNÄMEN, ônis. n. [πάτησι] Ovid. 4. Fast. 325.

Dixit, & exiguo funem conamine traxit.

Alarum conamen perditur. Lucret. lib. 6. 325.

Mobile conamen. Lucan. lib. 4. 287.

Dum dolor est ictuque recens, & mobile nervis

Conamen calidus præbet crux. i. e. Agile, & motu facile.

Validum. Sil. lib. 5. 295.

Et fragilis valido conamine solvit enīs.

Conamen fumere ab aliquo. Ovid. 8. Met. 366.

Magni conamine aliquid agere. Ovid. 3. Met. 60.

Prima pugna conamine contuso, fractiisque ceptis. Sil. lib. 1. 33.

CÖNÄMENTUM, i. n. [πάτησι] Plin. lib. 19. cap. 2. de Sparto loquens, Ad reliquos usus laboriosè evellit, ocreatis cruribus, manibusque tecis manicis, convolutum offeis ligneis conamentis. h. c. ut opinor, Adjumentis fulcimentis ligneis.

CÖNAKILIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 3. 1.

CÖNÖS, [κώνος] Placentia genus est apud Athenæum, quæ ex uvis fiebat palfis & amygdalis. V. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 16. [Nisi errat Cælius.

CÖNQUÄDRO, [παρεργών] áre. In quadratum formam redigere. Varro apud Non. 2. 48. & 12. 9. Sidon. 2. Epist. 2. & 4. & 7. Columel. lib. 8. cap. 3. Ea pernicies ut evitetur, pertica dolantur in quadratum, ne terres levitas earum superfluentem volumen non recipiat; quadratae deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita, &c.

CÖNQUÄSTOR, V. CONQUISTATOR, in CONQUIRO.

CÖNQUASSO, [κωνύμιον] áre. frequent. Cato cap. 52. Qualum incidit ex una parte perpetuum. Si vero calix erit, conquassato: cum eo qualo, aut calice in scrobem ponito.

Corpus conquassatum. Lucret. lib. 1. 442.

Conquassare nationes, per translationem, pro Vastare, & conterere. Cic. pro Sext. 56. Etiam exteris nationes illius anni furore conquassatas videbas.

Conquassata terra motibus Apulia. Cic. 1. de Divin. 97. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatim, quum ad infinitam altitudinem terra defecisset, Apuliaque maximis terra motibus conquassata esset.

Mens, & omnis pueritas anima conquassatur. i. e. Diffusari. Lucret. lib. 3. 600.

CÖNQUASSÄTIO, ônis. f. [κωνύμιον] Cic. 4. Tusc. 23. Itaque illa duo, morbus & agrotatio, ex totius valetudinis corporis conqualatio- ne & perturbatione signantur.

CÖNQUÄTERNO, áre. [κωνύμιον και τονογενες] Glosso. Lat. Gr.

CÖNQUÉRÖ, questus sum, [μισθωμα] éri. compositum a Queror, Ejusdem est cum simplici suo significacionis.

Deplorare & conqueri de realiqa. Cic. 5. Ver. 43. Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de istius pravitate & injurias deplorare & conqueri, malent.

Conqueri & Lamentari. Conqueri fortunam aduersam, non lamentari decet. Cic. 2. Tusc. 50.

Nequicquam conqueri auris. Catul. Argon. 65. 164.

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris

Externata malo?

Conqueritur tibi. Sil. lib. 8. 94.

Conqueri aliquid. Liv. 1. 53. Sextus filius ejus, qui iniunimus ex tribus erat, transfiguit ex composto Gabios, patris in fe favitiam intolerabili- lem conquerens.

Libidines, vim, contumelias alicuius. Cic. 6. Vert. 111.

Fallacia verba alicuius conqueri. Tibul. lib. 3. 7. 20.

Conqueritur mecum mulier fortunas suas. Plaut. Mil. 2. 1. 47.

Multa conquestus, &c. Ovid. 4. Met. 243.

Conqueri de. Suet. in August. cap. 51. Tiberio quoque de eadem re, sed violentius apud se per epistolam conquerenti, ita rescripti.

De injurya alicuius cum aliquo conqueri. Cic. 5. Fam. 2. Satis habebas nihil me etiam tecum de tui fratris injurya conqueri.

Conqueri pro. Cic. pro Sext. 3. Nihil ab eo prætermisum est, quod aut pro Repub. conquerendum fuit, aut pro rea disputandum.

CÖNQUESTIO, ôs. f. [μισθωμα] Cic. 1. Q. frat. 1. Ubi nullum auxilium, nulla conquestio.

Conquestem exprimere. Plin. lib. 10. cap. 23. Hinc volantium illa conquestio labore expresa. i. e. velut Extorta.

CÖNQUESTUS, ôs. m. [μισθωμα] Liv. 8. 7. Tum libero conquestu coorta voces sunt.

CÖNQUIRSO, quiévi, quiétem, [μισθωμα] ére. Idem quod Quiesce- re. Cic. 5. de Fin. 55. Videmus igitur ut conquiescere ne infantes qui- dem possint.

Ab armis conquiescere. Cic. pro Milon. 69. Si denique Italia a delectu, urbs ab armis fine Milonis clade nunquam effet conquietura.

Conquiescere ab execrationibus. Plin. in Paneg. cap. 53. extr. Nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes a post- rorum execrationibus conquiescant. i. e. Perpetuo posteri eos execra- buntur.

Conquiescere a re aliqua. Cic. pro Corn. Balb. 3. Qui tantum potuit im- partire huic studio temporis, quantum ipse a pueritia usque ad hanc atatem a continuis bellis & victoribus conquievit.

Conquiescere ad. Cic. in Orat. 107. Ita postremo ejiciuntur, ut ne ad faxa quidem mortui conquiescant.

Conquiescere de aliquo. Cic. 1. Fam. 1. Tanta enim est magnitudo tuo- rum erga me meritorum, ut quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesca. i. e. Propter me sollicitus esse non desisti, donec conse- cūtum fuerit negotium meum.

Conquiescere in loco. Cic. 1. Att. 3. Uno in loco conquiescamus, quo fratrem quotidie expectamus.

Conquiescere in eadem mensura honorum. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 2. Æque ambitio non patitur quenquam in ea mensura honorum conquie- scere, qua quandam ejus fuit impudens votum.

Conquiescere in studiis, pro Oblectari. Cic. 1. Att. 20. Ego autem quo- tidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in his studiis conquiesco. Idem de Amicit. 22. Principio cui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, qui non amici mutua benevolenta conquiescat?

Ætas nostra jam ingravescens in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Cic. 2. Fam. 1.

Bella omnia iure gentium conquiescent hieme. Cic. pro Rabit. Posth. 44. Calor conquiescit. Cæl. lib. 6. cap. 6. Sect. 34. de Caligine oculorum.

Velundrum pofta, nec detegendum ante, quam fudor & calor domi conquieverint. Subaudi Caput. [Puto vero pro Domi, legendum Omnis. Sic enim eodem cap. sect. 8. & alibi sibi loquitur.

Febris. Cæl. lib. 2. cap. 8. Pus quacunque parte corporis erumpit, si est leve, album, & unius coloris, sine ullo metu est, & quo effuso febris protinus conquiebit, &c.

Imbre conquiescente. Liv. 24. 47.

Inflammatio. Cæl. lib. 7. cap. 19. Si sub his inflammatio non conquie- verit, &c.

Litteræ conquiescent, nisi quid novi extiterit. Cic. 12. Att. 38.

Navigatio mercatorum conquiescit. Cic. pro Legi Manil. 15.

Sanguis conquiescit. i. e. Sistitur hemorrhagia. Cæl. lib. 5. cap. 26. Si parum sic sanguis conquiescit, sibi linamenta mutanda sunt.

CÖNQUILÄTUS, a, um, pro Quicquiliatus. Plin. Valer. 1. 9. pr. Con- quiliata lana obturare. V. Reines. Var. Lect. 1. 4. qui legit Conciliata. [Forte Conchylata, i. e. Purpurea. Solent enim colorem haud in paniculis istiusmodi commendare medici vett.

CÖNQUINISCO, conquexi, conquistum, [κωνύμιον] ére. Hoc autem Inclinare se significat, auctore Nonio. Plaut. Cistel. 4. 1. 5.

Faciundum sit puerile officium, conquiniscam ad cistellam. Idem Pseud. 3. 2. 75.

Si conquinset isthic, ceveto simul. ad quem locum sic Scaliger, Conquiere, decubare est, a quo conquinisco. Est enim Conqui- nisco, Cernuum se infectare, vel inclinare, ut faciunt exonerari ventrem. Pomponius Atellanarius ait; In terra ut cubabat nuda, ad eum ut conquexi, &c. Hoc etiam Cernare dicebant; quanquam & horum [κωνύμιον] accipiebant.

CÖNQUIRO, quisivit, quisitum, [κωνύμιον] ére. Simul vel Diligenter querere & investigare. Cæl. 1. Bell. Civil. 42. Item Lyssio, Parthinisque, & omnibus castellis, quod esset frumenti, conquiri iustit.

Verum summa cura studioque conquire. Cic. 4. Acad. 7.

Conquirere undique. Cic. 12. Fam. 29. Et incredibilis angustie pecu- milie quæ conquiritur undique, ut optime meritibus pro- milia solvantur.

Terra marique conquirere aliquem. Cic. 5. Fam. 9.

Ad mortem conquiri. Paterc. lib. 2. 22. i. e. Ut occidatur.

Ad voluntatem aliquid conquirere. Cic. 2. de Fin. 110.

Conquirere & comparare voluntates. Cic. 1. de Fin. 65.

Conquirere atque eligere colonos. Cic. 2. de Lege Agr. 96. Nedum isti ab Kullo & Rulli similibus conquististi atque electi coloni, Capuae, in do- micilio superbius atque in sedibus luxurie collocatis.

Amantes vulgo conquirere. Propert. lib. 1. 2. 23.

Non illis studium vulgo conquirere amantes.

Historiam conquerere regionum. Cic. 2. de Fin. 102. Hæc leviora ponam, poema, orationem, quum aut scribis, aut legis, quum omnium factorum, quum regionum conqueris historiam.

Opes conquerire meretricio quæstus. Plin. lib. 36. cap. 12.

Rationibus conquistis disputare. Cic. 1. de Fin. 31.

Conquiri, Coercere. Festus. Al. Conquere. V. Scalig. & Dacer. CONQUISITUS, a, um. [Εγκενέσθη] ut, Mensæ conquistissimis epulis extrahuntur. Cic. 5. Tusc. 62.

Carmina Conquista diu dulcique reperta labore. Lucret. lib. 3. 420.

Vitis fictis conquistisque deformatum inducere. Cic. de Arusp. Rep. 57.

CONQUISITUS, [Εγκενέσθη] Adv. pro Docte & diligenter. Gell. lib. 3. cap. 10. Hæc Varto de numero septenario scripti admodum conquiste. Ad Herenn. lib. 2. ad fin. Hæc si uen conquiste confersimus, ita tu diligenter fueris consequitus, &c.

CONQUISITIO, ônis. f. [Εγκενέσθη] Cic. de Univers. 5. Difficillimum autem est in omni conquistatione rationis exordium.

Conquistio piaculorum. Liv. 7.3. pr. Quum piaculorum magis conquistatio animos, quam corpora morbi afficerent.

Exercitus conquistatione collectus. Cic. de Provinc. Conf. 5. Jam vero exercitus noster ille superbissimo delectu & durissima conquistatione collectus omnis interierit.

CONQUISTOR, ôris.m. [Εγκενέσθη] Qui conquirit. Sic apud Plaut. Conquistores sunt, qui conqueruntur, si cui factores delegati essent; Amph. prol. 65. Ut conquistatores singuli in subelia

Eant per totam caveam spectatores:

Si cui factores delegatos viderint,

Ut his in cavae pignus capiatur togæ. conf. Buleng. deTheatr. 1. 54. Sunt autem speciatim Conquistatores, [Εγκενέσθη] Satellites, vel lictores: & ut vulgo dicuntur Commisarii, auctore Budæo. Cic. pro Milon. 68. Si Italæ delectus, un nonnulli conquistatores tui dicitant, si hæc arma, &c. Eos intelligit quibus mandaverat Pompeius curam colligendi ac describendi exercitus. Liv. 21. 11. Qui duo populi delecti acerbitate confraterni, retentis conquistatores, metum defectionis quum præbuerint, oppressi celestiter Annibalis, omiserunt nota arma. Eos vocat qui delectui habendo erant praefecti. Hirt. de Bell. Alex. cap. 2. In omnes partes, per quas fines Ægyptii, regnumque pertinet, legatos, conquistatoresque, delectus labendi causa, miserant. Cic. 7. Att. 21. Nec enim conquistatores Φαινοτασσοντες audient, cum ille adsit.

CONQUESTOR, ôris. m. Idem. Varr. de L. L. 5. 8.

CORRADO, V. CORRADO.

CONREGIO, ônis. ab auguribus olim vocabatur Regio intra fines comprehensa. Varr. 6. de L. L. 2. Intra ea conregione, conspicione, contumione, utique ea rectificata sensi. Ex Turneb. Conregione, pro E regione dixerunt veteres. Festus.

CONREGNO, àri. Tertull. & Hieron.

CONREUS, [Εγκενέσθη] Qui cum alio in ius vocatus est. Ulpian. in 1. Liberationem. §. Nunc de effectu. D. de liber. legat. Si cum alio sum debitor, puta duo rei suimus promittendi, & mihi soli testator consulsum voluit: agendo conseqvar, non ut accepto liberer, ne ejam conreus meus liberetur contra testatoris voluntatem: sed pacto liberabor.

CONRIDEO, ère. compositum ex Con & Rideo; idem quod Renideco, & Iator. Lucret. lib. 4. 81.

Et quanto circum mage sunt inclusa theatri

Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepore

Omnia conrident concepta luce diei. Utita tralatio scriptoribus, i. e. Omnia simul renident, vel hilaritatem ejusmodi præ se ferunt ut ridere videantur. Lambinus.

CONRUSPUS, àri. Dep. Conquerere. Conruspare tua consilia in pectori. Plaut. apud Fest.

CONSARENTES. Populi Hispania citerioris, in conventu Carthaginensi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

CONSABURRO, are. Idem ac Saburro. Augustin.

CONSALUTO, [Εγκενέσθη] àre. Idem quod Salutare, inquit Festus. Liv. 3. 26. Dictatorenum sum legati gratulantes consuluntur.

Consalutare inter se. Cic. 2. de Orat. 11. Qui quem inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consuluntur, &c.

Consalutare, Salutem precari. V. Salutare, salutem precari, in SALVS.

CENSALUTATIO, ônis. f. [Εγκενέσθη] Cic. 2. Att. 18. Hinc plausus maximus, consulutatio forensis perhoronistica.

Consalutatio exercituum. Tacit. 15. Ann. 16.

Cum ex improviso, atque in ipsa consultatione dimicandum fuisset. ubi olim Consultatione. H. St. Reliqua cultro resecta sunt. Sunt autem verba Suet. in Othono cap. 9.

CONSANSACO, CONSANSSCO. V. CONSANE.

CONSANGUINEUS, i. m. [Εγκενέσθη, ιαναρ, ουργήν] Qui sanguine conjunctus est cum altero. Plaut. Pœn. 5. 2. 77.

Meis consanguineis nolo te injure loqui. Cic. 2. Att. 21. Sed βάντος nostre consanguineus non mediocres terrores jacit atque denuntiat.

Parentes, liberi, conjuges, consanguinei. Cic. 1. de Invent. 103.

Arietes consanguinei, apud Cic. 1. de Divin. 44. ex antiquo poeta.

Arma consanguinea. Claud. de Bell. Gild. 285.

Sopor consanguineus lethi. Virg. 6. Æn. 278.

Thalami consanguinei. Claud. 3. de Cons. Hon. 154.

Turba consanguinei. Sortes. Ovid. 14. Epist. 12.

Confanguinel, dicuntur Fratres ex eodem patre nati, lib. 3. Instit. titulo, De legitima agnitorum successione. §. 1. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur, an etiam eandem matrem haberint.

CONSANGUINITAS, àtis. f. [Εγκενέσθη] Ipsa conjunctio. Liv. 7. 19.

Ceritem populum misericordia consanguinitatis Tarquinienibus adjunatum fama ferebat.

Propinquus consanguinitate alicui. Virg. 2. Æn. 8.

CONSANO, [ιαναρ, ιανω] àre. Columel. lib. 4. cap. 24. Quo plerumque fit, ut quod prædicti debeat, præsingatur, & sic vitis lanifata, scabrataque putrefact humoribus, nec plaga confanturnet. V. Parei Lex. Crit. Consanare, pro Consanescere. Ulp. in I. idem. D. de ædil. edicti. Idem

Offilis ait, si homini digitus sit abscessus, membris quid laceratum, quamvis consanaverit: si tamen ob eam rem eo minus uti possit, non videtur inuanus esse. [Consanecrit. H. St.

CONSANSACO, vel CONSANSSCO, consanui, [Εγκενέσθη] ère. Sanu fieri. Cic. 4. Fam. 6. Nunc autem hoc tam gravi vulnere, etiam illa, qua consanui videbantur, recrudecunt. Cels. lib. 7. cap. 12. de lingua, Et plerique quidem, ubi consanuerunt, loquuntur. V. Columel. 8. 2. CONSARCINO, [σωράσκω, σωράσκει] ère. Gell. lib. 17. cap. 22. In quo vertu non oportet alterum videti verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum & confarcinatum. Est enim hoc inane admodum & futile.

Crimes Ammian. 14. 5.

Infidias confarcinare. Ammian. 14. 8.

Mendacia. Ammian. 15. 10.

Verba. Gell. 17. 23. V. paulo ante.

CONSARCINATOR, ôris. m. ut, Litum confarcinator. Ammian.

CONSARCINATRIX, ôris. f. 2. Voces apud Jctos.

CONSARTOR, ôris. m.

CONSARRO, [σωράσκω] ère. Idem quod Sarrire. Columel. lib. 11. cap. 3. Deinde fulciens consarriendi. conf. Cat. de R. R. cap. 48.

CONSARCUS, [σωράσκει] ère. Suet. Neron. cap. 26. Praetor caput confauicavit.

CONSACRATOR, àri. passiv. Aut. ad Heren. lib. 4. 27. In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus confauicari videtur.

CONSACRATIUS, a, um. Partic. Suet. Aug. cap. 20. Utrunque brachium ruina pontis confauicatum.

CONSACRATIO, ônis. f. Jct. in Dig.

CONSCLERO, [σωράσκω] ère. Sceleri implere. Liv. 40. 8. Agite, confelerare aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi. Domum confelerare. Catull. 68. 24.

Oculos confelerare dicitur, Qui nefarium facinus aliquod perpetrari videt, quod vel avertire & inhibere, vel a quo ipse avertire & subducere se poterat. Ovid. 7. Met. 34.

Cur non & specto perentem, oculosque videndo

Confelerero? cur non tauros exhortor in illum?

CONSCLERATOR, a, um. [σωράσκει] Partic.

Confelerare & contaminatus. Liv. 2. 37. extr. Proficiscientibus deinde indignatio oborta, fei confeleratos, contaminatolque, ab ludis, &c. abactos esse.

Mens confelerata. Liv. 8. 18.

Nomen nobile confeleratum impudicitie dare. Cic. Octav.

Pirata confeleratus. Cic. 2. Ver. 90.

Vultus nefarius & confeleratus. Cic. pro Cluent. 29.

A filio confeleratissimi furia domestica & assidue pœnas parentum dies noctesque repetunt. Cic. pro Rofc. Amer. 67.

CONSENDO, di, sum, [σωράσκω, σωράσκει] ère. De navigantibus proprie dicitur. Non quin de aliis quoque rebus. Quo ascenditur, usurpetur. Absolutum aliquando ponitur. Cic. 9. F. frat. 2. Ti., si ita expedit, velim bona & certa tempestate concendas, ad meque venias. Liv. Consendunt alacres copiæ subiung. Navim.

Aequor navibus. Virg. 1. Æn. 185.

Bis denis Phrygium consendunt navibus aequor.

Classem. Virg. 10. Æn. 155.

Navem. Cic. 4. Acad. 148. Quid enim consendens navem sapiens, num, &c. Caf. 2. Bell. Civil. 4. Non minore animo ac fiducia, quam ante dimicaverant, naues consendunt.

In navem. Cic. 14. Fam. 7. Navim spero nos valde bonam habere: in eam simul atque consendi, hæc scripsi.

Puppim. Ovid. 2. Faſt. 95.

Ethera. Stat. 3. Silv. 1. 6.

Arces. Valer. 2. Argon. 44.

Et Sol æthereas medius consenderat arces.

Culmen summum. Sil. lib. 3. § 10.

Curru. Ovid. 3. Trist. 8. 1.

Equm. Liv. 20. 2.

In eum. Ovid. 6. Met. 222.

Moenia. Sil. lib. 3. § 10.

Montes. Catul. Argon. 62. 126.

Scopulum. Virg. 1. Æn. 180.

Tecta. Seneca Med. 12.

Tribunal. Claud. 2. in pr. Conf. Stil. 267.

CONSCENSIO, ônis. f. [ιαναρ] Cic. 1. de Divin. 68. Eumque dixisse remigandi ex quinqueremmi Rhodiorum vaticinatum, madefactum tria nimis xxx diebus Graciæ sanguine, rapinas Dyrrachii, & conscenfionem in naues cum fuga, fuga.

CONSCIENTIA, V. CONSCIVS.

CONSCINDO, scidi, scism, [δισκόπει] ut, Conscissa pallula. Plaut. Trucul. 1. 1. 32.

Epistola consciſa. Cic. 7. Fam. 26.

Nubibus consciſis orbem Luna protulit. Stat. 12. Theb. 30.

Epitolam innocentem consindere. Cic. 7. Fam. 10.

Confundere sibilis, per translationem, pro Exhibilare & explodere. Cic. 2. Att. 19. Nam gladiatori, qua dominus, alveociti, sibiles consciſi.

Confundere aliquem, pro Criminari, & aliciu conviciari. Cic. 8. Att. 16.

CONCISSUS, a, um. Partic. [δισκόπει] ut, Conſciſa pallula. Plaut. Trucul. 1. 1. 32.

Epistola consciſa. Cic. 7. Fam. 26.

Nubibus consciſis orbem Luna protulit. Stat. 12. Theb. 30.

Pugnis & calcibus consciſis aliquis. Cic. 5. Ver. 56. Quædam exemplaria legum Conſciſus. [δισκόπει] fine dubio res portulat. Non enim dicitur Scindere pugnis, sed Cerdere. Sæpe autem hæc confunduntur.

Vestis consciſa. Ter. Eun. 5. 1. 4.

CONSCISSIONE, ônis. f. Augustin.

CONSCISSIONA, a, f. [δισκόπει] Ipsa ruptio. Plin. lib. 34. cap. 8. Dein quum preti perifit artis, detractum est aurum, pretiosiorque talis existimat, etiam cicatricibus operis aequo consciſus, in quibus aurum haferat, remanentibus. V. Harduin. in loc. qui Conſciſus legit.

CONSCIO, scivi, scitum, [ενοιδει, ονιδει] ère. Nullius rei se consciente suspiciari. Hor. 1. Epist. 1. 60.

— hic murus aheneus esto,

Nil consciſe sibi, nulla pallescere culpa.

CONCISCO, scivi, scitum, [ενοιδει, ονιδει, επιστημαι] ère. Nunn 2. Statuere

Statuere apud se, & decernere; ut Sciscere, unde Scitum dictum, Liv. lib. 1. 32. Quod Senatus Populi Romani Quiritium censuit, consensit, conficitur, ut bellum cum priscis Latinis feret, &c. Budaeus. Cic. lib. 3, de Legib. 10. Creatio magistratum, judicia populi, iusta, verita quum suffragio conciscuntur, optimatus nota, plebi libera funto. Exiliuum sibi conciscere. Liv. 29. 35. extr. Postea conscientia fibimet exiliuum conciscentes, quum absentes damnati essent, corporibus subtrahitis, &c. Facinus. Cic. 16. Fam. 11. Neque incolumis Cæsare vivo fui, nisi postquam illud concisi facinus. Fugam sibi ex aliquo loco. Liv. 5. 53. Deserteremus Penates nostros, exiliuumque ac fugam nobis ex eo loco concisceremus, quem tueri non possemus. Conciscere (inquit Valla) fere ad mortem pertinet. Plerumque enim sic legimus, Mortem sibi ipse conciscit, Mortem tibi ipse conciscis, Mortem mihi ipsi conciscim. Cogant te ad mortem tibi per te ipsum conciscendam. Hactenus Valla, lib. 5. Nunc cum dativo, nunc sine dativo. Cic. 7. Fam. 39. Aut capiendum tanquam exilio locus, aut conciscenda mors voluntaria. Idem 2. de Nat. Deor. 8. Junius necem sibi ipse conciscit.

Veneno mortem sibi conciscere. Cic. de Clar. Orat. 4. Ponitur per translationem pro Contrahere. Columel. lib. 7. 6. Diligenſ- que pectorum stabulum quotidie converrit, nec patitur sterius humorem conciscere. Sed in codd. emend. Sterius aut humorem confidere legitur. Scindunt vero est quod Conficito, Ascifico, Difcifico, Præficio, & Reficio faciunt præterita in ivi, sicut eorum primitia: & Conficio quidem, Difcio & Reficio raro sunt in usu, sed magis Conficito, Difcifico & Reficio. Ascio & Præficio inveniuntur, quamvis Ascio non ita frequenter sicut Præficio. Hinc Ascifico & Præficio, licet magis Ascifico quam Præficio, ex quo Ascio minus in usu sit. Præficio vero magis. Quin ergo Conficito, Difcifico & Reficio usurpantur, non mirum est si Conficito, Difcio & Reficio obfoleverunt, quoniam fere superfluum est in eadem significacione ultrae haberi. E diverso autem Scio sa- pissime reperitur: rarius autem Scifico. Apud Plautum tamen legitur Scifcam, in Amph. 5. 1. 17. Ocius accuro, ut scifcam quid velit. Præficio in usu est, Præficio minus, quod tamen & ipsum legitur apud Virg. lib. 4. Georg. 69.

Continuoque animos vulgi, & trepidantia bello.

Corda licet longe præscire. Ascio apud Columellam in praefatione, Et pecoribus parandis conservandisque, quoniam & hanc ascifimus, quasi agricultura partem. Quo tamen loco emendatoria Columella exemplaria, Ascivimus habent, præterito tempore, quod ab Ascifio potius quam ab Ascio esse videtur.

CONCITUS. [προσβληθεὶς, συνεψόμενος] Partic. a Conficitor verbo passivo. Plin. lib. 36. cap. 15. Passim conficita nece, Quiritus tædium fugientibus. Liv. 9. 26. Mors, haud dubie ab ipsis conficita, iudicio subtraxit.

CONCISENDUS, [καταψήσις] Partic. Cic. 7. Fam. 3. Aut capiendum tanquam exilio locus, aut conciscenda mors voluntaria. Liv. 39. 19. Ne mortis conciscenda locum haberet.

CONCIUS, [προσβληθεὶς, συνεψόμενος] Adj. modo Is dicitur qui cum aliis aliquam rem cognitam habet, modo idem quid Scius. Ovid. 5. Trist. 5. 18. Nec forc perpetuam sperat sibi numinis iram,

Conficis in culpa non scelus effusa.

Concitus, translatum ad inanimata. Sen. Hippol. v. 107. Jactare tacitus conficis sacris facies. Valer. lib. 3. Argon. 584. — tali se concitat ardens

In juga fenta fuga: pavet omnis conficcia late

Silva, pavent montes, &c.

Concitus genitivo aliquando jungitur, frequentius dativo. Plaut. Merc. 2. 2. 46. Quum amico homini, tuique conficio, ita succensas misere. Cic. 14. Philipp. 16. Itaque P. Appuleius Tribunus plebis, meorum omnium confiliorum periculorumque jam inde a consulatu meo testis, conficis, adjutor.

Aether conficis conubii. Virg. 4. Æn. 167. — fulfere ignes, & conficis æther

Conubii. De conubio Æneæ & Didonis.

Amor. Ovid. 4. Epist. 52. Animus. Lucret. 4. 1129. Culpa. Cic. 3. Off. 73. Committi. Ovid. 2. Amor. 2. 27.

Curarum conjugialium interpres & conficis Juno. Virg. 4. Æn. 608. Facti. Virg. 11. Æn. 812. Facinori. Cic. pro Cœl. 52. pro Client. 59. Maleficis.

Fibra conficis deorum, Extipicium, divinatio, quæ fit inspectis anima- lium cæsorum intellit. Tibul. lib. 1. 8. 3.

Nec mihi sunt fortes, nec conficis fibra deorum:

Precinctus evinit nec mihi cantus avis. V. FIBRA.

Futuri conficis. Lucan. 5. 90. Mihi conficis. Cic. 11. Fam. 28.

Mens bene conficis it ad extrems orbis colonos. Hor. [Error est. Mens. Sen. Hippol. v. 62. Conficis mentis pavor.

Manus. Ovid. 8. Met. 530. Numina. Virg. 2. Æn. 141. Pectus. Sen. Theb. 1.

Peccati sibi conficis. Ovid. 2. Amor. 7. 11. Reciti. Virg. 1. Æn. 604.

Religio alicuius conficis faci pæcti. Valer. 8. Argon. 401. Quangum jura deum, faci sibi conficis pæcti

Religio, dulcissime movent pæcordia tæda.

Signa conficis alicuius rei. Ovid. 2. Amor. 1. 8. Servi conficis. Cic. pro Cœl. 52.

Studiorm & officiorum maxime conficis. Cic. 5. Fam. 5. Temeritati & mendacio alicuius conficis esse. Cic. 6. Verr. 124. Verbis conficis. Tibul. lib. 1. 9. 41.

Vultus. Sen. Herc. sur. 9. Vox conficis. Marcial. lib. 11. 62.

Concitus facere aliquem. Plaut. Truc. 1. 1. 40. Quos quum celamus, sic faxius conficis, &c. Plaut. Cist. 2. 3. 46.

Et scio venturam. MR. me indicabit, & suas

Ad meas miseras addet. PH. fac me conficam. Conficis de his rebus. Cic. Att. 2. 24. Se audiisse ait ex Curione his de rebus conficis esse Pisonem generum meum, &c. [Nisi ditinguis post His de rebus. Nam & Conficis esse sepe absolute ponitur, subauditio genitivo Ejus rei.

Conficis, Contagione criminis affictus. Tacit. 15. Ann. 66. pr. Accensis in-dicibus ad prodendum Fenium Rufum, quem eundem conficis conqui-statoremque non tolerabant. Al. Et inquisitorem.

Conficis alicui in privatis rebus. Cic. 1. Att. 15. Qui mihi & in publica re focus, & in privatis omnibus conficis, & omnium meorum sermo-num & confiliorum particeps.

Conficis, idem quod Testis. Ovid. 3. Met. 290.

Quo magis credas, Stygii quoque conficis sunt

Numina torrentis. Tale est illud lib. 2. 46.

— promissi testis adesto

Diis juranda palus.

CONSCIOLUS, Adj. dimin. ut quidam legunt, apud Catull. 68. 41.

Sæpe illam audivi aucti voce loquenter

Solam conficis hæc sua flagitia. Sed alii alter legunt: IC.

Vossius Cæcilius.

CONSCIENTIA, æ. f. [συνείδηση] a nomine Conficis; est Certissima scientia, & (ut sic dicam) Certitudo ejus rei quæ animo nostro inest: five bonum sit, five malum. Cic. pro Milon. 63. Magna vis est confic-tia, Judices, & magna in utrancham partem: ut neque timeant qui nihil commiserint, & poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint. Conscientia bene actæ vita, & recordatio bene factorum. Cic. de Senect. 9. Conscientia bene actæ vita, multorumque bene factorum recordatio iudicidissima est.

Animi conscientiam non curat callide improbus. Cic. 2. de Fin. 54.

Animi conscientia suspicari de aliquo. Cic. 13. Att.

Animi conscientia, pro Animo religione obstricta. Cic. pro Rofc. Amer.

67. Stum quenque scelus agitat, amentaque afficit: suæ male cogita-tiones, conscientiaque animi terrent.

Mentis optimæ conscientia se consolari. Cic. de Clar. Orat. 250. Lau-dandus est, qui hoc tempore ipso quom licet, in hoc communis nostro, & quasi fatali malo confoletur se, cum conscientia optimæ mens, tum etiam usurpatio & renovatione doctrinæ.

Confiliorum meorum conscientia me confortari. Cic. 4. Fam. 3.

Facinorum consilia, conscientiaeque. Cic. pro Client. 56. An etiam consilia conscientiaeque ejusmodi facinorum supplicio dignas judicarent.

Cur non Confiliorum conscientia, pro Consilia ac Conscientia? H. St.

Facinoris in conscientiam acficiunt. Tacit. 1. Hist. 25.

Maleficiorum conscientia stimulant. Cic. in Parad. 2.

Officii sui conscientia frui. Cic. 3. Fam. 7.

Alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum, timor. Cic. Parad. 5.

Sceleris conscientia, avaritiaeque fæ. Cic. 5. Verr.

Sceleris conscientia ferre non posse. Suet. in Neron. cap. 34.

Scelerum suorum conscientia opprimi. Cic. in Pison. 39.

Angore conscientia, fraudice cruciatu agitant & infestantur furia scelerum homines. Cic. 1. de Legib. 40.

Contagio conscientie. Cic. 7. Verr. 182. Deliberatum est, &c. non modo eos persequi, ad quos maxime culpa corrumperi diuicij, sed etiam illos, ad quos conscientia contagio pertinebit.

Fide conscientia commoveri. Cic. pro Rofc. Com. 46.

Labes conscientia in animo habere. Cic. 3. Off. 85.

Immo Tabes, ut dico in. H. St. Inniuit locum in Schediasm. suorum lib. 1. v. 25. Sed adscribere forsitan oblitus est. Conjecturam vero hanc suam nimirū sicu probaverit.

Pondus conscientia grave esset sine illa virtutis & vitiorum divina ratio-ne. Cic. 3. de Nat. Deor. 85.

Signa conscientia describit Auct. ad Heren. 2. 8. Accusator dicit, si poterit, adversarium, quum ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconfidente loquutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientia sunt.

Conscientia, pro Male conscientia. H. St.

Abeße a conscientia suspicione. Cic. pro Cœl. 23.

Supicione conscientia alicui præberere. Tacit. 1. Hist. 28.

Conscientia bona. Plin. 10. Epist. 12. Que bonam conscientiam civium tuorum ad usum indulgentia tua provocat & attollit.

Infelix. Quintil. in procem. lib. 6.

Abolare conscientiam humani generis. In ABOLEO.

Adhibere conscientiam omnium. V. ADJUVO.

Affere. In AFFERO.

Ardere conscientia. V. ARDEO.

Arguit conscientiam pavor. Tacit. 3. Hist. 10.

Comprimere conscientiam animi nihil est negotii. Cic. 2. de Fin. 54.

Convictus conscientia. Cic. 2. in Catil. 13.

Debilitatus atque abjectus conscientia, repente conticuit. Cic. 3. in Catil. 18.

Disecedere a recta conscientia transversum unguem non oportet quemque in omni vita sua. Cic. 13. Att. 20.

Eminet in vultu. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 25. Verba cessent licet, si quemadmodum debemus affecti fumus, conscientia eminebit in vultu.

Exonerare conscientiam suam. Curt. lib. 6. 8. 12. Nicomachini religione quoque deum africtum conscientiam suam exonerare properalib.

Habere conscientiam conditionis sua. Plin. 10. Epist. 30.

Hæcere ex conscientia infirmitas sua. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Impeditus & opprimitur mens conscientia. Cic. in Pison. 43.

Impelli conscientia ad fatendum. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Implorare conscientiam aliquorum. Cic. pro Flacc. 38. Vociferarer, & quantum maxime possem, contendere, tettare publicanos, excita-reni negotiatores, vestram ciaram conscientiam implorarem, &c. i.e. Ostetare ut sentientia velstra, & ex eo quod existimat, de re ipsa ju-dicaretis.

Jungere conscientiam cum futibus. Firmic. lib. 4. cap. 1. Qui cum ef-factoribus vel futibus conscientiam jungant, vel qui certe ipsi fures sint aut effractores.

Mersus conscientia flagitorum scelerumque. Patrc. lib. 2. 91. extr.

Quum

Quum esset omni flagitorum scelerumque conscientia mersus, nec melior illi res familiari quam mens forst, aggregatis finimis libi, intricare Cæstrem statuit. De Rufo Egnatio loquitur.

Metri ex conscientia. Cic. 10. Fam. 4.

Remota conscientia hominum. Cic. 2. de Fin. 28. Ut hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluntatis causa non videatur esse facturus. i. e. Si existimat rem ab omnibus sciri non posse. Budæus. [Innamo. A nemine sciri posse.]

Simulata conscientia adeant, i. e. Simulato, sive postquam simulaverint se confios ejus rei esse. Tacit. 2. Ann. 40.

Spreta conscientia. Tacit. 15. Ann. 60.

Sum. ut, Mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo. Cic. 12. Att. 27.

Tenetur constrictum multorum conscientia alicujus consilium. Cic. 1. in Catil. 1. Constrictam jam horum omnium conscientia teneri conjurationem tuam non vides?

Contra conscientiam opibus hominum septi & muniti, deorum numen horrent tamen. Cic. 1. de Fin. 51.

In conscientiam afflumere aliquem. Tacit. 13. Ann. 12. i. e. Facere partem consiliorum, & consicium. Budæus. Dicitur & Sumere ab eodem, lib. 4.

Ob conscientiam stupri accipere aliquid. Marcellus in l. mariti lenocinium. Q. quod ait. D. ad legem Julianam de adulterio, Plectitur & qui pretium pro comperto stupro accepiterit: nec interest utrum maritus sit qui accepiterit, an alius quilibet, quicunque enim ob conscientiam stupri accepiterit aliquid, poena erit plectendus.

CONSCREBO. V. in **CONSECRAD** ad finem.

CONSCRIBILLO. [συνεψη] āre. pro Conscriberē veteres dixerunt: at plerumque cum contemptum innuerent. Varr. Columna Herculis, οὐδὲν, Itaque eas in ceram conscribavit Herculis ad item. Idem Marcipore, Astrologi non sunt, qui conscribilarunt pingentes calum. Nonius 2. 108. Catull. Epig. 25. 11.

Inusta turpiter tibi flagella conscribent. i. e. Inscriptant vibicibus.

CONSCRIBO, pti, ptum, [συνεψη] āre. Scribere significat, hoc est compone. Cic. 1. Q. frat. 2. Litteras ad te parum fraterne conscriperam. Legitur in vetusto exemplari Scripteram.

De aliquo ad aliquem conscribere. Cic. 12. Att. 19. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer.

De aliquo, ut, Illos etiam de quibus audivi, & legi, & ipse conscripsi. Cic. de Senect. 83.

De lingua Latina aliqua conscribere. Cic. 13. Att.

Epitolam di qua re alicui. Cic. 13. Att. 50. pr.

De ratione dicendi. Auct. ad Heren. 1. 1.

Legem. Cic. 4. Att. 1. Legem coss. conscriperunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur.

Librum. Cic. de Clar. Orat. 132.

Parietes. Plin. lib. 28. cap. 2. Etiam parietes incendorum depreciationibus conscribuntur.

Questionem fictam. Cic. pro Cluent. 191.

Syngraphum. Plaut. Afrin. 4. 1. 1.

Agedum, istum ostende, quem conscripsisti syngraphum.

Testamenta mortuorum. Cic. de Arusp. Resp. 42.

Volumen. Cic. pro Rose. Amer. 100.

Milites, vellejones. h. c. Cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere. Plaut. Milt. 1. 1. 76.

Nam rex Seleucus me opere oravit maximo,

Ut sibi latrones cogere & conscriberem. Cic. 12. Fam. 15. His litteris propterea milites circiter xxx, quos Dolabella ex Asia conscripsit, & Syria fugientes, in Pamphiliam venerunt.

Veteranos celeriter conscribere, pro Cogere. Cic. 10. Fam. 28.

Palam conscribere & centuriare aliquos. Cic. Post redit. ad Quir. 13. Ego quum homines in Tribunalis Aurelio palam conscribi centuriarie vidissim, &c.

Vicatum conscribere, Decuriare aliquos. Cic. pro Sext. 34. Quum vicatum homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad cædēm, ad direptionem incitarentur.

Conscribere, absolute. Cic. pro Planc. 45. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe, Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, divisuisse. ubi Manut. V.

CONSCRIPTUS, a. um. Partic. [συνεψαμένος] ut, Conscriptione littera. Plaut. Pseud. 1. 1. 26.

Epistolam conscriptum lacrymis. Catull. 66. 2.

Fortunas alterius litteris conscriptas in judicium afferre. Cic. pro Cluent. 186. Tu periculum capitii, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in judicium afferas?

Mensa conscripta vino. Ovid. 2. Amor. 5. 17.

Tela conscripta imagine quadam. Stat. 3. Silv. 1. 117.

Conscripti milites. Cæs. 3. Bell. Civil.

Conscripti, [συνεψαμένοι, συγχρηματίζοι] inquit Festus, dicebantur Qui ex equitatu ordine patribus ascribantur, ut numerus Senatorum expleretur. Liv. 2. 1. extr. Deinde quo plus virum in Senatu frequenter etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad tricentorum summum explevit.

Traditumque inde fertur, ut in Senatum vocarentur qui Patres, quique Conscripti essent: conscriptos videlicet in novum Senatum appellabant lectos.

Officium conscripti, i. e. Senatoris officium. Hor. in Arte Poet. 314.

CONSCRIPTUM, i. n. ut, Votorum veterum conscripta. Ovid. 5. Trist. 3. 55.

CONSCRIPTIO, ōnis. f. [συνεψη] Cic. pro Cluent. 191. Ejusdem amentia falsa conscriptiones quætionum, ex eodem furore etiam illa conselerata execito lingua, &c.

CONSCRIPTOR, ōris. m. Quintil. Declam. 277. Conditor conscriptor, que legis. confi. Arnob. 1. p. 13. & 34.

CONSECRO, feci, fectum, [συνεψη] āre. Idem quod Secare. Plin. lib. 36. cap. 26. Actes tanta est quæcumque, ut citra ullum sensum ad osa confecret, quicquid affluerit corporis.

Membra confecare. Ovid. 3. Trist. 9. 34.

Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo.

Membra soror fratri confecisse fui.

Consecare minutatum. Varr. 3. de R. R. cap. 10.

Consecare in tenues membranas. Plin. lib. 30. cap. 4.

CONSECTIO, ōnis. f. [συνεψη] ut, Consecratio arborum. Cic. 2. dē Nat. Deor. 151. Arborum autem consecratione, omnime materia & culta, & livellati, partim ad calcificandum corpus igniadhibito, & ad mitigan- dum cibum urinum, &c.

CONSECRATIO, ōnis. f. [συνεψη] āre. ejusdem significationis cum Sa- cro, quod est Deo dico, & sacrum facio. Autōr de Viris Illust. cap. 2. Spolia opima Jovi Feretrio in Capitolio consecravit. Hor. 4. Carm. 8. 27.

Erupsum Stygii flutibus ācam

Virtus, & favor, & lingua potentium

Vatum divitibus confecrat infilis.

Consecrare & publice dedicare. Cic. 2. de Nat. Deor. 78.

Dare, donare, dicare, consecrare Jovi Opt. Max. Cic. 6. Verr. 67.

Nomine alicujus de aut dea aliiquid consecrare. Cic. 2. de Nat. Deor. 66.

Ædem, terram, aram, consecrare. Cic. pro Domo 128. Consecrabantur ades, non privatorum domicilia, sed que sacra nominantur: consecrabant agri, non ita ut nostra prædia, si quis vellet, sed ut Imperator agros de hostibus captivos consecraret. statuebant aræ, quæ religio- nes afferrent, ipso li loco esent consecrare.

Ars curandi ruendique corporis, atque ejus utilitas, deorum immorta- lium inventioni consecrata. Cic. 3. Tusc. 1. i. e. Adscripta.

Beluum nullam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, con- secraverunt Ægyptii. Cic. 1. de Nat. Deor. 101. h. c. In numerum deorum retulerunt, & pro numinibus coluerunt.

Belus a barbaris propter beneficium consecratus. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. c.

Bona alicujus consecrare, foculo positio in rostris, adhibitoque tibicine. Cic. pro Domo 123.

Bona cuiuspiam consecrare verbis solennibus. Idem ibid.

Delubra consecrare alicui deo, aut dea. Cic. 3. de Nat. Deor. 95.

Domum Cereris. Cic. pro Domo 125. & de Arusp. Resp. 9.

Martis manubias Muſis. Cic. pro Arch. 27. Jam vero ille, qui cum Eto- lis Ennio comite bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Mu- sis consecrare.

Simulacra. Cic. 3. de Nat. Deor. 61.

Statuum alicui. Cæs. 3. Bell. Civil. 105. Item Trallibus in templo Vi- storiarum, ubi Cæsari statuum consecraverant.

Consecrare, Deo dedicare, atque ob id inviolatum manere, durareque perpetuum. Cic. 12. Att. 20. Sed ineunda nobis ratio est quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo extabunt) illud quasi consecratum, re- manere possit.

Auguste sancteque aliquem consecrare. Cic. 2. de Nat. Deor. 62.

Ex hominum genere aliquos. Cic. 2. de Legib. 27.

Consecrare aliquem, omninem genere monimentorum. Cic. 12. Att. 19. Ego quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam consecrabo omnem genere monimentorum, ab omnium ingenis scriptorum & Græcorum & Latinorum. de Tullia sua loquitur.

Ad immortalitatem, & religionem, & memoriam carmina consecrare. Cic. pro Milon. 81.

Consecrare memoriam nominis, pro Immortalem reddere. Cic. 1. Q. frat. 1. Quum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui.

Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecrare. Cic. 3. de Nat. Deor. 50.

Pro patria mori, ei nos totos dedere, & in ea nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Cic. 2. de Legib. 5.

Origines suas. Liv. in præfatione, Et sicu populo licere oportet conse- crare origines suas, & ad deos referre auctores, ea bellū gloria est P. R. & C.

Virtutes alicujus consecrare, & in numero deorum collocare. Cic. 1. Q. frat. 1.

Vocabula consecrata sunt vitiosarum rerum, neque naturalium. Cic. 2. de Nat. Deor. 61.

Memoria & litteris magnitudinem ingenii alicujus. Cic. 5. Tusc. 11.

Addictus & consecratus certis & constitutis sententiis. Cic. 2. Tusc. 5. Certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti & consecrati sunt, eaque necessitate constricti, ut etiam quæ non probare soleant, ea co- gantur constantia causa defendere.

Alicui consecratum esse, i. e. Devotum esse. Cic. de Arusp. Resp. 7.

Atque hoc si moderetur & cogitet, si contentus sit his sceleribus quæ committit, jam se esse consecratum Miloni. Budæus.

Campus Consularibus auspiciis consecratus. Cic. 4. Catil. 2.

Delubra sanctissimis religionibus consecrata. Cic. 2. Verr. 14.

Honorem hominis deorum religione consecratum non violare. Cic. 4. Verr. 51.

Locus consecratus, cui opponitur Locus profanus. Cic. in Partit. 26.

Mens, fides, virtus, concordia in instituto majorum consecrata. Cic. 2. de Nat. Deor. 78.

Opinio in aliquo consecrata. Cic. pro Sext. 143.

Solenis comitorum precatio Confularibus auspiciis consecrata. Cic. pro Muren. 1.

Consecrata omnium religione. Cic. 1. Tusc. 32. Vetera jam ista, & religione omnium consecrata.

Tempestates ritibus Populi Romani consecrata. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.

Confabor, pro Consecrabo, veteribus. Plaut. Pers. 2. 5. 7.

Sed quis hic anfus ambulat magnifice consecrabor. Auctor Non. 17. 92. Sed Gronov. post Taubm. exhibuit Consecrabor. alii ali- ter conjectarunt.

CONSACRARE alterum, apud Torrentium in Suetonium. Sic pro Fran- go quidam. H. St. Quid verbis postrensis intelligi velit Stephanus no- ster fateor me non asseque.

CONSECRATIO, ōnis. f. [συνεψη] Cic. pro Domo 106. Quæ tua fuit consecratio?

Legitima bonorum consecratio. Cic. pro Domo 125. Sin ista consecra- tio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit? An consecratio nullum habet jus, & dedicatio est religiosa?

Item ἀρχήν five Deificatio Imperatorum, ut interpretatur Tertullian.

Apol. cap. 11. Cum mortui imperatores certa solennitate ac carinonia in Deorum numerum referabantur; unde Dī vi cognominati fuerunt, quod primum C. Julio Cæsari contigit, ut ait Servius ad Virg. 5. Ecl. V. APOTHESIS. Et hinc

Consecratio pro Inauguratione aliquando usurpatur: ut patet ex Veteri Lapide Romæ,

D. D. N. N. VALENTE. V. ET.
VALENTINIANO, IVNIORE. PRIMVM.
AVG. CONS. VI. ID. APRIL.
AVRR. VICTOR. AVGENTIVS. V. C.
P. P. FILIO. SVO. AEMILIANO. CORYFONI.
OLYMPIO. C. P. ANNO TRICESIMO
CONSECRATIONIS SVAE.

CONSECRATOR, ōris. m. Hieron.

CONSECRATRIX, ūis. f. Tertull.

CONSECRANUS, a, um. Eorundem facrorum particeps. Tertull. Apol. cap. 16. Consecrare noster.

Vocabulum in castris repertum, qualia sunt Conterraneum, commilitaneum, militanrum, suffaraneum, limitaneum. Julius Capitolinus in concione quadam Maximini Cæsaris, in Gord. cap. 14. pr. Sacrae commilitones, inquit, immo etiam mei consuecrai. Alio loco, Nullam civitatem æque militanrum esse dixit. [Nil error est, pro Limitaneam, V. in Gord. tert. cap. 28. pr.

Quod diceret, Particulae meæ sacratae dignitatis. H. St.

CONSECTANEUS, V. Confector in CONSEQUOR.

CONSECTORIUM, CONFECTOR. In CONSEQUOR.

CONSECTIO, In CONSECO.

CONSECUATIO, CONSECTUS, V. CONSEQUOR.

CONSEDO, ūis. V. CONSIDRO.

CONSEMINEUS, Adj. [σύμενως] ut, Consemineæ vineæ, in quibus aceratina multa & varia semina vitium confusa sunt, nec propriis generibus distincta. Columel. lib. 3. cap. 21. Idque in vineis non consemineis observari difficile est. Idem lib. 11. cap. 2. Silvam si quis barbaricam, id est consemine velit facere, recte conferet glandibus & ceteris feminibus, h. e. Varis arborum generibus confitam.

CONSEMINALIS, e. [γένερος] Idem. Columel. lib. 12. cap. 45. extr. Propter quod etiam conseminalium vinearum non tam est firmum vinum, quam si per se sicerum amineum, vel apianum, aut etiam fecinum consideris. Conseminales vineas appellat, Quæ ex variis furculorum & plantarum generibus confitas sunt, nempe acidas, aceras, dulces evas ferentius.

CONSENESCO, confeniu, [γένεσθαι] ēre. Senem fieri. Flaut. Capt. 1.2.31. Macefco, confenefco & tabefco miser. Cic. 2. Tufc. 5. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut jam (quod natura fert in omnibus fere rebus) confensemcat, brevique ad nihil ventura videatur. At Senefcat.

Cum cognomine confensemcare. Cic. 2. Att. 13.

Carina confenuit. Propriet. lib. 3. 7. 36.

Ventorum est quodcumque paras, haud illa carina
Confenuit, fallit portus & ipse fidem.

Nemus confenuit. Claud. Epig. 2. 16.

In armis confensemcare. Hor. 3. Carm. 5. 8.

In commentariis Rhetorum. Quintil. lib. 3. cap. 8.

In exilio. Liv. 35.

In patria confensemisse placuit. Ovid. 4. Trist. 8. 12.

Confensemere sub armis. Liv. 32. 3. pr.

Confensemere mortore & lacrymis. Cic. pro Cluent. 13.

Confenserunt vires atque defecerunt. Cic. de Senect. 29.

Nullo adversario confensemcare. Cic. 2. Att. 23. h. e. Populi gratiam amittere, & in invidiam adduci, nemine tamen oppugnante.

CONSENTES, Dii fuerunt, qui, ut Augustin. lib. 4. de Civit. Dei cap. 21. scribit, in conflimil Jovis adhiberi putabantur. Hi & Penates, & Urbani etiam dicti, duodecim numero fuerunt, sex mares, & sex feminæ, quorum imagines auratae stabant apud forum, ut Varro ait lib. 1. de R. R. 1. 4. Hos Ennius, ut Apulei, de Deo Socr. p. 42. & Martian. Capell. de Nupt. Phil. 1. p. 16. scribunt, duobus veribus complexus est,

Juno. Veitia, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,

Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Dicti autem sunt Confentes, quasi Consentientes. De duodecim his deis, quos in conflimil habet Jupiter, Annes Senecæ meminit lib. 2. Quæst. Nat. cap. 41. ex Hetrucorum disciplina. Sed & duodecim deos alios. Consentes agricolarum duces, Varri enumerat in lib. de R. R. quem vide. I. c. Singulos singulorum mensium tutelle praediti Manil. 2. 413. Ex illis confessus Deorum Deorumque constitutior; iis tamen Jovis præmittitur, ut patet ex Inscriptionibus,

I. O. M. CETERISQUE DIS CONSENTIBVS.

CONSENTIA, Sacra quæ ex confensu multorum sunt statuta. Festus.

CONSENTIA, Civitas est in agro Bruttio. Autors est Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo *Consenzia in Calabria*.

CONSENTINI, Ejus oppidi incolea.

CONSENTIO, ūi, sum, [συνεῖναι, συμφωνεῖν, σύμφωνη] ēre. Convenire. Cic. 7. Ver. 38. Servos, quos ipse cum conflilio bellii faciendo causa consensu judicavit, eos sine conflilio sententia, sua sponte, omni supplicio liberavit.

Consentire & Pugnare, contraria. Cic. 3. de Finib. 10. Ratio enim non stracontenti, oratio pugnat.

Omnis honestates civitatis, omnes artes, omnes ordines una consentiunt in hac causa. Cic. pro Sext. 109.

Una & mente & voce contentire. Cic. 1. Philipp. 21. Omnes enim iam cives de Reipub. salute una & mente & voce contentiunt.

Uno ore unnes de utilitate amicitia contentiunt. Cic. de Amicit. 88.

Contentio tibi. Cic. 4. Acad. 52.

Contentire sibi. Cic. 1. Off. 5. Hic si sibi ipse consentiat, & non inter dum naturæ bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit.

Natura contentire, finis bonorum est Stoicis. Cic. 2. de Finib.

Personis, temporibus, locis quæ narrantur, contentiunt. Cic. Partit. 52.

Principiis contentiant exitus. Cic. 11. Fam. 5.

Senatus contentit bellum, pro Scrit. Liv.

Studis alieniis contentire. Hor. 1. Epit. 19. 65.

Contentire ad. Cic. 5. Att. 18. Parvo exercitu, sed ut spero, ad bene-

volentiam erga nos contentiunt.

Contentire cum. Cic. in Acad. Apparet enim iam cor cum oculis con-

fentire.

Cum voluntate alicuius mentes atque sententiae aliquorum consentiunt.

Cic. pro Muren. 1.

Cum oratione vultus non consentit. Cœf. 1. Bell. Civil. 19. Quum vul-

tus Domitiū cum oratione non consentiret.

Cum aliquo consentire de re aliqua. Cic. 4. Acad. 131. Post Epicurus,

cujus est disciplina nunc notior, nec tamen cum Cyrenaicis de ipsa vo-

luptate contentiunt.

Secum consentire, & Sibi confare; Idem. Cic. de Univers. 6. Tota di-

scide & plane exornata cratio sibi confet, & ex omni parte secum ipsa

consentiat, &c. Cic. pro Cluent. 60. Tamen in Oppianico sibi consta-

re, & superioribus consentire judiciis debuerunt.

Consentire de. Cic. de Amicit. 88. Una est enim amicitia in rebus huma-

nis, de cuius utilitate omnes una ore contentiunt.

De laudibus alicuius omnium fama contentit. Cic. de Senect. 6.

De aliquo aliquid contentire. Cic. 2. de Finib. 117.

Eis que de Fabio Caninice acta scribis, valde contentiunt. Cic. 7. Att. 3.

In eum omnes illud contentiunt elogium. Cic. de Senect. 62. Quanta

in Atilio Calatin? in quem illud elogium unicum plurimas contentiunt

gentes, Populi primarium fuisse virum. [Sed emendati codi. post vo-

lum Unicum distinguunt, ut seq. sint ipsa elogii verba, & verbi constru-

ctio cum Inf.

Inter se contentiunt partes. Cic. 1. Off. 5. Et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quadam lepore contentiunt.

Consentire magna conspiratione amoris. Cic. 1. de Finib. 65. At vero

Epicurus una in domo, & ea quidem angusta, quam magnos, quanta-

que anioris conspiratione contentientes tenuit amicorum greges?

Astrum nostrum contentit incredibili modo. Hor. 2. Carm. 17. 22. Ho-

roscopos suos similes esse, & inter se afferit convenire. Acron.

Contentio, cum infinitivo. Cic. 1. de Lege Agr. 15. Si consenserint

postfæbres non vendere, quid futurum est?

Contenti, in Imperativo. Cic. 16. Att. 15. extr. Contenti in hac cura,

ubi sum, ut me expediam.

Confusum est. Quintil. lib. 9. cap. 1. Inter plurimos, quod sciām,

confusum est, duas esse ejus partes.

CONSENTIENS, Partic. [συντίνειν] Cic. 2. de Divin. 119. Animorum

contentientium multitudine completem est mundum.

Auctoritate hominum contentiente contenti simus. Cic. 1. de Di-

vin. 84.

Civitas in retinenda libertate contentiens. Cic. 15. Fam. 6.

Coagmentatio natura ad incolumentem mundi contentiens. Cic. 2. de

Nat. Deor. 119.

Cognatio rerum contentiens, conspirans, continuata. Cic. 2. de Nat.

Deor. 19.

Conflimil vita contentiens & pene conspirans. Cic. 5. Tufc. 72.

Conjunctum aliquid & contentiens habent stellæ. Cic. 2. de Divin. 89.

Fama contentiens de aliquo. Cic. de Senect. 61. Jure igitur gravis, cu-

ius de laudibus omnium esset fama contentiens.

Motus cum verbis sententiisque contentiens. Cic. de Clar. Orat. 141.

Sensibus tam mihi contentientibus nemo est in terris. Cic. 4. Att. 16.

Vita contentientis virtutibusque respondens. Cic. 5. de Finib.

CONSENSUS, a, um. Partic. [συνεῖναι] Gell. lib. 15. cap. 26. Syl-

logismus est oratio, in qua contentis quibusdam & concessis, aliud quid,

quam concepta sunt, per ea qua concessa sunt, necessario conficitur.

CONSENSUS, ūi, m. [συνεῖναι] Cic. 3. de Nat. Deor. 28. Itaque illa mi-

hi placebat oratio de convenientia confessuque naturæ.

Confensus & diffensus. Cland. de Bell. Gild. 301.

—diffensus acerbus,

Et gravior consensus erat.

Contentus atque consensus. Cic. 2. de Divin. 34. Qua ex conjunctione

naturæ, & quasi concentu, atque consensus, quam συνεῖναι Graci

appellant, &c.

Doctrinarium mirus quidam omnium quasi consensus contentusque. Cic.

3. de Orat. 21.

Ævi consensus. Plin. lib. 14. cap. 6. extr. Sed de quibus consensus ævi

judicaverint, hæc sunt.

Contrahentium consensus. Paul. in 1. obligatio mandati. D. mandat.

vel contr.

Mortalium consensus in eo. Plin. lib. 2. cap. 2.

Omnium consensus, naturæ vox est. Cic. 1. Tufc. 35.

Ordinum divitius consensus. Cic. de Aris. Resp. 60.

Omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatio. Cic. 3.

Fam. 3.

Signantum consensus se tueri. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Virtutum conspiratio contentusque. Cic. 2. de Finib. 66.

Magnus inter alios. Cic. 4. Philipp. 12.

Nudus. Ulp. 1. 4. D. deponit. Sufficit nudus consensus ad constitu-

da sponsalia.

Pius. Senec. Octav. 8.

Omnium consensus ad eum desertur imperium. Cœf. 7. Bell. Gall. 4.

Uno consensus juncta & continens natura. Cic. 2. de Divin. 33.

Defendere aliquid consensus. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Complecti alterius consensus. V. COMPLECTOR.

Mervit omnium consensus. Quintil. lib. 5. cap. 1.

Vertere in consensus. Tacit. de Germ. Morib. 31.

Consensus, pro Sympathia. V. SYMPATHIA. conf. supra Concen-

tus atque Consensus.

CONSENSIO, ūis. f. [σύνθεσις, συμφωνία, συγλογία] Cic. de Reditu

uo ad Quir. 18. Tanta consensio Italiz. Idem 1. Fam. 9. Populi ve-

ro Rom. totiusque Italiz mira consensio.

Civitatum aperta consensio. Tacit. 3. Ann. 43.

Omniū gentium consensio in omni re lex naturæ putanda est. Cic. 1.

Tufc. 30.

Magistratum consensus de aliquibus. Cic. Post redit. ad Senat. 3. 2.

Natura consensio. Cic. 3. de Orat. 53. Omnia hæc quæ supra & fuster,

unum esse, & una vi atque una consensio naturæ constricta esse vete-

res dixerunt.

Universorum nec voluntatis nec sermonis consensionem majorem unquam

fuisse. Cic. 2. Att.

Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Cic. de Ami-

cit. 5.

Factæ confensiones. Cic. 7. Verr. 9. Quid igitur? nullus motus in Sicilia servorum Verre Praetore? nullus confensiones factæ esse dicuntur? Firma confensio. Cic. 1. de Nat. Deor. 44. Quum enim non instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma confensio, intelligi necesse est esse deos.

Sceleratae confensionis aliquorum fides qui eruperit vides. Cic. 10. Att. 4.

C O N S E N T A N E U S, Adj. [συναγόμενος] Conveniens. Cic. 5. de Finib. 60. Itaque omnis honor, omnis admiratio, omne studium ad virtutem, & ad eas actiones, qua virtutis sunt confentaneæ refertur.

Actiones confentaneas motibus voluntariis, conatus, & appetitionibus mundi adhibet natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.

Argumenta confentanea & diffentanea. Cic. in Partit. 7.

Divisio confentanea. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Genus confentaneum his temporibus litterarum. Cic. 4. Fam. 13.

Leges dare confentaneas. Cic. 2. de Legib. 23.

Quæ sententia utilitati rerum confentanea est. Ulp. I. si remunerandi. in fine. D. mandat. vel contr.

Confentaneus sibi. Cic. 1. Off. 6. Haec disciplina igitur si sibi confentaneæ velint esse, de officio nihil queant dicere.

Vir vita ac morte confentaneus. Paterc. lib. 2. 63. Sub Antonii ingressum in castra, Juventus Laterensis, vir vita ac morte confentaneus, quum acerine sua fuit Lepido, ne se cum Antonio hoste judicato jungeret, irritus consiliis, gladio se ipse transfixit.

Excellentia hominis confentaneum, in eo, quo natura ejus a reliquis animalibus differt, id decorum est. Cic. 1. Off. 96. Definitio Decoris. Majestatis deorum obscura somnia minime confentanea sunt. Cic. 2. de Divin. 134.

Natura confentaneum. Cic. 1. Off. 68.

Tempori & persona aptum esse confentaneumque. Cic. in Orat. 74. Definitione est verbi Decere.

Vita sanctissime acte mors confentanea. Cic. 9. Philipp. 15.

Cum re aliqua confentaneum. Cic. 3. Fam. 6.

Consentaneum cuique & consequens quid sit, perspicere. Cic. 2. Off. 18.

Consentanea & consequentia. Cic. 3. de Finib. 48. Sed quum certe superiora firma ac vera sint, his autem ea confentanea: ne de eorum quidem est veritate dubitandum.

Ex confentaneis, & praecurrentibus, & repugnantibus argumenta ducentur. Cic. 2. de Orat. 170.

Consentaneum est, absolute. Cic. 2. de Nat. Deor. 42. Quare quum in æthere astra gigantur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam.

Non id specundum est quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere. Cic. 3. Off. 118.

Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate. Cic. 1. Off. 68.

C O N S E P T O, sephi, septum, [συρρέπω] sephi. Idem quod Sepire.

Cic. de Senect. 59. Ceteris in rebus comme erga Lystrandrum atque hammanum suis, & ei quendam conceptum agrum & diligenter constitutum ostendit.

C O N S E P T U M, i. n. [φρέγης, σύρρεπτη] Columel. lib. 1. cap. 4. Difficilliora enim concepta, non solum pluris adificabimus, sed etiam impensis majoribus tuebimur. Ibid. cap. 6. pr.

Conceptus etiam fori dixit Quintil. lib. 8. 12. pro ipsis Cancellis

C O N S E Q U E N T E R, **C O N S E Q U I E**. V. in **C O N S E Q U O R**.

C O N S E Q U O R, sequitur sum, [συνέπεια, συνοχή] sequi. Cominus sequi, quod barbari dicunt, A prope. Cœl. 8. Bell.-Gall. 27. Consequuntur equites nostri, ut erat præceptum.

Rem res consequitur. Cic. de Facto 9.

Res causam plerumque consequitur. Cic. 1. de Divin.

Continuo consequi. Plaut. Amph. 3. 1. 20.

Mercurium jussi me continuo consequi.

Consequi prope. Plaut. Rud. 4. 3. 11.

Eloquere, quid id est? r. vide nupsiam consequitur prope nos.

Consequi, dativo juncatum. Plaut. Amph. 2. 2. 5.

Ita dis placitum, voluntati ut moris comes consequatur. Al. Voluptatem.

Etate aliquem consequi. Cic. de Clar. Orat. 61. Hunc igitur Cethegum consequitus est etate Cato: qui annis 1x post eum fuit c.o.s.

In libro suo aliquem. Cic. 1. de Nat. Deor. 41. Niū absolute dictum

Quem consequens, in eo libro &c. subauditio Etate.

Gradu consequi vocem. Plaut. Rud. 1. 4. 21.

Consequamur gradu vocem, ubi est? p. ecce me.

Consequi aliquem, pro eo quod est, Infingendo ad eum pervenire. Cic. 3. Att. 4. Quamobrem te ore des operam ut me statim consequare.

Idem 2. in Catil. 6. Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vespere consequentur. Al. Vesperam.

Curfu feras consequi. Sen. Hippol. 2.

Itinere consequi aliquem. Cic. 8. Att. 17. Non est nobis committendum, ut ad hanc cohortes, quas dabo animo habeo, hostis accedere, aut in itinere me consequi possit.

Pedibus aliquem. Ovid. 9. Met. 126.

Consequi aliquem in Prætura. Plin. 7. Epist. 15. Ille me in Tribunatu, liberorum tria præfici: ego illum in Prætura sum consequutus.

Aliquam certamine, i. e. Vincere. Virg. 5. Æn. 493.

Consequi aliquem non posse, Ad ejus præstantiam attingere. Cic. de Clar. Orat. 228. Interjectio inter duas states, Hortensii & Sulpicii, nec majorum consequi poterat & minori necesse erat cedere.

Consequi, [επικαίειν] Sequi, i. e. Evenire & procedere. Ter. Heaut. 1. 2. 14.

Vero ubi animus semel se cupiditate devinxit mala,

Necesse est, Clitiphon, confusa consequi confusilia.

Quoniam fatus ostendisse videbam, &c. consequi videtur, ut doceamus, &c. Auctor ad Heren. lib. 2. 27.

Annis qui consequitur. Cic. pro Muren. 85. Si haec elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint.

Proximo, altero, tertio, denique reliquis consequitis diebus. Cic. 1. Philipp. 32.

Dolores magni consequuntur eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Cic. 1. de Finib. 48.

Libertatem pax consequebatur. Cic. 1. Philipp. 32.

Mors consequuta est matrem ex ægritudine. Ter. Phorm. 5. 1. 23. Slentum consequutum orationem alicuius. Cic. 1. de Orat. 180. Hæc quum Crassus dissixit, silentium est consequutum.

Tempora consequuta. Cic. 1. Fam. 5. Tamen afflictio summo dolore, ejusmodi tempora post tuam protectionem consequuta esse.

In tabulam magni rufi consequeruntur, non in te, sed magis in erorem meum. Al. Mætorem.

Consequi, Exprimere, definire. Cic. ad Cœsar. Extrema vero nec quanta, nec qualia sunt, verbis consequi possum. Nonius.

Investigare & consequi aliquorum conatus. Cic. 2. Verr. 48. Habeo autem certam viam arque rationem, qua omnes illorum conatus investigare & consequi possum.

Natura consequitur, ut communem utilitatem nostræ anteponamus. Cic. 3. de Finib. 64.

Animo aliquid consequi. Cic. de Univers. 6.

Conjecta. Cic. 2. Q. frat. 7. Quantum autem conjecta consequebatur, id erat hujusmodi, ut magis optrandum, quam sperandum putarem.

Dicendo consequi. Cic. pro Lege Manil. 2. Et si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribendum esse censeruntur.

Diœsis omnia. Ovid. 15. Met. 419.

Diligentia. Cic. 1. Verr. 39. Tamen esset magnum, tantam caussam, tam expectatam, & diligenter consequi, & memoria complecti.

Intellectu. V. INTELLIGO.

Memoria aliquid. Cic. 6. Verr. 57. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. conf. Consectari singula, in CONSECTOR.

Magnitudinem, multitudinemque beneficiorum alicuius enumerare, aut consequi non posse. Cic. Post reddit. ad Quir. 4.

Merita, ut. Gratia non modo referenda, se ne cogitanda quidem, nullam partem tuorum meritorum consequi possum. Cic. 1. Fam. 8.

Consequi, [προσέρχεσθαι, προσέρχεσθαι] per translationem, Adipisci, & confidere. Cic. 1. Fam. 2. Quid ad popularem rationem attinet, hoc videtur esse consequuti, ut ne quid agi cum populo, aut salvus auspicis, aut salvus legibus, aut denique sine vi posse.

Cum aliquo, vel Sine aliquo consequi aliquid. Cic. 1. Off. 59.

Per aliquem aliquid consequi. Cic. 1. Fam. 7. extr.

Natu aliquid consequi ab aliquo. Cic. 13. Fam. 1.

Studio aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Commодum exercitatione corporis laboriosa. Cic. 1. de Finib. 35.

Dignitatem & gloriam. Cic. 1. Fam. 5.

Famam. Cic. 2. Fam. 10.

Famam malignitatem. Plin. 9. Epist. 6. Plerique autem dum verentur ne græcia potentiam nimium impetrare videantur, sinistritatis atque etiam malignitatem famam consequuntur.

Fructus amplissimum. Cic. pro Lege Manil. 2.

Fructus consequi. Ulp. in I. Idemque & §. si ex fundo. D. mandat. vel cont. Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus consequitus est, hos quoque officio iudicis præfaret eum oportet.

Gloriari omni cura & industria. Cic. 1. Fam. 7.

Gratiam. Cic. 2. Off. 79. Atque in hac pernicie Reipub. ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam.

Incommodum. Quintil. lib. 7. cap. 3. Ex poena minus incommodi consequitur, quam ex, &c.

Laudem. Cic. 2. Off. 45. Consequebare magnam laudem a summo viro.

Laudem sapientia & eloquentia sine summo studio, & labore & doctrina consequi. Cic. 2. de Orat. 15.

Magistratum aliquem. Cic. pro Planc. 60. Honorum populi finis est

Confusulus, quem magistratum iam octingenti fere consequuti sunt.

Opes quammaximas consequi. Cic. 1. Off. 86.

Potentiam. Cic. 3. Off. 82.

Præmium aliquod studio. Ovid. 5. Trist. 7. 68.

Præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ. Cic. de Amicit. 72.

Quæsum. Cic. pro Lege Manil. 34. Quis enim unquam aut obeundi negoti, aut consequendi quæsum studio, tam brevi tempore, &c.

Scientiam consequutum esse. Cic. pro Domo 117.

Studio alicuius erga se, alterius commendatione consequi. Cic. 13. Fam. 13.

Victoriam gloriosam ex Reip. causa consequutus. Cic. pro Cœl. 18.

Vitium. Quintil. lib. 8. cap. 2. Quidam emutatis in perversum dictis, de figuris idem vitium consequuntur.

Voluptates. Cic. 1. de Finib. 33.

Usuras. Ulpian. in I. idemque & §. si procurator. D. mandat. vel contra.

Institutum suum. Cic. 1. Off. 116. Fit autem interdum, ut nonnulli, omisla imitatione majorum, suum quoddam institutum consequantur.

Morem aliquem. Cic. 2. de Legib. 18. Eum morem igitur, cum brevitate (si potero) configurare.

Consequi, Perdiscre, percipere. Cic. 2. ad Herenn. 50. Hæc si, ut conquiste conscripimus, ita tu diligenter fueris consequutus. i. e. Perdiscre, percepis, quod Graece παρεγράψας dici solet. Ad perceptionem enim referri ex eo patet, quia max subjicit, Tuaque perceptione lataberis. tu scionter eris præceptorum artificio, nos &c.

C O N S E Q U A N S, [συναγόμενος] Partic. Cic. de Senect. 19. Sed memoriā illius viri excipiunt omnes anni consequentes.

Spe eriguntur consequentes ac posteri temporis. Cic. 1. de Finib. 50. & 2. de Orat. 325. Connexum ac principium consequenti orationi.

Rerum consequentium significacionem querere. Cic. 2. de Divin. 44.

Consequens apud Cic. in Partit. 18. pro Eo quod bene coheret, Ut in simplicibus verbis, quod non est Latinum: hic in conjunctis, quod non est consequens, vituperandum est.

Est consequens. Ulp. in. huic scripture. D. ad Legem Aquilianam, Huic scripture consequens est dicere, ut si ante, &c.

Hoc probato, consequens est, &c. Cic. 5. Tusc. 18. Sic

Quoniam scriptum est a te de optime Reip. statu, consequens esse videatur, ut scribas tu idem de legibus. Cic. 1. de Legib. 15.

Consequens, absolute. Cic. 1. Off. 11. Homo autem qui rationis est participes, per quam consequentia cernit.

Consequens & consequentia. Cic. 3. de Finib. 48. Quum certe superiora finia

firma ac vera finit, his autem ea consentanea & consequentia: ne de eo-
rum quidem est veritate dubitandum.

Consequentia & repugnans vident philosophi acuti. Cic. 1. de Divin. 150.
Contrariorum contraria sunt consequentia. Cic. 5. Tusc. 50.

Argumenta ex consequentibus. Cic. in Partit. 7.

Declarantibus consequentia signis futura praesentis homo. Cic. 1. de Di-
vin. 127.

Reprehendere consequentia, quum prima concesceris, placere non so-
let. Cic. 5. Tusc. 24.

Quum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non
possit esse verum. Cic. 4. de Finib. 68.

Consequenter, Adv. [συνεπής] Ulpian. in l. sed & siquid. §.
Ult. D. de usfructu & quemadmodum quis utatur & fruatur, Quibus
consequenter fructarius quidem acquirere fundo scrivitatem non potest,
retinere autem potest.

Consequenter dicemus. Ulpian. in l. idemque & §. si procurator. D.
mandat. vel contr.

Consequentialia, ae. f. [συνίστημα] Cic. 1. de Divin. 128. Qui cursum
rerum eventorumque consequentia, diuturnitate pertractata, notarunt, &c.
Consequentialiam alii. Sed potu esse verisimilis Consequentialia. H. St.
Ego neutrum pl. puto, & distinguendum, uscici.

Per consequentialiam significativa sit, quum res, quae sequuntur aliquam rem,
dicuntur, ex quibus tota res relinquitor in suspicione. Author ad He-
renn. lib. 4. 67.

Ad consequentialiam pertinet. Paulus in l. Paulus respondit. D. de re ju-
dicat.

Ad consequentialias aliquid producere. Paulus in l. quod vero. D. de Leg.
Per consequentialias contingit, ut debitum subeat. Ulpian. in l. de auct.
& confess. tut.

Per consequentialias significativa sit, quum res, quae sequuntur aliquam rem,
dicuntur, ex quibus tota res relinquitor in suspicione. Author ad He-
renn. lib. 4. 67.

Ad consequentialiam pertinet. Paulus in l. Paulus respondit. D. de re ju-
dicat.

Ad consequentialias aliquid producere. Paulus in l. quod vero. D. de Leg.

Per consequentialias contingit, ut debitum subeat. Ulpian. in l. de auct.
& confess. tut.

Per consequentialias negotium alicui geri. Ulp. 1. quod dicimus. D. de au-
ctor. & confess. tut. & curat.

Per consequentialiam. Ulp. 1. moris, post principium. D. de ponens.

Consequētūs, a, um. ut, Consequuta, pro Imperata, passive.

Varr. Veftales incepti compertas ansa petuntur incognita, consequuta
negliguntur. Ex Prisciano, lib. 8.

Consequētūo, ônis. f. [συνίστημα] a verbo Consequor. Cic. 1. de Fi-
nib. 37. Ut enim cum cibo & potione fames, fitisque depulsa est, ipsa
detractio molestia consequitionem affect voluptatis: sic in omni re do-
loris amotio, successione efficit voluptatis. Idem in Partit. 18. Conse-
quitionem verborum, pro Bene ordinato contextu, & collocazione posuit.

Simplex conclusio ex necessitate consequitione conficitur. Cic. 1. de In-
vent. 45.

Affire consequitionem. V. **AFFERO**, & Cic. paulo ante.

Consequētā, arum. f. plur. Sequela, a Consequendo; sicut ab Exse-
quendo. Exsequia. Apul. lib. 10. pag. 247. Novissimis trahebantur
consequi. [Sed rectius alii a recto Consquistum, i. n. deducunt. Sic
lib. 5. pag. 169. Per nubila plagas penduli comitatus extrema consequia.

Consequētūs, a, um. Idem quod Consequens. ut, Consequa natura.

Lucret. lib. 5. 679.

Consequa natura est jam rerum ex ordine certo.

Consector, [συνάρχω] ari. Plaut. Pseud. 4. 7. 137. Angi-
porto hoc certum est consector. Pro Consectori. Cef. 5. Bell. Gall. 56.
Redeuntes equites, quos possunt, consectorunt, atque occidunt.

Convicciū consectori aliquem. Cic. 2. Att. 18. Fufum clamoribus &
convicciis & libelis consectorunt.

Debita. Cic. 13. Att. 23. Ne existimes, eos qui non debita consectori
soleant, quod debetur remisitios.

Amare, consectori & adipisci qui velit dolorem, neque quisquam est.

Cic. 1. de Finib. 32.

Honesti consectori & confidere. Cic. 2. de Invent. 111.

Opes aut potentiam. Cic. 1. Off. 86. Tradetque se totum Reipub. neque
opes aut potentiam consectorabitur. i. e. Non studebit opibus quærendis.

Rivulos. V. RIVULUS.

Silvestria scela ferarum. Lucret. lib. 5. 965.

Consectori aliecius benevolentiam largitione. Cic. 2. Off. 53. Praeclare
in epistola quadam Alexandrum filium Philipus accusat, quod largitione
benevolentiam Macedonum consectorer.

Consectori etiam minutissima. Plin. Jun. lib. 5. Ep. 6. Vides ut Aratus

minutissima etiam fidei consectorer, & colligat? modum tamen servat.

Consectori singula & colligere. Plin. in Paneg. cap. 75. pr. Sed quid sin-
gula consector, & colligo? quasi vero aut oratione complecti, aut me-
moria consector possumi.

Ac ne plura, que sunt pæne innumerabilia, consector, comprehen-
dam brevi. Cic. 1. de Orat. 34.

Consectori aliquid. Plin. in Paneg. Eadem ista, quibus alios artibus af-
ficiuntur, consectoruntur.

Imitantes consectori aliquid. Cic. 2. de Orat. 90.

Puerile quiddam in historia. Cic. 1. de Legib. 7.

Ubeſtatem orationis. Cic. 3. de Finib. 19.

Verba tam vere consectori, quam rem. Cic. pro Cæc. 54.

Vitium aliud de industria. Cic. 3. de Orat. 38.

Umbras falsæ glorie. Cic. in Pison. 57.

Consectori aliquem. Ter. Eun. 2. 18.

Est genus hominum, qui est primus se omnium rerum volunt.

Nec sunt: hos consector, hinc ego non par me, ut rideant, &c.

Consectori, passive. Laberius. Uxorem tuam, & meam novicram a

populo lapidibus consectori video. Ex Prisciano, lib. 8.

Consecratō, ônis. f. [διάδημα] Plin. lib. 14. cap. 16. Manifestum est

supervacuum generum confectionem in numerum.

Concinnitas consectoratio. Cic. in Orat. 165. In hujus concinnitatis

confectione Gorgiam fuille principem accepimus.

Consecratrix, icis. f. Cic. 1. Off. 118. Est enim temperantia, libi-

dum inimica: libidines autem consectoratrices voluptatis.

Consecratus, a, um. [αὐτοκαθόλος] Qui aliorum affectatur: ut, Con-

fectantur turba. Hinc Consectori dicuntur, Qui aliorum opinionem

vel tentantur sequuntur. Arnob. 5.

Consecrator, ôris. m. [αὐτοκαθόλος] Cic. 4. de Finib. 50. Illud vero

minimus consectoratum. sed in primis hebes, illorum felicit nominum

gloriatione dignam esse beatam vitam, qua non possit sine honestate con-

tingere, ut jure quisquam glorietur.

Stoicorum consectoria brevia & acuta. Cic. 3. de Finib. 26. Sed con-
sectoria me Stoicorum brevia & acuta delectant. Concludunt igitur eu-
rum argumenta he: Quod est bonum, onine laudabile est: quod autem
laudabile est, omne honestum est: bonum igitur quod est, honestum
est. Brevia vocat, argumenta breviter astricta: Consectoria, cohæ-
rentia. Vulgaris logicorum mihi videatur Consectorias appellare. [Sub-
stantive hic neutrum ponitur.]

Consenserō, ari. Consernat, Serenum fit tempus. Liv. 39. 46. Tempelta
cum magnis procels coorta, coegerit plerosque tabernacula statuere in foro.
eadem paulo post, quum undique consernafset, fublata. Hunc autem
corruptum esse locum ostendit Gronovius in loc. & ex MSS. reponit
Diferenasset. [Sic Diferenat. H. St.

Conservō, ari. Q. Claudius apud Gell. 17. 2. Cum his conser-
monabatur.

Conservōcīnōr, ari. Nigidius apud Gell. 10. 4. Quibus consermoc-
namur.

Consérō, sc̄vi, situm, [φυτίβα] ēre. Plantare sive seminare. Virg. 1.
Eccl. 73. — en quic confevimus agros. Cic. 2. de Nat. Deor. 130.

Indus vero, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros

laticat & mirigat, sed eos etiam conserit.

Conserere agrum generibus pororum, aut oleis. Columel. lib. 2. cap. 2.

Conserere agrum lupino aut faba. Columel. lib. 2. cap. 2. Celerius etiam

si eodem tempore stercos, & lupino vel faba conseras.

Sol lumine conserit arva. Lucret. lib. 2. 211. i. e. Perfundit. [Sic ex-
ponunt. Sed videtur potius pro Latifundat, Fecundat possum, ut in

superiore Ciceronis loco.

Baccho aliquem locum conserere. i. e. Vite. Virg. 2. Georg. 38.

Conserere leges, per translationem. Cic. 1. Tusc. 31. Ergo arbores se-
ret diligens agricola, quarum apicem bacca ipse nunquam. Vir ma-
gnus leges, instituta, Remp. consereret.

Consūtūs, Partic. [περιστέρα] ut, Cæca mentis caligine consitus.

Catus. Argon. 62. 208. Consitus feneſtute, per metaphoram, pro Senio obſitus. Plaut. Men. 5. 2. 4.

Nam pernitas deserit, consitus sum

Senectute: &c.

Consitō, ônis. f. [φύσις, φύτευμα] Ipse conserendi actus. Co-
lumel. lib. 5. cap. 3. Quod si inter quinos pedes consitio fuerit, per lon-
gitudinem ordinis habebit femina XLIX.

Nec conditione modo delectant, sed etiam insitioes, quibus nihil in-
venit agricola folertiis. Cic. de Senect. 54.

Consitōr, ôris. m. [φύτευμα] Ovid. 4. Met. 14.

Et cum Lenio genitili confitor uva.

Consitūra, ae. f. [φύτεψα] Idem ac Consitio. Cic. de Repub. Quæ
videlicet ille non ex agri confitura, quam cernebat, sed ex doctrina in-
dicis interpretabatur. Ex Nonio 30.

Conſerō, serui, fetum, [φυτεύειν] ēre. Misere. ut, Conserere
prælia, i. e. Præliari & exercitus committere. Virg. 2. Æn. 398.

Multaque per cacam congregati prælia noctem

Conferimus.

Bella conserere. Valer. 3. Argon. 31.

Belli artes haud ignotas inter se, sed expertas primo Punico conser-
bant bello. Liv. lib. 21. pr.

Certamen conserere, pio Certare. Liv. 35. 4. pr. Boii diripi sua impu-
ne, quam tuendo ea conservere certamen malebant.

Dextras. Stat. 1. Silv. 6. 60.

Diem nocti. Ovid. 3. Amor. 6. 10. i. e. Conjungere.

Femur femori. Tibull. lib. 1. 8. 26.

Latus lateri. Ovid. 2. Epist. 58.

Manum conserere, Pugnare. Cic. pro Muren. 20. Qua in legatione du-
xi exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias ho-
stium fudit.

Manum vel manu (ut nonnullis placet) cum hostibus conserere, quasi

manu manu admovere. Cic. 7. Att. 19. At illum ruere nuntiant,

& jam tanque adesse, non ut manum conserat (quicum enim?) sed ut

fugam intercludat.

Manus facias. Valer. 3. Argon. 30.

Praelium. Liv. 5. 36. Accensis utrimque animis, ad arma discurrunt, &
prælium consererunt.

Pugna consererit. Valer. 6. Argon. 353.

Pugnam inter se. Liv. 32. 10. Et temperatum æge est, quin missilibus,

quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter se consererent.

Pugnam seni, per translationem. Plaut. Bacch. 4. 9. 43.

Conflxi. atque hominem repuli: dein pugnam conseruit seni.

Puppes conseruae. Lucan. lib. 5. 708.

— latuusque per æquor

Ut terrestris coit conserfis puppis agmen. Al. Conserfis.

Tela conserere. Valer. 3. Argon. 122.

— nec tela modis nec casibus iſſidem

Conservere manus: longe & jacuere pereundi.

Telis conserfis agmina jungere. Valer. 6. Argon. 182.

Illi ubi conserfis junxere tremuntia telis

Agmina, virque virum galicis adhavit adactis.

Verba. Stat. 2. Siv. 1. 5.

Conservētūs, Partic. [αὐτοκαθόλος] Fab. lib. 5. cap. 10. Ut fuit tria

tempora, ita ordo rerum tribus momentis conservētūs est. i. e. Contextus.

Conserfūs & intextus alium Rei. Liv. 7. 2. Ridiculū intexta versibus jacti-
tare coepit: quæ inde exodia postea appellata, conserfataque fabulis po-
tilissimum Atelianum sunt.

Arva conserfata gentibus, Culta & habitata. Valer. 2. Argon. 617.

Bella conserfata bellis. Lucan. lib. 2. 442.

Holtes conserfati. Claud. Conf. Mall. Theod. 195. Al. Conserfati.

Tegmen conserfum spinis. Virg. 1. Æn. 594. i. e. Illigatum. Serv.

Conservētūs, Adv. [αὐτοκαθόλος] Cic. de Fato 31. Si omnia antece-
dentes causis sunt, omnia naturali colligatione conserfante contexteque
fiunt.

Conſerfator, ôris. m. [αὐτοκαθόλος] Plin. lib. 33. cap. 1. Quod si im-
pedimentum portut in ea aliquod intelligi etiam conserforis usu, argu-
mentum est maius in lava fuille, qua scutum capit. Sed varia est le-
tio. V. Harduin in loc.

Conſerfātūs, Adj. [αὐτοκαθόλος] a Serra deductum. Plin. lib. 11. cap. 37.

Sed

Sed spectatissimum insigne gallinaceis, corpore conservatum: nec carnis id esse, nec cartilaginem, nec calum jure dixeris, sed peculiare. i.e. In modum ferre factum. In emendationibus codicibus legitur Corporum ferratum.

CONSERVA, CONSERVIO, V. CONSERVUS.

CONSERVO, [καρβώνω, συντίνω] āre. Note significationis. Plin. lib. 15. cap. 10. Conservari alitem & sobolem iustere Aruspices.

Conservare & retinere reip. causa ius Augurum. Cic. 2. de Divin. 75.

Tueri & conservare. Cic. 6. Ver. 140. Ut quisque eis rebus tuendis conservandisque praeferatur, ita perscriptum erat.

Benevolentiam erga aliquem. Cic. 3. Fam. 7.

Exstimationem alicui conservare. Ulp. in l. quid ergo. D. de his qui not. infam.

Fidem conservare. Cic. 5. de Finib. Sed contra utilitatem etiam conservatur fides.

Genus. Lucret. lib. 2. 708.

— omnia quando,

Seminibus certis certa genitricis creata,
Conservare genus crescentia posse videamus.

Jusrandum conservare. apud Cic. 3. de Off. 103.

Ordinem. Cic. 6. Att. 1. lis litteris respondebo: sic enim postulas: nec *eingangulus* institutam, sed ordinem conservabo tuum.

Tempora conservare & notare. Cic. in Orat. 120.

Voluntatem pristinam erga aliquem. Cic. 5. Fam. 3.

Conservare aliquem, quod vulgus Praeservare dicit. Cic. 11. Fam. 22.

Peto a te maiorem in modum, vel humanitatis tuae, vel mea causa, ut cum auctoritate tua, quae plurimum valet, conservatum velis.

Ab omni periculo sartum tectum. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Qui nū-

mini deorum confererat sartum tectum ab omni periculo conservavi.

Incolument conservare aliquem. Cic. 9. Fam. 13.

Indemnem per omnia conservare aliquem. Paulus in l. diligenter. D. mandat, vel contr.

Libertatem & salutem populi conservare. Cic. 11. Fam. 7. Caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere & meminisse velim, ut ne in libertate & salute Populi Romani conservanda, auctoritatem Senatus expectes.

Majestatem Populi Romani comiter. V. COMIS.

Memoriam alienij rei. Cic. 4. Fam. 11. Tuorumque trifissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo.

Memoria testimonio conservare aliquid. Cic. 11. Philipp. 28. Maximam ejus & singularium laudem pratermittit, cuius enim praedictio nondum omnibus grata est, hanc memoriae potius, quam vocis testimonio conservemus.

Patriam conservare, Defendere & tueri. Cic. in Somn. Scip. 4. Sic habebto, Omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in celo, ac definitum locum.

Puerum pudice conservare aliqui. Catil. 16. 5.

Se conservare. Ter. Heaut. 4. 1. 40. Istud recte: conservasti te atque illam.

Vires. Plin. lib. 11. cap. 54. Quædam exiguo gustu famem ac sitiem fedant, conservantque vires. i.e. Integras servant.

Voluntatem mortui alicuius. Cic. 3. Ver. 124. An quod alterius patroni mortui voluntatem conservabat?

Conservare, subauditio Rem suam. Ter. Adel. 5. 3. 27.

Conserva, quære, parce, fac plurimum

Ille reliquias, gloriam tu istam obtine. Cic. 2. Off. 87. Res autem familiaris queri debet iis rebus a quibus absit turpitudo: conservari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri.

Salvum conservari. Cic. 3. in Catil. 25. Ita me gessi, Quirites, ut salvi omnes conservaremini.

CONSERVATU.S, u.m. Partic. [καρβώνειαι] Cic. 1. Fam. 9. Illud quidem certe nostrum consilium jure laudandum est, quod meos cives, & a me conservatos, & me servare cupientes, spoliatos ducibus, servis armatis obici noluerim.

Salus recip. conservata per aliquem. Cic. Post red. in Sen. 29.

Nomen aliquod retentum atque conservatum. Cic. pro rege Deiot. 3.

CONSERVATIO, ōnis. f. [συντήνειαι] Cic. 1. Off. 131. Et si attentos animos ad decori conservationem tenebimus.

Æquilitatis conservatio. Cic. 1. de Orat. 188.

Bonorum. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Fructuum perceptio & conservatio sine hominum opera, nulla esse potuisse. Cic. 2. Off. 12.

Natura convenientia conservatio. Cic. 1. Off. 100.

Officiorum conservatio. Cic. 2. de Fin.

CONSERVATOR, ōris. m. [συντηκτός] Cic. pro Sext. 97. Optimatum principes, auctores & conservatores civitatis.

Conservator & Oppugnator, contraria. Cic. Anteq. iret in exil. 10.

Utrum ut cultos accipiar, an ut proditor excludar? si ut conservator,

vestra erit ignominia: si ut oppugnator, præcisa erunt omnia.

Custos & conservator imperii. Cic. pro Sext. 54. Pro dii immortales, cu-

stodes atque conservatores hujus urbis atque imperii.

Conservatorem & parentem urbis Ciceronem nonnulli dixerunt. Cic. 9.

Att. 12.

Patriæ conservator. Cic. de Arusp. Respon. 58.

Reip. conservator. Cic. pro Domo 26.

Conseruantes dico vobancantur, Quibus vota solenniter nuncupata erant; ut patet ex multis veteribus inscriptionibus. V. Gruter. & qui de Nummis antiquis extant auctores Qcon, Patin. Oisel. Vaillant. &c.

CONSERVATRIX, ōcis. f. [συντηκτία] Cic. 4. de Fin. 26. Omnis natura vult esse conservatrix sui, ut & salva fit, & in genero conservetur suo. Vet. numm. apud Vaillant. Tom. 1. p. 166. IUNO CONSERVATRIX.

CONSERVABILIS, e. Tertul. adv. Marc. 2. 13. Bonum conservabile.

CONSERVUS, i. m. [συντηκτός] Qui cum alio eidem domino servit. Ter. Adel. 1. 3. 71.

Conservis ad eundem illis præcipio modum. Cic. 12. Fam. 3.

Orem miseram: dominum ferre non potuimus, conservo servimus! Ulpian. in l. fed si damnum, titulo De peculio, Plane si conservus dederit damnum, vel surripuerit, in peculium videbitur haberi.

Principis conservorum. Cic. in Parad.

Conservi & discipuli. Cic. 3. Q. frat. 1.

Vor. I.

CONSERVA, z. f. [συντηκτόν] Ter. Eun. 2. 3. 74. Summa forma semper conservavam domi videbit.

Conservabus. Scavola in l. prædia. §. 1. D. de fund. instruct. & instrum. legat.

CONSERVULA, z. f. dimin. Scn. Controv. 21.

CONSERVIO, i.c. Jct. in Digest.

CONSERVITUM, i. n. [συντηκτόν] Plaut. Capt. 2. 1. 49.

Perque conservitum commune, quod hostica evenit manu.

CONSESSUS, V. CONSIDO.

CONSIDRO, ūdī, ūdī, [συντηκτόν] ēre. a Con & Sedeo; significat Simul federe, & sine motu est. Virg. 3. Ecl. 55.

Dicite, quandoquidem in molli confidimus herba. Cic. de Se-

nect. 63. Qui legati quum essent, certo in loco conferderant. [Pote

tamen his omnibus locis Præteritus esse a Confido, & cum motu, præte-

rito scil. intelligi. Atque ita plane puto. V. CONSIDO.

Tuto confidere in aliquo loco. Cic. 5. Att. 14. In Amano tuto confedi-

mus, &c.

Judices conferderunt. Cic. 1. Att. 16.

Confidere apud aliquem locum. Cic. 15. Fam. 4. Quum quinque cohore-

tes sine legato, sine Tribuno militum, denique etiam sine Centurione ullo apud Philolum confidissent, reliquis exercitus effet in Lycaonia.

In arbore nostra confederunt apes. Caius in l. naturalem. §. apium. D.

de acquir. rei domini.

In pratalo, propter Platonis statuam, confidimus. Cic. de Clar. Orat. 24.

Eodem in spatio confidimus. Cic. 4. Acad. 9.

Confidere in solitidianibus. Cic. 2. Fam. 15. Si quando erit civitas, erit profecto nobis locus. Sin autem non erit, in eisdem solitudinibus tu ipse

(ut opinor) venies, in quibus nos confidisse audies.

Confidere inter ulmos. Virg. 5. Ecl. 3.

Hic corylis mista inter confidimus ulmos.

Confidere sub ilice. Virg. 7. Ecl. 1.

Forte sub arguta confederat ilice Daphnis.

Confidit in mente iustitia. Cic. 1. de Fin. 50.

In mediocritate. Cic. in Orat. 96. ubi de mediocri genere quodam orationis loquitur, — In ea, de qua loquo, mediocritate confidit.

Confidere in otio. Cic. 2. Att. 4. Accommodatus enim nobis est ad liberam legionem tempus illud, quum & Quintus noster, ut speramus, in otio confidet.

Confedit utriusque in Quæstura nomen. Cic. pro Muren. 18. Sed Quæstura utriusque propinquum pro parte fortis fuit. habuit hic lege Titia provinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quo Quæstores fortiuntur, etiam acclamari solet. Hostiensem, non tam gratiosum & illustrem, quam negotiosum & molestum. Confedit utriusque nomen in Quæstura. Nullum enim vobis fors campum dedit, in quo exerce-re virtus cognoscique posset.

In umbra confidet. Ovid. 5. Met. 336.

Est & vox militaris. Curt. 7. 7. Ratus excipi posse, quem venturum sciebat, confidet occultus. Cæs. 5. Bell. Gall. 9. Ubi ex captivis co-gnovit, quo in loco hostium copia confidisset.

Utrupatur quoque de iis, qui ad causas judicandas se pararunt. Sic Ovid. 13. Met. 1.

Confedere Duces: & vulgi stante corona. Suet. Calig. cap. 38.

Cognofcebat autem de talibus caulis, taxato prius modo summae, ad quem confidienter consideret, confecto demum excitabatur.

Ubi Ber. Tanquam judex fedaret. Fortasse pro Cum aliis fedaret. H. St. qui & locum ipsum Suet. adscriperat, qui in Lugd. desiderabatur. In Thef. Lipf. unde haec petitam sunt, Confederat legitur, quod non placet.

Non prius Caius excitabatur, i.e. Siebat ut cognitum iret, quam summam, ad quam confidientiam cognitioni vacaret, taxasset. Itaque non singulis, sed plurimis simul caulis operam dabant, ut ex seqq. apparet, quo plus una sellione pecunia coarceret.

Denique de iis dicitur, qui in loco aliquo domicilia ponunt. Cæs. 3. Bell. Civil. 4. Dimilli a superioribus imperatoribus in iis provinciis confederant.

CONSIDRO, ūnis. a Confessendo; ut Assedo, & Assessor. C. Hernina An-

nal. lib. 4. Nemo vicinus confido. V. Nonium 1. 312.

CONSESSOR, ūris. m. [συνειδέσθαι] Qui una cum alio fedet. Liv. 14. 54. Cur dives pauperem confessorem satidiret? Cic. 2. Att. 15. Praeclarum spectaculum mihi proponit mode te confessore spectare licet.

Confessor, conviva, contubernialis alicuius. Cic. pro Flacc. 24. Ne accusatoris confessoribus, convivis, contubernalibus, &c. civem ac supplicem vestrum dederitis.

Confessio & collutor. V. COLLUSOR.

CONSESSUS, ūs. m. [συνειδέσθαι, συνειδέσθαι, κατενομάνειαι, κατενομάνειαι, κατενομάνειαι, κατενομάνειαι] non est Confessio, sed Homines uno in loco confidentes, inquit Valla lib. 4. cap. 2. Cic. de Se-

nect. 63. Quibus quum a cunctis confessis plausus effet multiplex datum,

dixisse ex eis quandam, Atheniensis scire quæ recta essent, facere nolle.

Frequentia & confessus aliquorum. Cic. pro Flacc. 41.

Caveat confessus. Virg. 5. Æn. 340.

Implore confessum clamoribus. Virg. 5. Æn. 341.

Lutare in equis. Virg. 5. Æn. 577.

Confessu consuefatu judicum commoveri. Cic. 3. Ver. 19.

Corona confessus judicum cinctus. Cic. pro Milon. 1. Non enim corona

confessus vester cinctus est, ut foliebat.

Populus vincit ipso confessu, constrictus spectaculis, impeditus turba

& angustiis. Cic. de Arusp. Repon. 22.

CONSIDERO, [συνειδέσθαι, συνειδέσθαι, κατενομάνειαι, κατενομάνειαι] ēre. a

Siderum contemplatione videtur appellari, inquit Festus: & significat

Reputare, expendere. Cic. 10. Fam. 16. Ille ait considerare se velle.

Contemplari unquamquid otiose, & considerare. Cic. 6. Ver. 33.

Circumspicere te, & quid facias aut loquaris considerare. Cic. in Parad. 4.

Videre etiam atque etiam, & considerare quid agendum. Cic. 7. Ver. 73.

Considerandum est ut solum pingue sit. Columel. lib. 2. cap. 2.

Coram considerare aliquid quale sit. Cic. 7. Att. 3.

De aliquo & de se considerare aliqua. Cic. 7. Att. 13.

De aliquibus rebus cum aliquo. Cic. 14. Fam. 14.

Factum aliquorum ex judicio alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. 103.

Ex se, & ex sua natura simpliciter aliquid. Cic. 1. de Invent. 14.

Catus fuos secum. Cic. 5. Tusc. 3.

Considerare secum in animo vitam alterius. Ter. Heaut. 2. 4. 5.

Qoooo Et

Et quem egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero.
 Considerate cum animis vestrīs vosmetipſi. Cic. 5. Verr. 29.
 Suum quicquid opus a vulgo considerari vult. Cic. 1. Off. 147.
CONSIDERATUS, [συνειδέας] Partic. ut, Factum paulo minus consideratur. Cic. pro Sulla 72.
 Ratio bene consideratur. Cic. 2. de Invent. 164.
 Consideratum & meditatum. Cic. de Arusp. Resp. 3. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum ac multo ante meditatum.
 Ratio innotescit autem, est diligens & considerata facienda aliquid aut non facienda cogitatio. Cic. 2. de Invent. 18.
 Tarditas considerata. Cic. de Clar. Orat. 154. Balbi docti & eruditio hominis in utraque re consideratam tarditatem vicit.
 Vivendi via considerata & provisa. Cic. in Parad. 5.
 Consideratus homo; Qui agenda considerat, non Qui consideratur, inquit Valla lib. 1. cap. 30. Cic. pro Cæcina. 1. Verum & illud considerati hominis esse putavimus.
 Minus consideratus in re aliqua. Cic. pro Quint. 11. C. Quintius fuit hujus P. Quintii frater, fane ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, una in re paulo minus consideratus, qui, &c.
 Compar. Dare consideratus confilium. Cic. 9. Att. 2. [Nisi comparativus ab adverbio Considerate est.]
 Superl. Consideratissimum verbum. Cic. pro Font. 19. Credo haec eadem Induciomarum in testimonio timuisse aut cogitasse, qui primum illud verbum consideratissimum nostra consuetudinis, Arbitror (quo nos etiam tunc utimur, quum ea dicimus iurari, que comporta habemus, quæ ipsi vidimus) ex toto testimonio suo fultulit, atque omnia se scire dixit.
CONSIDERATIO, ònis. f. [σύνειδης, ιντεντίος, λογοτύπος] Cic. 4. Acad. 127. Consideratio contemplatio naturæ, est animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pavulum.
 Circumspectio & accurata consideratio. Cic. 4. Acad. 35.
 Intendere considerationem. In INTENDO.
CONSIDERATOR, òris. m. Gell. 11. 5. Quæstores & consideratores, qui semper in considerando sunt.
CONSIDERANTIA, æ. f. Idem. [σύνειδης] Cic. 3. Q. frat. 9. Cujus in hoc uno considerantiam & ego sustinebo, ut potero.
CONSIDERANTER, Adv. Valer. 8. 1. extr. Consideranter & mansuete populi Romani magistratus. Suppice Agebatur.
CONSIDERATE, ius, issime, [σύνειδης] Idem. Cic. pro Quint. 51. Prætores, ut considerate fieret, consideraverunt.
 Considerare agere. Cic. 12. Fam. 5. Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi crebris litteris significat, acturus videbatur.
 Judicio, considerare, constanterque data beneficia. Cic. 1. Off. 49.
CONSIDO, (præteritum a Sedeo mutuatur) fēdi, fessum, [ιντεντίονα, αντίκων] ēre. Cum motu est, de loco ad locum. Columel. lib. 8. Neque aut recumbat, aut confidat. Plin. lib. 34. cap. 10. Ufum teritur mortario Thebaico, aqua pluvia lavatur, minore effectu: iterumque adjecta largior teritur, & dum confidat, relinquitur.
 Alpes confidunt. Cic. de Provinc. Conf. 34. Alpibus Italiam munierunt ante natura, non sine aliquo divino nomine, &c. que jam licet confidunt, nihil est enim ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit Italiam pertinendrum.
 Considerare luctu. Virgilii 11. Æn. 350. Confidisse urbem luctu dicit, quod tristes qui sunt plerumque sedent: & Graci καθίζειν κλαιόντα, id est flentem sedere, eodem fere modo dicere solent. Turnebus.
 Considerat terra. Liv. 30. 38. In Veltinero ager terra ingentis cavernis confedit, arboreisque in profundum haustæ. Confidit dixit, pro Dedit, in profundum abiit. conf. DESIDO.
 Ignis confidit. Ovid. 13. Met. 408.
 Ilion ardebat, neque adhuc considerat ignis.
 Ardor animi confidit. Cic. de Clar. Orat. 93. i. e. Sedatus est.
 Cura. Cic. de Clar. Orat. 15. Homines quam inter se conjuncti, tum mihi ita cari, itaque jucundi, ut eorum aspectu, omnis quæ me angebat de Repub. cura, considerat. i. e. Quieverit, & fedata sit.
 Furor aliquis. Cic. 4. Acad. 87.
 Ubi ita confidit. Liv. 38. 17.
 Considerare & regnare in aliqua regione. Sil. lib. 15. 528.
 — Saturnum nostris confidere in oris
 Et regnare dedi.

Arvis aliquorum. Virg. 4. Æn. 39.
 Non venit in mentem quorum considerat arvis?
 Aliquo loco confidere, quietescere. Cic. 5. Att. 14. pr.
 Considerat aula, pro In aula. Valer. 8. Argon. 166.
 — cur tanta mihi non prodita petitis
 Ut gener Æsonides nostra considerat aula?

Considerare Cretæ, pro in Creta. Virg. 7. Æn. 162.
 In labellis Platonis considerat apes. Cic. 1. de Divin. 78.
 Perpetuus mensis considerare. Virg. 7. Æn. 176. i. e. (inquit Servius) Longis mensis ad ordinem exæquatatis fedentium.
 Portu. Virg. 3. Æn. 378.
 Regno. Stat. 11. Theb. 152.
 Regnis cum aliquo. Virg. 1. Æn. 576.
 Saxo. Ovid. 1. Met. 679.
 Scannis. Ovid. 6. Falt. 305.
 Sedibus. Virg. 4. Georg. 65.
 In fedibus. Cic. 1. de Orat. 29.
 Solio mediis confidit aviro. Virg. 7. Æn. 169.
 Tectis bipartitibus considerat divi. Virg. 10. Æn. 5. Ubi Servius; Bipartitibus, physice dictum, nam cælum patet ab ortu & occasu.
 Terra, i. e. In regione aliqua considerare. Virg. 4. Æn. 349.
 In theatro. Cic. pro Flacco, 16.
 Transtris considerare. Virg. 4. Æn. 573. Valer. 2. Argon. 442.
 Illi sole novo lati, plenique deorum
 Considerant transtris.

Confidit in alia parte dixit Sen. Epist. 117. pro Esse in diversa opinione. Regia tota confidit in cinereum. i. e. Conflagravit. Stat. 3. Theb. 185.
 In ignes. Virg. 2. Æn. 624.
 — omne mihi visum est confidere in ignes Ilium.
 Omnia autem talia lentum movent, sensus muventia quæ sunt, ea

dem in opinione confidunt, quæ ortum habere gignique diximus. Cic. de Univers. 4. Al. Consultit.
 Consideramus hic in umbra. Cic. 2. de Legib. 7.
 Verborum coniunctio varie distincte confidit. Cic. 3. de Orat. 289.
CONSIDITUR, imperf. [ιπτεινήσας] Cic. 3. de Orat. 18. Quum placuisse idem ceteris, inserviat venitur, & ibi magna cum audiendi expectatione confidit.
CONSIGNATIO, [συνειδέα] ēre. significat Exprimere, vel Idem quod aliud significare.
CONSIGNATIO, ònis. f. [σημεῖον] Apul. Ea furoris consignatio perterriti omnes.
CONSIGNO, [σφράγιζω, δοκιμάζω] ēre. Ejusdem significationis cum suo simplici: & significat Aliquam rem signo notare, quod barbari Sigillare dicunt. Plaut. Trin. 3. 3. 45. — ferat epistolam
 Duas, eas nos consignemus, quasi sint a patre.
 Consignata in animalis notiones. Cic. 1. Tusc. 57.
 Legem consignare. Ulp. in 1. Julianus. §. idem Julianus. D. de actionib. empti, Si quum vendor sciret fundum pluribus municipiis legata debere: in tabula quidem scripsit uni municipio deberi; verum postea legem consignaverit, &c.
 Dotem inter auspices. Suet. in Claud. cap. 26. Quam quum compreferset, super cetera flagitia atque decora, C. Silio etiam nupsisse, dote inter auspices consignata, supplicio affectit.
 Tabula maxime signis hominum nobilium consignantur. Cic. pro Quint. 25.
 Litteris consignare. Cic. 4. Acad. 2. Itaque ut litteris consignamus, quæ monumentis mandare volumus: sic ille in animo res incutitas habebat. Vim privilegii auctoritate honestissimum hominum, & publicis litteris consignare. Cic. Post red. in Senat. 28.
 Senatus judicia de aliquo publicis litteris monumentisque consignata. Cic. pro Deiot. 37.
 Consignata publicis litteris memoria. Cic. 3. de Legib. 46. A librariis petimus, publicis litteris consignata memoriam.
 Consignata litteris Quæstura. Cic. 1. Ver. 28.
 Ratio alicuiorum & publicis & privatis litteris consignata. Cic. 5. Verr. 109. Motus temporis consignandus. Cic. de Univers. 26. De motu siderum.
CONSIGNATUS, Partic. [ιπτεινήσας] ut, Testata & consignata monumentis antiquitas. Cic. 1. de Divin. 87.
 Auctoritates consignatae. Cic. pro Cluent. 139. Sed errat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in iudicis habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur.
 Fundi publicis commentariis. Cic. 2. de Orat. 224.
 Laudatio alicuius consignata creta. Cic. pro Flacc. 37.
CONSIGNATIO, ònis. f. [σφράγιστος]
 Consignationes, sive vocamus Documenta, vel Chirographa. Quintil. lib. 12. cap. 8. Promittit enim litigior omnia, testem populum, paratissimas configurationes. V. Testatio, in TESTIS, & Turnebi Adver. 2. 27.
CONSIGNANTER, & **CONSIGNATE**, Adv. unde compar. Consignantius apud Gell. 1. 25. Graci significantius consignantiusque dixerunt. Idem Gell. a Consignate usus est superl. Consignatissime, 1. 15.
CONSILBRO, silui, [κανταριών] ēre. pro Conticere potius Ennius, teste Fetto Pompeio.
CONSILESCO, silui, [κανταριών] ēre. Gell. lib. 12. cap. 1. Nam ubi infants alicuius dati facta ex oculis amolitus est, vigor ille maternæ flagrantia sensim ac paulatim reflingitur, omnisque impatientissimæ foliitudinis strepitus consilescit.
CONSILIARIUS, V. in CONSILIO.
CONSILIO, ònis. f. [λογιστής] Herba genus. Columel. lib. 6. cap. 5. Plin. lib. 25. cap. 8. Nostra ètas meminit herbam in Maris repertam. Nascitur & è quicunque circum vicum Nemæia, vocatur consilio. De hac herba abunde Rubell. lib. 2. cap. 134. Ubi dicit eam que pulmonaria apud nos demonstratur, a vulgo Gallico Pomœlean vocari, quæ pulmoneam: ab herbariis quibusdam Leonis patam, pastoribus bubulcis, equifonibus, totique ruri præclaræ cognitam, quam ad eosdem quos veteres consiligenem, usurpar effectus. Consiligen autem rustici veteres (inquit idem) olim vocarunt, quod in campis inter siligenem triticumque sapient emicet.
CONSILINUM, Italia oppidum, Tarento vicinum, ut scribit Pompon. Mela lib. 2. cap. 4. in descriptione Italiae.
CONSILIO, silui, [κανταριών] ēre. Idem fere quod Inſilire, & insultare. Jungitor autem dative & accusativo. Tacit. 3. Ann. 46. Paucæ hujus ipsius exercitus turmae profigaverunt Sequanos; quanto pecunia dites, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbellis Æduos, evincite, & fluentibus consilite. Idem 6. Ann. 76. Igitur Sinnaces, quem antea infensum memoravi, patrem Abdagaten, aliquos occultis consilii, & tunc continuis cladibus promptiores ad defensionem trahit. Al. Consultit.
CONSILIO, i. n. [βολεύει, βολεύει, συνεῖδειν] a Con & Sallo, quod in unam sententiam plures rationes consilient, Perottus. Est autem Consilium (ut ait Cic. lib. 2. de Invent. 31.) Aliquid faciendo, non faciendi ex cogitata ratio. Festus, Consilium vel a Consilendo dicitur, vel quod in unam sententiam plurius mentes in unum consilient & convernant. Sed a Silento creditibus dictum putatur, quo maxime inventur. Consilium, Quod quis proposito animo sibi faciendum. Cic. 12. Philip. 6. Quod si est erratum, p. c. spe falsa atque fallaci, redeamus in viam: optimus est portus penitenti, mutatio consilii.
 Consilium, Animus, Mens; eadem sunt. Lucret. lib. 3. 95.
 Judicium & consilium alicuius. Cic. 11. Fam. 29. Magnum pondus accedit ad tollendam dubitationem, judicium & consilium tuum.
 Catus & Consilium, opposita. Cic. 5. Fam. 2. Quis esset qui me in Consilium, non casu potius existimat, quam consilio forte sumis? V. Consilio infra.
 Consilium & Fortuna, opponuntur. Virg. 2. Æn. 656.
 Nam quod consilium, aut quæ fortuna dabatur?
 Consilium & Opera. V. OPERA. II. St.
 Voluntas & consilium. Cic. 10. Fam. 10.
 Conscientia consiliorum meorum me consolatur. Cic. 4. Fam. 3.
 Gubernatio consilii. Cic. 2. de Invent. 164.
 Mutatio. Cic. 16. Att. 7. Nemo doctus unquam (multa autem de hoc genere scripta sunt) mutationem consilii, inconstatiam dixit esse.
 Penuria. V. PENURIA.

Adjutor consiliorum. Cic. 10. Fam.
 Ambiguus consilii. Tacit. 4. Hist. 21.
 Autor consiliorum. Cic. 2. Att. 26.
 Dux consiliorum & comes. Cic. Quum etiam ipse casus, eventusque
 rerum, non duces, sed comites consiliorum fuerint, &c.
 Expers consilii vis mole ruit sua. Hor. 3. Carm. 4. 65.
 Fortis consilio. Cic. 5. Fam. 2.
 Imbecilli consilii mulier. Cic. pro Flacco.
 Improvidus consili. Tacit. 3. Hist. 56.
 Inopex consili. Ovid. 9. Met. 745.
 Minister consiliorum. Cic. 2. Fam. 7.
 Moderator. Cic. 1. Fam. 9.
 Opportunus consilii. & Adverfus, sunt contraria. Quintil. lib. 5. cap. 10.
 Viridis consilio. Sil. lib. 3. 255.
 Intelligendi consilium. Cic. 7. Philipp. 19. Turpe est summo consilio or-
 bis terra, praeternam in re tam perpicua, consilium intelligendi defuisse.
 Consilia temporum sunt, quae in horas commutari vides. Cic. 14. Att. 23.
 Acre, V. ACEER.
 Amentissimum. Cic. 7. Att. 9. Ita sum perturbatus temeritate nostri
 amentissimi consili.
 Arcanum. Hor. 3. Carm. 21. 16.
 Bonum. In BONVS.
 Calidum. Liv. 35. 32. V. CALIDUS.
 Callidum. In CALIDUS.
 Celere. In CEBRE.
 Clandestinum. In CLANDESTINUS.
 Clariora luce. In CLARUS.
 Clausa. Cic. 5. Verr. 63.
 Cognitum. Cic. 7. Fam.
 Compar. In COMPAR.
 Excusum & exploratum. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. de Scipione Afri-
 cano, Scipio Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere, Non pu-
 taram; videlicet quia explorato & excuso consilio, quae ferro aguntur,
 administrari oportere arbitrabatur summa ratione: inclemensibilis enim
 est error, qui violenta Martis committitur.
 Fidele. Cic. 2. Leg. Agr. 5.
 Fidum atque providens. Gell. lib. 3. cap. 7.
 Grandavum. Valer. Flac. 7. Argon. 348.
 Immaturum. Suet. Aug. cap. 8.
 Incertum. V. INCERTUS.
 Inconfultum. V. INCONSULTUS.
 Intimum consiliorum, pro latimum consilium. Tacit. 15. Ann. 61. Quid
 erat faventia principi intimum consilium.
 Lene consilium dare alicui. Hor. 3. Carm. 4. 41.
 Libera consilia dicuntur, Quibus fine adulatio, sincere & audacter
 monemus aliquem. Hor. Epop. 11. 38.
 Unde expedire non amicorum queant
 Libera consilia.
 Malum consilium consultori pessimum est. Gell. lib. 4. cap. 5. V. CONSULTOR.
 Matura consilia. Liv. lib. 4. 13. Quae res eum, nec dum compositis,
 maturisque satis consilis, opprimit.
 Melius consilium. V. Melior in BONUS.
 Ordinaria consilia. V. ORDINARIUS.
 Particeps consili. Cic. 2. in Catil. 14.
 Praecepis consiliis. Cic. 5. Philipp. 37.
 Prudentiae & fidelitatis plena consilia. Cic. 10. Fam. 4.
 Praesentissimum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
 Prima consiliorum, i.e. Prima consilia. Tacit. 2. Hist. 11. Quoniam
 prima consiliorum frustra cederant.
 Prudens. Balbus & Oppius Ciceroni, 8. Att. 9.
 Salutare. Consilium non utile solum, sed etiam salutare. Vide in si,
 pro An. H. St.
 Sapiens. Ovid. 13. Met. 433.
 Temerario consilio uti. Paterc. lib. 2. Liv. 25. 34.
 Turbida. Curt. lib. 7.4.11. Natura mortalium hoc quoque nomine prava & sinistra dicit potest, quod in suo quisque negotio hebetior est, quam
 in alieno. Turbida sunt consilia eorum qui sibi fudent.
 Consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat.
 Ex consilio aliquis facti ejus iudicium facere. Cic. 1. Fam. 7. Initio
 scripti totius facti iui judicium, non tam ex consilio tuo, quam ex even-
 tu homines esse facturos.
 Abdita. V. ABDITUS.
 Abesse consilio, pro Consilium abjecere. Cic. 7. Att. 24. A consilio fu-
 giendi, ut tu censes, absium.
Convenæ, Aquitania populus, V. supra f. l.

CONVENTIO, ōnis. f. [συνεῖναι, σύμβασις] Ulpian. D. de Pactis. 1. 1. Conventionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotiis contrahendi transfiguranda causa convenienti, qui inter se agunt. Ad eum convenientiis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, que non habeat in se convenientem, sive re, sive verbis fiat.

Conven-

Conventio publica est, quae fit per pacem, quoties inter se duces belli quædam pacifuntur. l. 5. de pact. D.

Conventionem habere, &

Ad conventionem vocare. Varr. de L. L. 5. 9.

Fortis & egregia fata conventio. Sen. de Provid. cap. 2.

CONVENTIONALIS, e. apud JCTos.

CONVENTUS, a, um. Partic. [τονυμαθει] Sallust. Jugurth. 112. Sa-

pe ante cum imperatoribus Romanis pacem conventam frusta.

Conventus est a me. Cic. 15. Att. 1.

Convento aliquo homine opus est. Cic. 10. Att. 4. extr. Sed opus fuit

Hirtio convento. i. e. Hirtium convenire, sive altoqui.

Conventa conditio dicebatur. Quum primus sermo de nuptiis & earum

conditione habebarat. Auctor Festus.

CONVENTUM, i. n. [συνέντηση] Gell. 17. 9. Erat conventum inter eos

clandestinum. Cic. de Off. 1. 32. Potest accidere promissum aliquod &

conventum, ut id effici sit inutile ei, qui promiserit. Idem 2. de Orat.

100. At vero in foro, tabulæ, testimonia, pacta, conventa, stipulati-

ones, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum

qui in causa versantur, tota cognoscenda est. De Formula causarum.

Dictorum conventorumque constantia & veritas, fides est. Cic. 1. Off. 13.

Frangere conventa. Sil. lib. 1. 10.

— ter Marte sinistro

Juratunque Jovi fedus, conventaque patrum

Sidonii fregere dices.

Pacta conventa. Ulpianus in 1. Juris gentium. §. Quinimo. D. de Pactis.

Solenus enim dicere, pacta conventa inesse bona fidei judicis.

Inter Pactum & Conventum. Pactum est ex parte stipulantum: Con-

ventum, quum quæ pepigerunt pronissa sunt. Hac de causa Pacta con-

venta, & Pacta conventaque legimus: antecedit enim Pactum, sequitur Conventum. Seneca, Nec pacta conventaque impressis signis cu-

stodiuntur. Hec Turneb. Adver. 16. 5.

CONVENTUS, ús. m. [συνέντηση, συνέντηση] sunt (inquit Valla lib. 4. cap. 2.) Homines qui in unum locum convenerunt. Cic. 3. Ver. 94.

Cur pudentissimas lec̄tissimasque feminas in tantum virorum conventum

insolitas invitatisque prodire cogis? Horat. 1. Serm. 7. 22.

Persius exponit causam, ridetur ab omni

Conventu.

Conventus (inquit Festus) quatuor modis intelligitur. Uno, quum

quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus. Altero, quum

significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in

unum locum. Tertio, quum a magistris, iudicis causa, populus

congregatur: erant enim in provinciis statuti conventus per rectores ca-

rum ad iudicia facienda. Quarto, quum aliquem in locum frequenter

hominum, supplicationis aut gratulationis causa colligitur. Haec estus Festus. De tertia significacione exempla sunt apud Cic. 3. de Legib. &

§. Ver. 9. Hirt. 8. Bell. Gall. 46. Exercitum per legatos in hiber-

na deduxit. Paucos ipse dies in provincia moratus, cum celesterit

omnes conventus percurrit, publicas controversias cognovit, tandem ad Legiones in Belgiam se recepit. Scil. Peragebantur in urbi-

bus, quas ducebant. Via militares, quæ ipsa etiam hac de causa mu-

nita erant ut facilem & expeditum accessum atque iter præberent Magi-

stratus, qui non sine numero comitatu ad illas urbes adveniebant.

V. Sigon. de Ant. Jure Provinc. 1. 1.

Conventus, pro eo quod Reptitorum vocant. Plin. lib. 5. cap. 29. Con-

venient ex xxv civitates, celebrerim urbe Læodicæa. Imposita est

Lyco flumini, latera alluentibus Afopo & Capro, appellata primo Diof-

polis, deinde Rhos. Reliqui in eo conventu, quos nominare non pi-

geat, Hydrelita, Themisone, Hieropolite. Alter conventus a Syn-

nada accipit nomen. Convenient Lycaones, Appiani, Cercopeni,

Dorylaei, Midæi, Jülienes, & reliqui ignobiles populi x.

Juridici conventus, Idem. Plin. lib. 3. cap. 1. de Bætica, Juridici con-

ventus ex quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispanensis.

Agere conventus. Cic. 7. Ver. 28. Ex iis oppidis, in quibus Praetores

confisteret, & conventum agere solent, &c.

Celebrare conventus. Cic. 1. Att. 19. Itaque conventus, qui initio cele-

brabantur, iam diu fieri desierunt.

Circuite conventus. Suet. in Cæf. cap. 7. Quæstori ulterior Hispania ob-

venit: ubi quum mandato populi Romani jure dicundo conventus cir-

cumiret, Gadeisque veniſſet, &c. Conventus hic Lœca sunt, in quibus

populi juris dicendi causa a magistris juridicis congregantur.

Facere conventus, V. Celebrare conventus.

Peragere conventus. Cæf. 5. Bell. Gall. cap. 1. Ipse conventus Gallæ

citerioris peractis, in Illyricum proficitur. Est autem Peragere con-

ventus, Jurisdictionem legitimam absolvere per oppida ad id destinata;

que, quoniam in ea statis temporibus convenientur a provincialibus

causa juris sui persequendi, conventus dicebantur. Representant hunc

morem anno vertente monachi, Capitula generalia appellant.

Conventus & frequentia. Cic. pro Deiot. 5.

Conventus & turba. Virg. 6. Æn. 735.

Senatorial. Cic. 4. Fam. 5.

Meretricius. Cic. 3. Ver. 137. Domus erat non meretricio conventa,

sed prætoria turba referata.

Inter conventum matronarum. V. INTER.

Celebrerim virom mulierumque conventu dies festos anniversarios

agere. Cic. 6. Ver. 207.

Honestissimus. Quintil. lib. 1. cap. 2.

In mediis conventus trahere aliquem. Virg. 6. Æn. 753.

Indicere conventus. Liv. 38. 30. pr. Ægium a principio Achaici conciliū

semper conventus gentis indicti sunt, seu dignitati urbis id, seu loci

opportunitati datum est.

Initituere conventus. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Vitare conventum. Cic. 7. Ver.

Conventus, ait Theophilus, est Certum statumque tempus litium diri-

mendarum gratia inventum. Tempus autem illud a Conveniendo Con-

ventus dictus est. §. 1. Quib. ex cauf. manumittit.

Conventus, pro Conventione etiam legitur. Juven. 6. Sat. 25.

Convenitum tamen, & pactum, & sponsalia, nostra

Tempestate parva, &c. [In]mo Neutrū Partic. est, de quo supra V.

Ex conventu pacta observantur. Auct. ad Herenn. lib. 2. 20. De quibus

pactis Praetor edixit, apud Ulpian. in 1. Juris gentium. §. Praetor ait.

D. de Pactis, Paœta conventa, quæ neque dolo malo, neque adversus leges, &c. servabo. Ex quibus appareret pactorum duo esse genera, Legitima, & Conventa.

Ex pacto & conventu discedere ab aliquo. Cic. 6. Att. 3. Pomptinus enim ex pacto & conventu (nam ea lege exierat) jama a me discesserat. Al. Convento rectius.

CONVENTICULUM, i. n. dimin. Cic. pro Sext. 91. Conventicula hominum, qua poœta civitates nomine fuit.

CONVENNO, ônis. m. Qui simul iter facit, interpr. Elmenh. Apul. Met. 1. p. 109. Sed tertior lectio est Convenno, quod vide.

CONVENTITIUS, a, um. Plaut. Cist. 1. 1. 42. Patres conventiti. V. Gronon. in loc.

CONVENTO, ôre. Frequenter convenire. Solin. cap. 40. Externos in ea plurimos conventalia, argumentum de urbibus & locis dabimus.

CONVERBERO, [καταβαίω] ôre. Idem quod Verberate. Plin. lib. 13. cap. 22. Nocturnis gassationibus converberat faciem illinens. Sen. de Ira, 3. 20. & Apul. Met. 9. [Seneca locum & H. St. adscriperat.

CONVERBERATIO, ônis. F. August.

CONVERRO, verri & versi, versum, [στιχός, ριτός] ôre. Idem quod Vertere. Plaut. Stich. 2. 2. 64.

— reverram hercle hoc, quod converri modo. Columel.

Iib. 7. cap. 6. Diligens pastor quotidie stabulum converrit, nec patitur scurus aut humorem consistere.

Convertere aliquem, pro Percutere. Plaut. Rud. 3. 6. 7.

Converret jam hic me totum cum pulvise. [i. e. Abripiēt, Abfrähet.

CONVERSUS, a, um. Partic. a Converro. Cato de R. R. cap. 143. Vil- lam conversam, riundam habeat. Al. Converse, mundaque.

CONVERRITOR, ôris. m. [καταβαίω] tanquam supinum sit Converritum,

apud Apuleium in apologia pro Magia, Converritore priklane reliquie.

CONVERSO, CONVERSUS, & CONVERSATIO. V. CONVERTO.

CONVERTO, ti, sum, [στρέφω, ἀποτίνω] ôre. Verbum notum: de re & homine dicitur. Antiqui Converto scripserunt.

Converte te domum, pro Reverti. Plaut. Stich. 3. 1. 1.

Quoniam bene re gesta fulvis converto domum, &c. Ter. Adelph. 2. 4. 22.

Ego jam transfacta re convertam me domum cum obsonio.

Convertemus nos in Asiam. Cic. 3. Att. 14.

Conversa ad Aquilonem speluncam. Cic. 6. Verr. 107.

Convertete ad, vel in locum aliquem. Cic. 3. Off. 78. Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.

Convertete aspectum aliquo. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.

Convertete se aliquo animo & cogitatione. Cic. 1. de Orat. 6. Ac quoque te animo & cogitatione converteris, permulcos excellentes in quoque genere videbisi.

Ad se convertere & rapere dicitur res aliqua. Cic. 2. Off. 37.

Convertete homines in admirationem. Liv. 22. 30. pr. Profecti, agmine incidentes, ad Dictatoris castra, in admirationem & ipsum & omnes qui circa erant, converterunt.

*Cum atas tua septem octies solis anfractus, redditusque converterit. Figurata loquutio. Cic. in Somn. Scip. 3. h. e. Sex & quinquaginta annos natus eris.

Convertere in amicitiam. Plaut. Stich. 3. 1. 13.

In amicitiam atque in gratiam convertimus. subaud. Nos.

Ne in graveis inimicitias convertant se amicitæ, cavendum. Cic. de Amicit. 80.

Convera in crudelitatem clementia. Cic. 7. in Verr. 114.

Permovere & convertere animos. Cic. in Orat. 20.

Animum convertere ad crudelem superbamque vim. Liv. 3. 44.

Animos ad agrum colendum. Liv. 26. 40.

Animos imperitorum ad deorum cultum a vita pravitate convertere. Cic. 1. de Nat. Deor. 77.

Animos in hilaritate risumve. Cic. in Orat. 138.

Animum ad labores alicuius. Valer. 4. Argon. 539.

Animum alicuius in fe. Liv. 24. 4.

Auxilium in perniciem. Cic. in Pison. 19. Auxilio mihi epis fuerat & Consulis & Senatus: quorum alterum etiam ad perniciem meam erat a vobis Confilibus conversum, alterum Reipublica penitus erexit.

Bellum civile periculosisimum maximumque humanitate & sapientia ad pacem concordiamque convertere. Cic. 5. Philipp. 40.

Castra castris. i. e. Commutare. Cæf. 1. Bell. Civil. cap. 81. Tocta no-

de munitiones proferunt, castræque castris convertunt.

Copias convertere ad periculum patriæ, quas simulatione Reip. compa-

rabant. Cic. 11. Fam. 13.

Crimes in laudem. Cic. pro Flacc. 69. Quoniam quod crimen esse vo-

luiti, id totum vides in laudem esse conversum.

Hominem convertere a consuetudine. Cic. 1. de Invent. 3. Ac mihi quidem videtur hoc, nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito converteret, & ad diversas vita rationes traduceret. i. e. Averteret.

Ad dolos convertere. Auctor de Vir. Illust. cap. 14. 3. Veientes ad

dolos conversi, pecora ex adverso in confusione illorum posuerunt.

Exercitum convertere, quod vulgus dicit Facere monstram. Gell. lib. 5.

cap. 5. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum

Pop. Romano facturus, comparaverat, converterebatque exercitum in-

signibus argenteis & aureis florentem.

Ferrum in aliquem. Virg. 9. Æn. 427.

Fortunam in culpam. Cic. pro Rabir. Post. 29.

In fugam conversus. Liv. 30. 18. extr. Posteaquam femine transfixo ca-

dentem, auferrique ex prelio prope exanguem videre, extemplo in

fugam ortines conversi.

Fugam clamore convertunt. Virg. 12. Æn. 252. i. e. Redemptum cum clamo-

re, sicut in exercitu solet fieri. Servius.

Gaudia converters in diversum. Plin. 8. Epist. 23. Tot spes, tot gaudia

dies unus in diversa convertit.

Grefsis convertere, Retrocedere, pedem referre. Sil. lib. 13. 250.

Impetum suum fortuna ad eos convertit. Cic. 3. Tus.

In seruum convertere quod per jocum dictum est. Plaut. Poen. 5. 5. 42.

— heus tu si quid per jocum Dixi, nolito in serum convertere.

In

In iram subitam converti. Ovid. 10. Met. 62.

Iter convertere ad urhem. Lucan. lib. 3. 377.

Iter convertere in provinciam. Cæf. 7. Bell. Gall. 56. Omittitur & dicitur Iter. Hirt. Bell. Afr. 9. Ipse rufus unde pridie venerat, Ruspinam cum reliquis copiis convertit. Subaudi, Iter.

Iter convertere ad fugato & in exilium. Cic. 2. in Catil. 14.

Malum convertere aliquod ad falutem. Ter. And. 4. 1. 48.

Non posse jam ad salutem converti hoc malum.

Martem ad aliquos. Lucan. lib. 2. 629.

Mentes hominum oratione. Cæf. 1. Bell. Gall. 41.

Mentes militum convertit terror & crudelitas suppliciorum. Cæf. 1. Bell. Civil. 76.

Minas in melius. Sen. Hippol. 4.

Navem remigatio ad puppim. Cic. 13. Att. 21.

Orationem traducere & convertere in sagam alicujus increpandam. Cic. 2. de Orat. 200.

Ordinem convertere. Plin. in Paneg. cap. 72. pr. Nam quod precatus es, ut illa ipsa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eveniret nobis, Reipublica, nomine tibi tale est, ut nos hunc ordinem votorum convertere debeamus? doos denique obsecrare, ut omnia quæ facis, quæque facies, propriececedant tibi, Reipub. nobis?

Os ad aliquem. Cæf. 6. Bell. Gall. 38.

Ora & oculos in aliquem. Cic. 4. in Catil. 1. Video, p. c. in me omnium vestrum ora, atque oculos esse conversos.

Pecuniam convertere, aut rem aliam, domum suam, vel in rem suam, aut ad communum suum. Cic. pro Rofc. Amer. 122. Et 1. Off. 42.

Pecuniam convertere ad finos usus. Ulpian. in 1. Idemque & §. Si procurator. D. mandat, vel contr.

Querelas in melius. Propert. lib. 1. 17. 9.

Rationem bono consilio a diis immortalibus datam, in fraudem mali- tiamque convertunt homines. Cic. 3. de Nat. Deor. 78.

Se convertere ad otium & pacem. Cic. 3. Q. frat. 5. Et in omni summis, ut mones, valde ad otium pacemque converto.

Se ad timorem. Cic. pro Sull. 17. Lentuli pœna compresus, convertit se aliquando ad timorem.

Se convertere ad verum. Plaut. Rud. 4. 4. 107.

Se ad sapientiam. Tacit. 3. Ann. 55.

Ad te converti. Cic. 4. Fam. 12. Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo posuit) deinde ad me convertar.

Se convertere ad philosophos. Cic. 5. de Fin. 7.

Se convertere tota in aliquem dicitur civitas. Cic. in Somn. Scip. 3. In te unum atque in tuum nomen se tota convertet civitas.

Se totum ad alicujus voluntatem & nutum. Cic. 3. Fam. 10.

Ad sensum & nutum alterius. Cic. de Amicit. 93. Quid enim potest esse tam flexible, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?

Signa convertere. i. e. Aciem. Cæf. 1. Bell. Gall. cap. 25. Romani con- versa signa bipartito intulerunt.

Spm convertere in fidem alicujus. Cic. pro Sext. 70. Quum omnes boni omnem spm melioris status in eorum fidem convertissent.

Studium curamque convertere ad scribendis operam. Cic. 3. Off. 19. Ad hanc scribendi operam omnime studium curamque convertimus.

Terga convertere, Fugam capescere. Cæf. 1. Bell. Civil. cap. 80.

Aculeum testimonii convertit eodem. Cic. pro Flacc. 41. Itaque eodem etiam M. Lurco vir optimus meus familiaris, convertit aculeum testimonii sui.

Verum futurum in falso convertere non posse. Cic. de Fato, 20. Al. Converti.

Viam convertere, est Viam repetere per quam primum veneras. Virg. 5. Æn. 582.

Vitium alicui convertisse in bonum dicitur. Cic. de Clar. Orat. 141.

Sed hoc vitium huic uni in bonum convertebat.

Usuras in suis usus. Ulpian. I. Idemque & §. Si procurator. D. Mandat.

In bellum convertere. h. e. Transmutare, & transformare. Cic. 3. Off. 82. Quid enim interest, utrum ex homine se convertat quis in bellum, an hominis figura immanitatem gerat bellum?

In aliam naturam converti. Cic. 3. de Nat. Deor. 31. Prætereaque omnia hæcum intereunt, quæ in naturam aliam convertuntur.

Converte, pro Ex una lingua in aliam vertere. Cic. de Opt. gen. Orat. 14. Converti enim ex Atticis diuorn eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias. Sic 1. de Fin. 6. Conversa de Gracis. h. e. Translata.

E Graeco in Latinum convertere. Cic. 2. Off. 87.

Convertor, pro Converto dici apud Plaut. Amph. 1. 1. 83.

Sed fugam in se tamen nemo convertitur, admetet Nonius 7. 102.

Conversus, a. um. Partic. [ιπταθετη] Cic. in Somn. Scip. 17. Hujus quidem anni nondum vigiliam partem fecit esse converiam.

Ad cædrem & funus civitatis converteri ludi. Cic. de Arusp. Resp. 24.

Linteum conversa domum dare non pigeat. i. e. Redire. Hor. Epod. 15. 27.

Nomina conversa. i. e. Contraria. Virg. 5. Æn. 466.

Conversis studis, Mutatis. Hor. in Arte Poet. 166.

Timor conversus in iram. Lucan. lib. 4. 267.

Via vita. Hor. 1. Epist. 17. 26.

Orbis Reip. Cic. 2. Att. 9. Sic orbem Reipub. esse conversum, ut vix sonum audire, vix impressam orbitan videre possemus.

Conversus, pro Emendato. Quintil. lib. 11. Potest enim videri emendatus, qui in odium eorum in quibus erraverat ipse conversus est.

[In]mo junge Conversus in odium eorum &c. Nam Conversus abfolute pro Emendato, vel Conversus ad meliorem frugen, barbaries mera est.

Conversus in pœnitentiam, pro Tactus pœnitentia. Sueton. in Claud. cap. 13.

Conversim, Adv. Firmic. lib. 2. cap. 32. Decima tertia in decimam septimam, decima septima rufus in decimam tertiam: decima quarta in decimam sextam, decima sexta rufus in decimam quartam: decima quinta in decimam septimam, rufusque conversi: & hoc modo facias, donec per graduum numerum, numeralem retrogrediens descensum ad descendens perducas.

Conversio, ônis. f. [ιπταθετη, ιπταθετη] ut, Conversio vesicae, h. e. Invertio & revolutio. Plin. lib. 8. cap. 42. Et vulvarum conversio.

Idem lib. 20. cap. 22.

Incitator conversio cursus cœli stelliferi. Cic. in Somn. Scip. 12. Sum-

nus ille cœli stelliferi cursus, cuius conversio est incitator, acuto & excitato moverit sono.

Incitatissima. V. INCITO.

Malorum conversio. Quirtil. lib. 5. cap. 10. Malorum evitationem, li-

berationem, immunitiōem, conversionem.

Menstruum annorumque conversiones ad numerum machinatæ sunt. Cic. de Univers. extr. h. e. Revolutiones.

Rerum conversio ac perturbatio. Cic. pro Flacc. 94. Videbitis quo in motu

temporum, quanta in conversione rerum, ac perturbatione versemur. Suppurationis conversio. Columel. lib. 6. cap. 17. Vel si ante quam tumor discutatur, in suppurationem convertitur, optimum est in ea la-

mina conversionem refecare, & quicquid vitios est, inure.

Verborum conversio, Periodus. Cic. 3. de Orat. 188. Et effectu illud modo vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne infusat interius, ne excurrit longius: ut membris distinguatur, ut conversiones habeat ablo-

litas. Neque semper utendum est perpetuata & quasi conversione verborum, sed saep carpenda membris minutioribus oratio est.

CONVERSIO CULA, æ. f. Salvian. Epist. 4.

CONVERSUS, us. m. Macrob. 7. Saturn. cap. 9. Septimus, i. e. qui

gyros efficit, crebro conversu turbat. Subaudi, Motus.

CONVERSIBILIS, e. vel potius

CONVERTIBILIS, e. Prudent. Apoth. 296.

Non convertibilis, nec demutabilis unquam

Est Deus.

Materia convertibilis. Tertull. adv. Herm. cap. 3.

Syllogismi convertibiles specimes. Apul. lib. 3. de Hab. doct. Plat. p. 32.

CONVERTIBILITAS, æ. f. Orof. 1. 1. Convertibilitas naturæ.

CONVERSO, [ἀνακύλεσαι] ære, frequent. Cic. de Univers. 23. Quippe qui ex eadem virtutis, alteraque naturæ adjuncta materia, temperatione trium partium proportionis compacta, se ipse conversans quum materiam mutabilem arripuerit.

CONVERSOR, æri. forma Deponentis. Cum aliquo vivere aut versari.

Animus magnus & sacer conversatur nobiscum. Sen. Epist. 41.

Sine discordia cum parentibus conversari. Columel. 9. 11.

Pro Vivere, usi sunt scriptores ecclesiastici. ut Cyprian. Epist. 75.

CONVERSATIO, ônis. f. [ανακύλεσαι] Confutatio. Plin. lib. 10. cap. 33.

Tutor conversatio. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Tollere conversationem omnem. Sen. de Tranquil. cap. 3. Donec idem faceret fatiatis conversatione mortalium Deam templo reddat. Tacit. de Germ. 40. 7.

Nec defuit conversatio hominum. Vellei. 2. 102.

Conversatio, pro Conversatione. Sen. Epist. 75. Sciatque illa ipsa, quibus laidi videtur, ad conversationem universi pertinere: & ex his esse, quæ cursum mundi consummant.

Conversatio, pro Habitacione. Ulpian. 1. 12. §. 1. D. de relig. & sumpt. funer. Se natu confutato cavetur, ne usus sepulcrorum permutationibus polluator, id est ne sepulcrum aliae conversationis usum accipiat. h. e.

Ne quis aliam ob causam quam sepulcri & religionis ibi habitet, aut veretur, ut ex editi verbis intelligitur, quæ idem Ulpian. resert in l. 3. D. de sepulc. violat. Hotom.

CONVERSATOR, ônis. m. Glosf. Græc. 1. 1. 1. Conversator, Contubernialis.

CONVERSOR, scil. [ανακύλεσαι] Glosf. Gr. Lat.] Una vesci. Novatian. de Cibis Judæor. cap. 5. Quisquis sic pacifetur, Christo convegitur.

CONVESCENS, Partic. Vulg. Interpr. Actor. 1. 4.

CONVENTIO, ivi, tunc, [κονβεντιόνα] ire. Idem quod Vestire & exor-

nare. Lucret. lib. 2. 147.

Quam subito soleat Sol ortus tempore tali

Convevare sua perfundens omnia luce. h. e. Radiis collustrare.

Convevintur herbie prata. Cic. 1. Tusc. 69.

Convevint locum aliquem dicitur hedera, quæ se expandit. Cic. 3. Q. frat. 1.

Topiarium laudavi, ita omnia convevint hedera, &c.

Convevita lucis domus. Cic. pro Dom. 101. Ergo eis dominus everfam, duobus lucis convevita videtur. h. e. Offuscata & adumbbrata atque sepultam. [Domus everfa, pro Area domus ponitur arboribus constata.

CONVENTEANUS, i. m. [κονβεντέοντος] Cum alio veteranus. Quomodo autem accipi debet in iure explicat Modeltinus l. 8. §. 6. de excusat tutor. in Pandectis. Usus est Gordianus Imperator in l. Quod placuit. C. de ex- cufat. veteran.

CONVEXO, [κωνβεξο] ære. Idem quod Vexare. Appia Appii Cæci filia apud Gelium 10. 6. Sed inimicū revivificat frater, aliamque clæstem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc mi- ferare convexit.

CONVEXUS, a. um. Adj. [κωνβεξοντος, κωνβεξωντος] quod Concavum oppo-

sit. Sic in superficie globi exterioris convexum est, ut interioris con-

cavum. Virg. 4. Ecl. 50.

— nutantem convexo pondere mundum. Idem 4. Æn. 45.

— tædes cali convexa tueri. i. e. Cælum convexum.

Cælum convexum. Ovid. 1. Met. 26.

Pondere convexo nutans mundus. Virg. 4. Ecl. 50. Convexo, i. e. Cur-

vo, inclinato. Servius.

Sidera convessa. Virg. 1. Æn. 612.

— convexa polus dum sidera pascat. Ubi Serv. Alii

Convexa sidera volunt. i. e. Pendula: ut

— & cali convexa per auras. i. e. Suspensa: Planeta-

que intelligent, qui non sunt fixi, sed in aere seruntur. Turnebus ve-

ro ad hunc eundem locum Virgilii,

— convexa polus dum sidera pascat, sic inquit, Quo

sensu ab eximio poeta dictum accipimus? nam altra convexa non vi-

dentur, quæ globosa potius & rotunda sint. Ego Convexa dici astra

interpretor, non singula, sed universa. Convevitate enim eandem,

quam cælum, efficiunt, toto oblitera & dispersa cælo undique in orbem.

Sed equonam modo polus ea pascat? Centent Stoici sidera, quæ ignea sint & ferventis naturæ, paci humore: quo sane factum est, ut

hic Palus a docifissimis viris legeretur. Sed nihil certe cur hic novitatis studiosi simus: nam quum cælum verfat astra tanquam pa-

lantia & errantia, & tanquam alimentum sequentia dum volvuntur, fit

proinde ut tanquam pastor ea pascare videatur. Hoc si sensi accipias,

qui (ut reor) & probabilis est, nec indignus poeta, nihil profecto ha-

beas cur quicquam hic novandum putas. Haecenus ille.

Supera

Supera convexa. Virg. 6. En. 241.

— talis feso halitus atris

Faucibus effundens supera ad convexa ferebat. i. e. Ad cæli curvitatem. Servius.

Convexus nemorum. Virg. 1. En. 314.

Classem in convexo nemorum sub rupe cavata.

Convexe in maria terra. Plin. lib. 12. cap. 22. Discessimus a terris Oceanum spectantibus ad convexas in nostra maria. h. e. Vicinas nostro mari. I mmo Curvo ambitu Mediterraneum mare cingentes. Conversa scribendum suspicatur Harduin. Est autem, ut ex omnibus his adductis locis appareat, Convexus antiqui idem ac Ex omni parte devexum, quomodo & Fetus exponit. In vet. Glos. Convexus κατωφεις, οπεις. Tam proinde de his dicitur, quæ concavam ac depresso in orbem, quam que eminentem & expresam protuberantem curvitatem habent. Juniores vero proprio huic circumferentia vindicarunt, quæ Concava in orbem opponitur.

Convexus, Concavo oppositum est, Quod est ex omni parte declinatum. Eucl. in Specularia Theor. 1. A planis, convexis, cavisque speculis viuis in æqualibus angulis refringuntur.

CONVERXITAS, atis. f. [συγχώνεια] denom. Plin. lib. 18. cap. 25. Super omnia est mundi convexitatis, terrarumque globi differentia.

CONVERXIO, ònis. f. Idem. Gell. lib. 14. cap. 1. V. Declinatio mundi, in DECLINO.

CONVIRGO, ãre. Apul. & Ammian.

CONVICIUM, V. CONVITIUM.

CONVICTUS, Partic. In CONVINCIO.

CONVICTOR, CONVICTUS. In CONVIVO.

CONVINCIO, vici, victum, [προνομία, δικαιόω] ēre. Ejusdem fere cum suo simplici significacionis. Cic. 3. Ver. 109. Sui quæstus causa irrupisse convincam.

Convincit ratio ipsa & veritas, cum esse liberum. Cic. in Parad. 5.

Convincere adverfarium auctoritatis & testibus. Cic. 7. Ver. 40.

Convincere facta alicuius turpia. Plaut. Amph. 2. 2. 147.

Argumentum peccata. Cic. in Partit. 116.

Chirographo aliquem. Cic. 2. Philipp. 8.

Opinione hominum convinci & condemnari. Cic. pro Cuent. 7.

Convinci in peccato, pro genitivo Peccati. ut

In majori fraude convicti. Suet. Claud. cap. 14.

In pari peccato convictus. Cic. 2. de Invent. 32.

A testibus convinci, & urgeri confessione. Cic. 6. Ver. 104.

Redargui & convinci. Cic. de Univers. 6.

Erros alicuius. Cic. 2. de Nat. Deor. 3.

Falsum refutatu anticipiti. Lucret. 3. 524.

Testimonia aliquorum. Cic. pro Font. 24.

Voce inauditus facinus. Cic. pro Quint. 79.

Convincere aliquem non inhumanitatis tantum, sed & amentiae. Cic. 2.

Philipp. 9.

Convinci de. Plaut. Truc. 2. 6. 5.

Qui & convicti & condemnant falsis de pugnis sient.

Devotionis alicuius convinci, judicio deorum, testimonio Senatus, confessione inimicorum. Cic. Post red. ad Quir. 1. i.e. Voti reum fieri. Hotom. Summa negligentia. Cic. pro Sulla 44.

CONVICTUS, a, um. [δικαιόω] Partic. ut, Manus convictas dare. Ovid. 17. Epist. 260. al. Conjuratas.

Judicio turpi convictus. Cic. pro Quint. 49.

Fracta & convicta secta. Cic. 1. de Legib. 38.

Reprehensus, convictus, fractusque Mithridates. Cic. pro Flac. 41.

Conscientia convictus homo. Cic. 2. in Catil. 13. Quum ille, homo audacissimus, conscientia convictus reticuerit, &c.

CONVICTIO, ònis. f. August. de Trin. 13. 1.

CONVINCTIO, ònis. f. a Convincio. Quintil. lib. 1. cap. 4. De grammatica, disputans de numero partium orationis, Tum videbit ad quem hoc pertinet, quot & quæ sint partes orationis: quanquam de numero parum convenient. Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modo, & nomina, & convictiones tradiderunt: videlet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam: quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur; in convictionibus autem eorum complexum esse iudicaverunt: quia conjunctiones a plerisque dici scio: sed haec videtur ex εὐδηλεῖαι magis propria translatio.

CONVIOL, ãre. Tertull. Apol. cap. 39.

CONVIRESCO, irui, ēre. Augustin.

CONVISIO, [συναίσθεσθαι] ēre. Lucret. lib. 1. 146.

Res quibus occultas penitus convisere possis. Cic. in Arato, 351.

Et loca oculis convisere. Lucret. lib. 2. 357.

CONVITIUM, vel potius CONVICIUM, i. n. [συναίσθεσθαι] est Maledictum cum contumeliam. Cic. pro Cœl. 6. Maledictio autem nihil habet profecti, præter contumeliam: qua si petulantia jactatur, Convictum: sin facetus, Urbanitas nominatur.

Convictum, per c litteram scribunt nonnulli. Ulpianus D. de injuriis & famosis libellis. Item apud Labœnum, Convictum vel injuriam esse Labeo ait. Convictum autem dicitur a Concitatione, vel a Conventu, hoc est a collatione vocum. Quum enim in unum plures voces confluunt, Convictum appellatur, quasi Convocium. Hæc Labœnum verba reprehenduntur a Valla lib. 6. cap. 52. Feitus; Convictum, a Vicis, in quibus primum habitatum est, videtur dictum: vel immutata littera, quasi Convocium.

Convictum (auctore Nonio 2. 323.) dictum est quasi e Vitis locum,

qui secundum ignobilitatem loci, maledictis, & dictis turpibus cavillatur. Quæ verba Nonii corrupta sunt. Mercerus legit, Quasi e vicis jocum. [At E vicis jocus? Certe cum his facit Nonius, qui per c scribunt, a Vito deduci nequit ob antep. longam.

Convictum, inquit Valla, a Vito, vel potius a Vito descendit, ut Vi-

tuper: tametsi non omnino repugnam scribi per c, ut quibusdam plae-

cet, non per r. Et est Convictum, Maledictum contumeliosum.

Feedissimum. Suet. in Auguft. cap. 13. Hunc feedissimo convictio co-

ram prosciderunt, h. e. Probolis contumelias incesserunt, infama-

verunt, laceraverunt.

Lingua solida convicia. Ovid. 13. Met. 306.

Abstinere se convicio. Quintil. lib. 7. cap. 3. Eoque satius est omni se an-

Vol. I.

teacta vita abstinere convicio, quam levibus aut frivolis aut manifeste falsis reum incessere.

Addere convitia. Ovid. 14. Met. 522.

Addidit obfcaris convicia rustica dictis.

Adjicere convicta facto. i. e. Ultra illud quod male aliquem tractaveris, etiam convictis & contumelias incessere illum. Ovid. 6. Met. 211.

Confectori aliquem convitum & fibilis. Cic. 2. Att. 18.

Dicere convictum. Plaut. Asin. 5. 2. 49.

— faxo ut scias

Quid periculi sit dotare uxori convictum dicere. Sic Douza. Al. Vitium.

Facere convictum. Ter. Adelph. 2. 1. 26.

— ante ædes non fecisse erit melius hic convictum.

Facere alicui convitum grave. Cic. 16. Att. 8.

Fert honestus vir inferioris convictum. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Fundero in aliquem. Ovid. 13. Met. 306.

Jactari clamore convitioque. Cic. 15. Fam. 5.

Incessere aliquem convitiis. Suet. Tiber. cap. 11.

Ingerere aliqui. Hor. 1. Serm. 5. 11.

Pati ab aliquo. Ulpianus in l. 1. §. Cum patronus. D. de officio præfecti urbi.

Proscindere aliquem convitiis. Plin. lib. 33. cap. 1.

Refondere convictio. Cic. pro Domo 3.

Sustinere scurrus quotidianum convictum. Cic. pro Quint. 62.

Verberatur senatus convictio os alicuius. Cic. in Pison. 63. Si os tuum ferreum Senatus convictio verberari noluerit.

Vomere convictia. Avienus in Virgine,

Non ut fessa virum repararet gaudia vultu,

Sed crepula ut late vomeret convitio voce.

Convitum, [κατωφεις, οπεις]. Vet. Glos. J pro Streptu & turba. Cic. pro Arch. 12. Quia suppedat nobis, ubi & animus ex hoc forensi streptu reficiatur, & aures convictio defessæ conqueſcant.

Stridulus cicadara. Lucan. ad Pison. 2. 58.

Convicuum, pro Flagitatione objurgatoria, ut

Efflagitare convictio aliquid. Cic. 2. Q. frat. 11. pr.

Quotidianio. Quintil. Tryphon. a pr. Efflagitati quotidiano convictio, ut &c. i. e. Vocibus affiduis, seu quotidiana adhortatione.

Urgeri convictio omnium. Cic. 4. Acad. 125.

Convitio aurium cum extorti mihi veritas esset. Cic. in Orat. 160.

CONVITIÖ LUM, i. n. Lamprid. in Alex. cap. 28. extr.

CONVITIOR, [κατωφεις] ãri. depon. Convictum dicere. Quintil. lib. 3. cap. 8. Contra sententiosum inhumane convitabantur.

CONVITIATOR, òris. m. [κατωφεις] Qui convictum dicit vel facit. Cic. in Sallust. Si de mea vita atque actibus huic convictatori respondere.

Maledicus convictor. Cic. pro Muren. 13. Si vere objicatur, vehe-

mentis accusatoris: si fullo, maledici convictor.

Convictoritatem rapi justus in carcere. Sueton. Tiber. cap. 11.

Convive cum extorti mihi veritas esset. Quintil. lib. 1. cap. 6. Lavavim, & tondemur, & convivimus ex consuetudine.

Convivere cum adolescentibus. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Convivere alicui. Quintil. lib. 19. cap. 1. De omnibus atitatis tua, qui-

busque convivebat, silentium egit. [Ut dicitur ἡράκλειον ἔγειρε. H. St.

CONVICTIO, ònis. f. Idem ac Convictus. Cic. Filius 16. Fam. 21. Cu-

ja cum frugi severaque vita, tum etiam jucundissima convictio. Ubi ali Conjuratio male, ut dixi Annot. in Epist. H. St. Desiderabatur hoc vocabulum in ed. Lugd.

CONVICTUS, us. m. [συναίσθεσθαι] Conversatio & commercium: quod qui una venfantur, saepe etiam una vivant & epulentur. Columel. lib. 11. cap. 1. In primis convictum domesticum, multoque etiam magis exter-

nus vivet.

Convictus & consuetudo. Cic. 5. Fam. 14. Ut istis te molestiis laxes, &

ad convictum nostrum redreas, & ad consuetudinem vel nostram com-

munem, vel tuam solius ac propriam.

Convictus humanus, & societas. Cic. 3. Off. 21.

Convictus, pro Ipsi vivendi & epulandi titu. Martial. lib. 10. 47.

Convictus facilis, sine arte mensa. h. e. Nihil habet in com-

muni vieti deliciarum.

Convictum habere cum aliquo. Columel. lib. 1. cap. 8. h. e. Cum ali-

quo commercium habere.

CONVICTOR, òris. m. [κατωφεις] Qui Convivit, Comedit & bibit no-

biscum familiariter. Suet. in Tiber. cap. 56. Nihilo lenior in convictores Cræculos. Alias Contubernales vocat.

Convictorem esse alicui. Ovid. 4. de Pont. 3. 15.

Ille ego convictor, denique domesticus usu.

Familiares & quotidiani convictores. Cic. Fil. 16. Fam. 21. Utor fami-

liaribus & quotidianis convictoribus, quos secum Mitylenis Crætippus adduxit, &c.

CONVIVIUM, i. n. [ιερασία, ιερασία, συναίσθεσθαι] Cic. de Senect. 45.

Bene enim majores accubationem epularem amicorum, quia vita con-

junctionem haberet, convivium nominarunt, melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concrationem vocant. conf. 9.

Fam. 24. [Vide que dixi in Nizolio didascalio. H. St.

Arcta convivia dicuntur, Ubi arcta discumbitur. Hor. 1. Epist. 5. 29.

Candida prop. 4. 6. 71.

Candida nunc molli subeante convivia luceo.

Celebre. Aufon. sectione prima, De verbis Ruti rhetoris.

Fœda Lycaoniz mensa. Ovid. 1. Met. 165.

Infructa. V. INSTRUO.

Lautissima. V. LAUTUS.

Moderata. Cic. pro Muren. 13.

Opijare apparata. Cic. 3. Off. 58.

Regalia Quintil. lib. 1. cap. 10.

Sumptuosa. Martial. lib. 1. 100. in Calenum avarum,

Ut convivia sumptuosiora,

Toto que semel apparas in anno, &c.

Tempesitia. Cic. pro Arch. 13.

Vinoſa. Ovid. 3. Amor. 1. 17.

Nequitiam vinosa tuam convivia narrant. h. e. Vinosi & ebrii convivia.

Inter secreta convivii. Tacit. 2. Hist. 57.

Convivii sat est, modo nostra huc amica accedit. Plaut. Stich. 5. 4. 28.

Agere convivia. Cic. pro Cœl. 35. Baiss acta convivia, comedationes, cantus, symphonias, navigia jactant.

Agitare. Ovid. 7. Met. 422.

Arcere in convivium. Ter. Eun. 4. 1. 12.

Celebrare. Sil. lib. 11. 273.

Concelebrare. Cic. de Petri. Confus. 34.

Conditor instructorterque convivii. In CONDIO.

Curare mutua inter se convivia. Virg. 1. Georg. 300.

Ducere Baccho, i. e. Multo vino. Tibul. lib. 1. 9. 61.

Ducere aliquem in convivia. Ovid. 3. de Arte Am. 749.

Exhilarare. Sil. lib. 11. 51.

Quin etiam exhilarare viris convivia caede

Mos olim, & misere epulis spectacula dira. De gladiatoriibus loquitur, qui conviviis adhibebantur, mutuis vulneribus fere confecturi. Faccere lauta convivia. Catul. 45. 5.

Fiunt convivia plena mensa. Propert. lib. 2. 16. 5.

Hilarare Bacchο. Virg. 5. Ecl. 69.

Implore convivio dictis, i. e. Narratunculis, vel confabulationibus convivium abtuleris. Ovid. 13. Met. 675.

Inire, h. e. Ingridi. Tacit. 4. Ann. 10. Si convivium, si spectaculum simul insinnet, pro crimine accipi.

Misum convivium. In MITO.

Obligari canticis convivium obtirepit. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Ornare & appareare. Cic. 6. Verr. 44.

Parare. Virg. 1. Aen. 642.

Retrahere se a convivio. Cels. lib. 1. cap. 1. Al. Convictu.

Recepta convivii latitia. Tacit. 13. Ann. 16.

Rueret ad convivium, pro Irruerre. Tacit. 2. Hist. 68.

Struere. Tacit. 15. Ann. 37.

Turbare. Ovid. 12. Met. 222.

Verlarini convivis. Cic. pro Quint. 59.

CONVIVIA, sc. [convivio, convivens, convivere, convivere] Qui ad convivium vocatus est. Ter. Heaut. 1. 1. 120. Egomet convivas moror. Martial. lib. 11. 57.

Convivas niveo torserat ore puer.

Avidi conviva. Hor. 1. Serm. 5. 75.

Comis. Hor. 2. Serm. 8. 76.

Dulcis. Propert. lib. 3. 7. 45.

Viveret ante suos dulcis conviva penates.

Ebricus. Ovid. 5. Fast. 337.

Facetus. Juven. 9. Sat. 10.

— conviva joco mordente facetus.

Frequens. Ovid. 2. Amor. 5. 21.

Gratus. Hor. 2. Serm. 2. 119.

Hilaris & bene accepti. Cic. 16. Att. 16.

Latius. Hor. 2. Serm. 6. 111.

Madidus, i. e. Bene potus. Martial. lib. 9. 23.

Æstuet ut nostrum madidus conviva ministro.

Plenus. Lucret. lib. 3. 32.

Satur. Hor. 1. Serm. 1. 119.

Serius. V. SERUS.

Abducere filii aliquem convivam. Ter. Eun. 3. 1. 17.

Tum me conviviam solum abducet fibi.

Agere conviviam latum. Hor. 2. Serm. 6. 111.

Solvere convivas, i. e. Dimittere. Ovid. 6. Fast. 675. Convivia emendat Heinr. ex Mif.

Vocare conviviam. Plaut. Afin. 4. 1. 23.

Vocet convivam neminem: illam tu voces.

Convivis immines annotator. V. IMMUNEO.

CONVIVALIS, e. [convivialis] Quod pertinet ad convivium. Liv. 39. 6.

Tunc pfaltræ, famucifiræque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Idem, Multaque convivalia ex auro & argento vasa. Fabula convivales. Tacit. 6. Ann. 5.

Lætitia convivialis. Macrob. 7. Saturn. cap. 1.

Vestis convivalis. Sen. Controv. 25.

CONVIVALITAS, atis. f. Pontanus p. 272. Æstate nostra Galli dicuntur convivialitatem admodum dare operam. Hinc Convivales apud eundem. H. St. Libri notatio cultro bibliopagi refecta est.

CONVIVOR, atus sum, [convivior, ētā, συνεπούσιο] ēri. depon. Convivum facere. Ter. Heaut. 1. 2. 32.

Scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivari. Suet. Claud. cap. 32. pr. Convivatus est & super emisflariorum Fucini lacus, ac pæne submersus.

Convivari in publico, & de publico. Cic. 5. Verr. 105. Quotidie soli- tum esse non solum in publico, sed etiam de publico convivari.

Convivare, pro Convivari. Ennius Sat. lib. 1. Magno hercle suo malo convivat sine modo. Nonius 7. 55.

CONVIVATOR, ōris, m. [convivator, ētā] Qui ad convivium invitatur, vel Qui convivium facit & apparat. Liv. 35. 49. Est autem res si- millima coenæ Chalcidensis hospitis mei, hominis & boni, & sciri convivatoris, apud quem solstitiali tempore comiter accepti, &c. Istor. 2. Serm. 8. 71.

Sed convivatoris, ut ducis, ingenium res Adversa nudare solent, celare secunda.

CONVIVICO, ēre. Fulgent.

CONVOCO, [convocare] ēre. Simul vocare, congregare. Plaut. Mostel. 5. 1. 8.

Capio confiditum, ut Senatum congeronum convocem.

Convocare ad se. Cic. 3. Off. 58. Pilatores ad se convocavit.

Convocare ad societatem vita. Cic. 1. Tufc. 62. Aut qui dissipatos homines congregavit, & ad societatem vita convocavit?

Convocare in animum confusa. Plaut. Milit. 2. 2. 42.

Convocare in corde confiliarium de re argentaria. Plaut. Epid. 1. 2. 56.

Convocare concilium. Caf. 3. Bell. Gall. cap. 3. pr. Concilio celeriter convocato, sententias exquirere coepit. [Sed cum Davies Consilio legendum. Intelligit enim Consilium Castrense, quod apud Legatum ex

Tribunis, Praefectis & Centurionibus constabat. V. CONSILIO. Convocare populum in tribus. Cic. 3. de Legib. 7. Decriptus enim populus censu, ordinibus, æstatibus, plus adhibet ad suffragium consili, quam fuse in tribus convocatus.

Convocare in concessionem, & ad concessionem Cic. 3. de Lege Agr. & Liv. 7. 6.

CONVOCATIO, ōnis. f. [convocatio] Cic. Post red. in Senat. 18. Nulla ad Remp. defendandam Pop. Romani convocatio.

CONVOCATUS, ūs. m. Idem apud JCtos.

CONVÓLO, [convolatio] ēre. Simul volare. Populus convolat; tumultuantur, clamant. Ter. Hecyr. prol. 40.

Convolare, pro Festinare, per translationem. Cic. 3. Tufc. 50. Et illi pugnant, & quidem vicinorum fidem implorant: multi autem sunt qui statim convolent. [Non est Festinare, sed Festinanter concurrens his locis.]

Convolare ad Rostra. Cic. pro Rabir. Post. 18.

Convolarunt ex Italia ad me revocandum. Cic. pro Domo 57.

Convolare, pro Animum adscire. Paulus in l. Si pluribus. D. de leg. 1. Siquidem evidentissime apparuerit, ademptione a priore legatario facta, ad secundum legatum testatorem convolasse.

CONVOLVO, volvi, volutum, [convolatus] ēre. Simul volvere. Cic. 2. de Nat. Deor. 113.

Quem propter nitens pennis convolvit ales.

Convolare in offas. Plin. lib. 12. cap. 9. Nigrum vero bdellium, & in offas convolutum, adrobolos vocant. Idem lib. 12. cap. 17. Atque attractis funiculis herbam eam convolvi, atque ita offas fieri.

Convolventur in semet dracones. Plin. lib. 10. cap. 72.

Serpens convolvit lubrica terga. Virg. 2. Aen. 447.

Mare convolvit gentes, Oppressit undis. Lucan. lib. 5. 623.

Convolare verba magno cursu, est Profundere, ita ut conglomeres. Sen. Epist. 40. Audile te scribis Serapionem philosophum, quum istuc applicuisset, solere magno cursu verba convolare: qua non effundit una, sed premit & uret.

CONVOLVENTS, Partic. [convolvens] Cic. 1. de Divin. 46. Quum se convolvens Sol elaboretur & abiret.

CONVOLUTUS, a, um. Partic. Plin. 37. 7. Convoluto igne flagrare.

CONVOLVÖLUS, vel CONVOLVULUS, i. m. [convolutus] Vermiculus corrodentes vites; qui & Volvox etiam dicuntur. Plin. lib. 17. cap. 28. Simili modo ne convolvulus fiat in vinea, amuræ congios duos decoctos in crastitudinem mellis, &c.

Convolvolus, est etiam Herba. Plin. lib. 21. cap. 5. de lilo loquens, Elit nos non diffimili illis in herba, quam Convolvolum vocant, nascens per fructa, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti rudimentum naturæ lilia facere condicentis.

CONVÖTUS, a, um. Convoti, dicebantur Iisdem votis obligati. Festus lib. 3.

CONUS, i. m. [conus] dicitur Curvatura quæ in summitate galeæ prominet, super quam crista sunt, inquit Servius. Virg. 3. Aen. 468.

Et conum insignis galeæ, cristaque comantes.

Acumen coni. Lucret. lib. 4. 433.

Decus. Sil. lib. 4. 14.

Picto cono nutantia capitum tegmina. Ovid. 3. Met. 108.

Angustus. Lucret. lib. 4. 431.

Gloria ardua coni. Stat. 8. Theb. 706.

Conus, Fructus pini arboris in acumen desinens, Strobilos alias dicitur. Rucl. lib. 1. cap. 112. Græci, ut testatur Galenus, pinæ nuces, conos & strobilos appellant. Servius sic ait, Conus dicitur fructus cupressi: & ipsa, conoides est, 3. Aen. 690.

Conus a Græcis dicitur vel Pyramis, vel Meta, sive Inversus turbo. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Conum tibi aïs, & cylindrum, & pyramidem, pulchriorem quam spharam videri.

Conus, Figura est ex lato in acutum desinens, quæ Turbini contraria est. Nam Eucl. 2. Elem. aïs, Conus est figura, que converso circum quiescens alterum latus eorum quæ rectum angulum continent, orthogonio triangulo continetur, quum in eundem rursus locum illud triangulum restitutum fuerit, unde moveri cœperat.

CONÍFERS, a, um. Adj. [coniferous] ut, Conifera arbor, Quæ conos fert. Apices coniferi. Claudi. 3. de Rapt. Proserp. 398.

Cyparissus conifera. Virg. 3. Aen. 680.

CONÍGERS, aliud Adj. [coniferous] ut, Pinus conigera. Catul. in Argon. 164.

CONOIDES, idis. [conoides] Quicquid est coni figura. Unde Cupressus femina, Conoides dicitur: nam a rotunditate in acumen levatur, ut ait Servius ad 3. Aen. 690. Mas vero spargit extra se ramos, deputaturque, & accipit item nullæ metæ aspectu. Ruell. 1. 74.

CONISCO, [conicula] ēre. Frontem fronte percutere, arietare: quasi Conis convergis capita quatere. Quintil. lib. 8. cap. 3. Caput opponis cum eo confiscans, ubi V. Burn. p. 685. Lucret. lib. 2. 320.

Et satiati agni ludunt, blandeque confiscant. [Ob primam brevem a Conus adiudi nequit.]

CONVULNERO, [convulnere] ēre. h. e. Multis vulneribus afficer. Plin. in Paneg. c. 35. Neque ut antea, exanguem illam & ferream frontem nequicquam converularandam præbeant punctis, & notas suas rideant. Plin. lib. 11. cap. 37. Ipse convulneratus, & captus semel, per caver-nam lautumiarum evasit.

CONVULSO, CONVULSUS. V. CONVULSO.

CONYZA, a. [conyza] Herba que & Cunilago dicitur. Plin. lib. 21. cap. 9. Vulgo appellatur vulicaria.

CONYZOIDES, idis. n. Herba. Plin. 19. 8. Al. Conyzia.

- Cōspētio**, pērui, pertum, [συνεπάλιτο] ire. Tegere. ut,
Cooperatum telis corpus inventum. Liv. 8. 10.
- Cōspētus terra**. Plin. lib. 10. cap. 54. Scitum de quodam vini potore
reperitur, Syracusis tam diu potare solitus, donec ab eo cooperta terra
fūtū ederent ova.
- Pannis cooperta membra. Lucret. lib. 6. 1267.
- Cooperire aliquem lapidibus, pro Lapidare. Liv. 4. 50. Eo indignatio
erupit, ut Tribunis militum ab exercitu suo cooperiretur lapidibus.
Cic. 3. Verr. 119. Quem iste collegam nisi habuisse, lapidibus cooperi-
tus esset in foro. i. e. Obrutus.
- Cōspētus sceleribus**. Cic. 3. Verr. 9. Qui istum tot, tantis, tam nefari
sceleribus coopertus jurati sententia sua liberantur.
- Cōspētus miseriā**. Sallust. in Jugurth. cap. 14. Sicuti videtis, extorrem
patria, domo, inopem, & coopertum miseriā, efficit, ut ubi vis tui
tuis quam in meo regno essem.
- Cōspētus famosus veribus**. Hor. 2. Serm. 1. 68.
- Cōspētūm**, i. n. Gell. 5. 7. Os cooperamento personæ testum.
- Cōpērculum**, i. n. [κόπηρο] Quo quid cooperitur. ut, Coopercul-
lum doliorum. Plin. lib. 14. cap. 21. Legitur & Operculum ex vetusto
exemplari.
- Cōpētōrium**, i. n. Veget. de Ra Vet. 3. 77. extr. Calidis cooperto-
riis involutum deambulet.
- Cōpērōr**, f. [κοπέρα] āri. Gloss. Vet. Vox apud scriptores ecclie-
siasticos frequens.
- Cōpērātiō**, ōnis. f. Quintil. Declam. 16. extr. Habet omnia mini-
stria sua debilitas, suas cooperationes. Sed lectio dubia est. V. not.
- Cōpērātōr**, ōris. m. Apul. Flor. 2. Ex apud Hieron. Augustin. aliosque
scriptores Christianos.
- Cōpērāriūs**, i. m. Apul.
- Cōpētō**, [κοπηρίου] āre, est Eligere inter pares, aut fere pares,
auctore Valla lib. 5. cap. 60. ut, Milites cooptant quem volunt ducem.
Cic. de Lege Agr. 18. Ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.
- Cooptare in collegium & in ordinem. Cic. de Clar. Orat. 1.
- Cooptari in locum alterius. Liv. 40. 42. Triumvir epulo mortuus, Q.
Fulvius M. F. in locum eius Triumvir cooptatus. h. e. A collegio ele-
ctus, & quodammodo receptus ac comprobatus.
- Cooptare Senatores, & Senatum. Cic. 2. de Divin. 23.
- Cooptavit sibi collegam in tribunicia potestate. Suet. in August. cap. 27. extr.
- Cooptari in locum vacuum. Liv. 5. 10. extr. conf. seq. cap.
- Cōpētātiō**, ōnis. f. [κοπητήρ] Cic. 3. de Legib. 27. Neminem in
sumnum locum nisi per populum venire, sublata cooptatione Censoria.
Cooptatio in patres. Liv. 4. 4.
- Cōpētōr**, cooritis vel cooritatis, coortus sum, [ἀπό εκφύω] īri. Simul
oriri. Plin. lib. 11. cap. 10. Si cooritatis procelta, apprehensi pondusculo
lapilli se libravit. De apibus loquitur. Cæs. 1. Bell. Civil. 48. Tanta
enim tempestas cooritur, ut nunquam, &c.
- Bellum coortum ingens in Hispania. Liv. 29. 1.
- Febris coorta est superante bili. Lucret. lib. 4. 668.
- Fulgore coorto fulserunt flammæ. Lucret. lib. 1. 726.
- Mare coortum sœvit. Lucret. lib. 5. 1001.
- Pestilentia coorta. Liv. 4. 52. pr.
- Procella cooritur. Plin. lib. 11. cap. 10.
- Seditio coorta est in populo. Virg. 1. Aen. 148.
- Tempestas coorta est. Cic. 3. Verr. 46. Tum subito tempestates coortæ
sunt maximæ.
- Ventis coortis commiserat se unda. Ovid. 11. Met. 512. Al. Admiserat.
- Cooriri, Invadere in hostem. Plin. lib. 8. cap. 16. Generositas maxime
in periculis deprehenditur: non in illo tantummodo, quod spemens
tela, diu se terrorre solo tuerit, ac ultime cogi testatur, cooriturque non
tanquam periculo coactus, sed tanquam amentis iratus. De leone.
- Coorti ad bellum. Liv. 4. 3. Volscos & Eques fama affertur, summa vi
ad bellum coortos.
- Coorti in pugnam. Liv. 21. 32. Qui si valles occultiores infessarent, co-
orti in pugnam, repente ingentem fugam, stragisque deditissent.
- Cōpētōs**, ūs. m. Lucret. 2. 1104.
— post mundi tempus genitale, diemque
Primigenium maris, & terra, folique coortum.
- Cōs**, five **Cōs**, five **Cōus**, five **Co**, five **Cons**, [Κῶς, Κῶ]
- Insula in mari Ḵēgæ, seu, ut quidam aiunt, in Icario, Rhodo proxima,
& Caria opposita, que olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu
jucundissima iis, qui eo navigabant. Ambitus ejus quingentis, & quin-
quaginta stadiis clauditus, tota fertilis, & optimo vino abundans. [Co,
& Cons in recto non legi].
- Est & urbs ex nomine antiquitus Astypalæa vocata. Dicta a Co Meropis
filia, quæ ibi regnavit. Strabo lib. 4. scribit novem gentes & quinque
millia oppidorum esse, quorum nullum sit minus Co Meropide. Nunc
vulgo dicitur *Lango*. Dicta fuit & Cea. q. v.
- Cōus**, a. um. Ad. [κώσ] unde Hippocrates medicus, & Apelles pictor, Coi
dicti sunt, quem in ea insula natu perhibeantur. Ovid. in Arte Am. 3. 401.
Si Venerem Cous nunquam pinxerit Apelles. Al. Pofusset.
- In primitivo prima cooptitur a Papilio Silv. 1. 2. 252.
— hunc ipse Co prudente Philetas. [Immo Choro plaudente.]
- In suburbano Coi, Aſculapii templum fuit valde insignis, & multis donis
opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quæ postea Julio Cæſari
Roma dicata est.
- Coa**, n. pl. dicuntur vestes boycinæ tenuissimæ, adeo ut feminæ per
eas nudæ perlucerent, unde Horat. 1. Serm. 2. 101.
- Altera, nil obstat: Coi tibi pæne videre est, Ut nudam. Ovid.
in Arte Am. 2. 298.
- Sive erit in Tyriss, Tyriss laudabis amictus:
- Sive erit in Cois, Coa decere puta. V. Plin. lib. 5. cap. 31.
Et lib. 29. cap. 1. & 11. 23. Eadem & Cæs dicebantur. V. in cœla.
- Cōpa**, V. **caupo**.
- Cōpadia**, orum. n. pl. Idem quod Cupedia. q. V.
- Cōpētūs**, ārum. pl. f. [Κῶντες] Urbs Bæotæ. Strabo lib. 9. Indicio huic
rei est Cephisus maxime lacum Cōpētūm implens. Nam quum lacus
ipse crescit, ne Cōpētūs demergantur disserim ingruit: quod & poe-
ta nominat ait. Et ab ea civitate facus ipse nomen adipiscitur. Juxta
lacum terra hiatus facto penes Copas alveum sub terra ad stadia xxx refe-
- ravit, quo receptus est fluvius. De hoc meminit & Plinius lib. 4. cap. 7.
- Cōphantus**, Mons est semper ardens apud Bæotæ Indiæ populos, ut
est apud Plin. lib. 2. cap. 106.
- Cōphēs**, āris. Cōphēs est in India. Pompon. lib. 3. cap. 16. Indus ex
CORCYRA, a. f. [κορκύρα] Maris Adriatici insula inter Epirum & Calabriam sita, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Ulyssis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima. Venetorum est hodie, vocaturque vulgo Italis *Corfu*. Hujus meminit, Virg. 3. Enn. 291.

Protinus aëris Phæacum abcondimus arcas,

Litoraque Epiri legimus, &c. Aërias arcas Phæacum, Corcyram (inquit Servius) insulam dicit, sitam inter Epirum & Calabriam, ubi regnavit Alcinous. Lucan. lib. 9. 32.

Corcyra secreta petit, ac mille carinis

Abstulit.

Est & Corcyra Nigra cognominata, ab illa superiore diversa, quam inter Elecridas enumerat Pomponius Mela lib. 2. cap. 7. Hinc

CORCYRÆUS, a. um. Adj. [κορκυραῖος] Cic. 6. Att. 2. Εὐθέας Sempronii Rufi cognovi ex epistola Corcyrae.

Bellum corcyraeum. Nep. 2. 2.

CORDATUS, **CORDOLIUM**. In cor.

CORDACISMUS, i. m. [κορδακισμός] Saltationis est species, turpis, indecentisque: nam saltationum alia quidem bellicae sunt, ut pyrrhica: nonnullæ vero ridiculare, quibus modo conciliatur risus. Ilis autem utuntur in conviviis & theatris. Harpocratio vero, in verbo Cordacismus, cuius meminit in Philippicis Demosthenes, Cordas inquit, comicæ saltationis est species, sicuti Aristophenus tradit in libro da Saltatione tragicæ. V. Cel. Antiq. Lect. lib. 5. cap. 4. Schol. Aristoph. ad Nub. Petron. cap. 52. Adde quo supra in cor, per imprudentiam, posita sunt.

CORDILIC, Philoſophus Stoicus Pergamenus, omnium principum ac regum amicitias spernbat. Hunc Cato Uticensis in Macedoniā cum exercitu missus, precibus exoratum in castra secum duxit, magnam se putans adeptus palmarum, qui hominem severissimum e sententia dimovisset. Volatiter. lib. 14.

CORDILLA, vel Cordila. In **CORDYLA**.

CORDUBA, [κορδοβή] Baetica Hispania utbs clarissima, utriusque Sene- cae & Lucani patria. Martial. 1. 62.

Duoque Senecas, unicunque Lucanum

Facunda loquitur Corduba. Nomen etiam nunc retinet. A Corduba, Cordubensis conventus dicitur Plinio, ut Astigitanus & Hispalensis, a clarissimis oppidis, & quartus Gaditanus. Cordubensis agri fertilitas, & dives cultus scriptoribus laudatur. Sil. lib. 3. 401.

Nec deus auriferis cœlavisti Corduba terræ.

CORDUBENSIS, e. Plin. 3. 1. Conventus Cordubensis. conf. Hirt. Bell. Alex. cap. 57.

CORDU, Portus Themiscyrenæ regionis, de quo Plin. lib. 6. cap. 4.

CORDUS, Cognomen Ronianum, quod Ex cafu nascentium tractum docet Quintil. lib. 1. cap. 4. de quo egimus in **CORDUS**.

Valerius Cordus inter præceptores Alexandri Namæ noninatur. Lamprid. cap. 3.

Cordus item Cremitius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tranquillus in Caligula cap. 16.

Fuit & Ebius Corbus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui virtio vertitur, quod corrum qui obscuriores essent minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos variaeget, aut quoties vestrum mutaverit, fane nec de clarissimis notisque viris commemorandum est. Author Capitol in Clod. Al. cap. 5. & Maximin. 12.

CORDUS, a. um. Adj. V. **CHOERODUS**.

CORDYLA, five **CORDYLLA**, a. f. [κορδύλη] Pisces minutus, qui Partus chynnum dicitur. Plin. lib. 9. cap. 15. Limoso cordyla a luto pelami-

pelamides incipiunt vocari: & quum annuum excessere tempus, thynni. Martial. lib. 13. 1.

Ne togæ cordyllis, ne pænula desit olivis, &c.

Vetus cordylla. Martial. lib. 11. 52.

Mox vetus, & tenui major cordylla lacerto. Al. Cordulla, vel

Cordilla scribunt. [Malim Cordyla, uno l, ut Græci.

CORILLIUS, Eques Romanus, Atefæ genitus, inferuit castaneam suomet ipsam surculo in Neapolitanio agro. Sic facta est castanea qua ab eo nomen accepit inter laudatas. Postea hæres eius libertus Corillianum interum inferuit. Hæc est inter eas differentia, illa copioſior, hac Corillianam melior. Verba sunt Plin. lib. 17. cap. item 17.

CORESA, a. f. Helladis, id est Gracie insula. Plin. lib. 4. cap. 12. At in Hellade, etiamnum in Ægeo Lichades, Scarphia, Corefa, Phocaria, compluresque alia, ex adverso Attica fine oppidis, & ideo ignobiles. Harduinus edidit Carefa.

CORESIA, a. f. [Κορησία] Minerva, de qua Cic. 3. de Nat. Deor. 59. Quarta, inquit, Minerva Jove nata, & Coryphe Oceanii filia, quam Arcades

Coresiam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt. Stephan. vero ait, Corion locum esse in Creta, δέ τόπος πόλις: unde sit civis Corefius, & palus Corefia, & Minervæ templum Corefæ, quam potius deductam ait

αὐτῇ, quam a Corio, unde rectius fiat Coricus. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Chorion nominat. Mif. Cic. Corian, aliquipulate Pausan. Arcad. p. 251. Wech.

CORETAS, a. m. ut post Plutarchum referit Cœlius, Pastor quidam fuit, qui omnium princeps ex afflato est vaticinatus. V. Plutarch. lib. de

Oraculis qua defecissent, & Rhodig. lib. 8. cap. 16.

CORETUS, i. m. Maotis lacus sinus, in quem alveo naturali per Nomadas & Hylos influit Hypanis. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

CORFIDIUS, i. m. Vir Romanus equestris ordinis, de quo sic Plin. ex Varrone, Adjecti miracula, quæ tota indicare convenientia. Ex duabus fratribus equestris ordinis, Corfidio major accidisse ut videretur expirasse, apertoque testamento recitatum hæredem minorem funeri intitulisse: interim eum qui extinctus videbatur plaudendo concivisse ministeria, & narrasse a fratre se venisse, commendatam sibi filiam ab eo. Demonstratum præterea quo in loco defodiatur aurum nullo concio, & rogasæ ut iis funebribus, quæ comparafest, efficeretur. Hoc ex narrante, fratris domelli ci proprie annuntiavere exanimatum illum, & aurum ubi dixerat, reperitum est. Hec illle lib. 7. cap. 52. extr.

CORFINIUM, i. n. [Κεφίνιον] Pelignorum metropolis Straboni lib. 5. Silius lib. 8. 52.

Marrucina simul Frentanis æmula pubes

Corfini populus, magnisque Theate trahebat. Pro Corfinii.

CORFINIENSIS, a. Adj. [Κεφανίδης] Corfiniensium, Pelignorum populi, memini Plin. lib. 3. cap. 12.

CORGO, apud antiquos pro adverbio, quod est Profecto ponebatur, in qui Festus. Qualis Ex corde ago, id est loquor, ut placet Martinio.

CORIASIA, Herba est, qua Magi tradiderunt aquam conglaciari, quo etiam nomine a Pythagora celebrata fuit, teste Plin. lib. 24. cap. 17.

CORIAGO, V. CORUM.

CORIANDRUM, i. n. [κορεῖον] Herbæ genus. Plin. lib. 20. cap. 20. Coriandrum inter filifolia non invenitur. Corianon vel Corion alias dicuntur.

CORIANUM, [κορεῖον] Medii digiti annulus, Polluci, qui inter ornamenti mulierib[us] Corianum adscribit, lib. 5. cap. 16.

CORIARIUS, In CORIUM.

CORIAS, a. f. Genus pisces. Plin. lib. 32. cap. 11. Corias sive parianus, sive faxitanus a patre Batica, lacertorum minima. Castigatoriæ exemplaria habent Colias. V. Harduin.

CORICÆ, Insula dux fuit ante Peloponnesum, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 12. **CORICUM**, i. n. Vitr. 5. 11. Ubi alii interpretantur Gymnasi partem, ubi pueræ exercabantur; alii Tonitritam, alii alter. V. Baldi Lex. Vitr. & Turneb. Advers. 10. 10.

CORICUS, In CORYCUS.

CORIGIA, In CORIGIA.

CORINTUM, [κορίνθιον] Ptolemae Dalmatiae urbs, hodie Corinium. Est & Corinium, eodem auctore, Britannia urbs, alio nomine Claudiæ castra. Hodie vulgo Claudiostræ, Gloucester.

CORINNA, a. f. [κορίνθια] Thebana mulier Lyrica, vicit quinque, ut memini Pindarus: scriptis libros quinquaginta & epigrammata. Suidas & Pauianus auctores.

Corinna altera ab Ovidio poeta in libris Amorum celebrata.

Blanda Corinna. Martial. lib. 12. 44.

Te posse Nasonem blanda Corinna sequi. subaudi Posset.

CORINNUS, [κορίνθιος] Illyrius verificator ante Homerum, qui primus, ut quidam volunt, scriptis illiada, vigente adhuc bello Trojano. Scriptis autem litteris Græcis inventis tunc primum a Palamede, cuius fuit discipulus: scriptis & Dardani contra Paphlagonas bellum. Ex quo putatur Homerus haustus omnem operis materialis. Auctor Suidas.

CORINTHAS, ädis. f. Herba qua Menais alio nomine dicitur. Plin. lib. 24. cap. 17.

CORINTHUS, i. f. [κορίνθιος] Achæa caput, inquit Florus 2. 16. pr. Græcia decus, inter duo maria, Ionum & Ægeum, quasi spectaculo exposta. Corinthum (inquit Strabo, lib. 8.) fane locupletissimum ait, quum Isthmo immineatemporium, locus negotiatoribus frequentatus, & duorum dominus portuum exsaltat: quorum quidem alter Alæ, alter autem propinquus est Italiæ: utroque ex loco facilest invicem mercium communicationes facient, tantundem remortis utrinque gentibus. Cic. 2. contra Rullum 86. Corinthi (inquit) vestigium vir relictum est: erat enim posita in angustiis, atque in fauibus Græcia, sic ut terra claustræ locorum teneret, & duo maria maxime navigationi diversa pene conjungeret, quum pertenui discrimine separarentur. Strabo scribit Corinthios, Populi Rom. legatos, quum forte tecta quedam magnifica præterirent, foribus effusis commaculare ausi. Cuius gratia quum alia quoque superficie atque in insolentia eorum haud obfcura extarent argumenta, ingenti comparato exercitu, L. eam Mummius imperator solo aquavit, (id enim superbus meruerat) lignis, tabulisque pretiosissimis in Urben aportatis. V. Cic. pro Leg. Manil. 11. Corinthus a Sisyphio Iarone Æoli filio condita fertur: deinde eversa, & instaurata a Corintho Oretis filio. Auctor Strabo. Prius Ephrya dicebantur, hodie parvus est vicus, vocaturque Corintho. Ære optimo abundant; unde Ovid. 6. Met. 416.

— nobilis arcæ Corinthus. Porro Corinthus propter utrumque mare, Ionum scilicet, & Ægæum, a poetis Bimaris dicitur. Ovid. 4. Fast. 501.

Adriacumque patens late, bimareque Corinthum. Hor. 1. Carm.

7. 2. Quin & Isthmum ipsum eo cognomine Ovid. donat Met. 5. 407.

Qui virtute sua bimare paciverat Isthmum.

Non cuius homini contingit adire Corinthum. Hor. 1. Epist. 17. 36.

Adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quoque non sit cujuslibet hominis affectare, vel efficere. Vide Erasmus Chiliad.

Apollodus auctor est fuisse & alias hoc nomine dictas civitates, qua-

rum una fuit in Theffalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

CORINTHIUS, a. um. Adj. [κορινθιακός] ut, Corinthia vasa, ex ære Corinthi facta, cum quo auri argenteique portio quedam commissa erat.

Nam ut Corinthum maxime laudabatur. unde factum ut Omnia vasa ex

arte elegantiæ, Corinthia sint appellata, quæ Strabo in octavo

κατάλογον ονομάζεται. appellat. Plin. lib. 34. cap. 2. Sunt ergo vasa tantum Corinthia, quæ illi elegantiæ nunc æ sculpendo transferunt modo in lucer-

nas, modis in trullas.

Æs Corinthium. Flor. 2. 16.

Isthmus Corinthius. Senec. in Thyest. v. 124.

Isthmi si quis amat regna Corinthi.

Vestis Corinthia. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 33. al. Gortynia.

CORINTHIUS, örum, pl. sine adjecto, pro Vasis, per antonomasiam.

Martial. lib. 9. 58.

Nil est tritius Edili lacernis:

Non anfa veterum Corinthiorum, &c.

CORINTHIACUS, a. um. [κορινθιακός] aliud Adj. ut,

Sinus Corinthiacus, Ovid. 15. Met. 507. Le gouf de Patras.

Terra Corinthia, apud Ovidium 1. Trist. 9. 9.

CORINTHIENSIS, e. aliud Adj. Corinthienses ex eo dici coope-

runt, ex quo coloni Corinthum sunt deduci, qui ante Corinthi sunt

dicti: quam consuetudinem servamus etiam quum Romanenses, & His-

panenses, & Sicilienses negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus

negotiantur. Hæc Fetus.

Fons Corinthiensis. Plaut. Aul. 3. 6. 23.

Litus Corinthiensis. Tacit. 5. Ann. 10.

CORINTHIARIUS, i. m. fidiculus est Qui vasa æris corinthiaci conficit vel uititur. Suet. Aug. cap. 70. Pater argentarius, ego Corinthiarius.

[Immo] Corinthiarius hic dicitur, Corinthiorum insane studios, ut An-

cillarii, qui ancillas amat, Infantaria, quæ infantum amore infant. Sic

Uxorius, Patinarius, & alia forma ejusdem, affectum indicant, de qui-
bus V. f. l.

CORINTHÖTA, a. f. [κορινθιανή] Promontorium Acatnæa est, non

longe ab Astaco urbe, cuius meminit Strab. lib. 10.

CORIOLI, [κοριολα] Steph. 3. Oppidum in Latio: &

CORIOLANI, [κοριολα] Steph. κοριολαί Suid.] Populi Coriolorum

incola, apud Plin. lib. 3. cap. 6.

Coriolanus, a Coriolis captis cognomine dictus est C. Marcius. Liv. lib. 2. 33.

Vir illustris Romanus, quem Cicero multis in locis cum Themistocle

confert. Nam bellum (inquit in libro de Clar. Orat. 43.) Volscorum

illus gravissimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem tempore

quo Periarum bellum fuit, similiisque fortuna clarissimorum virorum.

Kursumque paulo post, Quare quoniam tibi quadrat omnia fuisse in The-

mittocle paria, & Coriolano, pateram quoque a me sumas licet: præ-

bebo etiam hoftiam, ut Coriolanus sit plane alter Themistocles. Ideo de

Amitic. 42. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui

quum imperator bello Perfico servitus Graciæ liberasset, propterque

invidians in exilium missus eset, ingratæ patriæ injuriam non tulit,

quam ferre debuit. Fecit idem, quod viginti annis ante apud nos fecerat

Coriolanus. His adjutor contra patriam inventus est nemo, itaque

mortem sibi uterque consivit. Coriolani vitam pluribus persequitur

Plutarchus.

Coriolana pri apud Plin. lib. 15. cap. 15. Sed V. Hard. not.

CORIO, i. n. [κοριον] Herba qua & Chamæpitytis dicitur. Plin. lib. 26.

cap. 8. Ruell. lib. 3. cap. 74. Hypericon, Plinio auctore, quod alii cha-

mæpityn, alii corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, ru-

bente, folio rata, odore acri, feminæ filiisque nigro maturescere cum

herde. Nomen in officinis servat. Rura herbam perforatum, aut mille

perforatum appellant, quod folia Soli objecta innumeris foraminibus sca-

tere, & omniæ ex parte punctis quibusdam pertundi, visuntur. V. plura

ibidem. Apud Plin. Corifon in Mif. legi tauratur Hard.

CORIS, idis. f. [κορίς] Altera hyperici species, folio tamariæ, & sub ea

nascitur, sed pinguioribus foliis & minus rubentibus, odorata, palmo

altior, leniter hispice, aculeata. Vis feminæ exaltactoria, & ideo infla-

tionem facit enterocolis: sed stomacho non utilis, præcipue ad stran-

giarium, si exulcerata non sit vesica. Hæc Plin. lib. 26. cap. 8. Meminit

Biochorides 3. 171.

CORISCUS. Leve missile in modum sagittarum. Virg. 10. Æn. 169.

Corycique leves humeris, & lethifer arcus. Ubi Servius, Cory-

ti proprie fuit arcuum thessæ: dicuntur tamen etiam sagittarum, quæ &

pharetras vocantur. V. CORYCUS in suo loco.

CORITUS, i. m. Rex Aborigine, nam omnes Aborigine reges Cor-

iti appellabantur, ut ex Berofo apterissime constar, atque hinc

apud eum sapie legis ita, Italus filium fuum Morgenot creatur Corinthum & Morges Corbo blasphemæ Corinthum creat. hoc est, regem. & de hoc re-

ge intelligentum est in locis illis Virgilii, quum ai 10. Æn. 719.

Venerat antiquis Coriti de finibus Aeron. & 9. Æn. 10.

Nec fatis extremas Coriti penetravit ad urbes. Quibus in locis

valde deceptus est Servius, qui putavit Coritum fuisse non solum regem,

sed etiam civitatem & montem Thuscæ, quum nec apud Ptolemaeum,

nec apud Strab. nec apud Plin. nec apud Petrus, quænamquam antiquorum (quod sciam) talis civitas aut montis nomen reperiatur. Sed rectius scribes

cum ῥ & ΤΗ, Corythus, quod videt.

CORIUM, i. n. [κοριον, βορα] propriæ animalium est, præfertim eo-

rum quæ crassiores pellēm habent, ac duriores: quod & Scorium dicitur.

Ponitur tamen Corium pro quicunque Pelle, etiam rerum inanimarum.

Hæc Perrotus. Cæf. 2. Bell. Civil. 10. Super lateres coria indu-

cuntur, ne canalis aqua immunda lateres diluere posset. Cic. 2. de Nat.

Deor. 121. Quarum aliae coriis tecta sunt, aliae villis vestite, aliae spinis

hirsutæ.

Coria, cilicia, saccos imperare. Cic. 3. in Ver. 95. Hoc scitote, hi-

nominiu-

nominibus, quae res per eum gestae sunt, quam iste civitatibus frumentum, coria, cilicia, faccos imperaret.

Coriorum confectores. Firmic. lib. 3. cap. 9. & 12.

Canis assuetus corio; Proverbium est, de illis qui cum semel illecebras vitorum degustarunt, nullo modo avocari amplius possunt. Hor. 2. Serm. 5. 81.

Ut canis a corio non absterrebitur uncto. V. in CANIS.

Castanea corium. Plin. lib. 15. cap. 28. Putamine clauduntur nuces, corio cattanea.

Hominis. Plaut. Cistell. 4. 2. 36. Periit meum corium.

Nubium corium. In NUBES.

Piscium corium. Plin. lib. 6. cap. 24.

Perficeret coria. Plin. lib. 12. cap. 9. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur, galla vice. Siclib. 16. cap. 6. ad finem, Sed gallam hemeris optimam, & coris perficiendis aptissimam.

Corius, m. gen. apud Plaut. Poen. 1. 1. 11.

Tres facile corios contrivisti bubulos. Idem alibi, Jam tibi tuis meritis crassius corius redditus est, teste Festo, q. V.

Coria in structuris. Budæus, Coria sunt in architectura singuli ductus structurae, qui uno tenore ducuntur aut in altitudinem, aut in crassitudinem. Vitruv. 7. 3. Itaque tres fascinantur in ea structura crastæ, duæ frontis, & una media factura. Græci non ita: sed plana, collocantes corios alterius in crassitudinem instruentes, non media faciunt, sed & suis frontis perpetuum, & in unam crassitudinem parietum consolidant. Caton. cap. 18. extr. Fundamenta primum fistucato, postea camentis minimis, & calces arenato semipedem unumquodque corium struto.

CORIARIUS, a, um. Adj. Quod ad coria pertinet, ut Coriariorum frutex, est rhizus herbae. Plin. lib. 24. cap. 11. Nam & herba est silvestris, foliis myrti, caulinis brevibus, qua venena & tinea pellit: & frutex coriarius appellatur, subfrutus, cubitalis, crassitudine digitali: cuius aridis foliis, ut malicorio coria perficiuntur.

CORIARIA, æ. f. Officina coriarii. Petron. cap. 2. In coraria habitare. Al. in Culina.

CORIARIUS, i. m. [βεργοντίον] Qui coria concinnat. Plin. lib. 17. cap. 9. In coriariorum officini polo madefacto. Sic Firmic. lib. 4. cap. 7.

CORIAGO, inis. f. [αργεστός] Boom morbus. Columel. 6. 13. Est & infesta pellis bubulo pecori: coriaginum rustici appellant: quum pellis ita tergori adhaeret, ut apprehensio manibus deduci a costis non posset. ea res non aliter accidit, quam si bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus est: aut sudans in opere faciendo refluit: aut si sub onere pluvia madefactus est.

CORIAGINOSUS, a, um. Adj. Veget. Mulom. 1. 38.

CORUSTUM, Crux. in Hor. Sat. 3. libri 1. p. 341. Ab ejus autem corii, five Corusti duritie. Et paulo post, Hujuscemodi corustis, (ut utr in integrum) &c. Hos locos praededit ite: Adeo ut Crustum per crasis dictum sit, quasi Corustum, nimis ab Usto corio. H. St. Non æque mihi Cruquius persuadet.

CORMALOS, Flavius Troadis, in conventu Adramytteno, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

CORNIS, Collis est suburbanus agri Tusculani, in quo locus visitur antiqua religione Dianae sacrificatus a Latio, velut arte tonsili coma fagei nemoris. Auctor Plin. lib. 16. cap. ult.

CORNEATES, Pannonicæ populi, de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

CORNELIA Gens, Romæ omnium gentium amplissima nobilissima que ab antiquis est habita, de cuius origine nihil iam occurrit. Familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginensem est, altera Scipionum, Rufinorum tertia, postrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, & si qui sunt alii, plebeios potius quam patricios crediderim. Qua equidem in re veterum auctorum diligentia requirenda est, qui cum in aliis, tum in Corneliiis nobis describendis valde videntur errare, quod cuivis attentius paulum consideranti faciliter obviabit. Ceterum scribit Valerius Maximus lib. 8. cap. 16. imaginem Africani in cella Jovis Opt. Max. positam honoris atque dignitatis causa, quæ quotiescumque munus aliquod Cornelius gentis celebrandum esset, inde petetur. Proprium ergo hoc & peculiare Africanorum erat, ut illud Poplicherum & Tubertorum, quos in urbe sepeliri consueverint Cicero & Plutarchus ostendunt.

CORNELII multi illustres fuerunt.

Cornelius Afina. Macrobr. 1. Saturn. 6.

Cornelius Cosius, tribonus militum. Liv. 4. 19.

Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, vir disertus, vita illustrium virorum scriptor, quarum tantum Pomponius Atticus extat. scriptor etiam excellentium Imperatorum vitas, quæ hodie exstant. Huic Catullus opus suum dedicat.

Cornel. Epicadius, L. Cornelii Sulla Dictatoris libertus, librum quem Sulla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, supplevit. Tranquillus de ill. Gram. cap. 12.

Cornel. Gallus, ante omnes (inquit Servius) primus Ægypti prefectus, fuit poeta eximus. Nam & Euphorionem translavit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride scriptis libros quatuor. De quo multa Servius in Bucolicis Virgilii: de quo & illud diitichon extat, Na- fonis 1. Amor. 15. 29.

Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois,

Et fua cum Gallu nota Lycoris erit.

Cornelius Severus inter poetas epicos ab antiquis auctioribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem sūisse versatum in declamationibus, qua in re ingenio suum atque eruditio maxime probavit: quum in eodem officio essent alii complures. ut Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A Fabio Quintiliano ita commendatur, ut versificator quam poeta melior habitus sit. Scriptor inter alia multa opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum non est propter immaturam mortem. Quod opus si absolvere potuerit, merito sibi secundum locum vendicaserit, ut idem Quintil, auctor eff. lib. 10. cap. 1. Extat ejus Carmen illud, quo eleganter deservit Marci Ciceronis interitum, quod etiam ab Annæo Seneca magna opere commendatum est.

Oraque magnanimi spirantia pene virorum

In Rostris jacuere suis, sed enim abstulit omnes,

Tanquam sola fore, rapti Ciceronis imago, &c.

CORNELIA, æ. f. Soror Africana, mater Gracchorum, epistolas reliquit Vol. I.

elegantissime scriptas. Cic. in Brut. 211. Legimus epistolas Cornelie maris Gracchorum: appetat filios non tam in gremio educatos, quam in termone matris. Quintil. item Cornelie eloquentiam commendat, lib. 1. cap. 1. Eloquentia Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit.

Cornelia, p. Septi uxoris meminit Cic. 5. Fam. 6. Non satis credidi homini prudenti tam valde esse mutata voluntatem tuam: sed postea quani & Cornelia tua Terentiam convenit, & ego cum Q. Cornelio loquutus sum, adhibui diligenter quotiescumque Senatus fuit, ut adestsem.

CORNELIA Tribus. IN TRIBUS.

CORNOLAE, Genimæ sunt, quæ ita nuncupari videntur, quia inter onychas cornea quoque videntur varietas. V. Cælium Rhodig. lib. 17. cap. 10.

CORNOLUS, CORNESCO, CORNETA, CORNEUS. V. CORNU, & CORNUS arbor.

CORNICRN, Vox appellativa. V. CORNU.

CORNICRN, inis. m. Cognomen Oppiorum. Liv. 3. 35. Unde &

CORNICINUS, a, um. Adj. Cic. 4. Att. 2.

CORNICOR, CORNICULA. V. CORNIX.

CORNICULARIUS, CORNICULUM. V. CORNU.

CORNIFICIUS, i. m. Iisdem temporibus in poetica floruit, quibus in scribenda historia Salustius, Luccius, & Cornelius Nepos in Urbe præfliterunt. Fuit ingenio eleganti, & lepido, atque in scribendis epigrammatis versatus est. Sororem habuit Cornificiam, ut scribit Eusebius, cuius carmen in magno pretio habetur.

Fuit & Cornificus Ciceron paternus amicus & collega, ad quem multæ extant ipsius epistolas lib. 12. ad Fam.

CORNIGNUS, CORNIGER, CORNIPES. IN CORNU.

CORNISCE. arum. f. pl. Locus trans Tiberim erat, cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela cornices esse putabantur. Auctor Festus.

CORNIX, Icis. f. [κρητιν] Avis injucunda crocians, quæ alarum avium dulce esse dicuntur. Cujus naturam abunde describit Plin. lib. 10. cap. 12.

Plaut. Afin. 2. 1. 13. Picus & cornix est ab Izava, corvus, partha ab dextera.

Annofa cornix. Hor. 3. Carm. 17. 13.

Garrula. Ovid. 2. Met. 547.

Improba. Virg. 1. Georg. 389.

Inauspicata. Plin. 10. 12.

Rauca. Lucret. 6. 751.

Sinistra. Virg. 9. Ecl. 15. Sica Virgilio appellatur, quod cantus cornicis injucunda crociantis, malum auspiciis esset aliquid incipienti, malumque portenderet. Erat tamen aliquando cantus ejus auspicatus, & faustus: ut,

Tarpea quondam quæ seddit culmine cornix,

Et bene non potuit dicere, dixit erit. apud Suet. in Dom. c. 23. Turnebus 9. 29.

Vaga. Hor. 3. Carm. 27. 16.

Vetula. Hor. 4. Carm. 13. 25.

Cornicum oculos configere; Proverbium est, inquit Valla in Randensem, quasi Configere oculos eorum qui se sapientiores videri volunt, & duces: nam cornix duæ avium esse dicitur. Cic. pro Flacc. 46. Hic Hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippum hominem eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimum, percussit. ejus enim fide pecuniam sumpsit a Fusis. Item pro Muren. 25. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos configerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cantis Jureconfultis eorum sapientiam compilari. Quod proverbium (inquit Erafsmus) an natum sit ex apoloquo quoipiam, an ex eventu, an ex metaphora sumptum, non satis liquet. Undeconque fluxerit, perinde valere videtur, Cornicum oculos configere, quasi dicas, Novo quadam invento veterum eruditio obscurre, efficerique, ut superiores nihil esse, nihil vidisse videantur. Effertur autem per ironiam. Budæus autem sic interpretatur, Cornicum oculos configere, pro eo quod est, Callidos & verfulos homines veritatis & calliditate supplantare & eludunt: ut enim clavis clavo truditur, sic veritatis vafer, & as eludit autem. Sunt qui de hac re sic tradant, Cornicum oculos configere dicuntur hi, Qui arcana aliorum artem, ob idque magis, aut quæstus, aut admirabilem, pervulgant: qua perulgata tollitur aut quæstus, aut admiratio. Vel dicuntur hi, Qui aliqui cautos & prudentes, tale nihil suspicantes decipiunt. Adagium tractum putant ex natura animalis: Cornix enim ad cadaver hominis in patibulo aut rota expositi advolans, illi primum oculos eruit, ut caudicidi populo, auferendo illi cognitionem fastorum, quos scribi invulgando eruit cornicibus oculos, i.e. Abfultus id lumen, quo ceteris praestare videbantur.

Cornicibus superstes, & Cornicibus vivacior; de Vehementer annos, proverbialis hyperbole: ab avis ejus prodigiosa vivacitate sumpta. Martial. lib. 10. 67.

Et cornicibus omnibus superstes. De Anu nimium vivace. Hor. 4. Carm. 13. 25.

Cornix etiam Annulus est ferreus, quo ostium pulsatur, a figura, aut positus a garrulitate sic dicitur. [Miro], quo auctore hæc dicantur. Græcis quidem id genus crepitaculi ζεργά dicitur, verum id Latine similiter positione nusquam legi.

CORNICULA, æ. f. [ζεργά] dimin. Hor. 1. Epist. 3. 19.

Ne si forte sua repetitus videntur olim

Grex avium plumas, moveat cornicula risum

Furtivis nudata coloribus. Ex apoloq. Esoopi.

CORNICOR, [ζεργά] āri. Inepte garrire. Pers. 5. Sat. 12.

Nefcio quid rectum grave cornicaris inepte.

CORNU, n. indecl. [ζεργά] Plin. lib. 11. cap. 37. Omnibus autem cava, & in mucrone demum concreta sunt cornua: cervis tantum solidia, & omnibus annis decidua. Hor. 1. Serm. 4. 34.

Fenestrum habet in cornu, longe fuge. V. Adagia Erafmi.

Cornua a Curvore dista, quod pleraque curvamus. Var. de L. L. 6. 3. pr. { An Curva videmus?

Armati cornibus bestia. Cic. 2. de Nat. Deor. 121. Quarum alia cornis teæ sunt, alia villis vestita, alia spinis hirsuta: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere fugia pennarum.

Ramosa cornua dedit natura capreis, sed parva, nec decidua: Convoluta & in

& in anstadium arietum generi: rupicaris in dorsum adunca, damis in adversum: Erecta autem rugarumque ambitu contorta, & in leve fastigium exacta (ut lisas dices) strepseroti. Hæc ex Plin. lib. 11. cap. 37. ubi multa cornum genera video. Al. Lyras.

Aeria capra cornua, per Hyperbolen dixit Ovid. 5. Fast. 119. Arborea cervorum cornua. Virg. 1. Æn. 190.

Aurata Tauri sideris. Virg. 1. Georg. 217.

Camara cornua, Curva Servio. Unde & Cameræ appellantur. Virg. 3. Georg. 55. — & camuris hirtæ sub cornibus aures. V. CAMURUS.

Flexum circum cava tempora cornu. Ovid. 7. Met. 313. De ariete.

Inflexa in se cornua. In INFLEXO.

Latissima serii cornibus ura. Sen. Hippol. v. 65.

Praelonga. Lucret. 3. 614.

Prælonga. Ovid. 2. Fast. 119.

Primæ, Nafcentia. Hor. 3. Carm. 13. 4. Turgida cornibus primis frons hædo.

Ramosa cervi. Virg. 7. Ecl. 30.

Recurva. Ovid. 5. Met. 328.

Recurva in tergum. Ovid. 5. Fast. 119.

Rigidum. Ovid. 2. Fast. 346.

Sieciora corpora cornu. Catul. 21. 12.

Summis vix cornibus extant cervi. Virg. 3. Georg. 370.

Torva tauri. Lucan. 1. 612.

Addere cornua pauperi. In ADDO. V. infra.

Cuvare. Virg. 4. Georg. 299. Vitalus bima curvans jam cornua fronte.

Decermere inter se cornibus subigit tauros vacca. Virg. 3. Georg. 218.

Ductus cornu hircus. Virg. 2. Georg. 395.

Exlectum. Hor. 1. Serm. 5. 59. — tua cornu

Ni fore exspecto frons (inquit) quid faceres, quum Sic mutulus ministeris?

Explorat cornua in trunci tauri. Lucan. 2. 603.

Freget in arbore cornu. Ovid. 5. Fast. 121. De capra loquitur.

Gerere cornua fronte. Ovid. 15. Met. 596.

Incurvarū aduersis cornibus. IN CURRO.

Lacerare. Hor. 3. Carm. 27. 72.

Quum tibi invitus laceranda reddet

Cornua tauri.

Lucentur inter se aduersis cornibus hædi. Virg. 2. Georg. 526.

Mutulus cornibus. IN MUTILUS.

Obvertere cornua aliqui in re secunda. Plaut. Pseud. 4. 3. 5. h. e. velut Cornibus impetrare, & nocare aliquid. V. infra Cornua, Vires.

Peter cornu. Ovid. 12. Met. 103.

Cum sua terribili petit irritamina cornu. De tauri.

Profert jam cornua vultur. Claud. 1. in Eutrop. 3. 52. De re minime verisimili.

Tenere taurum cornu. Virg. 5. Æn. 382.

Tollere cornua, translate. Hor. Epod. 6. 11. V. Cornua, Vires.

Trahere taurum prensis cornibus. Stat. 2. Theb. 616.

Verfa in obnoxios urgenter cornua. Virg. 3. Georg. 222. De juventa.

Vires in cornua sumunt tauri. Ovid. 3. Met. 883.

Cornu, pro Rei aliquicis curvatura. ut, Cornua Lunæ. Virg. 3. Æn. 645.

Sen. Med. v. 97.

Cum Phœbe solidum lumine non suo
Orbem circuitus cornibus alligata.

Cæcum cornu Phœbes. Lucan. 1. 537. i.e. Coniunctum Lunæ cornu: utpote in pleniorum.

Lunaria cornua orbe nono resurgunt. Ovid. 2. Met. 454.

Orbe refugebant lunaria cornua nono. i.e. Nonus incipiebat mensis.

Lunata. V. LUNA.

Obscurum Lunæ cornu. Virg. 1. Georg. 428.

Luna revertentes quum primum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprehendet aera cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.

Obluta Luna cornua dicuntur, quando Luna pura non est. Virg. 1. Georg. 433.

Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit.

Puris cornibus it Luna rupta nube. Sen. Hippol. 4.

Tenuis Luna cornu. Stat. 12. Theb. 2.

Velatis cornibus Luna. Valer. 8. Argon. 29.

Cœunt tota cornua, efficiuntque orbem. Ovid. 7. Met. 179.

Complet. Virg. 3. Æn. 645.

Tertia jam Lunæ se cornua lumine complent. i.e. Jam tertium est plenilunium.

Evanescunt cornua Lunæ. Ovid. 2. Met. 117.

Junctis cornibus implerat orbem Luna. Ovid. 2. Met. 344.

Jungit Luna fuos ignes coeunte cornu. Sen. Hippol. 6.

Reparat nova cornua Phœbe. Ovid. 1. Met. 640.

Cornua montium. ut, Cornua Parnasi: qui eadem de causa etiam Biceps dicitur. Stat. 5. Theb. 542.

Quantus & ille sacri spiriti intorta movebat
Cornua Parnasi, &c.

Cornua fluminum, dicuntur. Flexus, & curvatus alveorum, quod multis in locis ad cornuum similitudinem flestantur. Petrotus.

Gemina aurata taurino cornua vultu. Virg. 4. Georg. 371. De Eridano loquitur. [Affingebant poetas cornua fluminum imaginibus. V. Ælian, Var. hist. 2. 33. & ibidem Interpr. Spanh. de Pr. & usu num. Diff. 7. 6. 2. Serv. infra in CORNIGER. Eflat. cornibus amnes. Valer. 1. Argon. 106.

Terribilis undans cornibus Hebrus. Valer. 6. Argon. 618. Al. Crinibus. Truncatum. Claud. de Laud. Seren. 176.

Saucia truncato pallebant flumina cornu.

Cornua portus. Cic. 9. Att. 17. Ab utroque portus cornu moles jacimus. Eadem & Brachia dicuntur. q. V.

Angulis inclinatis cornibus æquor. Ovid. 5. Met. 410.

Cornua in prælio, pro Utraque parte agminis, vel Acri. In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu: quod inter utrumque est, dicitur Medium agmen, vel Media acies. Ter. Eun. 4. 7-4.

— in medium hoc agmen cum vecti, Donax:

Tu, Simulacrum, in limitrum cornu, tu Syrinx in dexterum. Cæf. 1. Bell. Gall. 52. Ipse a dextro cornu prælium commisit.

Commovere cornua. In COMMovere.

Extendere cornua. Lucan. 3. 547.

Locare equites pro cornibus. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Promovere utrinque cornua. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Equites cornibus affundi. Tacit. Vit. Agric. 5. Instinctos ruentesque ita dispositi, ut pedum auxilia, quæ octo millia erant, medianam aciem firmarent: equitum tria cornibus affunderentur.

Acies inclinato cornu rubeat. Sil. lib. 10. 32.

Quasi cornua duo tenere. Cic. 13. Philipp. 47. Deinde Panfa & Hirtius? qui quasi cornua duo tenerunt Cesaris, tum, quum illæ vere partes vocabantur. i.e. Dubius præfuerunt.

Cornua disputationis alijus comovere. Cic. 2. de Divin. 26. Nunc conminus agamus, experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuae.

Cornua antennarum, pro Utraque parte antennæ. Virg. 3. Æn. 549.

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Ardua cornua, pro Antennarum extremitatibus. Virg. 5. Æn. 832.

Ardua cornua demittere. Ovid. 11. Met. 482. De cornibus antennarum.

Cornua librorum sunt eorum Ornamenta in utraque extrema parte voluminis. Ovid. 1. Trist. 1. 8.

Candida nec nigra cornua fronte geras. V. Ciosan. ad loc. in ed.

Burn.

Explicitus liber usque ad sua cornua. Martial. lib. 11. 108. 1.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,

Et quasi perfectum, Septimiane, refers.

Cornu pro Arcu corneo. Ovid. 5. Met. 383.

Oppositio genu curvavit flexile cornu.

Lenta flectere cornua. Ovid. 1. Met. 455.

Lycium cornu, Arcus Lycius. Virg. 11. Æn. 773.

Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. Ubi Servius, Cretones sagittas Lycio arcu dirigebat: quod, ut supra diximus, ad ornatum ponit confuevit.

Parthum cornu. Virg. 10. Ecl. 59.

— libert Partho torquere Cydonia cornu Spicula.

Lentare cornua. Stat. 3. Theb. 588. De arcu.

Ungula solidio cornu, Ob materiæ similitudinem. Virg. 3. Georg. 88. — foliū graviter sonat ungula cornu. conf. CORNEUS & CORNIPES.

Cornu pro Laterna cornea. Plaut. Amph. 1. 1. 185.

Qui ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?

Cornu in militari instrumento. Cornua dicebantur, quod ea quæ nunc fuit ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Varro de L. L. 4. 24.

Rusco strepuerunt cornua cantu. Virg. 8. Æn. 2.

Torva. Pers. 1. Sat. 99.

Sonare quod cornua ac tubas vincat. Hor. 1. Serm. 6. 43.

— magna sonabit,

Cornua quod, vinctaque tubas.

Ocanere cornua, ac tubas Sentius jussit. Tacit. 2. Ann. 81.

Inflexa Berecyntia tibia cornu. Ovid. 4. Fast. 181. de Phrygia peculiaris tibia curva. Sic 11. Met. 16.

Clamor, & inflato Berecyntia tibia cornu.

Interdum Cornua sunt Vires, Gloria, Potentia, ut særissime in Vet. Testamento: nec non & auctores Latini sic utuntur. Hor. 3. Carm. 21. 17. de Vino loquens;

Tu spem reducis mentibus anxiis,
Virefque, & addis cornua pauperi. Et Ovid. 1. de Arte Am. 239.

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit. Hor. Epod. 6. 12.

Parata tollo cornua, conf. Obvertente cornua supra.

Cornua Liberi patris (quem vini inventorem ferunt) simulacro adjiciunt, eo quod homines nimis vino truces sunt. Ex Festo.

Cornu Copia, [τείχος αὐγανθία] Quum affat omnia superesse significamus, Copia cornu dicimus. Plaut. Pseud. 2. 3. 5.

Nam haec allata cornu copia est, ubi inest quicquid volo. Plin. in pref. Nat. Hist. Alii [τείχος αὐγανθία] libros suos inferunt, quod est copia cornu, velut laeti gallinacei sperante positi in volumine hautum. Ovid. Cornu copia dicit id fulle, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit: hoc Naïades acceptum, & omnium fructuum primitus refertum, Copia confecrarent. Ovid. 9. Met. 80. & seq. V. Eralim. Chilad. Sæpe divisa scriptum inventitur. Hor. 1. Epist. 12. 30.

— aurea fruges

Italia pleno diffidit Copia cornu. Idem Carm. secund. v. 60.

Copia divita cornu. Sen. Med. 65. Hor. 1. Carm. 17. 16. Benignum pro Copio & divite posuit, sumpta metaphora a cornu Fortune, quo divitiae ligari dicuntur. Acron.

Manabit ad plenum benigno

Ruris honorum opulenta cornu. V. COPIA.

CORNUS, ÆS. M. & CORNUM, I. N. Idem quod Cornu. Varro de R.R. 3. 9. Cornum cervinum. Gell. 14. 5. Copia cornum. Lucret. 2. 388.

Præterea lumen per cornum transi. Lucan. 7. 217.

— cornu tibi cura sinistri.

CORNEUS, A. ÆS. M. Adj. [τείχος αὐγανθία] Quod ex cornu, vel Instar ejus est. Cic. 1. de Nat. Deor. 102. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, quum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro. Arcus corneus. Ovid. 1. Met. 697.

Color corneus. Qui cornu similitudinem refert. Plin. lib. 36. cap. 8.

Fibra cornæ est dictur Duris & misericordia expertibus. Pers. 1. Sat. 4.

Intelligitur autem Jecoris fibra.

Homo corneus. Plin. lib. 7. cap. 19. ad finem, Quibus natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornæ vocantur. V. CORNEOLUS.

Ora cornæ. Ovid. 8. Met. 545. sic Rolta vocat avium.

Porta Somni cornea apud inferos. Virg. 6. Æn. 894.

Sunt gemine Somni portæ, quarum altera fertur

Cornæ: que veris facilis datu exitus umbris. Ubi Servius; Per Portam cornæ, inquit, Oculi significantur, qui & cornæ sunt coloris, & duriores ceteris membris: nam frigus non sentiunt. Sicut etiam Cicero ait in libro de Deorum Natura.

CORNEOLUS, A. ÆS. M. Adj. dimin. Cartilagineus, Cic. 2. de Nat. Deor. 144. de auribus loquens. Sed duros & quasi cornelos habent introitus, multisque cum flexibus: quod his naturis relatus amplificatur sonus.

Cornelous luit. Petron. cap. 43. i.e. Invicta duritie corporis, ac valetudines. CORNU-

CORNUTUS, a. um. Adj. [κορνύτης] Quod cornua habet. Varro 2. de R. R. cap. 7. *Etas cognoscitur equorum, & fere omnium qui unguis indivisa habent, & etiam cornutarum, quod, &c.* Potest etiam dici *Cornutum*. Quod procedit ex cornu. Martial. 1. 19.

Occubuit tandem cornuto ardore potitus.

Cornutam bestiam petis, inquit Plaut. i. e. Lacesis eum qui paratus sit retaliare injuriam, quemque non, nisi sit malo, provocos. Erafus. Syllogeum cornutus, vocatur Dilemma. V. Hieron. Epist. 83. 1. conf. CREATINE.

CORNUTA, a. f. Piscis genus. Plin. 32. 11. & 9. 27.

CORNUTUS, a. um. ut, Umbra cornuta. Varr. de L. L. 6. 3. pr.

CORNUTIUS, i. m. Cornutarii sunt, vel Qui cornua consciunt, vel Qui cornu canunt, quos *lēnatores* a pīscis dīctos Fests lib. 1. scribit. De his fit mentio in l. ultima. D. de jure immunit. A Tubariis autem eos Paternos separat, ut & Cornicines a Tubicinibus. Vegetius lib. 2. cap. 22. & Modestinus in Epitome ejusdem.

CORNESCO, [κορνέσσω] ēre. Durefere in cornu. Plin. lib. 11. cap. 49. Urso quoque simul ut expiraverit, cornescere aīunt genitalia.

CORNULUM, i. n. dimin. Apic. 8. 1. Sed frequentius

CORNICULUM, i. n. [κορνικόδος] dimin. a Cornu. Plin. lib. 11. cap. 28. Aliis cornicula ante oculos pretendentur ignava. Idem lib. 9. cap. 32. de cochleis. Oculis carent: itaque corniculus prætentant iter.

Est & *Corniculum*, Ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene gelta. Liv. 10. 44. scribit L. Papirium Confulem equites omnes, ob insignem in bello operam, donasse corniculus, armillisque argenteis.

Hoc etiam nomine vocatum est Oppidum juxta Tarquinios, κερνία. Stephano, a quo Oppidanis, Corniculani, κερνίανοι, appellantur sunt.

CORNICULATUS, a. um. Adj. Idem ac *Cornutus*. Apul. de Deo Socr. pr. **CORNICULĀVIUS**, i. m. Asconius in 3. Verr. 71. Accensum nomen est ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur, principes, vel commentariensis, aut cornicularius, hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. Hæc ille. Valer. Max. lib. 6. 1. 11. Cui Cominius Tribunus plebis diem ad populum dixit, quod cornicularium suum stupri causa appellasset. Dicitur autem cornicularius in bello, accensus Decurionis: in quo significatu capitul etiam apud frontinum, lib. 3. 14. 1. Tribuni cornicularius vigiles quodam excitavit. V. Alciaturn in tres posteriores libros Codicis. Turnebus in Sueton. Domit. cap. 17. Saucium ac repugnantem adorti Clodianis Cornicularius & Maximus, &c. sic explicat his verbis. Ut in exercitu & acie dicunt cornu, ita in cohortibus Trib. militum corniculum, & fortasse in ordinibus centurionum: a quo Cornicularius, qui corniculo Tribuni militum praef. Tranquill. de Claris Grammaticis cap. 9. Primo appariturum fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox quo meruit. Hæc ille. V. Torrent. ibid.

CORNICEN, iñis. n. [κερνίανος] Qui cornu sonat. Juven. 2. Sat. 117. Quadringenta dedit Gracchus festertia domet

Cornicini: five hic recte cantaverit ære.

Cornicines atque tubarum concentus. Juven. 10. Sat. 214.

Cornicines tubicinesque ante vallum canere jubet. Liv. 2. 64.

CORNIBONS, ortis. Adj. Quo usi sunt veteres, dictum a cornibus quæ frontes præferunt. Ennius apud Non. 3. 3. Tu pacere cornifontes armatas foles.

CORNIGÉNUS, a. um. Quod est ex genere cornu habentium; sicut Caprigenus, Quod est ex genere caprarum. Perrottus.

CORNIGER, a. um. Adj. [κορνιγέρος] Qui cornua gerit. Plin. lib. 11. cap. 37. Camilius una ex iis quo non sunt cornigera.

Cervi cornigeri. Ovid. 7. Met. 701.

Caput. Ovid. 5. Epist. 137.

Calfis. Sil. 15. 6.

Cornigerum caput mitra cohobens, Liber dicitur, Quod vinum inermi cornua & audaciam det. Sen. Hippol. v. 756.

Fluvius corniger. Virg. 8. Æn. 77. Ubi Servius; Flumina ideo cum cornibus pinguntur, sive quod magistrum boum imitarur murmur undarum, sive plerumque in cornuum similitudine curvatas cernimus ripas.

Taurus cornigerapud Cic. 2. de Nat. Deor. 110. de Sidereo tauru, ex antiquo poeta. conf. Ovid. 15. Met. 511.

CERNIPES, ēdis. Adj. [κερνίπτης] Quod pedes corneos habet, veluti Equus & capra. Ovid. 2. Faſt. 361.

Cornipedi Faeno cesa de more capella. Faonus enim caprinos pedes habere fingitur.

Equus cornipes. Virg. 7. Æn. 779.

Cornipedes, substantiae etiam dicuntur Equi. Sil. lib. 7. 684. & locis quam plur.

CORNIPĒTA, vel **CORNIPĒTA**, a. m. Qui petit cornu. Gloss. Cyrill. **CORNUBIA**, a. f. Extrema pars Angliae ad occidentem. Vulgo *Cornwall*. Quoniam infat cornu primo angula, deinde latius se extendit.

CORNUS, ūs, vel i. f. [κερνία] Arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus similes. Cornus fructum circa solititia reddit, primo candidum, postea sanguineum. Plin. 16. 26. pr. Virg. 2. Georg. 448.

— & bona bello

— Cornus. i. e. Aptæ hastilibus.

Cornus Itala, pro Telo ex cornu facio. Virg. 9. Æn. 698.

Conjecto sternit jaculo, vocat Itala cornus. Servius.

Levis cornus, Sagitta ex corno arboze. Sen. Hippol. v. 546.

— non erat gracili levis

Armata ferro cornus. i. e. Haſtile aut sagitta quæ fiebat de cor-

nu arbore.

Sonans cornus, Sagitta ex cornu arbore. Sil. lib. 13. 235.

Validam cornum torquere. Sil. lib. 13. 204.

CORNUM, i. n. [κερνία] Fructus corni.

Autumnalis corna. Ovid. 8. Met. 408.

Lapidoſa. Virg. 3. Æn. 650.

Rubicunda. Hor. 1. Epist. 17. 9.

Silvestris. Hor. 2. Scrm. 2. 57.

CORNUS, a. um. Adj. [κερνίνος] Quod est ex cornu. Plaut. Duram ac corneam virgin.

Cornæ pyxis. Plin. lib. 21. cap. 20.

Venabula. Ovid. 4. Epist. 83.

Virgula, Quæ sunt cornus arboris. Virg. 3. Æn. 22.

CORNĒTUM, Locus ubi sunt frequentes corni: sicut a Pino, Pinetum.

κερνίανοι, Vet. Glōff. Hinc

Vol. I.

CORNĒTA, n. pl. Locus Romæ inter Viam sacram & Macellum. V. Varr. de L. L. 4. 32.

CORNIFERA, a. um. Adj. Qui cornos fert: ut, Rami corniferi. Claud. lib. 1. de Rapt. Proserp. 204. Sed rectius legitur Coniferis.

CORNUTUS, a. um. Adj. in CORNU.

CORNUTUS, Cognomen Annærum. Cornutus Lepties gener (est autem Leptis Africæ civitas) emicuit Romæ sub Nerone, interfactus demum ab eo una cum Munio filo philosopho. Multa eius scripta tam in philosophy, quam rhetorica seruntur. natura magis, quam studio juvabatur. Erat sine liberis: humanitate aliquo tanta, ut discipulos ex ea causa plurimos ad se non minus quam doctrina aliceret. Auctor Suidas.

Fuit & M. Cornutus, Prætor urbanus Roma Ciceronis temporibus: de quo lib. 10. Fam. 1. Att. 14. Bonis utimur Trib. pleb. Cornuto vero Pseudocatone.

COROCONDANS, [κοροκονδάνης] Vicus est ad Bosporum Cimmerium, opositum habens vicum Pantacopensis agri, nomine Acram, qui septuaginta stadii fretto disjungitur. Strab. lib. 11.

COROCONAMETIS, [κοροκονδάνης] Lacus est supra Corocondanum, qui & ab ea vocatur, & decem stadia a vico in mare emittit. Auctor Strab. lib. 11.

CÖREBUS, [κέροβος] Atheniensis, qui primus figlinam invenit. Auctor Plin. lib. 7. cap. 56.

Fuit & alter Coroebus, filius Mygdonis (unde a Virg. Mygdonides appellatur) qui incensus amore Cæſandræ, quam etiam Priamus pater ei despondarat, ad Trojam venit, focero & Phrygibus latus auxilium, quamvis a sponsa ipsi exitum, nisi abiaret, esset prædictum. Nam ea nocte, quæ illum cecidit, occisus est a Penelæ quodam Græco. Virg. 2. Æn. 341.

— juvenis Corœbus
Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus
Venerat, insano Cæſandræ incensus amore. Unde proverbium, Stultior Corœbo.

COROLLA, **COROLLARIUM**. In CORONA.

CORON, [κέρος] Diocordiorum Herba est eadem cum Ruta filifera.

CÖRNA, a. f. sine aspiratione, ut Quintil. lib. 1. cap. 5. [κέρας] A nostris olim Stroppi appellatae, unde & Strophiola, a φρίφει, quod est vertere Meminit. Plin. lib. 21. cap. 2. Plaut. Alin. 4. 1. 58.

Tum si coronas, ferta, unguenta juſſerit.
Ancillam ferre Veneri, aut Cupidini.

Corona floræ & roſæ. Plaut. Aulul. 4. 2. 68.

Corona diverorum generum fuerunt apud Romanos inter dōna militaria in magno pretio, qualis erat Triumphalis, obſidionalis, civica nobilior ceteris, muralis, vallaris, quæ & caſtrensis, navalis, ovalis. De quibus suis locis abunde. V. Gell. lib. 5. cap. 6. Et Plin. lib. 21. cap. 2. & 3. Aurea corona. Cic. 14. At 18. Mihi quidem videtur Brutus noſter jam vel coronam auream per forum ferre posse. Liv. 7. 10.

Agonothetarum corona fuit aurea. Suet. Domit. 4.

Convales. Auream aliquando fuisse patet ex Tacit. 2. Ann. 57. extr.

Claviga. V. Clavigus, adj. in CLASSIS.

Donatica, victoribus in Iudis donabatur, quæ postea magnificientia cauſa instituta est super modum apatum capitibus, quali amplitudine fiunt cum Lares ornantur. Feſus.

Duplex gemmis auroque. Virg. 1. Æn. 655.

Equeſtris. Plin. 15. 4.

Exploratoria. Suet. Calig. cap. 45. Comites & participes victoriae novo genere & nomine coronarum donavit, quas distinctas Scelis ac Lenæ si-derumque specie exploratoris appellavit.

Festa, Festa die fumpta. Ovid. 10. Met. 598.

Floreſte corona cinctus. Ovid. 2. Met. 27.

Gemmifera. Valer. lib. 5. Argon. 447.

Graciles. Juven. 12. Sat. 87.

Herculea. Populea. Virg. 2. Georg. 66.

Hiberna. Plin. lib. 21. cap. 2.

Hilignea. V. ILEX.

Insignis gemmis. Virg. 7. Æn. 75.

Intacta. Martial. lib. 11. 90.

Intacta quare mittis mihi, Polla, corenas?

Longa foræ tegat. Ovid. 4. Faſt. 738.

Marcentes. Claud. in Epith. 96.

Muralis. Hoſuſmodi corona dabatur ei qui primus murum concendiſſet.

Liv. 26. 48. Gell. 5. 6.

Muralis corona Cibeleſ, Turrita. Lucret. lib. 2. 606.

Navalis. Virg. 8. Æn. 684. De Agrrippa. V. Gell. 5. 6.

Nexa vel nexiles. Hor. 1. Carm. 38. 2.

Obſidionalis. Gell. 5. 6. Plin. 22. 4.

Oleaginea. Gell. 5. 6.

Ovalis. Gell. 5. 6. & Felt.

Pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3. Summaque auſoritas pactili coronæ: ut in Saliorum facis invenimus ſolennes coenæ. Sic refiuit Turnebus,

quæ in editis locis ſit corrupſiſſimis. Pactiles autem coronae plerique videntur Compactiles: ſortiſſe tamen fuerint, quarum coronamenta in torulo rotundo, vel ſupiam ſiguntur pangunturque. Harduinus edidit. Sutiles Saliorum facis invenimus & ſolennes coenæ.

Pieria. Martial. lib. 12. 52.

Populea. Hor. 1. Carm. 7. 23.

Quadrina, Verus. Martial. lib. 12. 32.

Quadrina nigri nec corona pulci.

Querna. Ovid. 1. Faſt. 614.

Rofæa: Claud. in pr. Conf. Stil. 87.

Rofacea. Plin. lib. 21. cap. 3.

Spicea. Hor. Carm. ſæcul. 29.

Fertilis frugum pecorisque tellus

Spicea donet Cererem corona.

Sutiles. Ovid. 5. Faſt. 335. conf. Pactilis.

Tonfa. Virg. 5. Æn. 556.

Virides. Virg. 5. Æn. 110.

Votiva puppis redimita corona. Ovid. 3. Amor. 11. 29.

Capere coronam insigni cum laude. Lucret. lib. 6. 94.

Bare coronam civicam. Cic. pro Planc. 72.

Defuebant corona. Cic. 5. Tusc. 62. V DEFLUO.

Detracita capillis. Ovid. 1. Amor. 6. 67.

Donari. Hor. in Arte Poet. 250. Conf. Spicea paulo ante.

Titt 2

Exornare aliquem tenui. Juven. 9. Sat. 138.

Fusæ per colla. Ovid. 2. Faft. 739.

Habere coronam honoris alicuius causa. Cic. 14. Att. 19. De coronatis, quum fororis tua filius a patre accusatus esset, recripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia.

Habere in capite, in collo. Cic. 7. Verr. 27. Ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo.

Imponere pupibus coronas. Virg. 4. Æn. 418. Ubi Serv. Aut re vera coronas inquit, aut spires funium accipimus.

Induere cratera. Virg. 3. Æn. 245. V. CORONO verbum.

Inumbrare ora coronis. Lucret. lib. 3. 926.

Merere laude coronam primam. Virg. 5. Æn. 355.

Mittere regni coronam cum sceptro. Virg. 8. Æn. 505.

Nectere alicui coronam. Hor. 2. Epift. 2. 96.

Petere insignem coronam suo capit. Lucret. lib. 1. 928. significat Magnum nomen & honorem sibi comparare.

Pingere tempora coronis. Ovid. 5. Faft. 335. al. Gingere.

Ponere, V. Habere paulo supra.

Premere crinem. Stat. 1. Silv. 2. 228.

Redimire plexis caput. Lucret. 5. 1398.

Scindere hærentem coronam crinibus. Hor. 1. Carm. 17. 49.

Veniente sub corona, dicebantur mancipia jure belli capti. Nimirum Corona, Signum erat servorum venialium: ideoque Sub corona venire dicebantur, Qui in bello capti venundabantur coronati. Cæf. 3. Bell. Gall. 16. extr. Itaque omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit. V. Gell. 7. 4.

Vincere tempora. Hor. 1. Carm. 7. 23.

Coronam, quam ιπέναν vocant Graci, in mundo muliebri ponit Pollux lib. 5. cap. 16. segm. 95. ex illo verlu Homeri ex Iliad. 2. 597.

CRÉSIUM, i. n. [Κρέσιον] Mons est in agro Tegeatum, in quo fuit Aphnei facillum. Nam ubi cum Aerope congressus est Mars, veluti nemorant Tegeatas, natus inde Aphneus matris nilobimetus inhabit, partui quamvis immortua, ac ex uberibus vi numinis paterni, multupli copiose sumque lac suxit. V. supra in APHNEUS, & Cælum lib. 20. cap. 25.

CRÉSPONTIS, entis. m. [Κρέσποντος] Viri proprium, qui. ut ex Ephoro refert Strabo, postquam Messeniam terram subjugavit, eam quinque civitates divisit, ita ut Stenicularum in hiujus regionis medio possum tam regiam sibi statueret. V. Strabo lib. 8.

CRÉSPINUS, Frutex potius, quam arbor est, e terra virgulicis plurimis afflurgens, veluti corylus. Hic ab imo ad summum spinis quibusdam acutissimis horret longis, compressis, albicanibus, fractisque minime contumacibus, quæ per intervalla termp ex eodem pendente puto. Cortex toti plantæ candidus, levis, ac tenuis: cui subest ligni materies flavia, fragilis, atque fungosa. Flores emitunt inaequato Malo luteo, racematis coherentes in uva fere modum, odore non ingrat. Quibus postea succedit fructus acinus oblongis, racemo pendulis, qui maturitate maxime robust, punicea mali acinis haudquaquam abfirmiles, quanquam figura longiore, gultu acido & subaerulo, parvis reconditis intus nucleis. E fructu post vindemias vinum exprimit, quod falso de Berberi vocant Officinae: cui austeritatis aciditatisque longe plus inest, quam mali punitus succo. Plura vide apud Matthiol.

CRESSA, æ. f. [κρέσσα] Oppidum Paphlagoniae est, teste Stephano, post excidium Trojanum a Merione conditum.

Est & portus Caria, Rhodo insula oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28.

CRESSA, æ. [κρέσσα] Herodoto lib. 7. Regio, Pallene vicina, ac Thermae fini contermina.

CRESTON, [κρέστον] Oppidum, de quo Herodotus lib. 1. Qua lingua Pelagi sunt uti affirmare non possum, sed conjectura signum, hæc dicere eadem, qua nunc Pelagi utiuntur, qui supra Tyrrenos urbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eccliam, qui nunc Dores vocantur. Al. Grefton, *Γρέστον*, per c.

Est & nomen regis Rithynæ, cuius meminit Justinus lib. 18. **CRÉTA**, æ. & CRÉTE, es. [κρήτη] Insula in Mediterraneo mari, centum urbium fama clara: nunc vulgo Candia dicitur: quæ (ut scribit Strabo lib. 10.) Septentrione, Ægæo alluita simil & Cretico pelago: ab Austro. Afro: ad Occidentem Ægialam & Cythera spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta septuaginta millia passuum: in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingentorum octoginta octo mil. passi complectitur. Insignes in ea urbes sunt Gortyna, Cydonia, Gnosus Minois regia, & Strabonis cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxiun est: optimique vini fertilissima est. de qua Virg. 2. Æn. 134.

Creta Jovis magni medio jacet insula ponto:
Mons Ida ubi, & gentis cunabula nostra

Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. Dicta est
Cureta, ab habitantibus Curetibus: & per syncopen Creta. Alii dicunt
Cretam dictam, a Crete quodam Jovis filio, Curetum rege. Alii a Creta
te Nympha, Hesperidum una, Atlantis filia. Arrianus non a Crete, sed
a Cres, Cretis genitivum faciente, nominatam dicit, ab eo qui Jovem
abcondit in monte Lycaeo. Unde Cres, tantum fem. gen. i.e. Cretensis.
Similiter Cretetus, & Cretius. Sunt autem haec nomina que ex
masculino femininum ad similem formam mutunt: scilicet Cres, Cresfa;
Libys, Libyssa: Phoenix, Phoenicea: Magnes, Magnessa: Thrax,
Thresfa, & Thresfa. Tibull. 4. 1. 8.

— etiam Phoebo gratissima dona

Cres tuit. Antonius Monofyll. v. 87.

Praperibus pennis super aera vectus homo Cres. De hac Dio-
dor. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 12. Hodie Candia.

Alta Creta. Virg. 5. Enn. 588.

Cærula Creta. Sen. in Herc. OEth. 15. Cærulam vocat, quoniam in
maris est sita.

Dominatrix preti Creta. Sen. Hippol. 2.

Nobilis centum urbibus. Hor. Epod. 9. 29.

Potens centum oppidis. Hor. 3. Carm. 27. 24.

Spatiofa. Sen. Troad. 9.

Est & Creta oppidum Scythia. Valer. 1. Argon. 330.

— quoties paucos ad litoris actus

Deficiant, Scyti cum metuens, Pontumque, Cretamque.

CRETS, Cretis. [κρήτη] Qui est ex Creta. Cic. pro Muren. 74. Neque ve-
ro Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans, &c. V. CRETATUM.

Epimenides Cres. Cic. 1. de Divin. 34.

Crete nescire pelagus. Proverbium quum quis nescire simulat que per-
calleat: ex illo traditum, quod nemo Cretenis navicularam & pelagi
commercialia nesciret. V. Erasm. in Chiliad.

CRESSA, æ. [κρέσσα] ut,

Puella Cresfa. Ovid. 2. Epift. 76.

Pugnaces Cresfa, Canes de Creta dicuntur. Sen. Hippol. v. 32.

Teneant acres lora molofos,

Et pugnantes tendant Cresfa

Fortia trito vincula collo.

Nota Cresfa. i.e. Signum candidum. Hor. 1. Carm. 36. 10.

Cresfa ne caret pulchra dies nota. Alludit ad morem illum a
Thraciæ populus prius defluxum, quo diuer singularorum fortunas nota-
re solebant veteres, adverfas quidem lapillo atro, felices autem candi-
do. Hunc morem Acron & Porphyrius etiam Cretenibus communem
fuisse volunt. Lambinus alter, quem vide. Vide proverbium Creta
notare, in Creta, Terra alba.

CRESSIUS, a, um. [κρεσσίον] Adj. ut, Nemora Cresfa. Virg. 4. Enn. 70.

Regna. Ovid. 16. Epift. 299.

CRETIS, idis. f. [κρέτις] ut, Nymphæ Cretides, Quæ Cretam inco-
lunt. Ovid. 3. Falt. 444.

CRETUS, a, um. [κρετός] Adj. ut, Cretæ humus, apud Ovid. 10. Epift. 106.

Cerva Cretæ, quia in Creta plurimæ sunt, in qua insula nascitur dicta-

minus, quo gustato vulnerati cervi sanantur. Sen. Hippol. 1.

Juvencus Cretæs. i.e. Minotauros. Propert. lib. 3. 19. 11.

Urbes Cretæs. Ovid. 9. Met. 665.

CRETUS, i. m. Poeta quidam apud Propertium 2. 25. 29. Scribit enim,

Aut quid Cretæ tibi profunt carmina lecta? Ceterum quis sit is,
nondum satis convenient. Beroaldus de Epimenide Crete dictum putat,
quem scriptorium carminum fuisse nulli dubium est. Alii Lucreti legen-
dum existimant, cuius elegantissima carmina de rerum natura extant.
Fortasse enim ea perfudisse Lycenus legebant, quom & ipse poetas ama-
ret, & verbus scriberet, & ex illius atatis secula se ad Epicuri sententiam
propensiorem & diciorem praberet. Probabilior ramen Beroaldi sen-
tentia videtur. Ilmo Turnebi, Scaligeri, Broekhusii, qui certatum
Lucriti præterulerunt.

CRETÆ, arum. f. Insula quadam appellantur in Moesia, contra Libu-
nos populos, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. ult.

CRETENSIS, Adj. [κρετικός] Idem quod Cretæs. ut, Cretensis homo.
V. proverbium, Cretizare cum Cretenis, apud Erasmum. in Chiliad.
i.e. Adverbum mendacium mendaciis uti.

Judec Cretens. Cic. 5. Philipp. 14. Judec Cretensis, isque nequissimum.

Tertius Jupiter Cretensis Saturni filius. Cic. 3. de Nat. Deor. 53.

CRETICUS, a, um. Adj. [κρετικός] Quod ex Creta est, ut, Creticum

mare. Hor. 1. Carm. 26. 2.

Calamus Creticus. Plin. lib. 16. cap. 36. Suum genus, inquit, sagittario calamo, ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequen-
tibus quo libeat fleci calefacto.

Pes est trifyllabus in Profida, quem Creticum vocant, qui constat ex
longa, & brevi, & longa. Cic. 3. de Orat. 183.

CRETICUS, M. Antonius Triumvir pater dictus, quod Cretæ mortuus
est. Plutarchus in Antonio pr. Meminim ejusdem Pedianus in 1. Verr. 3.
& 4. Hunc tamen quidam Antonium Cicereum vitiosum nominant.

Cognomen idem fuit Q. Metelli, qui insulam armis domuit. Flor. 3. 7. &
Eutrop. 6. 9.

Creticus, Oratoris nomen, cuius meminit Juvén. 2. Sat. 78.

Acer & indomitus, libertatisque magister,
Cretice, pelluces.

CRETA, æ. f. [κρήτη, κριώτη] Terra alba & tenax, a Crescendo dicta,
ut vult Perottus: quoniam proprietas ejus est, ut in macerando crebat:
quod in primis creta Umbrica accedit. Cretæ genera vide apud Plin. lib.
35. cap. 17.

Creta Afistica. Cic. pro Flacc. 37. Haec qua est a nobis prolata laudatio,
obsignata erat creta illa Afistica, quæ fere, &c. Inter Afisticas cretas,
Galca laudat cretam Cimolianam.

Cimolia creta, est, Qua utuntur pannarii in lanificio, ad lance duritiem
emollientiam. Nebris. De hac vide Cimolius in CIMOLIS.

Exes nigris chelydris. Virg. 2. Georg. 214.

Humida. Hor. Epod. 12. 10.

Figuris. Plin. lib. 31. cap. 3. Et Columel. lib. 6. cap. 17.

Putris. Martial. lib. 12. 62.

Sutoria creta. V. MELANTERIA.

Tenax. Virg. 1. Georg. 179.

Notare creta. Perf. 5. Sat. 107. i.e. Approbare; contra Carbone nota-
re, Damnare. Album enim ad boni naturam pertinere, censuit Pytha-
goras: Atrum ad malum.

Solidare aream creta. Virg. 1. Georg. 162.

Creta qua fiunt amphoræ. Columel. lib. 12. cap. 43.

CRETACEUS, a, um. Adj. [κρητικός] Quod est ex creta.
Cretaceifilo, que crevit in loco creto. Plin. lib. 18. cap. 9. E fili-
gine lautissimus panis, pistirarumque opera laudatissima. Præcellit in
Italia, & in Campania Pisii natæ insecatur. rufor illa, at Pisana candidior,
ponderosior vero cretacea.

CRETARIUS, a, um. Adj. ut, Cretaria taberna. Varro L. L. 7. 30.

CRETATUS, a, um. [κρητικός] aliud Adj. Creta infectus. Plin. lib. 35.
cap. 18. Tamquam non cum laureatis fafcibus remitti illo, unde cretatis
pedibus adventient. Intelligit Plin. Venales quondam servos, qui ad
fummos honores libertatem adepti perverserint. Idem lib. 35. cap.

17. Est & vilissima, qua Circum præducere ad victoriae notam, pedeque
venalium trans mare ad ectorum denotare instituerunt majores. Juven. 1.
Sat. 111. in eandem sententiam dixit.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis. V. Broeckh. ad
Proper. 4. 5. 52.

Ambitio cretata. Perf. 5. Sat. 177. i.e. Candida; mos erat Magistratum
aliquem ambientibus circumire in veste candida & creta indita dealbata.
Hinc Persus ambitionem cretam. i.e. Candidam dixit. V. Candida
tus in CANDOR.

Bos cretatus, Caudidissimus. Juvenal. 10. Sat. 65.

Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum

Cretatumque bovem, &c.

Crepidæ cretata. i.e. Candida. Septim. Florens. Tertullianus de Pall.
c. 4. extr. Illmo Græcatæ, ut in Vulgatis, vel ut ex MSS. Rigalt. ac Sal-
man. Crepidæ Græcatum Æsculapius adulantur. V. not. Salman. p. 359.
Faſcia cretata. Cic. 2. Att. 3. V. DIADRA.

Mappa cretata. Martial. lib. 12. 29.

Cretatum Prætor quum vellet mittere mappam.

CRETUS, a, um. Adj. Quod fit ex creta. ut, Cretea persona. Lucret. lib. 4. 298.

Sic eliditur, ut si quis prius, arida quam fit

Cretea persona, adlidat pilæ, trahive, &c.

CRETOSUS, a, um. [κρητικός] aliud Adj. Quod creta abundat. Plin.
lib. 15. cap. 18. Cato de fisci ita memorat, Ficos mariscas in loco creto-
fo aut aperto serito. Et Ovid. 7. Met. 463. Cretosa rura.

CRETIFODINA, æ. f. Ubi creta foditur. Ulpijan. 1. 7. de soluto matrim.
§. 14. & 1. 13. §. 5. Dig. de usuf. & quemadmodum.

CRETULA, æ. f. dimin. Cic. 6. Verr. 58. Quum Valentio ejus interpreti
epistola Agrigentio allata esset, casu signum iste animadvertis in cretula.
Cretula. i.e. Terra argillofa & candida, que veteres in epistolis signan-
dis uti solebant, sicut & cera.

Cretula, Genus coloris. Plin. lib. 35. cap. 7. Ex omnibus coloribus cre-
tulam amare, uideo illini recutant purpuratum, Indicum, &c.

CRETERRA, V. CRETERRA.

CRETHERUS, ēos. m. [κρηθύς] dissyllab. Filius fuit Æoli, Jovis filii,
qui ex Tyro Salmonæ fratris filia Æsonem genuit, Alcimedonem & Amy-
thaonem, ut et apud Homerum, libro Odylleas 11. Valer. Flac. 1. Ar-
gon. 42. — nostri de sanguine Phryxus
Cretheos, ut patrias, audis, effugerit aras. Verba sunt Pelias
ad Iasonem nepotem.

CRETHEUS, a, um. Adj. ut, Virgo Cretheia, Helle Cretheos neptis
dicitur, qua Helleponio dedit nomen. Valer. 2. Argon. 612.

Undarum decus & gentis Cretheia virgo.

Proles Cretheia. Valer. Argonaut. 8. 112.

CRETHMON, i. n. [κρηθμός] inquit Galenus lib. 7. de Simpl. medicam.
facult. gustantibus salutem est, cum paucula amaritate: quam ob rem via
ejus est excificationis, & absterioris. Utique tamen imbecillior in eo est,
quam in amaris. Plin. lib. 26. cap. ult. herbam dicit utilem interioribus
seminalum morbis.

Est & Crethmos agrios, qui gramias tollit oculorum impositus, tumorem
quoque polenta addita. V. eundem Plin. lib. 25. cap. 13.

CRETTHON, [κρηθών] & Orsilochus, filii fuere Dioclis. Hi una cum re-
liquis Græcorum principibus ad Trojani profecti sunt ex Pheris civitate.
Auctor Homerus lib. Iliad. 5. v. 541.

CRETICE, es. f. Herba, hibiscus. Plin. 25. 8. Apul. de Herb. cap. 38. & 62.

CRETICUS, CRETIFODINA. V. CRETATUM.

CRETICO, CREVI. IN CERNO.

CREUSA, æ. f. [κρεύσα] Creonis Corinthiorum regis filia, quam Iason,
repudiata Medea, uxorem duxit. Ei indignata Medea, scriniola quæ-
dam dono misit, quibus apertis flamma protinus exiit, quæ Creusat
cum tota regia combusit. Propert. lib. 2. 16. 29.

Aspice quid donis Eryphila inventi amaris,

Aferit & quantis nupta Creusa malis.

Fuit & Creusa, Æneas exor, apud Virg. 2. En. 651.

Nos contra effusi lacrymis, conjuxque Creusa.

CREUSIS, [κρεύσις] Oppidum est in confinio Boeotia, Locrorum & Æto-
lorum, ut annotavit Vadianus in Pompon. lib. 2. c. 3.

CREXA, Insula est in Illyrico, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

C R I

CRALON, i. n. Oppidum in Libyco, juxta lacum Mœridis, de quo
Plin. lib. 5. cap. 9. in descriptione Asiae.

CRIBELLUM, CRIBELLO, &c. V. CRIBRUM.

CRIBRUM, i. n. [κριθός, λινωθός, σινατήθος] Pistorium vas. Plaut.
Rud. 1. 2. 14.

Villam integrandum intelligo totam mihi:

Nam nunc pellucet ea, quam cribrum crebrius. i.e. Plurimis
locis ac passim. Cic. 2. de Divin. 59. Quasi vero quicquam intersit, mu-
res, diem noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint.

Carnificinum cribrum. Plaut. Most. 1. 1. 52.

O carnificinum cribrum, quid credo fore. Al. Carnificum. De
homine dixit, cuius pellis loris & virginis ita perforata est, ut cribri spe-
ciem exhibere videatur.

Farinarium cribrum. Plin. 18. 11.

Pollinarium cribrum. Plaut. Poen. 3. 1. 10.

Rarum cibrum. Ovid. 12. Met. 437.

— utve liquor rari sub pondere cibri

Manat, & exprimitur per densa foramina succus.

Gerere aquam cibro, Proverbiū in eos qui operam perdunt. Plaut.

Pseud. 1. 100.

Non pluris refert, quam si imbreui in cibrum geras. V. Erasm.

in Chilia.

Incernere cibro, vel Succernere. Columel. lib. 5. 6. h. e. Cribrare. Plin. lib. 18. cap. 11.

C R I B R A I U S, a, um. Adj. [κρινέω] Plin. lib. 18. cap. 11. de alicui loquens. Posteaque gypsi pars quarta inspargitur, atque ut coheratur, farinario cibro succernunt, &c. Item cribaria, que simili modo in tercio remansit cibro angustissimo, & tantum arenas transmittente.

C R I B R O, [κρίνω, κρινεῖν, κρινάω] āre. Cibro incernere. Plin. lib. 25. cap. 5. Præterea mirum inventum est, quod incisum forniculis, ut diximus, cribrant, cortex remanserit. V. & Columel. 12. 23.

C R I B R A T U S, a, um. Partic. ut, Ladanum cribratum. Plin. 26. 8.

Terra minutatim cribrata. Idem 17. 11.

Legitor etiam Crebrata apud Plin. 11. 24. V. ibi Harduin.

C R I B R A T I M, Adv. [κρινώντως] Mantuan. Omnia cribratis inquirere. i. e. Tanquam cribrando.

C R I B E L L U M, i. n. [κρινεῖν] diminut. Pallad. 2. 24. Nitrum tritum cribello desuper spargas. & 7. 11. Cribello spissio cernere, ut grana non transeat.

C R I B E L L O, are. Cribrare. Th. Prifian. 1. 17. Crabros contusos terere & cribellare.

C R I B E L L A T U S, a, um. Partic. Pallad. 1. 41. Sevum liquefactum cribellato cineri admisum.

C R I C U S, i. m. [κρίξη] Brachii gestamen quoddam erat, ut nonnullis videtur, in quo pertuso Demostenem, praesidio ultimorum casuum, venenum confusione gestare inclusum traditur, quod etiam hauserit intrepide, nequid indignum tanta virtute a Macedonibus pateteret. Hinc natum, ut Quod speciem quidem habet extrinsecus, & oculos aspectu jucundo affectat, intus vero perniciem servat evidenterissimam, Cricum dicamus Demostenis. Ex Cæl. lib. 8. cap. 13.

C R I D I N U M, i. n. Fluvium in Margiana regione, circa Hircanum mare. Auctor Plin. lib. 6. cap. 16.

C R I M E N, inis. n. [ἔνθημα, αἰτία] Delictum: proprie dicitur id quod factum est, ut aut Donatus. Ovid. 2. Epist. 28.

Crime te potui demeruisse meo. Cic. 7. Fam. 3. Sunt enim qui, quum me interitus nihil fuerit reipublicæ profuturus, criminis loco putant esse quod vivam.

Crimina vel Publica sunt, vel Privata. publica capitalia, & non capitalia, privata aut cum infamia, aut sine infamia. Capitalia crimina publicis judicis omnia cognoscabantur: non item publica judicia de capitalibus omnia criminibus sibi sunt, ut Institut. lib. 4. t. 18. §. 2.

Publicor. traditum est, si quam infamiam irrogabat publica judicia cum damno pecuniariorum, publica quidem erant, non tam capitalia. quod quidem si de caufis publicis, in quibus cum detimento rei familiaris fama jactura conjungeretur, verum est: multo magis de privatius. & hoc ipsum declarat Cicero sati aperte in Epistola ad Pætum (1. 9. 21. pr.) his verbis, Judicia non solemus omnia tractare uno modo. privatissimis causis, & eas tenues, aginus subtilius; capititis, aut famis, scilicet ornatius. sejunxit enim a caufis capitalibus caufis fama, five publicas, five privatas. sed ipse me in dubitationem revoco. Si caufis famis capitales non sunt, ut Quinctii caufam, que fama est, capitali Cicerone significat? ait enim in exordio (8.) Quid hoc iniquius, aut indignus, quam me, qui caput alterius, famam, fortunatus defendam, priore loco caufam dicere? & infra (31.) Clamatib. Quinctius, se se idcirco nolle satisfare, ne videbatur judicasse bona sua ex edicto posse: sponsonem porro si iustismodi faceret, se, id quod nunc evenit, de capite suo priorem caufam esse dicturum. & in extrema oratione (95.) Horribile est, caufam capitum dicere: horribilium, priore loco dicere. sane non leviter aliquandi hæc mea loca, & alia hujusmodi in ea oratione perturbantur. eoque magis, quod caufa Quinctii ad recuperatorem agitur: ex quo sequitur, ut privata sit. recuperatores enim & centumviri, & arbitrii, judges sunt (liceat hic arbitrios inter judices, vocabulo minime proprio, nominare) civilibus in controversiis ab urbano prætorate dati. caufam porro capitem ad recuperatorem agi ita mihi absurdum, ita non ratione conseruantur videbatur, ut perfruaderi nullo modo posset. sed fortassis, ut sepe distinctione veritas ilucescit, idem hic quoque potest evenire. cogitavi, numquid caufam esse capitem, & agi de capite, five, capitum esse caufam, idem sit. non enim dubito, quin caufas capitales quæ vocantur, eadem caufas capitum vocari omnes possint: quæ vero capitum, fortassis non omnes item capitales. nam caufa capitum Quinctiana dicitur: quam tam nullo modo capitem sibi concedo: quum in ea neque de libertate, neque de civitate admindra, que capitalia sibi judicia notum est, agatur: & causa Mancini, quem, ut Cicero, & alii proderunt, a patre prætorio ex S. C. Numantinis deditum, Numantini non receperunt, caufa quidem capitum est, (agitur enim in ea de civitate, de libertate, de capite) capitalis tamen non est. in capitalibus enim queritur de crimen, & damnatos diminutio capitum ex judicium sententia sequitur: in aliis autem capitum caufis agitur quidem de capite, non tam queritur de crimen; capitumque diminutio vel nulla sequitur, ut in caufa Quinctii, vel si sequitur, ut in caufa Mancini, non sequitur ut pœna a judicibus irrogata, sed ideo sequitur, quia is, qui jam deditus erat ex S. C. Numantinis, capite sive diminutio offendit: ita ut iudex non judicaret, fit, necne, capite minucendus; quod fit in caufis capitalibus, sed, fuerit ante, an non fuerit, capite diminutio: & status hominis non tunc mutatur, sed, qualis sit, cognoscitur. itaque, quum de eo dixit Cic. lib. 1. de Orat. (182.) Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus caufam, contentionemque majorem, quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consulari? crimen nullum significavit, cuius criminis caufa vocatus in judicium Mancinus, periculum amittenda civitatis, aut libertatis in eo judicio subiret. sed facultatem judicibus cognoscendi, ac statuendi datam intellexit, easne res æque Mancinus possideret, atque ante aquam a patre prætorio effet deditus, an vero, quia deditus esset, amissus, etiam si receptus a Numantinis non esset. quare capitalis caufa non fuit: actum tamen esse de capite, ob eam, quam exposui, caufam recte Cicero dixit. At, quod

ad Mancini caufam attinet, ferri potest, extat enim ratio, cur in ea de capite agi dicatur. in caufa vero Quinctii, in qua nullo modo neque de civitate, neque de libertate agebatur, mentis capitis unde dicta? an ex eo, quia caput pro existimatione usurpari potest videatur? repugnat vetus loquendi consuetudo: nec hujus generis exempla licet inventire. potius igitur, ex oratori's licentia, crediderim: ut exaggeretur res, ad invidiam adversus Naevium ex ejus crudelitate, & misericordiam erga Quinctium ex ejus periculo querendam, atque hoc eo magis constat, quo Cicero nec in eis vere ac proprie loquitur, quum eam vocat accusationem, que sponsi caufa est: nec, quum ait, Quem nunc interficere nefarie cupis: quandoquidem civibus Romanis eripinulo criminis vita posset caufauit vero non esse capitalem, propriis ipse verbis clare demonstrat in eo loco. (33.) Judicium esse, C. Aquilli, non de re pecunaria, sed de fama, fortunisque Quinctii vides & quum dixit: Hortensius partes accusatoris obtinet: oratori loquitur, nec enim re vera accusabat Hortensius, sed accusare videbatur: nec est, nisi capitalibus in caufis accusatur. Redeo unde diversi. Publicorum criminum alia capitalia, alia non capitalia, quodque notandum magis est, ne majestatis quidem judicium capitale semper fuit, quum tamen publicum semper est. nam Claudia Vestalis, Appia Cæci filia, C. Fundanius, & Tit. Sempronius aediles pleb. quod populo Romano calamitatem effet impetrata, multam dixerunt urbis gravis xxv millia, quæ capitalis poena non fuit. judicium autem illud & publicum fuisse, inde patet, quod ad populum factum est. idque etiam Ateius Capito propterea inter publica judicia retulit; & majestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio (c. 2.) significat his verbis: Claudio novo more judicium majestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine, argo procedente carpento, palam optaverit, ut frater suus Pulcher revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Roma force. Publica vero capitalia criminis, hac erant, incestus, majestas, repetundæ, vis publica duplex, ea, que in rem publ. ac magistratus inferrebatur, de qua lex Luctaria fuit, & ea, que in privatis cives, de qua Floria, & aliae leges: tum, peculatus, de residuis, inter sciaros, patricidium, veneficium, ambitus pecunia ob judicandum captiæ, adulterium, de falsis, de plagiariis, de tutorum fraude, de famosis libellis, de furto, clandestinae coitio, quibus de criminibus aut ad prætorum, judicem questionis, aut ad populum notis pertinebat, de majestate, perduellione excepto, de vi, de repetundis, de criminis inter sciaros, de ambitu prætor querebat: de incestu, & perduellione populus, sed tributis comitiis de incestu, tribunopleb. populum per tribus in forum corente; centuriatis autem de perduellione, quum in campum consul centuriatim populum advocasset. de veneficio autem, & prætor, qui judex questionis idem dicebatur, & judex questionis, etiam si prætor non esset, cognoscet. Prætors, quo cuiusque futura effet questionis, ante sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, prout fors tulisset, cum confilio quererent. unum excipio prætorum urb. qui nullo de crimen publico quererat: itaque nec quæstori dicebatur; tandem, civilibus controversiis ad eum delatis, jus dicebat, hoc est Judices, & judicis formulam, quam sequerentur, dabat. nec enim prætor ipse judicare solitus erat, sed quum judges ab ipso dati, de controversia cognovissent, ac judicassent, exsequebatur. ideo in omnibus ferme editis prætorum legitur, Judicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliud, judicere, aliud judicare: contra quam, qui veterum jurisconsultorum libros ignorant, opinantur. & quemadmodum civilibus in rebus prætor non cognoscit, neque judicat, sed jus dicit: sic, qui ab ipso judices dati sunt, non jus dicunt, sed cognoscunt, ac judicant. Ex Manutio libro de Legibus Romanis. Verum & hæc ipsa, & alia paulo plenius in dictione PRÆTOR.

Scelus & crimen. Cic. pro Cæs. 56.

Crimes, a Delicto five maleficio. Jurisconsulti plerumque sic distinguunt, ut Criminis nomine Capitalis fraus intelligatur, quibus Respublica ladietur, veluti Cædes, falsitas, adulterium. Delicto vero, Privata noxia, qua privatum quicunque ladietur, veluti Furtum, injurya, &c. Ulpian. 1. 17. §. 16. D. de aedilit. edict. Noxas acciperre debemus privatas, hoc est eas, quæcumque commituntur ex delictis, non publici criminibus. Nonnunquam tamen criminis, eaque privata nominantur: ut apud Ulpianum in 1. 1. §. 1. D. de poen. Hotomanis.

Crimes etiam dicitur Ipsa criminatio, five Criminum accusatio. Cic. in 2. Philipp. 40. Hereditates mihi negati venire: utinam hoc tuum verum crimen effet. Idem 3. Ver. 20. Deinde reliquis diebus, his criminibus, his testibus & urbanis & provincialibus sic obrutus atque oppresus est, &c. Ambitus crimen. Cic. pro Muren. 3.

Deorum crimen. Martial. lib. 11. 94.

O felius, ô magnum facinus criminum deorum.

Faciū crimen & Suspicionē facinoris opponit. Cic. pro Milon. 97. Sibi facinoris suspicione, non faciū crimen obstat.

Fortuna crimen appellatur, Quum quis casu, non dedita opera peccat. Ovid. 3. Metam. 141. De Actæone. Quintil. in proem. lib. 6. Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.

Maleficī tanti crimen. Cic. pro Rosc. Amer. 72.

Necessitatis, non voluntatis. Cic. pro Ligat. 5. Quod si criminofus est, necessitatis crimen est, non voluntatis.

Parcidū crimen. Curt. 3. 6. 11.

Prodictionis infere alicui. Cic. 7. Verr. 105.

Veneni, Venefici. Cic. pro Deiot. 17.

Infamia criminum. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Invidia. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Acerba alicui objicere. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Aasperum. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Credibile. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Commune. Virg. 12. Æn. 16.

Inane. V. INANIS.

Invidiosum. V. INVIDEO.

Legitima criminis. i. e. Quorum judicium lege aliqua publicorum judiciorum est constitutum. Ulpian. 1. 1. §. 1. D. de crimin. stellionat. Poena astellionatus nulla legitima est, quum nec legitimum crimen sit. folent autem ex hoc extra ordinem plecti. Hotom.

Navale. In NAVIS.

Nefanda. Senec. Hippol. v. 825.

Nefanda juveni criminis infanti apparat.

Nefarium crimen & fraus capitalis. Cic. 2. de Orat. 199.
 Nobile. Ovid. 2. Amor. 18. 37.
 Noxia Sil. lib. 16. 330.
 Patens & sine teste probatum. Ovid. 15. Met. 37.
 Tacitum. Senec. Hippol. 5.
 Tribuarium. Cic. pro Planc. 47. V. in TRIBUS.
 Turpe. Hor. in Arte Poet. 262.
 Manifesfus criminum. Tacit. 13. Ann. 26.
 Obnoxius criminis. In OBNOXIO.

Reus criminis. Ovid. 16. Epist. 324.
 Vacua el nōx criminis. Ovid. 4. Fast. 581.
 Absēs a crimen. Cic. Longe absum ab ejusmodi crimen.
 Abſcondere crimen fave jugali, Matrimonii prætexte adulterium patrum celare. Senec. Hippol. 5.
 Acerbaro crimen alicuius. Claud. de Rapt. Proserp. 2. 208.
 Adducere in crimen. Plin. lib. 22. cap. 22.
 Afferre vestitus crimen alicui. Cic. pro Rabir. Post. 27.
 Agi falti criminis reum. Ovid. de Rem. Amor. 388.
 Arceſſere crimen. Cic. pro Cœl. 16.
 Argui crimen pigritiae. Martial. lib. 11. 80.
 Arguimur lenta criminis pigritiae.
 Avertere in aliquem. Quintil. lib. 7. cap. 39.
 Carere turpitudinis. Quintil. lib. 2. cap. 2.
 Conferre cum vita. Cic. pro Sulla 18.
 Convinci manifestis. Cic. 3. Verr. pr. Al. Evinci. conf. ibid. 26.
 Damnari mortis. Virg. 6. Æn. 430.
 Dare criminis. Cic. 7. Verr. 72.
 Deducere ad ipsos oculos. Ovid. 3. Amor. 14. 45.
 Defendere aliquod. Ovid. 13. Met. 304.
 Defendere atrocitas. Quintil. lib. 7. cap. 3.
 Defendere varie. Quintil. lib. 4. cap. 5.
 Defendunt caufe criminum plerumque inficiatione. Cic. 2. de Orat. 104.
 Degerit vitam sine crimen. Virg. 4. Æn. 550.
 Differte. Quintil. lib. 7. cap. 2.
 Diffundere paucorum crimen in omnes. Ovid. 3. de Arte Am. 9.
 Discere crimen alicuius, pro Cognoscere crimen. Virg. 6. Æn. 433.
 Quæſitor Minos nrnam movere: ille silentum
 Conciliump vocat, vitaque & criminis discit.
 Dissolvere crimina. Cic. pro Sull. 56.
 Dotata criminis virgo. Ovid. 6. Epist. 138.
 Duceret aliquem in. Tacit. 6. Ann. 5.
 Efficere ſuspicionem & crimen. Cic. 2. de Orat. 330.
 Effugere ineptiarum crimen. Cic. 3. de Orat.
 Elabi ex crimen. Cic. 4. Verr. 142.
 Elevare. Quintil. lib. 7. cap. 3.
 Eluer. Ovid. 11. Met. 141.
 Excusare lacrymis. Stat. 6. Theb. 44.
 Executere aliquod extrinsecus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
 Exhibere tacitum crimen aliqua nota. i. e. Patefacere. Sen. Hippol. 5.
 Expiare. Sen. Med. 8.
 Faceret sibi ipſi. Cic. pro Flacc. 33. Qui igitur probari potest in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen effet nullum si referret?
 Ferru in aliquem. Tacit. 12. Ann. 4.
 Finger. Cic. pro Cœl. 56.
 Habere crimen ab aliquo, & eundem ejus criminis testem, dicuntur accusatores. Cic. pro Cœl. 51. Sed ex te ipsa requiro, quoniam & crimen accusatores abs te, & testem ejus criminis te ipsam dicunt se habere: si qua mulier, &c.
 Habere crimen de aliquo virgo dicitur, Quæ compressa est ab aliquo. Ovid. 2. Fast. 162. De Calisto Hamadryade,
 Fœderare fœvata, si non forma facta fuerit:
 Cavit mortales: de Jove crimen habet.
 Hærente crimen in aliquo dicitur Cic. pro Cœl. 15.
 Jacere falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum. Cic. pro Quint. 8. Incurrende in. V. INCURRITO.
 Induerint tantum fatis nova ſaccula crimen. Stat. 1. Silv. 4. 17.
 Inſtituit aliui. Ovid. 3. de Pont. 1. 70.
 Inferre aliui. Cic. de Amicit. 66. Addendum eodem est, ut ne criminalibus aut inferendis delectetur, aut credit oblati.
 Inferre crima, accusatoris officium est: defensoris, diluere & propulsare. Auctor ad Heren. 4. 47.
 Infœci alicuius. Ovid. 8. Met. 130.
 Infidet in animo. V. INSIDEO.
 Intendere in aliquem. V. INTENDO.
 Intentare invicem. Quintil. lib. 3. cap. 10.
 Ladrere falso crimen. Sil. lib. 15. 599.
 Liberari factio. Cic. pro Rosc. Amer.
 Maculare nomen alicuius. Virg. 10. Æn. 851.
 Maculata criminis mentes. Sil. lib. 11. 200.
 Mettere. In METUO.
 Molitur crima, & accusatore, qui objiceret Chaldaeos, &c. Tacit. 12. Ann. 22.
 Naturam eti crimen. Cic. 7. Verr. 99. Deinde hoc quinto decimo die crimen effet namq[ue] clavis effet amissa.
 Notare libidinis criminis aliquem. Cic. pro Corn. Balb. 56.
 Objiceret melius crima, quam descendere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
 Oberiter laus imperatoria criminibus avaritiae. Cic. 7. Verr. 2.
 Onerare gravibus criminibus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
 Patrocinari. Quintil. lib. 2. cap. 4.
 Penſare unaude. V. PENSO.
 Peracta. Juven. 13. Sat. 218.
 Perorare. V. PERORO.
 Ponderare criminis rerum ipsarum magnitudine. Cic. 3. Verr. 42.
 Ponere in crimen. Cic. 2. de Orat. 199.
 Premere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
 Premerre aliquem crimen ignorante artis. Hor. in Arte Poet. 262.
 Profertur crimen ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinoroſa, ex libidinofu dono. Cic. pro Cœl. 55.
 Proponere & explicare criminis in testibus interrogandis. Cic. 3. Verr. 29.

Purgare anteacte vita crima. Quinril. lib. 7. cap. 2.
 Putare loco criminis aliquid. Cic. 7. Fam. 3.
 Refellere crimen gladio. Virg. 12. Æn. 16.
 Regetere crimen alicui. Sen. Hippol. 5. Alicui, pro In aliquem.
 Repellere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
 Reperire exitum. Cic. pro Cœl.
 Refindere criminis alicuius, est Oblitum peccatum alicuius in memoria revocare, & velut refricare vulnus. Ovid. 3. Trist. 11. 63.
 Ergo quicunque es, refindere criminis noli. al. Vulnera rectius.
 Referbare judicio. Cic. pro Milon. 14.
 Respondere. Cic. pro Planc. 4.
 Reticenda. Stat. 1. Theb. 230.
 Simulare. Ovid. 13. Met. 299.
 Solvi nefario crimen, & culpa liberari. Cic. pro Rosc. Amer. 143.
 Struere criminis & accutatores. Tacit. 11. Ann. 12.
 Subire ἀποθανειν crimen. Cic. 9. Att. 6.
 Sum. ut, In crimen esse. Cic. 6. Verr. 100. Daretque operam, ut is eo crimen damnaretur, ne ipſe effet in crimen.
 Fraudū aut criminis effet alicui aliiquid. Cic. pro Muren.
 Effet probro & criminis. Cic. pro Rosc. Amer. 48. Vitamque hanc rusticam, quam tu probro & criminis putas effet oportere, & honestissimam & suavitissimam effet arbitratur.
 Sulcipere crimen culpa alicuius. Cic. 7. Verr. 105. Tibi uni parcum, & totius iusti culpa crimen, vituperationemque inconstantia potius fuscipiam, &c.
 Sulcipere crimen facinorum tantorum & tam atrocium. Cic. pro Sull. 68.
 Suspecti capitalium criminum. Tacit. 3. Ann. 60.
 Trahere in se. Ovid. 10. Met. 69.
 Quique in fe traxit crimen, volvitque videri
 Olenus effe nocens.
 Trahere in crimen, i.e. Inter consicos deferre. Tacit. 15. Ann. 68. ut annotat Budæus.
 Transferre in adverſarium. Quintil. lib. 6. cap. 5.
 Transference in alium. Cic. 2. de Invent.
 Vacat fana nostra crimen. Ovid. 4. Epist. 18.
 Venire in partem criminis, est Participem fieri sceleris alicuius. Ovid. 1. de Arte Am. 392.
 Vertere in adverſarium. Quintil. lib. 7. cap. 3.
 Vocare aliquid in crimen, pro Criminare. Cic. pro Rabir. perduel. reo 24. Hoc tu in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabitus, quos &c.
 Vulnerari crimen aliquo. Ovid. 19. Epist. 105.
 Crimen, Falsa ſupicio. Ter. Hec. 5. 2. 13.
 Nam si compererit criminis tua fe falſo uxor credidisse,
 Missam iram faciet. Ubi Donatus, Crimen nunc, pro Falsa ſupicio. Virg. 11. Æn. 122.
 — semper odiſſe, & criminis Drances
 Infensus juveni Turno. i.e. Et quod eum odiſſe, & quod fe illi odio effe ſupicaretur. Sic Donatus. At Servius aliter.
 Crimen, pro Caufa. Virg. 2. Æn. 98.
 — hinc ſemper Ulyſſes
 Criminibus terrere novis. Servius.
 Crimen ponit videtur pro Reapud Virg. 2. Æn. 65.
 Accipe nunc Danaum infidias, & criminis ab uno
 Difce omnes. i.e. Ex uno Sinone difce omnes Græcos effe inſidatores. V. Woff. Inſit. Orat. p. 131.
 CRIMINALIS, e. Adj. Ad crimen pertinens. [C]rime Magnum crimen intentans. ut, Accutatio criminalis, l. 3. Cod. de Lege Aquilia.
 Caufa criminalis, que Pecunia opponitur l. 15. Cod. de quæſitionibus.
 CRIMINALITER, Adv. Ulpiian. 1. ult. Dig. de furtis: meminisse oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi. Adde l. 18. Cod. de re militari. §. 1.
 CRIMINOSUS, a, um. Adj. [ἰκανούμενος, συρράβων] Qui crimen intentat. Cic. pro Client. 94. Hic Trib. pleb. modestus, prudens, non modo non fuditiosus, sed etiam fuditiosus adverſarius: ille autem acerbus, criminofus, popularis homo ac turbulentus.
 Lambi criminol. Hor. 1. Carm. 16. 2.
 Nomine criminis inquinare officiosam amicitiam. Cic. pro Planc. 46.
 Oratio criminosa. Liv. 8. 12. Dictatura popularis, & orationibus in partem criminis fuit, & quod &c.
 Tempus. Cic. pro Ligat. 5. [Non Tempus ipsum criminofus dicit Tullius, verum ipsum factum] Q. Ligarii. Quod nempe poft adventuni Vari in Africa relictum.
 Criminofus hoc ei est, i.e. Haec res inferet ei crimen, criminis damnabitur propter hoc. Cic. 4. Verr. 162. Ille hoc putabat Verri criminofus fore, si ejus statua effent dejecta. Idem pro Sull. 18. Ne fi argueret quidem tunc denique, quom effet interrogatus, id mihi criminofum videatur. [Subaudi] In reum, ut 16.
 Compar. Auctor ad Herenn. 4. 52. Frequentatio est, cum res in tota causa dispersa coguntur in unum, quo gravior, aut acrior, aut criminofior oratio fit.
 Superl. Suet. Cœf. cap. 75. Autique Cœcina criminofissimo libro, lace-ratam extimimationem, civili animo tulit.
 CRIMINOSUS, Adv. [ἰκανούμενος] Cic. pro Rosc. Amer. 55. Quum enim aliquid habeat quod possit criminose ac ſupicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari ſcens non videatur.
 Compar. Cic. de Clar. Orat. 131. Qui ſupicioſus aut criminofus diceret audivisse me neminem.
 Superl. Suet. Tiber. cap. 5. Criminofissime insectatus est.
 CRIMINOR, [ἰκανούμενος, αἴδησσαι, Αγελάσσαι] āri. Contumelioſe reprehendere. Cic. 1. Att. 14. Meſſilam Confulem contumelioſe lædebat, me tantum compereſſe omnia criminabatur.
 Criminari aliquem alteri. Ter. Eun. 5. 2. 16.
 Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
 Criminari apud. Cic. 3. Off. 79. Q. Metellum &c. apud pop. Rom. criminatus eft, bellum illum ducere.
 Criminari aliquid. Cic. 6. Verr. 59. Jam enim non libet omnia criminari.
 Potentiam invidioſe alicuius. Cic. pro Milon. 20.
 De aliquo aliquid Cic. pro Planc. 38. Libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari.
 Confue-

Consuetudo criminandi. Cic. pro Deiot. 17.

CRIMINO, a, em. Partic. active. Liv. 3. 9. Patrum superbiam ad plebem criminatus. Et Vellei. 2. 74. 2. Criminatus apud veteranos Cefareum. Passim dixit Hygin. Astron. 2. 18. Non criminatum ab Antia, sed, &c. Herini criminare. Plaut. Pseud. 1. 5. 78.

Herum ut servus suum criminatur apud herum.

CRIMINATUS, a, um. Partic. active. Liv. 3. 9. Patrum superbiam ad plebem criminatus. Et Vellei. 2. 74. 2. Criminatus apud veteranos Cefareum. Passim dixit Hygin. Astron. 2. 18. Non criminatum ab Antia, sed, &c. **CRIMINATIO**, ônis. f. [Αγελασία] Ipsa, ut itadicam, contentiofa tumultua. Liv. 10. 26. Adjecerunt & Appii criminaciones de Fabio absente ad populum.

Indignatio & criminatio. Cic. 1. de Invent. 104. Quae in negotio gerendo acta sunt, queaque post negotium consequta sunt, cum uniuscujusque indignatione & criminatione colligimus.

Allatae criminaciones repellere. Cic. de Amicit. 67.

Falsa. Cic. 2. de Orat. 321.

CRIMINATOR, ôris. m. [Αγελασία] Tacit. 4. Ann. 1. Animus audax, sui obtegens: in alios criminator. Et Plaut. Bacch. 4. 7. 28.

Cum illum reficere criminatore meum.

CRIMINATRIX, ôcis. f. [Αγελασία] Vulg. Interp. Epist. ad Titum 2. 3. **CRIMIS**, a, f. vel **CRIMISSA**, [Κριμία, Κριμία] Oppidum est in extremis Italici finibus, juxta Thurium & Crotonem, a Crimissa nymphpha. Gentile est.

CRIMISSÆUS, a, um. [Κριμίας] Strabo lib. 7.

CRIMUM, i. n. [Κριμία] Crassiflor zeæ aut tritici farina dicta est apud antiquos, qua ad pulmē conficiendam utebantur, quaque loco panis diutius visitarunt, ut Plinius est auctor lib. 18. cap. 8. Abunde alit, inquit Dioſcor. lib. 2. cap. 112. fed agri conficitor: alvum vehementius adstringit, si zeæ, ex qua fit, prius torreatur. Hæc ille.

CRINA, Ponpon. in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg. numerat inter ea Unuenta, quæ valetudinis causa sunt parata: nisi forte Crinonia legendum sit, ut sit Oleum ex litho confectum, & odoramentis conditum. Nam Crinonia Plin. lib. 21. cap. 5. meminit, quod Lilium rubens appellat. Hotomanus. [Inno κρίνη, i.e. Lili. V. CRINON. Unde Crinina alijs rectius legunt. V. ibid.

CRINANTHEMON, i. n. [κρίνηθεμόν] Flos notissimus, quem Dioscorides κρίνηθεμόν, Romani Lilium appellant.

CRINIS, is. m. [κρίνηθεμόν, θερίζει] Crines (inquit Festus) a discretione dicti sunt, δοθεῖσαι θερίζειν. Cic. 5. Verr. 76. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.

Crine ruber. Martial. lib. 12. 54. in Zoilum.

Comarum crines. Firmicus lib. 1. cap. ult. Quid jam de comarum crinibus dicamus?

Adulteri crines. Hor. 1. Carm. 15. 20. ad Paridem,

— tamen heu feras adulteros Crines pulvere collines.

Adulti. Stat. 2. Silv. 11. 122.

Apolinæi. Claud. de Rapt. Proserp. 3. 173.

Candidi. Valer. 6. Argon. 62.

Canis. Stat. 9. Theb. 163.

Compti. Hor. 4. Carm. 9. 14.

Decor. Stat. 2. Silv. 1. 136.

Flavi. Virg. 4. Æn. 559.

Hirfuti. Ovid. 12. Met. 280.

Hirti. Ovid. 8. Met. 801.

Ingenui. Stat. 2. Silv. 1. 44.

Intonfi. Tibull. lib. 1. 4. 27.

Intorti. Valer. 6. Argon. 563.

Laceri. Sen. Troad. 8.

Longi. Virg. 7. Æn. 73.

Maddidi. Valer. 5. Argon. 415.

Mæſti. Ad mæſtiam compotiti. Virg. 11. Æn. 35.

Et næſtum Ilades crinem de more soluta.

Nigro crine decori. Hor. 1. Carm. 32. 12.

Pall. Virg. 2. Æn. 480.

Purpurei. Ovid. 8. Met. 193.

Rofeti. Claud. de Nupt. Honor. 19.

Simplices. Ovid. 8. Met. 319.

Sordidi pulvere. Sen. OEth. 2.

Sparsi. Valer. 1. Argon. 293.

Splendidi oſtro. Ovid. 8. Met. 8.

Vagi per colla. Ovid. 2. Met. 673.

Virginei. Ovid. 3. Amor. 13. 25.

Accisus crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus. Tacit. Germ. 19.

Afueri crinem alicui. Virg. 4. Æn. 699.

Colligere crines. Ovid. 1. Amor. 11. 1.

Colligere incertos, & in ordine ponere crines.

Collectus crinis in unum nodum. Ovid. 8. Met. 319.

Comantes crines. Sil. lib. 16. 59.

Comere crinem. Stat. 2. Silv. 1. 163.

Compotiti. Virg. 4. Georg. 417.

Cripare crinem annulatum. V. Salmas. in Capitolin. Pertin. cap. 12.

Deducere pectine. Ovid. 4. Met. 311.

Demissi. Ovid. 6. Fast. 441.

Depondere crinem. Tacit. 4. Hist. 61. Civilis barbaro voto, post cœpta adverſus Romanos arma, propepxum rutilatum crinem, patrata demum cæde legionum depofuit. ubi Lipsius obſervat, hoc esse patrium & ſolenne Germanis votum, & citat Tacit. de Morib. German. cap. 31. Aliis Germanorū populū uſurpatum, rara & privata cujusque audentia, apud Cattos in conſenſum vertit, crinem barbamque ſummitere, nec nihi hoste caſo exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. V. etiam Cluver. in Antiq. German.

Defecare. Ovid. 2. Trist. 394.

Disjicere. Sil. lib. 16. 66.

Dispōnere. Tibull. lib. 1. 9. 67.

Diffimulare. Ovid. 2. Amor. 7. 8. Sed rectius legitur Crimen.

Distinguere docta manu. Sen. in Troad. 10.

Domus impexos certo ordine. Stat. 1. Achill. 328.

Eſſundere. Lucan. lib. 1. 188.

Eſſudis crines. Virg. 4. Æn. 509.

V. L. I.

Emiſſi, i. e. Laxati aut ſparſi. Stat. 8. Theb. 763.

Erecti horrent. Sen. OEth. 6.

Evinctus vitia crines albente ſacerdos. Ovid. 15. Met. 676.

Exutus canos lacero diademate crines. Stat. 9. Theb. 163.

Flavens. Sen. OEdip. 5.

Frangere corona. Stat. 2. Silv. 1. 115.

crinemque decorum

Frigidet roſea laſciva Thalia corona.

Fuſi. Virg. 10. Æn. 137.

Jacens in collo. Ovid. 15. Epift. 140.

Jactare per auras. Ovid. 11. Met. 6.

Impexi. Claud. 2. de Rapt. Proferp. 359.

Implexum crinibus aurum. Plin. lib. 33. cap. 1.

Implicare auro. Virg. 4. Æn. 482.

Innectere lauro. Ovid. 6. Met. 161.

Intorti. Sil. lib. 3. 284.

Involvere. Sil. lib. 7. 461.

Irrorare aquis. Ovid. 7. Met. 189.

Lacerare. Sen. Hippol. v. 826.

In ſcelere querit crine lacerato fidem.

Al. En ſcelera.

Laniare arreptum. Ovid. 4. Met. 557.

Ligare. Claud. de Nupt. Honor. 123.

Madens. Virg. 4. Æn. 216.

Movere per aera. Ovid. 1. Met. 726.

Nectre pectine crines. Claud. de Nupt. Honor. 235.

Nitens crine. Martial. lib. 12. 38.

Nodantur crines in aurum. Virg. 4. Æn. 138.

Ornatus crines apio. Virg. 6. Ecl. 68.

Perdere miſeros. Valer. 1. Argon. 449.

Perfundere amono. Sil. lib. 11. 404.

Ponere crines in ordine. V. Colligere, ſupra.

Premere mitra. Sen. Herc. OEth. 4.

Promittere crinem barbamque. Tacit. 2. Ann. 39.

Propexus. Tacit. 4. Hist. 61.

Redimitus arundine crines. Ovid. 9. Met. 3.

Repexo crine halma. Glaud. 2. in pr. Conf. Stil. 241.

Refolutus. Ovid. 3. Fast. 213.

Rutilatus. Tacit. 4. Hist. 61.

Scindere. Ovid. 3. Amor. 6. 71.

Secare. Virg. 4. Æn. 704.

Solvere. Ovid. 11. Met. 682.

Soluti. Sil. lib. 12. 598. — ſolutis

Crinibus exulnant matres.

Sparsus. Sen. Hippol. 4.

Spiranti crine odoratus. Valer. 6. Argon. 129.

Subinxus crinem mitra. Virg. 4. Æn. 216.

Summittere crinem ac barbam. V. Deponere crinem.

Suplice crine humum verrere. Claud. in Laud. Seren. 224.

Totti. Ovid. 2. Met. 283.

Tractus. Sen. Hippol. v. 731. — crinis tractus, & laceræ comæ

Ut fuit remaneant.

Vibrati calido ferro. i. e. Crispati calamistro. Virg. 12. Æn. 99. Servius.

Crinis etiam Stellis tribuitur, ut

Ducunt crinem volantia ſidera. Virg. 5. Æn. 528.

Effusus ſtellatus aether. Valer. 2. Argon. 42.

Retuſo crine languida ſtella. Claud. de 4. Conf. Hon. 184.

Crinis, etiam pīcum. Plin. lib. 9. cap. 30. de polyo pīce, Namque & afflati terribili canes agebat, nunc extremitis crinibus flagellatos, &c.

Crinis vitium. Plin. lib. 13. cap. 21. Vernacula putatio dejecit per rati-

mos vitium crinibus circumveſit arborem, crineſque ipos uvis.

Crinis, Genus vinculi ſe videtur apud Plin. lib. 17. cap. 21. Jugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculove, ut in Hispania, Brundisioque. [Videtur ipius Vitis crinis intelligi, quo alligatur ad perticam.

Crinis femininum fuſile probat Nonius ex Plauto & aliis.

Criniculus, i. m. dimin. Adelhelm. de Virg. cap. 24. Rafi criniculi.

CRINALIS, e. adj. [κρινάλη] Quod pertinet ad crines. ut, Vitta crinalis. Ovid. 9. Met. 770.

Aurum. Stat. 2. Achill. 97.

Corpoſe crinali Polypus. i. e. Crinibus qui dicuntur inſtructo. V.

CRINIS, Ovid. Halieut. v. 30.

Cultu crinali caſarienſe ſtrigere. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 85.

Hedera Baccis. Claud. 2. de Rapt. Proferp. 17.

Murus Cybeles, Turrita corona. Claud. 2. in Eutrop. 284.

Crinalis fascia. Ulp. de aur. & arg. legat. l. argumento. Fasces, inquit, crinales, peduleſque. Ubi Beroaldus legit Crurules, quaſi fasces ſint crurum. V. in crus.

CRINALE, is. n. Ornamentum eft capitis ad fingendum capillos, ne tur- bentur evaginatur. ut, Curvum crinale. Ovid. 5. Met. 53.

— ornatibus myrra curvum crinale capillos.

CRINIGER, a, um. Adj. [κρινιγέρη] dicitur Qui multos habet cri- nes. Lukan. lib. 1. 463.

Et vos crinigeros bellis arcere Caicos, &c.

CEINIOR, [κεινήρη] iri. apud Statuum legitur 4. Theb. 217.

— vatem cultu Parnafia monſtrant

Velleria, frondent crinitor cassis oliva. & 4. Silv. 5. 10.

CRINITUS, a, um. Adj. [κρινίτης] Quod crines habet. ut, Crinita ſtel- la. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Tum ſtellis his, quas Græci Cometas, noſtri Crinitas vocant. Legitur in emendatis codicibus Cincinnatas. Virg. 1. Æn. 740.

— cithara crinitus lopas

Personat aurata.

Arbutulis crinitis apices ſunt pavonibus. Plin. lib. 11. cap. 37.

Colla toris crinita tument. Stat. 6. Theb. 418. De equis.

Galea crinita tripli juba. Virg. 7. Æn. 785.

Mulier male crinita. Ovid. 3. de 1. 1. 2. 243.

Miffle multa flamma. Stat. 5. T. 387.

Nox facibus luciferis. Valer. 5. Argon. 370.

Turba. Martial. lib. 12. 49.

Vertex. Stat. 9. Theb. 129.

Y y y y

CRINI-

CRINISATUS, a, um. Adj. Ex crinibus factus. Sidon. Carm. 22. 81.
Hic crinifatus jungebat Pegasis alas. V. Sirmond. ad h. l.

CRININUS, **CRINUS**. V. **CRINON**.

CRINON, i. m. [κρινός] Siciliæ fluvius, Segetæ urbi vicinus, de quo Servius hujusmodi refert fabulam. Quum Laomedon Neptuno & Apolloni mercedem pro aedificatione murorum Ilii recusaret, Neptunus iratus Troja ceterum immisit, ut eam valaret. Confutus Apollo, sinistra dedit repona, puellas feliciter bellue esse objiciendas. Hippotes igitur nobilis Trojanus, rimens ne & Hegefa filia fuit ceto, ut Hesiona exponeretur, navi eam impostruit, ut potius se non vidente immergeretur fluctibus, quam coram devoraretur. Sed illa cau in Siciliæ delata Crinon placuit. qui in canem seu ursum mutatus, eam oppreslit, suscepitque ex eo con-

cubitu Acesten Siciliæ regem. Virg. 5. Æn. 38.

Troja Crinon conceptum flamine mater,

Quem genuit, &c. Al. dicitur Crimis vel Crimissus.

CRINNUS, i. m. Nomen servi apud Plaut. Trin. 4. 3. 13.

CRINOMENON, i. n. [κρινόμενος] a Rhetoribus appellatur Contentio, qua ex statu efficitur, & circa quod versatur certamen totius controversie. Laci Questionem vocant, teste Cic. in Orat. 126.

CRINON, i. n. [κρινόν] Plin. lib. 21. cap. 5. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cyathorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syria & Phœnicie tantum liliatum proveniens. Dioscorides tamen, Gracique fere omnes, nullo discrimine πεπάνη appellatione, omnia lili generā intelligunt. Theophratus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod vere erumpit mox post violam albani, peculiari nomine πεπάνη appellat.

CRINUS, a, um. Adj. [κρινός] Liliaceus. ut, Unguentum crinum. Diufo. 1. 51.

CRINUS, a, um. Adj. Idem. ut, Unguenta crina, l. 21. ff. de auro, arg. &c. [Nisi error est.]

CRINONIA, æ. f. [κρινωνία] Frutex est lili, vel Lilium, teste Suida: nam liliū Graci πεπάνη appellant.

CRIOBOLIUM, i. n. [κριοβόλιον] Genus sacrificiorum, ab arietibus cæsis ita dictum. Cræni enim arietem πεπάνη vocant: ut Taurobolium a bovis. Inscriptio aramaica apud Gruter. p. 27. n. 3. TAVROBOLIVM SIVE CRIOBOLIVM FECIT. & ibid. n. 4. PERCEPTO TAVROBOLIO CRIOBOLIOQUE. V. Reinef. Inscript. 1. 40. p. 76. & Salmas. ad Lamprid. Heliogab. cap. 8.

CRIOCHÆ, es. f. [κριοχὴ] Machina arietaria. Vitruv. 10. 19. i. e. In quam aries suscipitur, qui Græcis πεπάνη dicitur. V. Bald. Lex. Vitruv. p. 33.

CRIONA, [κριώνα Stephano] Vicus est Atheniensium, in tribu Antiochide.

CRIOS, [κρίος] Ciceris genus, quod Latini Arietinum nominant, ab arietini capitis figura, a qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem πεπάνη appellant.

Fuit etiam Crios, proprium nomen Athletæ cuiusdam ex Ægina insula, apud Græcos cantatissimi.

CRIPA, æ. f. ut, Cripa pampinacea. Columel. lib. 12. cap. 20. Planta, quam quidam Meliton est platanum, quæ & Sertula Campana.

CRISIS, is. f. [κρίσις] Latine dici potest Judicium: unde Dies critici dicti, h. e. Judiciales & decretorii, de quibus postea. Item Natura & morbi conflictus. Sen. Epist. 83. pr. de Puerto. Hic quidem ait, nos eandem criti habemus, quia utrius dentes cadunt.

CRISPINUS, i. f. Frutex nobilis; quem Spinam appendicem appellat Plin. 24. 13. Item

CRISPINUS, Philosopher quidam fuit Stoicus, qui versus numero quidem multis scriptis, pondere autem leves. De hoc sapient. Hor. 2. Serm. 7. 45.

Dum, quæ Crispinus docuit me janitor, edo.

CRISPUS, [κρίσπος] Cognomina familiarium quarundam Romana-rum, ut Sallustiorum, quorum nobilissimus C. Sallustius Crispus, de quo Martial. lib. 14. 191.

Crispus Romana primus in historia. Thucydidi ex Græcis op-ponitur a Quintiliano, elegantiæ dicendi, Attica brevitatem, sententiarum cœribitatem. Taxatur autem a Polione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutatus: Trogo autem, quod orationibus nimis longis utrat, sicuti & Thucydides. Ciceronis accerrimus inimicus fuit, ut ex utriusque inventivis orationibus conatur. (Quæ tamen confituntur a Declamatore quoq[ue] docti putantur.) Eius de avaritia sententiam laudat Gell. cap. 1. lib. 3. Avaritia (inquit Catil. c. 11.) pecuniae studium habet: quam nemo sapient concupivit, ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effemina: tempore infinita & infatabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. Idem lib. 17. cap. 18. de codem Salutio sic scribit, M. Varro (inquit) in litteris, atque vita, fide homo multa, & gravis, in libro quem inscripti Plus, aut De pace, Crispum Salutium scriptorem serice illius, & severa orationis, in cuius historia notiones Censorias fieri, atque exerceri videmus, in adulterio deprehensem, ab Anno Milone loris bene cæsum dicit: & quum dedisset pecuniam, dimisimus. Hactenus Gell. V. **SALLUSTIUS**.

Crispus Passienus, bis Conful., orator, Agrippina matrimonio, & Neroni privigilio clarior postea, in luce, qui est in suburbano agri Tusculani colle, arboreum extimam ita adamante fertur, ut non modo cubare sub ea, vinumque illi affundere solitus sit, sed etiam eam osculari, complecti, ut refert Plin. lib. 16. cap. ult.

Fuit & Crispus, Constantini M. filius, quem pater jam Cæsarem factum, ob suspicionem incœcta cum Fausta noverca confuditin, indicta causa, interfecit.

Crispus item Vibius orator, ore compostus, & jucundus: privatissi-amen causis, quam publicis melior, ut ait Quintil. lib. 10. cap. 1.

CRISPUS, a, um. Adj. [κρίσπος] ut, Crispus capillus, i.e. Intortus. Plaut. Truc. 2. 2. 32.

Jam ego illos fictos, compositos, crispis, cincinno tuo

Unguentos uisque ex cerebro expellam.

Abies crispa. Cic. 3. Tusc. 44. ex antiquo poeta,

— toti alii flant parietes

Deformati atque abiecte crispa.

Coma. Sil. lib. 16. 120.

Eleganticæ crispiores matières, & ob id Persis gratissima. Plin. lib. 13. cap. 9. de Persica Ægyptiaca loquens.

Folium crispium. Plin. lib. 12. cap. 15. Folium olivæ, verum crispius, & aculeatum. De myrra loquitur. Apud Columellam autem lib. 11. cap. 3. Crispissimum fulium.

Jubæ crispiores leonum, apud Plin. lib. 8. cap. 16.

CRISPULUS, a, um. Adj. dimin. [κρισπούλης] Martial. lib. 5. 62. ad Marianum,

— crisipulus iste quis est? Et Senec. Epist. 95. Ne quis, cui rectior est com., crisipulus mihi faciat. V. Epist. 66.

CRIPO, [κρίπη] æ. Plin. lib. 28. cap. 8. Fimi cinere crispati capillum cum oleo. Subaud. Aut.

Crispari terra herbis dicuntur, per translationem. Columel. lib. 10. 167.

Nunc apio viridi crispetur florula tellus.

Aurora crispat pelagus novo Phœbo. Valer. 1. Argon. 311. i. e. Oriente Sole splendore facit.

Aurum mitum cono crisparerat. Stat. 8. Theb. 568.

CRISPANS, antis. [κρισπᾶν] Partic. ad varia adhibetur. Plin. lib. 16. cap. 16. In primis vero matières honorata buxo est, raro, crispani, nec nisi radice, cetero lenis. Legitur in vetustis exemplaribus Crispanti. Virg. 1. Æn. 317.

Bina manu late crispsa hastilia ferro. i. e. Vibrans. de quo

Scalig. Poet. 4. 1. Colorem in oratione per metaphoram intelliges nitorem illum verborum. Est enim nitidus verbum, & quasi coloratus Crispus, quam Quasflare, si id apud Virgilum significat. Crispum enim est Non rectum. Quasflare hafta curvatur ac crispatur. Crispari etiam dici potest, id quo manu colligitur. Sic enim Crispus veltis limbis, cum colligendo digitis corrugatur. Sic duo hastilia veluti duæ rugæ. Crepus crispani. Plin. lib. 2. cap. 82. de terra motu.

Natus. Perf. 3. Sat. 87

His populus rideat, multumque toroſa juventus

Ingenitam tremulos naso crispane cachinnos.

CRISPATUS, a, um. [κρισπάτης] Partic. ut, Buxus crispat denso cacumine. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 110. h. e. Spirante vento vibrata.

CRISPICO, ære. Idem ac Crispare. Gell. 18. 11. Ventus mare cœruleum crispicans. V. & Plin. 16. 16.

CRISPULANS, antis. Adj. o. g. [κρισπούλαν] Cic. in Topic. 61. At quum in Ajacis navis crispuileans igneum fulmen injectum est, inflammatu navis necessario.

CRISPUS, inis. f. Arnob. lib. 2. 73. de lascive saltantibus; Lumborum crispiditudine fluctuare.

CRISSA, æ. f. [κρίσσα] Nomen oppidi Phocidis, quod Crissus Phoci filius condidit. Hinc

CRISSUS, Sinus. Strab. lib. 9. Steph. est Crissa, κρίσσα. q. V.

CRISSO, [κρισσόν] ære. Cœvo, impudice nates moveo. Martial. lib. 10. 68. in Leliam,

Nunquid, quum crissas, blandior esse potes? Idem 14. 202.

De pueri Gaditana. V. Donat. ad Ter. Eunuch. 3. 1. 34. & Scalig. ad Priapeia.

CRISANS, Partic. Juven. 6. Sat. 322. — strictum crissantis adorat.

CRISTA, æ. f. [λιθός] Nota vox. Plin. lib. 10. cap. 29. Upupa obſcera, alias pauſa avis, crista visenda plicatili.

Crista galæ. Virg. 7. Æn. 185.

Et cristæ capitum. Liv. 10. 39. Non enim cristas vulnera facere, & per picta atque aurata ſcuta tranſire Romanum pilum.

Galea decora cristi. Virg. 9. Æn. 365.

Decus superbum cristarum. Sil. lib. 10. 400.

Ferculæ cumulata cristi. Stat. 12. Theb. 524.

Comantes. Virg. 7. Æn. 468.

Equina. Virg. 10. Æn. 869.

Geminæ flant vertice. Virg. 6. Æn. 780.

Hostiles. Claud. 1. in Ruffin. 346.

Punicæ. Stat. 4. Theb. 218.

Rofæ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 14.

Rubentes. Virg. 9. Æn. 270.

Rubra. Virg. 9. Æn. 50.

Comere. Stat. 3. Theb. 424.

Excusit summas vertice. Virg. 12. Æn. 493.

Infurgens nitenti cono. Sil. lib. 16. 557.

Quatæ terræscas capitum. Lucret. lib. 2. 632.

Scintillans alte. Sil. lib. 7. 593.

Significare videtur κρισπεῖδα apud Juven. 6. Sat. 421.

Crista, Herba species: de qua sic Plin. lib. 27. cap. 5. Alectorolophos, que apud nos crita dicuntur, folia habet similiæ gallinacei critæ, plura, caulem tenuem, & fermen nigrum in filiis.

CRISTULA, æ. f. [λαφίδης] dimin. Columel. lib. 8. cap. 2. Rectis ru-ticulis cristi.

CRISTRATUS, a, um. Adj. [λόφος ἡγετῶν] Quod cristas habet: ut, Cristata aves: & periphrasis est Gallorum gallinaceorum. Martial. lib. 14. 229.

Cristateque sonant undique lucis aves.

Ales oris critati, Callus. Ovid. 11. Met. 497.

Angues. Sen. Herc. fur. v. 216.

Ape. Claud. de Phœn. 19.

Caffis. Ovid. 8. Met. 25.

Draco. Ovid. 4. Met. 598.

Galea crispiata. Liv. 9. 40.

Jubar crispatum galeæ. Stat. 3. Theb. 223.

Fulmine crispatum galeæ jubar, &c.

Pullus insigniter crispatus. Suet. Tiber. 14.

CRITES, æ. m. [κριτής] Judex. Tertull. adv. Gnost. cap. 3. Instituit su-per illos Deus critas, quos confesse intelligimus.

CRITICUS, a, um. Adj. [κριτικός] Critici dicebantur Grammatici Poematum judices, quales Aristarchus & Aristophanes fuerunt: de quibus Fabius lib. 10. cap. 1. Cic. 9. Fam. 10. Profert alter, ut opinor, duobus verisimilis expenſum Nicia: Alter Aristarchus hos κριτικούς. Ego tanquam criticus antiquus judicaturus sum, utrum sint επιτιθέμενi.

Hor. 2. Epist. 1. 51.

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,

Ut critici dicunt.

Criticis illo vocabantur, qui postea Grammatici appellati sunt. V. Wo-ver. de Polymath. cap. 16, 17, & 18.

Criticis dies, [κριτικοὶ, κριτικαὶ] vocantur a Medicis Judicariis, in quibus de morib[us] ratione fieri iudicium potest. Cels. lib. 3. cap. 4. Est autem alia etiam de diebus iplis dubitatio: quoniam antiqui potissimum

mum impares sequebantur, eosque tanquam tunc de aegris judicaretur, *xp̄n̄us* nominabant. In his erat dies tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, quartus decimus, unus & vicecimenes: ita ut summa potentia septimo, deinde quarto decimo, deinde uno & vicecimeno daretur. Igitur si agros nutritabant, ut dierum impariorum accessionibus expestant: deinde postea cibum quasi leboribus accessionibus instantibus darent. V. & Gell. 3. 10. Microb. Somm. Scip. 1. 5.

C R I T I C E S, es, five **C R I T I C A**, *f.* [εγκριτική] Philologia pars est, quæ in emendatione auctorum & in iudicio consistit: Varro apud Diomed. lib. 2.

C R I T I C I S T, Afis populi, a Memnonibus & Davellis dierum viginti intervallo discreti. Auctor Plin. lib. 6. cap. 30.

C R I T I C U M, *[κριτικόν]* Tuberculum parvulum in palpebra super pilorum locum, quod a similitudine hordei sic est dictum. Cels. lib. 7. cap. 7.

C R I T H E S, *[κρίθης, Αλ. κρήθης]* ut ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri. Filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mæonis fratis tutelle reliquit. Hic autem quini puellam viviasset, gravidamque fecisset, atque ob id facti vereretur infiamsum, Phœnicia can Smyrnæ grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Iliá vero non multo post, quum ad lavacra, quæ prope Mæletum fluvium erant, proficeretur, Homerum iuxta fluvium peperit, ob idque Meligeneis appellatus est, qui postea cœsus factus, Homeri nomen accepit. Cumne namque & Iones oculis captos Homeros appellant, quod homeris, id est itineris ducibus egeant.

C R I T H A M U M, seu, ut aliqui, **C R I T H A M U M**, *i. n.* *[κρίθαμον]* Herba est fruticosa, & undique foliosa, cubiti extitudinem sere petens. Nascentur in maritimis & petrosis, foliis pinguis, numerosis, albicansibus, veluti portulacæ, latioribus, & longioribus, falso guttu. Flores candidi sunt, & femen, cereris ritismati, odoratum, molle, rotundum, quod siccatum rumpitur: habet intus triticæ modo nucleum, radices digiti crassitudine tres aut quatuor, grati odoris & junci. Hæc Dioscorid. lib. 2. cap. 122. Meminit & Galen. lib. 3. Aplic. medic.

C R I T H O L O G I A, *orūm, m. pl.* *[κριθολογία]* Opuntios dicuntur, Qui colligentis sacrificiorum primis præfecti erant: sic dicti, quia in veterum sacrificiis plurimis erat hordei usus, quod *xp̄n̄*. Græci dicunt. Auctor Cælius Rhodig. lib. 12. cap. 1.

C R I T H O L O G I A, *a. f.* *[κριθολογία]* Curæ hordei & frumenti colligendi. Theod. cod. lib. 14. tit. 25. Crithologæ & Zygostata munus.

C R I T H O T E, es. *f.* *[κριθοτέ]* Stephano Urbs est Thracia ad Hellestponum, octoginta stadiis a Cardia distans, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

C R I T I A S, *a. m.* *[Κριτία]* Unus e triginta tyrannis, Atheniensibus a Lacedemoniis impotis. Cujus mentionem facit Cic. lib. 2. de Orat. 93. Consequunt sibi hunc (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysias scripta sunt, nonnulla Critias, de Theramene audivimus. Rursum idem, lib. 3. 139. Quid Critias? quid Alcibiades? civitatis suis quidem non boni, sed certe dacti atque eloquentes, nonne Socratis erant disputationibus eruditissimi?

Fuit & alter Critias philosophus, qui dixit animam esse sanguinem, sicut & multi alii. Unde Virg. 9. Æn. 349.

Purpuream vomit illæ animam, &c.

C R I T I C E, **C R I T I C U S**. In **C R I T I S**.

C R I T O, *ónis. m.* *[Κριτών]* Atheniensis, Socratis familiaris, quem & opibus juvit, & cum quæ usque ad extremum vitæ est philosphatus.

Crito item Pierota (Pertia autem urbs est Macedonia) historicus fuit, scriptor res Pericas, Sicilas, Macedonicas.

Fuit præterea alijs, Naxius genere, historicus & ipse. Auctor Suidas.

C R I T O B Ü L U S, *i. m.* *[Κριτοβύλος]* Philippi Maced. & Alexandri F. ejus fuit Medicus, de quo Plin. lib. 7. cap. 37. Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris cura orbitate luminis. V. Curt. 9. 5.

C R I T O L A U S, *i. m.* *[Κριτόλαος]* Atheniensis, nobilis Peripateticus, Romanus ab Atheniensibus missus legatus cum Carneade, & Diogene Stoico, ut scribit Cic. 2. de Orat. 15. De hujs libra, Idem 5. Tusc. 51. Quo loco quare quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram lamen animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lanceret putet, ut terrani & maria deprimit.

Alter Critolaus, Achæorum dux, bellique Achaici concitator, quem ideo Corinthum evertisse dicit Cic. 3. de Nat. Deor. 91. Critolaus evertit Corinthum, Carthaginem Hafdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effuderunt.

Critolaus Tegeates, Reximachi filius, qui apud Græcos contra tergeminos Pheneatas eadem conditione & fortuna, quæ apud Romanos Horatius, decertavit. nam is quoque forem interfecit, quod sibi e victoria redeunti non gratularetur, quum tamen ceteri omnes ei applaudenter, utest auctor Demaratus apud Plutarchum in Parallelis Rom. & Græc.

C R O

C R O B I A L O N, *i. n.* *[κροβιάλων]* Oppidum non longe a Sefamo in Paphlagonia, quod abluit Parchenium annis Diana virginis admodum gratius. Huius oppidi meminit Apollonius lib. 2. Valer. 5. Argon. 102.

— fugit omne Crobiali latus.

C R O B Y L U S, *i. m.* *[κροβύλος]* Comicus fuit, reserente Athenæo, apud quem gulo insignis ad cibaria præfervida digitos fibi esse gloriat. *ιδελλαῖς*, id est humentes, & calentibus fructis ita se guttur succenfum, ut vide ri fornax possit, non homo. [Hegelippi Comici id cognomem suisse docet Suidas in *Ιστορίᾳ*, ut vix alius videatur ab Athenæo intelligi.]

C R O B Y L U S, *i. m.* *[κροβύλος]* Aureus vel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idque proprie in viris: nam in mulieribus potius Corymbium, & in pueris Scorpium vocamus. V. supra **C O R Y M B I U M**. V. & Henr. Steph. Thef. Gr.

C R O B Y Z I, *[Κροβύζης Stephano]* Populi Istri accolæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

C R O C A L E, es. *f.* *[κροκάλη]* Ifmeni fluvii filia. Ovid. 3. Met. 169. ubi V. Burn.

C R O C A L I S, is. *f.* Gemma, quæ cerasum, vel ut alii legunt, ceram re praefasant, auctor Plin. lib. 27. cap. 10.

C R O C A T U S, &c. V. **C R O C U S**.

C R O C E A, a. *f.* *[κροκεία]* Urbs Laconia una ex centum, cuius incolæ dicitur Croceatae, *κροκεῖται*. Stephan.

C R O C I A S, a. *f.* *[κροκία]* Gemma species, a croci similitudine sic deta. Auctor Plin. lib. 37. cap. 11. Hard. Crocia.

VOL. I.

C R O C I N U M, **C R O C I N U S**. V. in **C R O C U M**.

C R O C I O, *[κροκίον]* fre. Corvus dicitur crocire, ut ait auctor Philomæ inter opera Ovidij, v. 28. Al. hic leg. Crocitat. V. seq. dict.

C R O C I T O, *[κροκίτων]* are. pen long. quia frequentativum est a Crocio, croci: ut Dormito, a Dormito, dormis. V. Despatrum. Plaut. Aulul. 4.3. 1.

Nom temere est quo corvus cantet mihi nunc ab Iava manu,

Simil radebat pedibus terram, & voce crocitat sua. Perot-

tus Crocibal legit. Nec aliter Gronov.

C R O C I T U S, is. m. Propriam corvorum vocem veteres esse voluerunt, inquit Nonius 1. 218.

C R O C I T O, ónis. f. *[κροκίτης]* Corvorum vocis appellatio. Festus. Al. **C R O C I T I O**, five **C R O C I T A T I O**.

C R O C I S, idis. f. *[κροκίς]* Herba est, cuius contactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori sententia tradit. Plin. lib. 27. cap. 17.

C R O C O D I L U M, i. n. *[κροκοδίλιον]* Herbe species. Plin. lib. 27. cap. 8. Crocodilion chamaeleonis herbo nigro figuram habet, radice longa, equaliter crassa, odoris asperi. Ruell. lib. 3. cap. 10. dicit ad hanc herbam proxime accedere can quæ Carlina dicitur: non audet tamen canem eum afftere. V. ibidem plura.

C R O C O D I L Ö N, five Crocodilorum oppidum *[κροκοδίλιον πόλις]* Oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cuius Strabonis etate nihil preter nomen exstabat, ut ipse testatur lib. 16. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 19. Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arinoitica prefectoria ad Nilum fluvium: ita dictum, quod in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc urbem postea Arinoen appellaverunt, teste Strab. lib. 17.

C R O C O D I L Ü S, i. m. *[κροκόδιλος]* Mons est Cilicia, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

C R O C O D I L U S, i. m. *[κροκόδιλος]* Animal quadrupes, hominibus ter-

ra pariter atque aquis infeluum. Dicitus crocodilus, *λέων τηρός καὶ δεινός*, id est a croco & timido, ut nonnulli volunt, quod crocum ac ejus odorem mirum in modum timeat ac refugiat. V. Plin. lib. 8. cap. 25. & Cic. 1. de Nat. Deor. 83.

Color fuscatus fercore crocodili. Hor. Epod. 12. 11.

C R O C O D I L I N U S, a. um. *[κροκόδιλινος]* Adj. Quod ad Crocodilum pertinet.

Ambiguitates crocodilinæ, Quintil. lib. 1. cap. 10. Argumenta sunt per-

plexa & sophistis. V. Politianum Miscellanorum cap. 55. Ductum est nomen ex fabula Ægyptiaca, qua est hujusmodi: Mulier quædam cum filio secundum fluminis ripas ambulabat; ei crocodilus filium abfuit, redditurum se dicens, si verum mulier responderet: negavit illa fore ut redderetur: atque ob id æquum aiebat reddi. V. Burn. ad Quintil. I. c.

C R O C O D I L I T I S, *a. m.* *[κροκοδιλίτης]* Al. **C R O C O D I L I T I S**, *[κροκοδιλίτης]* Idem nimur genus sophistatos parum explicabilis. Auctor Doxopater Aphthoni narratur Græcus apud Polit. Millcell cap. 55.

C R O C O D I L E A, a. f. *[κροκοδιλέα]* Animal simile crocodilo. Plin. lib.

28. cap. 8. de Crocodilo loquens; Alter illi similis, multum infra ma-

gnitudinem, in terra tantum, odoratissimum herbovitis vivit. Ob id in-

tefina ejus diligenter exquirunt jucundo ridore farcta; crocodileam vocant, oculorum virtutis utilissimam. [Estergo id nomen Stercoris, non Animales ipsius. V. Hard. in loc.

C R O C O M A G M A, átis. *f.* *[κροκομάγης]* Unguentum quo Cilices uti-

tur: id ita fiebat, Terebant crocum, & vino præcipue dulci miscer-.

tar. Plin. lib. 21. cap. 20. Crocomagma verti potest, Crocini olei fax.

Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 4.

C R O C O R A, a. f. *[κροκών]* Vestis muliebris est crocei coloris. Cic. de

Arusp. Resp. 44. P. Clodius a crocata, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a litophio, a pfaltrio, a flagito, a stupro est fa-

cetus repente popularis. Et Apul. 11. Met. p. 261. Vidi & simiam pileo

textili, crocotisque Phrygiis, catamiti pectoris specie, aureum gestan-

tem poculum.

Mustela crocoton addere, est Honorem conferre indignis. V. Chiliad.

Feli crocoton.

C R O C O T I L A, a. f. *[κροκότην]* dimin. Plaut. Epid. 2. 2. 47.

Indusianum, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

C R O C O T U L A R I S, i. m. *[κροκοτύλης]* Crocotarum vescum infector.

Plaut. Aulul. 3. 5. 47. Quom incedunt infectores crocotularii. Al. Cro-

cotarii.

C R O C O T I L U S, a. um. Adj. Veteres Valde exile dicebant. Plaut. 1.

Fragm. 14. Extortis talis cum crocotilis cruculis. Festus. Sed dubia le-

cio est. V. Dacer.

C R O C O T I N U M, i. n. Genus operis pistorii. Festus.

C R O C O T U S Campus, *[Κροκοτός πεδίον]* Campus est juxta Theſſaliā, ad

Amphrysū fluvium. Stephan. In dictione *λαύριον*.

C R O C U F A N T I A, orūm, n. *[κροκοφάνη]* Ornamenta villosa sunt, in-

quit Hotomanus, quæ sub reticulis contexta, per eorum plagulas appa-

rent. Turnebus Advers. 18. 23. Crocufantia, inquit, Ornamenta ci- pi-

tis sunt, & redimicula, quæ tota e subtegmine fine illo itinam contexta

sunt, unde & appellationem sunt adepta. *κροκοφάνη* enim Grammati-

ci Græci exponunt, quod *κρόκος φάνης οφαντος*, & ab Atticis *κροκοφάνης*

scribunt vocari. De his Ulpian. in 1. 25. §. 4. D. de aur. & arg. leg. Orna-

mentorum hæc, inquit, vitre, mitra, semimitra, reticula, crocu-

fantia, &c. Alciatus autem & alii eruditæ homines alicubculo conqui-

rendæ mirabiliter exerceruntur.

C R O C U M, i. n. vel **C R O C U S**, i. m. *[κρόκος, κρόνος]* Plin. lib. 21. cap.

7. Hos certe flores Homerus tres laudat, loton, crocon, hyacinthon.

Idem cap. 6. Crocum filvestre optimum, serere in Alia minime exp-

dit, ad scrupulæ ulque singula areis decoquentur. Seritur radicis bul-

bo: sativum latius, majusque & nitidius, sed multo levius degenerans,

sed nec ubique secundum, etiam Cyrenis, ubi semper flores iaudatissimi.

Plaut. Cœl. 1. 2. 7. Tu crocum & catia es. al. Crocinum.

Colore croci contextum. Lucret. lib. 6. 1186.

Corycias. Lucret. lib. 2. 416.

Liquidus. Ovid. 1. de Arte M. 104.

Pallens. Stat. 6. Theb. 210.

Puniceus. Ovid. 5. Faſt. 318.

Rubens. Virg. 4. Georg. 182.

Ruber. Ovid. 2. Amor. 6. 22.

Sicanus. Stat. 2. Silv. 4. 36.

Y y y y 2

Spirans.

- Spirans. Juven. 7. Sat. 208.
Tyrius. Claud. Epigr. de Zona, 8.
Croci, in plurali apud Juven. 7. Sat. 208.
Spirantesque crocos, &c. Et Ovid. 4. Met. 393.
— redolent myrrhae crocique. Propert. lib. 4. 1. 16.
Pulpita solennes non oluere crocos. Poeticum.
Crocum in medio lili. Plin. lib. 21. cap. 5. De lilio.
Crocus, metaphoric pro Scena, quod croco, & floribus, & aliis odo-
ribus conspergi solet, ut ex Lucretio appetat lib. 2. 416.
Et quicun tenea croco Cilici perfusa recens est. Hor. 2. Epist. 1. 79.
Recte necne crocum, florefque perambulet Atta
Fabula, si dubitem, &c. i. e. Agatur ab histrioibus in scena
ambulantibus. Lambinus. conf. Propert. 1. c.
- CROCEUS**, a, um. Adj. [κρόνεος] Croci coloris. Plin. lib. 22. cap. 13.
Mutat enim cum terra colores, hic niger, illuc viridis, aliubi cyaneus,
aliubi croceus. Virg. 1. Aen. 715.
Et circumtextum croceo velamen acantho.
- Amitius croceus. Ovid. 3. de Arte Am. 179.
Chlamys. Virg. 11. Aen. 775.
Dies, Aurora. Claud. 2. in Eutrop. 529.
Flores. Virg. 4. Georg. 109.
Frondes. Valer. 4. Argon. 23.
Honor croceus, Pici in avem sui nominis conversi. Sil. lib. 8. 444.
Igenes. Claud. 2. in Conf. Stil. 467. Croceis rorantes ignibus hortos.
De Solis hortis.
Lutum. Virg. 4. Ecl. 44. Hypallage est, pro Croco luteo. Servius.
Odores. Virg. 1. Georg. 56.
Prata. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 273.
- CROCEATUS**, a, um. Adj. Idem. Adelhelm. de Virg. cap. 2. Croceata
genitifuram cacumina.
- CROCATUS**, a, um. Adj. Idem. Plin. lib. 16. cap. 34. Alicui & semen
nigrum, aliicruciatus.
- CROCINUS**, a, um. Adj. [κρόκινος] Idem. ut, Crocinum semen. Plin.
lib. 21. cap. 19. Semen his optimum crocinum, nec annulo vetusius,
& in umbra siccatur.
- Tunica crocina. Catul. 66. 134.
- CROCINUM**, i. n. [κρόκινον] Genus unguenti: cuius oleum est ex croco:
de quo Plin. lib. 13. cap. 13. Unguentis cognomina dedere alii patriæ,
alii fucci, alii arboreos, alii cause, primumque id scire convenient, muta-
tam auctoritatem, & sepius transtul gloriam. Laudatissimum fuit ant-
iquitus in Delo insula, postea Mendefum. Crocinum in Solis Cilicis
diu maxime laudatum. Propert. lib. 3. 8. 22.
- Et crocino nares murrheus ungat onyx.
- CROCUS**, i. m. a quibusdam Sagittarius dicitur, Panis & Euphemes Mu-
sarium nutricis filius. Hunc dicunt domicilium in monte Helicone habuisse,
& cum Musis cantu ac cithara detectari solitum: sepe etiam studio
venationis exerceri: quapropter magnam laudem & laboris & ingenii af-
sequuntur. Verum hunc non Crocum, sed Crotum, vocat Hyginus in fabu-
la 224. & Poet. Afr. 2. 27. ex Sofitheo. conf. Latinos commentarios in
Aratum interprete Germanico Casare. Hic in Musarium gratiam ab Jove
collocatus inter sidera, Sagittarius nomen obtinuit.
- CROCTA**, a, x. f. [κροκταῖς] Hec est Ethiopica familiaris, ex hyæna &
leæna Æthiopica nascens, qua & ipsa hyæna more humanas voces imita-
tur. Plin. lib. 8. cap. 30. ubi hyæna naturam multis explicit, statim
subdit. Hujus generis coitu leæna Æthiopica parit crocutam, similiter
voces imitantem hominum, pecorumque. Actes ei perpetua in utraque
parte oris, nulis gurgitis, dente continuo, qui ne contrario occurru he-
betetur, caparun modo includitur. V. Elian. Hist. Animal. 7. 22.
- CASEUS**, i. m. [κέσιος] Lydorum rex Halyatis filius, primus Graecos
partim tributis impensis subegit, partim socios atque amicos sibi adscivit:
tantumque imperio & opibus crevit, ut se felicissimum dicere non dubitaret.
Paulo post debellatus a Cyro, quem pyre cremandus impone-
ret, magna voce ter, & Solon exclamavit. Admiratus igitur Cyrus, mi-
sit qui rogarent, quinam hominum, aut deorum esset, quem in du-
biis casibus solum imploraret. Cujus rei quam ratione reddidisset Crot-
sus, non solum dimisus est, sed summo etiam in honore quad vivit,
apud Cyrum habitus. Ex quo visus est Solon eadem oratione alterum ser-
vasse e regibus, cautiorem & prudentiorem alterum reddidisse. Plutar-
chus in Solone. Cremandus autem Crotus propterea Solonem inclama-
bat, quod ab eo fuerat admonitus, Neminem tantisper dum viveret, fe-
licem dici posse. Reflexus huc Juvenal. 10. Sat. 273.
- Festino ad noctros, & Regem tranfere Ponti,
Et Crotum quem vox justi facunda Solonis
Respicere ad longe justis spatiis ultima viræ.
- Pro Opulento quasi proverbio ponitur. Ovid. 3. Trist. 7. 42.
Nempe dat id cuicunque libert Fortuna, rapitque,
Irus & est subito, qui modo Crotus erat. Et Martial. 11. 6.
Ardua res hac est, opibus non tradere mores:
Et cum tibi Crotus viceris, ete Numam.
- CROMYON**, i. n. [κρομύων] Cepa. Dioct. 2. 140.
- CROMYONNÉSOS**, [κρομύωνης] Insula juxta Smynam, cuius me-
minit Plin. lib. 5. cap. 31. [Puto dividere scribendum κρομύωνης]
- CROMNA**, [κρομνά] Phalagonum oppidum, cuius Homerus in Phalagonibus instrundit memini lib. 2. Iliad. Eccl. v. 362. & Strabon lib. 12.
& Valer. 5. Argon. 105. & Apollon. lib. 2. Nunc Comana vocatur, teste
Olivariorum in Melam 1. 20. apud quem Cronna scribitur.
- CROMYON**, vel **CROMYON**, ònis. f. [κρομύων] Oppidum regionis
Corinthiacæ, ubi Theseus suem agros infestantem peremit. Ovid. 7.
Met. 435.
- Quodque suis securus arat Cromyon colonus. V. CROMYON.
- CRONA**, Promontorium Calpion mari vicinum, de quo Plin. lib. 6. cap. 5.
CRONIUM in Septentrionibus Mare [Κρονία θάλασσα] dicitur, non quia
antiquum: quid enim insulius? sed concretum, auctore Plinio 4. 13. a
figoris argomento, cuius praesidem Saturnum faciunt calefactum rerum
studoli. Apollonius Argonauticon quarto, Adriacum mare, Cronium
dicit. Sed a Crone, id est Saturno, ut inquit interpres, quem habuisse
Italiæ omnibus & lipiss notum & tonoribus. Sunt tamen qui non Cronium.
apud hunc poetam, fed Chronum putent scribendum, ab insula
qua vocetur Chronia. Lycophonis interpres Ionum scribit finum ante
Chronium dici confundet, sed & Rhæsum. Cronii maris & Eustathius
- meminit; Post Scythas, inquit, qui mari Cronio vicini Caspium acco-
lunt, Unni sunt, &c.
- CRONIUS**, i. m. Unus ex Centauris.
Fuit & alter Cronius gemmarum insignis sculptor, ut videre est apud Plin.
lib. 37. cap. 1.
- CRONOS**, i. m. [κρόνος] Saturnus, & Temporis spatium Latine dici-
tur. Cic. 2. de Natura Deor. 64. Saturnum autem (inquit) eum esse
voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum ac temporum contine-
ret: qui Deus Graec idipsum nomen haberet. κρόνος enim dicitur, qui est
idem κρόνος id est spatium temporis. V. Macrobius libro 1. Saturn.
cap. 8. Et rursum cap. 22. ad finem.
- CRONIA**, orum. n. pl. [κρόνια] Festa Saturni, qui a Graecis κρόνος di-
citur. In his festis mittebant sibi invicem xenia, remittebanturque apo-
phoreta, ut viderent Saturno gratias agere, quod fruges, fructusque
ad vita cultus necessarios percepissent. Hec festa, Latine Saturnalia di-
cuntur. V. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7. ad finem.
- CROSIS**, is. f. Syria. Apul. de Herb. cap. 101.
- CROTALUM**, i. n. [κροταλός] est Instrumentum quod manus pulsatur,
laminis quibusdam ex arte rotundis, sonum ex collisione reddentibus:
dictum a pulsatione: κροτάλον enim Græci plausum vocant: & κροτάλον dicunt
pulsare atque percussere. Utibantur hoc instrumento Ægyptii in deorum
solennitatibus. Virg. in Copæ, pr.
- Copa Syrisca, caput Graia redimita mitella,
Cristum pulcro crotalo docta movere latus. Cic. in Pison. 20.
Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui
cymbala ac crotala fugi. V. Cælium lib. 19. cap. 4. Macrobius. 2. Saturn. 10.
& Laurent. Pignor. de Servis p. 87.
- CROTALIA**, orum. n. pl. [κροταλια] appellari Margaritas quasdam re-
sonantes, docet Plin. lib. 9. cap. 35. quarum sono gaudebant Græci.
Subeunt (inquit) luxuriaz eius nomina, & tadia exquisita perdito ne-
potata: siquidem quid id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque
gaudent, & collutu ipso margaritarum.
- CROTALIZO**, **CROTALISSO**, [κροταλίζω] ut Malacizo, Malaciso,
in Cornuti fragmento de Orthogr. apud Caiiodor. p. 17. H. St. V. Cal-
fiad, de Orthogr. cap. 1. extr. Hinc
- CROTALISTRIA**, æ. f. [κροταλιστρία] Femina crotala percussere docta.
Petronius Arbitrii c. 55. de Ciconia, que voce strepitum crotalarum imitatur.
Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,
Pietae cultrix, gracilipes, crotalifria, &c. Sic enim legit Tur-
nebus Crotalifria. Tu dispice. V. Plaut. Merc. 5. 2. 99.
- CROTALUS**, i. m. [κροταλός] Fluvius Italæ in Sinu Taren-
tino, Milone athleta memorabilis, qui Pythagoræ discipulus fuit. Peri-
stissima autem rei bellicæ fuit: nec parvam operam exercendis athletis
dedit. In uno enim Olympico certamine victores omnes, Crotoniæ
fuerunt. Iure itaque dici visum est, Qui Crotoniatarum postremus est,
is reliquorum Graecorum primus est. Crotone salubrissus, Proverbium alterum, quod inde ortum esse aiunt:
qui locus ipsi ad salubritatem, & bonas corporis habitudines, propter
athletarum multitudinem plutum conferat. Plurimos enim Olympio-
nicias habuit. Ad ejus gloriam accedit ingens Pythagororum numerus. Hæc ex Strabonib. 6. Croton, nunc vulgo Crotone dicitur. Tellis Oli-
varius in Melam 2. 4. Sil. lib. 11. 17. — patefecit amicas
Alta Croton portas.
- Crotone tradit Ovid. lib. 15. Met. 55. a Mycilo Alemonis filio jussu Her-
culis conditam, habereque nomen a Crotone ipsius Herculis hospite ibi
sepulta.
- CROTO**, etiam genere masculino dicitur. Liv. 24. non procul ab initio,
itaque optimum visum est, ad Annibalem mitti legatos: caverique ab
eo, ut receptus Croto Bruttiorum esset. Non dubito, quin vett. Cro-
to, ònis. m. & Crotona, æ. f. usurparint, ut Narbo & Narbona,
Vibo, Vibona; Ancon, Ancona, plurimaque id genus. Masculina tamen
Romanis frequentiori in usu. Itas sequior sola feminina retinuit.
- CROTÖNIATES**, is. m. [κροτονιάτες] Cic. lib. 2. de Nat. Deor. 27.
Crotoniati, genitivus pluralis. Liv. 24. 3. Eam tum arcem fatis, ut
videbatur, tutam Crotoniati optimates tenebant. Ubi de Crotone, &
Crotoniatis multa Livius.
- CROTONIENSIS**, è. Adj. Idem. Sallust. in Catil. cap. 44. & Justin. 20. 4.
CROTON, ònis. m. [κροτων] Frutex est ad magnitudinem parva fucus al-
surgens, folio platani, sed leviori ac nigriore, ramis ac caudice arundi-
num modo concavis, semine waurum aspero, quod purgatum effigiem
Ricini animalis reperficit, unde & nomen accepit. Nam Ricinum ver-
mem Graeci etiam κροτων appellant. Hoc semine exprimitur oleum, ci-
bis quidem foedum, sed lucernæ & emplastris nile. Alio nomine hic
frutex Ricinus appellatur, & Cici, unde etiam oleum ipsum Cincinum &
Ricinum appellatur. Plin. lib. 16. cap. 23. V. CICCI.
- CROTÖPUS**, i. m. [κροτωπός, κροτωπός] Rex Argivorum fuit, pater
Pamatheas, quæ ab Apolline compressa Linum puerperit, quem
quum inter verpes abfcidenter, canes extractum dilacerarunt. Memi-
nit Pausan. in Corinth. Hinc
- CROTOPIADES**, is. m. patronym. Ovid. in Ibin. 480.
Quique Crotopiadēm diripiuerre Linum.
- CROTUS**, Euphemus Musarum nutritius filius. V. CROCUS.

CRUCIARIUS, **CRUCIATUS**, **CRUCIAMENTUM**, **CRUCIABILIS**,
Crucifigo, Crucium, Crucis. V. CRUX.

CRUCIATA, æ. f. Planta est in incultis locis præcipue nascens, caule
rotundo, dodrantali, ac etiam majore, in cacumine rufescente, paribus
bus fore intervallis ab imo ad summum geniculis intersecto: e quorum
singulis ab initia prodeunt folia subpungua, longa, vulgaris dictæ Sapo-
natæ temula, & Gentiane foliolis in summittate erumpentibus similia.
Flores, qui purpureo colore nitent in summo circum caulem in orbem
exeunt. Radix illi alba, longa, amarißimo gutt., locis pluribus ab
utroque

ntroque latere crucis instar perforata: unde illi Cruciatæ nomen indiderunt. V. Matthiol. in lib. 3. Diotocord.

C R U D A R I A, æ. f. Argenti vena quæ in summa fodina reperitur. Plin. lib. 31. cap. 6.

C R U D U S, a, um. Adj. [ἀργές, ἄργεις] quidam a Crux dictum putant, quod proprie Recens atque acerbum significat: ut, Crudum vulnus. h. c. Recens, & quasi adhuc cruentum. Hinc Crudum. Quod nondum est coctum, a similitudine cruda carnis, que adhuc cruenta est. Plin. 5. Epist. 16. ad Marcellinum. Ut enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultro requirit: sic recens animi dolor consolations rejicit ac refugit, mox desiderat, & clementer admotis acciescit.

Crudum, Nondum coctum: ut, Cruda caro. Suet. Neron. cap. 37.

Agricola crudus. Martial. lib. 12. 77.

Alvus cruda, Quia crudum adhuc & inconcoctum cibum egerit, ut in lienteria. Cato cap. 125.

Cæstus crudus, pro Duro vel Crudeli. Virg. 5. Æn. 69.

Seu crudoedit pugnam committere cæstu. Servius.

Cibi: Qui indiget & nondum concocti sunt. Juven. 1. Sat. 143.

— & crudum pavonem in balnea portas.

Cortex crudus, pro Viridi. Virg. 9. Æn. 743.

— ille rudem nodis & cortice crudo

Intorquet. Servius.

Ensis crudus, pro Crudeli vel Cruento. Virg. 10. Æn. 682.

— & crudum per costas exigitensem. Servius.

Equa cruda marito protervo. Hor. 3. Carm. 11. 12.

Exordia cruda magna indolis. Stat. 1. Achil. 276.

Fatum. Sil. lib. 13. 224. al. Factum. V. Drakenb. ad los.

Funera cruda. Stat. 9. Theb. 390.

— quo jam nec cruda nepotis

Funera, nec nostri vealent perumpere planctus.

Homo, Qui crudum habet stomachum, id est qui cibum non concoxit. Cic. 2. de Fin. 23. Crudique potridie se rufus ingurgitent. Hor. 1. Serm. 5. 49.

Namque pila lippis inimicum & ludere crudis. Al. exp. Qui cibos concoquere nequeunt. V. & Quint. 11. 3. p. 1002.

Ilorum crudus. Stat. 10. Theb. 336.

Indoles, Patiens laborum. Claud. de 3. Conf. Hon. 43.

Juventus. Sil. lib. 1. 303.

Mens. Sil. lib. 4. 35.

Nomen Marte viri, Terribile. Sil. lib. 7. 113.

Novalis. V. NOVALIS.

Poma cruda, Nondum matura. Cic. de Senect. 71. Et quasi poma ex arboribus si cruda sunt, vi avelluntur: si matura & cocta, decidunt.

Prælia. Stat. 12. Theb. 762.

Robur. Stat. 2. Theb. 709.

Rudimenta. Stat. 1. Achil. 478.

Saxum. Valer. 2. Argon. 542.

Senectus viridis & cruda. Virg. 6. Æn. 304.

Servitium. Tacit. 1. Ann. 8.

Solum crudum & immotum. Columel. lib. 2. cap. 2. Sed ita nec ubi crudum soluni & immotum relinquat, quod agricole sciamnum vocant.

Sudores crudi. Stat. 1. Theb. 422.

Taurus. Valer. 4. Argon. 250.

Aspice & hac crudis durata volumina tauris. i. e. Taurino corio duro. V. N. Heinr. ad loc.

Terra. Lucan. lib. 3. 387.

Vellus. Valer. 6. Argon. 82.

Virago. Stat. 11. Theb. 414.

Virginitas. Claud. in sec. Conf. Stil. 246.

Uva. i. e. Immatura. Ulpianus in l. si servus. §. si olivam. D. ad legem Aquil.

Vulnera. Ovid. 1. de Pont. 12. 16.

Ructare crudum. Cels. lib. 1. cap. 2.

Crudus, pro Crudeli. Marcell. lib. 26. p. 447. in fine. pag. eadem v. not. de Ursilio crudo. Sic. 34. p. 467. Genuinam ferociam pectori crudo affixam. H. St.

C R U D I T A S, atis. f. [ἀπειγος, ἀπνία] Affactus stomachi qui nascitur ex atra concoctione. Cic. de Senect. 44. Caret ergo etiam violentia & cruditate & insomniis.

Cruditatis causa est morbi. Cic. de Fato 54.

Arborum cruditas. Plin. lib. 17. cap. 24. Arbores laborant & fame, & cruditate. i. e. Caloris inopia, non probe percocto humore.

Signa cruditatis. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Contrahere cruditatem. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Excoquere cruditatem Laconico. i. e. Sudore. Columel. in præsat. lib. 1.

Substat cruditas. Cels. lib. 2. cap. 12.

C R U D O R S C, [κρύδωσις] ēre. Crudum fieri.

Ferrum crudescit. Sil. 1. 432.

Fidebat magica ferrum crudescere lingua. i. e. Crudelius fieri.

Ira crudescit. Stat. 2. Theb. 680.

Morbus crudescit, Validior fit. Virg. 3. Georg. 504.

Sin in processu cepit crudescere morbus. Servius.

Morbus crudescere incipiens. Claud. in Ruff. 1. 301.

Pugna crudescit, Crudelior fit cæde multorum. Virg. 11. Æn. 813.

— dejecta crudescere pugna Camilla. Servius.

Pugna sanguine effuso crudescere. Virg. 7. Æn. 788.

Seditio crudescit. Tacit. 3. Hist. 10.

C R U D I F O R, ēre. Male concoquere, vel nondum concoxisse. Tertull. de Jejun. cap. 16. Populus carnis avidissimus, usque ad cholera ortygomas crus cruditando.

C R U D I T A R I O, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 1. 2.

C R U D E L I S, e. Adj. [ἀργές, ἄργεις, ἀργίνης] Asper, immensis. Cic. pro Deiot. 2. Crudelis Caltor, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos avum in dicerim capitis adduxerit

Crudelis atque importunus. V. IMPORTUNUS.

In hominis alicuius calamitate crudelis esse. Cic. 2. de Orat. 198.

Crudelis in liberos & fanguinem suum. Cic. ad Brut. 12.

In ira crudelis. Ovid. 5. Fast. 325.

Amor. Virg. 10. Ecl. 29.

Animus serus, crudelis, atque inhumanus. Aut. ad Heren. lib. 2. 29.

Ara. Ovid 13. Mer. 453.

Aupa. Ovid. 14. Epist. 49.

Bellum crudele & exitiosum. Cic. 9. Att. 4.

Confilia crudelissima. Cic. 4. Philipp. 3.

Convivium. Ovid. 10. Met. 621. Al. Conjugium.

Egestas. Valer. 4. Argon. 459.

Epitola. Ovid. 15. Epist. 219.

Funus. Virg. 5. Ecl. 20.

Gaudia crudelia. Ovid. 6. Met. 653.

Hofitis crudelior. Ovid. 2. Trist. 77.

Janua vel domina penitus crudelior ipsa. Propert. lib. 2. 16. 17.

Ignis. Catul. 60. 20.

— qui celo lucet crudelior ignis.

Lethum. Virg. 12. Æn. 636.

Lucretus ubique. Virg. 2. Æn. 368.

Mens crudelior. Ovid. 11. Met. 701.

Morbi. Martial. lib. 11. 92.

Ipsaque crudelis ederunt oscula morbi.

Odium tyranni. Virg. 1. Æn. 361.

Pabula. Propert. lib. 3. 7. 3.

Parricida crudelissimi. Sallust. Catil. 52.

Pœnia, Sæve, nimiae. Virg. 6. Æn. 585. Servius.

Sacra. Ovid. 4. Trist. 4. 81.

Leta deæ signum crudelia sacra perope

Transtulit ex illis in meliora locis.

Scelus artificis. Virg. 2. Æn. 124.

Somnia. Tibul. lib. 3. 4. 95.

Sors. Senec. in Octav. 3.

Superi. Sil. lib. 8. 661.

Terra crudeles. i. e. Crudelium. Virg. 3. Æn. 44.

Heu fugi crudelis terras, fugi litus avarum.

Servius.

Verberè lacravat terga crudeli. Ovid. 2. Faſt. 695.

Virtus. Stat. 6. Theb. 734. Virtus, Fortitudo.

Vita. Virg. 9. Æn. 497.

Vulnus. Virg. 2. Æn. 561.

Crudelis, Inexorabilis, qui non flebitur precibus. Virg. 2. Ecl. 6.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Servius.

C R U D E L I T A S, atis. f. [ἀπειγος, ἀπνία] Cic. pro Rosc. Amer. 154. Verstru nemo est, qui intelligat, populum Romanum, qui quandam in hostes lenissimus existimat, hoc tempore domestica crudelitate laborare.

Audacia & crudelitis singularis. Cic. 5. Vert.

Carnificina atque crudelitas. Cic. pro Sext. 135.

Adhibere crudelitatem in aliquem. Cic. pro Domo 60. Sed quid ego vestram crudelitatem exprimo, quam in ipsum me ac meos adhibuit?

Anhelare ex infimo pectori crudelitatem. Aut. ad Heren. lib. 4. 68.

Exercere insatiabilem crudelitatem suam in aliquo. Cic. 11. Philipp. 8.

Explere. ut, Quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. Cic. 1. de Orat. 215.

Exprimere crudelitatem. Cic. pro Milon. 24.

Imbui crudelitatem. Cic. 3. Philipp. 4. At ille crudelitate imbutus, &c.

Lacerare omni crudelitate aliquem. Cic. pro Domo 59. Quid enim vos uxor mea misera violaret, quam vexavistis, omni crudelitate laceravistis?

Satiata inimicorum crudelitas nondum nostra calamitate. Cic. 1. Q. frat. 3.

Saturare crudelitatem alicuius. Cic. 4. ad Heren. 45.

Homo crudelitate barbarus. Cic. pro Flacc. 24.

Importuna. In IMPORTUNUS.

Inhumana. In INHUMANUS.

Inimica maxime hominum natura. Cic. 3. Off. 46.

Nobilitata. In NOBILIS.

Præditus crudelitate. Cic. pro Sulla.

Crudelitatis, pro Crudelibus facis, V. LONGUM. H. St.

C R U D I L I T E R, [κρύδωσις] Adv. Cic. 1. Off. 82. De eventris autem, diripiendisque urbis valde confundendis est, ne quid temere, ne quid crudeliter.

Acerbe & crudeliter. Cic. 4. in Catil. 10. Quum de pernicie Reipub. exitio hujus urbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit.

Extinguit crudelis. Curt. 10. 5. 23. Ipsum Darium floruisse paulisper, ut crudelis posset extingui.

Interficere crudelissime. Cic. 1. Philipp. 34.

Perire crudelissime. Cic. pro Sulla 75.

Torqueri crudeliter. Curt. 6. 11. 40.

Utere crudelius. Tibul. lib. 1. 8. 7.

C R U E N T U S, &c. In CRUOR.

C R U M A. In CRUMSA.

C R U M E N A, æ. f. **Sacculi genus**. Plaut. Dij bene vortant, tene, crumina minuerint tringita minæ. Festus. Scalig. legit: Tene cruminam, in ea erunt et.

C R U N O S, i. m. [κρυνός] Thracia portus. Autor Pompon. lib. 2. cap. 2.

Dionysiopolis, inquit Plin. cap. 11. lib. 4. ante Crunos. Portus autem a salientibus aquis nomen habet, qui Graece κρυνοί appellantur. Autor Hermolaus.

C R U O R, oris. m. [ἄριξ, ἄρξ, ἄρπτο] Sanguis qui ex aliquo vulnere spargitur. Virg. 8. Æn. 106.

— tepidusque cruar fumabat ad aras.

Ferarum cruar. Ovid. 3. Met. 148.

Feritas litigie immensa cruaris. Ovid. 13. Met. 768.

Atri cruar. Virg. 4. Æn. 646. ubi Servius. Crueos usurpatum; nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec crueos.

Captivus cruar. Virg. 4. Captivorum cruar. Tacit. 14. Ann. 30. Nam cruar captivo adolever arias, &c.

Castus. Ovid. 12. Met. 30. — castumque datura cruem.

Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris.

Y y y 3

Craftus.

Cruentus. Virg. 5. En. 469.
— crastumque cruentem
Ore rejectantem.
Dirus. Sil. lib. 3. 315.
Fama docet, cæst rapuit cum Gorgonis ora
Perseus, in Libyam dirum fluxisse cruentem.
Diri cruentus draconis. Valer. 7. Argon. 552.
Flebilis. Sen. Troad. v. 297.
Fluatque nulli flebilis matris cruentus.
Fœdus. Sen. Octav. v. 18.
Oraque fœdo sparsa cruentus.
Infincerus. Virg. 4. Georg. 285.
Largus cruentus inundat aras. Sen. Hippol. v. 498.
Obsecens. Virg. 4. En. 455.
Punicus. Ovid. 2. Met. 607.
Recens. Cic. pro Rofc. Amer. 19. Sed etiam cruentum inimici quam re-
centilimum, telumque paulo ante e corpore extractum ostenderet.
Sacer. Virg. 5. En. 542.
Viperinus. Hor. Epod. 3. 6.
Virginibus. Virg. 11. En. 804.
Undans. Stat. 5. Theb. 234.
Addere cruentum futilitate, Cædem. Hor. 2. Serm. 3. 275. Sic
Affactare. Stat. 11. Theb. 319.
Animare cruentum calidum. Ovid. 1. Met. 158.
Canentem cruentum pro Spuma dixit Sil. 1. 424. V. ibi Interpr.
Derigere ferro arcensem. Sil. lib. 7. 345.
Diffundit animam in aima undantum cruento. Virg. 10. En. v. ult.
Diffusus. Lucan. lib. 1. 301.
Effusus. Ovid. 6. Met. 244.
Ejectare cruentum manantem ex ore. Sil. lib. 10. 277.
It largus cadentum cruento. Valer. 6. Argon. 724.
Expiaci nondum cruentus. i.e. Cades. Hor. 2. Carm. 1. 5.
Fulus inficit terram. Sen. Hippol. 4.
Haurire alacrijus. Ovid. 13. Met. 311.
Lavare fluidum. Virg. 3. En. 663.
Libare. Sen. Herc. fur. 11.
Manans cruento cultor. In MANO.
Oblitus faciem cruento. Tacit. 2. Ann. 17.
Perfulsus cruento. In PERFUNDO.
Rorans. Sil. lib. 10. 263.
Sitire cruentum. Sen. in Thyest. 1.
Sparsus cruento. Virg. 12. En. 308. Servius. Al. Sparsum cerebrum.
Cruentus, a, um. Adj. [αισθαντός] Sanguinolentus: ut,
Cruentus sanguine civium. Cic. 4. Philipp. 4.
Arma cruenta. Ovid. 5. Epist. 156.
Bellum, Multi sanguinis. Vellei. 2. 71. 2. Non aliud bellum cruentius
cæde clarissimum virorum fuit.
Cadaver cruentum. Cic. pro Milon. 34.
Cades. Sen. in Herc. fur. 13.
Causa, Capitalis. Ovid. 3. Trist. 5. 44.
Devenire non possum nullam sperare salutem,
Quoniam non sit poena causa cruenta mea.
Dapes. Virg. 3. En. 618.
Dolor. Lucan. lib. 3. 741.
Dies cruentissimus Romano nomini. Vellei. 52. 2.
Facinus, Propter quod funditur nultum cruentus. Sen. Hippol. 4.
Fata cruenta exigere. Ovid. 2. de Arte Am. 130.
Fatuum cruentum. Ovid. ad Liv. 401.
Gutte. Cic. 2. de Nat. Deor. 14.
H. stat cruentatum proponere, mos erat apud Romanos, si qua civitas vi
subiecta hostili incursu diripienda foret. V. Alex. ab Alex. 3. 16.
Hostis. Stat. 9. Theb. 997.
Humus. Virg. 11. En. 688.
Ira. Hor. 3. Carm. 2. 11.
Mars. Hor. 2. Carm. 14. 13.
Mors. Ovid. 2. Epist. 139.
Morbus. Sen. Agam. 7.
Muco. Cic. 3. in Catil. 2.
Nota, Vestigium cruentus effusus. Sen. Hippol. v. 1107.
Longum cruentata tramitem signat nota.
Notæ. Claud. de Bell. Gildon. 85.
Palma. Ovid. 2. Amor. 5. 12.
Præda. Ovid. 5. Faft. 178.
Spolia. Virg. 10. En. 862.
Spuma. Virg. 3. Georg. 203.
— & spumas agere ore cruentas.
Tempestas campi, Pugna. Claud. de 3. Conf. Hon. 75.
Thalami. Ovid. 10. Met. 620.
Victoria cruenta atque luctuosa, In qua multi occisi. Sallust. Catil. cap. 58.
extr. Cave te inulti animam amittatis, neu capti potius sicut pecora
trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuo-
sum victorianus hostibus relinquatis.
Virtus. Stat. 1. Silv. 6. 62.
Umbra mortui. Ovid. 5. Faft. 557.
Umbræ cruenta Remi vita est afflister leto.
Urina. Plin. lib. 20. cap. 13.
Compar. Ovid. 12. Met. 592.
— ille ferox, belloquo cruentior ipso. de Achille. Vel-
lei. lib. 2. cap. 71. V. supra Bellum cruentum.
Superl. Vellei. lib. 2. cap. 52. V. supra Dies. Laetant. de Mort. Persec.
cap. 8. Cruentissimus fucus male partis opibus adfluebat.
Cruentus, Adv. Julian. 39. 3. Soror, que tam cruentus seviat. Prudent.
Rom. v. 1095.
At si cruentus puniamur, vincimus.
Compar. Sen. de Benef. 5. 16. Ceteri arma cruentius exercuerunt. Et
Vopisc. Aurel. cap. 21. Cruentius, que mollius fuerant curarunt, com-
pefecunt.
Superl. Orofios 1. 17. Bello cruentissime gesto.
Cruentus, Idem. Apul. 3. Met. p. 73. Civium lanicenam cruentus exercuit.

Cruento, [κρεντίῳ] āre. Cruento inficere. Cic. 1. de Divin. 60. Ita-
que huic omnia visa obijcuntur a mente ac ratione vacua, ut aut cum
matre corpus miscere videatur, aut cum quovis alio vel homine, vel deo,
fœpe bellua, atque etiam trucidare aliquem, & impie cruentari.
Arva late cruentare. Hyperbole est vulnerum hominis. Sen. Hippol. 10.
Morsu cruentare aliquid. Propriet. lib. 4. 9. 39.
Oratio lacerat & cruentat. Cic. 2. Philipp. 86. Hæc te, si ullam partem
habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio.
Prata cruentantur. Propriet. 3. 13. 41.
Republ. cruentare vulneribus. Cic. Post red. in Senat. 5. Ego mean
salutem deserui, ne propter me civium vulneribus Republ. cruenta-
retur.
Sceleru cruentari. Cic. de Arusp. Resp. 35. Secures suas cruentari scelere
noluit: nomen quidem Pop. Rom. tanto scelere contaminavit, ut id
nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari.
Cruentatus, a, um. Partic. ut,
Ensis cruentatus. Stat. 5. Theb. 317.
Gladius cruentatus. Cic. 2. de Invent. 14. Gladium cruentatum in va-
ginam recondidit.
Manus cruentata. Ovid. in Ibin 228.
Oculi cruentati, Suffus cruento. Plin. lib. 28. cap. 7. Mulieris quoque fa-
livam jejuna potenter dijudicant oculis cruentatis.
Oscruentatus. Ovid. 4. Met. 104.
Cruentatio, ὄνις. f. Tertull. adv. Marc. 4. 39. Nemo tanta sanguis
nis flumina unius altaris cruentatione adæquat.
Cruentifer, ἡρα, ἔρω, Adj. Idem quod Cruentus: ut, Signa cruen-
tificare. Tertull. in Carm. de Judic. Dom. cap. 10.
Crupellarii, ὄντα, οὐρα, m. [κρυπτάλλει] qui sint, explicat his ver-
bis Tacit. 3. Ann. 44. Ceteri cum venabulis & cultris, quæque alia ve-
nentibus tela sunt, adduntur e servitis gladiaturæ destinati, quibus more
gentio continuum ferri tegmen, Crupellarios vocant, inferendis isti-
bus inhabiles, accipendiis impenetrabiles. Al. Cruppellarios.
Crupellarii Equites. V. in CLIBANARIL.
Hic dicitur esse Gallica vox. H. St.
Crus, crūris. n. [κρύση] Perrottus. Crura dici quidam existimant a
κρύση, quod huc atque illuc ingrediendo feriant. Sunt enim Crura a ge-
nibus usque ad inferiorem pedem non equali modo ducta, sed teretibus
furis clementer extantibus, sensimque tenuatis firmata. Plin. lib. 10.
cap. 46. Porphyronibus prælonga crura rubent. Celf. 8. 1. Crus ex du-
bus osibus confitare docet, ex Tibia nempe & Sura.
Crure glaber. Martial. lib. 12. 38.
Internoda crurum. Ovid. 11. Met. 793.
Sine nodis crura. In NODUS.
Volumina crurum. Virg. 3. Georg. 192.
— sinuete altera volumina crurum.
Curvata. Ovid. 13. Met. 963.
Dimidium. Juven. 13. Sat. 95.
Disforta. Hor. 1. Serm. 3. 47.
Lubricum crus compede decenni. Martial. lib. 9. 58.
Malum, Turpe. Hor. 1. Serm. 2. 102.
Mollia. Virg. 3. Georg. 76.
Perulut crura compede. Hor. Epod. 4. 4.
Rigidis cruribus ibes. Cic. 1. de Nat. Deor. 102. Velut ibes maximam
vim serpantium conficiunt, quum sint aves excellæ, cruribus rigidis,
corneo proceroque rostro.
Rutifica, & semialta crura. Catul. 52. 2.
Squalida. Juven. 9. Sat. 15.
Corda cunctantia. Valer. 3. Argon. 693.

Gleba cunctantes. i. e. Validæ graves. Virg. 4. Georg. 236. V. ibi Ser-

vium.

Ira cunctante modestior. Stat. 5. Theb. 680.

Malum cunctans. Stat. 1. Silv. 4. 52.

— & subiti præcepit juvenile pericli

Nil cunctante malo.

Pectora cunctantia. Valer. 7. Argon. 176. i. e. Quæ sunt in dubio.

Tauri cunctantes. Qui sub jugo eunt tarde. Valer. 7. Argon. 64.

Cunctantes, deliberantes. Suet. Domit. 17. Cunctantibus conspiratis,

quando & quomodo, id est, lavantemne an cœnam aggrederentur.

Cunctantibus, Confidentibus, vide in indice Francf. Histor. H. St.

Compar. ut, Ad dimicandum cunctantior factus. Suet. Cœl. cap. 6.

Actus cunctantior. Lucret. lib. 3. 193.

CUNCTANTER, Adv. [κυνόνεια] Cum mora & tarditate. Liv. 1. 36.

Tum illum hæd cunctanter discidisse cotem ferunt.

Cunctanter aliqd facere. Plin. lib. 33. cap. 1.

Compar. Tacit. 1. Ann. 71. Data utique venia: facile Segimero: cun-

cantius filio. Addi Valer. Max. 9. 3. 8.

CUNCTATUS, a. um. Partic. Curt. 5. 6. 2. Rex phalangem, nil cunctatus, inducit. Suet. Cœl. 80. Qui primum cunctati, utrumque illum in

campo trucidarent, an in sacra via, &c. Addi cap. 81. & Caig. 58.

Compar. Plin. 1. Epist. 2. Cunctator fortasse & cautior esse deberem.

[Cunctantior H. St. Sic & Jac. Thomasio placebat.

CUNCTATOR, òris. f. [κυνόνεια, ούρα] Tardatio, mora. Cic. 1. Off.

72. Sed iis qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum, ab-

jecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respu-blicæ eff.

Sine cunctatione dicere quod sentimus. Cic. in Vatin. 15.

Pressa & decorata in sermone cunctatio. Plin. 1. Epist. 22. ad Catilium Se-

verum. Idem 1. Ep. g. sapius.

Cunctatio aut mora rebus agendis. Hirt. Bell. Alex. 2. Neque vero

Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla aut mora infere-batur.

Eximere cunctationem. Liv. Quæ res Senatus omnem cunctationem

Macedonici belli exemit.

Injicere. V. INJICIO.

Cunctatio, Dubitatio, hæsitatio. Cœlius Ciceroni. 10. Att. 9. Denique

illud cogita, quod offensæ fuerit, in ita cunctatione te subiisse.

CUNCTATOR, òris. m. [κυνόνεια] Qui cunctatur, & negligens est.

Liv. 6. 23. Cunctatorem ex acerimo bellatore factum.

Tardus & cunctator. Cic. 8. Fam. 10. Noſti Marcellum quam tardus &

parum efficax fit, itemque Servius quam cunctator.

Cunctator & Segni opolita. Liv. 22. 12. extr. Dein propalam in vulgo pro

cunctatore segnem, pro cauto timidum, affigens vicina virtutibus vitia,

compellat. Unde Fabius ille maximus a Romanis cunctator potius

appellatus, honoris gratia, quam Dilator. de quo Ennius.

Unus homo nobis cunctando restituit rem. h. e. Cunctando &

modeste agendo.

Non cunctator iniqui. Stat. 3. Theb. 79. Paratus ad inique agendum.

CUNCTAUNDUS, a. um. Adj. [κυνόνεια] Liv. 6. 7. Quod ubi acieram jam

instruenter Camillo Centuriones renuntiaverunt turbatas militum mentes

esse, segniter arma capta, cunctabundosque & resistentes egresso castris

esse, &c.

Nusquam cunctabundus, nisi quem in Senatu loqueretur. Tacit. 1. Ann.

7. de Tiberio Cœfare loquitur.

Appul. Met. 8. p. 203. Dentium compulsi, quem primum insiliat cun-

tabunda rimatur. Al. Contabunda.

CUNEVUS, i. m. [κυνόνεια] Instrumentum ligneum vel ferreum, quo ad ali-

quid scindendum & dividendum utimur. Cic. 2. Tus. 23.

Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens

Perrupit artus. Al. Inferens.

Findi cuneis. Virg. 2. Georg. 79.

— & alte

Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces

Plantæ immittuntur.

- Cupes, [κύπεις] Qui lautores cibos frequentat. Plaut. Trin. 2. 1. 13. Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, avarus.
- CUPEDIA**, orum, n. pl. [κυπείδαι, κυπεῖα] Plaut. Stich. 5. 4. 32. Melius dicitur nihil moror cupidaria.
- CUPEDIA**, a. f. [κυπείδαι] Cic. 4. Tusc. 26. Erogationi autem talia quodam subiecta sunt, avaritia, ambitio, mulieritas, pervicacia, ligurio, vinolentia, cupiditas, & si qua sunt similia. [Poref esse n. pl. CUPEDIA, ērum, f. Cibi lautores. Ammian. 26. 18. Cupidarum mercatores. Adde Gell. 6. 13. & 7. 16.
- CUPEDINARIUS**, i. m. [κυπείδην] Esculentarum rerum vendor. Ter. Eun. 2. 2. 25.
- Concurrent lati mi obviam cupidinariorum omnes:
- Cetari, lanii, coqui, fartores, pescatores. Ubi Donatus, Cupidinarii omnes qui esculentia & pocula vendunt: a rebus Cupidinis ob alimentum, cupidinarii appellantur: Et ipse subiectus qui accipiendi sunt Cupidinarii. Apud Lamprid. Heliogab. cap. 30. pr. Cupidarius scribitur. V. Salmas. ad loc. Sic & apud Ter. Bent.
- CUPIDO**, inis, m. [Ἐρωτός] Deus qui filius Veneris sive singitur a poetis. Plaut. Merc. 5. 2. 13.
- O Cupido quantus es! Cic. 3. de Nat. Deor. 59. Cupido primus Mercurio & Diana prima nata dicitur. Secundus Mercurio & Venere secunda. Tertius quidem est Anteros Marte & Venere tertia. Puer, ac volucr Cupido, & sagittis ac face armatur. Quintil.lib. 2. cap. 4. Arcus Cupidinis. Ovid. 1. Amor. 11. 11.
- Arma violenta Cupidinis. Ovid. 9. Met. 542.
- Geminus. Sen. Hippol. v. 275.
- Quam vocat matrem geminus Cupido. Lascivus puer. Sen. Hippol. 3.
- Liber. Hor. Epod. 17. 57.
- Inultus ut tu riseris Cotytta
- Vulgata, facrum liberi Cupidinis.
- Parvus. Ovid. 16. Epist. 113.
- Pharetratus. Ovid. 2. Amor. 5. r.
- Pinnatus. Cic. 3. de Nat. Deor. 38. Diana item plures: Prima Jovis & Proserpina, quæ Pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.
- Volucr. Ovid. 9. Met. 481. Et Quintil. lib. 2. cap. 4.
- In plurali habet Catul. 3. pr.
- Lugete Veneres, Cupidineque! Her. 4. Carm. 1. 5.
- dulcium Mater lava Cupidinum.
- Aliquando pro ipso Amore ponitur. Plaut. Amph. 2. 2. 210.
- Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem.
- Femineus. Ovid. 9. Met. 733.
- Feminae femineo correpta cupidine nulla est. i. e. Amore.
- Lentum cupidinem sollicitare. Hor. 4. Carm. 13. 5.
- CUPIDINÉUS**, a, um. Adj. [Ἐρωτέας] ut, Cupidinei Labyca. Martial. lib. 7. 86.
- Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycae,
- Qui videt hac dominis monstrata placere suis?
- Sagittate Cupidinei. Ovid. Rem. Amor. 157.
- CUPIDO**, pro Desiderio, & **CUPIDUS**. V. **CUPIO**.
- CUPIO**, ivi, vel ii, itum, [ἰμήνειον, γλίπεια, ἐρηπεια, ἐρηπία] ēre. significat Optare, desiderare. Plaut. Curc. 4. 4. 34.
- Cupio dare mercedem, qui illunc ubi sit commonstret mihi.
- Cupi pro cupivi. Stat. 5. Silv. 5. 80.
- Cupere atque optare. Cic. 1. de Orat. 2. Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus est, &c.
- Animo quicquam cupere. Catul. 16. 3.
- Ardenter cupere aliquid. Cic. 4. Tusc. 39.
- Cupide cupere. In **CUPIDUS**.
- Flagrantissime aliquid cupere. Tacit. 1. Ann. 3.
- Mirabiliter cupere. Cic. 15. Att. 3.
- Nimis cupio. V. **NIMIS**.
- Tectus cupere. Ovid. 1. de Arte Am. 276.
- Vir male dissimilares, tectius illa cupit.
- Cupio omnia quæ tu vis. Plaut. Pers. 5. 1. 14.
- Conventum te cupit. Plaut. Curc. 2. 3. 25.
- Factum cupere. Plaut. Caf. 2. 4. 7.
- Nuptias cupere. Ter. Heaut. 5. 1. 12.
- Cupis videri natus. Martial. lib. 12. 37.
- Natus niniū cupis videri, &c.
- Cupit te videre. Plaut. Truc. 4. 4. 38. Sic, Cic. 6. Verr. 29. Studiose cupiſte te celare de phaleris.
- Cupere alicui, pro Bene velle. Caf. 1. Bell. Gall. 18. Favere & cupere Helvetios propter eam affinitatem. Cic. 1. Q. frat. 2. Quid? ego Fundatio non cupio? non amicus sum? non misericordia moveor? nemo magis.
- Cupere omnia alicujus causa. Cic. 4. Verr. 10. Quem igitur ab iis Equitibus Romanis, qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt, condemnari necesse est, &c.
- Vehementer cupere causa alicujus. Cic. 13. Fam. 65. Vehementer ejus causa cupere cum intellexi.
- Cupere, Amore corruptum esse. Martial. lib. 7. 73. ad Mercurium,
- Sic tibi lacrīvi non desit copia futili,
- Sive cupis Paphe, seu Ganymede cales.
- Cupire, in quarta conjugatione, apud antiquos. Lucret. lib. 1. 72.
- perfringere ut arcta
- Nature primus portarum clauſtra cupiret.
- Regna cupienda. Ovid. 4. Trist. 4. 66.
- CUPIENS**, entis. Partic. [γλυκεῖδης] Plaut. Bacch. 2. 3. 44.
- Potquam aurum abstulimus, in navim concendimus,
- Domum cupientes. Idem Mil. 4. 2. 7. Huius cupiens corporis est. Sic, Cupiens liberorum. Tacit. 16. Ann. 6. Terent. Hecy. 1. 2. 67. Nisi cupiens tui.
- Nuptiarum cupiens. Plaut. Mil. 4. 4. 29.
- Volupratum vulgus cupiens. Tacit. 14. Ann. 14.
- Maxime cupiens: V. **MAGIS**.
- Effe cupientibus. Tacit. 1. Ann. 59. Ut quibusque bellum invitum, aut cupientibus erat. Quod auctores Graeci dicunt ἀχρεῖδος οὐ, & ἀδορεῖται, hoc enim sermonis genus est illis per quam familiare. Hac de re fusus, ac copiosius Rhenanus in Castigat. in Tacit. lib. 15.
- Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis.
- Ventriss. Ovid. 15. Met. 173.
- Altior cupido adeundi sacram sedem Vespasiano, &c. Tacit. lib. 4. Hist. 82.
- Arecta cupido. Virg. 5. Æn. 138.
- Ceca honorum cupido. Lucret. lib. 3. 59.
- Ceca præda cupido. Ovid. 3. Met. 620.
- Dira cupido, i. e. Cupiditas ex deorum ira veniens, aut certe magna, inquit Servius. Virg. 6. Æn. 373.
- Feda vite. Stat. 3. Theb. 370.
- Furiosa. Ovid. 1. Fast. 211.
- Jejuna. Lucret. lib. 4. 874. i. e. Fames, vel edendi desiderium.

Ignota cupidus, Virginis scilicet. Valer. 1. Argon. 838.

Immensa. Virg. 6. En. 824.

Improbata, i. e. Improbada, quia iniqua. Seneca Herc. fur. 6.

Infatilis cupidus fama. Curt. 9. 2. 9.

Intemperita. Ovid. 10. Met. 689.

Levis & festina. Valer. 6. Argon. 472.

Misera. Hor. 1. Epist. 1. 33.

Fervet avaritia, miseraque cupidine pectus.

Mutua. Lucret. lib. 5. 691.

Turpis. Virg. 4. En. 194.

Accensus cupidine. Stat. 1. Theb. 425.

Adolevit cupidus. In ADOLFO.

Capta conjux cupidine. Virg. 7. En. 194.

Cepit me cupido. Liv. 1. 6. Romulum, Remumque cupido cepit, in iis locis, ubi expostis, ubique educati erant, urbis condenda.

Corripit cupidine. Ovid. 9. Met. 733.

Diffreri cupidine. Plaut. Poen. 1. 1. 29.

Flagrare cupidine. Ovid. 2. Met. 104.

Incessus cupido. In INCESSO.

Incessus illum cupido adeundi, visendique templum Paphiae Veneris. Tacit. 1. Hist. 36.

Intravit animi militaris gloriae cupido. Tacit. in Vita Agric. 5.

Invadit Cesarem cupido solvendi supraea militibus, ducique. Tacit. lib. 1. Ann. 61.

Involat truces etiam tum animos cupido eundi in hostem. Tacit. 1. Ann. 49.

Languescit cupido. In L A N G U O R.

Ludor nimia cupidine. Ovid. 2. de Pont. 8. 71.

Succensa. Ovid. 8. Met. 100.

Tactus cupidine laudis. Ovid. 4. Trist. c. 11.

Cupido, pro Cupiditate, semper masculino genere profertur. [Immo non semper nisi ab Hor. H. St.] Hor. 2. Carm. 16. 15.

Nec leves somnos timor aut cupidus

Sordidus auferit. Cupido pro Avaritia dictus, ait

Acron: cui subfribit & Porphyrio. Idem 1. Serm. 1. 61.

A bona pars hominum decepta cupidine fallo. Notandum Cupidinem genere masculino pro Cupiditate nove ponit. Acron. Verum omnibus his locis Cupido dei nomen est. Cupido enim omnium rerum amoris & cupiditatis auctor est *καὶ τὸν πάτερνον*. Lambinus.

Auri cæcus cupido. Senec. Hippol. 4.

In imitationem Horatii. H. St.

Eraderat elementa pravi cupidinis. Hor. 3. Carm. 24. 51.

— scelerum si bene pœnitent,

Eradenda cupidinis

Pravus fuit elementa, &c.

CUPIDITAS, atis. f. [ιμπουδία]

Cupiditas & Cupido diversa sunt. Nam Cupiditas levior est. Lucil. lib. 23. Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur: quod cupiditas pars quædam sit temporator defluens ex cupidine. Non. 5. 58. Ilionines cacos reddit cupiditas & avaritia. Cic. pro Rosc. Amer. 100.

Studia cupiditatis honorum, atque ambitio. Cic. 4. Verr. 1. 32.

Lucis cupiditas. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Sitis cupiditatis. Cic. in Parad. 1. Neque enim unquam expletur nec satiat cupiditatis siti.

Cæca ac ténieraria dominatrix animi cupiditas. Cic. 1. de Invent. 2.

Hiantes cupiditates amicorum in magna fortuna. Tacit. 1. Hist. 12.

Incepta cupiditas. Firmic. lib. 4. cap. 1.

Indomita animi. In INDOMITUS.

Infatibilis. In INSATIABILIS.

Invida. Firmic. lib. 5. cap. 2.

Lubrica & præcepis cupiditas dominandi. Cic. 5. Philip. 50.

Prolunda confundens omnia cupiditatem, novum statum, novam Rem publicam querebant. Patrc. lib. 2. 125. pr.

Abijere cupiditatem. Cic. 4. Fam. 7.

Afligere cupiditatibus. Firmic. lib. 3. cap. 8.

Afficerere cupiditate. Cic. 5. Fam. 5.

Ardere cupiditate. In ARDO.

Capere cupiditatem aliquam. Cic. in Pison. 57.

Cocere omnes cupiditatem. Cic. 1. de Orat. 194.

Comprimere incensam alicujus cupiditatem. In COMPREIMO.

Erigere cupiditatem. Cic. 4. ad Heren. 2.

Explere. Cic. 1. de Invent. 2.

Flagrare & ardore cupiditate alicujus rei. Cic. in Pison. 59. Fertur illa vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate jūsti & magni triumphi.

Frangere. Cic. 1. de Orat. 86.

Habere cupiditatem contra salutem alicujus. Cic. 8. Fam. 16.

Imminuta cupiditas atque debilitata. V. IMMINUTO.

Imperare cupiditatibus. In IMPERO.

Incendere cupiditatem & arrogantiam alicujus. In INCENDO.

Incensus cupiditate. Cic. 3. Off. 59.

Incitare cupiditatem. Cic. in Brut. 317.

Inflammari cupiditate aliquid auferendi. In INFAMMO.

Injicere cupiditatem hominibus. In INJICIO.

Invidit cupiditas plorosque. In INVADO.

Judicare sine amore & fine cupiditate, & rursus sine odio & fine invidia.

Cic. pro Marcel. 30.

Perfringere cupiditatem omnia. In PERFRINGO.

Proiectus eo Romanorum cupiditates, &c. Tacit. 14. Ann. 35.

Refutare cupiditatem. Cic. 1. Fam. 9.

Regerre cupiditatem, consili guberntione. In CONSILIO.

Revertit cupiditas cibi. Cels. lib. 8. cap. 4.

Satiare effrenatas animi sui cupiditates. Firmic. lib. 1. cap. 3.

Seductus juvenili cupiditate glorie fecit. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Sufragari cupiditatem. Cic. Brut. 10.

Sum. Ehe cupiditatem & miraculo. Vide MIRACULUM. H. St.

Teneret cupiditatem, pro Cohibere. Cic. 5. Verr. 3.

Nisi facile cupiditas, tenet nostrarum teneremus, &c.

Cupiditas, pro Cupiditate pecunia, apud Suet. in Domitiano cap. 10. & alibi. Alicubitanus hic genitivus ab eo additur. In Vesp. cap. 16. Pe-

cunis cupiditas & Cupidissimus. V. supra. Sic & quum dicitur Abstinentia, videtur subauditum Pecunia. H. St.

Cupiditas, pro Turpi amore. Sueton. in Calig. cap. 24. Reliquas forores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dixeras Caligulam cum omnibus fororibus suis confutundinem stupri fecisse, impudentius tamez Drusillam amasse quam reliquias.

Cupiditas, pro Nimio partium studio. Cic. pro Fonteio 13. Quorum virtutis generi, rebus, fidem & autoritatem in testimonio, cupiditas atque inimicitiarum suspicio derogavit. [Quod cupide testimoniū dixerat.

CUPPEDO, inis. In CUPPEDO.

CUPRA, w. F. Piceni civitas est, non procul ab Asculo, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

CUPRESSUS, i. vel ûs. f. [κυπρίσιον] Arbor conifera: qua alias Cypris dicuntur. Duo genera earum: meta, in fastigium convoluta, quæ & femina appellatur. Mas spargit extra se ramos, deputaturque, & accipit vitæ. Utique autem immittitur in perticas, astrefre amputatio ramorum, qui decimo tertio anno denariis venuere: quæ floriflora in satus ratione silva. Vulgoque dotem filiarum antiqui planaria appellaverat. Hac Plin. 16. cap. 33. Virg. 1. Georg. 20.

Et tamen ab radice ferens, Silvane, cupressum. Columel. lib. 4. cap. 26. Idque maxime probatur ex juniperio, & lauru, & cupressu.

Acuta cupressus. Ovid. 3. Met. 155.

Atra. Virg. 3. En. 64. i. e. Nigra, funesta. Nam inferis consecrata est, quia casa nunquam revirefecit.

Fernbras. Hor. Epod. 5. 18.

Finebris. Hor. Epod. 5. 18.

Illæsa bruma cupressus. Stat. 6. Theb. 99.

Tectura tumulos cupressus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 103.

Tenera. Virg. 1. Georg. 20.

Cupressum simile. Hor. de Arte Poet. 19.

— fortasse cupressum

Scis simulare, quid hoc? &c. Turneb. hic significari putat Malum & rudem pictorem, qui tabulam depingere non possit, fed tan- tam parerga, quæ rudimenta erant artem pingendi dissentibus & ornamenta tabularum, delineare. Eis perfimiles sunt, qui magnum carmen condere intitunt, quum tamem descriptionem tantum amoenas fluviorum & nemorum, poetica initia & progymnasmata explicare posint, quas idcirco non suo loco adhibent, & poema fucant & adultere intemperiti ornamenti. Tale illud est Persianum, 1. Sat. 71.

Ecco modo heroas sensus affere videamus

Nugari solitos Graecæ, nec ponere lucum

Artifices, nec rns saturum laudare, &c. Interpretæ vulgo aliter.

Cupressum, masculino genere usurpat Ennius apud Nonium 3. 14. his verbis, Capitibus nutantes pinos, rectosque cupressos. [An Captibus' antique? Cupressi mortuorum domibus ponebant ideo, quia hujus generis arboreus ramus excusus non renascitur: sicut ex mortuo nihil iam sperandum. Quam ob caufam in tutela Ditis patris esse putabantur. Hæc Fe- flus. Plin. lib. 16. cap. 33. Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita. V. Torrent. ad Hor. 2. Carm. 14. 23.

CUPRESSINUS, a, um. [κυπρισσόν] Adj. Ex cupresso. Plin. lib. 23. cap. 4. Cupreslinum oleum eosdem effectus habet quos myrtleum.

Frondes cupreslinæ. Columel. lib. 2. cap. 2.

CUPRESSEUS, a, um. Adj. Idem. Liv. 27. 37. Post eas duo signa cupresse Junonis regina portabantur. Folitura cupresse. Vitruv. 2. 9.

CUPPRESSUM, i. n. [κυπρίσιον] Locus ubi seruntur cupressi. Cic. 1. de Legib. 15. Vnde igitur ut ille Crete cum Clinia & cum Lacedemonio Megillo astivo, quemadmodum describit, die, in cupresseti Gnosiorum, & spatis silvestribus crebro insilens, &c. Et Cato cap. 151. Quo pacio cupreseta ferri orporeat.

CUPRESSIFER, a, um. [κυπριαστής] Adj. ut, Mons cupressifer, Qui cupressis abundat. Ovid. 9. Epist. 87.

Ut Tegeas aper cupresifero Erymantho

Incubat, & vafo, &c.

Cylennes cupresifera. Idem 5. Fast. 87.

CUPRUM, i. n. [κύπρος] Genus quoddam æris, de quo nullum exemplum reperi apud idoneos auctores: exitimo autem illud esse quod Plinio Cyprium as dicitur. Vide suo loco, y enim ut plurimum in u veritur. V. Spartan. Caracall. cap. 9. & Cellar. Cur. poster. p. 266.

CUPREUS, a, um. Adj. [κύπρες] ut, Cuprum vas. Plin. lib. 23. cap. 3. Coquitor in cupro vase ad crassitudinem mellis. Fortasse legendum, Cyprio vase. Et ita legit Harduin.

CVR. VIA. Curator viarum.

CURÆ, [κύραι ἵπη, Κύρη, Κύρη, Κύρη] Adv. interrogandi. Scribitur a nonnullis per q. Quare deducuntur, per syncopem atque apocopem A & ε litteris detractis. Ter. And. 5. 3. 15.

Sed quid ego? cur me excuto? cur me maccro? Plaut. Mil. 2. 5. 37. Nihil moror aquam. PR. quer?

Cur igitur. Ter. Andr. 1. 1. 21. Cur simulas igitur?

Causa cur. Cic. pro Cœl. 68. An vobis aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis premiis eloquentia, &c.

Quid est cur? Cicer. pro Client. 147. Quid est, Q. Naso, cur tu in isto loco fedreas? Al. In hoc sexto loco.

Quæ causa est cur hoc velit? Cic. pro Client. 169. Quæ causa Avito fuerit, cur intertunc Opianicum vellet?

Cur non? quia. Plaut. Pseud. 1. 5. 76.

Cur hac tibi irata est, cur ego id curem? Plaut. Poen. 1. 2. 140.

Cur, sine interrogatione. Cic. pro Rosc. Amer. 146. Quid si tibi nulla causa est, cur hunc miserum tantum calamitate affici velis, &c. Adde Cic. 12. Att. 29. & 6. Fam. 8. & alibi.

Cur, pro Propterea quod. Hor. 1. Epist. 8. 9.

— irascer amicis

Cur me functio propter amicre veterino.

Idem quod Ut significare videtur apud Liv. 5. 46. Negat se commissurum,

cur sibi aut deorum aut hominum quisquam imperium finire potius, &c.

CURÆ, æ. f. [Κύραι, Κύραι, Κύραι, Κύραι, Κύραι] Vehemens & anxia animi sollicitudo; dicta (ut ait Festus) quod Cor edat, vel

que

quod urat. Ter. Phorm. 2. 1. 26. Cura & sumptu absimitur. Ennius apud Ciceronem de Senect. pr. — curam levatio

Quae nunc te coquit, & veritas sub pectora fixa.

Animi cura & cogitatio. Cic. 1. Off. 19.

Cura & diligentia. Cic. 3. de Orat. 182. Neque vero haec tam acrem cum ram diligenterque desiderant.

Cura & dolor. Cic. 15. Fam. 21. Quae tua sollicitudo de me in armis, quae letitia in reditu, quae cura, qui dolor, quem ad te cura & dolores mei perpertentur, &c.

Studio & cura. Cic. 16. Fam. 1. Studium tuum curaque de salute mea nulla me nova voluptate afficit.

Cura mei, tui, sui. Sen. Hippol. 4. 17.

Potior alicui cura fiorum. Valer. 4. Argon. 127.

Habitus curarum. Virg. 8. En. 19.

Amaru curarum eluere efficax vinum. Hor. 4. Carm. 12. 20.

Corporis cura aliquid dare. Quintil. lib. 1. cap. ult.

Domitor curarum somnus. Senec. Agam. 1. 4.

Felix curarum. Stat. 4. Silv. 4. 46.

Fomenta. Hor. 1. Epist. 3. 26.

Fons. Lucret. lib. 3. 82.

Frigus. Ovid. 7. de Pont. 9. 25.

Interpres & conscientia. Virg. 4. En. 608.

Levamen omnium cura casuque. Virg. 3. En. 709.

Moles. Tacit. 12. Ann. 66.

Nox curarum nutrix. Ovid. 8. Met. 81.

Nominis soturi cura. Ovid. 5. Trist. 7. 37.

Precium cura. In PARTIM.

Requies. Tibul. lib. 4. 13. 11.

Semina. Propert. lib. 3. 7. 4.

Socius. Stat. 3. Silv. 3. 16r.

Trifititia cura. Plin. lib. 23. cap. 1.

Undæ. Catul. Argon. 62. 62.

Minus cum cura. In MINOR.

Aerior illius cura domat. Virg. 3. Georg. 539.

Equalis cura. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Amaris curis corpus vitiatum. Ovid. 1. de Pont. 10. 5.

Anibiqua. Virg. 8. En. 581.

Anceps. In ANCEPS.

Antiquior cavendi, quam iuctum inferendi cura est. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Antiquissima. Cic. 10. Att. 8.

Anxia. In ANXIUS.

Anxiferæ curæ. Cic. 1. de Divin. 22. ex 2. de Consolatu suo.

Argentaria. In ARGENTUM.

Afflita alicuius insidens cura. In INSIDEÓ.

Atra cura. Hor. 3. Carm. 14. 40.

Brevis. Hor. 2. Epist. 1. 216.

Dannofæ. Ovid. de Rem. Amor. 69.

Defes. Claud. de Laude Seren. 226.

Difficilis cura rerum alienarum. Cic. 1. Off. 30.

Diurnæ. Ovid. 8. Met. 81.

Delices. Stat. 2. Silv. 1. 71.

Dura. Tibul. lib. 3. 6. 7.

Exigua. Claud. in fec. Conf. Stil. 233.

Forrior. Claud. in sext. Conf. Hon. 233.

Frigida thori. Stat. 5. Theb. 71.

Funepta. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 277.

Gratissima. Cic. 5. Att. 4.

Gravissime cura timetur proxima tempes. Juven. 11. Sat. 227.

Gravem curam scipere, vehementerque de alio sollicitum esse. Cic. 12. Fani. 12.

Humiles & fordinæ curæ. Plin. lib. 1. Epist. 3. ad Caninum.

Impenitior. Ovid. 2. Met. 405.

Implacide. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 110.

Inanæ. ut, Ævum consumere in inanibus curis. Lucret. lib. 5. 117.

Infandæ. Stat. 5. Theb. 450.

Infelix. Ovid. 2. Trist. 1.

Ingentes. Virg. 5. En. 701.

Innumeræ. Plin. lib. 18. cap. 26.

Insignis. Claud.

Innomines longe veniunt examine curæ. Claud. 1. in Ruff. 38.

Intensissima. In INTENDO.

Invida. Hor. 1. Epist. 10. 18. i.e. Invidens hominum quieti.

Leves. Hor. 1. Carm. 14. 18.

Levior. Virg. 3. Georg. 305.

Magna cura, pro Cum magna cura, vel Magna cura adhibita. Sueton. in Galba cap. 7. Ordinavitque (provinciam) magna severitatis ac iustitiae cura. Sed in quibusdam edit. male est Magnæ, non Magna. Sic enim & alibi loquitur. H. St.

Maxima & gravissima. Cic. de Clar. Orat. 9.

Maxima tua cura ipse tibi. Virg. 4. Georg. 354. h. e. (testa Servio) Quem plurimum diligis.

Mediocris. Hor. 2. Serm. 4. 94.

Memor. Ovid. 4. ep. Pont. 2. 7.

Molesta. Ovid. 2. Anior. 2. 8.

Mortales. Sil. 1. 85.

Nimia cura. Juven. 10. Sat. 12.

Nova. Ovid. 16. Epist. 134.

Omni cura exerceret vires. Virg. 3. Georg. 229.

Optima cogitatione curaque in aliquam rem incumbere. Cic. 10. Fam. 1.

Optima sunt curae de salute Reipub. Cic. de Somn. Scip. 21.

Publica. Hor. 2. Carm. 8. 3.

Recens. Ovid. 3. Amor. 19. 31.

Refidæ curas solvere. Valer. 8. Argon. 220.

Sagaces. Hor. 4. Carm. 4. 75.

Secretæ. Sen. Agam. 7.

Sedari requirunt pectora curis. Stat. 12. Theb. 514.

Sequaces. Lucret. lib. 2. 46.

Solertæ. Manil. lib. 2. cap. 6.

Sollicita. Senec. OEdip. 13.

Spinosa. Catul. in Argon. 62. 72

VOL. I.

Tanta cura infans dignus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Tritites. Virg. 4. Georg. 531.

Vigilantes. Claudi. 1. in Eutrop. 364.

Vigiles incumbunt. Valer. 3. Argon. 447.

Vigili perspexerat omnia cura. Ovid. 15. Met. 65.

Virilis. ut, Animus, curamque virilem gerere. Virg. 9. En. 311.

Vitiosa. Hor. 2. Carm. 16. 21.

Volantes circa tecta. Hor. 2. Carm. 16. 12. Poetica fictio.

Abducere curas alicui. Claudi. 1. de Rapt. Proserp. 19.

Abducere a cura. Cic. 3. Q. frat. 5.

Abigere curas. Hor. 1. Epist. 15. 19.

Abigere. Cic. 9. Fam. 24. Sed cave si me amas, existimes me, quod iocosus scribam, abigescis curam Reipublicæ.

Abnuere. In ABNUO.

Abruptum fonnos cura salubres. Virg. 3. Georg. 530.

Abſtire cura. Sil. lib. 13. 512.

Absumi. In ABSUMO.

Accendere curas. In ACCENDO.

Accommodare curam alicui rei. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Accumulare. Ovid. 15. Epist. 70.

Accumulat curas filia parva meas.

Acuere corda curis. Virg. 1. Georg. 123.

Addere curam mortalibus. Lucan. lib. 2. 5.

Adhibere curam in aliqua re. Cic. 2. Fam. 6.

Adjicere aliquid curæ. Quintil. lib. 1. cap. 9.

Adimere curas. Ter. Hec. 5. 3. 19.

Quot commodas res attuli? quot autem ademini curas?

Admoveare curam. Plin. 2. Epist. 5.

Adorare curam priscorum inveniendo. Plin. lib. 27. cap. 1. pr. Crescit profecto, apud me certe, tractatu ipso admiratio antiquitatis: quantoque major copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem subit.

Afferre. Cic. 7. Att. 5. pr. In valetudine tua moveor: & Piliani in item genus morbi delapsam, coram tibi afferre majorem sentio.

Afficer cura & sollicitudine aliquem. Ter. Phorm. 2. 4. 1.

Quanta me cura & sollicitudine afficit

Gnatius, qui me & se hisce impeditiv nuptiis.

Afficiar cura. Plin. 2. Epist. 9.

Agitate curas. Sen. Herc. fur. 2.

Agere curam alicujus. Ovid. 16. Epist. 302.

Angere. ut, Que me angebat de Repub. cura, consedit. Cic. de Clar. Orat. 10.

Affervare intentione cura. In AFFRENDO.

Attigere. ut, De aliquo tyendo & aliquibus conciliando, cura attingit aliquem. Cic. Cæsari Juniori, 9. Att. 11.

Avertere subitam. Lucret. lib. 2. 363.

Avertere dictis curas. Virg. 4. En. 394.

Capellere curas. In CAPESSO.

Carere. Hor. de Arte Poet. 261.

Circumspicere solerter cura omnia. Manil. lib. 2. cap. 6.

Cogitare. In COGITO.

Committere auribus suas curas. Senec. Hippol. 5. 4.

Complecti. Cic. 3. Fam.

Componere curas. Virg. 4. En. 341.

Concipere. In CONCIPIO.

Confectus curis. Virg. 6. En. 520.

Conferre curas in rem aliquam. In CONFERO.

Conferre curas omnes cogitatione in Remp. Cic. 2. Off. 2.

Conferre se ad curam. Cic. Att.

Conferre curam ad aliquid. Cic. 4. Fam. 3.

Confici cura & curis. In CONFICIO.

Configere curas in Reipub. salute. In CONFIGO.

Conjungere curam de aliquacum aliquo. Cic. de Amicit. 15.

Conjuncta alicui. In CONJUNGO.

Confedit cura. V. paulo ante, Angere.

Consumere in re una. Hor. 2. Serm. 4. 48.

Conjuncta cura de re aliqua alicui cum altero. Cic. de Amicit. 15.

Decedit cura patribus. In DECEDO.

Deficere curam alicui. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Defungi cura. Liv. 5.

Delegare curam alicuius rei alicui. Quintil. lib. 4. in Procem.

Demere. Virg. 3. En. 153.

Demovere aliquem cura rerum. Tacit. 13. Ann. 14.

Deponere tristes animo. Virg. 4. Georg. 531.

Deponere curam pro aliquo. Virg. 12. En. 531.

Deprendere alicujus. Ovid. 2. Met. 94.

Derivare partem curæ & cogitationis sue in alium locum. Cic. 12. Phi. lipp. 22.

Destitutere curam morum. Quintil. in procem. lib. 1.

Desiderare curam alicuius in re aliqua. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Diducere animum in curas. Virg. 5. En. 720.

Differere curas. Juven. 11. Sat. 181.

Sed nunc dilatis averte negotia curis.

Dimittere. Ovid. 1. Met. 209.

Dabanc curas & actiones honestas nobis alias rationes. Cic. 9. Fam. 8.

Dat nec membris cura quietem. Virg. 10. En. 217.

Dare alicui millia curarum. Propert. 1. 5. 10.

Depellit cura sonnos. Hor. 1. Epist. 10. 18.

Diffringit innumeris rusticis cura. Plin. lib. 18. cap. 26.

Emota cura. Virg. 6. En. 382.

Eripere curam. Celf. lib. 6. cap. 5.

Este cura. Cic. 6. Fam.

Este cura. Cic. 8. Fam. 5. Quia tu cura sis, quod ad pacem attinet, &c. i.e. Quia in cura.

Cura est quid sit negotii. Plaut. Merc. 1. 1. 11.

De Tirone mihi cura est. Cic. 12. Att. 49.

Cura est ut. Ter. Hec. 4. 2. 20.

— hac mihi nunc cura est maxima, ut ne cui mea

Longinquitas ætatis obstat, morteme exopter mean.

Aaaa 2

Cura

Cura mihi est. Ter. Adelph. §. 6. 6. Nam is mihi est profecto servus spectatus fatis, cui dominus curæ est.
 Vitam & dignitatem aliquius alteri curæ esse. Cic. 10. Att. 8.
 Esse & fore curæ alicui ut. Cic. 3. Philipp. 39.
 Cura est quorum eventurum hoc fiet. Ter. Hec. 1. 2. 118.
 Sine cura esse. Cic. 1. Q. frat. 20.
 Evolvere curas. Stat. 1. Silv. 1. 41.
 Excubare curam apud aliquem. Cic. 10. Fam. 8.
 Exerceri curas. Virg. 5. JEn. 779.
 Exercere curas. Sil. lib. 11. 374.
 Exercere viram curis. Lucret. lib. 5. 1422.
 Eximere. Hor. 3. Carm. 14. 14.
 Exonerare graves curas. Senec. Hippol. 4.
 Exsolvere aliquem curis. Virg. 4. JEn. 652.
 Expellere pectorē. Lucan. lib. 3. 52.
 Extendere curas in annum venientem, est (at ait Servius) quasi In tempore alieno praemeditari futurum laborem. Virg. 2. Georg. 405.
 Exeuere se mortalibus curis. Sil. lib. 1. 85.
 Facere curam ne aliquid fiat, &c. Tacit. 3. Ann. 52.
 Fallere curam somno. Hor. 2. Serm. 7. 114.
 Fatigare aliquem novis curis. Quintil. in procem. lib. 6.
 Fatigare curas. Stat. 5. Silv. 1. 9.
 Figere curam, vel Defigere. Cic. 2. Fam. 6.
 Fluctuare aetū curarum. Virg. 8. JEn. 608. Sic
 Fluctuare undis. Catul. Argon. 62. 62.
 Gerere curam pro aliquo. Virg. 12. JEn. 48.
 Gerere rem aliquam cum cura. V. c. u. m.
 Habere cura rem aliquam. Cic. 8. Fam. 8.
 Habere sermonem cura. Quintil. in procem. lib. 1.
 Habere curam docendi liberos. Quintil. lib. 1. cap. 1.
 Hebetatur cura vino. Plin. lib. 23. cap. 1.
 Jaftare curas pectorē. In JACTO.
 Impendere curam. Ovid. 1. de Arte Am. 297. & Virg. 3. Georg. 124. — omnes
 Impendunt curas, denso distendere pingui
 Quem legere ducem &c.
 Impendat acrem quam maxime curam spei futuri oratoris pater. Quintil. lib. 1. cap. 1.
 Impender cura pectorē. In IMPENDEO.
 Imperitri in maximis curis aliquid temporis. Cic. Cæsari jun. 9. Att. 11.
 Imponere finem curis. Virg. 4. JEn. 639.
 Incessit cura. V. Incesso, in INCEDO.
 Incumbere in curam. V. INCUMPO.
 Infixa cura animo. Cic. ad Quir. post red. extr. Atque hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo semperita, ut &c.
 Ingeminant cura, Redeunt. Virg. 4. JEn. 531.
 Injicere curas. Ter. Adel. 4. 5. 76.
 Itaque adeo magnam mihi injicit sua commodityte curam.
 Inniti cura, tutelæque unius. Quintil. lib. 6. cap. 1.
 Insidens. V. INSIDEO.
 Infiterre curæ rerum. V. INSISTO.
 Insuferre curam ad, &c. V. INSUMO.
 Intendere curas. Ovid. 3. de Pont. 9. 29.
 Intentus ad curas. Tacit. 4. Hist. 2.
 Intermittere curam rerum. Tacit. 4. Ann. 13.
 Invigilat mens curis. Sil. lib. 10. 331.
 Invigilat quieti cura. Stat. 8. Theb. 623.
 Juvaré cura & prudenter sua aliquem. Cic. 9. Att. 18.
 Laxare curas somno. Virg. 9. JEn. 225.
 Laxare animos & curam ab aliqua contentione. Cic. 3. de Orat. 228.
 Lenire curas somno. Virg. 4. JEn. 528.
 Levaré aliquem cura, & magna solertia dare. Cic. de Claris Orat. 11.
 Levare curam & angorem animi, fertone & confilio. Cic. 1. Att. 15.
 Liberare magna cura & sollicitudine aliquis. Cic. Dolabellæ, in Epist. 15. Att. 14.
 Loquuntur leves cura. Senec. Hippol. 5. 4.
 Mandare curas asciui. In MANDO.
 Mitte hanc de pectorē curam. Virg. 6. JEn. 85.
 Mutare curas pectorē. Virg. 5. JEn. 701.
 Nascentur cura plurimas metusque ex somno. Cic. 2. de Divin. 150.
 Obstata cura ducis. Claud. in fest. Conf. Hon. 233.
 Onerabat parentium curas ordo Mutinensis. Tacit. 2. Hist. 34.
 Partiri curas cum aliquo. Virg. 11. JEn. 822.
 Pelletere mortales curas. Valer. 1. Argon. 837.
 Pelletere curas vino. Hor. 1. Carm. 7. 31.
 Perfungi cura. In PERFUGOR.
 Ponere omnem curam re aliqua. Cic. 1. de Divin. 93.
 Ponere graves curas, Seponere. Sil. 8. 215.
 Populariter artus cura. i. e. Amor. Senec. Hippol. 4.
 Praestare curam alicui. Quintil. lib. 2. cap. 3.
 Praestare curam in deposito. Cels. in l. Quod Nerva. D. Deposit. 1.
 Premerre curam sub corde. Virg. 4. JEn. 332.
 Pulsus & pectorē curis. Sil. 13. 263.
 Recipere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
 Recursum sub noctem. Virg. 1. JEn. 666.
 Redeunt in pectora. Stat. 8. Theb. 606.
 Relectus curis. Hor. 2. Epist. 2. 136.
 Rejicere cuncta curarum ad aliquem. h. e. Cunctas curas. Tacit. 3. Ann. 35.
 Relaxare anxiæcuras requie. Cic. 1. de Divin. 22. Ex quadam antiquo poeta.
 Relinquere somenta curarum. Hor. 1. Epist. 3. 26.
 Relinquere curam nigrum. Quintil. in procem. lib. 1.
 Remittere. Stat. 4. Silv. 6. 1.
 Remittere curam successu. Quintil. lib. 1. cap. 2.
 Remordet re cura. Virg. 1. JEn. 665.
 Removens soporem. Ovid. 6. Met. 293.
 Resolverse curas. Virg. 1. Georg. 302.
 Respondere curis alicui. i. e. Tantundem curate, aut eum amare.
 Virg. 6. JEn. 474.
 Respueere. Claud. 8. Paneg. 160.
 Secludere. Virg. 1. JEn. 566.

Semota mens cura metuque. Lucret. lib. 2. 19.
 Seponere curas graves. Ovid. 3. Met. 319.
 Serere curas in pectore. Catul. in Argon. 62. 72.
 Serpit cura altius. Plin. lib. 14. cap. 11.
 Solaris curas. Virg. 9. JEn. 290.
 Sollicitat cura. Senec. Hippol. v. 38.
 — Namque anxia me cura sollicitat tui.
 Solvere curas aliquem. Senec. Hippol. 2.
 Solvi a cura & liberari. Cic. pro Domo 104.
 Solvit formus curas. Ovid. 10. Met. 368.
 Solute cura. Catul. 29. 7.
 Stupent cura. Senec. Hippol. 5.
 Subit cura. Senec. Hippol. v. 373.
 — nulla jam Cereris subit
 Cura, aut fatalis. i. e. Neque de cibo, neque de vita cura est.
 Suscipere acreis curas. Lucret. lib. 3. 462.
 Suscipere curam. Cic. 7. Att. 1.
 Sustinet maximam curam belli. Cic. 6. Att. 5.
 Tangere curas. Virg. 4. JEn. 551. — tales nec tangere curas.
 Traducere curam in. Virg. 3. Georg. 157.
 Post partum, in vitulos cura traducitur omnis.
 Traducere a cura. Cic. 1. Fam. 1.
 Vacuus curis negotiisque necessariis. Cic. 1. Off. 13.
 Venire in curas, partemque laborum. Lucan. lib. 2. 347.
 Non me latroni faciam, rebusque fecundis
 Accipis, in curas venio, partemque laborum.
 Venerari curam antiquorum. Plin. lib. 27. cap. 2. Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit fatis venerari?
 Versari in aliqua cogitatione curaque. Cic. 2. de Orat. 186.
 Versari curam in aliquo. Cic. Omnis cura mea folet in hoc versari semper, &c.
 Vocant diverse cura animum. Virg. 12. JEn. 487.
 Vocari in partem curarum ab aliquo. Tacit. 1. Ann. 15.
 Volvere curarum tristes in pectore fluctus. Lucret. lib. 6. 33.
 Urgeri multis curis. Lucret. lib. 3. 164.
 Urgentibus curis. Valer. 8. Argon. 24.
 Cura, [ιαρησι] pro Munere quo curator fungitur: vulgo curatella dicitur. Ulp. in l. Hæres absens. & Si quis tutelam. D. de Judicis. Si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentiaria, vel quid alius, unde obligatio oritur, certo loco administravit.
 Liberari tutela & cura. Ulp. in l. Quom filiosfamilias. D. de Legat. 3. Curia, pro Curatione. Cic. 5. Fam.
 CURIOSUS, a, um. [κοινωνεύων, οὐδεγός] A nimia cura: quoties plus diligentia, quam oportebat, impendimus rebus vel nostris, vel alienis. Sed non tam a Curia, Curiosus videtur descendere, quam a Curia: cuius compositum est magis in usu Incuria, id est negligientia; tametsi Curia a Curia dicatur. Hac Valla lib. 1. Cic. 4. Att. 11. Ut homini curioso, ita perscrive ad me &c.
 Curiosus in bonum & in malum accipitur.
 In bonum. Cic. 3. Fam. 1. Ita est homo non modo prudens, verum etiam (quod juvet) curiosus.
 Curiosus & negotiis plenus. Cic. 1. de Nat. Deor. 54.
 Medicinae curiosus. Plin. lib. 25. cap. 2. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine, medicinae peculiariter curiosus, ab hominibus subjectis, &c.
 In re aliqua curiosus. Cic. 5. Att. 14.
 In exquirendo jure augurum curiosus. Cic. pro Domo 33.
 Belle curiosus. Cic. 6. Att. 1.
 Felicitas curiosa. Petron. Sat. cap. 118. Et Horatii curiosa felicitas.
 Oculus curiosus. Apul. Milef. lib. 11.
 Pictor curiosus. Petron. Sat. cap. 29.
 In malum. Cic. 5. de Fin. 36. Atqui Cicero, inquit, ista studia, si ad imitandos summos viros spectant, ingeniosorum sunt: si tantummodo ad indicia veteris memorie cognoscenda, curiosorum. Ter. Eun. 3. 5. 5.
 Sed neminemne curiosum intervenire nunc mihi,
 Qui me sequatur, quoquo cam rogitando, obtundat, enecet?
 Curiosus & moleitus. Cic. 2. de Fin. 29. Reperiam multos, vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis, quibus quicquid velim facile persuadeam.
 Curiosus interpolatione tenuata charta. Plin. lib. 13. cap. 12.
 In aliena Republica curiosum minime esse, officium est peregrini. Cic. 1. Off. 125.
 Satisfit difficultius curiosus. Cic. 1. de Fin. 4.
 Curiosus differt a Diligenti. Quintil. lib. 8. cap. 3. Est etiam quæ οὐδεγός vocatur, supervacua (ut sic dixerim) operofitas, ut a diligenti curiosus, & a religione superfluito distat.
 Curiosus, pro Delatore. Sueton. in Aug. cap. 27. Pinarium equitem Romanum quum concionante se, admisla turba paganorum, apud milites subscibere quendam animadvertisset, curiosum ac speculatorum ratus, coram confodi imperavit.
 Curiosus agnus, Macilents, quasi cura confessus. Plaut. Aulul. 3. 6. 26.
 Sed alii legunt Curionem.
 Curiosus, Olim erat qui curforibus præterat: vulgo magistrum postularum dicimus. Earum item rerum, quæ ad cursum, pro Imperatoris, reipublicæ, aut aliorum, quibus id Imperator conceperat, negotiis agendis destinata & parata erant, curam gerebat. Ejus muneris titulus est, de Curiosis & stationariis, lib. 12. Codicis.
 Compar. Phaedr. Fab. 4. 1. Quidam curiosior.
 Superl. Capitol in M. Antonino Phil. cap. 20. Erat enim famæ suæ curiosissimus, &c. H. St. Desiderabatur in ed. Lugd.
 CURIOSITAS, Adv. [κοινωνεύων] Columel. lib. 3. Sin autem ipsam vitem certe voles, juxta radicem, ita ne ipsam laedas, curioso fidito.
 Facere curiose aliiquid. Plin. lib. 18. cap. 3.
 Loqui curioso. Quintil. lib. 8. cap. 1. non procul a fine, Quos curioso potius loqui dixerim, quam Latine.
 Compar. ut, Conquirere curiosus aliiquid. Cic. de Clar. Orat. 113.
 Superl. Columel. 11. 2. Vitaria diligenter facienda, malleolique quam recentillimus curiosissime pangenda.
 CURIOSITAS, atis. f. [κοινωνεύων] denomin. Cic. 2. Att. 8. Sum in curiositate οὐδεγός, sed tamen facile patior te id ad me, &c.
 Curiosus videtur Philologiam, seu πολυμέτερον significare apud Gell. 2. 18. Sed

18. Sed esse arcanae causae, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

In malum accipitum apud Tertull. de Praecepto alv. Hæreticos cap. 17. Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum magis quam pluribus, circulatoribus cum Altrologis, cum Philosophis curiositatibus deditis. V. etiam Apol. cap. 25.

CURIOSITAS, a. um. Adj. dimin. Apul. 10. Met. p. 254. Quam quidem lacrimam curiosus ventus refabat.

CURIA, a. f. [κύριος, βασιλεὺς, φρέστης] a Cura deducitur. Curia, inquit Festus, Locus est ubi publicas curas gerebant. Pomponius 1. 2. D. de origin. jur. Initio civitatis nostra populus sine certa lege, sine iure certo primum agere intituit, omniaque manu Regis gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum civitate, ipse Romulus tradidit populum in trinaria partes divisiles: quae partes Curias appellari, propterea quod tunc Reipublica curam per tentias earum partim expediebat. Et ita leges quædam & ipse Curias ad populum tulit, tulerunt & sequentes Reges. Haec illa. Cic. de Senect. 27. Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Idem lib. 3. de Orat. 167. ait Curiam etiam pro Senatu appellari. Sic ad Att. lib. 12. Ep. 21. extr. Quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quid enim mihi cum foro sine curia? In forum, ad agendas causas, & ad tractanda judicia. Sine curia, Amisso Senatu, quem Senatus nullus sit. Et posuit Forum pro Judicis, Curiam pro Senatu: quod judicia in foro fierent, senatus in curia haberetur. Figura est, que a Grammaticis appellatur Metonymia.

Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput

Urbis, aram socrorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam unius ordinis, Curiam Cic. vocat pro Milone 90.

Vindex temeritatis, & moderatrix officii curia. Cic. pro Flacc. 91.

Curia consilii aestuoribus. Claud. 2. præfat. in Eutrop. 58.

In curia inclusus Senatus. Cic. 6. Att. 1.

Aspirare in curiam. In ASPERO.

Clausa pauperibus. Ovid. 3. Amor. 8. 55.

Inducere ambitionem in curiam. IN INDUCO.

Inire curiam, pro Ingredi. Tacit. 5. Ann. 4.

Jubet curia. Cic. pro Domo 77.

Venit in curiam frequens Senatus. Cic. 3. de Orat. 2.

Curia Calabra que dicebatur, V. CALABRA. & conf. CALO, ate.

Hofstria curia. Vari. de L. L. 4. 76. Et ubi Senatus res humanas curabat, ut Curia hostilia, &c.

Pompeiana curia, in qua Pompeii simulacrum erat, & in qua Jul. Caesar trucidatus est. Cic. 2. de Divin. 23.

Saliorum curia erat in Palatio. Cic. 1. de Divin. 30.

Martis curia. i. e. Areopagus Athenis. Juven. 9. Sat. 10.

Curia, inquit Festus, etiam nominantur, In quibus uniuscujusque partis Populi Romani quid geritur: quales sunt haec, in quas Romulus populum diltribuit, numero trinigra: quibus postea additæ sunt quinque: ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret, feriaque obserbarer: iisque curiis singulis nomina Curiarum [An Earum, vel Certarum?] virginum imposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabini rapuerunt. Hactenus Festus. Ubi V. Dacer. Plaut. Aulul. 1. 2. 29.

Nam nostrarum qui est magister curiae,

Dividere argenti dictu nummos in viros.

Curia etiam antiquitus dicta, Ubi Sacerdotes res divinas curabant. Varro de L. L. 4. 76. Curie duorum generum: Nam & ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiae veteres, & ubi Senatus humanas &c.

CURIAS, e. Adj. [κυρίας] ut, Confortia curialis. I. Curialibus, de Decurionibus lib. 10. C. Curialibus confortis confundentes, censimus, &c. Curiales flamines, Curiarum sacerdotess. Festus. Mensæ curiales, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis appellata est. Festus.

CURIALIS, is. m. [κυρίας] Curiales dicebantur, Qui ejusdem erant curiae. Fest. Cic. 2. Off. 64. Theophrastus scribit, quidem Cimonem Athenis etiam in suis curiales Laciadas hospitalem suffite.

Curialis etiam pro fulico ponitur. Amian. 21. 22. Romulus & post eum Sabotius curiales, convicti sine respectu &c. Add. 22. 9. V. Borrich. in Voss. p. 80. & Sciopp. Animadver. ad Voss. p. 10.

Curialis atque aulicus. Pontanus de Ser. 388. H. St. Comitia curialis, Conventus qui litium causa in curiis siebant, ut ait Festus. Gell. vero lib. 15. cap. 27. Curia comitia erant, quæ curiis per lictorem calabrantur, id est convocabantur: quorum erant Pontifices arbitri. Cic. 2. de Lege Agr. 27. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curia tantum auspiciorum causa remanerunt.

CURIATIM, Adv. Per singulas curias. Gell. 15. 27. pr. Per lictorum curiatis calari. Sed allii legunt Curiatum.

CURIO, ōnis. m. [φρέστης] Sacerdos curiae. Curio Maximus, Cujus auctoritate curiae, omnesque curiones reguntur, inquit Festus. Liv. 27. 8. Inter majorum rerum curas comitia Maximi Curionis, quum in locum M. Aemilius sacerdos crearetur, vetus excitativerunt certamen, Patriciis negantibus, C. Manili Attilii, qui unus ex plebe petebat, rationem esse habendum: quia nemo ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuerit.

Curiones quoque dicti sunt Præcones. Treb. Poll. in Gallien. cap. 12. extr. Per curionem dici jussit, imposturam fecit & passus est. Euseb. lib. 4. Eccl. 11. fit.

Agnus curio, pro Macro. Fest. Plaut. Aulul. 3. 6. 27.

m. Ego ex te scire qui sit agnus curio?

E.U. Qui olla atque pelvis totus est, ita ut cura macet.

CURIONALIS, is. m. Idem qui Curio. Gruter. Inscript. p. 105. n. 5. DIS. MANIBVS. FELICI. COMELIANO. PUBLICO. CURIONA-LL. &c.

CURIONATOS, ūs. m. Curionis dignitas. Festus.

CURIONIUS, a. um. Adj. ut, Curonia sacra, Quæ a curionibus in curiis fiebant. Festus.

CURIONIUM, i. n. dicebatur ēs, quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus. Festus.

CURIO, ōnis. proprium. V. suo loco.

Cūrō, [κύριος, θεός, κύριος, ἵππος, ἵππος] āre. Operam dare; Sollicitum esse de alijs. Cic. pro Cœl. 54. Quod facinus in alienum hominem illatum fevere aciperet, id omisit curare in hospite? Agere & curare. Cic. 9. Fam. 24. Sic tibi mihi pate persuade, me diis & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei cives salvi liberique sint.

Curare & attendere. Cic. 4. Fam. 13.

Omnibus rebus cura & provide ne quid ei desit. Cic. 11. Att. 3.

Alicuius causa curare aliquid. Cic. 5. Att. 2.

Hunc tu civem ferro & armis &c. domo & patria cedere curasti. i. e. Effecisti ut domo cederet. Cic. pro Domo 5.

Non curat redire. Cic. 1. Fam. 9. Est vero probandum, qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sane redire curaret, &c.

Curare affervandum, inveniendum, interficiendum, &c. Ter. And. 5. 2. 24. Cura affervandum vincentum. Cœl. 8. Bell. Gall. 23. Cic. 15. Fam. 10. Faciendum cures.

Diligenter curare aliquem. Cic. 13. Att. 21.

Leviter curare aliquid. Hor. 2. Epist. 1. 51.

Probe curasti. Ter. And. 5. 2. 6.

Omnia apparata jam sunt intus. s. curasti probe.

Studiose diligenterque curare aliquid. Cic. 16. Att. 16.

Curo istac ego, Per ironiam dictum. Ter. And. 5. 4. 18. Ego istac mo-veo aut curro.

Hoc non curro. Martial. lib. 11. 95.

Hoc quoque non curo, quod tu mea carmina carpas, &c. Curare ut. Ter. Adel. 5. 1. 10. Exemplum omnibus curarem ut es. Cic. 12. Fam. 28. Cura ut valeas.

Quid tu me curas, quid rurum geram? Ex Plauto Rud. 4. 4. 24.

Ædes curare. Plaut. Mostel. 1. 1. 34.

Ægrotos curare. Plaut. Capt. 1. 2. 87.

Ætatem suam & se curare. Plaut. Pseud. 4. 7. 34. Ter. in Adel. 5. 1. 1. in eandem sententiam dixit, Te curasti molliter.

Alia vel Aliud curare. Plaut. Mil. 2. 1. 71. Faciemus, alia cura. Ter. Phorm. 2. 1. 26. Atqui reperi jam: aliud cura.

Aliena curare. Ter. Heaut. 1. 1. 24.

Amicos curare. Plaut. Stich. 5. 3. 9.

Nunc ibo hinc, & amicos meos curabo huc advenientes.

Boves curare. Plaut. Most. 1. 1. 34.

An ruri quæsū non sunt quos curem boves?

Cinados curare, i. e. Colere. Martial 6. 50.

Obscuros postquam cœpit curare cinados.

Conscientiam animi non curat improbus. Cic. 2. de Fin. 54.

Convivia. Virg. 1. Georg. 301.

Corpora. Virg. 8. En. 607.

Cutem curare, Indulgere genio. Juven. 2. Sat. 105.

Equos. Virg. 8. En. 607.

Fidem suam, Curam habere de fide præstanta. Plaut. Trin. 1. 2. 155.

Genium mero. Hor. 1. Carm. 17. 14.

Histriones curare, aut aliquos alios, sive rem aliquam. Plaut. Amph. prol. 87.

Legiones curare, Præesse legionibus. Tacit. 6. Ann. 30. Gætulicus ea tempestate superioris Germania legiones curabat.

Munus aliquod. Plaut. Truc. 2. 4. 76.

Negotia aliena. Cic. in Topic. 66.

Nihili curare, ut quidam Gramm. putarunt dici. Nihili curo, ut Magnificatio, Flocci pendo, Nauci facio. Ex his Despaut. p. 271. sed fallitur.

Officium suum curare. Plaut. Bacch. 4. 4. 108.

Parentes. Plaut. Stich. 1. 1. 53.

Partem æquam. Ter. Adelph. 1. 2. 50.

Curemus æquam uterque partem, tu alterum,

Ego item alterum.

Pecuniæ curare alicui. Cic. 2. Q. frat. 4. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curavi. Quod vulgo Remittere dicunt.

Pecuniæ alioquin nomine nobis curare. Cic. 5. Fam. 20.

Pelliculam. Hor. 2. Serm. 5. 38.

—ire domum, atque

Pelliculam curare jube.

Præcepta curare & mandata alterius. Cic. 4. Att. 7. Mea mandata de domo curabis.

